M

BIBLIA.

BREVES IN EADEM ANNOTATIONES, EX DOCTISS. INTERPRETATIONIBVS, ET HEBRAEORVM COMMENTARIIS.

Interpretatio propriorum nominum Hebraicorum.



Venundantur VENETIIS In taberna Libraria Diui Bernardini.

M D XXXVIII

TYPOGRAPHVS CHRITIANO LECTORI S.

Ne tu forte Christiane Lector nihil in hac Bibliorum editione prestitum existimares amplius, q̃ in alijs quę ante aliquot iam annos prodierunt: voluimus paucis hic indicare quo quidq; mõ, quaq; diligẽtia perfectũ fuerit. Primũ omnium, vulgarẽ Bibliorũ translationem tanta accuratione contulimus cũ veteribus exemplaribus, vt nihil iam omissum putemus: itaq; nostram tralationem nunc primũ propẽ integram & illibatã, qualis ab ipso interprete quondã scripta fuerat. Naз hoc vnũ semper curauimus, vt hęc nostra tralatio integra maneret, neq; quicquã ab ea detraheretur, aut minueretur. quod nisi auxilio veterum exemplariũ fieri haud potuisse quis non intelligit? Quoniam vero inter conferendum, multa obscurius versa deprehendebantur, quę nisi consultis Hebraicis voluminibus, statim intelligi non poterant: multa pręterea quę aliter atque ab interprete versa erant, transferri poterant: nõnulla postremo ab Hebraica significatione prorsus aliena: esset q̃; hęc tralatio receptissima, quã plures iam memoria penè totam tenerent, qui tamen ipsi aliorum quoq; versionibus vti cuperent, nec cõmode id facere multis locis possent, ignoratione linguę Hebraicę, vt qui nescirent quibus verbis nostri interpretis verba alterius respõdere deberent (adeõ diuerse locum vnũ & eundem aliquando à varijs redditũ offendebant) Idcirco rogati annotauimus in gratiã illorum ad marginem interiorem, ea quę à diuersis interpretibus aliter atq; aliter reddita essent: vt statim è regione haberent quod ab alijs versum ijs auxilio esse posset ad intelligentiã sacrarũ literarum. Nam quãtumuis doctus ille fuerit qui rursum nobis Biblia vertat, nunquam tamen ea ita vertet vt omnibus faciat satis, nisi simul annotationes ediderit quibus doceât quãm variè locus unus aliquando uerti possit. Varia dei dona sunt: tantum quisq; intelligit, quantum ei datum est à deo. Qui vertit, vnicum sensum exprimit: tametsi probe sciat locum etiã aliter verti posse. Alius qui post illum vertet, non ad eum sensum vertet quem sequutus est ille, sed alterum quem putabit magis loco congruere. Variam enim vt plurimũ habent originem dictiones Hebręę: alius ab vna radice deriuat, alius ab alia: quo fit necessario vt diuersę sint significationes eiusdem verbi aliter atq; aliter deriuati. Hinc bona ex parte tanta etiam doctissimorum [illegible]etũ in ijsdem de Hebręo conuertendis diuersitas nascitur. Quum igitur hęc [illegible]abeant, placuit interim dum vir doctus aliquis annotationes integras in tot[illegible] vetus testamentum parabit, Originem & Hieronymum imitari, & variorum interpretum, & eorum quidem doctissimorum interpretationes atq; annotationes ex ipsis Hebręorum cõmentarijs depromptas, quãm paucissimis fieri potuit, ad marginẽ adscribere, in gratiam eorum potissimum, qui nihil nouerunt in literis Hebraicis: iisdem signis & notis vtentes, quibus ipsi vsi fuerunt, asterisco & obelisco.

► Vno tm̃ intra linea obelisco confodimus, qõ in Hebręis voluminibus non legitur: duobus vero altero intra lineas, altero è regione illius in margine, qõ nec hebręi codices habẽt nec in veteribus latinoꝝ exẽplaribus reperitur.

✱ Asterisco vsi sumus, quoties Hebręa plus habent, q̃; nostra tralatio.

Verba quę annotanda erant, pro quibus aliqui interpretes aliud verterunt, his signis, ’ ‘ inclusimus.

Vbi nostra tralatio nihil ab alijs interpretationibus sensu, sed verbis tantuз differebat, nihil annotatum est.

Quum interpres noster recte sensum vnum loci cuiuspiam assequutus est, quem alij aliter vertunt: omnium varias illius loci interpretationes indicauimus, pręposito vel, vt lectoris etiam iudicio libera potestas fieret, quam ex multis, rectis quidẽ omnibus, sed tamen diuersis, interpretationẽ sequi mallet.

Chald. interp. LXX. Quoties Chaldęus paraphrastes, aut septuaginta interpretum tralatio aliqd dilucide & aperte vertit, quod alij obscurius, id etiam indicauimus.

Quędam clarissime reddita erant ab interprete: quorum Hebręa quia obscu-

ra erant:ad verbum annotauimus : vt videret lector q̃ clare quę obscurissima erant apud Hebręos, & docte reddidisset noster interpres.

Siqua dictio latina in nostra tralatione aliter potuit accipi, quàm sonarent Hebręa, annotandum id quoq; duximus.

Hebraismum & modus loquendi Hebręorum siquando non reddidit interpres noster (bonam enim partem reddidit : idq́; quoties fecit, indicauimus) in phrasim latinam conuertimus: adiectis in fine annotationis tribus literis, Heb. Heb.

In libris qui Hebraice non sunt scripti, nihil annotatum fuit, q̄ Gręca exemplaria admodum inter se discreparent.

Quod pręstitum est in veteri testamento, idem factum est & in nouo ex doctissimorum hominum varijs tralationibus, & annotationibus.

Hęc sunt Christiane lector, de quibus te admonitum uoluimus. Siquid minus dictum in annotatiõibus illis, aut obscurius censueris: meminisse debes annotatiũculas scribere nos uoluisse, nõ itegꝛ volumẽ tãtũq; fere indicare ubi annotatiõe opus eẽt, ut ad scribẽdũ iusta annotationũ uolumina, doctoꝝ ingenia excitarent. Boni igit̃ ꝓsule q̃ egimus, & laboribus nr̃is fruere, ac faue. Vale.

ORDO LIBRORVM VETERIS TESTAMENTI.

Hos veteris testamẽti libros CHRISTVS IESVS in Legẽ, ꝓphetas, et & Psalmos, simplicissime partitus est, Matthęi septimo, vndecimo & vigesimo scdo, & Lucę vltimo. Hęc sunt, inq̃t, verba q̃ loquutus sum ad vos quũ adhuc essem vobiscũ, q̃m necesse est impleri omnia q̃ scripta sunt in lege Moysi, & ꝓphetis, & psalmis de me. Quam distinctionem sequuti sunt Apostoli, patresq́; nostri Latini. Nec ab hac aliena est Hebręorũ distinctio, THORA vocãtiũ Legem, NEVIIM Prophetas, CHETVVIM Agiographa, inter quę & Psalmi Dauid numerantur: author est Hieronymus in Prologo galeato.

ORDO LIBRORVM NOVI TESTAMENTI.

HAEC DOCENT SACRA BIBLIO-RVM SCRIPTA.

Exod.6 Gene.1 DEVM esse qui propter bonitatē suā cuncta creauit, a quo omnia De⁹
Psal.103 procedunt, sine quo nihil quicq̄ est: iustū & misericordem: quiq;
Roma.24 omnia operetur in omnibus secundum voluntatem suā: cui non
Psal.114 liceat dicere quare sic vel sic faciat.
1.Cor.11 HVNC creasse Adam ad imaginē & similitudinē suā, dominūq; Crea
Rom.9 constituisse omnium creatorum in terra: inuidiaq; diaboli & Adę tio
Isa.45 Ie.18 Ge.1 inobediētia peccatum in hunc mundum intrasse, & per peccatum hois. Pec-
Roma.5 mortem: omnesq; in Adam & per Adam peccatores esse. catū.
Gene.3.12 PROMISSVM vero Christum IESVM saluatorē ipsi Adæ, Pro-
26.28 Abrahę, & reliquis patribus, qui credentes liberaret a peccatis, & miss⁹
Heb.2 10.5 tyrannide diaboli, cui subiiciebantur omnes per Adam. xpi.
Exo.19.20
Rom.3 INTERIM dū expectabatur promissa salus, datā legē a deo, qua Lex.
Gala.3 cognoscerēt homines peccatū, & se esse peccatores: quo fieret vt ar
2.Corin.1 dentius sitirent Christi aduentū, qui ipsos a peccatis redimeret.
Luc.2 POSTREMO, Christum illū promissum, tandē missum a patre
Gala.4 eo tpe quod constituerat apud se, eo inquam tempore, quo abūda Xps
Eph.1 10.5 bat omnis iniquitas. Missum aūt non propter bona cuiusquā ope salua
Tit.3 ra, (nam omnes erant peccatores) sed vt verax abundantes gratiæ tor
Ephe.2 suæ diuitias, quas promiserat, exhiberet. venit
Eph.2 10.15

IESVS igitur Christus verus agnus, & vera hostia, venit vt nos pꝫi recōci-
Ioan.1 liaret, pœnas peccatis nostris debitas in cruce persoluendo: & liberaret ā seruitu Ag-
Isa.53 te diaboli, in filiosq̄; dei adoptaret, vera mentis pace data per fidē quā dat no- nus
1.Io.2 bis pater trahens nos ad filiū. Dei enim donū est fides illa qua credimus Chri- Ho-
Luc.2 stū in hunc mundū venisse, vt nos peccatores saluos faceret: tantęq̄; efficacię est stia
Heb.2 vt qui eā habēt cupiāt omnia charitatis officia, Christū sequētes, omnibus pꝛsta Pax
Roma.5 re. Nā accepta fide, datur & spūs sanctus, quo signantur dei credentes, quiq̄; Fi-
Io.3.&.6 est pignus hęreditatis nostrę: & testimonium reddit spiritui nostro q̄ simus filij des
2.Timo.1 dei: ac diffundit in viscera nostra eam charitatem quā describit Paulus Corin Spūs
1.Ioan.4 thijs. Propter hāc in Christū fidē quę per charitatē operatur, iustificamur: id est scūs.
2.cor.1.5.5 pater ipsius (qui & noster effectus est per ipsum) nos pro filijs & iustis habet, sua Cha-
Ephe.1 gratia non imputans nobis delicta nostra. ritas
Ro.8 10.5 VENIT deniq; vt nos per ipsum purificati ā peccatis, & deo patri sanctifica Iusti
2.Cor.13 ti siue ꝯsecrati, abnegatis operibus carnis, liberē seruiremus ei in iustitia & san- tia
Gala.5 ctitate omnibus diebus nostris: per bona opera (quę pręparauit deus vt ambu- Opa
2.Cor.5 laremus in illis) ostendentes nos certo ad hanc gratiam vocatos: quę qui nō ha
Tit.2 bet, nec fidem in Christū habet. Qui post interfectū spiritu oris sui hominē pec- Iudi
Luc.2 cati sedebit in maiestate sua, oīs iudicaturus, & redditurus vnicuiq; propria cor cium
Ephe.2 poris prout gessit, siue bonū siue malum, dicturusq̄; iis qui ā dextris erunt. Ve- extre
2.Pe.1 nite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnū ā cōstitutione mundi. mū
2.Thes.2 Iis autem qui ā sinistris, Discedite ā me maledicti in ignem ęternum, qui para-
2.Cor.5 tus est diabolo & angelis eius. Tunc finis erit, regnumq̄; deo & patri tradet.
Mat.25 HOC vt cognoscamus, bonitate dei per spūm eius sanctū tradita sunt nobis
1.Cor.15 hęc sacra Bibliorū scripta: vt cognoscamus inquā, & credamus vnū esse deū, & Vita
2.Pet.1 quē misit IESVM Christū: vtq̄; credentes vitā habeamus in nomine eius. ęter-
Ioan.17 PRAETER hoc fundamentum nemo aliud potest ponere. Optatq̄; Paulus na
Ioan.20 eum anathema esse qui aliud annuntiauerit, etiam si fuerit angelus de cœlo.
1.Cor.3 Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia: ipsi honor & gloria
Gala.1 in secula seculorum, Amen.
Roma.11

INDEX TESTIMONIORVM A CHRISTO ET APOSTOLIS IN NOVO TESTAMENTO CITATORVM EX VETERI, QVAE HVC IN ID CONGESTA

sunt, vt pij lectores natiuam quorundam intelligentiam facile assequi valeant quę ab ipso CHRISTO vero interprete, & spũ eius per apostolos sit tradita: perspiciantq; in quem vsum ea adduxerint Apostoli & Euangelistę.

10 d De^9 psonã hominis nõ accipit. Ga.2.b
18 c Prophetam suscitabit vobis dominus deus. Act.3 d.7 c
19 d In ore duorũ vel trium testium stabit omne verbum. 2.Cor.13 a.
Matth.18 b.Ioan.8 c
19 d Oculũ p oculo, dent^9 p dente. Mat.5 f
21 d Maledict^9 oĩs q pẽdet in ligno. Gal.3.b
25 b Non alligabis os boui trituranti.
2.Corin.9 a.1.Timo.5 c.
25 b Si quis mortuus fuerit non habẽs filiũ.
Mat.22 c.Mar.12 b.Luc.20 e
27 d Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus q̃ &c. Gala.3 b
30 c Quis ascendet in cœlum? Rom.10 b
30 c Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Rom.10 b
32 c Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem &c. Rom.10 d
32 c Mihi vindictã, ego retribuã Rom.12 d

IOSVE.

1 a Non te deserã neq; derelinquã Heb.13 a

REG. II.

7 c Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Heb.1 b

REG. III.

19 b Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria &c. Rom.11 a
19 b Reliq mihi septẽ millia viroꝝ Ro.11 a

IOB.

5 c Comprehendam sapientes in astutia eorum. 1.Cor.3 d

DAVID.

2 a Quare fremuerunt gentes? Actu.4 e
2 b Filius meus es tu, ego hodie genui te
Actu.13 e.Heb.1 b.5 b
2 c Reges eos in virga ferrea Apoc.2 g.19 c
4 b Irascimini, & nolite peccare Ephe.4 f
5 c Sepulchrũ patẽs est guttur eoꝝ. Ro.3 b
6 c Discedite à me oẽs q operamini iniquitatem Matt.7 d.25 d.Luc.13 f
8 b Ex ore infantiũ & lactentiũ Mat.21 b
8 c Quid est homo q̃ memor es ei^9? Heb.2 a
8 c Oĩa subiecit sub pedib^9 eius. 1.Cor.15 d
9 c Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Rom.3 c
13 a Non est iustus quisquam, non est intelligens. Rom.3 b
13 b Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Rom.3 c
15 c Prouidebã dñm in ꝓspectu &c. Act.2 d
15 d Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Actu.2 e.13 e
17 a Ego ero fidens in eum Heb.2 c
17 g Propterea confitebor tibi in gentibus domine. Rom.15 b
18 a Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum. Rom.10 d
21 a Eli, eli, Lama sabbacthani. Matth.
27 d.Mar 15 e
21 c Diuiserunt sibi vestimenta mea.
Matth 27 d.Ioan.19 e
21 c Nuntiabo nomen tuum fratribus meis
Heb.2 c
23 a Domini est terra, & plenitudo eius
1.Cor.10 f
34 c Odio habuerũt me gratis Ioan.15 d
30 a In manus tuas commendo spiritum meum. Luc.23 f
31 a Btĩ quoꝝ remissę sũt iniqtates Ro.4 a
33 c Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos 1.Pe.3 b
39 b Hostiã & oblationẽ noluisti Heb.10 b
40 c Qui manducat mecũ panẽ Ioan.13 b
43 d Propter te mortificamur tota die
Rom 8 g
44 b Thron^9 tu^9 deus in seculũ scli Heb 1 c
50 a Vt iustificeris in sermõib^9 tuis Ro.3 a
54 d Iacta sup dñm curã tuam 1.Pet.5 b
61 d Vnusquisq; autem propriam mercedẽ accipiet 1.Cor.3 b
67 d Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem Ephe.4 b
68 b Zelus domus tuę comedit me Ioã.2 d
68 b Improperia improperantium tibi, ceciderunt super me Rom.15 a
68 c Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum Rom.11 b
68 c Fiat commoratio eoꝝ deserta. Act.1 d
68 c In siti mea potauerũt me aceto Io.19 f
77 a Aperiã in parabolis os meũ Mat 13 e
77 c Panẽ cœli dedit eis Ioã.6 d
81 b Ego dixi, dij estis Ioan.10 g
88 d Inueni Dauid seruum meũ Act.13 d
90 c Angelis suis mandauit de te
Mat.4 a.Luc.4 b
93 b Dominus nouit cogitationes sapientũ quoniam vanę sunt 1.Cor.3 d
94 d Sicut iuraui in ira mea Heb.4 a
94 d Hodie si vocẽ eius audieritis Heb.3 b
96 b Et adorẽt eũ oẽs angeli eius Heb.1 c
101 d Tu ĩ pncipio dñe terrã fũdasti Heb.1 e
103 a Qui facit angelos suos spũs Heb.1 c
108 b Et epatũ eius accipiat alter Act.1 d
109 a Dixit dominus domino meo.
Mat.22 d Luc.20 g Act.2 f
109 a Sede à dextris meis Heb.1 d
109 a Donec ponam inimicos tuos scabellum, &c. Heb.1 d..1 Cor.15 d
109 b Tu es sacerdos in ęternũ Heb.5 b.7 c
109 b Iurauit dñs, & nõ pœnitebit eũ He.7 e
111 b Dispersit, dedit pauperibus 2.Cor.9.c

PROVERB.

ISAIAS

60 c Et portę eius non claudentur per diem ec. Apoc.21 g
61 a Spiritus domini super me Luc.4 c
62 d Dicite filię Sion, Ecce rex tuus venit Mat.21 a
64 b Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, ec. 1.Cor.2 b
65 a Inuētus sū ā nō q̄rētibus me. Ro.10 d
65 a Tota die expandi manus meas ad populum non credentem. Rom.10 d
65 c Nouos verò cœlos & nouam terram. 2.Pet.3 c. Apoc.21 a
66 a Cœlum mihi sedes est Act.7 f
66 g Vbi vermis eorū non morit Mat.9 g
60 d Et ciuitas non eget sole neque luna. Apoca.21 g
60 d Nox vltra non erit Apoc.22 a

IEREM.

7 b Vos autem fecistis illam, speluncam latronum Mat.21 b. Mar.11 c. Lu.19 g
9 g Qui gloriatur, in domino glorietur. 1.Cor.1 d. 2.Cor.10 d
10 a Quis non timebit te dñe? Apoc.15 b
17 d Ego sum scrutās renes ę corda Apo.2 f
31 c Vox in Rama audita est Mat.2 d
31 a Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios 2.Cor.6 d
31 e Ecce dies venient dicit dñs, & cōsummabo super domū Israel ę super domuz Iuda testamentū nouum Heb.8 c
31 f Hoc autez testm̄ qđ testabor ad illos, ec. Dabo leges meas in cordib⁹ eoꝝ Heb.10 c
51 a Cecidit cecidit Babylō magna Apo.18 a

EZECH.

3 a Accipe librū, ę deuora illū Apoc.10 d
20 b Qui fecerit hō, viuet in ea Rom.10 b
32 b Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Mat.24 c
36 e Nomen dei per vos blasphematur inter gentes. Rom.2 d

DANIE.

9 g Quum videritis abominationem desolationis quę dicta est ā Daniele propheta. Mat.24 b. Mar.13 b. Luc.21 d

OSEE.

2 d Et erit, in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos ec. Ro.9 e
2 d Vocabo non plebem meam, plebem meam. Ro.9 e. 1.Pet.2 b
6 c Misericordiam volo, & non sacrificiū. Mat.9 b. 12 a
10 b Tunc incipient dicere mōtibus, Cadite sup nos, & collibus, Opite nos Lu.23 g
11 a Ex Aegypto vocaui filiū meū Mat.2 c
13 d Absorpta est mors in victoria 1.co.15 g

IOEL.

2 g Et erit in nouissimis diebus dicit dñs, effundam de spiritu meo Act.2 c
2 g Omnis enim quicūq; inuocauerit nomē domini, saluus erit Ro.10 c

AMOS.

5 e Nunquid victimas & hostias obtulistis mihi ec. Act.7 e
6 a Vę vobis diuitibus Luc.6 d
9 c Post hęc reuertar, ę reędificabo tabernaculum Dauid Act.15 c

IONAS.

2 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus ę tribus noctibus ec. Matth.12 e. Luc.11 d
3 b Pœnitentiam egerunt in prędicatione Ionę Mat.12 d. Luc.11 e

MICHAE.

5 a Et tu Bethlehē terra Iuda ec. Mat.2 a
7 b Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrez. Matth.10 d. Luc.12 g

AGGAE.

2 b Adhuc semel, & ego mouebo nō solum terram, sed ę cœlum Heb.12 g

HABAC.

1 b Videte contemptores, & admiramini, & dispcrdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, ec. Act.13 f
2 a Iustus aūt ex fide viuit Ro.1 c. Gal.3 b

NAHVM.

1 d Quām speciosi pedes euangelizantium pacem Rom.10 c

ZACHAR.

8 c Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo Ephe.4 f
9 b Ecce rex tuus venit Mat.21 a. Ioā.12 b
11 c Et acceperūt triginta argēteos Mat.27 a
12 c Videbūt in quē cōpunxerūt. Ioā 19 g
13 c Percutiā pastorē Mat.26 c. Mar.14 b

MALACH.

1 a Iacob dilexi, Esau āt odio habui. Ro.19 c
3 a Ecce ego mitto angelū meum. Mat.11 b Mar.1 a. Luc.7 d. Ioan.1 c
4 b Ipse est Elias q̄ vēturus erat. Mat.11 b
4 b Quid est qđ scribę dicunt, ꝙ Eliā oporteat primū ve. ec. Mat.17 b. Mar.9 b
4 b Vt cōuertat corda patrū in filios Lu.1 b

INDEX ALTER, IN QVO ITIDEM NOVI INSTRVMENTI TESTIMONIA EX VETERI EXCERpta annotauimus, si non ad verbum, certe iuxta sententiam. ex quorũ collatione cum ijs à quibus videntur desumpta, non parum lucis accedet Christianis lectoribus.

GENESIS.

1 a Fide intelligimus aptata esse secula dei verbo — Heb.11 a
1 a Cœli erant prius & terra de aqua, & per aquã cõsistentes dei verbo — 2.Pet.3.b
1 d Bene omnia fecit — Mar.7 d
2 d Adã pri⁹ format⁹ ē, deinde Heua. — 1.Ti.2 d
2 d Non enim vir ex muliere, sed mulier ex viro. — 1.Cor.11.a
3 a Serpẽs seduxit Heuã astutia sua — 2.Co.11 a
3 b Adam non est seductus: mulier autem seducta — 1.Tim.2 d
4 a Fide plurimam hostiam Abel q̃ Cain obtulit. — Heb.11 a
4 b A sanguine Abel iusti — Mat.23 d
4 b Nõ sicut Cai q ex maligno erat — 1.Io.3 b
4 b Vę illis q ī via Cain abierũt — Iudę epi.d
5 c Fide, Enoch trãslatus est ne videret mortem — Heb.11 a
6 c Q ñ expectabant dei patientiã in diebus Noe, quũ fabricaretur arca — 1.Pet.3 d
6 c Fide, Noe responso accepto, de ijs quę adhuc non videbantur &c. — Heb 11 b
7 a Octauum Noe iustitię pręconem custodiuit — 2.Pet.2 b
7 b Sicut in dieb⁹ añ diluuiũ &c. — Mat.24 d
9 a Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt — Matth.26 e Apoc.13 c
12 a Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire — Heb.11 b
14 d Hic enim Melchisedec, rex Salem, sacerdos dei summi — Heb.7 a
16 d Abrahã filiũ habuit de ancilla — Ga.4.c
17 b Et signum accepit circũcisionis, signaculum iustitię fidei — Rom.4 b. Act.7 a
18 a Fide, & ipsa Sara sterilis virtutẽ in conceptione, &c. — Heb 11 c
18 b Sicut Sara obediebat Abrahę, dominũ eum vocans — 1.Pet 3 a
19 b Euertit ciuitates Sodomorũ & Gomorrhęorum — 2.Pet.2 b
19 c Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimę ciuitates — Iudę epist.c
19 c Memores estote vxoris Lot — Luc.17 g
19 c Sicut factũ est in diebus Lot, edebat, &c. Qua die autem exijt Lot à Sodomis, pluit &c. — Luc.17 f
21 a Abrahã habuit filiũ de libera — Gal.4 c
22 a Fide, obtulit Abraham Isaac quũ tentaretur — Heb.11 d
22 b Offert Abraham filium Isaac, super altare — Iaco.2 d
22 c Sicut loquutus est ad patres nr̃os Abraham, &c. — Luc.1 e
25 c Rebecca ex vno concubitu habẽs, Isaac patris nostri, &c. — Rom.9 b
25 d Ne quis fornicator aut prophanus vt Esau, qui propter escã, &c. — Heb.12 d
27 d Fide, & de futuris benedixit Isaac Iacob — Heb.11 d
48 c Fide, Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit — Heb.11 d
49 b Quę scripsit Moyses in lege — Ioã.1 g
50 d Fide, Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel, &c. — Heb.11 d

EXOD.

2 a Fide, Moyses natus, occultatus est mensibus tribus — Heb.11 d
2 b Fide, Moyses grandis factus negauit se esse filium filię Pharaonis — Heb.11 e
2 b Quum vidisset Moyses quendam iniuriam patientem — Act.7 e
3 a Expletis ãnis quadraginta, apparuit illi in deserto montis — Act.7 d
12 d Fide, celebrauit pascha & sanguinis effusionem — Heb.11 e
14 c Omnes in Moyse baptizati sunt in nube, &c. — 1.Cor.10 a
14 e Fide, trãsierunt mare rubrũ — Heb.11 e
16 c Patres vestri manducauerunt mãna in deserto &c. — Ioã.6 e
16 d Panẽ de cœlo dedit eis mãdu. — Io.6 d
16 d Omnes eandem escam spiritualẽ manducauerunt. — 1.Cor.10 a
17 b Bibebant de spirituali, consequente eos petra — 1.Cor.10 a
19 b Et si bestia tetigerit montem lapidabitur, — Heb.12 e
19 c Gens sancta, ppl's acq̃sitionis — 1.Pet.2 b
20 b Non periurabis — Matth.5 e
20 c Non homicidium facies — Mat.19 c
20 c Non enim accessistis ad tractabilẽ montem — Heb.12 e
24 c Lecto oĩ mãdato legis à Moyse. — he.9 e
26 a.36 a Tabernaculũ fc̃m ē primũ — Heb.9 a
32 b Neq; idololatrę efficiamini — 1.Cor.10 b

LEVIT.

12 a In sabbatho circũciditis hoĩem — Ioã.7 e
12 a Postq̃ impleti sunt dies octo — Luc.2 e
12 a Postquã impleti sunt dies purgationis eius secundum legem. — Luc.2 d
12 c Vt darent hostiam secũdum qđ dictum est in lege domini — Luc.2 d

24 a Offer munus suum quod pecepit Moyses, &c. Matth. 8 a. Mar. 1 d. Luc. 5 c
16 d Oīs multitudo ppl'i erat orās foris lu. 1 a
16 e Si.n. sanguis hircorum & vitulorum. Heb. 9 d
19 c Nolite in psonarum acceptiōe, &c. Ia. 2 ab
19 d Si peccauerit in te frater tuus, &c. Matt. 18 b. Luc. 17 a
20 a In lege Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare Ioan. 8 a
N V M E.
3 e Oē masculinū adaperiēs vuluā Luc. 2 d
9 d Pres nri ois sub nube fuerūt 1. Cor. 10 a
11 b Panē de cœlo dedit eis mādu. Ioā. 6 d
12 b Sicut & Moyses in oi domo ei' Heb. 3 a
14 f Cadauera filiorum isrl psrata sūt I Heb. 3 d
14 f Neq murmurauetitis sicut quidam eorum. 1. Cor. 10 c
16 a In cōtradictiōe Core pierūt. Iudę epi. d
19 a Quorum enim animalium sanguis infertur pro peccato Heb. 13 b
20 b Bibebant autem de spirituali, cōsequente eos, petra 1. Cor. 10 a
21 b Neq tētemus xpm sic qdā 1. Cor. 10 b
21 c Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto Ioā. 3 b
22 d Animal mutum subiugale corripuit vesaniam Balaam. 2. Pet. 2 c
22 d Errore Balaam mercede effusi sunt. Iudę epist. d. 2. Pet. 2 c
24 c Balaam docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel Apoc. 2 d
25 b Neq fornicemur sicut quidā ex ipsis fornicati sunt 1. Cor. 10 b
26 g Prostrati sunt in deserto 1. Cor. 10 b
28 a Sabbathis sacerdotes in templo sabbathum violant Mat. 12 a
D E V T E R O N.
1 c. 16 d Nolite in psonarum acceptiōe, &c. Iac. (2. a b
5 b Non periurabis Mat. 5 e
10 d Nō est acceptio psonarū apud deū. Ro. 2. b. Act. 10. e. Coloss. 3. d. Eph. 6. b. 1. Pet. 1 c
17 b Irritā qs faciēs legē Moysi, &c. Heb. 10 e
18 a Nescitis quoniā qui in sacrario operantur, q de sacrario sunt edūte 1. Cor. 9 b
24 a Quicūq; dimiserit vxorem suā, det ei libellū repudij. Mat. 5. c. 19. b. Mar. 10 b
I O S V E
2 a Similiter & Raab meretrix Iaco. 2 d
6 c Fide, muri Iericho corruerūt Heb. 11 e
6 d Fide, Raab meretrix non perijt cum incredulis Heb. 11 f
R E G V M I
21 b Non legistis quid fecerit Dauid quando esurijt Matth. 12 a. Mar. 2 d. Luc. 6 a
R E G V M III
2 b Liceat audēter dicere ad vos de patriarcha Dauid qm defunctus est Act. 2 e. & 13 c
10 a Regina austri venit à finibus terrę audire sapiētiā Salomonis Mat. 12 d. Lu. 11 d
17 a In diebus Helię clausū est cœlū Lu. 4 d
17 a Elias hō erat silis nobis passibilis Ia. 5 d
R E G V M IIII
4 e Neminē per viā salutaueritis Luc. 10 a
5 d Multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta, &c. Luc. 4 e
I. P A R A L I P.
21 b Nec quisquā sumit sibi honorē, sed q vocat à deo, quēadmodū & Aarō Heb. 5 b
I O B
1 d Nihil intulimus in hūc mūdū 1. Tim. 6 b
5 c Beatus vir q suffert tentationē Iac. 1 b
34 b Nō est psonarū acceptor deus Act. 10 e
D A V I D
40 c Filius hominis vadit, sicut scriptū est, Mat. 26 b. Mar. 14 b. Luc. 22 b
131 a Petijt Dauid vt inueniret tabernaculū dei Iacob. Act. 7 f
P R O V E R.
11 d Si iustus vix saluabitur 1. Pet. 4 d
17 d Sit aūt omnis hō velox ad audiendum, tardus aūt ad loquendū Iaco. 1 c
20 b Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. 1. Ioan. 1 d
24 c Nolite in psonarū acceptione Iac. 2 a
25 a Quū vocatus fueris ad prandiū, vade, recūbe in nouissimo loco Luc. 14 c
I S A I A S
8 c Ecce positus est hic in ruinā & in resurrectionem multorum Luc. 1 e
13 b Statim post tribulationē dierū illorū sol obscurabit. Mat. 25 c. Mar. 13 c. Lu. 21 e
41 b Suscepit Israel puerū suum Luc. 1 e
54 a Beatę steriles, & vētres q nō ge. Lu. 23 d
55 b Esuriui, & dedistis mihi mādu. Mat. 25 c
63 a Et vestit' erat veste aspsa san. Apo. 19 c
I E R E M.
2 d Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam Mat. 21 d. Mar. 12 a. Lu. 20 b
18 a Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit &c. Roma. 9 d
E Z E C H.
3 c Et qui psūmati fuerit mille āni apo. 20 c
12 f Vbi est pmissio aut aduēt' ei'? 2. Pe. 3 b
18 b Esuriui, & dedistis mihi mādu. Mat. 25 c
D A N I E L
7 c Et erat nūer' corum millia milliū Apo. 5 d
12 c Et āgel' quē vidi stātē sup mare. apo. 10 b
I O E L
3 c Sol obscurabitur, & luna non dabit lumē suum. Mat. 24 c. Mar. 13 c. Luc. 21 e
M I C H A E.
2 c Nō hēmus hic manētē ciuitatē Heb. 13 c
4 c Regnabit in domo Iacob in ęternum. Luc. 1 c

B. HIERONYMVS PAVLINO.

FRATER AMBROSIVS Tua mihi munuscula perferens, detulit si
mul & suauissimas literas, quę à principio amicitiarū, fidem ꝓbatę iam fidei & ve
teris amicitię pferebant. Vera enī illa necessitudo est, & CHRISTI glutino
copulata, quā non vtilitas rei familiaris, nō pręsentia tantum corporū, nō sub
dola & palpans adulatio: sed dei timor, & diuinarū scripturarum studia ꝯsiliant.
Legimus in veteribus historijs quosdā lustrasse ꝓuincias, nouos adisse populos,
maria transisse: vt eos quos ex libris nouerant, corā quoq; viderent. Sic Pytha
goras Memphiticos vates, sic Plato Aegyptū & Architam Tarentinum, eamq;
oram Italię, quę quondā magna grecia dicebatur, laboriosissime peragrauit: vt
qui Athenis magister erat, & potens, cuiusq; doctrinā academię gymnasia ꝑsona
bant, fieret peregrinus atq; discipulus: malens aliena verecunde discere, q̄ sua im
pudenter ingerere. Deniq; cū literas quasi toto fugientes orbe persequitur, ca
ptus à piratis & venundatus, etiā tyrāno crudelissimo paruit, captiuus, vinctus &
seruus. tñ quia Philosophus, maior emente se fuit. Ad Titū Liuiū lacteo eloquē
tię fonte manantē, de vltimis Hispanię Galliarūq; finibus quosdā venisse nobi
les legimus: & quos ad ꝯtemplationē sui Roma non traxerat, vnius hoīs fama
perduxit. Habuit illa ętas inauditū oībus seculis, celebrandumq; miraculū, vt vr
bem tantā ingressi, aliud extra vrbem quęrerent. Apollonius, siue ille magus (vt
vulgus loqtur) siue philosophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Persas, ptrā
siuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indię regna pene
trauit: & ad extremū, latissimo Phison amne trāsmisso, peruenit ad Brachmanas,
1 vt Hiarcham in throno sedentē aureo, & de Tantali fonte potantē, inter paucos
discipulos de natura, de motibus syderū, ac dierū cursu audiret docentē. Inde per
Aelamitas, Babylonios, Chaldęos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phoenices,
Arabes, Palęstinos, reuersus Alexandriā, perrexit Aethiopiā, vt Gymnosophi
stas, & famosissimā solis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbiq; qd disce
ret, & semp proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo
2 voluminibus Philostratus. Quid loquar de seculi hoībus? cū apostolus Pau
lus, vas electionis & magister gentiū, qui de ꝯscientia tanti in se hospitis loque
batur, An experimentū quęritis eius, qui in me loquitur CHRISTVS? post Act.9.c
Damascū Arabiamq; lustratā ascenderit Ierosolymā, vt videret Petrum, & man 2.Cor.13.a
serit apud eū diebus qndecim. Hoc enī mysterio hebdomadis & ogdoadis futurus Galat.1.d
gētiū ꝓdicator instruēdus erat. Rursumq; post ānos quatuordecim, assumpto Bar Galat.2.d
naba & Tito, exposuerit apostolis euāgeliū, ne forte in vacuū curreret, aut cucur
risset. Habet enī nescio qd latentis ἐνέργειας viua vox, & in aures discipuli de
authoris ore transfusa, fortius sonat. Vnde & Aeschines cū Rhodi exularet, &
legeretur illa Demosthenis oratio, quā aduersus eū habuerat, mirantibus cūctis
3 atq; laudātibus, suspirans ait, Quid si ipsum audissetis bestiā, sua verba resonan
tem? Hęc nō dico, q̄ sit in me aliqd tale, qd vel possis à me audire, vel velis di
scere: sed q̄ ardor tuus & discendi studiū etiam absq; nobis per se ꝓbari debeat.
Ingeniū docile, & sine doctore, laudabile est. Non qd inuenias, sed qd quęras cō
syderamus. Mollis cera, & ad formandū facilis, etiā si artificis & plastę cessent ma
nus: tñ virtute totū est quicqd esse potest. Paulus apostolus ad pedes Gamalielis
legē Moysi, & ꝓphetas didicisse se gloriatur, vt armatus spiritualibus telis, postea Act.22.a
diceret ꝯfidenter, Arma nostrę militię, nō carnalia sunt: sed potentia deo, ad de
structionem munitionū ꝯsilia destruentes, & oēm altitudinem extollentē se aduer
sus scientiā dei, & captiuantem oēm intellectū ad obediendū CHRISTO, & 2.Cor.10.b
parati subiugare oēm inobedientiā. Ad Timotheū scribit ab infantia sacris līris 2.Tim.3.d
eruditū, & hortatur ad studiū lectionis, ne negligat grām quę data sit ei per im
positionē manus ꝓsbyteri. Tito pręcipit vt inter cęteras virtutes episcopi, quem 1.Tim.4.d
breui sermone depinxit, scientiā quoq; in eo eligat scripturarū, Obtinentē (inqt) Tit.1.b
eum, qui sm doctrinā est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina
4 sana, & ꝯtradicentes reuincere. Sancta qppe rusticitas solū sibi ꝓdest: & quantū
ędificat ex vitę merito ecclesiā CHRISTI, tm̄ nocet si destruentibus nō resi

Mala.2.b stat. Malachias propheta, imò per Malachiam dominus interrogauit sacerdotes
Deut.32.a legem: in tantũ sacerdotis officiũ est interrogatũ respondere de lege. Et in Deute
ronomio legimus, Interroga patrem tuũ, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & di
cent tibi. In psalmo quoq; 118°, Cãtabiles mihi erant iustificationes tuę in loco
peregrinationis meę. Et in descriptione iusti viri, quũ eũ Dauid arbori vitę, quę
Psal.1. est in paradiso, cõpararet, inter cęteras virtutes & hoc intulit. In lege dñi volũtas
Danie.12.b eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimę visionis
ait iustos fulgere sicut stellas: & intelligentes. i. doctos, quasi firmamentũ. Vides
quantũ inter se distẽt iusta rusticitas, & docta iustitia? Alij stellis, alij cœlo cõparã
tur. Quanq; iuxta Hebraicã veritatẽ vtrũq; de eruditis possit intelligi. Ita enim
apud eos legimus, Qui aũt docti fuerint, fulgebũt, quasi splẽdor firmamenti: & q
ad iustitiã erudiũt multos, quasi stellę in ppetuas ęternitates. Cur dr̃ Paulus apo
stolus vas electionis? Nempe qa legis, & scripturarũ sanctarũ erat armariũ. Pha
Act.4.c risęi stupent in doctrina dñi, & mirantur in Petro & Ioãne quõ leges sciant, quũ
literas nõ didicerint. Quicqd enĩ alijs exercitatio, & quotidiana in lege medita
tio tribuere solet, illis hoc spũs sanctus suggerebat, & erant iuxta qđ scriptũ est,
Isa.54.d διδακτοί θεοῦ. Duodecim ãnos saluator iplẽuerat, & in tẽplo senes de q̃stioni
Ioan.6.e bus legis interrogãs, magis docet dũ prudenter ĩterrogat. Nisi forte rusticũ Petrũ
Luc.2.f rusticũ dicimus Ioãnem: quorũ vterq; dicere poterat, Etsi ĩperitus sermone, non
2.Cor.11.b tñ scientia. Ioãnes rusticus, piscator: ĩdoctus? & vñ illa vox obsecro, In principio
Ioan.1.a erat verbũ, & verbũ erat apud deũ, & deus erat verbũ? λόγος enĩ Gręce, multa si
gnificat. nã & verbũ est, & ratio, & supputatio, & caussa vniuscuiusq; rei, per quã
sunt singula quę subsistũt: quę vniuersa, recte intelligimus in CHRISTO.
Abd.1.c Hoc doctus Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquẽs ignorauit. Perdã, inqt, sa 5
Isa.29.c pientiã sapientiũ, & prudentiã prudentiũ reprobabo. Vera sapientia pdet falsas sa
1.Cor.1.c pientiã. & quanq; stultitia pdicationis in cruce sit: tñ Paulus sapientiã loqtur in
1.Cor.2.b ter pfectos: sapientiã aũt nõ seculi huius, nec principũ seculi istius, quę destruitur,
sed loquitur dei sapientiã in mysterio abscõditã, quã pdestinauit deus ante se
cula. Dei sapiẽtia, CHRISTVS est. CHRISTVS enĩ, dei virtus, & dei sa
pientia. Hęc sapientia, in mysterio abscondita est: de qua & noni psalmi titulus
pnotatur, Pro occultis filij. in quo sunt oẽs thesauri sapiẽtię & sciẽtię dei abscõdi
Coloss.2.a ti. Et qui in mysterio abscõditus erat, pdestinatus est ante secula: pdestinatus aũt
& pręfiguratus in lege & pphetis. Vnde & pphetę appellabãtur videntes: qa vi
Ioan.8.g debant eũ, quem cęteri non vidibãt. Abrahã vidit diẽ eius, & lętatus est. Aperie
Ezech.1.a bantur cœli Ezechieli, qui populo peccatori clausi erãt. Reuela (inqt Dauid) ocu
Psal.118. los meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritualis est, & reue
Roma.7.c latione opus est vt intelligatur, ac reuelata facie dei gloriã ↄtemplemur. Liber in
2.Cor.3.d Apocalypsi septem sigillis signatus ostẽditur: quem si dederis homini scienti lite
Apoc.5.a ras vt legat, respõdebit tibi, Nõ possũ: signatus est enĩ. Quanti hodie putant se
Isa.29.d nosse lĩas, & tenent signatũ librũ, nec aperire possunt, nisi ille reserauerit qui hę
clauẽ Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit? In Actibus apo
stolorũ sanctus Eunuchus, imò vir (sic enĩ eũ scriptura cõgnominat) quũ legeret
Apoc.3.b Isaiam pphetam, interrogatus à Philippo, Putásne intelligis, quę legis, respon
Act.8.e dit, Quõ possũ, nisi aliqs me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec san
ctior sum hoc Eunucho, nec studiosior, q de Aethiopia. i. de extremis mundi fini
bus venit ad templũ, reliqt aulã regiã: & tãtus amator legis diuinęq; scientię fuit,
vt etiã in vehiculo legeret lĩas sacras. Et tñ quum librũ teneret, & verba dñi cogi
tatione ↄciperet, lingua volueret, labijs psonaret, ignorabat eũ, quem in libro ne
sciens venerabatur. Venit Philippus, ostẽdit ei IESVM, qui clausus latebat
in lĩa. O mira doctoris virtus. Eadẽ hora credit Eunuchus, baptizatur, & fidelis
& sanctus factus est, ac magister de discipulo, plus in deserto fonte ecclesię, q̃ in au
rato synagógę templo reperit. Hęc à me pstricta sunt breuiter (neq; enĩ epistol
aris angustia euagari lõgius patiebatur) vt intelligeres te in scripturis sacris si
ne pręuio, & mõstrante semitã non posse ingredi. Taceo de grãmaticis, rhetoribus, 6
philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astrologis, medicis,

quorũ scientia mortalibus vel vtilissima est, & in tres partes scinditur, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes veniã, & quę nõ tam lingua, quã manu administrãtur. Agricolę, cęmentarij, fabri metallorũ, lignorumq́; cęsores, lanarij quoq;, & fullones, & cęteri qui variã supellectilẽ, & vilia opuscula fabricantur, absq; doctore esse nõ possunt qđ cupiunt. Quod medicorũ est, promittũt medici: tractãt fabrilia fabri. Sola scripturarũ ars est, quã sibi passim oẽs vendicãt. Scribimus indocti, doctiq; poemata passim. Hãc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hãc vniuersi pręsumunt, lacerant, docent antẽ q̃ discant. Alij adducto supercilio, grandia verba trutinãtes inter mulierculas de sacris lr̃is philosophantur. Alij discũt, proh pudor, à fœminis, qđ viros doceant. & ne parũ hoc sit, quadã facilitate verborũ, imò audacia edisserunt alijs, qđ ipsi nõ intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas post seculares lr̃as venerint, & sermone cõposito aures pp̃li mulserint, quicqd dixerint, hoc legẽ dei putant. nec scire dignãtur qđ prophetę, qđ apostoli senserint, sed ad sensũ suũ incõgrua aptant testimonia, quasi grãde sit, & nõ vitiosissimũ docendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suã, scripturã trahere repugnantẽ. Quasi nõ legerimus Homerocentonas, & Vergiliocentonas: ac nõ sic etiam Maronem sine CHRISTO possimus dicere Christianũ, qa scripserit, Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna, Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Et patrẽ loquẽtẽ ad filiũ, Nate meę vires, mea magna potẽtia solus. Et post vba saluatoris in cruce, Talia pstabat memorãs, fixusq́; manebat. Puerilia sũt hęc, & circulatorũ ludo similia docere qđ ignores: imò, vt cũ stomacho loq̃r, ne hoc qdẽ scire qđ nescias.

7 Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mũdi, de exordio generis humani, de diuisione terrę, de confusione linguarũ & gentium, vsq; ad exitum scribitur Hebręorum. Genesis.

Patet Exodus cũ decem plagis, cum decalogo, cũ mysticis diuinisq; pręceptis. Exodus

In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, imò singulę penè syllabę, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cœlestia sacramenta. Leuiticus

Numeri verò, nõnne totius Arithmeticę, & prophetię Balaam, & quadraginta duarum per eremum mansionum mysteria continent? Numeri

Deuteronomium quoq; secunda lex, & euangelicę legis pręfiguratio, nõnne sic ea habet quę priora sunt, vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusque Moyses, hucusq; Pentateuchus: quibus quinque verbis loqui se velle apostolus in ecclesia gloriatur. Deuterono. 1.Cor.14.d

Iob exemplar patientię, quę nõ mysteria suo sermone complectitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur: omnesq́; leges dialecticę, propositione, assumptione, cõfirmatione, conclusione determinat. Singula in eo verba, plena sunt sensibus. Et (vt de cęteris sileam) resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestius, vel cautius scripserit. Scio (inquit) q̃ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum: & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hęc spes mea in sinu meo. Iob Cap.19.d

Veniam ad Iesum Naue, qui typum domini non solum gestis, verum etiã nomine pręfert. transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes atq; confinia, ecclesię cœlestisq; Ierusalem spiritualia regna describit. Iosue, siue, Iesus Naue

In Iudicum libro, quot principes populi, tot figurę sunt. Lib. Iudic.

Ruth Moabitis, Isaię explet vaticinium, dicentis, Emitte agnum domine dominatorem terrę, de petra deserti, ad montem filię Sion. Ruth Isa.16.a

Samuel in Heli mortuo, & in occiso Saul, veterem legem abolitam monstrat. Porrò in Sadoc atq; Dauid, noui sacerdotij, nouiq; imperij sacramenta testatur.

Melachim, id est tertius & quartus Regum liber, à Salomone vsq; ad Iechoniam, & à Ieroboam filio Nabat vsque ad Osee, qui ductus est in Assyrios, regnum Iuda & regnum describit Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt: si in literis sensum latentem inspexeris, ecclesię paucitas, & hęreticorum contra ecclesiam bella narrantur. Reg.1.e.11 Regũ.III. & IIII.

Duodecim prophetę in vnius voluminis angustias coarctati, multo aliud, quam sonant in litera, pręfigurant.

Osee — Osee crebro nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulterá cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri viri ad se reditum pręstolari.

Ioel, Act.2.c — Ioel filius Phatuel describit terrá duodecim tribuú, eruca, bruch, locusta, rubigine vastante ꝯsumpta: & post euersioné prioris populi, effusum iri spúm sanctú sup seruos dei & ancillas .i. super centú viginti credentiú noia, & effusuꝫ iri i cœnaculo Sion. Qui centú viginti ab vno vsq; ad qndecim paulatim, e p icremēta surgētes, quindecim graduú numerú efficiunt, qui in psalterio mystice ꝯtinentur.

Amos — Amos pastor, e rusticus, e ruború mora distringens, paucis verbis explicari nó pót. Quis enim digne exprimat tria & quatuor scelera Damasci, & Gazę, & Tyri, & Idumęę, & filiorú Ammon, & Moab: & in septimo & octauo gradu Iudę & Israel? Hic loqtur ad vaccas pingues, quę sunt in Samarię monte, & ruituras domú maiorem, minorem q; testatur. Ipse cernit fictorem locustę, e stantem dñm super murú litú vel adamantinú, e vncinum pomorú attrahentes supplicia peccatoribus: & famé in terrá, nó famem panis, nec sitim aquę: sed audiendi vbú dei.

Abdias — Abdias, qui interpretatur seruus dei, personat ꝯtra Edom sanguineú terrenúq; hominem, fratris quoq; Iacob semper ęmulum, hasta percutit spiritali.

Ionas — Ionas pulcherrima columba naufragio suo passionem domini pręfigurans, mundú ad pœnitentiam reuocat: & sub nomine Niniue, gentibus saluté nuntiat.

Micheas — Micheas de Morasthi cohęres CHRISTI, vastationé annuntiat filię latronis, & obsidioné ponit contra eam: quia maxillam percusserit iudicis Israel.

Nahum — Nahum ꝯsolator orbis, increpat ciuitatem sanguinú, & post euersioneꝫ illius loquitur, Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem.

Habacuc, Cap 3.a — Habacuc luctator fortis & rigidus, stat super custodiam suam, & figit gradum super munitioné, vt CHRISTVM in cruce contempletur, & dicat, Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

Sophonias — Sophonias speculator, & arcanorum dei cognitor, audit clamorem à porta piscium, & eiulatum à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoq; vlulatum habitatoribus Pilę, quia conticuit omnis populus Chanáan, disperierunt vniuersi qui inuoluti erant argento.

Aggęus, Cap.2.b — Aggęus festiuus & lętus, qui seminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret: destructum templum ędificat, dnmq; patrem inducit loquentem, Adhuc vnum modicum, & ego commouebo cœlum & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desyderatus cunctis gentibus.

Zacharias — Zacharias memor dñi sui, multiplex in ꝓphetia, Iesum vestibus sordidis indutú, & lapidem oculorú septem: candelabrumq; aureum cú totideꝫ lucernis quot oculis: duas quoq; oliuas à sinistris lampadis cernit, & à dextris: vt post equos nigros, rufos, albos, & varios, & dissipatas quadrigas ex Ephráim, & equum de Ierusalé, pauperé regé vaticinetur & ꝓdicet, sedenté sup pullú filiú asinę subiugalis.

Malachias, Cap.1.c — Malachias aperte, & in fine oíum ꝓphetarum, de abiectione Israel, & vocatione gentiú, Nó est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit dominus exercituú: e munus non suscipiá de manu vestra. Ab ortu enim solis vsq; ad occasum, magnú est nomen meú in gētibus: & in oí loco sacrificat, & offert nomini meo oblatio múda.

Isaias — Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem quis potest vel intelligere, vel exponere? Quorú primus non prophetiam mihi videtur texere, sed euangelium.

Ieremias — Secundus virgam nuceam, & ollam succensam à facie Aquilonis, & pardum spoliatú suis coloribus, e quadruplex diuersis metris nectit alphabetum.

Ezechiel — Tertius principia & finem tantis habet obscuritatibus inuoluta, vt apud Hebręos istę partes cum exordio Geneseos ante annos triginta non legantur.

Daniel — Quartus verò, qui e extremus inter quatuor prophetas, temporum conscius, & totius mundi philistoros, lapidem prącisum de monte sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro sermone pronuntiat.

Dauid — Dauid Simónides nr, Pindarus e Alcęus, Flaccus quoq;, Catullus, atq; Serenus, CHRISTVM lyra ꝑsonat, & in decachordo psalterio, ab iferis excitat resurgēté,

Salomon pacificus, & amabilis dñi, mores corrigit, naturā docet, ecclesiā iūgit, Prouerbia
& CHRISTVM, sanctarumq́; nuptiarum dulce canit epithalamium. Ecclesiastes
Esther in ecclesię typo populum liberat de periculo, & interfecto Aman, qui Canticum
interpretatur iniquitas, partes conuiuij, & diem celebrem mittit in posteros. Esther
Paralipoménon liber, id est instrumenti veteris ἐπιτομή, tantus ac talis est, Paralipo-
vt absq; illo si quis scientiam scripturarū sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. menon
Per singula quippe nomina iuncturasq́; verborū, & prętermissę in Regum libris
tanguntur historię, & innumerabiles explicantur Euangelij quęstiones.
Esdras & Nehemias, adiutor videlicet, & cōsolator à dño, in vnum volumen Esdras
coartantur, instaurant templū, muros extruunt ciuitatis: omnisq; illa turba po- Nehemias
puli redeuntis in patriā, & descriptio sacerdotū, leuitarū, Israelis, proselytorū, ac
per singulas familias murorū, ac turrū opera diuisa, aliud in cortice pręferunt,
aliud in medulla retinent. Cernis me scripturarū amore raptū, excessisse modū epi
stolę, & tñ non implesse qđ uolui. Audiuimus tantū quid nosse, quid cupere de-
beamus, ut & nos quoq; possimus dicere, Concupiuit anima mea desyderare iu- Psal.118.e
stificationes tuas in omni tempore. Cęterum illud Socraticū impletur in nobis,
Hoc tantum scio, qđ nescio. Tangam & breuiter nouum testamentum,
Matthęus, Marcus, Lucas, & Ioānes quadriga dñi, & uerū Cherubim, qđ inter- Matthęus
pretatur scientię multitudo, per totum corpus oculati sunt, scintillę emicant, di- Marcus
scurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in sublime tendentes, terga pennata & Lucas
ubiq; uolitantia, tenent se mutuo, sibiq́; perplexi sunt, & quasi rota in rota uol- Ioannes
uuntur, & pergunt quocunq; eos flatus spiritus sancti perduxerit.
Paulus apostolus ad septem scribit ecclesias. octaua enim ad Hebręos, à ple- Paulus apo
risq; extra numerum ponitur. Timotheum instruit, ac Titum, & Philemonem stolus
pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto, qđ pauca scribere.
Actus apostolorū nudā quidē uidentur sonare historiā, & nascentis ecclesię in- Actus apo
fantiā texere, sed si nouerimus scriptorē eorū Lucā esse medicū, cuius laus est in stolorum
euangelio, animaduertemus pariter oīa uerba illius animę lāguentis esse medicinā.
Iacobus, Petrus, Ioānes, Iudas, septem epistolas ediderūt tam mysticas quàm Iacobus
succinctas, & breues pariter ac longas: breues in uerbis, longas in sententijs: ut Petrus
rarus sit, qui non in earum cęcutiat lectione. Ioannes
Apocalypsis Ioānis tot habet sacramēta, quot uerba. Parū dixi pro merito Iudas
uoluminis, laus oīs inferior est. In uerbis singulis multiplices latent intelligētię. Apocaly-
Oro te frater charissime, inter hęc uiuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil psis
quęrere: nōne tibi uidetur iā hic in terris regni cœlestis habitaculū? Nolo offen-
daris in scripturis sanctis simplicitate, & quasi uilitate uerborū, quę uel uitio in-
terpretū, uel de industria sic plata sunt, ut rusticā concionē facilius instruerent, &
in una eademq́; sentētia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Nō sum tam petu
lans & hebes, ut hęc me nosse pollicear, & eorū fructus capere, quorū radices in
cœlo fixę sunt, sed uelle fateor. Sedenti me pfero, magistrū renuens, comitē spon-
deo. Petenti datur, pulsanti aperitur, quęrens inuenit. Discamus in terris, quorū Matth.7.a
scientia nobis pseueret in cœlo. Obuijs te manibus excipiā, & (ut inepte aliqđ, ac Luc.11.b
de Hermagorę tumiditate effutiā) quicqđ quęsieris, tecū scire conabor. Habes hic
amantissimū tui fratrē Eusebiū, qui literarū tuarū mihi gratiā duplicauit, referēs
honestatē morū tuorū, cōtemptū seculi, fidē amicitię, amorē CHRISTI. Nā
prudentiā, & eloquij uenustatē etiā absq; illo ipsa epla pferebat. Festina quęso te,
& hęrentis in salo nauiculę funē magis pręscinde, qđ solue. Nemo renūtiaturus
8 seculo bene pōt uendere, quę ɔtēpsit ut uenderet. Quicqđ in sumptus de tuo tu-
leris, pro lucro cōputa. Antiquū dictū est, Auaro tā deest qđ habet, qđ qđ nō ha-
bet. Credenti, totus mūdus diuitiarū est. Infidelis autē, etiā obolo indiget. Sic ui-
uamus tanq́; nihil hñtes, & oīa possidentes. Victus & uestitus diuitię Christia-
norū sunt. Si habes in potestate rem tuā, uende. si nō habes, proijce. Tollenti tu 1.Cor.6.b
nicā, & pallium relinquendū est. Scilicet nisi tu semper retrastinans, & diē de die Matth.5.g
trahens caute, & pedetentim tuas possessiunculas uendideris, non habet CHRI
STVS unde alat pauperes suos. Totū deo dedit, qui seipsum obtulit. Apostoli Matth.4.g
nauem tantū & retia reliquerunt. uidua duo ęra misit in gazophylaciū, & pręe- Mar.12.d
fertur Crœsi diuitijs. Facile cōtēnit oīa, qui se semper cogitat esse moriturū. Luc.21.a

PRAEFATIO SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI IN PENTATEVCVM MOYSI.

DESYDERII Mei desyderatas accepi Epistolas, qui quondam ꝑsagio futurorũ cum Daniele sortitus est nomen: obsecrantis, vt translatum in latinam linguam de Hebręo sermone Pentateuchum, nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certe, & obtrectatorum meorum latratibus patens: qui me asserũt in septuaginta interpretum sugillationem noua pro veteribus cudere, ita ingenium quasi vinum probantes: quũ ego sępissime testatus sim me pro virili portione in tabernaculo dei offerre quę possim, nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. Quod vt auderem, Origenis me studiũ prouocauit, qui editioni antiquę translationem Theodotionis miscuit, asterisco & obelo omne opus distinguens: dum aut illucescere facit quę minus antè fuerant: aut superflua quęque iugulat & confodit, maxime quę Euangelistarũ & Apostolorũ authoritas ꝓmulgauit. In quibus multa de veteri testamento legimus, quę in nostris codicibus nõ habentur, vt est illud, Ex Aegypto vocaui filium meũ, & Quoniã Nazaręus vocabitur, & Videbunt in quem cõpunxerunt, & Flumina de ventre eius fluent aquę viuę: & Quę nec oculus vidit, nec auris audiuit nec in cor hominis ascenderunt quę ꝑparauit deus diligẽtibus se: & multa alia quę propriũ συνταγμα desyderant. Interrogemus ergo eos vbi hęc scripta sint. & quum dicere nõ potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum testimoniũ est in Osee, Secundũ in Isaia: Tertium in Zacharia. Quartũ in Prouerbijs, Quintũ ęque in Isaia. Quod multi ignorantes, apocryphorũ deliramenta sectantur, & Hiberas nęnias libris authenticis pręferunt. Caussas erroris non est meũ exponere. Iudęi prudenti factum dicunt esse ɔsilio, ne Ptolemęus vnius dei cultor etiã apud Hebręos duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbicunque sacratum aliqd scriptura testatur de patre & filio & spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, vt & regi satisfacerent, & arcanum fidei nõ vulgarent. Et nescio quis primus author septuaginta cellulas Alexandrię mendacio suo extruxerit: quibus diuisi eadem scriptitarint: cũ Aristeas eiusdẽ Ptolemęi ὑπερασπιστής, & multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint: sed in vna basilica congregatos, contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim esse vatem: aliud est esse interpretem. Ibi spiritus ventura prędicit: hic eruditio & verborum copia ea quę intelligit transfert. Nisi forte putandus est Tullius Oeconomicum Xenophontis, & Platonis protagorã, & Demosthenis pro Ctesiphonte, afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per septuaginta interpretes, aliter per apostolos spiritus sanctus testimonia texuit: vt quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus veteres? Minime. Sed post priorũ studia, in domo domini qđ possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentũ CHRISTI, & qđ nesciebant, dubijs protulere sententijs: nos vero post passionem & resurrectionem eius, nõ tam prophetiam q̃ historiã scribimus. Aliter enim audita: aliter visa narratur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur ęmule, obtrectator ausculta: nõ damno, non reprehendo septuaginta: sed cõfidenter cunctis illis Apostolos pręfero. Per istorũ os mihi CHRISTVS sonat, quos ante prophetas inter spiritalia charismata positos lego: in quibus vltimum penè gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in translatione tibi videor errare: interroga Hebręos, diuersarum vrbium magistros cõsule. Quod illi habent de CHRISTO, tui codices nõ habent. Aliud est si cõtra se postea ab Apostolis vsurpata testimonia ꝓbauerũt: & emendatiora sunt exemplaria Latina q̃ Gręca, & Gręca q̃ Hebraica. Verum hęc ɔtra inuidos. Nunc te deprecor Desyderi charissime, vt qa me tm̃ opus subire fecisti, & à Genesi exordiũ cape, orationibus iuues, quò possim eodẽ spiritu quo scripti sunt libri, in Latinũ eos trãsferre sermonẽ.

LIBER GENESIS,

HEBRAICE BERESITH.

A



N PRINCIPIO creauit deus cęlũ & terrã. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebrę erant super faciem abyssi: & spiritus dei[a] ferebatur super aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucem ꝙ esset bona: & diuisit lucẽ à tenebris, appellauitq; lucem diẽ, & tenebras noctem: Factumq; est vespere & mane dies vnus[b]. Dixit quoq; deus, Fiat[c] firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum, diuisitq; aquas quę erant sub firmamento, ab his quę erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitq; deus firmamentum, cęlũ: Et factum est vespere & mane dies secundus. Dixit verò deus, Congregentur aquę quę sub cęlo sunt, in locum vnum: & appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit deus aridã, terram: cõgregationesq; aquarum appellauit maria. Et vidit deus ꝙ esset bonũ, & ait, Germinet terra herbam virentem & facientem semen, &[d] lignum pomiferum facients fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & faciẽtem semen iuxta genus suum, lignumq; faciens fructum, & habens vnũquodq; sementem secundum speciem suam. Et vidit deus ꝙ esset bonum. Et factum est vespere & mane dies tertius. Dixit autem deus, Fiant luminaria in firmamento cęli, & diuidant diẽ ac noctem: & sint in signa & tempora, & dies & annos: vt luceant in firmamento cęli, & illuminẽt terras. Et factum est ita. Fecitq; deus duo luminaria magna, luminare maius vt pręesset diei: & luminare minus, vt pręesset nocti: & stellas. & posuit eas deus in firmamento cęli, vt lucerent super terram, & pręessent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit deus ꝙ esset bonum. Et factũ est vespere & mane dies quartus. Dixit etiã deus, Producant aquę reptile animę viuentis, & volatile[e] super terrã sub firmamento cęli. Creauitq; deus cete grandia, & omnem animam viuentem atq;[f] motabilem, quã produxerant aquę in species suas, & omne volatile secundum genus suum. Et vidit deus quòd esset bonum, benedixitq; eis, dicẽs: Crescite[g] & multiplicamini, & replete aquas maris: auesq; multiplicentur super terram. Et factum est vespere & mane dies quintus. Dixit quoq; deus. Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta & reptilia & bestias terrę secundum species suas. Factũq; est ita. Et fecit deus bestias terrę iuxta species suas, & iumẽta & omne reptile terrę in genere suo. Et vidit deus ꝙ esset bonum, & ait, Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram, & pręsit piscibus maris, & volatilibus cęli, & bestijs, vniuersęq; terrę, omniq; reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem suã, ad imaginẽ dei creauit illum, masculum & fœminã creauit eos. Benedixitq; illis deus, & ait, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cęli, & vniuersis animantibus quę mouentur super terram. Dixitq; deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quę habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terrę, omniq; volucri cęli, & vniuersis quę[h] mouentur in terra, & in quibus est anima viuens[i], vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditq; deus cuncta quę fecerat: & erãt valde bona. Et factum est vespere & mane dies sextus.

CAPVT II.

A

I Gitur perfecti sunt cęli & terra, & omnis[k] ornatus eorũ. Compleuitq; deus die septimo opus suum quõ fecerat: & requieuit die septimo ab vni-

Marginal notes (left):

[a] Insufflabat (vel volitabat, aut incubabat)
[b] Id est primus.
[c] Vox hebręa sonat extẽsionẽ & expãsionẽ.
[d] Arborem fructiferam (More hebręo pro arbore: sępissime interpres ponit lignũ.
[e] Volet.
[f] Repentẽ.
[g] Fructificate.
[h] reptant.
[i] ois gñis herbę virides erũt in escam.
[k] exercitus.

Marginal notes (right):

Verbo dei creat ac bñ dicitur lux. Hebr. 11. a
Firmamentũ siue cęlũ Psal. 135. a
Hier. 10. b
Terra & mare. Psal. 135 b. 88. b.
B
Sol, luna, stella. Psal. 135. b
C
Pisces Aues.
Bestię terrę
Hois creatio.
D
Mat. 19. a
Eccl. 17. a
Infra. 8. c. 9. a
Homini oia subijciunt.
Prouidẽtia di o victu.
Eccli. 30. c
Mat. 7. d
Benedicit sabbathum

verò septuagies septies. Cognouit quoq; adhuc Adam vxorem suam:
Seth. & peperit filium, vocauitq; nomen eius Seth: dicens, Posuit mihi deus
Enos. semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth natus est filius, quē
vocauit Enos. 'iste cœpit inuocare nomen domini. CAPVT V. 'tunc cœ-
A HIc est liber generationis Adam: in die qua creauit deus hominem, ptum est in
Cultus dei ad similitudinem dei fecit illum. masculum & fœminam creauit eos: uocari.
restituitur. & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam in die quo creati sunt.
Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit filium ad similitu-
Sapi.1.d dinem & imaginem suam, vocauitq; nomen eius Seth. Et facti sunt dies
Eccl.17.a Adam postquam genuit Seth, octingenti anni: genuitq; filios & filias. Et
supra.1.d factum est omne tempus quod vixit Adā, anni nongenti triginta, & mor-
B tuus est. Vixit quoq; Seth, centum quinq; annis, & genuit Enos. Vixitq;
Adę ętas Seth postquam genuit Enos, octingentis septem annis, genuitq; filios
2 para.1.a & filias. Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum,
Seth. & mortuus est. Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Post
Enos. cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias.
Factiq; sunt omnes dies Enos nongenti quinq; anni, & mortuus est. Vi-
Cainan. xit quoq; Cainan septuaginta annis, & genuit Malaleel. Et vixit Cainan
postq; genuit Malaleel, octingētis quadraginta annis, genuitq; filios &
C filias. Et facti sunt ōēs dies Cainan nongenti decē anni, & mortuus est.
Malaleel Vixit autem Malaleel sexaginta quinq; annis, & genuit Iared. Et vixit
Malaleel postq; genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios
& filias. Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinq;
Iared. anni, & mortuus est. Vixitq; Iared cētum sexaginta duobus annis, & ge-
nuit Enoch. Et vixit Iared postquā genuit Enoch octingentis annis, &
genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Iared nongenti sexagin-
D taduo anni, & mortuus est. Porrò Enoch vixit sexaginta quinq; annis,
Henoch di- & genuit Mathusalā. Et ambulauit Enoch cū deo: Et vixit Enoch post-
uinā vitā quam genuit Mathusalā, trecentis annis, & genuit filios & filias. Et fa-
agens, non cti sunt omnes dies Enoch trecenti sexagintaquinq; anni. ambulauitq;
morit, sed cum deo, & non apparuit: quia tulit eum deus. Vixit quoq; Mathusala
transfertur. centum octoginta septē annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathusala
eccli.44.c postquam genuit Lamech, septingentis octogintaduobus annis: & genuit
Heb.11.a filios & filias. Et facti sunt omnes dies Mathusalę nongenti sexagintano-
Mathusala uem anni, & mortuus est. Vixit autē Lamech centum octogintaduobus
annis, & genuit filium: vocauitq; nomen eius Noe, dicens, Iste consola-
Noe quare bitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra cui ma-
sic dictus. ledixit dominus. Vixitq; Lamech, postquam genuit Noe, quingentis
nonagintaquinq; annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes di-
Filij Noe. es Lamech, septingenti septuaginta septem anni, & mortuus est. Noe
verò cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, &
CAPVT VI.
A Iapheth.
Cū diluuiū. CVmq; cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procrea- 'vel princi-
120. dies ad sent, videntes filij dei filias hominum q̄ essent pulchrę, acceperunt pium.
cōuersionem sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitq; dñs, Non 'permanebit' 'vel iudica-
dati. spiritus meus in homine in ęternū, quia caro est: eruntq; dies illius cen- bit, aut de-
Gigantes. tum viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus il- sceptabit.
Cordis hu- lis. Postquam enim ingressi sunt filij dei ad filias hominum, illęq; ge- 'vl pncipū.
mani mali- nuerunt, isti sunt potentes a sęculo, viri famosi. Videns autem dñs q̄
tia irritat multa malitia hominum esset in terra, '& cuncta cogitatio cordis inten-
deū.j.8.d ta esset ad malum 'omni tēpore, pœnituit eum q̄ hominem fecisset in ter- '& q̄ omnis
B ra. 'Et precauēs in futurum, '& tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, in- imaginatio
quit, hominem quem creaui a facie terrę, ab homine vsq; ad animan- cogitatio-
Pœnitet de- tia, a reptili vsq; ad volucres cęli. pœnitet enim me fecisse eos. Noe ve- nū cordis
um hoiem rò inuenit gratiam coram deo. Hę sunt generationes Noe: Noe vir iu- eorū tantū
fecisse. stus atq; perfectus fuit in generationibus suis, cū deo ambulauit. Et ge- esset mali.

huit tres filios Sem, Cham, & Iaphet. Corrupta est autem terra coram deo, & repleta est iniquitate. Cumq; vidisset deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram) dixit ad Noe. Finis vniuersę carnis[a] venit coram me[b]: *repleta est terra iniquitate a facie eorum, & ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis[c] leuigatis: mansiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Et sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcę, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram in arca facies, & in cubito consummabis summitatem eius: Ostium autem arcę pones ex latere:[d] deorsum, cœnacula & tristega[e] facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluuij super terram, vt interficiam omnem carnem in qua spiritus vitę est subter cęlum, & vniuersa quę in terra sunt, consumentur. Ponamq; fœdus meum tecum: & ingredieris arcam tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum. & ex cunctis animátibus vniuersę carnis bina induces in arcá, vt viuant tecum. masculini sexus & fœminini. de volucribus iuxta genus suum, & de * iumentis in genere suo, & ex omni reptili terrę secundum genus suum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt possint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis quę mandi possunt, & comportabis apud te: & erunt tam tibi, quam illis in cibum. Fecit igitur Noe omnia quę pręceperat illi deus. CAP. VII.

Dixitq; dominus ad eum, Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iustum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolles septena & septena, masculum & fœminá: de animantibus verò immúdis duo & duo, masculum & fœminam. Sed & de volatilibus cęli septena & septena, masculum & fœminam: vt saluetur semẽ super faciem vniuersę terrę. adhuc enim & post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnem substantiam quam feci, de superficie terrę. Fecit ergo Noe omnia quę mandauerat ei dominus. Eratq; sexcentorum annorum quando diluuij aquę inundauerunt super terram. Et ingressus est Noe & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cũ eo in arcam, propter aquas diluuij. De animátibus quoq; mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni quod mouetur super terram, duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus & fœmina, sicut pręceperat deus Noe. Cumq; transissent septem dies, aquę diluuij inundauerũt super terram. Anno sexcẽtesimo vitę Noe, mense secundo, septimodecimo die mẽsis,* rupti sunt oẽs fontes abyssi magnę, & cataractę cęli apertę sunt: & facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.[f] In articulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, & Chá, & Iapheth filij eius: & vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis in arcam: ipsi & omne animal secundum genus suum, vniuersaq; iumenta in genere suo, & omne quod mouetur sup terram in genere suo, cunctumq; volatile secundum genus suum, vniuersę aues, omnesq; volucres ingressę sunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne in qua erat spiritus vitę. Et quę ingressa sunt, masculus & fœmina ex omni carne introierunt, sicut pręceperat ei deus: & inclusit eũ dominus de foris. Factumq; est diluuium quadraginta diebus super terram: & multiplicatę sunt aquę, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. vehementer enim inundauerunt, et omnia repleuerunt in superficie terrę: Porrò arca ferebatur sup aquas. Et aquę pręualuerũt nimis super terram: opertiq; sunt omnes mótes excelsi sub vniuerso cęlo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. Consumptaq; est omnis caro quę mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumq; reptilium quę reptant super terram. Vniuersi homines & cuncta in quibus spiraculum vitę est in terra, mortua sunt. Et deleuit deus omnem substantiá quę erat super terram, ab homine vsq; ad pecus, tam reptile, quá volucres cęli: & deleta sunt de terra: Remansit autem

[b] id ẽ statutũ est apõ me amputare oẽs homĩes
* quia
[c] gopher ligni leuissimi nomen est. Chald. inter, cedri Hiero. bituminatis. 70 quadratis.
[e] Chal. itẽ pres, mãsiones iferiores, sedas & tertias.
* i die hac
[f] In illo eodem die.

Eccl. 44. c
Noe iustus
Sem.
C
Cham.
Iapheth.
Pędictio diluuij.
Fora arcę.
Qui arcam ingredi deberent.
D
* omnibus
A
Pręcipitur Noe arcam ingredi.
2. Pe. 2. b
B
Noe arcam ingredit.
mat. 24. d
Luc. 17. f
1. Pet. 3. d
Diluuij inundatio.
C
Qui cum Noe igressi.
D
Aquę diluuij quá magnę.
Sapi. 10. a
eccli. 39. c
Oia diluuio pereunt.

solus Noe & qui cum eo erant, in arca. Obtinueruntq; aquę terram centum quinquaginta diebus.

CAPVT. VIII.

A Imminuitur aq. diluuij.

RECordatus autem deus Noe cunctorumq; animantium & omnium iumentorum quę erãt cum eo in arca, adduxit spiritũ super terram, & imminutę sunt aquę. Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractę cęli: & prohibitę sunt pluuię de cęlo. Reuersęq; sunt aquę de terra euntes & redeuntes: & cœperũt minui post centum quinquaginta dies. Requieuitq; arca mense septimo, vicesimoseptimo die mensis super montes Armenię. At verò aquę ibant & decrescebant vsq; ad decimum mensem: decimo enim mense, prima die mensis apparuerunt cacumina montium. Cumq; transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcę quam fecerat, dimisit coruum[1] qui egrediebatur, & reuertebatur, donec siccarentur aquę super terram. Emisit quoq; columbam[2] post eum[3], vt videret si iam cessassent aquę super faciem terrę. Quę cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam: aquę enim erãt super vniuersam terram: extenditq; manum suam, & apprehensam intulit in arcam. Expectatis autẽ vltra septem diebus alijs, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eũ ad vesperam, portans ramum oliuę [z]virentibus folijs[a] in ore suo. Intellexit ergo Noe q̃ cessassent aquę super terram. Expectauitq; nihilominus septem alios dies: & emisit columbam, quę nõ est reuersa vltra ad eum. Igitur sexcentesimoprimo anno, primo mense, prima die mensis imminutę sunt aquę super terram: & aperiens Noe tectum arcę aspexit, viditq; q̃ exiccata esset superficies terrę. Mense secundo, septimo & vicesimo die mensis arefacta est terra. Locutus est autem deus ad Noe, dicens, Egredere de arca tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum tecum. Cũcta animãtia quę sunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus q̃ in bestijs & vniuersis reptilibus quę reptant super terram, educ tecum, et ingredimini super terrã: crescite & multiplicamini super eam. Egressus est ergo Noe & filij eius, & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo. Sed & omnia animantia, iumenta & reptilia quę reptant super terram secundum genus suum, egressa sunt de arca. Aedificauit aũt Noe altare domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.[a] Odoratusq; est dominus odorẽ suauitatis, & ait ad eum[b], Nequaquam vltra maledicam terrę propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis[c] in malum prona sunt[d] ab adolescẽtia sua: non igitur vltra percutiam omnem animã viuentem sicut feci. Cunctis diebus terrę, sementis & messis, frigus & ęstus, ęstas & hyems, nox & dies nõ requiescent.

CAP. IX.

BEnedixitq; deus Noe & filijs eius. Et dixit ad eos, Crescite & multiplicamini, & replete terram. Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terrę & super omnes volucres cęli, cum vniuersis quę mouentur super terram: omnes pisces maris manui vestrę traditi sunt. Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Excepto q̃ carnẽ cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: & de manu hominis, de manu[e] viri fratris eius[f] requiram animam hominis. Quicunq; effuderit humanum sanguinẽ[*], fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe dei factus est homo. Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terrã, & implete eam[g]. Hęc quoq; dixit deus ad Noe, & ad filios eius cũ eo, Ecce ego[*] statuam pactũ meum vobiscum, & cum semine vestro post vos: & ad omnem animam viuentẽ quę est vobiscum, tam in volucribus q̃ in iumentis & pecudibus terrę cunctisq; quę egressa sunt de arca, & vniuersis bestijs terrę. Statuam pactum[*] meum vobiscum, & nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuij, neq; erit deinceps diluuium dissipans terram. Dixitque deus, Hoc est signũ fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnem animam

Left margin: A Imminuitur aq. diluuij. — Arca super montes requiescit. — Emittitur coruus. — B — Columba — Rursus eam mittit. — Siccantur aquę — C — Noe egreditur arcam. — 3.2.c.d.&.9.a. — D — Offert holocaustum. — Diluuiũ nõ vltra futurum — Cor hominis malũ.3.c.a — A — Bñdicitur Noe. — 3.1.c.8.c — Concessio ciborum. — B — Ius gladij. Mat. 26.e Apoc. 13.c 3.1.c.d.8.d — Pactus dei cum Noe. Isa.54.c — C

Right margin: [1] al., quem decerpserat, [2] vel repãt, aut gignit. [3] Chald. iterps. Et suscepit dñs cum bñplacito oblonẽ ei[a]. [b] Et dixit dñs i corde ipsi (sub. Noe. Id est ita sensit in corde suo p deum.) [c] mala est ala ei, q̃ e sanguis ei, vt ẽ Hebraismus, p vniuscuiusque hois. vel intellige vt vertit Chaldeus iterps vir q̃ effuderit sanguinẽ fris sui. [*] in homine. 70. p sanguine hois. Chal. iterp. cũ testibus. Alij vertũt p hominẽ. Alij Hebraismi cẽ volũt, sãguinẽ hois i hoie id ẽ, hũanũ sãguinem. [*] ego [*] vl giiationẽ facite. [*] multiplicemini in ea.

viuentem quę est vobiscum in generationes sempiternas: Arcum meũ ponam in nubibus, et erit signum fœderis inter me et inter terram. Cũq; obduxero nubibus cęlum, apparebit arcus meus in nubibus: et recordabor fœderis mei vobiscum et cum omni anima viuente quę carnem vegetat: et non erunt vltra aquę diluuij ad delendam vniuersam carnem. Eritq; arcus in nubibus, et videbo illum, et recordabor fœderis sempiterni quod pactũ est inter deum et omnem animã viuentem vniuersę carnis quę est super terram. Dixitq; deus ad Noe, Hoc est signum fœderis quod constitui inter me et omnem carnem super terram. Erant ergo filij Noe qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, et Iapheth: Porrò Cham ipse est pater Chanáan. Tres isti, filij sunt Noe: et ab his disseminatum est omne genus hominum super vniuersam terrã. Cœpitq; Noe vir agricola exercere terram, et plantauit vineam. Bibensq; vinum inebriatus est, et nudatus est in tabernaculo suo. Quod cum vidisset Cham pater Chanáan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis [a] foras. At vero Sem et Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, et incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: facies q; eorũ auersę erãt, et patris virilia non viderunt. Euigilans autem Noe ex vino, cum didicisset quę fecerat ei filius suus minor, ait, Maledictus Chanáan, seruus seruorum erit fratribus suis. Dixitq;, Benedictus dominus deus Sem, sit Chanáan seruus [b] eius. Dilatet deus Iapheth, et habitet ĩ tabernaculis Sem, sitq; Chanáan seruus [c] eius. Vixit aũt Noe post diluuiũ trecẽtis quinquaginta annis. et impleti sunt omnes dies eius nongentorũ quinquaginta annorũ: et mortuus est.

iris in nubibus. Eccli. 43.b. — Filij Noe. — Chanáan. — D — Noe agricola, et vineã plãtat. — Inebriatur, et deridetur à filio. — Maledicit Chanáan. — Bñdicitur Sem et Iapheth. — Aetas Noe

a In platea. b eis. c eis.

CAP. X.

HAe sunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, et Iaphet: natiq; sunt eis filij post diluuium. Filij Iaphet: Gomer, et Magog, et Madai, et Iauan, et Thubal, et Mósoch, et Thiras. Porrò filij Gomer: Ascenez et Riphath et Thogorma. Filij autem Iauan: Elisa et Tharsis, Cethim et Dodanim. Ab his diuisę sunt insulę gentium in regionibus suis, vnusquisq; secundum linguam suam et familias in nationibus suis. Filij autem Cham: Chus, et Mesraim, et Phut, et Chanáan. Filij autem Chus: Saba, et Euila, et Sabatha, et Regma, et Sabathacha. Filij Regma: Saba, et Dadan. Porrò Chus genuit Nemrod: Ipse cœpit esse potens in terra, et erat robustus venator coram domino. ab hoc exiuit prouerbium, Quasi Nemrod robustus venator coram domino. Fuit autem principium regni eius Babylõ et Arach, et Achad, et Calanne, in terra Sénáar. De terra illa egressus ẽ Assur, et ędificauit Niniuẽ, et [d] plateas ciuitatis, et Chale. Resen quoq; inter Niniuẽ et Chale: hęc est ciuitas magna. At vero Mesraim genuit Ludim, et Anamim, et Laabim, et Nephtuim, et Phethrusim, et Chasluim: de quibus egressi sunt Philisthijm, et Caphtorim. Chanáan aũt genuit Sidonem primogenitum suũ, Ethęum et Hiebusęum et Amorręum et Gergesęum et Eucum et Aracęũ, Sincum et Aradium, Samarçum et Amathęum: et per hos disseminati sunt populi Chananęorum. Factiq; sunt termini Chanáan venientibus à Sidone Gerarãm vsq; ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam et Gomorrham, et Adamam et Seboim vsq; Lesa. Hi, filij Cham in cognationibus et linguis [e] et generationibus, ĩ terrisq; et gentibus suis. De Sem quoq; nati sunt patre omnium filiorũ Heber, fratre Iapheth maiore. Filij Sem: Aelam et Assur et Arphaxad, Lud et Aram. Filij Arã: Hus et Hul et Géther et Mes. At vero Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Heber. Natiq; sunt Heber filij duo. nomen vni Phaleg, eo q̃ in diebus eius diuisa sit terra: et nomen fratris eius Iectan. Qui Iectan genuit Elmodad et Saleph, et Asarmoth, Iare et Aduram et Vzal et Decla et Hebal et Abimael, Saba et Ophir et Euila et Iobab. omnes isti, filij Iectan. Et facta est habitatio eorũ de Messa pergentibus vsq; Sephar montẽ orientalem. Isti filij Sem secundum cognationes et linguas et regiones in gẽtibus suis. Hę familię filiorum Noe

A — Filij Iapheth. 1.par.1.a — A quibus diuisę regiões. — Filij Cham. — Nemrod. — B — Babylon. — Assur. — Niniue ędificatur. — Philisthiim. — Chananęi. — C. — Filij Sem. — D — Phaleg.

d vel Rehoboth ciuitatem.

iuxta populos et nationes suas. Ab his diuisę sunt gẽtes in terra post diluuium.

CAPVT XI.

A

Vnus sermo in terra. Sapi. 10. a Babel ędificatur. Confusio linguarũ. Trinitatis articulus.

ERat autem terra [1]labij vnius, et sermonum eorundem. Cumq; proficiscerentur de oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, et habitauerunt in eo. Dixitque alter ad proximum suum. [2]Venite, faciamus lateres, et coquamus eos igni. Habueruntq; lateres pro saxis, et [3]bitumen pro cemento: et dixerunt. Venite, faciamus nobis ciuitatem et turrim, cuius culmen pertingat ad cęlum: et celebremus nomen nostrum [4]antequam diuidamur in vniuersas terras. Descendit autẽ dominus vt videret ciuitatem et turrem quã ędificabant filij Adam, [5]et dixit, Ecce, vnus est populus, et vnum est labium omnibus: et ceperuntq; hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. [6]Venite igitur, descendamus et confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisq; voces proximi sui. Atq; ita diuisit eos dominus ex illo loco in vniuersas terras, et cessauerunt ędificare ciuitatẽ. Et idcirco vocatũ est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersę terrę: et inde dispersit eos dominus super faciem cunctarum regionum. Hę sunt generationes Sem, Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium. Vixitq; Sem postquam genuit Arphaxad, quingentis annis, et genuit filios et filias. Porrò Arphaxad vixit triginta quinq; annis, et genuit Sale. Vixitq; Arphaxad postquã genuit Sale, quadringẽtis tribus annis, et genuit filios et filias. Sale quoq; vixit triginta annis, et genuit Heber. Vixitq; Sale postq; genuit Heber, q̃dringentis tribus annis, et genuit filios et filias. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, et genuit Phaleg. Et vixit Heber postquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: et genuit filios et filias. Vixit quoq; Phaleg triginta annis, et genuit Reu. Vixitq; Phaleg postquam genuit Reu, ducentis nouem annis, et genuit filios et filias. Vixit autẽ Reu triginta duobus annis: et genuit Sarug. Vixit quoq; Reu postquam genuit Sarug, ducentis septem annis: et genuit filios et filias. Vixit verò Sarug triginta ãnis, et genuit Nachor. Vixitq; Sarug postquam genuit Nachor, ducentis annis, et genuit filios et filias. Vixit autẽ Nachor viginti nouẽ annis, et genuit Thare. Vixitq; Nachor postquam genuit Thare, centum decem et nouem annis: et genuit filios et filias. Vixitq; Thare septuaginta annis: et genuit Abraẽ et Nachor et Aran. Hę sunt autem generationes Thare, Thare genuit Abram, Nachor, et Aran. Porrò Aran genuit Lot. Mortuusq; est Aran ante Thare patrem suum, in terra natiuitatis suę in Hur Chaldęorum. Duxerunt autem Abram et Nachor vxores: nomen vxoris Abram Sarái: et nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran patris Melchę et patris Ieschę. Erat autem Sarái sterilis, nec habebat liberos. Tulit itaq; Thare Abram filium suum, et Lot filium Aran filium filij sui, et Sarái nurum suam, vxorẽ Abram filij sui, et [7]eduxit eos de Hur Chaldęorum, vt irent in terram Chanaã: venerũtq; vsq; ad Haran, et habitauerũt ibi. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinq; annorũ, et mortuus est in Haran.

Babel. B Aetas Sem Arphaxad. Sale. Heber. C Phaleg. 1. para. 1. b Reu. Sarug. Nachor. Thare. Abrã Nachor Aran D 1. para. 1. b Iosu. 24. a Lot. Sarai. Melcha. Iosu. 24. a Neem. 9. b Iudith. 5. a Thare moritur.

CAPVT XII.

A

Iubetur Abraẽ egredi terram, & a deo bñdicitur. act. 7. a Promittit Christus. galat. 3. b

DIxit autẽ dominus ad Abraẽ, Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terrã quam monstrauero tibi. Faciamq; te in gentem magnam, et benedicam tibi, et magnificabo nomen tuũ, eritq; benedictus. Benedicam benedicẽtibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi, atq; in te benedicentur vniuersę cognationes terrę. Egressus est itaq; Abram sicut [8]pręceperat ei dominus, et iuit cum eo Lot: Septuaginta quinque annorum erat Abram cũ egrederetur de Haran. Tulitq; [9]Sarái vxorẽ suã, et Lot filiuẽ fratris sui, vniuersamq; substantiã quam [10]possederant, et animas quas [11]fecerãt in Harã, et egressi sunt vt irent in terram Chanaan. Cumq; venissent in eam, pertransiuit Abram terram vsq; ad locuẽ Sichem, et vsq; ad conuallem illustrem:

B

Abraẽ egredit terrã suã. he. 11. b

[1] Eia (vel age, siue agite.)
[2] vel bitum
[3] ne forte.
[4] vel huius.
[5] Eia, (vel agite,) hoc tantis.
[7] egressi sũt
[8] locut⁹ fuerat.
[9] Abram
[10] vel acquisierant.
[11] vel genuerat, vel acq

Chananęus autem tunc erat in terra. Apparuitq; dominus Abram, et dixit ei, Semini tuo dabo terrã hãc. Qui ędificauit ibi altare domino, qui apparuerat ei. Et inde transgrediens ad montẽ qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, et ab oriente Hai: Aedificauit quoq; ibi altare domino, et inuocauit nomen eius. Perrexitq; Abram vadens et vltra progrediens ad meridiem. Facta est autem fames in terra: Descenditq; Abram in Aegyptum, vt peregrinaretur ibi: preualuerat enim fames in terra. Cumq; prope esset vt ingrederetur Aegyptũ, dixit Sarãi vxori suę, Noui qđ pulchra sis mulier: et q cum viderint te Aegyptij, dicturi sunt, Vxor illius est: & interficiẽt me, et te reseruabũt. Dic ergo, obsecro te, q soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. Cum itaq; ingressus esset Abram Aegyptum, viderunt Aegyptij mulierem q esset pulchra nimis. Et nunciauerunt principes Pharaoni, et laudauerunt eam apud illum: et sublata est mulier in domum Pharaonis, Abram verò bene vsi sunt propter illã. Fueruntq; ei oues et boues et asini et serui, et famulę et asinę et cameli. Flagellauit autem dñs Pharaonem plagis maximis, et domum eius propter Sarãi vxorem Abram. Vocauitq; Pharao Abram, & dixit ei, Quidnã est hoc quod fecisti mihi? quare nõ indicasti mihi q vxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nunc igitur ecce coniunx tua, accipe eam et vade. Pręcepitq; Pharao super Abram viris: et deduxerunt eum et vxorẽ illius, et omnia quę habebat.

CA. XIII.

AScendit ergo Abram de Aegypto, ipse et vxor eius, et omnia quę habebat, et Lot cum eo, ad australem plagam. Erat aũt diues valde Abrã in possessione auri & argẽti. Reuersusq; est per iter, quo venerat à meridie in Bethel, vsq; ad locũ vbi prius fixerat tabernaculũ inter Bethel et Hai: in loco altaris quod fecerat prius, et inuocauit ibi nomen dñi. Sed & Lot q̄ erat cũ Abrã, fuerunt greges ouium et armenta et tabernacula. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, et nequibãt habitare communiter. vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abrã et Lot. Eo autem tempore Chananęus et Pherezęus habitabãt in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quęso sit iurgium inter me et te, et inter pastores meos et pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Eleuatis itaq; Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quę vniuersa irrigabatur antequam subuerteret dominus Sodomam & Gomorrhã, sicut paradisus dñi, et sicut Aegyptus venientibus in Segor. Elegitq; sibi Lot regionem circa Iordanẽ, et recessit ab oriente: diuisiq; sunt alterutrum à fratre suo. Abrã habitauit in terra Chanaan: Lot vero moratus est in oppidis quę erant circa Iordanẽ, et habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitę pessimi erant, et peccatores coram domino nimis. Dixitq; dominus ad Abram postquã diuisus est ab eo Lot, Leua oculos tuos, et vide à loco in quo nunc es ad aquilonem et meridiem, ad orientem et occidentem. Omnẽ terram quam conspicis, tibi dabo, et semini tuo vsq; in sempiternum. Faciamq; semen tuum sicut puluerem terrę: Si quis potest hominũ numerare puluerẽ terrę, semen quoq; tuũ numerare poterit. Surge ergo, et perambula terram in longitudine et latitudine sua: quia tibi daturus sum eam. Mouens igitur Abram tabernaculum suum, venit et habitauit iuxta conuallem Mambre, quę est in Hebron: ędificauitq; ibi altare domino.

CAPVT XIIII.

FActum est autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennaar, et Arioch rex Põti, et Chodorlahomor rex Aelamitarum, et Thadal rex gentium inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, et cõtra Bersa re-

fierãt, vt ne vernaculis intelligat. Chal. iterp. q̃s subierces rant legi.

viuere facient. Heb.

viderunt eã principes Pharaonis, fecerunt.

in pecoribus & auro & argento.

i pncipio

ibi

ãbulabat

iter pastores gregum

Hũc hebraismũ iterp̃s ca. 34. hui sic reddidit in potestate tua est.

omnem

tetendit tabernaculũ ĩ Sodomã vsq;. Heb.

Promittit Chanaam. ꝟ 11. b. 15. d 15. d. 16. a. deu. 34. b.

C

Descẽdit in Aegyptũ.

ꝟ. 20. c.

D

Rapit vxor eius à Pharaone.

Percutitur Pharao.

Reddit Abrę vxor.

A

Abrã ęgyptũ egredit

ꝟ. 12. a.

Lot & Abrã diuites.

ꝟ. 36. a

B

Abrã diuidit terrã cũ fre suo Lot

C

A

D

Sodomitę

Rursum Abrę pmittit terra Chanaã. ꝟ. 12. b ꝟ 15. b. 26. a

A

Sodomitę, Amalecitęq; & reliqui ĩstit bellũ.

gem Gomorrhę, et contra Senaab regem Adamę, et contra Semeber
regem Seboim, contraq; regem Bale, ipsa est Segor. Omnes hi conue-
nerunt in vallem Syluestrem, quę nunc est mare salis. Duodecim enim
annis seruierant Chodorlahomor, et tertiodecimo anno recesserunt ab
eo. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, et reges qui
erant cum eo percusseruntq; Raphaim in Astaroth Carnaim, et Zuzim [a] — [a] in Ham,
cū eis [b], et Emim in Saue Cariathaim, et Chorręos in mōtibus Seir, vsq;
ad campestria Pharan, quę est [c] in solitudine [c]. Reuersiq; sunt, et venerūt — [c] super de-
B vsq; ad fontem Misphat [d], ipsa est Cades: et percusserunt omnem regionē — serti Chal.
Amalecitarum et Amorrhęorum qui habitabant in Asasonthamar. — interp adiū
Et egressi sunt rex Sodomorum, rex Gomorrhę, rexq; Adamę, et rex — cta deserto.
Seboim, necnon et rex Bale, quę est Segor: et direxerunt aciem cōtra eos
in valle Syluestri, scilicet aduersus Chodorlahomor regem Aelamita-
rum, et Thadal regem gentium, et Amraphel regē Sennaar, et Arioch
regem Ponti, quatuor reges aduersus quinq;. Vallis aūt Syluestris habe-
Sodoma di- bat puteos multos bituminis. Itaq; rex Sodomorum, et rex Gomorrhę
ripitur. terga verterūt, cecideruntq; ibi: et qui remāserāt fugerūt ad montē. Tule-
Captiuitas runt autem omnem substantiam Sodomorum et Gomorrhęorum, et
Lot vniuersa quę ad cibum pertinēt, et abierunt: necnon et Lot et substan-
C tiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. Et ecce vnus
qui euaserat, nunciauit Abram Hebręo, qui habitabat in conualle Mā-
Abrā eripit bre Amorrhęi fratris Eschol, et fratris Aner: hi enim pepigerant fœ-
Lot dus cum Abram. Quod cum audisset Abram, captum videlicet Lot
fratrem suum, [e] numerauit expeditos [f] vernaculos suos trecentos decem — [e] armauit
et octo: et persecutus est eos vsque Dan. Et diuisis [g] socijs [g], irruit su- — pueros
per eos nocte: percussitq; eos, et persecutus est vsque Hoba, quę est — [f] seruis,
ad leuam Damasci. Reduxitq; oēm substantiam et Lot fratrem suum
cū substantia illius, mulieres quoq; et populum. Egressus est autem rex
Sodomorum in occursū eius postquā reuersus est à cęde Chodorlaho-
mor, et regum qui cum eo erant in valle Saue, quę est vallis regis. At
D vero Melchisedec rex Salem, proferens panem et vinum (erat enim sa-
Melchise- cerdos dei altissimi) benedixit ei, et ait, Benedictus Abram deo excelso
dech hospi- qui [h] creauit [h] cęlum et terram: et benedictus deus excelsus, [i] quo protegen- — [h] possidet
tā Abram: te hostes in manibus tuis sunt [i]. Et dedit ei decimas ex omnibus. Di- — [i] qui tradi-
dat decias. xit autē rex Sodomorū ad Abram, Da mihi [k] animas [k], [l] cętera [l] tolle tibi. — dit hostes
Heb.7.a. Qui respondit ei, Leuo manū meā ad dominum deum excelsum posses- — tuos in ma-
Abrā spo- sorem cœli et terrę, quòd à filo [m] subtegminis vsq; ad corrigiam caligę, non — nus tuas.
lia renuit ac- accipiam ex omnibus quę tua sunt, ne dicas, Ego ditaui Abram: ex- — [k] pro homi-
cipere. ceptis his quę comederunt iuuenes, et partibus virorum qui venerunt me- — nib' ponit
cum, Aner, Eschol, et Mambre: isti accipient partes suas. — aias more

CAPVT. XV.

Hebręo.

A HIs itaq; transactis, factus est sermo domini ad Abram per visio- — [l] substātiā
nem dicēs, Noli timere Abram, ego [n] protector [n] tuus sum, et merces tua
magna nimis. Dixitq; Abram, Domine deus quid dabis mihi? ego va- — [n] scutum
Promittit dam absq; liberis: et filius procuratoris domus meę iste Damascus Elié-
Isaac zer. Addiditq; Abram, Mihi autē non dedisti semen: et ecce vernacu-
Rom.4.c. lus meus, hęres meus erit. Statimq; sermo domini factus est ad eum, di-
Abrę fides cens, Nō erit hic hęres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo ipsum habe-
B bis hęredem. Eduxitq; eum foras, et ait illi, Suspice cęlum, et numera stel-
Rom.4.a. las si potes. Et dixit ei, Sic erit semen tuum. Credidit Abram dño, et [*] repu- — [*] hoc
Gal.3.a. tatum est illi ad iustitiam. Dixitq; ad eum, Ego dominus qui eduxi te de
Iac.2.d.5. Hur Chaldęorum, vt darem tibi terram istam, et possideres eam. At ille
11.d. ait, Domine deus, vnde scire possum quòd possessurus sim eam? Et respon-
Tertio pro- dens dominus, Sume, inquit, mihi vaccam triennem, et caprā trimā, — [o] Pullū co-
mittit terra et arietem annorum trium, turturem quoq; et [o] columbam [o]. Qui tollens — lumbarum.
Chanaan. vniuersa hęc, diuisit ea per medium, et vtrasq; partes contra se altrinsecus — Heb.

C

eus posuit: aues autem non diuisit. Descenderuntq; volucres super cadauera, et abigebat eas Abram. Cumq; sol occumberet, sopor irruit super Abram, et horror magnus et tenebrosus inuasit eum. Dictumq; est ad eum, Scito prænoscens q peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: et subijcient eos seruituti, et affligent quadringentis annis. Verum tamen gentem cui seruituri sunt, ego [a] iudicabo: [b] et post hæc egredientur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta reuertentur huc: Necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsq; ad præsens tempus. Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, et apparuit clibanus fumans, et lampas ignis trãsiens inter diuisiones illas. In illo die pepigit dñs fœdus cum Abrã, dicens, Semini tuo dabo terrã hanc à fluuio Aegypti vsq; ad fluuiũ magnum Euphráten, Cinæos, et Cenezæos, Cedmonæos, et Ethæos, et Pherezæos, Raphaim quoq;, et Amorrhæos, et Chananæos, et Gergesæos, et Hiebusæos.

[a] pro vindicabo et vlciscar, possum etc.
[b] vel pœnę

Prędicit seruitus, et liberatio Israel. Act. 7. a. Exod. 12. f.

D

Quarta promissio Chanaan. S. 12. b. 13. d. 26. a. Deut. 34. b

CAP. XVI.

A

Sarai dat viro ancillam suam.

IGitur Sarai vxor Abram non genuerat sibi liberos: sed habens ancillam Aegyptiam nomine Agar, dixit marito suo, Ecce, conclusit me dominus, ne parerem: ingredere [a] ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiã filios. Cumq; ille acquiesceret [b] deprecanti, tulit [c] Agar Aegyptiam ancillam suam post annos decem q; habitare cœperant in terra Chanáan: et dedit eã viro suo vxorem. Qui ingressus est [d] ad eam. At illa concepisse se videns, despexit dominam suam. Dixitq; Sarái ad Abrã, [e] Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quę videns q conceperit, despectui me habet. Iudicet dominus inter me et te. Cui respondens Abram, Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, vtere ea vt libet. Affligente igitur eã Sarái, fugam inijt. Cumq; inuenisset eam angelus domini iuxta fontẽ aquę in solitudine quę est in via Sur in deserto, dixit ad ancillam, Agar ancilla Sarái, vñ venis? et quò vadis? Quę respõdit, A facie Sarái dominę meę ego fugio. Dixitq; ei angelus domini, Reuertere ad dominam tuam, et humiliare sub manu illius. Et rursum, Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, et non numerabitur pręs multitudine. Ac deinceps, Ecce, ait, concepisti, et paries filium: vocabisq; nomen eius Hismahel, eo q audierit dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homõ: manus eius contra omnes, et manus omniũ contra eum: et e regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. Vocauit autem nomen domini qui loquebatur ad eam, Tu deus qui [f] vidisti me. Dixit enim, Profectò hic vidi posteriora vidẽtis me. Propterea appellauit puteum illum, Puteũ viuẽtis et videntis me. ipse est inter Cades et Barad. Peperitque Agar Abrę filium: qui vocauit nomen eius Hismahel. Octoginta et sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Hismahelem.

[a] nunc (vel obsecro)
[b] voci Sarai
[c] Sarai vxor Abram
[d] Ad Agar.
[e] Iniuria q mihi infert, super te est (.i. est tibi imputãda)
[f] Vides

Cõcipit Agar, et dominã irridet.

B

Fugit Agar Saram Cõsolatur eã angelus

C

Ismahel qualis futurus.

D

Parit Agar Galat. 4. c.

CAPVT. XVII.

A

POstquam verò nonaginta et nouem annorum esse cœperat, apparuit ei dominus: dixitq; ad eũ, Ego deus omnipotens: ambula coram me, et esto perfectus. Ponamq; fœdus meum inter me et te: et multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abram pronus in faciẽ. Dixitq; ei deus, Ego sum, et ponam pactum meum tecum, erisq; pater multarum gentium. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium constitui te. Faciamq; te crescere vehementissime, et ponam te in gentibus, regesq; ex te egredientur. Et statuam pactum meum inter me et te, et inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno: vt sim deus tuus et seminis tui post te. Daboq; tibi et semini tuo post te terram peregrinationis tuę, omnem terrã Chanáan in possessionem ęternam: eroq; deus eorum. Dixit iterum deus ad Abraham, Et tu ergo custodies pactum meum, et semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me et vos et semẽ tuum post te, Circũcidetur ex vobis

Eccli. 44. e Rom. 4. c. Abrã noiat Abraham.

Quinto pmittitur. Chanaan

B

Circũcisio signũ fœdẽris, act. 7. a

omne masculinum: et circuncidetis carnem præputij vestri, vt sit in signũ fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circuncidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris: tam vernaculus quàm emptitius [a] cir cuncidetur, et quicũq; nõ fuerit de stirpe vestra: eritq; pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Masculus cuius præputij caro circuncisa nõ fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritũ fecit. Dixit quoq; deus ad Abrahã, Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritq; in nationes, et reges populorum orientur [b] ex eo. Cecidit Abraham in faciem suam, et risit in corde suo dicens, Putasne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Dixitq; ad deum, Vtinam Hismael viuat coram te. Et ait deus ad Abraham, * Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisq; nomen eius Isaac, et constituam pactũ meũ illi in fœdus sempiternum, et semini eius post eum. Sup Hismael quoq; exaudiui te. ecce benedicam ei, et augebo, et multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, et faciam illum in gentem magnam. Pactum vero meum statuam ad Isaac quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero. Cumq; finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit deus ab Abraham. Tulit autem Abrahã Hismael filium suum, et omnes vernaculos dom[us] suæ, vniuersosq; quos emerat, et cunctos mares ex omnibus viris domus suæ: et circuncidit carnem præputij eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei deus. Abrahã nonaginta et nouem erat annorum, quãdo circũcidit carnẽ præputij sui. Et Hismael filius suus tredecim annos impleuerat tpe circuncisionis suæ. Eadem die circuncisus est Abraham et Hismael filius eius. Et oẽs viri domus illius, tam vernaculi, quàm emptitij, [c] et alienigenæ) pariter circuncisi sunt.

CAPVT XVIII.

APparuit autem ei dominus in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Cumq; eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eũ: Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, et [d] adorauit in terra. Et dixit, Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne * trãseas seruum tuum: sed afferam pauxillum aquæ, et lauentur pedes vestri, et requiescite sub arbore. Ponãq; buccellã panis, et confortetur cor vestrum, postea transibitis: idcirco enim declinastis ad seruum vestrum. Qui dixerunt, Fac vt locutus es. Festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitq; ei, Accelera, tria sata similæ commisce, et fac subcinericios panes. Ipse verò ad [e] armentum cucurrit, et tulit inde vitulum tenerrimum et optimum: deditq; puero, qui festinauit et coxit illum. Tulit quoq; butyrum et lac, et vitulum quẽ coxerat, et posuit coram eis: Ipse verò stabat iuxta eos sub arbore. Cumq; comedissent, dixerunt ad eum, Vbi est Sara vxor tua? Ille respõdit, Ecce in tabernaculo est. Cui dixit, Reuertẽs veniam ad te tempore isto [f] vita comite, et habebit filiũ Sara vxor tua. Quo audito Sara risit post ostiũ tabernaculi. * Erant autem ambo senes prouectæq; ætatis, [g] et desierant Saræ fieri muliebria. Quæ risit occulte, [h] dicens, Postquam consenui, et dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Dixit autem dominus ad Abraham, Quare risit Sara, dicens, Num verè paritura sum anus? Num quid deo quicquam est difficile? Iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore vita comite, et habebit Sara filiũ. Negauit Sara, dicens, Nõ risi, timore perterrita. Dominus autem, Non est, inquit, ita: sed risisti. Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam: et Abraham simul gradiebatur deducens eos. Dixitq; dominus, Num celare potero Abraham quæ gesturus sum: cum futurus sit in gentem magnã ac robustissimã, et BENEDICENDAE sint in illo oẽs nationes terræ? Scio enim quòd præcepturus sit filijs suis, et domui suæ post se vt custodiant viam domini, et faciant iudiciũ et iustitiam: vt adducat dominus [i] propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum. Dixit itaq; dominus, Cla

Ro. 4. b. Lu. 1. c.

Sarai, noīatur Sara. Promittit Isaac.

C

Ʒ 18. b. et 21. a. Benedicit Ismael.

D

Abrahæ et domesticorum circuncisio.

A

Abrahæ hospitalitas. Deus hospitio suscipit sub psona trium angelorum. Mysterium trinitatis. Dei familiaritas cũ Abraham.

B

Ʒ 21. a. Ro. 9. b

Chrs bñdictio fideliũ.

* & ipsum (subaudi ostium) erat a tergo ipsi* (sub. Abrahæ, alij legũt, ipsum tabernaculum Saræ erat post tabernaculũ Abrahæ.

[a] quẽ emisti ab oĩ alienigena, q nõ ẽ de semine tuo. Circũcidendo circũcidet vernaculus tuus et empt[us] argẽto tuo.

[b] ex ea

* Vere

[c] quos emerat ab alienigenis.

[d] Interp̃s mĩ fere vbiq; adorauit, p inclinauit vel incuruauit se, vertit.

* nunc

[e] boues

[f] ipsa viuente. Chal. in tẽpore, quo vos estis viui.

[g] desierat esse ipsi Saræ cõsuetudo mulierum. Heb.

[h] intra sese,

C

[i] super

mor Sodomorum et Gomorrheorũ multiplicatus est, et peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam, et videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciam. Conuerteruntq; se inde, et abierunt Sodomã: Abrahã vero adhuc stabat coram domino. Et appropinquans ait, Nunqd perdes iustum cũ impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? et non parces loco illi ꝓpter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? Absit à te vt rem hanc facias, et occidas iustum cum impio, fiatq; iustus sicut impius. nõ est hoc tuum, qui iudicas omnem terram: nequaquã facies iudicium hoc. Dixitq; dominus ad eum, Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittã omni loco propter eos. Respondensq; Abrahã, ait, Quia semel cœpi, loquar ad dominũ meum, cum sim puluis et cinis. Quid si minus quinquaginta iustis quinque fuerint? delebis propter quinque vniuersam vrbem? Et ait, Non delebo, si inuenero ibi quadraginta quinq;. Rursumq; locutus est ad eũ. Sin autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait, Non percutiam propter quadraginta. Ne quæso inquit, indigneris domine, si loquar. Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respõdit, Nõ faciã, si inuenero ibi triginta. Quia semel, ait, cœpi, loquar ad dominũ meũ. Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait, Nõ interficiam propter viginti. Obsecro, inquit, ne irascaris domine, si loquar adhuc semel. Quid si inuenti fuerint ibi decẽ? Et dixit, Nõ delebo propter decem. Abijtq; dominus postquam cessauit loqui ad Abrahã: et ille reuersus est in locum suum.

Prędicit interit⁹ Sodomorum.

Abrahã intercedit ꝓ Sodomitis

D

Absit a te nunqd iudex oĩs terrę non faciet iudicium?

& loquar tãtũmõ hac vice.

Abraham

CAPVT XIX.

A

Veneruntq; duo angeli Sodomã vespere, sedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cum vidisset eos, surrexit, et iuit obuiam eis: adorauitq; pronus in terrã, et dixit, Obsecro domini mei, declinate in domũ pueri vestri, et manete ibi: lauate pedes vestros, et mane proficiscemini in viã vestram. Qui dixerunt, Minime, sed in platea manebimus. Compulit illos oppidò vt diuerterent ad eum: Ingressisq; domum illius, fecit conuiuium, et coxit azyma, et comederũt. Prius autem quã irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domũ illius, à puero vsq; ad senem, omnis populus simul. Vocaueruntq; Lot, et dixerunt ei, Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, vt cognoscamus eos. Egressus ad eos Lot, post tergum accludens ostium, ait, Nolite quæso fratres mei, nolite malum hoc facere. habeo duas filias, quę nondum cognouerunt virum: educam eas ad vos, et abutimini eis sicut vobis placuerit, dũmodo viris istis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei. At illi dixerunt, Recede illuc. Et rursus, Ingressus es, inquiunt, vt aduena, nũquid vt iudices? Te ergo ipsum magis quã hos affligemus. Vimq; faciebant Lot vehementissime: Iãq; propè erat vt effringerent fores. Et ecce miserunt manum viri, et introduxerunt ad se Lot, clauseruntq; ostiũ: et eos qui foris erant, percusserũt cęcitate à minimo vsq; ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent. Dixerunt autem ad Lot, Habes hic quempiam tuorum generum, aut filios aut filias? Omnes qui tui sunt, educ de vrbe hac: delebimus enim locum istum, eo quod increuerit clamor eorum coram domino, qui misit nos vt perdamus illos. Egressus itaq; Lot, locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius, et dixit, Surgite, et egredimini de loco isto, quia delebit dominus ciuitatem hanc. Et visus est eis quasi ludẽs loqui. Cũq; esset mane, cogebãt eum angeli, dicentes, Surge, tolle vxorem tuam et duas filias quas habes: ne et tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo, apprehenderunt manum eius, et manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quod parceret dominus illi. Eduxerũtq; eum, et posuerunt extra ciuitatẽ. Ibiq; locuti sunt ad eum, dicentes, Salua animam tuã: noli respicere post tergum, nec stes in omni circã regione: sed in monte saluum te fac, ne et tu simul pereas. Dixitq; Lot ad eos, Quæso dñe mi, quia inuenit seruus tuus gratiam corã

Lot hospitalitas, angelos suscipientis.

Seruí.

Sodomorũ libido.

[illegible] Sodomę

B

Virum

idcirco

Vnus (id est solus)

in virum

viri.

1. Pet. 2. b.
Sapi. 19. c.

C

De⁹ eripit Lot a Sodomitis

LXX, acceperant.

Lot.

Lot ridet à generis suis.
Egreditur Lot.

vt punitõe

D

Tardante

Et fcm est, cũ eduxisset eos foras,

Sapiẽ. 10. a

Segor ciuitas ad preces Lot saluatur.

dñe mi

B te, et magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum, vt saluares animam meam, nec possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum et moriar: est ciuitas hec iuxta, ad quam possum fugere, parua, et saluabor in ea: nunquid non modica est, et viuet anima mea? Dixitq; ad eum, Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem pro qua locutus es. Festina, et saluare ibi: quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen vrbis illius Segor. Sol egressus est super terram, et Lot ingressus est Segor. Igitur dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem a domino de celo: et subuertit ciuitates has et omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium, et cuncta terre virentia. Respiciensq; vxor eius post se, versa est in statuam salis. Abraham autem consurgens mane vbi steterat prius cum domino, intuitus est Sodomam et Gomorrham, et vniuersam terram regionis illius: viditq; ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum. Cum enim subuerteret deus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahe, et liberauit Lot de subuersione vrbium, in quibus habitauerat. Ascenditq; Lot de Segor, et mansit in monte, due quoq; filie eius cum eo (timuerat enim manere in Segor) et mansit in spelunca ipse, et due filie eius cum eo. Dixitq; maior ad minorem, Pater noster senex est, et nullus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem vniuerse terre. Veni, inebriemus eum vino, dormiamusq; cum eo: vt seruare possimus ex patre nostro semen. Dederunt itaq; patri suo bibere vinum nocte illa. Et ingressa est maior, dormiuitq; cum patre: At ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit. Altera quoq; die dixit maior ad minorem, Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte, et dormies cum eo, vt saluemus semen de patre nostro. Dederunt et illa nocte patri suo bibere vinum, Ingressaq; minor filia dormiuit cum eo: et nec tunc quidem sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexerit. Conceperunt ergo due filie Lot de patre suo. Peperitq; maior filium, et vocauit nomen eius Moab: ipse est pater Moabitarum vsq; in presentem diem. Minor quoq; peperit filium, et vocauit nomen eius Ammon, idest filius populi mei: ipse est pater Ammonitarum vsq; hodie.

Sapie. 10.a | Sodomorum interitus. | Isa. 13.d. | Iere. 50.f. | Ezec. 16.f. | Osee 11 c.a | Mos. 4.d. | Luc. 17.f. | Iude.1.c. | F | Vxor Lot in statuam salis | Luc. 17.g. | S. 18.a. | G | Egressio Lot de Segor. | Incestus Lot cum filiabus. | Moab | Ammon.

Faciet tua. | Heb. per ex audiui te. | fumum | Ben ammi.

CAP. XX.

A PRofectus inde Abraham in terram australem, habitauit inter Cades et Sur; et peregrinatus est in Geraris. Dixitq; de Sara vxore sua, Soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Gerare, et tulit eam. Venit autem deus ad Abimelech per somnium nocte, et ait illi, En morieris propter mulierem quam tulisti: habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam, et ait, Domine, num gentem ignorantem et iustam interficies? Nonne ipse dixit mihi, Soror mea est: et ipsa ait, Frater meus est? In simplicitate cordis mei et munditia manuum mearum feci hoc. Dixitq; ad eum deus, Et ego scio, quod simplici corde feceris: et ideo custodiui te, ne peccares in me, et non dimisi vt tangeres eam. Nunc ergo redde viro suo vxorem, quia propheta est: et orabit pro te, et viues. Si autem nolueris reddere, scito quod morte morieris tu et omnia que tua sunt. Statimq; de nocte consurgens Abimelech, vocauit omnes seruos suos: et locutus est vniuersa verba hec in auribus eorum, Timueruntq; omnes viri valde. Vocauit autem Abimelech etiam Abraham, et dixit ei, Quid fecisti nobis? quid peccauimus in te, quia induxisti super me et super regnum meum peccatum grande? que non debuisti facere, fecisti nobis. Rursumq; expostulans ait, Quid vidisti, vt hoc faceres? Respondit Abraham, Cogitaui mecum dicens, Forsitan non est timor dei in loco isto, et interficient me propter vxorem meam: alias autem et vere soror mea est, filia patris mei et non filia matris mee, et duxi eam in vxorem. Postquam autem eduxit me deus de domo patris mei dixi ad eam, Hanc misericordiam facies mecum, in omni loco ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus sim.

A | Peregrinatio Abraham in Geraris. | Raptus vxoris eius. | Oratio Abimelech. | B | Ne peccet Abimelech seruat deus. | Abimelech obiurgat Abraham. | C | Sarai filia fratris Thare soror Abrahe adoptiua. | S. 12.c.

Abraham. | etiam iustam | Prohibui | propterea

* mea
[a] hic (vel ipse)
[b] animaduertimus videre poterit oĩbus quod ita facta manseris, ita vt non fuerit necesse te erubescere.

D
Abimelech reddit vxorem.
Orat Abrahã pro Abimelech

Tulit igitur Abimélech oues et boues et seruos et ancillas, et dedit Abraham: Reddiditq; illi Saram vxorem suam, et ait, Terra *coram vobis est, vbicunq; tibi placuerit, habita. Saræ autem dixit, Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, [a]hoc erit tibi in [b]velamen oculorũ ad omnes qui tecum sunt: et quocunq; perrexeris, memento te reprehensam. Orante autem Abraham, sanauit deus Abimélech et vxorem, ancillasq; eius: et pepererunt. concluserat enim deus omnem vuluam domus Abimélech propter Saram vxorem Abrahæ.

CAPVT. XXI.

* Sara ipsi Abrahæ
* Abrahã
[a] dixisset Abrahæ

A
Nascitur Isaac.
S.17.c.18.b
Galat.4.c.
Heb.11.c.
Matth.1.a.
S.17.d.
Saræ castitas.

Visitauit autem dominus Saram sicut promiserat: et impleuit quæ locutus est. Concepitq; et peperit *filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei deus. Vocauitq; Abraham nomen filij sui quem genuit ei Sara, Isaac. et circuncidit eũ *octauo die, sicut præceperat ei deus, cum centum esset annorum: hac quippe ætate patris, natus est Isaac. Dixitq; Sara, Risum fecit mihi deus: quicunq; audierit, corridebit mihi. Rursumq; ait, Quis [a]auditurus crederet Abraham [b]quod Sara lactaret filium quem peperit ei iam seni? Creuit igitur puer, et ablactatus est: Fecitq; Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Cumq; vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ * ludentem cum Isaac, dixit ad Abraham, Eijce ancillam hanc, et filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cũ filio meo Isaac. [a]Dure accepit hoc Abraham pro filio suo. [b]Cui dixit deus, Non tibi [a]videatur asperum [b]super puero et super ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Isaac vocabitur tibi semen. Sed et filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est. Surrexit itaq; Abraham mane, et tollens panem, et vtrem aquæ, imposuit [a]scapulæ eius, [b]tradiditq; puerum, et dimisit eam. Quæ cum abijsset, errabat in solitudine Bersabee. Cumq; consumpta esset aqua in vtre, abiecit puerum subter vnam arborem quæ ibi erat. Et abijt, seditq; e regione procul quantum potest arcus iacere. dixit enim, Non videbo morientem puerum. et sedens contra leuauit vocem suam, et fleuit. Exaudiuit autem deus vocem pueri: vocauitq; angelus dei Agar de cælo, dicens, Quid [a]agis Agar? noli timere: exaudiuit enim deus vocem pueri de loco in quo est. Surge, tolle puerum et tene manum illius: quia in gentem magnam faciam eum. Aperuitq; oculos eius deus: quæ videns puteum aquæ, abijt, et impleuit vtrẽ, deditq; puero bibere. Et fuit deus cũ eo: qui creuit, et moratus est in solitudine, factusq; est iuuenis sagittarius. Habitauitq; in deserto Pharan, et accepit illi mater sua vxorem de terra Aegypti. Eodẽ tẽpore dixit Abimélech, et Phichol princeps exercitus eius ad Abrahã, Deus tecũ est in vniuersis quæ agis. Iura ergo per deum, [a]ne noceas mihi et posteris meis, stirpiq; meæ: sed iuxta misericordiam quam feci tibi, facies mihi et terræ in qua versatus es aduena. Dixitq; Abraham, Ego iurabo. Et increpauit * Abimélech propter puteum aquæ quem vi abstulerant serui eius. Respondítq; Abimélech, Nesciui quis fecerit hanc rem: sed et tu nó indicasti mihi, et ego nó audiui præter hodie. Tulit itaq; Abraham oues et boues, et dedit Abimélech: percusseruntq; ambo fœdus. Et statuit Abraham septẽ agnas gregis seorsum. Cui dixit Abimélech, Quid sibi volunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum? At ille, Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: vt sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum. Idcirco vocatus est locus ille Bersabee: quia ibi vterq; iurauit. Et inierũt fœdus [a]pro puteo iuramẽti. [b]Surrexit autẽ Abimélech et Phichol princeps exercitus eius, reuersiq; sunt in terrã palestinorum. Abraham verò plantauit nemus in Bersabee, et inuocauit ibi nomen domini dei æterni. Et fuit colonus terræ Palestinorum diebus multis.

* quẽ peperit ipsi Abrahã,
[a] Displicuit hoc Abrahæ pp filiũ suum.
[b] displiceat hoc
[a] scapulæ Agar.
[a] tibi est
[a] quod nó mentieris
* Abrahã ipsum
[a] in Bersabee.

B
Ismahel irridet Isaac
Hunc locũ paulus interpretatur ad Gal.4.d.
Veri filij Abrahæ et Isaac. Lege Roma.9.b Heb.11.d.
C
Eijcit Agar cum ismahele.
Angelus cõsolat Agar.
Ab Ismahele, Turcæ
Fœdus Abimelech cum Abraham. S.20.d.
D
Percutiunt fœdus inter se.
Bersabee.
Abraham plantat nemus.

CAPVT. XXII.

A
Grauis tẽtatio fidei Abrahæ.

Quæ postquam gesta sunt, tentauit deus Abraham, et dixit ad eum, Abraham, Abraham. At ille respondit, Adsum. Ait illi, Tolle filiũ tuum vnigenitum quẽ diligis Isaac, et vade in terram Visionis: atq; ibi

Iudith.8.c offeres eum in holocaustum super vnum montium quem monstrauero
Heb.11.d ro tibi. Igitur Abraham (de nocte) consurgens strauit asinum suum ducens mane.
Obedientia secum duos iuuenes, et Isaac filium suum: Cumque concidisset ligna in ho-
Abrahę. locaustum, abijt ad locum quem (pręceperat ei deus. Die autem tertio, ele- dixerat.
uatis oculis, vidit locum procul, dixitque ad pueros suos: Expectate hic
cum asino: ego autem et puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus,
B reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, et imposuit super
Typus Isaac filium suum: ipse verò portabat in manibus ignem et gladium. Cumque
CHRISTI ambo pergerent simul, dixit Isaac patri suo, Pater mi. At ille respondit,
Isaac. Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis et ligna: vbi est victima holocausti? Di-
xit autem Abraham, Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi.
Abrahā immolat Isaac. Pergebant ergo pariter: et venerunt ad locum quem (ostenderat ei deus, dixerat.
in quo ędificauit* altare, et desuper ligna composuit: Cumque colligasset *Abraham.
Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Exten-
Iaco.2.d ditque manum, et arripuit gladium vt immolaret filium suum. Et ecce an-
C gelus domini de cęlo clamauit, dicens, Abraham Abraham. Qui re-
spondit, Adsum. Dixitque ei, Non extendas manum tuam super puerum,
neque facias illi quicquam: nunc cognoui quod timeas deum, et non
pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos detentum
suos, viditque post tergum arietem (inter vepres, hęrentem cornibus: quem cornibus in-
assumens, obtulit holocaustum pro filio. Appellauitque nomen loci illius, ter perplexas
Psal.104.a Dominus videbit. Vnde vsque hodie dicitur, In monte Dominus videbit. vepres; vel
Luc.1.g Vocauit autem angelus domini Abraham secundo de cęlo, dicens, Per arbusta den-
Eccl.44.d memetipsum iuraui dicit dominus, quia fecisti hanc rem, et non peper- sa & impli-
Heb.6.c. cisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum si- cata.
D cut stellas cęli, et velut arenam quę est in litore maris: Possidebit semen
1 Mac.2.f. tuum portas inimicorum suorum, et benedicentur in semine tuo omnes
Luc.1.e gentes terrę, quia obedisti voci meę. Reuersus est Abraham ad pueros
Christus se- suos, abieruntque Bersabee simul, et habitauit ibi. His itaque gestis, nuncia-
cundo pro- tum est Abrahę quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo,
mittitur. Hus primogenitum, et Buz fratrem eius, et Chamuel patrem Syrorum,
Act.3.d et Cased, et Azau, Pheldas quoque et Iedlaph, ac Bathuel, de quo nata est
Eccl.44.d Rebecca. Octo istos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahę. Concubi-
Filij Na- na verò illius nomine Roma, peperit Tabee et Gaham et Thaas et
chor. Maacha.

CAPVT XXIII.

Sara mori- VIxit autem Sara centum vigintiseptem annis*. Et mortua est in ciui- *qui fuerant
A tate Arbeę, quę est Hebron, in terra Chanaan: Venitque Abraham vt anni vitę
plangeret et fleret ei. Cumque surrexisset Abraham ab officio funeris, locutus Sarę.
est ad filios Heth, dicens. Aduena sum et peregrinus apud vos: date mihi
ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum*. Responderuntque * a facie
filij Heth, dicentes, Audi nos domine, princeps dei es apud nos: in ele- mea. (i. q
ctis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere po- iacet coram
terit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. Surrexit Abra- me.
B ham, (et adorauit) populum terrę, filios videlicet Heth: dixitque ad eos, plebebis.
* a facie mea (Si placet animę vestrę) vt sepeliam mortuum meum*, audite me, et in-
tercedite pro me apud Ephron filium Seor: vt det mihi speluncam du- id est gratias
plicem quam habet in extrema parte agri sui: pecunia (digna) tradat ei egit cum ge-
mihi (coram vobis) in possessionem sepulchri. Habitabat autem Ephron niculatione
in medio filiorum Heth. Respônditque Ephron Hethęus ad Abraham aut gestu
cunctis audientibus qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicens, corporis de-
C Nequaquam ita fiet domine mi, sed tu magis ausculta quod loquor. A- coro
grum trado tibi, et speluncam quę in eo est, pręsentibus filiis populi mei,
sepeli mortuum tuum. Adorauit Abraham coram populo terrę. Et lo- si est anab'
cutus est ad Ephron (circunstante plebe eius), Quęso vt audias me, Da- vris, idest si
bo pecuniam pro agro: suscipe eam, et sic sepeliam mortuum meum in plz. Heb.
eo. Respondit que Ephron, Domine mi, audi me, Terra quam postulas,

quadringentos

quadringentos siclos argenti valet: istud est pretium inter me & te: sed quantum est hoc? sepeli mortuum tuum. Quod cum audisset Abraham * appendit pecuniam quam Ephron postulauerat, audientibus filijs Heth, quadringentos siclos argenti probatę monetę publicę. Confirmatusq; est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre: tam ipse quam spelunca, * & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, Abrahę in possessionem, videntibus filijs Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. Atque ita sepeliuit Abraham Saram vxorem suam in spelunca agri duplici, quę respiciebat Mambre, hęc est Hebron in terra Chanaan. Et confirmatus est ager & antrum quod erat in eo, Abrahę in possessionem monumenti a filijs Heth.

* ipsum Ephrō,
* Transeuntes p mercatores: Hebraismus, quez Chaldę interpres sic vertit, q recipiebatur pro mercimonijs in vnaquaq; prouincia.
* quę erat in eo.

Sepelitur Sara
Mābre, quę & Hebron.

CAPUT XXIIII.

A

ERat autem Abraham senex dierumq; multorum: & dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitq; ad seruum seniorem domus suę, qui pręerat omnibus quę habebat, Pone manum tuam subter femur meum; vt adiurem te per dominum deum cœli & terrę, vt non accipias vxorē filio meo de filiabus Chananeorum, inter quos habito: sed ad terram & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem filio meo Isaac. Respondit seruus, Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum de quo egressus es? Dixitq; Abraham, Caue ne quando reducas filium meum illuc. Dominus deus cœli & terrę, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meę, qui loquutus est mihi, & iurauit mihi, dicens, Semini tuo dabo terrā hanc: ipse mittet angelū suum corā te, & accipies inde vxorem filio meo. Sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento: filium meum tantum ne reducas illuc. Posuit ergo seruus manum sub femore Abrahā domini sui, & iurauit illi super sermone hoc.

* Iurare te faciam.

Mittit seruus ad accipiendam vxorē Isaac
Iurādi Hebreorū mos.
Fides Habrahę in promissiones dei. F. 12. b.

B

Tulitq; decem camelos de grege domini sui, & abijt, ex omnibus bonis eius portans secum: profectusq; perrexit in Mesopotamiam ad vrbem Nachor. Cumq; camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquę vespere, eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit, Domine deus domini mei Abraham, occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham. Ecce ego sto prope fontem aquę, & filię habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui ego dixero, Inclina hydriam tuam vt bibam: & illa responderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est quam pręparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligam quod feceris misericordiam cum domino meo.

Oratio serui Abrahę ad deum.

C

* vel sit

Necdum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel filij Melchę vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in scapula sua: puella decora nimis, virgoq; pulcherrima, & incognita viro. descenderat autem ad fontem & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. Occurritq; ei seruus, & ait, Pauxillum aquę mihi ad sorbendum prębe de hydria tua. Quę respondit, Bibe domine mi. Celeriterq; deposuit hydriam super vlnam suam, & dedit ei potum. Cumq; ille bibisset, adiecit, Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundensq; * hydriam in canalibus, recurrit ad puteum vt hauriret aquā: & haustam omnibus camelis dedit. Ille autem contemplabatur eam tacitus scire volens vtrum prosperum iter suum fecisset dominus, an non. Postquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures aureas, appendentes siclos duos: & armillas totidem pondo siclorum decem.

Seruo nescienti offertur Rebecca.
Rebeccę modestia.

* festina
* Vir autem obstupebat in ea

D

Dixitq; ad eam, Cuius es filia? indica mihi. est in domo patris tui locus * ad manendum? Quę respondit, filia sum Bathuelis filij Melchę, quem peperit * Nachor. Et addidit, dicens, Palearum quoq; & fœni plurimum est apud nos, & locus spatiosus ad manendū. Inclinauit se homo, & adorauit dominū, dicens, Benedictus dominus deus dñi mei Abraham,

* nobis
* ipsi
* genu flexit dño, (vł grãs egit domino,)

B

qui non abstulit misericordiam & veritatem suam a domino meo, & re-
D cto itinere me perduxit in domum fratris domini mei. Cucurrit itaq; puella, & nunciauit in domum matris suę omnia quę audierat. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban: qui festinus egressus est ad homines foras vbi erat fons. Cumq; vidisset inaures & armillas in manibus sororis suę, & audisset cuncta verba referentis, Hęc loquutus est mihi homo: venit ad virum qui stabat iuxta camelos & prope fontem aquę, dixitq; ad eum, Ingredere benedicte domini: cur foris stas? prępa-
raui domum & locum camelis tuis. Et introduxit eum in hospitium: ac destrauit camelos, deditq; paleas & fœnum, et aquam ad lauãdos pedes camelorum, & virorum qui venerant cum eo. Et appositus est in conspectu eius panis. Qui ait, Non comedam, donec loquar sermones meos. Respõdit ei, Loquere. At ille, Seruus, inquit, Abraham sum. Et dominus benedixit domino meo valde, magnificatusq; est: & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos. Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in senectute sua, deditq; illi omnia quę habuerat. Et adiurauit me dominus meus, dicens, Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananęorum, in quorum terra habito: sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo. Ego vero respondi domino meo,
E Quid si noluerit venire mecum mulier? Dominus, ait, in cuius conspectu ambulo, mittet angelum suum tecum, & diriget viam tuam: accipiesq; vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocens eris a maledictione mea, cum veneris ad proximos meos, & non dederint tibi. Veni ergo hodie ad fontem aquę, & dixi, Domine deus domini mei Abraham, si direxisti viam meam in qua nunc ambulo, ecce sto iuxta fontem aquę, & virgo quę egredietur ad hauriendam aquam, audierit a me, Da mihi paulullum aquę ad bibendum de hydria tua: et dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriam: ipsa est mulier quam pręparauit dominus filio domini mei. Dumq; hęc tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca, veniens cum hydria quam portabat in scapulis: descenditq; ad fontem, & hausit aquam. Et aio ad eam, Da mihi paululum bibere, Quę festinans deposuit hydriam de humero, & dixit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. Bibi, &
F adaquauit camelos. Interrogauiq; eam, & dixi, Cuius es filia? Quę respondit, Filia Bathuelis sum filij Nachor, quem peperit ei Melcha. Suspendi itaq; inaures ad ornandam faciem eius, & armillas posui in manibus eius. Pronusq; adoraui dominum, benedicens domino deo domini mei Abraham, qui me perduxit recto itinere, vt sumerem filiã fratris domini mei filio eius. Quamobrem si facitis misericordiam et veritatem cum domino meo, indicate mihi. sin autem aliud placet: & hoc dicite mihi, vt vadam ad dexteram, siue ad sinistram. Responderuntq; Laban & Bathuel, A domino egressus est sermo: non possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum. En Rebeccã coram te est, tolle eam, & proficiscere, et sit vxor filij domini tui, sicut loquutus est dominus. Quod cum audisset puer Abraham, procidens adorauit in terram dominum. Prolatisq; vasis argenteis, & aureis, ac vestibus, dedit ea Rebeccę pro munere: fratribus quoq; eius, & matri dona obtulit. Initoq; conuiuio vescentes pariter ac bibentes, manserunt ibi. Surgens autem mane, loquutus est puer, Dimitte me, vt vadam ad dominum meum. Respõderuntq; frater eius & mater, Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur. Nolite, ait, me
G retinere, quia dominus direxit viam meam: dimittite me vt pergã ad dominum meum. Et dixerunt, Vocemus puellam, & quęramus ipsius voluntatem. Cumq; vocata venisset, sciscitati sunt, Vis ire cum homine isto? Quę ait, Vadam. Dimiserunt ergo eam, & nutricem illius,

Narrat seruus caussas itineris.

Benedicere dei quid sit.

Deo omnia cõmittunt.

Munera ipsi Rebeccę & parentib' ipsi' offert seruus.

Interrogat puellę voluntas.

verba Rebeccę sororis suę.

ipsius cibus.

Solutus eris a iuramento meo.

egressa ẽ hęc res, (.i. hoc negotiũ dei est) loqui ad te bonũ vel malum Heb.

Et comederunt & biberũt ipse & viri q erãt secũ, & ibi pnoctauerũt.

dies vel decẽ (.i. vt Hebręi vertũt, p annũ vel decem menses)

os ei'. Heb.

seruumq́; Abrahã, ⁊ comites eius, imprecantes prospera sorori suę atq́; dicẽtes, Soror nostra es, crescas in mille millia, ⁊ possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Igitur Rebecca, ⁊ puellę illius ascensis camelis secutę sunt virum: qui festinus reuertebatur ad dominum suum. Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quę ducit ad puteum cuius nomen est Viuentis et videntis: habitabat enim in terra australi. Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die: cumque eleuasset oculos, vidit camelos venientes procul. Rebecca quoq́; conspecto Isaac, descendit de camelo, ⁊ ait ad puerum, Quis est ille homo qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitq́; ei, ipse est dominus meus. At illa tollens cito pallium suum, operuit se. Seruus autem cuncta quę gesserat, narrauit domino suo Isaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Sarę matris suę, ⁊ accepit eam vxorem: ⁊ intantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

tollẽs Rebeccam

Chald. interpre. ad orandum. LXX. vt exerceret se

leuauit oculos suos, ⁊

Ducitur Rebecca ad Isaac.

Isaac se exercet i agro sub noctẽ. 1.16.d.

CAPVT XXV.

A

Abraham vero aliam duxit vxorẽ nomine Ceturam: quę peperit ei Zamran, et Iecsan, ⁊ Madan, et Madian, ⁊ Iesboc, et Sue. Iecsan quoque genuit Saba ⁊ Dadan. Filij Dadan fuerunt Assurim, et Latusim, ⁊ Laomim. At vero ex Madiã ortus est Epha, ⁊ Epher, et Henoch, ⁊ Abida, et Eldaa. omnes hi, filij Cetury. Deditq́; Abrahã cũcta quę possederat Isaac: filijs autem concubinarum largitus est munera, et separauit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse viueret, ad plagã orientalem. Fuerunt autem dies vitę Abrahę centum septuagintaquinque anni. Et deficiens mortuus est in senectute bona, prouectęq́; ętatis, ⁊ plenus dierum: congregatusq́; est ad populum suum. Et sepelierunt eum Isaac ⁊ Ismahel filij sui in spelunca duplici, quę sita est in agro Ephron filij Seor Hethęi, eregione Mambrę, quam emerat a filijs Heth. ibi sepultus est et ipse, ⁊ Sara vxor eius. Et post obitum illius benedixit deus Isaac filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine Viuentis ⁊ videntis. Hę sunt generationes Ismahel filij Abrahę quem peperit ei Agar Ægyptia famula Sarę: ⁊ hęc nomina filiorum eius in vocabulis ⁊ generationibus suis. Primogenitus Ismahelis Nabaioth, deinde Cedar, et Adbeel, ⁊ Mabsam, Masma quoq́;, ⁊ Duma, ⁊ Massa, Hadad, ⁊ Thema, ⁊ Ietur, ⁊ Naphis, et Cedma. Isti sunt filij Ismahelis: ⁊ hęc nomina per castella ⁊ oppida eorum, duodecim principes tribuũ suarum. Et facti sunt anni vitę Ismahelis centum triginta septem, deficiensq́; mortuus, ⁊ appositus ad populum suum. Habitauit autẽ ab Heuila vsq́; Sur, quę respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios. coram cunctis fratribus suis obijt. Hę quoq́; sunt generationes Isaac filij Abraham. Abraham genuit Isaac: qui cum quadraginta esset annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem Laban. Deprecatusq́; est Isaac dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis: qui exaudiuit eum, ⁊ dedit conceptum Rebeccę. Sed collidebantur in vtero eius paruuli: quę ait, Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit me concipere? Perrexitq́; Rebecca vt consuleret dominum. Qui respondens ait, Duę gentes sunt in vtero tuo, ⁊ duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusq́; populum superabit, et maior seruiet minori. Iam tempus pariendi aduenerat, ⁊ ecce gemini in vtero eius reperti sunt. Qui prinius egressus est, rufus erat, ⁊ totus in morem pellis hispidus: vocatumq́; est nomen eius Esau. Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu: et idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli. Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venandi, et homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Isaac amabat Esau, eo quod de venationibus illius vesceretur: ⁊ Rebecca diligebat Iacob. Coxit autẽ Iacob pulmentum: ad quem cum venisset Esau de agro lassus, ait, Da

Abraham

Abraham

Ismahelis

Habitauerũt

Esau

Filij Ceturę. 1.pr.1.e.

Diuisio Isaac ⁊ fribus Mosis Abraham. 1.15.e.

B

Benedicit Isaac deo. 1.16.d.

Genealogia Ismahelis. 1.pa.1.b.

Moritur Ismahel.

C

Gñationes Isaac.

Cõcipit Rebecca.

Hęc Paulus exponit ad rom.9.c.

D

Iacob Esau.

Osee.12.a. Matt.1.a.

Esau vẽdit prio genita Heb.12.d. Abd.1.a. Edom.

Esau uendit primogenita Heb. 12.d. Abd. 1.a.

mihi de coctione hac rufa, quia oppidò lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius Edom. Cui dixit Iacob, Vende mihi *primogenita tua. Ille respondit, En morior, quid mihi proderunt primogenita? Ait Iacob, Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita. Et sic accepto pane & lentis edulio comedit, & bibit, & abijt, parui pendens quod primogenita vendidisset.

* hodie

CAP. XXVI.

A — Deus in fame pascit Isaac

ORta autem fame super terram post eam ʼsterilitatem` quę acciderat in diebus Abraham, abijt Isaac ad Abimelech regem Palęstinorum in Gerara. Apparuitq; ei dominus, & ait, Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi. Et ʼperegrinare in ea, eroq; tecum, & benedicam tibi: tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentum quod spopondi Abraham patri tuo. Et multiplicabo semen tuum sic ut stellas cęli: daboq; ʼposteris tuis`, vniuersas regiones has: & BENEDICENTVR IN SEMINE TVO omnes gentes terrę eo quod obedierit Abraham voci meę, & custodierit ʼpręcepta` & mandata mea, & ʼceremonias`, legesq; seruauerit. Mansit itaq; Isaac in Geraris.

* famem

Isaac promittitur Chanaã 7. 12. b. 13. d. 15. b

Christus promittitur Isaac

ʼ semini tuo

ʼ custodiam meam.

B — Isaac vxorem vocat sororem.

Qui cum interrogaretur à viris loci illius super vxore sua, respondit, Soror mea est, timuerat enim confiteri quod sibi esset sociata coniugio: reputans ne forte interficerent eum *propter ʼillius pulchritudinem`. Cumq; pertransissent dies plurimi, & ibidem moraretur, prospiciens Abimelech rex Palęsthinorum per fenestram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. Et accersito eo ait, Perspicuum est quod vxor tua sit: cur ʼmentitus es eam` sororem tuã esse? Respondit, Timui ne morerer propter eam. Dixitq; Abimelech, Quare imposuisti nobis? ʼpotuit coire` quispiã de populo cũ vxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Pręcepitq; *omni populo, dicens, Qui tetigerit ʼhominis huius` vxorẽ, morte morietur.

ʼ vel statuta

* viri loci

ʼ Rebeccam, quę pulchra aspectu erat

ʼ dixisti

C

ʼ paulum abfuit quin dormierit

Ditat deus Isaac.

Seuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno ʼcentuplum`: benedixitq; ei dominus. Et locupletatus est homo, & ibat proficiscens atq; succrescens: donec magnus vehementer effectus est: habuitq; possessiones ouium et armentorum & familię plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palęsthini, omnes puteos quos foderant serui patris illius Abrahã, illo tempore obstruxerunt, implentes humo: intantum vt ipse Abimelech diceret ad Isaac, Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde.

* Abimelech

ʼ virum hunc, et eius.

ʼ centum mensuras

Puteos Isaac obturãt Palęsthini

D

Et ille discedens, vt veniret ad ʼtorrentem` Gerarę: habitaretq; ibi: rursum fodit alios puteos, quos foderat serui patris sui Abraham, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philisthijm: appellauitq; eos eisdem nominibus quibus ante pater vocauerat. Foderuntq; *in ʼtorrente`, & repererunt aquam viuam. Sed & ibi iurgium fuit pastorũ Gerarę aduersus pastores Isaac, dicentium, Nostra est aqua. quam ob rem nomen putei ʼex eo quod acciderat`, vocauit Calumniam. Foderunt autem & alium: & pro illo quoq; rixati sunt, appellauitq; eum inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt. itaq; vocauit nomen eius ʼLatitudo`: dicens. Nunc dilatauit nos dominus, & fecit crescere super terram.

ʼ vel vallem

Iurgiũ pastorum.

* serui Isaac

ʼ vel valle

E

ʼ quia rixati sunt,

ʼ Latitudines

Cõsolatur Isaac deus.

Ascendit autem Isaac ex illo loco in Bersabee, vbi apparuit ei dominus in ipsa nocte, dicens, Ego sum deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum sum: & benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraham. Itaq; ędificauit ibi altare: & inuocato nomine domini extendit tabernaculum: pręcepitq; seruis suis ut foderent puteum.

F

Abimelech init foedus cũ Isaac.

Ad quem locum cum venissent de Geraris Abimelech, & Ochozath amicus illius, & Phichol dux militum*, locutus ẽ eis Isaac, Quid venistis ad me hominem quem odistis, et expulistis a vobis? Qui responderunt, Vidimus tecum esse dominum: & idcirco nunc diximus, Sit iuramentum inter nos, & ineamus foedus: vt non facias nobis quicquam mali, sicut & nos ʼnihil tuorum attigimus`, nec fecimus quod te lęderet, sed cũ pa-

* eius

ʼ non tetigimus te,

G

te dimisimus auctum benedictione domini. Fecit ergo eis conuiuium: & post cibum & potū surgentes mane, iurauerunt sibi mutuo: dimisitq; eos Isaac pacifice in locum suum. Ecce autem venerunt in ipso die serui Isaac annunciantes ei de puteo quem foderant, atque dicentes, Inuenimus aquam. Vnde appellauit eum Abundantiam: & nomen urbi impositum est Bersabee vsque in praesentem diem. Esau vero quadragenarius duxit vxores, Iudith filiam Beeri Hethei, & Basemath filiam Elon eiusdem loci: quae ambe offenderant animum Isaac & Rebeccę.

Sibea (.i. iuramentum)

irritabant spūs (vel iobedientes erant spiritui)

Bersabee vrbs.

Bigamia Esau.

CAPVT. XXVII.

Senuit autem Isaac & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitq; Esau filium suum maiorem, & dixit ei, fili mi? Qui respondit Adsum. Cui pater, Vides, inquit, quod senuerim, & ignorem diem mortis meę. Sume arma tua, pharetram & arcum, & egredere foras. Cumq; venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer vt comedā: & benedicat tibi anima mea antequam moriar. Quod cum audisset Rebecca, & ille abijsset in agrum vt iussionem patris impleret, dixit filio suo Iacob, Audiui patrem tuū loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei, Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, et benedicam tibi coram domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consilijs meis: & pergens ad gregem, affer mihi duos hędos optimos, ut faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: quas cū intuleris & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. Cui ille respondit, Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lęuis. si attrectauerit me pater meus, et senserit, timeo, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater, In me sit, ait, ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meam, & pergens affer quę dixi. Abijt, & attulit, deditq; matri. Parauit illa cibos sicut velle nouerat patrem illius. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: pelliculasq; hędorum circundedit manibus, & colli nuda protexit. Deditq; pulmentum, & panes quos coxerat, tradidit. Quibus illatis dixit, Pater mi? At ille respondit, Audio, Quis es tu fili mi? Dixitq; Iacob, Ego sum primogenitus tuus Esau: feci sicut precepisti mihi: surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rursumq; Isaac ad filium suum, Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respōdit, Voluntas dei fuit vt cito occurreret mihi quod volebam. Dixitq; Isaac, Accede huc vt tangam te fili mi & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem: & palpato eo, dixit Isaac, Vox quidem, vox Iacob: sed manus, manus Esau sunt: Et nō cognouit eum, quia pilosę manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi, ait, Tu es filius meus Esau? Respōdit, Ego sum. At ille, Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum. quo hausto, dixit ad eum, Accede ad me, & da mihi osculum fili mi. Accessit, & osculatus est eum. Statimq; vt sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait, Ecce odor filii mei sicut odor agri, cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore cęli, & de pinguedine terrę abundantiam frumenti & vini. Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuę. qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Isaac sermonem impleuerat: & egresso Iacob foras, venit Esau, coctosq; de venatione cibos intulit patri, dicens, Surge pater mi, & comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitq; illi Isaac. Quis enim es tu? Qui respondit, Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expauit Isaac stupore vehementi: &

in agrum.

Esau venaretur venationē quā afferret,

putabit
inducam
tua
filij sui maioris
Iacob
lęuitatē colli eius.
in manus Iacob filij sui.
Et venit ad pēes suum.

Et factū ē, cū psumasset Isaac benedicere Iacob, accidit vix egresso ipso Iacob ā cōspectu pris, venit.

A
Iubet Isaac Esau ex venatione coquere pulmentum.
Iacob per astutiā matris precipit benedictionē Esau.

B

C

D
Osculat filiū Isaac,
Isaac benedicit Iacob cunctaq; psperatur ei a deo pspera.
Heb. 11.d.
Reuersus e venatione Esau, affert cibos pri.
Tristat Isaac.
E

e vltra quàm credi potest admiratus, ait, Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit mihi, e comedi ex omnibus prius quàm tu venires? benedixiq; ei, e erit benedictus. Auditis Esau sermonibus patris, irrugijt clamore magno: e consternatus ait, Benedic etiã e mihi, * pater mi. Qui ait, Venit germanus tuus fraudulenter, e accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit, iuste vocatum est nomen eius Iacob: supplãtauit.n. me en altera vice primogenita mea abstulit, e nunc secundo surripuit benedictionem meam. Rursumq; ad patrem, Nunquid non reseruasti, ait, e mihi benedictionem? Respondit Isaac, Dominum tuum illum constitui, e omnes fratres eius seruituti illius subiugaui: [a] frumento e vino stabiliui eum, [b] e tibi post hęc fili mi vltra qd faciam? Cui Esau, Num vnam, inquit, tantum benedictionem habes pater? mihi quoq; obsecro vt benedicas. *Cumq; eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eum, In pinguedine terrę, e in rore cęli desuper erit [c] benedictio tua. Viues in gladio*, e fratri tuo seruies: tempusq; veniet cum [d] excutias [e] e soluas iugum eius de ceruicibus tuis. Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictiõe qua benedixerat ei pater: dixitq; in corde suo, Venient dies luctus patris mei, e occidam Iacob fratrem meum. Nunciata sunt [f] hęc [g] Rebeccę: quę mittens, e vocans Iacob filium suum, dixit ad eum, Ecce Esau frater tuus [h] minatur vt occidat te. Nunc ergo fili mi, audi vocem meam, e consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran: habitabisq; cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, e cesset indignatio eius, obliuiscaturq; eorum quę fecisti in eum: postea mittam, e adducam te inde huc. cur vtroq; orbabor filio in vno die? Dixitq; Rebecca ad Isaac, Tędet me vitę meę propter filias Heth: si acceperit Iacob vxorem [i] de stirpe [k] huius terrę: nolo viuere.

CAPVT. XXVIII.

VOcauit itaq; Isaac Iacob, e benedixit eum, pręcepitq; ei, dicens. Noli accipere coniugem de genere Chanaan: sed vade, e proficiscere in Mesopotamiam Syrię, ad domum Bathuel patrem matris tuę, e accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Deus autem omnipotens benedicat tibi, e crescere te faciat atq; multiplicet: vt sis in turbas populorum. Et det tibi benedictiones Abrahę, e semini tuo post te: vt possideas terram peregrinationis tuę quam [a] pollicitus est auo tuo. Cumq; dimisisset eum Isaac, profectus peruenit in Mesopotamiam Syrię ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccę matris suę. Videns autem Esau quod benedixisset pater suus Iacob, e misisset eum in Mesopotamiam Syrię vt inde vxorem duceret: e quod post benedictionem pręcepisset ei, dicens, Non accipies vxorẽ de filiabus Chanaan: quodq; obediens Iacob parentibus suis isset in Syriam: [b] probãs [c] quoque quod [d] non libenter aspiceret filias [e] Chanaan pater suus: iuit ad Ismahelem, e duxit vxorem absq; ijs quas prius habebat, Maheleth filiam Ismahel filij Abraham, sororem Nabaioth. Igitur egressus Iacob de Bersabee pergebat Haran. Cumq; venisset ad quendam locum, e vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus [f] qui iacebãt, et supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. Viditq; in somnis scalam stantem super terram, e cacumen illius tangens cęlum: angelos quoq; dei ascendentes e descendentes per eam: et dominum innixum scalę dicentem sibi, Ego sum dominus deus Abrahã patris tui e deus Isaac. Terram in qua dormis, tibi dabo e semini tuo. Eritq; semen tuum quasi puluis terrę: dilataberis ad orientem & occidentem & septentrionem et meridiem: e BENEDICENTVR IN TE e in semine tuo cunctę tribus terrę. Et *ero custos tuus quocunq; perrexeris e reducam te in terram hanc: nec dimittam nisi compleuero vniuersa quę dixi *. Cumq; euigilasset Iacob de somno, ait, Vere dominus est in loco isto, e ego nesciebam. Pauensq;, Quam terribilis est, inquit, locus

Esau clamãs, rogat etiã sibi benedici. I,16.d.

F

Isaac bñdič Esau Heb. 11.d. et 12.e.

G

Esau odit Iacob e mortẽ minatur. Abd.1.c.

Rebecca Iacob cõsulit fugã ĩ Mesopotamiã.

A

Pręcipit Isaac Iacob ne ducat vxores de filiabus Chanaan cui obedit Iacob. Osee.12.d.

B

Esau, cõtra voluntatẽ pris, accipit vxorẽ ẽ filia b' Ismahel.

Iacob pergẽs ĩ Harã, videt scalã ĩ somnis.

C

Promittit Iacob terra Chanaan. Deu.12.e. ?.c.

Christus promittitur.

Cõsolat Iacob deus.

D

* ego etiam filius tuus sum.

[a] frumentũ, e vinũ adiunxi ei. (Hebraismus quasi diceret, postulaui a deo, imprecatus sum ei talia.)

* etiã ego filius tuus sum pater mi.

[b] habitatio tuo.

[d] vel pualebis, siue dñaberis.

[g] verba Esau filij sui maioris, ipsi

[h] consolatur se pp te Heb.

[i] filiab' Heth, q sunt sicut istę, de filiabus in quam

[a] dedit deus ipsi Abrahã.

[b] videns

[c] male essent ĩ oculis eius filię Heb. p displicerent.

[f] lod

* ecce sum tecum, e

* tibi

istic non est hic aliud nisi domus dei, e porta celi. Surgens ergo Iacob
mane, tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, e erexit in titulum
fundens oleũ desuper. Appellauitq; nomen urbis Bethel: quę prius
Luza vocabatur. Vouit etiã votũ, dicẽs, Si fuerit deus mecum, e custo-
dierit me in via p quã ego ambulo, et dederit mihi panẽ ad vescẽdũ, et
vestimẽtũ ad induẽdum, reuersusq; fuero psꝑere ad domũ patris mei:
erit mihi dñs in deũ, e lapis iste quẽ erexi in titulũ, vocabit domus dei:
cũctorũq; quę dederis mihi, decimas offeram tibi.

CA. XXIX.

PRofectus ergo Iacob venit in terram Orientalem. Et vidit puteũ
in agro, tres quoq; greges ouiũ accubantes iuxta eum: nam ex illo
adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. Morisq;
erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, e refectis gre-
gibus rursum super os putei ponerent. Dixitq; ad pastores, Fratres,
vnde estis? Qui responderũt, De Haran. Quos interrogans, Nunquid,
ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt, Nouimus. Sanusne est, in-
quit? Valet, inquiũt: e ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. Di-
xitq; Iacob, Adhuc multum diei superest, nec est tempus vt reducantur
ad caulas greges: date ante potum ouibus, e sic eas ad pastum reducite.
Qui responderunt, non possumus, donec omnia pecora congregentur,
e amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges. Adhuc lo-
quebantur, e ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui: nam gregẽ
ipsa pascebat. Quam cum vidisset Iacob, e sciret cõsobrinam suam,
ouesq; Laban auunculi sui amouit lapidem quo puteus claudebatur.
Et adaquato grege osculatus est eam: & eleuata voce fleuit. Et indica-
uit ei quod frater esset patris sui: e filius Rebeccę: at illa festinans nun-
tiauit patri suo. Qui cum audisset venisse Iacob filium sororis suę, oc-
currit obuiam ei: complexusque eum, e in oscula ruens, duxit in do-
mum suam. Auditis autem causis itineris, respondit, Os meum es, &
caro mea. Et postquam impleti sunt dies mensis vnius, dixit ei, Num
quia frater meus, gratis seruies mihi? dic quid mercedis accipias. Habe-
bat vero duas filias, nomen maioris Lia: minor vero appellabatur
Rachel. Sꝫ Lia, lippis erat oculis: Rachel decora facie, e venusto aspe-
ctu. Quam diligens Iacob, ait, Seruiam tibi pro Rachel filia tua mi-
nore septem annis. Respondit Laban, Melius est vt tibi eam dem quã
alteri viro: mane apud me. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem
annis: e videbantur illi pauci dies prę amoris magnitudine. Dixitq;
ad Laban, Da mihi vxorem meam: quia iam tempus impletum est, vt
ingrediar ad illam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conui-
uiũ, fecit nuptias. Et vespere Liam filiam suam introduxit ad eum,
dans ancillam filię, Zelpham nomine. Ad quam cum ex more, Iacob
fuisset ingressus, facto mane vidit Liam: e dixit ad socerum suum, Quid
est quod facere voluisti? nonne pro Rachel seruiui tibi? quare impo-
suisti mihi? Respondit Laban, non est in loco nostro consuetudinis,
vt minores ante tradamus ad nuptias. Imple hebdomadam dierum hu-
ius copulę: e hanc quoque dabo tibi pro opere quo seruiturus es mi-
hi septem annis alijs. Acquieuit placito: e hebdomada transacta, Ra-
chel duxit vxorem: cui pater seruam Balam tradiderat. Tandemq; poti-
tus optatis nuptijs, amorem sequentis priori prętulit, seruiens apud
eum septem annis alijs. Videns autem dominus quod despiceret Liã,
aperuit vuluam eius, sorore sterili permanente. Quę conceptum ge-
nuit filiũ, vocauitq; nomen eius Ruben, dicens, Vidit dominus hu-
militatem meam, nunc amabit me vir meus. Rursumq; cõcepit e pe-
perit filium, e ait, Quoniam audiuit me dominus haberi contemptui
dedit etiam istum mihi. vocauitq; nomen eius Simeon. Cõcepit que
tertio, e genuit alium filium: Dixitq;, nunc quoq; copulabitur mihi
maritus meus, eo quod pepererim ei tres filios. e idcirco appellauit no-

Marginal notes (left): Iosu[e] — Nunquid est pax ei, inquit? Pax, Heb. — esse filiam Laban fratris matris suę. — Profecto — Laban — habebat oculos teneros (.i. infirmos e imbecilles) — Et congregauit Laban oẽs viros loci, e fecit cõuiuium. — Et ingressus est ad Rachel, e dilexit etiam Rachel magis quã Liam, — .i. fecit eã fecundam. — afflictionem

Marginal notes (right): Dom⁹ dei, vbi de⁹ habitat. — Bethel. — Luza. — Votũ Iacob. Victũ e vestitũ petit. — A — De⁹ Iacob. — Decimę leuitis ministris verbi. — Venit Iacob ad Laban. — Fres suos vocat ignotos. — Rachel pascit oues. — B — Iacob Rachel sanctẽ osculatur, e flet. — Laban Iacob, osculatur. — Iacob fuit septẽ annis p Rachel. — Lia lippis oculis. — C — Laban nuptias celebrat Iacob. — Datur Lia p Rachel. — Datur ei e Rachel, pro q septẽ alios ãnos seruit. — D — Lię vuluã a viro despectę aperit. — Sed Rachel dilectę sterilis pmanet. — Ruben. — Simeon.

men eius Leui. Quarto concepit, & peperit filiũ, et ait, Modo confite
bor dño. & ob hoc vocauit eũ Iudã: cessauitq; parere. CA. XXX.

CErnens autẽ Rachel quòd infœcũda esset, inuidit sorori suę, & ait
marito suo, Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus respon
dit Iacob, Num pro deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui?
At illa, Habeo, inquit, famulam Balam. ingredere ad illam, vt pariat
super genua mea, & habeam ex illa filios. Deditq; illi Balam in coniu
gium: quę ingresso ad se 'viro, concepit, & peperit *filium. Dixitq; Ra
chel, Iudicauit mihi dominus, et exaudiuit vocem meam, dãs mihi fi
lium. et appellauit idcirco nomen eius Dan. Rursumq; Bala conci
piens peperit alterũ: pro quo ait Rachel, 'Comparauit me dominus,
pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus somniorum,
Exponit Io et nemo est qui edisserat. Respondit Ioseph, Somnium regis vnum
seph Pha- est: quę facturus est deus, ostendit Pharaoni. Septem boues pulchrę, et ² Hoc est qđ
raoni som- septem spicę plenę: septem ²vbertatis¹ anni sunt, eandemq; vim som locutus sū ad
nia, prędi- nij comprehendunt. Septem quoque boues tenues atque macilentę, quę Pharaonē: qđ
cens abun- ascenderunt post eas, et septem spicę tenues, et vento vrente percussę: deus facturus
dantiam et septem anni venturę sunt famis. ²Qui hoc ordine complebuntur¹ est, videre fecit
famem. Ecce, septem anni venient fertilitatis magnę in vniuersa terra Aegy- Pharaonem.
E pti: quos sequentur septem anni alij tantę sterilitatis, vt obliuioni tra *in terra Ae-
datur cuncta retrò abundantia *: consumptura est enim fames omnē gypti.
terram, et vbertatis magnitudinem perditura est inopię magnitudo. *quia grauis
*Quòd autem vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium, erit valde.

firmitatis indicium est, eo q fiat sermo dei, & velocius impleatur. Nunc ergo prouideat rex virum sapientem & industrium, & præficiat eum terræ Aegypti. Qui constituat præpositos per cunctas regiones, & quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt, *congreget in horrea: & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, seruetur q; in vrbibus*. Et præparetur futuræ septem annorum fami quæ oppressura est Aegyptum, & non consumetur terra inopia. Placuit Pharaoni consilium & cunctis ministris eius: locutus q; est ad eos, Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph, Quia ostendit tibi deus omnia quæ locutus es, nunquid sapientiorem & similem tui inuenire potero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantum regni solio te præcedam. Dixit q; rursum Pharao ad Ioseph, Ecce, constitui te super vniuersam terram Aegypti. Tulit q; annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: vestiuit q; eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecit q; eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ Aegypti. Dixit quoque rex Aegypti ad Ioseph, Ego sum Pharao: absq; tuo imperio nõ mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Aegypti. Vertit q; nomen eius, & vocauit eũ lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi. Dedit q; illi vxorem Aseneth filiam Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaq; Ioseph ad terram Aegypti (triginta autem annorum erat quando stetit in conspectu regis Pharaonis) & circumiuit omnes regiones Aegypti. Venit q; fertilitas septem annorum: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus condita est*. Tanta q; fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet. Nati sunt autem Ioseph filij duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Vocauit q; nomen primogeniti, Manasses, dicens: Obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoq; secũdi appellauit Ephraim, dicens, Crescere me fecit deus in terra paupertatis meæ. Igitur transactis septem vbertatis annis, qui fuerant in Aegypto, cœperunt venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Ioseph: & in vniuerso orbe fames præualuit, in cuncta autem terra Aegypti erat panis. Qua esuriente clamauit populus ad Pharaonem alimenta petens. Quibus ille respondit, Ite ad Ioseph: & quicquid ipse vobis dixerit, facite. Crescebat autem quotidie fames in omni terra: aperuit q; Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Aegyptijs: nam & illos oppresserat fames. Omnes q; prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent escas*, & malũ inopiæ temperarent.

CAP. XLII.

AVdiens autem Iacob q alimenta venderentur in Aegypto, dixit filijs suis, Quare negligitis? audiui q triticum venundetur in Aegypto: descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia. Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumẽta in Aegypto, Beniamin domi retento à Iacob, q dixerat fratribus eius, Ne forte in itinere quicquam patiatur mali: ingressi sunt terram Aegypti cum alijs qui pergebant ad emendum. erat autem fames in terra Chanáan. Et Ioseph erat princeps in terra Aegypti, atq; ad eius nutum frumẽta populis vendebantur. Cũq; adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, Vnde venistis? Qui respõderunt, De terra Chanáan, vt emamus victui necessaria. Et tamẽ fratres ipse cognoscens, non est agnitus ab eis. Recordatus q; somniorum quæ aliquando

firmitatis rei indicium est à deo, & festinat deus facere eam.
sapientem
soluere iubeat, terrã Aegypti, &
in cibum.
intelligentes
magis & sapiẽtiorem te,
armabit:(vel nutriet se,
vestibus byssinis,
Et clamabãt ante eũ Abrech (idest, pater tener) & præfecit eũ
Ioseph, Saphnath Pahaneah (idest, vt Chal. interp. vir cui abscondita reuelata sunt. vel abscõditorum expositor.)
in cibum.
afflictionis
habitatores terræ.
à Ioseph,
quia inualuerat fames in omni terra.
Quid circunspicitis?
moriatur:
in medio venientiũ Heb.

Ioseph cõstituit super annonam.
Psal. 104. b
1. Mac. 2. f.
Act. 7. b.
F
Psal. 80. a.
Ioseph ducit vxorem.
Colligit Ioseph frumẽta annorum fœcũditatis
G
Filij Ioseph.
Infr. 46. c.
Manasses & Ephraim.
Fames in Aegypto.
A
Iacob, mittit filios in Aegyptum pro alimentis emẽdis.
Act. 7. b.
B
Agnoscuntur fratres à Ioseph

dos ²viderat,) ait ad eos, Exploratores estis: vt videatis ²infirmiora ter² ræ venistis. Qui dixerūt, Non est ita domine, sed serui tui venerunt vt emerent cibos. Omnes filij vnius viri sumus. ²pacifici) venimus, nec

C quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit, Aliter est: immunita terræ huius consyderare venistis. At illi dixerunt, Duodecim, inquiunt, serui tui fratres sumus, filij viri vnius in terra Chanáan: minimus cum patre nostro est, alius non est super. Hoc est, ait, quod locutus sum, Exploratores estis. Iam nunc experimētum vestri capiam: per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus. Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probētur quæ dixistis vtrum vera an falsa sint: alioquin, per salutē Pharaonis exploratores estis. Tradidit ergo illos custodiæ tribus diebus. Die autem tertio eductis de carcere,

D ait. Facite quæ dixi, & viuetis: deum enim timeo. Si ²pacifici) estis, frater vester vnus ligetur in carcere: vos autem abite & ferte frumenta ²quæ emistis,) in domos vestras: & fratrem vestrum minimum ad me adducite, vt ²possim vestros probare) sermones, & non moriamini.

Fecerunt vt dixerat, & locuti sunt adinuicē, ²Meritò hæc patimur,) quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustias animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus vnus, Ruben, ait. Nunquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum: & non audistis me? en sanguis eius exquiritur. Nesciebant autem quod intelligeret Ioseph eo quod per interpretē loqueretur ad eos. Auertitq; se parumper, & fleuit: & reuersus locutus est ad

E eos. Tollensq; Simeon, & ligans, illis præsentibus, iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis ²super) cibarijs in via: qui fecerūt ita. At illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt. Apertoq; vnus sacco vt daret ²iumento) pabulum in diuersorio, contemplatus pecuniam in ore ²sacculi,) dixit fratribus suis, Reddita est mihi pecunia mea: en habetur in sacco. Et ²obstupefacti,) turbatiq; mutuo, dixerūt, Quidnam est hoc quod fecit nobis deus? Veneruntq; ad Iacob patrem suum in terra Chanáan, & narrauerunt ei omnia quæ accidissent sibi, dicentes, Locutus est nobis dominus terræ durè, & ²putauit) nos exploratores

F esse prouinciæ. Cui respōdimus, ²Pacifici) sumus, nec vllas molimur insidias. Duodecim fratres vno patre geniti sumus: vnus non est super, minimus cum patre nostro *est in terra Chanáan. Qui ait nobis, Sic probabo quod ²pacifici) sitis, Fratrem vestrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus vestris ²necessaria) sumite, & abite, fratremq; vestrum minimum adducite ad me, vt sciam quod non sitis exploratores,* & istum qui tenetur in vinculis, ²recipere) possitis, ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licentiam. His dictis cum frumenta effunderent, singuli reppererunt in ore saccorum ligatas pecunias: exterritisq; simul omnibus, dixit pater Iacob, Absq; liberis me esse fecistis,

G Ioseph non est supér, Simeon ²tenetur in vinculis,) & Beniamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt. Cui respondit Ruben, Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi restituam. At ille, Non descendet, inquit, filius meus vobiscum: frater eius mortuus est, & ipse solus remansit. si ²quid ei aduersitatis) acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad ²inferos.)

CAP. XLIII.

A INterim fames omnem terram vehementer premebat. Cōsumptisq; cibis quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos, Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum. Respondit Iudas, Denūtiauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens, Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum.

Marginal notes (left): Tentantur ab ipso. — Mittunt in custodiam. — Fratres Ioseph agnoscunt pctm̄ suum. — S. 37. d. — Flet Ioseph. — Simeō cōijcitur in carcerem, dato frumēto fratribus, & pecunijs reddiq. — Reuertūtur ad pteȝ petentes Beniamin. — Pecunias reperiūt in ore saccorum. — Iacob renuit dare Beniamin. — Remittunt filis Ioseph vna cū Beniamin & muneribus.

Marginal notes (right): ²somnia de eis. — ²veraces (vel recti & synceri) — ²veraces (vel synceri & recti) — ²quibus expellatis famem, — ²veri probentur vestri. — ²Verè — ²asino — ²sacci, — ²egressus est cor eorum. Heb. — ²dedit (.i. putauit & existimauit) — ²veraces (vel synceri & recti) — *hodie — ²veraces — ²ad expellendam famem — *sed veraces, — ²dem vobis — ²non est, — ²mors ei — ²sepulchrum — S. cap. 37.

Si ergo vis eum mittere nobiscum, pergemus pariter, & emẽmus tibi
necessaria. Si autem non vis, nõ ibimus: vir enim vt sępe diximus,
denunciauit nobis, dicens, Non videbitis faciem meam absq; fratre ve
stro minimo. Dixit eis Israel, In meam hoc fecistis miseriam vt in
dicaretis ei & alium habere vos fratrem. At illi responderunt, Interro
gauit nos homo per ordinem, nostram progeniem: si pater viueret, si
haberemus fratrem: & nos respondimus ei consequenter iuxta id quod
fuerat sciscitatus: nunquid scire poteramus quod dicturus esset, Adduci
te fratrem vestrum vobiscum? Iudas quoque dixit patri suo, Mitte pue
rum mecum, vt proficiscamur, & possimus viuere: ne moriamur nos
& paruuli nostri. Ego suscipio puerum: de manu mea require illum.
nisi reduxero et reddidero eũ tibi, ero peccati reus in te omni tempo
re. Si non intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus. Igitur
Israel pater eorum dixit ad eos, Si sic necesse est, facite quod vultis: su
mite de optimis terrę fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera:
modicum resinę & mellis & storacis, stactes & terebinthi & amygda
larum. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum: & illam quam inue
nistis in sacculis, reportate, ne forte errore factum sit. Sed & fratrem ve
strum tollite, & ite ad virum. Deus autẽ meus omnipotens faciat vo
bis eum placabilem: & remittat vobiscum fratrem vestrum quem te
net in vinculis, & hunc Beniamin: ego autem quasi orbatus absq; libe
ris ero. Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Benia
min: descenderuntq; in Aegyptum, & steterunt coram Ioseph. Quos
cum ille vidisset, & Beniamin simul, pręcepit dispensatori domus suę,
dicens, Introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuiũ:
quoniam hodie mecum sunt comesturi meridie. Fecit ille sicut sibi
fuerat imperatum, & introduxit viros domum. Ibiq; exterriti, dixe
runt mutuo, Propter pecuniam quam retulimus prius in saccis no
stris, introducti sumus: vt deuoluat in nos calumniam, & violen
ter subiiciat seruituti & nos, & asinos nostros. Quamobrem in ipsis
foribus accedentes ad dispensatorẽ, locuti sunt, Oramus domine vt
audias nos, Iam antè descendimus vt emeremus escas. Quibus em
ptis, cum venissemus ad diuersorium, aperuimus saccos nostros, & inue
nimus pecuniam in ore saccorum, quam nunc eodem põdere repor
tauimus. Sed & aliud attulimus argentum vt emamus quę nobis ne
cessaria sunt: non est in nostra conscientia quis posuerit eam in mar
supiis nostris. At ille respondit, Pax vobiscum, nolite timere: deus ve
ster, & deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris. nam
pecuniam quam dedistis mihi, probatam ego habeo. Eduxitq; ad
eos Simeon. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes
suos, deditq; pabulum asinis eorum. Illi verò parabant munera, do
nec ingrederetur Ioseph meridie. audierant enim quod ibi comesturi es
sent panem. Igitur ingressus est Ioseph domũ suam, obtuleruntq;
ei munera, tenentes in manibus suis: & adorauerunt proni in terrã.
At ille clementer resalutatis eis, interrogauit eos, dicens, Saluusne
est pater vester senex, de quo dixeratis mihi, Adhuc viuit? Qui respõ
derunt, Sospes est seruus tuus pater noster, adhuc viuit. Et incuruati,
adorauerunt eũ. Attollens autẽ Ioseph oculos, vidit Beniamin fratrẽ
suũ vterinũ, & ait, Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi?
& rursum, Deus, inquit, misereatur tui fili mi. Festinauitq;, quia cõmota
fuerãt viscera eius super fratre suo, & erumpebant lachrymę: et intro
iens cubiculũ fleuit. Rursumq; lota facie egressus, cõtinuit se, & ait, Po
nite panes. Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus,
Aegyptiis quoque qui vescebantur simul, seorsum (illicitũ est enim
Aegyptiis comedere cum Hebręis, & prophanum putant huiuscemo
di conuiuium) sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita

Left margin notes:

vobiscum
vt quid ma lefecistis.
& sit,
vel pœnę ob noxius tibi
aromatorum
vel pinee
det vobis misericordiã ante virũ. Heb.
quod adducti essent ad domũ Ioseph,
quę reddita ẽ in principio.
inuoluat nos & vt cadere faciat nos. &
dom[us] Ioseph
vniuscuiusq;
saccis
pecunia vestra venit ad me. Heb.
inclinauerũt se ei
de sanitate
incaluerant miserationes
et quęsiuit locũ vbi fleret:
cum eo

Right margin notes:

S. 42. d.
Angustię Iacob.
B
C
Ioseph iubet parari conuiuium fratribus in domo sua.
D
S. 42. a.
E
Educitur e carcere Simeon.
F
Lauatur pedes fratrũ Ioseph.
Flet Ioseph.
Fratres simul epulãtur cõ Aegyptiis illicitũ edere cum Hebręis.
G

sua,& minimus iuxta ętatē suam. Et mirabantur nimis, sumptis par-
tibus quas ab eo acceperāt:maiorq; pars venit Beniamin, ita vt quin-
que partibus excederet. Biberuntq;,& inebriati sunt cum eo.

CAPVT XLIIII.

A Praecepit autem Ioseph dispensatori domus suę, dicens, Imple sac-
cos eorum frumento, quantum possunt capere: & pone pecuniā
singulorum in summitate sacci. Scyphum autem meum argenteum,
& pretium qđ dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. factumq; est ita.
Et orto mane, dimissi sunt cum asinis suis. Iamq; vrbem exierant, &
processerant paululum: tūc Ioseph accersito dispensatore domus, ait,
Surge, inquit, & persequere viros: & apprehensis dicito, Quare reddi-
distis malum pro bono? Scyphus quem furati estis, ipse est in quo
bibit dominus meus, & in quo augurari solet: pessimam rem fecistis.
Fecit ille vt iusserat. Et apprehēsis per ordinem, locutus est. Qui re-
sponderunt, Quare sic loquitur dominus noster, vt serui tui tantum
B flagitij commiserint? Pecuniam quam inuenimus in summitate sac-
corum, reportauimus ad te de terra Chanáan: & quomodo cōsequens
est vt furati simus de domo domini tui aurum vel argentum? Apud
quemcūq; fuerit inuentum seruorum tuorum quod quęris, moriatur,
& nos erimus serui domini nostri. Qui dixit eis, Fiat iuxta vestrā sen-
tentiam: apud quemcunq; fuerit inuentum ipse sit seruus meus, vos
autem eritis innoxij. Itaq; festinatò deponentes in terram saccos, ape-
C ruerunt singuli. Quos scrutatus, incipiens à maiore vsq; ad minimū,
inuenit scyphum in sacco Beniamin. At illi scissis vestibus, onera-
tisq; rursum asinis, reuersi sunt in oppidum. Primusq; Iudas cum
fratribus ingressus est ad Ioseph (necdum enim de loco abierat) om-
nesq; ante eum pariter in terram corruerunt. Quibus ille ait, Cur sic
agere voluistis? an ignoratis quòd non sit similis mei in augurandi
scientia? Cui Iudas, Quid respondebimus, inquit, domino meo? vel
D quid loquemur, aut iustè poterimus obtendere? Deus inuenit ini-
quitatem seruorum tuorum: en omnes serui sumus domini mei, & nos
& apud quem inuentus est scyphus. Respònditq; Ioseph, Absit à me
vt sic agam: qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus, vos autem
abite liberi ad patrem vestrum. Accedens autem propius Iudas,
cōfidēter ait, Oro domine mi, loquatur seruus tuus verbū in auribus
tuis, & ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem dominus
meus. Interrogasti prius seruos tuos, Habetis patrem aut fratrem? &
nos respondimus tibi domino meo, Est nobis pater senex, & puer par-
uulus, qui in senectute illius natus est, cuius vterinus frater mortuus
est: & ipsum solum habet mater sua, pater verò tenerè diligit eum. Di-
E xistiq; seruis tuis, Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super
illum. Suggessimus tibi domino meo, Non potest puer relinquere pa-
trem suum: si enim illum dimiserit, morietur. Et dixisti seruis tuis, Nisi
venerit frater vester minimus vobiscum, nō videbitis amplius faciem
meam. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum,
narrauimus ei omnia quę locutus est dominus meus. Et dixit pater
F noster, Reuertimini, & emite nobis parū tritici. Cui diximus, Ire non
possumus: si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscē-
mur simul: alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri.
At ille respondit, Vos scitis quòd duos filios genuerit mihi vxor
mea. Egressus est vnus, & dixistis, Bestia deuorauit eum: & hucusque
non comparet. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, de-
ducetis canos meos cum moerore ad inferos. Igitur si intrauero ad
seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit, (cum anima illius ex
G huius anima dependeat) videritq; eum non esse nobiscum, morietur,
& deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. Ego propriè

Iubet Ioseph scyphus suum poni in sacco Beniamin.

Dephendit scyphus in sacco Beniamin.

Ioseph fratres furti arguit.

Oratio Iudę ad Ioseph, deprecantis factum, & se obsidē pro fratrib' dantis.

F.42.c.

F.43.a.

F.37.e.

F.43.b.

inter se. Et datis portionibus a facie sua, i. de mēsa sua, maiorem portionē pposuit ipsi Beniamin.

esca

ferre

noster? absit vt serui

vel, talis viri qlis ego sum, scit diuinare

quo iustificabimus nos?

in pace Heb.

sicut Pharao.

escę.

possumus.

Et dixit seruus tuus pater meus nobis,

dixi, Profecto rapt' est:

malo

seruus tuus sim, qui in mea hunc recepi fidem, e spopondi dicens, Nisi reduxero eum*, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio domini mei, e puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem absente puero: ne calamitatis quę oppressura est patrem meum, testis assistam. — 7.43.b.

*ad te
*ne forte videas mali qđ inueniet patrē meum. Heb.

CAPVT XLV.

A Ioseph se fratribus agnoscendum pręhet.

NOn se poterat vltrà cohibere Ioseph multis coràm astantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, e nullus interesset alienus agnitioni mutuę. Eleuauitq; vocem cum fletu: quam audierunt Aegyptij, omnisq; domus Pharaonis. Et dixit fratribus suis, Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer, Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent propè, Ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in Aegyptum. Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur quòd vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me deus ante vos. Biennium est enim q cœpit fames in terra esse: e adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti. Pręmisitq; me deus vt reseruemini super terram, e escas ad viuendum habere possitis. Non vestro consilio, sed dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, e dominum vniuersę domus eius, ac principem in omni terra Aegypti. Festinate, e ascendite ad patrē meum, e dicetis ei, Hęc mandat filius tuus Ioseph, Deus fecit me dominum vniuersę terrę Aegypti: descende ad me, ne moreris, e habitatis in terra Gessen: eris q; iuxta me tu, e filij tui, e filij filiorū tuorum, oues tuę, e armenta tua, e vniuersa quę possides. Ibiq; te pascam (adhuc enim quinq; anni residui sunt famis) ne e tu pereas, e omnis domus tua, e omnia quę possides. En oculi vestri e oculi fratris mei Beniamin vident quòd os meū loquatur ad vos. Nuntiate patri meo vniuersam gloriam meam, & cuncta quę vidistis in Aegypto: festinate, e adducite eum ad me. Cumq; amplexatus cecidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit: illo quoq; similiter flente super collum eius. Osculatusq; est Ioseph omnes fratres suos, e plorauit super singulos: post quę ausi sunt loqui ad eū. Auditumq; est e celebri sermone vulgatum in aula regis, Venerūt fratres Ioseph. e gauisus est Pharao atq; omnis familia eius. Dixitq; ad Ioseph vt imperaret fratribus suis dicens, Onerantes iumenta, ite in terram Chanaan. Et tollite inde patrem vestrum e cognationē, e venite ad me: e ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis medullā terrę.

Pręcipe etiam vt tollant plaustra de terra Aegypti, ad subuectionem paruulorum suorum ac coniugum: e dicito, Tollite patrem vestrū, e properate quantocyus venientes. Nec dimittatis quicquā de supellectili vestra: quia omnes opes Aegypti, vestrę erunt. Feceruntq; filij Israel vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis imperium: e cibaria in itinere. Singulis quoq; proferri iussit binas stolas: Beniamin verò dedit trecentos argenteos cū quinq; stolis optimis: tantūdem pecunię e vestiū mittens patri suo, addens ei asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitijs Aegypti, e totidem asinas, triticum in itinere, panesq; * portantes. Dimisit ergo fratres suos: e proficiscētibus ait, Ne irascamini in via. Qui ascendentes ex Aegypto, venerunt in terram Chanáan ad patrem suum Iacob. Et nuntiauerunt ei, dicentes, * Ioseph viuit, e ipse dominatur in omni terra Aegypti. Quo audito Iacob, Quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis. Illi econtrà referebant omnem ordinem rei. Cumq; vidisset plaustra e vniuersa quę miserat, reuixit spiritus eius, e ait, sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadā, e videbo illum antequam moriar.

Marginal notes (left): *clamauit. *e nō remāsit qsquā secū: vt ostēderet se Ioseph fratribus suis. *quā (vel qđ, scilicet fleuisse Ioseph) *quæso *dolore affici. *sit ira in oculis vřis (.i. ne molestet hec res animū vestrū. Heb.) *vita. Chald. interp. in sustentationem. *viuifices vos eu asione magna (.i. nutriā vos in hac magna fame) *depauperreris (.i. paupertate pereas) *bonū visū ē e in oculis Pharaonis. Heb. *vestrorum *mutatorias vestes. *mutatorijs vestibus: *patri aūt suo misit hęc, *escam patri *Adhuc *vacillauit (vl debilitatū est) cor eius: q2 (.i. valde attonitus est.) *oia verba q locutus fuerat ad eos Ioseph.

Marginal notes (right): Act. 7. b. Cósolat eos B. 5 0. c. Voluntate dei missus ē Ioseph in Aegyptū. C A deo cōstitut' Ioseph dňs Aegypti accersiri iubet patrē suum. D Osculat fratres suos, flens E Pręcipit Pharao Iacob adduci i Aegyptū. F Ioseph dat bona frib'. G Ad charitatē hortatur eos. Nūtiatur Iacob, Ioseph filiū viuere.

CAPVT XLVI.

A

PRofectusq; Israel cum omnibus quę habebat venit ad puteum iuramenti: e mactatis ibi victimis deo patris sui Isaac, audiuit eum per visionem noctę vocantem se, e dicentem sibi, Iacob Iacob? Cui respondit, Ecce adsum. Ait illi deus, Ego sum fortissimus deus patris tui: noli timere, sed descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos. Surrexit Iacob à puteo iuramenti: tuleruntq; eum filij cus parvulis e vxoribus suis in plaustris quę miserat Pharao ad portandū senem, ¹e omnia quę possederat¹ in terra Chanáan: venitq; in Aegyptum cum omni semine suo, filij eius e nepotes, filię e cuncta simul progenies. Hęc sunt autem nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum, ipse cum liberis suis. Primogenitus Ruben. Filij Ruben: Henoc e Phallu e Hesron e Charmi. Filij Simeon: Iamuel & Iamin e Ahod e Iachin e Sohar, e Saul filius Chananitidis. Filij Leui: Gerson e Chaath e Merari. Filij Iuda: Her e Onan e Sela e Phares e Zara. mortui sunt autem Her e Onan in terra Chanáan. Natiq; sunt filij Phares: Hesron e Hamul. Filij Issachar: Thola e Phua e Iob e Simeron. Filij Zabulon: Sared e Elon e Iahelel. hi filij Lię quos genuit *in Mesopotamia Syrię cum Dina filia sua. omnes animę filiorum eius e filiarum, triginta tres. Filij Gad: Sephon e Aggi e Esebon e Suni e Heri e Arodi e Areli. Filij Aser: Iamna e Iesua & Iessui e Beria, Sara quoque soror eorum. Filij Beria: Heber e Melchiel. hi filij Zelphę, quam dedit Laban Lię filię suę. e hos genuit *Iacob sedecim animas. Filij Rachel vxoris Iacob: Ioseph e Beniamin. Natiq; sunt Ioseph filij in terra Aegypti, quos genuit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos: Manasses, e Ephráim. Filij Beniamin: Bela e Bechor e Asbel e Gera e Naaman e Echi, e Ros, e Mophim, e Ophim, e Ared. hi filij Rachel quos genuit Iacob, omnes animę quatuordecim. Filij Dan: Husim. Filij Nephthali: Iasiel e Guni e Ieser e Sallem. hi filij Balę, quam dedit Laban Racheli filię suę: e hos genuit Iacob. omnes animę, septē. Cunctęq; animę quę ingressę sunt cum Iacob in Aegyptum, e egressę sunt de femore illius absq; vxoribus filiorum eius sexagintasex. Filij autem Ioseph qui nati sunt ei in terra Aegypti, animę duę. Omnes animę domus Iacob quę ingressę sunt in Aegyptum, fuere septuaginta. Misit autem Iacob Iudam ante se ad Ioseph, ²vt nuntiaret ei, e ille occurreret² in Gessen. Quò cum peruenisset, iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiam patri suo ad eundem locum: vidensq; eum, irruit super collum eius, e inter amplexus fleuit. Dixitq; pater ad Ioseph, Iam lętus moriar, quia vidi faciem tuam, e superstitem te relinquo. At ³ille³ locutus est ad fratres suos, e ad omnem domū patris sui, Ascendam, e nuntiabo Pharaoni: dicamq; ei, Fratres mei e domus patris mei qui erant in terra Chanáan venerūt ad me: et sunt viri pastores ouium, curamq; habent alendorum gregum: pecora sua. et armenta, et oia quę ⁴habere potuerunt,⁴ adduxerunt secum. Cumq; vocauerit vos, et dixerit, Quod est opus vestrum? respondebitis, Viri pastores sumus serui tui, ab infantia nostra vsq; in pręsens, et nos et patres nostri. Hęc aūt dicetis vt habitare possitis in terra Gessen: qa detestantur Aegyptij oēs pastores ouium.

Margin (left): PROFECTIO IACOB IN Aegyptum. Deus consolatur Iacob, et promissiones renouat. — Act. 7. b. — Filij Iacob — Exod. 1. a. — Nūc. 26. a. — B — 1. Par. 5. a. — Exod. 6. c. — 1. Par. 4. d. — 1. Par. 6. a — 1. Pa. 2. a. — e. 4. a. — 8. 38. a — 1. Par. 7. a — 1. Par. 7. f — 8. 41. f. — C — 1. Par. 7. b — et. 8. a — Septuaginta hoies ingressi Aegyptum cum Iacob. — Deu. 10. d — D — Ioseph occurrens patri osculatur ipsum. — Pastores abominātur Aegyptij.

Margin (right): ¹et ceperūt greges suos, et substantiā suā, quam acquisierant. — *ipsi Iacob — *ipsi — ²vt pręparare ante se Gessen (.i. vt cōmonstraret ei viam in Gessen) — ³Ioseph. — ⁴habent (vel Viri sunt eis)

CAPVT XLVII.

A

INgressus ergo Ioseph nuntiauit Pharaoni, dicens, Pater meus et fratres, oues eorum et armenta et cuncta quę possident, venerūt de terra Chanáan: et ecce consistūt in terra Gessen. Extremos quoq; fratrum suorū quinq; viros statuit coram rege: quos ille interrogauit, Quid habetis operis? Responderunt, Pastores ouium sumus serui tui, e nos e patres

Margin (left): Ioseph nūtiat Pharaoni aduētū pris, et fratres introducit.


nostri: Ad peregrinandum in terram tuam venimus: quoniam nõ est herba gregibus seruorum tuorum, ingrauescente fame in terra Chanáan: petimusq; vt ᵃesse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen. Dixit itaq; rex ad Ioseph, Pater tuus & fratres tui venerunt ad te. Terra Aegypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac habitare eos, & trade eis terram Gessen. Quod si nosti in eis esse viros ᵇindustrios, constitue illos magistros pecorũ meorum. Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad regem, & statuit eum coram eo: ᶜqui benedicens illi, & interrogatus ab eo, Quot sunt dies annorum vitæ tuæ? respondit, Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum sunt, parui & mali, & non peruenerunt vsq; ad dies ᵈpatrum meorum quibus peregrinati sunt. Et benedicto rege egressus est foras. Ioseph verò patri & fratribus suis dedit possessionem in Aegypto in optimo terræ loco Ramesses, vt præceperat Pharao. Et alebat eos, omnemq; domum patris sui, præbens cibaria ᵉsingulis. In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram, maxime Aegypti & Chanáan. E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. Cumq; defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Aegyptus ad Ioseph, dicens, Da nobis panes: quare morimur coram te, deficiente pecunia? Quibus ille respondit, Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretiũ non habetis. Quæ cũ adduxissent, dedit eis alimenta pro equis & ouibus & bobus & asinis: sustentauitq; eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerunt quoq; anno secundo, & dixerunt ei, Non celamus domino nostro quod deficiente pecunia, pecora simul defecerunt: nec clàm te est quod absq; corporibus & terra nihil habeamus. Cur ergo morimur te vidente? & nos, & terra nostra tui erimus: eme nos ᶠin seruitutem regiam, & præbe semina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem. Emit igitur Ioseph omnem terram Aegypti ᵍvendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. ʰSubiecitq; eam pharaoni, & cunctos populos eius à nouissimis terminis Aegypti vsque ad extremos fines eius: præter terram sacerdotum ⁱquæ à rege tradita fuerat eis: quibus & statuta cibaria ᵏex horreis publicis præbebantur, & idcirco non sunt cõpulsi vendere possessiones suas. Dixit ergo Ioseph ad populos, En, vt cernitis, & vos & terram vestram Pharao possidet: accipite semina, & serite agros, vt fruges habere possitis. Quintam partem regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in cibum familijs & liberis vestris. Qui responderunt, ˡSalus nostra in manu tua est, ᵐrespiciat nos tantum dominus noster, & læti seruiemus regi. Ex eo tempore vsque in præsentẽ diem in vniuersa terra Aegypti, regibus quinta pars soluitur, & factum est ⁿquasi in legem: absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Habitauit ergo Israel in Aegypto, idest in terra Gessen, & possedit eam: auctusq; est & multiplicatus nimis. Et vixit in eà decem & septem annis: factiq; sunt omnes dies vitæ illius, centum quadraginta septem annorum. Cumq; appropinquare cerneret diem mortis suæ, vocauit filium suum Ioseph, & dixit ad eum, Si inueni gratià in conspectu tuo, pone ᵒmanum tuam sub femore meo: & facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasq; in sepulchro maiorum meorum. Cui respondit Ioseph, Ego faciam quod iussisti. Et ille, Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, ᵖadorauit Israel dominum, conuersus ad lectuli caput.

CAPVT XLVIII.

His ita transactis nuntiatum est Ioseph quòd ægrotaret pater suus: qui assumptis duobus filijs Manasse & Ephráim, ire perrexit. Dictumq; est seni, Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus

ᵃ habitare
ᵇ fortes,
ᶜ et benedixit (vel salutauit) Iacob ipsum Pharaonem:
ᵈ annorum.
ᵉ ac si adhuc essent paruuli. (vel, iuxta familiam .i. iuxta numerũ familiarum)
ᶠ et terrã nr̃am pro pane: et nos et terra nr̃a erim⁹ Pharaoni in seruos.
ᵍ p Pharaõe,
ʰ Et transire fecit ad vrbes Heb.
ⁱ quia à Pharaone pa (vel portio)
ᵏ à Pharaone
ˡ viuificasti nos: (.i. author vitæ nostræ es. Heb.)
ᵐ inueniam gratiam in oculis domini nostri, et
ⁿ quæso
ᵒ inclinauit se Israel
ᵖ ipsi Iacob
ᵠ sũptis viribus (vel collectus)

Pharao iubet dari eis terrã Gessẽ.
B
Iacob intro ductus ita rogatur a Pharaone. Ipsi Iacob datur terra Gessen.
C
Ioseph pro pecunijs, et pecoribus, et terris dat frumentũ.
D
E
Sacerdotibus, victus à rege dat. Homines p victu, se in seruos tradũt.
F
G
Iacob vult sepeliri cum patribus.
Dormire p mori accepiũ ob resurrectioné.
A
Ioseph patrẽ ægrotantem visitat cum filijs.



cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hetheo cōtra faciem
C Mambre. Reuersus'q; est Ioseph in Aegyptum cum fratribus suis et
Fratres Ioseph, orant veniam. omni comitatu, sepulto patre. Quo mortuo, timentes fratres eius,
et mutuo colloquentes, Ne fortè 'memor sit iniuriç quam passus est,) 'odio habeat nos Ioseph,
et reddat nobis omne malum quod fecimus ei: mandauerunt ei dicentes,
Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, vt hęc tibi verbis
illius diceremus, Obsecro 'vt obliuiscaris sceleris) fratrum tuorum, et 'Per preuaricationem (.i. parce)
peccati, atq; malitię quam exercuerunt in te. nos quoq; oramus vt serTuis dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Io
Ioseph fratribus iniuriam remittit, et blande alloqtur seph. Veneruntq; ad eum fratres sui: et proni adorantes in terram, dixerunt, Serui tui sumus. Quibus ille respōdit, Nolite timere: num 'dei 'Pro deo
possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum, sed deus 'cogitauit Heb.
'vertit illud in bonum: vt exaltaret me sicut impræsentiarum cernitis, et 'saluos faceret multos populos. Nolite timere: ego pascam vos 'viuificaret (.i. pasceret in die famis, ne moreretur.)
D et paruulos vestros. consolatus q; est eos, 'et blandè ac leniter est locutus.) Et habitauit in Aegypto cum omni domo patris sui: vixitq; 'locutus é ad cor eorum. Heb.
S.45.b. Mala deus vertit in bonum centum decem annis. Et vidit 'Ephraim filios vsq; ad tertiā generationem. Filij quoq; Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. 'Ioseph, ipsi.
Nūe.32.g Quibus transactis locutus est fratribus suis, Post mortem meam deus
Heb.11.d. visitabit vos, et ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham, Isaac et Iacob. Cumq; adiurasset eos, atque dixisset,
Ioseph pręducit liberationem fratrū suorū. Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto: mortuus est expletis centum decem vitę suę annis. Et cōditus aromatibus,
Exod.13.d. iosue.24.g Ioseph moritur. repositus est in loculo in Aegypto.

LIBER EXODVS, HEBRAICE VEL LE SEMOTH.



A Geñ.46.a Filij Iacob ingressi Aegyptum. AEC sunt nomina filiorū Israel qui ingressi sunt in Aegyptū cum Iacob: singuli cum 'domibus) suis introierunt: Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon, et Beniamin, Dan, et Nephthali, Gad et Aser. Erant igitur omnes animę eorum qui ingressi sunt, de femore Iacob, septuaginta: Ioseph autem in Aegypto erat. Quo mortuo, et vniuersis fratribus eius, omniq; cognatione sua, filij Israel creuerunt, et quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, 'impleuerunt terram.) 'familijs 'impleta é ei terra.
B Nou' Pharao, opprimit populū Israel tributis et oneribus. Surrexit interea rex nouus super Aegyptum qui ignorabat Ioseph: et ait ad populum suum, Ecce, populus filiorum Israel multus, et fortior nobis est. 'Venite, sapienter 'opprimamus eum:) ne forte multiplicetur: et si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisq; nobis egrediatur è terra. Pręposuit itaq; eis magistros 'operum) vt affligerent eos oneribus: ędificaueruntq; vrbes 'tabernaculorum) Pharaoni, Phithom, 'Eia, (vel agite) 'agamus cum eo: (vel cōsultemus cū ipso) 'tributorum 'thesaurorum (vel, granaria et munitiones q̄dā) 'et āgustijs afficiebātur p̄ filios Israel. Et seruire fecerunt Aegypti filios Israel in seruitiā (vel rigore)
C et Ramesses. Quantoq; opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, et crescebant: 'oderantq; filios Israel Aegyptij, et affligebant
Act.7.c. Obstetrices deū timentes p̄seruāt pueros Hebręorum. illudentes eis et inuidentes.) Atq; ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti et lateris, omniq; 'famulatu,) quo 'in terrę) operibus premebantur. Dixit autem rex Aegypti obstetricibus Hebręarum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, pręcipiens eis, Quando obstetricabitis Hebręas, et 'partus tempus aduenerit:) si masculus fuerit, interficite illum: si fœmina, reseruate. Timuerunt autem obstetrices deum, et non fecerunt iuxta pręceptū regis Ae- 'opere 'in agrorum 'et videbitis sup sellas (p̄ba nias reddidit interpres)
Sapi.15.
D

gypti: sed conseruabant mares. Quibus accersitis ad se rex, ait, Quidnam est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? Quę responderunt, Non sunt Hebręę, sicut Aegyptię mulieres: ipsę enim obstetricandi habent scientiam, et priusquam veniamus ad eas, pariunt. Benè ergo fecit deus obstetricibus: et creuit populus, confortatusq; est nimis. Et quia timuerunt obstetrices deum, ędificauit illis domos. Pręcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens, Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminini, reseruate.

CAPVT II.

EGressus est post hęc vir de domo Leui. Et accepit vxorem stirpis suę, quę concepit, & peperit filium: & videns eum elegantem abscondit tribus mensibus. Cumq; iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: posuitq; intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripę fluminis, stante procul sorore eius, & considerante euentum rei. Ecce autem descendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: & puellę eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quę cum vidisset fiscellam in [a] papyrione, [b] misit vnam è famulabus suis: & allatam aperiens, cernensq; in ea paruulum vagientem, miserta eius, ait, De infantibus Hebręorum est hic. Cui soror pueri, Vis, inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebręam, quę nutrire possit infantulum? Respondit, Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem [b] suã. [c] Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutriuit puerum: adultumq; tradidit filię Pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitq; nomen eius Moyses: dicens, Quia de aqua tuli eum. In diebus illis postquam creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditq; [c] afflictionem eorum, & virum Aegyptium percutientem quendam de Hebręis fratribus suis. Cumq; circunspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Aegyptium abscondit sabulo. Et egressus die altero conspexit duos Hebręos rixantes: dixitq; ei qui faciebat iniuriam, Quare percutis proximum tuum? Qui respondit, Quis constituit te [d] principem, & iudicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Aegyptium? Timuit Moyses, & ait, [e] Quomodo palàm factum est verbum istud? Audiuitq; Pharao sermonem hunc, & quęrebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum. Erant autem sacerdoti Madian septem filię, quę venerant ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. Superuenere pastores, & [f] eiecerunt eas: Surrexitq; Moyses, & defensis puellis, adaquauit oues earum. Quę cum reuertissent ad Raguel patrem suum, dixit ad eas, Cur velocius venistis solito? Responderunt, Vir Aegyptius liberauit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquam nobiscum, potumq; dedit ouibus. At ille, Vbi est, inquit? quare dimisistis hominem? vocate eum vt comedat panem. [g] Iurauit ergo Moyses quòd habitaret cum eo. Accepitq; Sephoram filiam eius vxorem: quę peperit ei filium, quem vocauit Gersam, dicens, Aduena fui in terra aliena. Alterum verò peperit quem vocauit Eliezer, dicens, Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. Post multum verò temporis mortuus est rex Aegypti: & ingemiscentes filij Israel, propter opera vociferati sunt: ascenditq; clamor eorum ad deum ab operibus. Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigerat cum Abraham, Isaac, & Iacob. Et respexit dominus filios Israel, & cognouit eos.

CAPVT III.

MOyses autè pascebat oues Iethro soceri sui sacerdotis Madian: cumq; minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem dei Horeb. Apparuitq; ei [h] dominus in flamma ignis de medio rubi:

Obstetricibus prouidet deus timentibus se.
Nascitur Moyses.
j.6.c. nũe. 26.g.
1.par.23.b
A
absconditus iacitur in carectũ.
Sap.18.b.
Adoptatur
Aegyptium occidit affligẽtẽ Hebręũ
heb.11.c.
B
Inter rixantes pacẽ cõponẽ nititur.
Fugit Moyses Pharaonem.
Defendit puellas ab iniuria pastoribus.
C
Duxit vxorẽ Sephorã
Gersam.
j.18.a.
1.par.23.b
Eliezer.
Clamat ad deũ filij Israel in tribulatiõe, et respiciuntur.
D
Moyses pascit oues soceri.
Deus ĩ medio rubi loquitur Moysi de liberãdo populo Israel.
A
Act.7.d

[a] carecto
[b] pueri.
[c] onera.
[d] vel, prefectũ.
[e] pro certo notũ est res.
[f] depulerunt eos (sub. greges)
[g] vel. Placuit ergo Moysi habitare
[h] angelus dñi

cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethęo cōtra faciem
C Mambrę. Reuersus'q; est Ioseph in Aegyptum cum fratribus suis et
Fratres Ioseph, orant veniam. omni comitatu, sepulto patre. Quo mortuo, timentes fratres eius, et mutuo colloquentes, Ne fortè ᵃmemor sit iniurię quam passus est,) et reddat nobis omne malum, quod fecimus ei: mandauerunt ei dicentes, Pater tuus pręcepit nobis antequam moreretur, vt hęc tibi verbis illius diceremus, Obsecro ᵇvt obliuiscaris sceleris) fratrum tuorum, et peccati, atq; malitię quam exercuerunt in te. nos quoq; oramus vt seruis dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. Veneruntq; ad eum fratres sui: et proni adorantes in terram, dixerunt, Serui tui sumus. Quibus ille respōdit, Nolite timere: num ᶜdei possumus resistere voluntati?) Vos cogitastis de me malum, sed deus ᵈvertit illud in bonum: vt exaltaret me sicut impręsentiarum cernitis, et ᵉsaluos faceret multos populos. Nolite timere: ego pascam vos et paruulos vestros. consolatus'q; est eos, ᶠet blandè ac leniter est locutus.) Et habitauit in Aegypto cum omni domo patris sui: vixitq; centum decem annis. Et vidit * Ephraim filios vsq; ad tertiā generationem. Filij quoq; Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. Quibus itan factis locutus est fratribus suis, Post mortem meam deus visitabit vos, et ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham, Isaac et Iacob. Cumq; adiurasset eos, atque dixisset, Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto: mortuus est expletis centum decem vitę suę annis. Et cōditus aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto.

Ioseph fratribus iniuriam remittit, et blande alloquitur.

D f.45.b. Mala deus vertit in bonum.

Nūe.32.g Heb.11.d. Ioseph pręducit liberationem fratrū suorum. Exod.13.d. iosue.24.g Ioseph moritur.

ᵃodio habeat nos Ioseph. ᵇPer pręuaricationem (.i. parce) ᶜPro deo ᵈcogitauit Heb. ᵉviuificaret (.i. pasceret in die famis, ne morerentur.) ᶠlocutus est ad cor eorum. Heb. *Ioseph, ipsi*.

LIBER EXODVS, HEBRAICE VELLE SEMOTH.

A Geñ.46.a Filij Iacob ingressi Aegyptum.



HAEC sunt nomina filiorū Israel qui ingressi sunt in Aegyptū cum Iacob: singuli cum ᵃdomibus) suis introierunt: Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon, et Beniamin, Dan, et Nephthali, Gad et Aser. Erant igitur omnes animę eorum qui ingressi sunt, de femore Iacob, septuaginta: Ioseph autem in Aegypto erat. Quo mortuo, et vniuersis fratribus eius, omniq; cognatione sua, filij Israel creuerunt, et quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, ᵇimpleuerunt terram.) Surrexit interea rex nouus super Aegyptum qui ignorabat Ioseph: et ait ad populum suum, Ecce, populus filiorum Israel multus, et fortior nobis est. ᶜVenite, ᵈsapienter ᵉopprimamus eum:) ne fortè multiplicetur: et si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisq; nobis egrediatur è terra. Pręposuit itaq; eis magistros ᶠoperum) vt affligerent eos oneribus: ędificaueruntq; vrbes ᵍtabernaculorum) Pharaoni, Phithom, et Ramesses. Quantoq; opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, et crescebant: ʰoderantq; filios Israel Aegyptij, et affligebant illudentes eis et inuidentes.) Atq; ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti et lateris, omniq; ⁱfamulatu,) quo in terrę) operibus premebantur. Dixit autem rex Aegypti obstetricibus Hebręarum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, pręcipiens eis, Quando obstetricabitis Hebręas, et ᵏpartus tempus aduenerit:) si masculus fuerit, interficite illum: si fœmina, reseruate. Timuerunt autem obstetrices deum, et non fecerunt iuxta pręceptū regis Ae-

B Nou* Pharao, opprimit populū Israel tributis et oneribus.

C Act.7.c. Obstetrices dei timentes pseruāt pueros Hebręorum. Sapi.18.

D

ᵃfamilijs ᵇimpleta est eis terra. ᶜEia, (vel agite) ᵈagamus cum eo: (vel cōsultemus cū ipso) ᵉtributorum ᶠthesaurorum (vel, granaria et munitiones q̄sdam) ᵍet āgustijs afficiebātur pro filios Israel. ʰEt seruire fecerunt Aegyptij filios Israel in sęuitia: (vel rigore) ⁱopere in agrorum ᵏet videbitis sup sellas (pbe nias reddidit interpres)

gypti: sed conseruabant mares. Quibus accersitis ad se rex, ait, Quid nam est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? Quę respon-derunt, Non sunt Hebręę, sicut Aegyptię mulieres: ipsę enim obstetri-candi habent scientiam, et priusquam veniamus ad eas, pariunt. Benè ergo fecit deus obstetricibus: et creuit populus, cōfortatusq; est nimis. Et quia timuerunt obstetrices deum, ędificauit illis domos. Pręcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens, Quicquid masculini sexus na-tum fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminini, reseruate.

Obstetrici-bus prouidet deus timen-tibus se.
Nascitur Moyses.
.j.6.c. nūe. 23.g.
1.par.23.b

CAPVT II.

A

EGressus est post hęc vir de domo Leui. Et accepit vxorem stirpis suę, quę concepit, & peperit filium: & videns eum elegantē abscon-dit tribus mensibus. Cumq; iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: posuitq; intus infantulum, & exposuit eū in carecto ripę fluminis, stante procul sorore eius, & con-syderante euentum rei. Ecce autem descendebat filia Pharaonis vt la-uaretur in flumine: & puellę eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quę cum vidisset fiscellam in [a] papyrione, [b] misit vnam è famulabus suis: & allatam aperiens, cernensq; in ea paruulum vagientem, miser-ta eius, ait, De infantibus Hebręorum est hic. Cui soror pueri, Vis, in-quit, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebręam, quę nutrire possit infantulū? Respondit, Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem [c] suā. Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutriuit pue-rum: adultumq; tradidit filię Pharaonis. Quem illa adoptauit in lo-cum filij, vocauitq; nomen eius Moyses: dicens, Quia de aqua tuli eum. In diebus illis postquam creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditq; [d] afflictionem eorum, & virum Aegyptium percutientem quendam de Hebręis fratribus suis. Cumq; circunspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Aegyptium abscondit sa-bulo. Et egressus die altero conspexit duos Hebręos rixantes: dixitq; ei qui faciebat iniuriam, Quare percutis proximum tuū? Qui respon-dit, Quis constituit te [e] principem, & iudicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Aegyptium? Timuit Moyses, & ait, [f] Quo-modo palàm factum est verbum illud? Audiuitq; Pharao sermonē hunc, & quęrebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, mo-ratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum. Erant autem sacerdo-ti Madian septem filię, quę venerant ad hauriendam aquam: & im-pletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. Superuenere pastores, & [g] eiecerunt eas: Surrexitq; Moyses, & defensis puellis, ada-quauit oues earum. Quę cum reuertissent ad Raguel patrem suum, dixit ad eas, Cur velocius venistis solito? Responderunt, Vir Aegy-ptius liberauit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquam no-biscum, potumq; dedit ouibus. At ille, Vbi est, inquit, quare dimisi-stis hominem? vocate eum vt comedat panem. [h] Iurauit ergo Moy-ses quòd habitaret cum eo. Accepitq; Sephoram filiam eius vxorē: quę peperit ei filium, quē vocauit Gersam, dicens, Aduena fui in ter-ra aliena. Alterum verò peperit, quem vocauit Eliezer, dicens, Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. Post multum verò temporis mortuus est rex Aegypti: & ingemiscentes filij Israel, propter opera vociferati sunt: ascenditq; clamor eorum ad deū ab operibus. Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quō pepigerat cum Abraham, Isaac, & Iacob. Et respexit dominus filios Israel, & cognouit eos.

[a] carecto
[b] pueri.
[c] (margin note illegible)
[d] onera.
[e] vel, prefectū,
[f] profectò no-ta est res.
[g] depulerunt eos (sub. greges)
[h] vel. Placuit ergo Moysi habitare

absconditur, iacitur in carrectū.
Sap.18.b.
Adoptatur
Aegyptium occidit affli-gētē Hebręū
heb.11.c.
B
Inter rixan-tes pacē cō-ponē nititur.
Fugit Moy-ses Pharao-nem.
Defendit puellas ab iniuria pa-storibus.
C
Duxit vxo-rē Sephorā
Gersam.
.j.18.a.
1.par.23.b
Eliezer.
Clamāt ad deū filij Is-rael in tri-bulatiōe, et respiciūtur.
D

Moyses pa-scit oues so-ceri.
Deus ī me-dio rubi lo-quitur Moy-si de liberā-do populo Israel.

CAPVT III.

MOyses autē pascebat oues Iethro soceri sui sacerdotis Madian: cumq; minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem dei Horeb. Apparuitq; ei [i] dominus in flamma ignis de medio rubi:

[i] angelus dñi

A
Act.7.d

è videbat quòd rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergo Moy-
ses, Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non combura-
B tur rubus. Cernens autem dominus quòd pergeret ad videndum, vo-
cauit eum de medio rubi, & ait, Moyses Moyses. Qui respondit, Ad-
Terra san- sum. At ille, Ne appropies, inquit huc: solue calceamentum de pedi-
cta vbi de° bus tuis. locus.n. in quo stas, terra sancta é. Et ait, Ego sum deus patris tui,
loquitur. deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob. Abscõdit Moyses faciem suã:
Math.22.c. non enim audebat aspicere contra deum. Cui ait dominus, Vidi affli-
Mar.12.c. ctionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui propter [a] du- [a] exactores eius:
Luc.20.f. ritiam eorum qui præsunt operibus: & sciens dolorem eius, descendi
vt liberem eum de manibus Aegyptiorum, & educam de terra illa in
terram bonam, & spatiosam, in terram quę fluit lacte & melle, ad loca
C Chananęi, & Hethęi, & Amorrhęi, & Pherezęi, & Heuęi, & Iebusęi. Cla-
Mittit Moy mor ergo filiorum Israel venit ad me: vidiq; afflictionem eorum,
sen vt popu qua ab Aegyptiis opprimuntur. Sed * veni, mittam te ad Pharaonẽ, * nunc
lũ educat. vt educas populum meum filios Israel de Aegypto. Dixitq; Moyses
ad deum, Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios
Deus cum Israel de Aegypto? Qui dixit ei, Ego ero tecum: & hoc habebis signum
Moyse quòd miserim te, Cum eduxeris populum de Aegypto, [b] immolabis [b] facietis cultũ
D deo super montem istum. Ait Moyses ad deum, Ecce ego vadam ad deo (vel suiectio
filios Israel, & dicam eis, Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si deo, aut adorabitis deum)
dixerint mihi, Quod est nomen eius? quid dicã eis? Dixit dominus ad
Nomen dei Moysen, EGO SVM QVI SVM. Ait, Sic dices filiis Israel, QVI
E EST, misit me ad vos. Dixitq; iterum deus ad Moysen, Hęc dices fi-
Quo ordĩe liis Israel, Dominus deus patrum vestrorum, deus Abraham, & deus
velit libera- Isaac, & deus Iacob misit me ad vos: hoc nomen mihi est in ęternum,
re populum & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Vade, con-
suum docet grega seniores Israel, & dices ad eos, Dominus deus patrum vestrorum
Moysen de° apparuit mihi, deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob, dicens, Vi-
F sitans visitaui vos: & vidi omnia quę acciderunt vobis in Aegypto:
& dixi vt educam vos de afflictione Aegypti in terram Chananęi &
Hethęi & Amorrhęi & Pherezęi & Heuęi & Iebusęi, ad terram fluentem
lacte & melle. Et audient vocem tuã: ingrederisq; tu & seniores Israel
ad regem Aegypti, & dices ad eum, Dominus deus Hebręorum [c] vo- [c] occurrit nobis
cauit nos: ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus
domino deo nostro. Sed ego scio quòd non dimittet vos rex Aegypti
G vt eatis, nisi per manum validam. Extendam q; manum meam, & per-
cutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis, quę facturus sum in
Infr.11.a.et medio eorum: post hęc dimittet vos. Daboq; gratiam populo huic
12.e. coram Aegyptiis: & cum egrediemini, non exibitis vacui, sed postula-
bit mulier à vicina sua & ab hospita sua vasa argentea & aurea, ac ve-
stes: ponetisq; eas super filios & filias vestras, & spoliabitis Aegyptũ.

A CAPVT IIII.

Tria signa REspondens Moyses ait, Non credent mihi, neq; audient vocem
dat deus meam: sed dicent, Non apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eũ,
Moysi qb° Quid est quod tenes in manu tua? Respõdit, Virga. Dixitq; dominus,
testet Pha- Proiice eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fuge-
raoni se à ret Moyses. Dixitq; dominus *, Extende manum tuam, & apprehende * ad Moysen.
deo missũ li caudam eius. Extendit & tenuit, versaq; est in virgam. Vt credant,
beratoré. Vir inquit, quòd apparuerit tibi dominus deus patrum suorum, deus Abra-
ga versa B ham et deus Isaac et deus Iacob. Dixitq; ei dominus rursum, Mitte
in serpentẽ manum tuam in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum, protulit
et serpens i leprosam instar niuis. Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum. Re-
virgã ma- traxit, et protulit iterum et [d] erat similis carni reliquę. Si non credide- [d] reuersa est
nus Moy- rint, inquit, tibi, neq; audierint sermonem signi prioris, credent verbo
si leprosa. signi sequentis. Quòd si nec duobus quidem his signis crediderint,

neq; audierint vocem tuam: sume aquam fluminis, et effunde eam su-
per aridam, et quicquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinem.
Ait Moyses, Obsecro domine, non sum eloquens ab heri et nudius-
tertius: et ex quo locutus es ad seruum tuum: impeditioris et tardio-
ris linguę sum. Dixit dominus ad eum, Quis fecit os hominis: aut quis
fabricatus est mutum et surdum, videntem et cęcum: nonne ego? Per-
ge igitur, et ego ero in ore tuo: doceboq; te quid loquaris. At ille,
Obsecro domine, inquit: mitte quem missurus es. Iratus dñs in Moysen,
Ait, Aaron frater tuus leuites, scio quod eloquens sit: ecce ipse egredietur in
occursum tuum, vidensq; te, lętabitur corde. Loquere ad eum, et pone verba
mea in ore eius: et ego ero in ore tuo, et in ore illius, et ostendam vobis
quid agere debeatis. Et ipse loquetur pro te ad populum, et erit os tuum:
tu autem eris ei in his quę ad deum ptinent. Virgam quoq; hanc sume in
manu tua, in qua facturus es signa. Abiit Moyses, et reuersus est ad Ie-
thro socerum suum: dixitq; ei, Vadam et reuertar ad fratres meos in Aegy-
ptum, vt videam si adhuc viuant. Cui ait Iethro, Vade in pace. Dixit ergo
dñs ad Moysen in Madian, Vade, et reuertere in Aegyptum: mortui
sunt enim omnes qui quęrebant animam tuam. Tulit ergo Moyses vxorem
suam, et filios suos, et imposuit eos sup asinum: reuersusq; est in Aegyptum,
portans virgam dei in manu sua. Dixitq; ei dñs reuertenti in Aegyptum,
Vide vt omnia ostenta quę posui in manu tua, facias coram Pharaone: ego
indurabo cor eius, et non dimittet populum. Dicesq; ad eum, Hęc dicit dñs,
Filius meus primogenitus, Israel. Dixi tibi, Dimitte filium meum vt ser-
uiat mihi: et noluisti dimittere eum, ecce ego interficiam filium tuum primo-
genitum. Cumq; esset in itinere, in diuersorio occurrit ei dñs, et volebat
occidere eum. Tulit ilico Sephora acutissimam petram, et circumcidit prępu-
tium filii sui, tetigitq; pedes eius, et ait, Sponsus sanguinum tu mihi es. Et
dimisit eum postquam dixerat, Sponsus sanguinum tu mihi es ob circumcisionem.
Dixitq; dñs ad Aaron, Vade in occursum Moysi in desertum. Qui pe-
rexit obuiam ei in montem dei, et osculatus est eum. Narrauitq; Moyses Aaron
omnia verba dñi pro quibus miserat eum, et signa quę mandauerat. Veneruntq;
simul, et congregauerunt cunctos seniores filiorum Israel. Locutusq; est
Aaron omnia verba quę dixerat dñs ad Moysen: et fecit signa coram po-
pulo, et credidit populus. Audieruntq; quod visitasset dñs filios Israel,
et quod respexisset afflictionem illorum: et proni adorauerunt. CAP. V.

POst hęc ingressi sunt Moyses et Aaron, et dixerunt Pharaoni, Hęc
dicit dominus deus Israel, Dimitte populum meum vt sacrificet
mihi in deserto. At ille respondit, Quis est dominus, vt audiam vo-
cem eius, et dimittam Israel: nescio dominum, et Israel non dimittam.
Dixerunt, Deus Hebręorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum
in solitudinem, et sacrificemus domino deo nostro: ne forte accidat
nobis pestis aut gladius. Ait ad eos rex Aegypti, Quare Moyses et Aa-
ron sollicitatis populum ab operibus suis? ite ad onera vestra. Dixitq;
Pharao, Multus est populus terrę: videtis quod turba succreuerit:
quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus? Pręcepit ergo in
die illo pręfectis operum et exactoribus populi, dicens, Nequaquam
vltra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres: sicut prius: sed ipsi
vadant et colligant stipulas. Et mensuram laterum, quam prius facie-
bant, imponetis super eos, nec minuetis quicquam: vacat enim, et id-
circo vociferantur, dicentes, Eamus et sacrificemus deo nostro. Opprimantur
operibus, et expleant ea: vt non acquiescant verbis mendacibus.
Igitur egressi pręfecti operum et exactores, ad populum dixerunt, Sic
dicit Pharao, Non do vobis paleas. Ite, et colligite sicubi inuenire po-
teritis: nec minuetur quicquam de opere vestro. Dispersusq; est popu-
lus per omnem terram Aegypti ad colligendas paleas. Pręfecti
quoq; operum instabant, dicentes, Complete opus vestrum quotidie, vt

Left margin notes:
aquam quam
vir verborum. Heb.
grauis ore et grauis lingua
per manum illius
tibi pro ore: tu autem eris ei pro deo.
Cum reuersus fueris in Aegyptum,
festa celebret
vel occurrit nobis: quęso
cessare facitis
Ecce iam
et adhuc cessare facitis eos ab oneribus suis
quisquilias pro palea.
Exactores

Right margin notes:
C
Aqua in sanguinem versa
Moyses impedite linguę se esse causatur.
D
Matth. 10. c
Iratus Moysi deus, dat ei Aaron pro oratore.
E
Eccli. 45. a
[illegible] 7. a.
Pergit Moyses in Aegyptum
F
Indurat cor Pharaonis deus.
Deus Moysen vult occidere.
Sephora circumcidit filium.
G
Iussu dei Aaron pergit in occursus Moysi.
A
Moyses et Aaron aggrediuntur Pharaonem.
Renuit Pharao dimittere populum Israel.
B
Populum dei laboribus opprimi iubet Pharao.
C

prius facere solebatis quando dabatur vobis palee. Flagellatiq; sunt qui preerant operibus filiorum Israel, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus, Quare non impletis mensuram laterum sicut prius, nec heri nec hodie? Veneruntq; prepositi filiorum Israel, & vociferati sunt ad Pharaonem dicentes, Cur ita agis contra seruos tuos? Palee non dantur nobis, & lateres similiter imperantur: en famuli tui flagellis cedimur: & iniuste agitur contra populum tuum. Qui ait, Vacatis otio, & idcirco dicitis, Eamus & sacrificemus domino. Ite ergo, & operamini: palee non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum laterum.

D Videbantq; se prepositi filiorum Israel in malum, eo quod diceretur eis, Nō minuetur quicquam de lateribus per singulos dies. Occurreruntq; Moysi & Aaron, qui stabant ex aduerso, egredientes à Pharaone: & dixerunt ad eos, Videat dominus * & iudicet, quoniam foetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius, & prebuistis ei gladium vt occideret nos. Reuersusq; Moyses ad dominum, ait. Domine cur afflixisti populum istum? quare misisti me? Ex eo enim

A quo ingressus sum ad Pharaonem vt loquerer ex nomine tuo, afflixit populum tuum: & non liberasti eos.

CAP. VI.

Dixit dominus ad Moysen, Nunc videbis que facturus sum Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta eijciet illos de terra sua. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Ego dominus qui apparui Abraham, Isaac & Iacob in deo omnipotente: & nomen meum ADONAI non indicaui eis. Pepigiq; foedus cum eis, vt darem illis terram Chanaan, terram peregrinationis

B eorum in qua fuerūt aduene. Ego * audiui gemitum filiorum Israel quo Aegyptij oppresserunt eos: & recordatus sum pacti mei. Ideo dic filijs Israel. Ego dominus qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum, & eruam de seruitute eorum: ac redimam in brachio excelso & iudicijs magnis. Et assumam vos mihi in populum & ero vester deus: & scietis quod ego sum dominus deus vester qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorum: & induxerim vos in terram, super quam leuaui manum meam vt darem eam Abraham, Isaac, & Iacob: daboq; illam

C possidendam vobis ego dominus. Narrauit ergo Moyses omnia filijs Israel, qui non acquieuerunt ei propter angustiā spiritus, & opus durissimum. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Aegypti vt dimittat filios Israel de terra sua. Respondit Moyses corā domino, Ecce filij Israel non audiunt me: & quomodo audiet Pharao, presertim cū incircumcisus sim labijs? Locutusq; est dominus ad Moysen & Aaron: & dedit mādatum ad filios Israel, & ad Pharaonem regem Aegypti vt educerent filios Israel de terra Aegypti. Isti sunt principes domorum per familias suas. Filij Ruben primogeniti Israelis: Henoch & Phallu, Hesron & Charmi. he cognationes Ruben. Filij Simeon: Iamuel, & Iamin & Ahod, & Iachin, & Sohar, & Saul filius Chananitidis. he progenies Simeon. Et hec nomina filiorum Leui per cognationes suas: Gerson & Caath, & Merari. Anni autem vite Leui fuerunt, cētum triginta septē. Filij Gerson: Lobni & Semei, per cognationes suas. Filij Caath: Amram, & Isaar, & Hebron & Oziel. anni quoq; vite Caath, centum triginta tres. Filij Merari: Moholi & Musi. he cognationes Leui per familias suas. Accepit autem Amram vxorem Iochabed patruelem suam: que peperit ei Aaron & Moysen & Mariam. Fueruntq; anni

D vite Amram, centum triginta septem. Filij quoque Isaar: Core, & Nepheg, & Zechri. Filij quoque Oziel: Misael, & Elisaphan, & Sethri. Accepit autem Aaron vxorē Elisabeth filiam Aminadab, sororē Nahason, que peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. Filij quoque Core: Aser, & Elcana, & Abiasaph. he sunt cognationes Coreitarum.

Vociferant ad Pharaonem prepositi Israel.
Incusant à ipsis Moyses & Aarō.
Conqueritur deo Moyses.
Reminiscitur deus promissionū suarū.
Promittit deus liberationē, & terrā Chanaan.
Nō acquiescunt filij Israel monitis Moysi.
Mittit Moyses et Aarō ad Pharaonē.
Genealogie Ruben et Simeon. gen. 46. b nume. 26. a 1. para. 5. a 1. para. 4. d
Genealogia Leui. 1. Para. 6. a. et. 23. a. nume. 3. c. Nūe. 26. g. 1. par. 6. a. 23. b.
Amrā, pater Moysi & Aaron
Aaron pater Nadab et Abiu Num. 3. a.

quos constituerant super eos exactores Pharaonis, dicentes.
peccatū populi tui (.i. vt Chald. peccat super eos populus tuus. Vel puniet populus tuus)
Vacatis .i. q affligerentur, vel q nō melius agetur cū eis,
* super vos,
Iehoua magnū dei nomē ineffabile, de quo vide in interpretatiōibus nominum hebraicorum, in dictione. ADONAI.
* etiam
oneribus et infra.
seruitutē duram.
sororem patris sui.

tarum. At verò Eleazar filius Aaron accepit vxorē de filiabus Pha-
tiel: quę peperit ei Phinees. hi sunt principes familiarum Leuiticarum
per cognationes suas. Iste est Aaron & Moyses quibus pręcepit do-
minus vt educerent filios Israel de terra Aegypti per turmas suas. Hi
sunt qui loquuntur ad Pharaonem regem Aegypti, vt educat filios
Israel de Aegypto: iste est Moyses & Aaron in die qua locutus est do-
minus ad Moysen in terra Aegypti. Et locutus est dominus ad Moy Precipitur
sen, dicens, Ego dominus: loquere ad Pharaonem regem Aegypti, Moysi loq
omnia quę ego loquor tibi. Et ait Moyses coram domino, En incir- Pharaoni.
cuncisus labijs sum, quomodo audiet me Pharao? CAP. VII.

Dixitq; dominus ad Moysen, Ecce constitui te deum Pharaonis: A
& Aaron frater tuus erit propheta tuus. Tu loqueris ei omnia 3.4.d.
quę mando tibi: & ille loquetur ad Pharaoné, vt dimittat filios Israel Moyses et
ᵃPharaonis, de terra sua. Sed ego indurabo cor ᵃcius`, & multiplicabo signa & osté Aaróe mit
ta mea in terra Aegypti, & non audiet vos: immittamq; manú meam tił ad Pha-
super Aegyptum, & educam exercitum & populum meum filios Israel raónem.
de terra Aegypti per iudicia maxima. Et sciét Aegyptij quia ego sum Signa facit
ᵃ tunc cum ex- dominus ᵃqui extenderim` manum meam super Aegyptum, & edu- deus, vt co
tendero, xerim filios Israel de medio eorum. Fecit itaque Moyses & Aaron gnoscat so-
sicut pręceperat dominus: ita egerunt. Erat autem Moyses octoginta lus potens.
annorum, & Aaron octogintatrium, quando locuti sunt ad Phara-
nem. Dixitq; dominus ad Moysen & Aaron, Cum dixerit vobis Pha B
rao, Ostendite signa: dices ad Aaron, Tolle virgam tuam, & proijce
eam coram Pharaone, ac vertetur in colubrum. Ingressi itaque Virga Moy
Moyses & Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut pręceperat dominus. si vertił in
ᵃ Et proiecit ᵃTulitq;` Aaron virgam coram Pharaone & seruis eius, quę versa est colubrum.
in colubrum. Vocauit autem Pharao sapientes & maleficos: & fecerút Magi idem
etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas & arcana quędam simili- faciunt.
ter. Proiecerúntq; singuli virgas suas, quę versę sunt in dracones: sed 2.timo.3.b
deuorauit virga Aaron virgas eorum. Induratúmq; est cor Pharao
ᵃlocutus fue- nis, & non audiuit eos, sicut ᵃpręceperat` dominus. Dixit autem do- Moyses mi
rat minus ad Moysen, Ingrauatum est cor Pharaonis, & non vult dimit- natur Pha
ᵃPharaonem tere populum. Vade ad ᵃeum` mane: ecce, egredietur ad aquas: & sta- raoni.
bis in occursum eius super ripam fluminis: & virgam quę conuersa est C
in draconem, tolles in manu tua, dicesq; ad eum, dominus deus He-
ᵃ seruiant bręorum misit me ad te, dicens, Dimitte populum meum vt ᵃsacrifi-
cet` mihi in deserto: & vsque ad pręsens audire noluisti. Hęc igitur di-
cit dominus, In hoc scies quòd sim dominus: ecce percutiam virga
quę in manu mea est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem. Pi-
ᵃfœtebunt sces quoque qui sunt in fluuio, morientur, & ᵃcomputrescent` aquę,
ᵃlaborabunt & ᵃaffligentur Aegyptij bibentes` aquam fluminis. Dixit quoque do-
Aegyptij vt bi minus ad Moysen, Dic ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende ma-
bant (idest qđ num tuam super aquas Aegypti, & super fluuios eorum, & riuos ac pa
vertút. LXX, ludes, & omnes lacus aquarum, vt vertantur in sanguinem: & sit cruor
non poterunt in omni terra Aegypti, tam in ligneis vasis quàm in saxeis. Fece- D I
Aegyptij bibe runtq; ita Moyses & Aaron sicut pręceperat dominus: & eleuans vir- Aquę i san
re aquam flu- gam percussit aquam fluminis corá Pharaone & seruis eius: quę ver- guiné ver-
minis.) sa est in sanguinem. Et pisces qui erant in flumine, mortui sunt: com- ſę.
putruitq; fluuius, & non poterant Aegyptij bibere aquam fluminis, & Psal.77.e
fuit sanguis in tota terra Aegypti. Fecerútq; similiter malefici Aegy Magi idem
ptiorum incantationibus suis. & induratum est cor Pharaonis, nec au faciunt.
ᵃ locutᵘ fuerat diuit eos, sicut ᵃpręceperat` dominus. Auertitq; se, & ingressus est do- Sapi.17.b.
ᵃfluuium adhoc. mum suam, nec apposuit cor ᵃetiam hac vice.` Foderunt aút omnes
(.i. nec moue Aegyptij per circuitum fluminis aquam vt biberent: non enim pote-
bat eú tantum rant bibere aquam fluminis. Impletiq; sunt septem dies, postquam
periculum) percussit dominus fluuium.

CAPVT VIII.

A Dixit quoq; dominus ad Moysen, Ingredere ad Pharaonem, & di
II ces ad eum, Hęc dicit dominus, Dimitte populum meum, vt sa-
Ranę crificet mihi. Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes
terminos tuos ranis. Et ebulliet fluuius ranas: quę ascendent, & ingre-
dientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & super stratum tuũ,
& in domos seruorum tuorum, & in populum tuũ, & in furnos tuos,
& in ᵃreliquias ciborum tuorum:) & ad te & ad populum tuum, & ad ᵃvel massas fu
B omnes seruos tuos intrabunt ranę. Dixitq; dominus ad Moysen, Dic as. Vox he-
ad Aaron, Extende manum tuam ᵇ super fluuios ac super riuos & pa- bręa & signat
ludes, & educ ranas super terram Aegypti. Extẽdit Aaron manum sup quod siccus in
aquas Aegypti, & ascẽderunt ranę, operueruntq; terram Aegypti. Fe vasis reliquũ
Sap. 17.b. cerunt autem & malefici per incantationes suas similiter: eduxeruntq; non effluit.)
Rogat Pharao Moysen vt pro se oret. ranas super terrã Aegypti. Vocauit aũt Pharao Moysen & Aaron, ᵇcũ virga tua
& dixit eis, Orate dominum vt auferat ranas à me & à populo meo: &
dimittam populum vt sacrificet domino. Dixitq; Moyses ad Pharao
nem, Constitue mihi quando deprecer pro te & pro seruis tuis, & pro
C populo tuo, vt abigantur ranę à te & à domo tua, & à seruis tuis, & à
populo tuo: & tantum in flumine remaneant. Qui respondit, Cras.
At ille, iuxta, inquit, verbum tuum faciam: vt scias quoniam non est
sicut dominus deus noster. Et recedent ranę à te & à domo tua, & à ser
Orat Moyses p Pharaone. uis tuis, & à populo tuo: & tantum in flumine remanebunt. Egressiq;
sunt Moyses & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyses ad dominum
ᵇ pro sponsione ranarum quam condixerat) Pharaoni. Fecitq; domi ᵇvel pp̃ter ra-
nus iuxta verbum Moysi: & mortuę sunt ranę de domibus, & de villis, nas quas po-
& de agris. Congregaueruntq; eas ᶜin immensos aggeres,) & ᵈcompu- suerat
D truit) terra. Videns autem Pharao q̃ data esset requies, ingrauauit ᶜ in aceruos ac
Induratur Pharao. cor suum, & non audiuit eos, sicut ᵉpręceperat) dominus. Dixitq; do ceruos (.i. per
minus ad Moysen, Loquere ad Aaron, extende virgam tuam, & per- aceruos, siue
III cute puluerem terrę: & sint ᶠciniphes) in vniuersa terra Aegypti. Fece- aceruatim)
Ciniphes, siue pediculi in hoibus & iumentis. runtq; ita. Et extendit Aaron manum, virgã tenens: percussitq; pul ᵈfœtuit
uerem terrę, & facti sunt ciniphes in hominibus & iumẽtis: omnis pul- ᵉ locut⁹ fuerat
uis terrę versus est in ciniphes per totam terram Aegypti. Feceruntq; ᶠpediculi & in
similiter malefici incantationibus suis, vt educerent ciniphes, & non fra.
potuerunt: erantq; ciniphes tam in hominibus q̃ in iumentis. Et di-
Digit⁹ & potentia dei. xerunt malefici ad Pharaonem, Digitus dei est hoc. induratumq; est
cor Pharaonis, & non audiuit eos sicut ᵍpręceperat) dominus. Dixit ᵍ locut⁹ fuerat
E quoq; dominus ad Moysen, Consurge diluculo, & sta coram Pharao-
IIII ne, egredietur enim ad aquas: & dices ad eum, Hęc dicit dominus, Di-
Muscę, siue omne gen⁹ ferarũ, & bestiarum noxiarum. mitte populum meũ vt ʰsacrificet) mihi. Quòd si nõ dimiseris eũ ec- ʰ seruiat
ce ego immittam in te, & in seruos tuos, & in populum tuum, & in do- ⁱferarũ vox He
mos tuas omne genus ⁱmuscarũ:) & implebuntur omnes domus Aegy bręa significat
ptiorum muscis diuersi generis, & vniuersa terra in qua fuerint. ᵏ Fa- oẽ genus be-
ciamq; mirabilem) in die illa terrã Gessen, in qua populus meus est, stiarum noxia
vt non sint ibi muscę: vt scias quoniam ego dominus in medio ter- rũ, serpentes
rę. Ponamq; ˡdiuisionẽ) inter populũ meũ, & populum tuum: cras erit quoq; ac scor
F signum istud. Fecitq; dominus ita. Et venit ᵐmusca grauissima) in do piones. & ifra)
Sap. 16.b. mos Pharaonis & seruorum eius, & in omnem terram Aegypti, corru ᵏvel, Et separa
ptaq; est terra ab huiuscemodi muscis. Vocauitq; Pharao Moysen bo
Rogat Pharao Moysen, vt p se oret. & Aaron, & ait eis, Ite & sacrificate deo vestro in terra hac. Et ait Moy ˡredemptionẽ
ses, Non ⁿpotest ita fieri:) abominationes enim Aegyptiorum immo- ᵐomne bestiarũ
labimus domino deo nostro: q̃ si mactauerimus ᵒea quę colunt Ae- noxiarũ gen⁹.
gyptij) coram eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierum perge- ⁿest rectũ vt fa
mus in solitudinẽ, & sacrificabimus domino deo nostro, sicut pręcepit ciamus sic:
I.3.f. nobis. Dixitq; Pharao, Ego dimittam vos vt sacrificetis domino deo ᵒabominatio-
vestro in deserto: veruntamen longius ne abeatis, rogate pro me. Et nes Aegypti

ᵖpopulo tuo, ait Moyses, Egressus à ᶻte,) orabo dominum: & recedet ᶻmusca) à Pha G
ᵖomne ferrarū genus raone, & à seruis suis, & à populo eius cras. veruntamen noli vltrà fal-
lere, vt non dimittas populum sacrificare domino. Egressusq; Moy-
ᵖEt dominus ses à Pharaone, orauit dominum. ᶻQui) fecit iuxta verbum illius: &
abstulit muscas à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius: non su-
perfuit ne vna quidem. Et ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt nec Induratus
hac quidem vice dimitteret populum. Pharao.

CAPVT IX.

Dixit autem dominus ad Moysen, Ingredere ad Pharaonem, & lo A
quere ad eum, Hęc dicit dominus deus Hebręorum, Dimitte po- V
ᵖseruiat pulum meū vt ᶻsacrificet) mihi. Quòd si adhuc renuis, & retines eos: Mors peco
ᵖpecudes tuas q̃ sūt in agro, ecce manus mea erit super ᶻagros tuos,) & super equos & asinos, & ca- rum.
melos, & oues, & boues pestis valde grauis. Et ᶻfaciet dominus mira-
ᵖvel, diuidet dominus bile) inter possessiones Israel, & ᶻpossessiones) Aegyptiorum, vt nihil
omnino pereat ex his quę pertinent ad filios Israel. Constituitq; do-
ᵖpecudes minus tempus, dicens, Cras faciet dominus verbum istud in terra. Fe-
ᵖpecora cit ergo dominus verbum hoc altera die: mortuaq; sunt omnia ᶻani
mantia) Aegyptiorum: de animalibus verò filiorum Israel nihil omni-
no perijt. Et misit Pharao ad videndum: nec erat quicquam mortuus
de his quę possidebat Israel. Ingrauatumq; est cor Pharaonis, & non
dimisit populum. Et dixit dominus ad Moysen, & Aaron, Tollite B VI
ᵖfauillę fornacis et infra. plenas manus ᶻcineris de camino,) & spargat illum Moyses in cęlum Vesicę, vl
coram Pharaone. Sitq; puluis super omnem terram Aegypti: erunt cera.
enim in hominibus, & iumentis vlcera, & vesicę turgentes in vniuersa
terra Aegypti. Tuleruntq; cinerem de camino, & steterunt coram Pha-
raone, & sparsit illum Moyses in cęlum: factaq; sunt vlcera vesicarum
turgentium in hominibus, & iumentis: nec poterant malefici stare co-
ᵖomnibus Aegyptijs. ram Moyse propter vlcera quę in illis erant, & in ᶻomni terra Aegy- VII
pti.) Indurauitq; dominus cor Pharaonis: & nō audiuit eos, sicut lo Grando.
cutus est dominus ad Moysen. Dixitq; dominus ad Moysen, Ma- C
ne consurge, & sta coram Pharaone, & dices ad eum, Hęc dicit domi-
ᵖseruiat nus deus Hebręorum, Dimitte populum meum vt ᶻsacrificet) mihi.
Quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, & su-
per seruos tuos, & super populum tuum: vt scias q̃ non sit similis mei
in omni terra. Nunc enim extendens manum meam percutiam te, & Hunc locū
populum tuum peste, peribisq; de terra. Idcirco autem posui te, vt expōit Pau
ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meū in omni lus ad Ro
terra. Adhuc retines populum meum: & non vis dimittere eum. En ma.9.d.
pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis: qualis non fuit D
in Aegypto à die qua fundata est, vsq; in pręsens tempus. Mitte ergo
iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quę habes in agro: homi
nes enim, & iumenta, & vniuersa quę inuenta fuerint foris, nec congre-
gata de agris, cecideritq; super ea grando, morientur. Qui timuit ver
bum domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iu-
ᵖnon ponebat ad cor Heb. menta in domos: qui autem ᶻneglexit) sermonem domini, dimi-
sit seruos suos, & iumenta in agris. Et dixit dominus ad Moy-
sen, Extende manum tuam in cęlum, vt fiat grando in vniuersa ter
ra Aegypti super homines, & super iumenta, et super omnem her- E
bam agri in terra Aegypti. Extenditq; Moyses virgam in cęlum, et Sap.16.c.et
ᵖdiscurrebat ignis dominus dedit tonitrua, et grandinem, ac ᶻdiscurrentia fulgura) su- 19.d.
per terram: pluitq; dominus grandinem super terrā Aegypti. Et grā-
do et ignis mista pariter ferebantur: tantęq; fuit magnitudinis, quan
ta ante nunquam apparuit in uniuersa terra Aegypti ex quo gens il
la condita est. Et percussit grando in omni terra Aegypti cuncta quę
fuerunt in agris, ab homine vsq; ad iumentum: cunctamq; herbam
ᵖagri agri percussit grando, et omne lignum ᶻregionis) confregit. Tantum

F in terra Gessen, vbi erant filij Israel, grando nõ cecidit. Misitq; Pharao, & vocauit Moysen & Aaron, dicens ad eos, Peccaui etiam nunc, dominus iustus: & ego & populus meus, impij. Orate dominum, vt desinant tonitrua dei, & grando: vt dimittam vos, & nequaquam hic vltra maneatis. Ait Moyses, Cum egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit: vt scias quia domini est terra. noui aūt ꝙ & tu, & serui tui necdū timeatis dominum deum. Linum ergo, & hordeum lęsum est, eo ꝙ hordeum
G esset virens, & linum iam folliculos germinaret. Triticum autem, & far non sunt lęsa, quia serotina erant. Egressusq; Moyses à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad dominum: & cessauerunt tonitrua & grando, nec vltrà stillauit pluuia super terram. Videns autem Pharao ꝙ cessasset pluuia, & grando & tonitrua, auxit peccatum: & ingrauatum est cor eius, & seruorum illius. Et induratum nimis, nec dimisit filios Israel, sicut praeceperat dominus per manum Moysi.

Peccatum suum agnoscit Pharao, rogat, ꝙ Moysen vt oret pro se.

Oráte Moyse cessat grãdo.

locus fuerat

CAPVT X.

VIII A ET dixit dominus ad Moysen, Ingredere ad Pharaonem: ego enim indurauí cor eius, & seruorum illius: vt faciam signa mea hęc in eo, & narres in auribus filij tui, & nepotum tuorum, quoties contriuerim Aegyptios, & signa mea fecerim in eis: & sciatis quia ego dominus. Introierunt ergo Moyses & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei, Hęc dicit dominus deus Hebręorum, Vsquequo non vis subijci mihi? dimitte populum meum, vt sacrificet mihi. Sin autem resistis, & non vis dimittere eum: ecce ego inducam cras locustam in fines tuos: quę operiet superficiem terrę, ne quicquam eius appareat, sed comedatur quod residuum fuerit grandini. corrodet enim omnia
B ligna, quę germinant in agris. Et implebunt domos tuas, & seruorum tuorum, & omnium Aegyptiorum, quantam non viderunt patres tui, & aui, ex quo orti sunt super terram, vsq; in pręsentem diem. Auertitq; se, & egressus est à Pharaone. Dixerunt autem serui Pharaonis ad eum, Vsquequo patiemur hoc scádalum? dimitte homines, vt sacrificent domino deo suo. nónne vides ꝙ perierit Aegyptus? Reuocaueruntq; Moysen, & Aaron ad Pharaonem: qui dixit eis, Ite, sacrificate domino deo vestro. qui nam sunt qui ituri sunt? Ait Moyses, Cum paruulis nostris, & senioribus pergemus, cum filijs & filiabus,
C cum ouibus & armentis: est enim solemnitas domini dei nostri. Et respondit Pharao, Sic dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittã vos, & paruulos vestros: cui dubium est ꝙ pessimè cogitetis? Non fiat ita, sed ite tantum viri, & sacrificate domino: hoc enim & ipsi petistis. Statimq; eiecti sunt de conspectu Pharaonis. Dixit autem dominus ad Moysen, Extende manum tuam super terram Aegypti ad locustam, vt ascendat super eam, & deuoret omnem herbam quę residua fuerit grandini. Et extendit Moyses virgam super terram Aegy-
D pti: & dominus induxit ventum vrentem tota die illa, & nocte: & mane facto, ventus vrens leuauit locustas. Quę ascenderunt super vniuersam terram Aegypti: & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerunt, nec postea futurę sunt. Operueruntq; vniuersam superficié terrę, vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terrę, & quicquid pomorum in arboribus
E fuit, quę grando dimiserat: nihil quoq; omnino virens relictum est in lignis, & in herbis terrę, in cuncta Aegypto. Quam ob rem festinus Pharao vocauit Moysen & Aaron, & dixit eis, Peccaui in dominum deum vestrum, & in vos: sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice, & rogate dominum deum vestrum, vt auferat à me mortem istã. Egressusq; est Moyses de conspectu Pharaonis, & orauit dominum. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, & arreptam

Locustę. Indurat Pharaoné deus. Moyses minatur Pharaoni locustas. Sap.16.b.

Agnoscens peccatum Pharao, petit orari pro se. Orat Moyses pro Pharaone.

que feci in Aegypto,

renuis humiliari corã me

seruiat

vobis à grandine

vel hanc ruinam? siue hóc laqueum?

nobis.

videte qm malũ contra faciẽ vestrá. (LXX, videte ꝙ scelus vobis propositũ est. Id est, quiuis potest videre, vos aliquid mali moliri.)

orientaleꝫ in terram

& obscurata est terra.

locustam proiecit in mare rubrum: non remansit nec vna quidem in cunctis finibus Aegypti. Et indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel. Dixit autem dominus ad Moysen, Extende manum tuam in cęlum: et sint tenebrę super terram Aegypti tam densę, vt palpari queant. Extenditq; Moyses manum in cęlum: et factę sunt tenebrę (horribiles) in vniuersa terra Aegypti tribus diebus. (Nemo vidit fratrem suum), nec mouit se de loco in quo erat*: vbicunq; autem habitabant filij Israel, lux erat. Vocauitq; Pharao Moysen et Aaron, et dixit eis, Ite, sacrificate domino: oues tantum vestrę, et armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum. Ait Moyses, Hostias quoq; et holocausta dabis nobis, quę offeramus domino deo nostro. Cuncti greges pergent nobiscum: non remanebit ex eis vngula, (quę necessaria sunt) in cultum domini dei nostri: pręsertim cum ignoremus quid debeat immolari*, donec ad ipsum locum perueniamus. Indurauit autem dominus cor Pharaonis, et noluit dimittere eos. Dixitq; Pharao ad Moysen, Recede à me, et caue ne vltra videas faciem meam: quocunq; die apparueris mihi, morieris. Respondit Moyses, (Ita fiat vt) locutus es, non videbo vltrà faciem tuam.

F IX Tenebrę palpabiles. Sap. 17. a. Sap. 18. a.

G

Margin: * caliginosę (vel densę) * non videbat alter alterum, * trib⁹ diebus * seruite * quia accipiemus ex eis * domino * Recte

CAPUT XI.

Et dixit dominus ad Moysen, Adhuc vna plaga tangam Pharaonem et Aegyptum, et post hęc dimittet vos*, (et exire cõpellet.) Dices ergo omni plebi vt postulet vir ab amico suo, et mulier à vicina sua vasa argentea et aurea. Dabit autem dominus gratiam populo suo coram Aegyptijs. Fuitq; Moyses vir magnus valde in terra Aegypti coram seruis Pharaonis, et omni populo. Et ait*, Hęc dicit dominus, Media nocte egrediar in Aegyptum: et morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, vsq; ad primogenitum ancillę quę est ad molam, et omnia primogenita iumentorum. Eritq; clamor magnus in vniuersa terra Aegypti, qualis nec antè fuit, nec postea futurus est. Apud omnes autem filios Israel nõ (mutiet) canis ab homine vsq; ad pecus: vt sciatis quanto miraculo diuidat dominus Aegyptios et Israel. Descendentq; omnes serui tui isti ad me, et adorabunt me, dicentes, Egredere tu et omnis populus qui (subiectus est tibi), post hęc egrediemur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis. Dixit autem dominus ad Moysen, Non audiet vos Pharao vt multa signa *fiant in terra Aegypti. Moyses autem et Aaron fecerunt omnia signa et ostenta quę scripta sunt, coram Pharaone: et indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel de terra sua.

A Dñs iubet spoliare Aegyptios. s. 3. g. et 12. e.

B Eccl. 45. a.

X Mors primogenitorum.

C

D

Margin: * hinc * cumq; dimiserit vos, omnino proijciet vos hinc. * Moyses * vel anhelabit (vt faciunt canes fatigati aut sitibũdi) * est in pedibus tuis. Heb. * mea

CAP. XII.

Dixit quoq; dominus ad Moysen et Aaron in terra Aegypti, Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mẽsibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, et dicite eis, Decima die mensis huius tollat vnusquisq; agnum per familias *et domos suas. Sin autem minor est (numerus) vt sufficere possit ad vescendum agnum: assumet vicinum suum qui coniunctus est domui suę iuxta numerum animarum quę sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absq; macula, masculus anniculus: (Iuxta quem ritum tolletis et hœdum.) Et seruabitis eum vsq; ad quartamdecimam diem mensis huius: immolabitq; eum vniuersa multitudo (filiorum) Israel (ad vesperam.) Et sument de sanguine eius, ac ponẽt super vtrunq; postem, et in superliminaribus domorum in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, et azymos panes, cum (lactucis agrestibus.) Non comedetis ex eo (crudum) quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni: caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis. Nec remanebit quicquam ex eo vsq; mane. si quid residuum fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum, Renes vestros accingetis, et calceos

A Pręceptum et ritus edendi agni paschalis.

B

Margin: * patrum * familia q̃ * perfectus (.i. in quo non sit defectus et vitium aliqđ) * de agnis et ẽ capris accipietis eum. * cœtus * vel iter duas vesperas. * amaris (.i. cũ amarulẽtis siue subacerbis herbis) * vel semicoctũ tetis,

menta vestra habebitis in ᵃpedibus,ᵇ tenentes baculos in manibus, et ᵃ cruribus
comedetis festinantes: est enim phase, id est transitus domini. Et transi
bo per terram Aegypti nocte illa, percutiamq; omne primogenitum
in terra Aegypti ab homine vsq; ad pecus: et in cunctis dijs Aegypti
faciam iudicia, ego dominus. Erit autem sanguis vobis in signum in
ędibus in quibus eritis, et videbo sanguinem, et transibo vos: nec erit
C in vobis plaga disperdens quando percussero terram Aegypti. Ha
bebitis autem hunc diem in monumentum: et celebrabitis eam solen-
nem domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Septē die-
bus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus
vestris: quicunq; comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel,
à primo die vsq; ad diem septimum. Dies prima ᶜ erit sanctaᵈ atq; so- ᶜ vel vocabi
lennis, et dies septima eadem festiuitate venerabilis: nihil operis fa-
cietis in eis, exceptis his quę ad vescendum pertinent. Et obseruabitis
azyma: in eadem enim ipsa die educam exercitum vestrū de terra Ae
gypti, et custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo.
Leui. 23. a. Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperā comedetis azy-
Num. 28. c. ma vsq; ad diem vicesimamprimam eiusdem mensis ad vesperam. Se
ptem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris: *qui * quia
comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israel, tam de
aduenis q̄; de indigenis terrę. Omne fermentatum non comedetis:
D in cunctis habitaculis vestris edetis azyma. Vocauit autem Moy-
Heb. 11. e. ses omnes seniores filiorum Israel, et dixit ad eos, Ite tollentes ᵃani- ᵃ pecora
malᵇ per familias vestras, et immolate phase. Fasciculumq; hyssopi
tingite in sanguine qui est in ᶜlimine,ᵈ et aspergite ex eo superlimina- ᶜ vase.
re, et vtrunq; postem: nullus vestrum egrediatur ostium domus suę
vsq; mane. Transibit enim dominus percutiens Aegyptios: cumq; vi
derit sanguinem in superliminari et in vtroq; poste, transcendet ostium
domus, et non sinet percussorem ingredi domos vestras et lędere. Cu
Parentibus stodi ᵉverbum istud legitimūᶠ tibi et filijs tuis vsq; in ęternum. Cūq; ᵉ rem istā (vel
pcipitur vt introieritis terram quā dominus daturus est vobis vt pollicitus est, morem istū)
filios myste obseruabitis ᵍceremonias istas.ʰ Et cū dixerint vobis filij vestri, ⁱQuę pro statuto
riū paschę est ista religio?ᵏ dicetis eis, Victima transitus domini est, quando tran ᵍ seruitiū istud
doceant. siuit super domos filiorum Israel in Aegypto percutiens Aegyptios, ⁱ Quid sibi
E et domos nostras liberans. Incuruatusq; populus adorauit. Et egres vult seruitium
Clades pri- si filij Israel fecerunt sicut pręceperat dominus Moysi et Aaron. Fa- istud quod fa-
mogenito- ctum est autem in noctis medio, percussit dominus omne primogeni- citis?
rū Aegypti. tum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis qui in solio eius se-
Sap. 18. b. debat, vsq; ad primogenitum captiuę quę erat in carcere, et omne pri-
Pharao ejj- mogenitum iumentorum. Surrexitq; Pharao nocte * et omnes ser- * ipsa
cit filios ui eius, cunctaq; Aegyptus: et ortus est clamor magnus in Aegypto:
Israel. neq; enim erat domus in qua non iaceret mortuus. Vocatisq; Pha-
rao, Moyse et Aaron nocte, ait, Surgite, egredimini à populo meo, et
vos et filij Israel: ite, et ᵃimmolateᵇ domino sicut dixistis. Oues vestras ᵃ seruite
et armenta assumite vt petieratis, et abeuntes benedicite mihi. Vrge-
bantq; Aegyptij populum de terra exire velociter, dicentes, Omnes
Iudęi Ae- moriemur. Tulit igitur populus conspersam farinam antequam fer
gyptios spo mentaretur: et ligans in pallijs posuit super humeros suos. Feceruntq;
liant vasis filij Israel sicut ᶜpręceperat dominus Moysi:ᵈ et petierunt ab Aegy- ᶜ dixerat Moy
argenteis. ptijs vasa argentea et aurea, vestemq; plurimam. Dominus autē de- ses:
F dit gratiam populo coram Aegyptijs vt commodarent eis: et spolia-
V. 11. a. uerunt Aegyptios. Profectiq; sunt filij Israel de Ramesse in Socoth
EGREDI sexcenta ferè millia peditum virorum absq; paruulis ᵉ et mulieribus.
VNTVR Sed et vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis, oues et ar
Filij Israel. menta et animantia diuersi generis multa nimis. Coxeruntq; farinā
quam dudum de Aegypto conspersam tulerant: et fecerunt subcine-

filios panes azymos: neq; enim poterat fermentari cogentibus exire Aegyptijs, et nullam facere sinentibus moram: nec pulmenti quicquã occurrerat preparare. Habitatio autem filiorum Israel qua manse- 410. ãnos
runt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus habitaue-
expletis eadem die egressus est omnis exercitus domini de terra Aegy- runt Aegy-
ᵃ domino — pti. Nox ista est obseruabilis ᵃdomini,ᵇ quando eduxit eos de terra ptum.
ᵇ domino — Aegypti: hanc obseruare debent ᵇ omnes filij Israel in generationi-
ᶜ Hoc statutũ phase (.i. hic debet esse rit⁹ hęc obseruantia: hoc more celebrandum phase,) — bus suis. Dixitq; dominus ad Moysen et Aarõ, ᶜHęc est religioᵈ pha- Mos cele-
se, Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autem seruus empti brãdi phase
tius circuncidetur, et sic comedet. Aduena et mercenarius non edent G
ex eo. In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, nec Nume. 9. b
os ᵈilliusᵉ confringetis. Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud. Q ꝯ Ioan. 19. f.
si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, et facere
ᵈ in eo — phase domini, circuncidetur prius omne masculinum eius, et tunc ri-
te celebrabit: eritq; sicut indigena terrę. si quis autem circuncisus nõ
fuerit, non vescetur ex eo. Eadem lex erit indigenę et colono qui pere-
grinatur apud vos. Feceruntq; omnes filij Israel sicut preceperat do-
minus Moysi et Aaron. Et eadem die eduxit dominus filios Israel de
terra Aegypti per turmas suas.

CAPVT. XIII.

Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Sanctifica mihi omne A
primogenitum quod aperit vuluam in filijs Israel, tam de homi- Primogenĩ
nibus q; de iumentis: mea sunt enim omnia. Et ait Moyses ad po- ta deo san-
pulum, Mementote diei huius in qua egressi estis de Aegypto et de do- ctificanda.
mo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos dominus de loco ỹ 34. c.
isto: vt non comedatis fermentatum panem. Hodie egredimini men- Nume. 3. e
ᵃ Abib, (id est mensis Apri- lis, in quo om nia noua fiũt) — se ᵃnouarum frugum.ᵇ Cumq; introduxerit te dominus in terrã Cha Luc. 2. d.
nanęi et Hethęi et Amorrhęi et Heuęi et Iebusęi, quã iurauit pãtribus Memoriali
tuis vt daret tibi terrã fluentẽ lacte et melle, celebrabis hũc moremᵇ sa berationis
crorum ᶜ mense isto. Septem diebus vesceris azymis: et in die septimo celebrãda.
erit solennitas domini. Azyma comedetis septem diebus: non appare B
bit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis. Nar- Filij docen
ᵇ Ob id — rabisq; filio tuo in die illo, dicens, ᵉHoc estᵈ quod fecit mihi domi- di, se libera
nus quando egressus sum de Aegypto. Et erit quasi signum in manu tos fuisse à
tua, et quasi monimentum ante oculos tuos: et vt lex domini semper tyrannide
sit in ore tuo. in manu enim forti eduxit te dominus de Aegypto. Cu Pharaõis.
ᶜ statutum, suo tempore quot annis. — stodies huiuscemodi ᶜcultum statuto tempore à diebus in dies.ᵈ Cũq; Primoge-
introduxerit te dominus in terram Chananęi, sicut iurauit tibi et pa- nita omnia
tribus tuis, et dederit tibi eam: separabis omne quod aperit vuluam dei erant.
domino, et quod primitiuum est in pecoribus tuis: quicquid habue-
ᵈ erit — ris masculini sexus, ᵉconsecrabisᵈ domino. Primogenitum asini mu-
tabis oue. q; si non redemeris interficies. Omne autem primogenitũ C
hominis de filijs tuis, pretio redimes. Cumq; interrogauerit te filius Filij docen
tuus cras, dicens, Quid est hoc? respondebis ei, In manu forti eduxit di, cur pri-
nos dominus de terra Aegypti, de domo seruitutis. Nam cum indu- mogenita i
ratus esset Pharao, et nollet nos dimittere, occidit dominus omne pri vsum dei se
mogenitum in terra Aegypti à primogenito hominis, vsq; ad primo- parentur.
genitum iumentorum: idcirco immolo domino omne quod aperit
vuluam masculini sexus, et omnia primogenita filiorum meorum re
dimo. Erit igitur quasi signum in manu tua, et quasi appensum qd,
ob recordationem, ante oculos tuos: eo q; in manu forti eduxit nos Quare dñs
dominus de Aegypto. Igitur cum emisisset Pharao populum, nõ filios Israel
ᵉ dicebat eniʒ deus, — eos eduxit deus per viam terrę Philisthijm quę vicina est: ᵉreputansᵈ circũduxit
ne forte pœniteret ᶠeum, si vidisset ᵈ aduersum se bella consurgere, et p desertũ.
ᶠ populum, si videret — reuerteretur in Aegyptum. Sed circunduxit ᵍper viam deserti, quę est D
iuxta mare rubrum. et armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti. ossa Ioseph
ᵍ populum — Tulit quoq; Moyses ossa Ioseph secum: eo q; adiurasset filios Israel, sed Moyses

Gen.50.d. dicens, Visitabit vos deus, efferte ossa mea hinc vobiscum. Profe-
Nûe.14.c. ctiq; de Socoth castrametati sunt in Etham in extremis finibus solitu-
1.cor.10.a. dinis. Dominus autem pręcedebat eos ad ostendendam viam p diem
Colúna nu- in columna nubis, et per noctem in columna ignis: vt [a]dux esset itine- [a] luceret eis ad
bis & ignis. ris vtroq; tempore.[b] Nunquam defuit columna nubis per diem, neq; ambulandum
Neem.9.d. columna ignis per noctem, coram populo. die & nocte.

CAPVT. XIIII.

A Locutus est autē dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel,
Iubet deus Reuersi castrametētur eregione Phihahiroth quę ē inter Magda-
ppl'm castra lum et mare contra Beelsephon: in conspectu eius castra ponetis su-
metari ī pe- per mare. Dicturusq; est Pharao super filijs Israel, [a]Coartati[b] sunt in [a]Confusi (vel
riculoso lo- terra, conclusit eos desertū. Et indurabo cor eius, ac persequetur vos: oberrantes.)
co, vt ma- et glorificabor in Pharaone et in omni exercitu eius sciéntq; Aegy-
gis glorifi- pti quia ego sum dominus. Feceruntq; ita. Et nuntiatum est regi
cetur. B Aegyptiorū q fugisset populus: [a]immutatum'q; est[b] cor Pharaonis [a]& reuersus est
Indurat et seruorum eius super populum, et dixerunt, Quid voluimus facere vt
cor Phara- dimitteremus Israel, ne seruiret nobis? Iunxit ergo currum, et omnem
onis deus. populum suum assumpsit secum. Tulitq; sexcentos currus electos, et
Pharao in- quicquid in Aegypto curruum fuit: et duces [a]totius exercitus.[b] Indu- [a] super vniuer
sequtur Isra- rauitq; dominus cor Pharaonis regis Aegypti, et persecutus est filios sos ipsos.
elem. Israel: at illi egressi erant in manu excelsa. Cumq; persequerentur
C Aegyptij [c]vestigia pręcedentium, repererunt eos in castris super ma- [c] eos
1.Mac.4.a re: omnis equitatus et currus Pharaonis, et vniuersus exercitus erant
De salute [d]in[b] Phihahiroth [e]contra[b] Beelsephon. Cumq; appropinquasset [d] iuxta
desperātes Pharao, leuantes filij Israel oculos, viderunt Aegyptios post se, et ti- [e] ante
Israelitę muerunt valde, clamauerunt q; ad dominum, et dixerunt ad Moysen,
murmurāt. Forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos vt morere-
mur in solitudine: quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegy-
D pto? Nonne iste est sermo quem loquebamur ad te in Aegypto, dicen-
Promittit tes, Recede à nobis vt seruiamus Aegyptijs: multo enim melius erat
eis salutem seruire eis, q̄ mori in solitudine. Et ait Moyses ad populum, Nolite ti-
à deo. mere: state, et videte [a]magnalia domini quę[b] facturus est hodie. Ae- [a] salutem do-
gyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltrà videbitis vsq; in mini quam
Clamans sempiternum. Dominus pugnabit pro vobis, et vos tacebitis. Dixitq;
Moyses ad dominus ad Moysen, Quid clamas ad me? loquere filijs Israel vt p-
deum, iubet ficiscantur. Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam su-
virga mare per mare, & diuide illud: vt gradiantur filij Israel in medio mari per
diuidere. siccum. Ego autem indurabo cor Aegyptiorum vt persequātur vos:
E & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus &
in equitibus illius. Et scient Aegyptij quia ego sum dñs: cū glorifica-
tus fuero in Pharaone, & in curribus atq; in equitibus eius. Tollésq; [a]Chald. sterps
Angelo se- se angelus domini qui pręcedebat castra Israel, abijt post eos: & cum clari'fic vertit
quente ca- eo pariter columna nubis, priora dimittens, post tergum. Stetit inter nubes & obscu-
stra Israel castra Aegyptiorum & castra Israel: & erat [a]nubes tenebrosa & illumi- ritas Aegy-
gradiunt p nans noctem,[b] ita vt ad seinuicem toto noctis tempore accedere non ptijs, Israeli
mediū ma- valerent. Cumq; extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud autem erat lux
ris. dominus, flante vento vehementi [c]& vrente[b] tota nocte, & vertit in tota nocte.
F siccum: diuisaq; est aqua. Et ingressi sunt filij Israel per medium sicci [c] orientali.
Psl.77.b.d maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & lęua. Perse- [a] perturbauit (vel
104.d.Heb. quentesq; Aegyptij ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharao- infremuit, &
11.e. nis, currus eius & equites per medium maris. Iamq; aduenerat vigilia terrorem im-
Pharaonem matutina, & ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum p co- misit super)
cū exercitu lumnam ignis & nubis, [a]interfecit[b] exercitum eorum, & [a]subuertit[b] ro- [a] vel īpediuit
submergit tas curruum, [b]ferebanturq; in profundum.[b] Dixerunt ergo Aegyptij, [b] & duxit eos ī
deus. Fugiamus Israelem: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait grauitatē (vel
Sap.19.b. dominus ad Moysen, Extende manum tuam super mare, vt reuertan- cū pondere.)

tur aquę ad Aegyptios super currus & equites eorum. Cumq; exten- G
disset Moyses manum contra mare, reuersum est 'primo diluculo ad
priorem locum: 'fugientibusq; Aegyptijs occurrerunt aquę, & inuo-
luit eos dominus in medijs fluctibus. Reuersęq; sunt aquę, & operue-
runt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequẽtes ingres-
si fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autem Israel
perrexerũt per mediũ sicci maris, & aquę eis erãt quasi pro muro à dex-
tris & à sinistris: liberauitq; dominus in die illa Isral de manu Aegy-
ptiorum. Et viderunt Aegyptios mortuos super litus maris, & manũ
magnam quam exercuerat dominus contra eos: timuitq; populus do-
minum, & crediderunt domino, & Moysi seruo eius.

'ante luces ad fortitudinem suam.

Viso miraculo Israelitę timent deum, & credunt ei.

CAPVT XV.

TVnc cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc domino, & dixerũt, A
'Cantemus' domino: 'gloriose' enim magnificatus est, equum &
ascensorem deiecit in mare.
Fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem.
Iste deus meus, & 'glorificabo' eum, deus patris mei & exaltabo eum.
Dominus quasi vir pugnator, 'omnipotens' nomen eius.
Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electi principes
eius submersi sunt in mari rubro.
Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.
Dextera tua domine magnificata est in fortitudine: dextera tua domi-
ne 'percussit' inimicum.
Et in multitudine glorię tuę 'deposuisti' aduersarios tuos: misisti irã B
tuam quę deuorauit eos sicut stipulam.
Et in spiritu furoris tui congregatę sunt aquę: 'stetit vnda fluens,' cõ-
gregatę sunt abyssi in medio mari.
Dixit inimicus, Persequar & comprehendam, diuidam spolia, 'imple-
bitur' ala mea: euaginabo gladiũ meũ, interficiet eos manus mea.
Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plum-
bum in aquis vehementibus.
Quis similis tui in 'fortibus' domine? quis similis tui? magnificus in
sanctitate, terribilis atq; laudabilis, faciens mirabilia.
Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. C
Dux fuisti in misericordia tua populo *quem redemisti: & 'portasti
eum' in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum.
'Ascenderunt' populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores
Philisthijm.
Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tre-
mor: 'obriguerunt' omnes habitatores Chanáan.
'Irruat' super eos formido & pauor: in magnitudine brachij tui 'fiant D
immobiles' quasi lapis: donec pertrãseat populus tuus domine, do-
nec 'pertranseat' populus tuus iste quem possedisti.
Introduces eos, & plantabis in monte hęreditatis tuę, 'firmissimo ha-
bitaculo tuo quod' operatus es domine: sanctuarium tuum domi-
ne, quod firmauerunt manus tuę.
Dominus regnabit in ęternum & 'vltrà.'
Ingressus est enim 'eques, Pharao' cum curribus & equitibus eius in E
mare: & reduxit super eos dominus aquas maris: filij autem Israel
ambulauerunt per siccum in medio eius.
Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanũ in ma-
nu sua: egressęq; sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & cho-
ris, quibus pręcinebat, dicens, 'Cantemus' domino: 'gloriose' enim
magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare. Tulit autem
Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambula-
ueruntq; tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam. F

'Cantabo
'magnifice
'vel, tabernaculũ faciã ei aut hospitio suscipiam & ornabo.
'iehoua dñs
'confregit
'destruxisti (vel cõquassasti)
'steterũt sicut aceruus vndę fluxę,
'implebitur ex eis (.i. voluptatem capiã ex nece eorũ)
'dijs
*huic
'dux fuisti ei (vel duxisti eũ)
'Audierunt
'liquefacti sũt (seu difluxerũt)
'vel Cecidit
'tacuerunt
'transierit
'vel loco habitatiõis tuę, quem
'in perpetuũ.
'vel equus Pharaonis
'Cantate
'magnifice

Canticum Moysi.
Grãs agũt deo Israelitę pro victoria.
Sap.10.d.
Isa.12.a.
Psal.117.c.

Mulieres cũ tympanis laudãt deũ.
Venit in Sur filij Israel.

Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent
amarę: vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Ma-
ra, id est amaritudinem. Et murmurauit populus contra Moysen,
dicens, Quid bibemus? At ille clamauit ad dominum, qui ostendit ei
lignum: quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versę sunt. ibi con
G stituit ei pręcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum, dicens, Si audieris vo
cem domini dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obediens
mandatis eius, custodierisque omnia 'pręcepta' illius: cunctum lango-
rem quem posui in Aegypto, non inducam super te. ego enim sum do
minus deus sanator tuus. Venerunt autem in Elim filij Israel, vbi erant
duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmę: et castrametati sunt
* iuxta aquas.

CAPVT XVI.

A Profectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel
in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai: quintodecimo die mē
sis secundi, postquam egressi sunt de terra Aegypti. Et murmurauit
omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in soli-
tudine. Dixeruntque filij Israel ad eos, Vtinam mortui essemus per ma
num domini in terra Aegypti quando sedebamus 'super' ollas car-
nium, & comedebamus panem in saturitate: cur induxistis nos in de-
sertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem
dominus ad Moysen, Ecce ego pluam vobis panes de cęlo: egrediatur
populus, & colligat quę sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum
vtrum ambulet in lege mea, an non. Die autem sexto parent quod in
ferant: & sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Dixeruntque
Moyses & Aaron ad omnes filios Israel, Vespere scietis quod dominus
B eduxerit vos de terra Aegypti. Et mane videbitis gloriam domini: au
diuit enim murmur vestrum cōtra dominum: nos verò quid sumus,
quia mussitastis contra nos? Et ait Moyses, Dabit vobis dominus ve-
spere carnes edere, et mane panes in saturitate: eo quod audierit murmu-
rationes vestras, quibus murmurati estis contra eum. nos enim quid
sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra dominum. Di-
xit quoque Moyses ad Aaron, Dic vniuersę congregationi filiorum
Israel, Accedite corā domino: audiuit enim murmur vestrum. Cumque
loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel, respexerunt ad
solitudinem: & ecce gloria domini apparuit in nube. Locutus est au-
tem dominus ad Moysen, dicens, Audiui murmurationes filiorum
Israel, loquere ad eos, Vespere comedetis carnes, & mane saturabimi-
C ni panibus: scietisque quod ego sum dominus deus vester. Factum est er-
go vespere, & ascendens coturnix, cooperuit castra: mane quoque ros 'ia-
cuit' per circuitum castrorum. Cumque 'operuisset superficiem terrę,'
apparuit in solitudine minutum, '& quasi pilo tusum' in similitudi-
nem pruinę super terram. Quod cum vidissent filij Israel, dixerunt ad
inuicem, 'Man hu?' quod significat, Quid est hoc? ignorabant enim
quid esset. Quibus ait Moyses, Iste est panis quem dominus dedit vo-
bis ad vescendum. Hic est sermo, quem pręcepit dominus, Colligat ex
vnusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum: gomor per singu
la capita, iuxta numerum animarum vestrarum, 'quę habitant in ta
bernaculo sic' tolletis. Feceruntque ita filij Israel, & collegerunt, alius
plus, alius minus. Et mensi sunt ad mensuras gomor: nec qui plus col
legerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus:
D sed singuli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt. Dixitque
Moyses ad eos, Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt
eum, sed dimiserunt quidam ex eo vsque mane, & scatere cœpit vermi-
bus, atque computruit. Et iratus est contra eos Moyses. Colligebant au
tem *mane singuli, quantum sufficere poterat ad vescendum: cumque
incaluisset sol, liquefiebat. In die autem sexta collegerunt cibos du-

Left margin notes:
In Mara, ob aquas amaras murmurant.
Orāte Moy se dulcescūt aquę.
Judith. 5. c
Eccli. 38. a.
Audientiam deus.
Infirmitates à deo, ob peccata.
Sanator deus.
Veniūt in Elim.
Num. 33. b
Veniunt in desertū Sin.
Sap. 11. a.
Murmurāt pro cibo.
Cōtra deum murmurat, qui cōtra ministros eius.
Loquitur Moysi deus in nube.
Eccli. 45. a
Pluit coturnices & man.
Num. 11. b
Psal. 77. c
Sap. 16. c.
Johan. 6. d
1. cor. 10. a.
2. cor. 8. d.
Man seruatum foetet & cōputrescit.

Right margin notes:
statuta
* ibi
iuxta
descendit
descendisset ros,
rotundum minutum
Voces hebraicę sunt quę significāt, quid hoc? vel donū hoc. subaudi dei.)
singuli pro iis qui sunt in tabernaculo suo,
* singulo

plices, id est duo gomor per singulos homines: venerunt autem omnes principes multitudinis, et narrauerunt Moysi. Qui ait eis, Hoc est quod locutus est dominus: requies sabbathi [a]sanctificata[a] est domino cras. quodcunque [b]operandum est, facite: et que coquenda sunt, coquite:[b] quid autem reliquum fuerit, reponite vsque in mane. [c]Feceruntque ita[c] vt preceperat Moyses, et non computruit, neque vermis inuentus est in eo. Dixitque Moyses, Comedite illud hodie, quia sabbathum est domino: non inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite: in die autem septimo sabbathum est, idcirco non inuenietur. Venitque septima dies: et egressi de populo vt colligerent, non inuenerunt. Dixit autem dominus ad Moysen, Vsquequo non vultis custodire mandata mea, et legem meam? Videte quod dominus dederit vobis sabbathum, et propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo. Et sabbathizauit populus die septimo. Appellauitque domus Israel nomen eius Man: quod erat quasi semen coriandri album, gustusque eius quasi simile cum melle. Dixit autem Moyses, Iste est sermo quem precepit dominus, Imple gomor ex eo, et custodiatur in [d]futuras retro generationes:[d] vt nouerint panem quo alui vos in solitudine, quando educti estis de terra Aegypti. Dixitque Moyses ad Aaron, Sume vas vnum, et mitte ibi man, quantum potest capere gomor: et repone coram domino ad seruandum in generationes vestras, sicut precepit dominus Moysi. Posuitque illud Aaron in tabernaculo reseruandum. Filij autem Israel comederunt man quadraginta annis: donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti sunt, vsquequo tangerent fines terre Chanaan. Gomor autem decima pars est ephi.

CAPVT XVII.

IGitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin, per mansiones suas, iuxta sermonem domini, castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra Moysen, ait, Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus respondit Moyses, Quid iurgamini contra me? cur tentatis dominum? Sitiuit ergo ibi populus pre aque penuria: et murmurauit contra Moysen, dicens, Cur fecisti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, et liberos nostros, ac iumenta siti? Clamauit autem Moyses ad dominum, dicens, Quid faciam populo huic? adhuc paululum, et lapidabit me. Et ait dominus ad Moysen, Antecede populum, et sume tecum de senioribus Israel: et virgam qua percussisti fluuium, tolle in manu tua, et vade. En ego stabo coram te, ibi supra petram Horeb: percutiesque petram, et exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel. Et vocauit nomen loci illius [e]Tentatio,[e] propter iurgium filiorum Israel, et quia tentauerunt dominum, dicentes, Est ne dominus in nobis, an non? Venit autem Amalec, et pugnabat contra Israel in Raphidim. Dixitque Moyses ad Iosue, Elige viros, et egressus pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam dei in manu mea. Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, et pugnauit contra Amalec. Moyses autem, et Aaron, et Hur ascenderunt super verticem collis. Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem [f]paululum remisisset,[f] superabat Amalec. Manus autem Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem, et Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est vt manus ipsius non lassarentur, vsque ad occasum solis. [g]Fugauitque[g] Iosue Amalec, et populum eius in ore gladij. Dixit autem dominus ad Moysen, Scribe hoc ob monimentum in libro, et trade auribus Iosue: delebo enim memoriam Amalec sub celo. Aedificauitque Moyses altare: et vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, dicens, Quia ma

Left margin notes:

[a] sancti

[b] coquendum est, coquite: et quod lixaturi estis, lixate:

[c] Et reposuerunt illud vsque mane.

[d] generationes vestras (.i. posteros vestros.)

[e] Massa et Meriba (.i. tentatio et iurgium.)

[f] dimittebat

[g] Contriuitque

Right margin notes:

B Sabbatho ne coque quod de fas erat.

In sabbatho de[*] non pluit man.

Increpat deus populum, quod

F sabbathum non custodiant.

Man.

Man reseruat in memoriam posteris.

G

Neem. 9. d

Iudith. 5. c

Gomor.

A Veniunt in Raphidim

Murmurat ob aque penuriam.

Nume. 20. a.

Orat deum

B Moyses

1. Cor. 10. a.

Psal. 77. b

1. cor. 10. a.

Dat aquam è petra.

Tentare deum quid.

C Amalecite occiduntur à filijs Israel, orante Moyse.

Iudith. 4. d

Sap. 11. a.

Deut. 25. d.

Iosue.

D Amalecitarum interitum predicit deus

nus solij domini, et bellum domini erit contra Amalec, a generatione in generationem.

CAPVT. XVIII.

A Cum quae audisset Iethro sacerdos Madian, cognatus Moysi, omnia quae fecerat deus Moysi, et Israeli populo suo, quod eduxisset dominus Israel de Aegypto: tulit Sephoram uxorem Moysi quam remiserat: et duos filios eius, quorum unus vocabatur Gersam, dicente patre, Aduena fui in terra aliena. alter vero Eliezer, Deus enim, ait, patris mei adiutor meus, et eruit me de gladio Pharaonis. Venit ergo Iethro cognatus Moysi, et filij eius et vxor eius ad Moysen in desertum, vbi erat castrametatus iuxta montem dei. Et mandauit Moysi, dicens, Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, et vxor tua, et duo filij tui cum ea. Qui egressus in occursum cognati sui, adorauit, et osculatus est

B eum: salutaueruntque se mutuo verbis pacificis. Cumque intrassent tabernaculum, narrauit Moyses cognato suo cuncta quae fecerat dominus Pharaoni et Aegyptijs propter Israel, vniuersumque laborem qui accidisset eis in itinere, et quod liberauerat eos dominus. Laetatusque est Iethro super omnibus bonis quae fecerat dominus Israeli, eo quod eruisset eum de manu Aegyptiorum, et ait, Benedictus dominus qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, et de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Aegypti. Nunc cognoui quia magnus dominus super omnes deos, eo quod superbe egerint contra illos. Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta et hostias deo: veneruntque Aaron et omnes seniores filiorum Israel, vt comederent panem cum eo coram deo.

Altera autem die sedit Moyses vt iudicaret populum, qui assistebat

C Moysi a mane vsque ad vesperam. Quod cum vidisset cognatus eius, omnia scilicet quae agebat in populo, ait, Quid est quod facis in plebe? cur solus sedes, et omnis populus praestolatur de mane vsque ad vesperam? Cui respondit Moyses, Venit ad me populus quaerens sententiam dei. Cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me vt iudicem inter eos, et ostendam praecepta dei, et leges eius. At ille, Non bonam, inquit, rem facis: stulto labore consumeris et tu, et populus iste qui tecum est: vltra vires tuas est negotium, solus illud non poteris sustinere. Sed audi verba mea atque consilia, et erit dominus tecum. Esto tu populo in his quae ad deum pertinent, vt referas quae dicuntur ad eum: ostendasque populo ceremonias et ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, et opus quod facere debeant. Prouide autem de omni plebe viros potentes et timentes deum, in quibus sit veritas, et qui oderint auaritiam, et constitue ex eis tribunos et centuriones, et quinquagenarios, et decanos. Qui iudicent populum omni

D tempore: quicquid autem maius fuerit, referant ad te, et ipsi minora tantummodo iudicent: leuiusque sit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium dei, et praecepta eius poteris sustentare: et omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. Quibus auditis, Moyses fecit omnia quae ille suggesserat. Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, et centuriones, et quinquagenarios, et decanos. Qui iudicabant plebem domini omni tempore: quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes. Dimisitque cognatum suum: qui reuersus abijt in terram suam.

CAPVT. XIX.

A Mense tertio egressionis filiorum Israel de terra Aegypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai. Nam profecti de Raphidim, et peruenientes vsque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria e regione montis. Moyses autem ascendit ad deum: vocauitque eum dominus de monte, et ait, Haec dices domui Iacob, et annuntiabis filijs Israel, Vos ipsi vidistis quae fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, et assum-

---

Iethro visitat Moysen cum vxore et filijs ipsius Moysi. I.1.d.

Narrat Moyses liberationem filiorum Israel socero.

Deum Israelis confitens Iethro, offert holocausta.

Moyses sedendo leges dei iudicat populi lites.

Quaerere deum, quid.

Deut.1.b.

Iudices alios seorsum constituit Moyses, et quales.

Venisse ad montem Sinai populus dei, populus Israel. Nume.33.c. Act.7.e.

---

super thronum domini. (Hebraei exponunt, Iurauit dominus per thronum suum. sic etiam Chaldaeus interpres.)

socer (vbique in hoc capite lege socer, non cognatus.)

Et Moyses

deum.

vel, cadendo cades. (i. huic graui oneri succumbes)

coram deo, vt referas lites eius ad deum,

leges, indicaque eis viam

fortes

Moyses socerum

pserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum Deu.29.a.
* in peculium meum, eritis mihi *in peculium de *cunctis populis: mea est enim om- 1.Pet.2.b.
pre (vel, the- nis terra. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Sacerdota-
saurus dile- hec sunt verba que loqueris ad filios Israel. Venit Moyses: & con- le regnum.
ctus pre) uocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones quos man- Sācta gens.
dauerat dominus. Respondit'q; omnis populus simul, Cuncta que lo- B
cutus est dominus, faciemus. Cum'q; retulisset Moyses verba popu- Moyses an-
li ad dominum, ait ei dominus, Iam nunc veniam ad te in caligine nu- nūtiat ver-
bis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuū. bum dei.
Nuntiauit ergo Moyses verba populi ad dominum. Qui dixit ei, Va- Moysi vbis
de ad populum, & sanctifica illos hodie & cras, lauent'q; vestimēta sua. deus vult si
Et sint parati in diem tertium: in die enim tertia descendet dominus deus haberi.
coram omni plebe super montem Sinai. Constitues'q; terminos po- Iubetur po-
pulo per circuitum, & dices ad eos, Cauete ne ascendatis in montem, pulus san-
nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morie- ctificari.
tur. Manus non tanget eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodie- Tāgēs mō-
* prolixum so- tur iaculis, siue iumentū fuerit siue homo, non viuet. cū *cœperit clan- tē lapidat.
nitum dede- gere* buccina, tunc ascendant in montem. Descendit'q; Moyses de Heb.12.e.
rit. monte ad populum, & sanctificauit eum. Cum'q; lauissent vestimen- Sanctificat
ta sua, ait ad eos, Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis populus.
vxoribus vestris. Iam'q; aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: C
& ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissi- In tonitru
ma operire montem, clangor'q; buccine vehementius perstrepebat: & & fulgurī ap-
timuit omnis populus qui erat in castris. Cum'q; eduxisset eos Moy- paret deus,
ses in occursum dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis. vt à popu-
Totus autem mons Sinai fumabat: eo q descendisset dominus deus lo timeat.
super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace: erat'q; Deu.4.b.
* valde com- omnis mons *terribilis.* Et sonitus buccine paulatim crescebat in
motus. maius, & prolixius tendebatur: Moyses loquebatur, & deus responde-
* in voce bat ei *. Descendit'q; dominus super montem Sinai in ipso montis
vertice, & vocauit Moysen in cacumen eius. Quò cum ascendisset, di- D
xit ad eum, Descende, & contestare populum: ne forte velit transcen-
dere terminos ad videndum dominum, & pereat ex eis plurima mul-
titudo. Sacerdotes quoq; qui accedunt ad dominum, sanctificentur, ne Sāctificant
* diuisionem *percutiat* eos. Dixit'q; Moyses ad dominum, Non poterit vulgus sacerdotes.
faciat (vel cō- ascendere in montem Sinai: tu enim testificatus es & iussisti, dicens, Po- Ppls & sa-
minuat) do- ne terminos circa montem, & sanctifica illum. Cui ait dominus, Va- cerdotes ne
minus de, descende: ascendes'q; tu, & Aaron tecum: sacerdotes autem & popu- tāgāt mōtē
lus non transeant terminos, nec ascendant ad dominum, ne forte in-
terficiat illos. Descendit'q; Moyses ad populum, & oīa narrauit eis.

CAPVT XX.

LOcutus'q; est deus cunctos sermones hos, Ego sum dominus deus A
tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis. Non ha- Deos alie-
bebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neq; omnem nos ne ha-
Deu.5.a. similitudinem que est in cœlo desuper, & que in terra deorsum, nec eo- beamus.
Psal.80.c. rum que sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neq; coles: ego sum
Leui.26.a. dominus deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in fi-
Deu.5.a. lios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, & fa-
Psal.96.b. ciens misericordiam in milia his qui diligunt me, & custodiunt prece-
Deu.5.b. pta mea. Non assumes nomen dñi dei tui in vanum. nec enim habe- Iuramētū.
Leui.19.c. bit insontem dominus eum qui assumpserit nomen domini dei sui fru- B
Mat.5.c. stra. Memento vt diem sabbathi sanctifices. Sex diebus operaberis, Sabbathus.
Eze.20.b. & facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbathum domini dei
Deu.5.b. tui est: non facies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, seruus
ꝫ31.b. tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui est intra portas tuas.
Gen.2.a. Sex enim diebus fecit dominus cœlum & terram & mare, & omnia que

Parentes. in eis sunt:et requieuit die septimo, idcirco benedixit dominus diei
Deu.5.b. sabbathi,et sanctificauit eum. Honora patrem tuum et matrem tuã,
Mat.15.a. vt sis longęuus super terram quam dominus deus tuus dabit tibi.
Ephe.6.a. Non occides. Non moechaberis, Non furtum facies. Non lo-
C quëris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupi
Occidere. sces domum proximi tui. Nec desyderabis vxorem eius,non seruum,
Mat.5.c. non ancillam,non bouem,non asinum, nec omnia quę illius sunt.
Moechari. Cunctus autem populus videbat voces et lãpades,et sonitũ bucci-
Furtum. nę,montemq; fumantem:et perterriti ac pauore cõcussi,steterunt pro-
Falsũ testi. cul,dicentes Moysi,loquere tu nobis,et audiemus:non loquatur no-
Concupiscẽtia bis dominus,ne fortè moriamur. Et ait Moyses ad populum, Nolite
Rom.7.b. timere: vt enim ²probare³ vos venit deus,et vt terror illius esset in vo- *tentaret
13.c. D bis,et non peccaretis. Stetitq; populus délonge. Moyses autem acces-
Popul⁹ stu sit ad caliginẽ in qua erat deus. Dixit pręterea dominus ad Moysen,
pefactus.he Hęc dices filijs Israel, Vos vidistis quòd de cęlo locutus sim vobis.
breo.12.c. Non facietis mecum deos argenteos,nec deos aureos facietis vobis.
Deut.16.c. Altare de terra facietis mihi,et offeretis super eo holocausta et pacifi
Vt timeret ca vestra,oues vestras et boues in omni loco in quo memoria fuerit
appuit i ful nominis mei:veniam ad te,et benedicam tibi. Quòd si altare lapideũ
gure deus. feceris mihi,non ędificabis illud de sectis lapidibus:si enim leuaueris *super illud.
Dii argẽtei cultrum tuum super eum, polluetur. Non ascendes per gradus ad al-
ne fiant. tare meum,ne reueletur turpitudo tua*. Si cũ corpore

Altaȝ (reũ. CAPVT XXI. suo ingressus

A HAec sunt iudicia quę propones eis, Si emeris seruum Hebręum, fuerit:cũ corpe
Deu.27.a. sex annis seruiet tibi:in septimo egredietur liber gratis. ²Cũ qua suo egrediet.
Iosue.8.f. li veste intrauerit,cum tali exeat.³ si habens vxorem:ę vxor egredie- (Hebraism⁹ ẽ,
De seruis e- tur simul. Sin autem dominus dederit illi vxorẽ,ę pepererit filios ę fi- quẽ sic vertit
mẽdis.deu. lias:mulier ę liberi eius erunt domini sui,ipse verò exibit cum ²vesti- Chal. iterp. si
15.c. Iere. tu suo.³ Quòd si dixerit seruus, Diligo dominum meum ę vxorem solus intrauit,
34.c. ac liberos,non egrediar liber:offeret eum dominus ²diis,³ ę applica- sol⁹ egrediet.)
B bitur ad ostium ę postes,perforabitq; aurem eius subula,et erit ei ser- ²corpore suo.
Filia ven- uus in seculum. Si quis vendiderit filiam suam in famulã,non egre Heb.i.solus.
dita in an- dietur sicut ²ancillę³ exire consueuerunt. Si displicuerit oculis domi- ²ad iudices,
cillam. ni sui, ²cui tradita fuerit,³ dimittet eam *: populo autem alieno ven ²serui.
Homicidiũ dendi non habebit potestatem si spreuerit eam. Sin autem filio suo de- ²quia non de-
Leuit.24.c sponderit eam,iuxta morem filiarum faciet illi. Quòd ² si ³ alteram sponsauit eã,
Parẽtes per ei acceperit,prouidebit puellę ²nuptias³,ę vestimenta,ę²pretium pu *liberam.
cutiens. dicitię non negabit³. Si tria ista non fecerit,egredietur gratis absq; pe ²quãdoqdem,
Furtũ leui. cunia. Qui percusserit hominem ²volens occidere³,morte moriatur. ²alimentum
20.b. C Qui autem non est insidiatus,sed deus ²illum tradidit³ in manus eius. ²tẽpus nõ di-
Deuter.20.c. constituam tibi locum in quem fugere debeat. Si quis per industriam minuet ei. (vel
Mat.15.a. occiderit proximum suum,ę per insidias:ab altari meo auelles eum cõcubitũ eius
Mar.7.b. vt moriatur. Qui percusserit patrem suum aut matrem,morte mo- non phibebit.
Maledicẽs riatur. Qui furatus fuerit hominem, ę vendiderit eum, ²conuictus LXX, pudicitiã
patri. noxę³,morte moriatur. Qui maledixerit patri suo vel matri,morte siue congressũ
Rixantes. moriatur. Si rixati fuerint viri,ę percusserit alter proximum suum la nõ priuabit.)
Per- D pide vel pugno,ę ille mortuus non fuerit,sed iacuerit in lectulo:si sur ²ita vt moriat,
cutiẽs suũ. rexerit,ę ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit qui ²vel fuit causa
Percutiens percusserit,ita tamen vt ² operas eius³,et impensas in medicos, resti- vt veniret
mulierẽ p- tuat. Qui percusserit seruum suum, vel ancillam virga, et mortui ²ę inuẽtus fue
gnantem. fuerint in manibus eius, ²criminis reus erit³. Sin autẽ vno die vel duo rit i manu ei.
Pœna talio bus superuixerit,non subiacebit pœnę,quia pecunia illius est. Si rixa ²damnũ cessa-
nis Mat.5. ti fuerint viri,et percusserit quis mulierem pręgnantem,et abortiuum tion.s.
f.leui.24.d. quidem fecerit,sed ipsa vixerit:subiacebit damno quantũ maritus mu ²vindictam pa
Deu.19.d. lieris expetierit,et ²arbitri³ iudicauerint. Sin autẽ mors eius fuerit subse tietur.
E cuta,reddes animam pro anima,oculũ pro oculo,dentem pro dente, ²iudices.

manū pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. Si percusserit quispiam oculum serui sui aut ancillę, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoq; si excusserit seruo vel ancillę suę, similiter dimittet eos liberos. Si bos cornupetierit virū aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur [a] & non comedentur carnes eius, dñs quoq; bouis innocēs erit. Quòd si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & [b] contestati sunt dñm eius, nec recluserit eum, occideritq; virū aut mulierē: bos lapidibus obruetur & dñm illius occident. Quòd si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quicqd fuerit postulatus. Filium quoq; & filiam si cornu percusserit, simili sententię subiacebit. Si seruum ancillamq; inuaserit, triginta siclos argenti dño dabit, bos verò lapidibus opprimetur. Si qs aperuerit cisternam, & foderit, & nō operuerit eam, ecciderit'q; bos aut asinus in eā, reddet dñs cisternę pretium iumentorū: quod aūt mortuum est, ipsius erit. Si bos alienus bouē alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vendent bouem viuum, & diuident pretium, cadauer aūt mortui inter se dispertient. Si aūt sciebat qd bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius, & non custodiuit eum dominus suus: reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

CAPVT. XXII.

SI quis furatus fuerit bouem aut ouem, & occiderit, vel vendiderit: quinq; boues pro vno boue restituet, & quatuor oues pro una oue. Si effringens fur domū siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur. Si nō habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur. si inuentum fuerit apud eum quod furatus est, viuens, siue bos, siue asinus, siue ouis: duplum restituet. Si lęserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suum, vt depascatur aliena: quicquid optimū habuerit in agro suo vel in vinea, pro damni ęstimatione restituet. Si egressus ignis inuenerit spinas, & comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris reddet damnū qui ignem succenderit. Si quis cōmēdauerit amico pecuniā aut vas in custodiam: & ab eo qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet: si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quòd nō extenderit manū in rem proximi sui, ad perpetrandā fraudē, tam in boue q̄; in asino, & oue ac vestimento, & quicqd damni inferre potest: ad deos vtriusq; causa perueniet: & si illi iudicauerint, duplum restituet primo suo. Si quis cōmendauerit proximo suo asinum, bouem, ouem, & omne iumentū ad custodiam, & mortuū fuerit aut debilitatū, vel captū ab hostibus, nullusq; hoc viderit: iusiurādū erit in medio q̄ nō extenderit manū ad rem proximi sui: suscepitq; dñs iuramentum, & ille reddere non cogetur. Quòd si furto ablatū fuerit, restituet damnū domino. Si comestum à bestia, deferat ad eum quod occisum est, & non restituet. Qui à proximo suo quicquid horum mutuo postulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit, domino non pręsente: reddere compelletur. Quòd si impręsentiarum dominus fuerit, non restituet, maxime si conductum venerat pro mercede operis sui. Si seduxerit quis virginem necdū desponsatam dormierit'q; cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. Maleficas nō patieris viuere. Qui coierit cū iumēto, morte moriat. Qui immolat diis, occidetur, pręterquam domino soli. Aduenam non contristabis, neq; affliges eum: aduenę enim & ipsi fuistis in terra Aegypti. Viduę & pupillo non nocebitis. Si lęseritis eos, vociferabūtur ad me, & ego audiam clamorem eorū: & indignabitur furor meus,

Oculū eruens, vel dētē excutiēs seruis.
Bos cornupeta.
B
Fodiēs cisternā i quā bos cecidit.
G
Bos bouem occidens.
A
Pœna furis
Dānum factum.
De dposito B lex.
Depositum quomodo reddēdum. Gen. 31. f.
Cōmodatū aut locatū.
C
Cōstuprata virgo.
Maleficę.
Coiens cū iumento.
Idololatra. Leui. 19. g.
Aduena.
D Vidua & pupillus. Zac. 7. c.

[a] bos,
[b] i. indicatum fuerit domino suo)
nō ei sanguis (i. non potest actio homicidii in eū costitui. vel nō erit morti obnoxius)
si gnis ei, reddendo reddet (i. erit morti obnox. vel vt interpres nr cū Chaldęo iter. vertit, homicidiū pperrauit. vel, actio homicidii cstituetur i eū, & repēdet, siue ppria faciet.)
dederit pxio
iudices,
si
Sup oi re puaricatiōis (i. si aliqs accusauerit alterū i aliq qualicūq; trāsgressione. Hęc generalis ēdā sentia iter. ccta)
p oi re amissa, quā dixerit qd hęc ipsi sit:
is quē iudices
domini
inter vtrūq;
dñs (subaudi substantię &
si raptū fuerit adducet i testē, qd dilaceratū ē
cum eo
si mercede cō ductus, venit (i. vt Chald. iterp. pgutei.)

percutiamq; vos gladio, e erunt vxores vestrę viduę, e filij vestri pu-
pilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habi-
tat tecum, non vrgebis eum quasi ²exactor,¹ nec vsuris opprimes. Si
pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum red
des ei. Ipsum enim est solum quo operitur, indumentum carnis eius,
nec habet aliud in quo dormiat: si clamauerit ad me, exaudiam eum,
quia misericors sum. ² Dijs¹ non detrahes, e principi populi tui non
maledices. ²Decimas tuas e primitias tuas¹ non tardabis reddere:
primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. De bobus quoq; e ouibus
similiter facies: septem diebus sit cum matre sua, die octaua reddes il-
lum mihi. Viri sancti eritis mihi: carnem quę * à bestijs fuerit pręgu
stata, non comedetis, sed projicietis canibus.

CAP. XXIII.

NOn suscipies vocem mendacij: nec iunges manum tuam vt pro
impio dicas falsum testimonium. Non sequeris turbam ad fa-
ciendum malum: nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententię, vt
à vero deuies. ²Pauperis quoq; non misereberis¹ in iudicio. Si oc-
curreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris
asinum odientis te, iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis
cum eo. Non ²declinabis in iudicium pauperis.¹ Mendacium fu-
gies. Insontem e iustum non occides, quia ²auersor¹ impium. Nec
accipies munera, quę etiam excęcant prudentes, e subuertunt verba iu
storum. Peregrino molestus non eris. scitis enim aduenarum ani-
mas: quia e ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti. Sex annis semina-
bis terram tuam, e congregabis fruges eius. Anno autem septimo di
mittes eam, e requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui: e
quicquid reliquum fuerit edant bestię agri. ita facies in vinea, e in
oliueto tuo. Sex diebus operaberis: septimo die cessabis, vt requie-
scat bos e asinus tuus, e ² refrigeretur ¹filius ancillę tuę, e aduena.
Omnia quę dixi vobis, custodite. Et ²per nomen ¹externorũ deorum
non² iurabitis,¹ neque audietur ex ore vestro. Tribus vicibus per sin
gulos annos mihi festa celebrabitis. Solennitatem azymorum custo-
dies. Septem diebus comedes azyma, sicut pręcepi tibi tempore men-
sis ²nouorum, quando¹ egressus es de Aegypto: non apparebis in con
spectu meo vacuus. Et solennitatem messis primitiuorum operis tui,
quęcunq; seminaueris in agro: solennitatem quoq; * in exitu anni,
quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno ap
parebit omne masculinum tuum coram domino deo. Non immo-
labis super fermento sanguinem victimę meę, nec remanebit adeps
solennitatis meę vsq; mane. Primitias frugum terrę tuę deferes in do
mum domini dei tui: nec coques hoedum ²in lacte¹ matris suę. Ecce
ego mittam angelum ²meum,¹ qui pręcedat te, e custodiat in via, e
introducat in locum quem preparaui. Obserua eum, e audi vocem
eius, non ²contemnendum putes ¹ quia non dimittet cum peccaueri-
tis, e est nomen meum in illo. Quòd si audieris vocem eius, e feceris
oĩa q̃ loquor, inimicus ero inimicis tuis, e affligam affligẽtes te. Pręce-
detq; te angelus meus, e introducet te ad Amorrhęum, e Hethęum,
e Pherezęum, Chananęumq;, e Heuęum e Iebusęum, quos ego con-
teram. Non adorabis deos eorum, nec coles eos: non facies opera eo-
rum, sed destrues eos: e confringes statuas eorum. Seruietisq; domino
deo vestro, vt benedicam panibus tuis, e aquis, e auferam infirmita-
tem de medio tui. Non erit infoecunda, nec sterilis in terra tua: nume-
rum dierum tuorum implebo. Terrorem meum mittam in pręcursum
tuum, e occidam omnem populum, ad quem ingredieris: cunctorũq;
inimicorum tuorum corã te terga vertã, emittens crabrones ²prius,¹
qui fugabunt Heuęum, e Chananęũ, e Hethęum, antequã introeas.
Non eiciam eos a facie tua anno vno: ne terra in solitudinem redi-
gatur,

Pecunia mu tuo data.
Pignora qñ reddẽda
Magistrat⁹ Principes.
Act.23.a.
Primitię.
Primogenita
Leuit.22.b.
Ezec.44.g
Caro à besti is laniata.
A
Mendaciũ.
Iudex equ⁹
Inimicis bñ faciendum
Deut.22.a.
Dañ.13.f.
Deut.16.d
Eccli.20.d.
B
Gen.46.a
Sabbathum terrę.
Sabbathũ septimi diei
C
Dij externi
Festum pa- schę I Aplis.
Ş.13.a.
Ş.34.c.
Deut.16.d
Eccli.35.a.
D
Pẽthecostes in Iunio.
Tabernacu lorum in Octobre.
Primitię.
Deu.14.c.
Ş.34.c. E
Angel⁹ de- ducẽs popu lũ Israel.
Ş.33.a. Ios. 24.c.
Deut.7.c.
F
Dij alieni nõ adorãdi
Seruire dño.
Deut.7.c.

²vsurarius
²Iudicibus
²plenitudinẽ e lachrymam tuã (.i. primitias fructuũ, siue sementis terrę, e primitias oium liquorũ, vt vini, olei, et reliquorũ istae lachrymę descendẽtium è torculari)
* in agro

²Pauperem nõ honorabis
²misereris, siue pueries iudicium (vel ius) pauperis tui in causa eius.
²nõ iustificabo (.i. non sinã inultum)
²refocilletur aĩa.
²nominis
²recordabimini.
²Abib (.i. mẽsis Aprilis, in quo noua omnia) qr in eo
*collectionis.

(.i. quamdiu sugit lac)
²coram te.
²exacerbes eũ.
²ante te.

gatur, et crescant contra te bestię. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, et possideas terram. Ponam autem terminos tuos à mari rubro vsq; ad mare Palęstinorum, et à deserto vsq; ad fluuium: tradam in manibus vestris habitatores terrę, et eijciam eos de conspectu vestro. Non inibis cum eis fœdus, nec cum dijs eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me, si seruieris dijs eorum: quod tibi certe erit in scandalum. G Deu. 7. a. ℣. 34. b.

CAPVT XXIIII.

Moysi quoq; dixit, Ascende ad dominum tu et Aaron, Nadab et Abiu, et septuaginta senes ex Israel, et adorabitis procul. Solusq; Moyses ascendet ad dominum, et illi non appropinquabunt: nec populus ascendet cum eo. Venit ergo Moyses, et narrauit plebi omnia verba domini, atq; iudicia: responditq; cunctus populus vna voce, Omnia verba domini, quę locutus est, faciemus. Scripsit autem Moyses vniuersos sermones domini: et mane consurgens ędificauit altare ad radices montis, et duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Misitq; iuuenes de filijs Israel, et obtulerunt holocausta, immolaueruntq; victimas pacificas domino, vitulos. Tulit itaq; Moyses dimidiam partem sanguinis, et misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare. Assumensq; volumen fœderis, legit audiente populo. qui dixerunt, Omnia quę locutus est dominus faciemus, et erimus obedientes. Ille vero, sumptum sanguinem respersit in populum, et ait, Hic est sanguis fœderis, quod pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. Ascenderuntq; Moyses et Aaron, Nadab et Abiu, et septuaginta de senioribus Israel: et viderunt deum Israel: et sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, et quasi cęlum cum serenum est. Nec super eos qui procul recesserant de filijs Israel, misit manum suam: videruntq; deum, et comederunt, ac biberunt. Dixit autem dominus ad Moysen, Ascende ad me in montem, et esto ibi: daboq; tibi tabulas lapideas, et legem, ac mandata quę scripsi: vt doceas eos. Surrexerunt Moyses, et Iosue minister eius: ascendensq; Moyses in montem dei, senioribus ait, Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron, et Hur vobiscum: si quid natum fuerit quęstionis, referetis ad eos. Cumq; ascendisset Moyses, operuit nubes montem, et habitauit gloria domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus: septimo autem die vocauit eum de medio caliginis. Erat autem species glorię domini, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israel. Ingressusq; Moyses medium nebulę, ascendit in montem: et fuit ibi quadraginta diebus, et quadraginta noctibus.

A Moyses iubet rursum scādere mōtē cū fratre, & seniorib[9] Israel. Scribit moyses verba dei ivnū volumen, eaq; populo legit. B Sanguis fœderis. Heb. 9. c. C Moyses cū deo i nube, 40. diebus & noctib[9]. D Seniores Israel in radice montis, iudicantes populum.

ad principes (siue electos) filiorum (i. vt Chald. interp. principibus Israel nullum incōmodum fuit .i. vidēdo deū nō terruit eos sua potentia)

CAPVT XXV.

Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, vt tollant mihi primitias: ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis eas. Hęc sunt autem quę accipere debetis, Aurum, et argentum, et ęs, hyacinthum et purpuram, coccumq; bis tinctum, et byssum, pilos caprarum, et pelles arietum rubricatas, pellesq; ianthinas, et ligna setim, oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum, et thymiamata boni odoris, lapides onychinos, et gemmas ad ornandum ephod, ac rationale. Facientq; mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum: iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, et omnium vasorum in cultum eius, sicq; facietis illud. Arcam de lignis setim compingite, cuius longitudo habeat duos et semis cubitos, latitudo cubitum et dimidium, altitudo cubitum similiter ac semissem. Et deaurabis eam auro mundissimo intus et foris, faciesq; supra coronam auream per circuitum: et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcę angulos. duo circuli sint in latere vno, et duo in altero. Facies quoq; vectes de lignis setim, et

A Dona voluntaria exigit de[9] à populo p[ro] cōfectione tabernaculi. ℣. 35. a. Heb. 9. a. Arcę forma B

oblationem
taxorum,
oleum vnctionis,
fundes ei

operies eos auro. Inducesq; * per circulos qui sunt in arcę lateribus, vt portetur in eis: qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. Pones'q; in arca testificationem quam dabo tibi.

Propitiatorij. Faciens & propitiatorium de auro mundissimo: duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semissem latitudo.

Cherubim. Duos quoq; cherubim aureos, & productiles facies, ex vtraq; pte 'oraculi'. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Vtrunq; latus propitiatorij tegant * expandentes alas *, & 'operientes' oraculum, respiciant'q; se mutuò versis vultibus in propitiatorium 'quo operienda est arca' in quo pones testimonium quod dabo tibi. Inde 'pręcipiam', & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum cherubim, qui erunt

C super arcam testimonij: cunctaque mandabo per te filijs Israel.

Mensę. Facies & mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem. Et inaurabis eam auro purissimo: faciesq; illi 'labium aureum' per circuitū, & ipsi labio 'coronam interrasilem' altam quatuor digitis: & super illam, alteram 'coronam' aureolam. Quatuor quoque circulos aureos pręparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensę per singulos pedes. Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittantur vectes per eos, & possit mēsa portari. Ipsos quoq; vectes facies de lignis setim, & circundabis auro ad subuehendā mensam.

Sacrorū vasorū forma. Parabis & 'acetabula, ac phialas', 'thuribula', & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo. Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.

Cādelabri. Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, scyphos & sphęrulas, ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus *, tres ex

D vno latere, & tres ex altero. Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphęrulę'q; simul, & lilia. Et tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphęrulęq; simul & lilia. hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili. In ipso autem cādelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphęrulę'q; per singulos, & lilia. Sphęrulę sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex fiunt procedentes de hastili vno. Et sphęrulę igitur & calami ex ipso erunt. vniuersa ductilia de auro purissimo.

Lucernarū. Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso. Emunctoria quoque, & vbi quę emuncta sunt extinguantur, fiant auro purissimo. Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis habebit talentum

He. 8. b. act. 7. f. auri purissimi. Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.

CAPVT XXVI.

A

Forma tabernaculi. TAbernaculum verò ita fiet, Decē cortinas de bysso retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoq; bis tincto, 'variatas' opere plumario facies. Longitudo cortinę vnius habebit vigintiocto cubitos: latitudo, quatuor cubitorum erit. Vnius mensurę fient 'vniuersa tētoria'. Quinque cortinę sibi iungentur mutuò, & alię quinque nexu simili cohęrebunt. 'Ansulas' hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, vt possint inuicem copulari. Quinquagenas ansulas cortina habebit in vtraq; parte, ita insertas, vt ansa contra ansam ve-

B niat, & altera alteri possit adaptari. Facies & quinquaginta circulos aureos quibus 'cortinarum vela iungenda sunt,' vt vnum tabernaculum fiat. Facies & 'saga cilicina' vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi. Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor: ęqua erit mensura sagorum omnium. E quibus quinq; iunges seorsum, & sex sibi mutuò copulabis, ita vt sextum sagum in

C fronte tecti duplices. Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnius, vt cōiungi cum altero queat: & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, vt cū altero copuletur. Facies & quinquaginta 'fibulas' ęneas

* vectes
* propitiatorij.
* Cherubim
* superne
* tāgētes alis suis
* Et pones propitiatoriū super arcam:
* testificabor tibi, (.i. notum tibi faciam q̃ tecum sim)
* coronam auream
* clausurā (vl marginē) per circuitum
* vel marginem.
* scutellas ei° & cochlearia eius,
* vel patellā, quę cātharū,
* candelabri
* cherubim
* vniuersę cortinę.
* Dictio hebręa significat nodos quibus duo pāni simul iūgunt)
* cortinas iūges
* cortinas è pilis caprarū & infra.
* siue circulos vel vncinos

quibus iungantur ansę, vt vnum ex omnibus operimentū fiat. Quod C
ᵖ dimidiū cor autem superfuerit in sagis quę paratur tecto, id est ᶻvnum sagum ˡ qđ
ting amplius est, ex medietate eius operies posteriora tabernaculi. Et cubi-
tus ex vna parte pendebit, & alter ex altera qui plus est in sagorum
longitudine, vtrunque latus tabernaculi protegens. Facies & operi-
mentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis: & super hoc rur-
ᵖ & taxorum sum aliud operimentum ᶻde ianthinis ˡ pellibus. Facies & tabulas
stantes tabernaculi de lignis setim, quę singulę denos cubitos in lon- D
gitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem. In lateribus
tabulę, duę incastraturę fient, quibus tabula alteri tabulę connectatur:
* tabernaculi atque in hunc modum cunctę tabulę * parabuntur. Quarum viginti
* viginti ta- erunt in latere meridiano quod vergit ad austrum. Quibus * quadra-
bulis ginta bases argenteas fundes, vt binę bases singulis tabulis per duos
angulos subijciantur. In latere quoque secundo tabernaculi quod ver-
git ad aquilonem, viginti tabulę erunt, quadraginta habentes bases
argenteas. binę bases singulis tabulis supponentur. Ad occidentalem
verò plagam tabernaculi facies sex tabulas, & rursum alias duas quę E
in angulis erigantur post tergum tabernaculi. Eruntque sibi coniunctę
à deorsum vsque sursum, & vna omnes compagno retinebit. Duabus
quoque tabulis quę in angulis ponendę sunt, similis iunctura seruabi
tur. Et erunt simul tabulę octo, bases earum argenteę sedecim, duabus
ᵖ subter basibus ᶻper ˡ vnam tabulam supputatis. Facies & vectes de lignis
setim quinque ad cōtinēdas tabulas in vno latere tabernaculi, & quinque
alios in altero, & eiusdem numeri ad occidentalem plagam: qui mit-
tentur per medias tabulas à summo vsque ad summum. Ipsas quoque F
tabulas deaurabis, & fundes in eis anulos aureos per quos vectes ta-
bulata contineant, quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculū
iuxta exemplar quod tibi in monte monstratum est. Facies & velū Velum.
de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere
ᵖ facies illud plumario ᶻ& pulchra varietate contextum: ˡ quod ᶻappendes ante ˡ
cū figuris che quatuor columnas de lignis setim, quę ipsę quidem deauratę erunt, G
rubim: & habebunt capita aurea, ᶻsed ˡ bases argenteas. Inseretur autem Situs arcę.
ᵖ pones super velum per circulos, intra quod pones arcā testimonij, quo & sanctua-
ᵖ super qua- rium & sanctuarij sanctuaria diuidentur. Pones & propitiatorium G
tuor super arcam testimonij in sancta sanctorum: mensamque extra velum: Propitiato
& contra mensam candelabrū in latere tabernaculi meridiano: mēsa rij.
enim stabit in parte Aquilonis. Facies & tentorium in introitu ta- Mensę.
bernaculi de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retor- Cādelabri.
ᵖ de lignis se- ta opere plumarij. Et quinque columnas ᶻdeaurabis lignorum setim ˡ, Tentorium.
tim facies ipsi ᵇ ante quas ducetur tentorium ˡ, quarum erunt capita aurea & bases
tabernaculo, ęneę *.

CAPVT XXVII.

quas deaura- FAcies & altare de lignis setim, quod habebit quinque cubitos in lō- A
bis, gitudine, & totidem in latitudine, id est quadrum, & tres cubitos Forma alta
* quinque fun- in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt: & ris.
dentur ex. operies illud ęre. Facies que in vsus eius lebetes ad suscipiendos cine-
res, & ᶻforcipes ˡ atque fuscinulas, & ignium receptacula. omnia vasa, ex
ᵖ scopas, & cra ęre fabricabis. Craticulamque in modum retis ęneam: per cuius qua-
teras tuor angulos erūt quatuor annuli ęnei, ᶻquos ˡ pones subter ᶻarulā ˡ al
ᵖ quam taris *. eritque craticula vsque ad altaris mediū. Facies & vectes altaris
ᵖ ambitum de lignis setim ᵇ duos ˡ, quos operies laminis ęneis: & induces p circu
* inferne los, eruntque * ex vtro ꝫ latere altaris ad portandum. ᶻNō solidum, sed B
* vectes inane & cauū intrinsecus ˡ facies illud, sicut tibi in mōte mōstratū est.
ᵖ Concauum Facies & atriū tabernaculi, in cuius australi plaga cōtra meridiē erūt Atrij.
ex tabulis tētoria de bysso retorta. Cētū cubitos vnū latus tenebit in lōgitudine, Tentoriorū
ᵖ vel filijs eas & colūnas viginti cū basibus totidē ęneis, quę capita cū cęlaturis suis sium corti-
cingentibus hēbunt argētea. Similiter & in latere aquilonis p longū erūt tentoria narum.

centum cubitorum, columnę viginti, & bases ęneę eiusdem numeri, &
capita earum cum cęlaturis suis argentea. In latitudine vero atrij quod
respicit ad occidentem erunt tentoria (per quinquaginta cubitos), &
C columnę decem, basesq; totidem. In ea quoque atrij latitudine quę re
spicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt, in quibus quindecim
cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, columnęq; tres & bases
totidē: & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinētia quindecim,
columnę tres & bases totidem. In introitu vero atrij fiet tentoriū cu-
bitorum viginti ex hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso
retorta opere plumarij. columnas habebit quattuor, cum basibus toti

Colūnarum

dem. Omnes columnę atrij per circuitum vestitę erunt argenteis lami
D nis, capitibus argēteis, & basibus ęneis. In lōgitudine occupabit atriū
cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubito
rum erit. fietq; de bysso retorta, & habebit bases ęneas. Cuncta vasa
tabernaculi in omnes vsus & ceremonias, tam (paxillos) eius quam atrij,

Oleum lucernę.

ex ęre facies. Pręcipe filijs Israel vt afferant tibi oleum de arboribus
oliuarum purissimum, piloq; contusum *: vt ardeat lucerna semper
in tabernaculo testimonij extra velū quod oppansum est testimonio.
Et (collocabunt) eam Aaron & filij eius, vt vsq; mane luceat coram
domino. Perpetuus erit (cultus) (per successiones) eorum à filijs Israel.

CAPVT XXVIII.

Ornatus Aaronis sacerdotis, & filiorū eius.

A APplica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filijs suis de me-
dio filiorum Israel, vt sacerdotio fungantur mihi Aaron, Nadab
& Abiu, Eleazar, & Ithamar. Faciesq; (vestem sanctam) Aaron fratri
tuo in gloriam & decorē. Et loqueris cunctis sapientibus corde, quos
repleui spiritu prudentię, vt faciant vestes Aaron (in quibus sanctifi-
catus) ministret mihi. Hęc autem erunt vestimenta quę facient, (Ra-
tionale) & superhumerale, tunicam & (lineam strictam), cidarim &
balthenum. Facient vestimēta sancta fratri tuo Aaron & filijs eius, vt
sacerdotio fungantur mihi. Accipientq; aurum & hyacinthū & pur-
B puram, coccumq; bis tinctum & byssum. Facient autem superhume
rale de auro & hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retor
ta opere polymito. Duas oras iunctas habebit in vtroq; latere summi
tatum, vt in vnum redeant. (Ipsa quoq; textura & cuncta operis va-
rietas erit) ex auro & hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso
retorta. Sumesq; duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina
filiorum Israel, sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iu-
xta ordinem natiuitatis eorū. Opere sculptoris (& cęlatura gēmarij),

Sap. 18. d.

sculpes eos * nominibus filiorum Israel, inclusos auro atq; circunda-
tos, & pones in vtroq; latere superhumeralis, (memoriale) filijs Israel.
Portabitq; Aaron nomina eorum coram domino super vtrunq; hu-
C merū, ob recordationem. Facies & vncinos ex auro, & duas catenu
las auri purissimi sibi inuicē cohęrentes, * quas inseres vncinis. Ra-
tionale quoq; iudicij facies opere polymito iuxta texturam superhume
ralis ex auro, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retor-
ta. Quadrangulum erit & duplex: mensurā palmi habebit tam in lon
gitudine quam in latitudine. Ponesq; in eo quatuor ordines lapidum.
In primo versu erit lapis sardius, & topazius, & smaragdus. in secun-
do: carbunculus, sapphirus, & iaspis. in tertio: ligyrius, achates, & ame
thystus. in quarto: chrysolitus, onychinus, & beryllus. īclusi auro erūt
per ordines suos. Habebuntq; nomina filiorum Israel: (duodecim no
minibus cęlabuntur), singuli lapides nominibus singulorum pro duo-
decim tribus. Facies in rationabili (catenas) sibi inuicem cohęren-
tes * ex auro purissimo: & (duos) annulos aureos quos pones in
D vtraq; rationalis summitate: (catenasq; aureas) iunges annulis qui
sunt in marginibus eius: & (ipsarum catenarum) extrema duobus

quinquaginta cubitorum,
clauos
* pro lūmari (vel adlucēdū)
disponet (apparabit)
vel mos, siue statutum
gñatiōibus
vestes factas
ad scificādū eū (vel ad sctificationē ei) vt
pectorale & infra.
vestē lineam strictā (vel ope phrygionico vel plumario contextam)
vel pileum (vel vittam quę capiti circūuoluitur)
Et cigulū ipsū suphumeralis qd est sup ipsū, eodē ope fieri debet, & eadē materia,
sculptura eorum qui sigilla sculpunt,
* cum
lapides memorię
* facies eas opere plectili (.i. ad silitudinē ramorū arboris cōdensę se iuicē cōplectentium)
duodecim, hęc noīa ipsorum sculpta à sculptoř sigillorum,
annulos
* ope plectili vide paulo. s.
ambos
funiculosq; aureos
ipsorū duorum funiculorum

copulabis vncinis in vtroq; latere ſuperhumeralis quod rationale reſpicit. Facies & duos annulos aureos quos pones in ſummitatibus rationalis, in oris quę e regione ſunt ſuperhumeralis & poſteriora eius aſpiciunt. Necnon & alios duos annulos aureos qui ponendi ſunt in vtroq; latere ſuperhumeralis deorſum, qđ reſpicit contra faciem iuncturę inferioris, vt aptari poſſit cum ſuperhumerali, & ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale nequeat ſeparari. B Portabitq; Aaron nomina filiorum Iſrael in rationali iudicij ſuper pectus ſuum: quando ingredietur ſanctuarium memoriale coram domino in ęternum. Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quę erunt in pectore Aaron quando ingredietur coram domino: & geſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo in conſpectu domini ſemper.

Facies & tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, in cuius medio ſupra erit capitium, & ora per gyrum eius textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ne facile rumpatur. Deorſum verò ad pedes eiuſdem tunicę per circuitum quaſi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, miſtis in medio tintinabulis, ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum, ruſumq; tintinnabulum aliud aureum & malum punicum. Et veſtietur ea Aaron in officio miniſterij, vt audiatur ſonitus quando ingreditur & egreditur ſanctuarium in conſpectu domini, & non moriatur. Ecclesiaſtici 45.b. Facies & laminam de auro puriſſimo: in qua ſculpes opere cęlatoris *. Sáctum domino. Ligabisq; eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram, imminens fronti pontificis. Portabitq; Aaron iniquitates eorum quę obtulerunt & ſanctificauerunt filij Iſrael, in cunctis muneribus & donarijs ſuis. G Erit autem lamina ſemper in fronte eius, vt placatus ſit ei dominus. Stringesq; tunicam byſſo, & tiaram byſſinam facies, & baltheum opere plumarij. Porrò filijs Aaron tunicas lineas parabis & baltheos ac tiaras in gloriam & decorem: veſtiesq; his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo. Et cunctorum conſecrabis manus, ſanctificabisq; illos, vt ſacerdotio fungantur mihi. Facies & feminalia linea, vt operiant carnes turpitudinis ſuę à renibus vſq; ad femora: & vtentur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculum teſtimonij, vel quando appropinquant ad altare vt miniſtrent in ſanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum.

CAPVT XXIX.

A SEd & hoc facies *, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur. Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos, panesq; azymos, & cruſtulam abſq; fermento, quę conſperſa ſit oleo, lagana quoque azyma oleo lita: de ſimila triticea cúcta facies. Et poſita in caniſtro offeres: vituli autē & duos arietes. Et Aaron, ac filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonij. Cumq; laueris patrem cum filijs ſuis aqua, indues Aaron veſtimentis ſuis, id eſt linea & tunica, & ſuperhumerali & rationali, quod conſtringes baltheo. Et pones tiaram in capite eius, & laminam ſanctam ſuper tiaram, & oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, atq; hoc ritu conſecrabitur. Filios quoque illius applicabis & indues tunicis lineis, cingesq; baltheo, Aaron ſcilicet & liberos eius, & impones eis mitras, eruntq; ſacerdotes mihi religione perpetua. B Poſtq; initiaueris manus eorū, applicabis & vitulum coram tabernaculo teſtimonij. Imponentq; Aaron & filij eius manus ſuper caput illius, & mactabis eum in cōſpectu domini, iuxta oſtiū tabernaculi teſtimonij. Sumptumq; de ſanguine vituli, pones ſuper cornua altaris digito tuo, reliquum autem ſanguinem fundes iuxta

Modus cōſecrandi ſacerdotes ōi, ritusq; offerendi p eis. Leu.9.a.

Leui.1.b.

vnum è regiōe alterius. duobus angulis. in ora eius, in latere ſuperhumeralis interſecus, in memoriā. Vrīȝ & Thūmim (.i. lumē & plenitudinem) ora loricę (vel collarij) ſigillorum ſanctitas Ad beneplacitum eis coram domino (.i. vt ipſos reconciliet domino.) Statutū (vel mos) eis placentas cōſperſę ſint etiam tunica & pallio ſuperhumerali, vnges eum. ſtatuto

Leui.3.a. baſim ²eius.) Sumes & adipem totum qui operit inteſtina, & reticu- ſum iecoris, ac duos renes, & adipem qui ſuper eos eſt, & offeres incen ſum ſuper altare. Carnes verò vituli & corium & fimum combures fo ris extra caſtra, eo quòd pro peccato ſit. Vnum quoq; arietem ſu- mes, ſup cuius caput ponent Aaron & filij eius manus. Quem cum mactaueris, tolles de ſanguine eius, & fundes ²circa altare.) ipſum au- tem arietem ſecabis in fruſta: lotaq; inteſtina eius ac ²pedes) pones ſu

C per conciſas carnes, & ſuper caput illius. Et offeres totum arietem in incenſum ſuper altare: oblatio eſt domino, odor ſuauiſſimus victimae domini. Tolles quoq; arietem alterum, ſuper cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. Quem cum immolaueris, ſumes de ſangui- ne eius, & pones ſuper extremum auriculę dextrę Aaron & filiorum eius, & ſuper pollices manus eorum ac pedis dextri, fundesq; ſangui- nem ſuper altare per circuitum. Cumq; tuleris de ſanguine qui eſt ſu per altare & de oleo vnctionis, aſperges Aaron & veſtes eius, filios

D & veſtimenta eorum Conſecratisq; ipſis & veſtibus, tolles adipem de ariete, & caudam & aruinam quę operit vitalia, ac reticulum ieco- ris, & duos renes, atq; adipem qui ſuper eos eſt, armumq; dextrum, eo quòd ſit aries ²conſecrationis:) tortamq; panis vnius, ²cruſtulam) conſperſam oleo, laganum de caniſtro azymorum, quod poſitum eſt in conſpectu domini: ponesq; omnia ſuper manus Aaron & filiorum eius, & ²ſanctificabis eos eleuans) coram domino, Suſcipiesq; vniuer- ſa de manibus eorum. & incendes ſuper altare in holocauſtum, odo- rem ²ſuauiſſimum) in conſpectu domini, quia oblatio eius eſt. Su- mes quoq; pectuſculum de ariete quo initiatus eſt Aaron, ²ſanctifica- bisq; illud eleuatum) coram domino, & cedet in partem tuam. ²San- ctificabisq; & pectuſculum conſecratum, & armum quem de ariete ſe-

E paraſti, quo initiatus eſt Aaron & filij eius,) cedentq; in partē Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filijs Iſrael, quia ²primitiua ſunt & initia) de victimis eorum pacificis quę offerunt domino. ²Veſtem) autem ſanctam qua vtetur Aaron habebunt filij eius poſt eum, vt vn gantur in ²ea,) & conſecrentur manus eorum. Septem diebus vtetur il la qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filijs eius, & qui ingredie- tur tabernaculum teſtimonij vt miniſtret in ſanctuario. Arietem autem conſecrationum tolles, & coques carnes eius in loco ſancto, qui

Leuit.8.g. bus veſcet Aaron & filij eius. Panes quoq; qui ſunt in caniſtro in ve- ſtibulo tabernaculi teſtimonij ²comedent, vt ſit placabile ſacrificium, & ſanctificentur offerentium manus.) Alienigena non veſcetur ex eis,

F quia ²ſancti) ſunt. Quòd ſi remāſerit de carnibus conſecratis ſiue de panibus vſq; mane, combures reliquias igni. non comedentur, quia ſanctificata ſunt. Omnia quę pręcepi tibi, facies ſuper Aaron & fi- lijs eius. Septem diebus conſecrabis manus eorum: & vitulum pro pec cato offeres per ſingulos dies ad expiandum. Mundabisq; altare cum immolaueris expiationis hoſtiam, & vnges illud in ſanctificationem. Semptem diebus expiabis altare & ſanctificabis, & erit ſanctum ſancto- rum. omnis qui tetigerit illud, ſanctificabitur. Hoc eſt quod facies in altari, Agnos anniculos duos per ſingulos dies iugiter, vnum agnum mane, & alterum veſpere, decimam partem ſimilę conſperſę oleo tu- ſo, quod habeat menſuram quartam partem hin, & vinum ad liban-

G dum eiuſdem menſurę in agno vno. Alterum verò agnum offeres ad veſperam iuxta ritum matutinę oblationis, & iuxto ²ea quę diximus) in odorem ²ſuauitatis: ſacrificium eſt) domino, oblatione perpetua in generationes veſtras, ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram do- mino, vbi ²conſtituam) vt loquar ad te. Ibiq; ²pręcipiam) filijs Iſ- rael, & ſanctificabitur ²altare) in gloria mea. Sanctificabo & taberna- culum teſtimonij cum altari, & Aaron cum filijs ſuis, vt ſacerdotio

² altaris.
² ſup altare in circuitu.
² cruta
² eleuationis Heb.
² placentā pa- nis vnam
² heleuabis il- lud eleuatio- nem. Heb.
² quietis. Id eſt, vt Cald. interp. vt ſuſcipiatur cū bn̄placito)
² eleuabis illū eleuationem
² Hebręa ſic habēt ad verbū, Et ſanctificabis pect⁹ eleuationis, & armū ele uationis q ele uat⁹ ē, eleuat⁹ q̄ ex ariete cōſecrationū.
Cedētq; &c.
² eleuatio eſt, eritq; eleuatio à filijs Iſrael
² Veſtes
² eis
² comedēt ea q bus ꝓpitiat⁹ ē (vel ꝯciliatio fca eſt) vt ꝯſe- crētur manus eorum. ſancti- ficenturq;.
² ſanctificata
² libamen eius facies ei
² quietis oblationem (.i. vt Chald. interp. vt oblatio ſu- ſcipiatur corā domino,)
² vel conueniā vobiſcum
² ꝯueniam cū

fungantur mihi. Et habitabo in medio filiorum Israel, eroq; eis deus,
& scient quia ego dominus deus eorum, qui eduxi eos de terra Aegy-
pti, vt manerem inter illos, ego dominus deus ipsorum.

CAPVT XXX.

Facies quoq; altare [a]ad adolendum thymiama[\] de lignis setim, ha- A
bens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id est quadran- Forma al-
gulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent. Ve- taris thy-
sties q; illud auro purissimo, tam [b]craticulam[\] eius, quàm parietes per miamatis.
circuitum, & cornua. Facies q; ei coronam aureolam per gyrum, &
duos anulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in
eos vectes, & altare portetur. Ipsos quoq; vectes facies de lignis se-
tim, & inaurabis. Ponesq; altare [c]contra[\] velum, quod ante arcam Situs eius-
pendet testimonij coram propitiatorio quo tegitur testimonium, vbi dem.
loquar tibi. Et adolebit incensum super eo Aaron, suaue fragrans
[d]mane.[\] Quando componet lucernas incendet illud: & quando collo-
cabit eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram domino
in generationes vestras. Non offeretis super eo thymiama composi-
tionis alterius, nec oblationem & victimam, nec libabitis libamina. Et
[e]deprecabitur[\] Aaron super cornua eius semel per annum in sangui- B
ne quod oblatum est pro peccato, & *placabit super eo in generatio-
nibus vestris. sanctum sanctorum erit domino. Locutusq; est domi- Pecunia in
nus ad Moysen, dicens, Quando tuleris summam filiorum Israel iux- vsus taber-
ta numerum, dabunt singuli [f]pretium[\] pro animabus suis domino, naculi.
& non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis Nume. 1. a.
qui transit ad numerum, dimidium sicli iuxta [g]mensuram templi.[\] Si- Siclus.
clus, viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur domino. Qui ha- Leui. 27. g.
betur in numero à viginti annis & supra, dabit [h]pretium.[\] Diues non Nume. 3. g
addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet*. Susceptamq; pecuniã, Eze. 45. d.
quę collata est à filijs Israel, trades i vsus tabernaculi testimonij, vt sit
monimentum eorum coram domino, & propitietur animabus eorum.
Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Facies & labium ęne- Labium
um cum basi sua ad lauandum: ponesq; illud inter tabernaculum ęneum.
testimonij & altare. Et missa aqua lauabunt in ea Aaron, & filij eius ma- C.
nus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij,
& quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama domi-
no, ne fortè moriantur. legitimum sempiternum erit ipsi, & semini
eius [i]per successiones.[\] Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Confectio
Sume tibi aromata primę myrrhę & electę quingentos siclos, & cinna- olei sancti.
momi medium, id est ducentos quinquaginta siclos, calami similiter
ducentos quinquaginta siclos, casię autem quingentos siclos in pon-
dere sanctuarij, oleum de oliuetis mensuram hin: faciesq; vnctionis
oleum sanctum vnguentum compositum opere vnguentarij, & vn-
ges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, mensamq; cum
vasis suis, candelabrum, & vtensilia eius, altaria thymiamatis, & ho-
locausti, & vniuersam supellectilem quę ad cultum eorum pertinet.
*Sanctificabisq; omnia, & erunt sancta sanctorum. qui tetigerit ea,
sanctificabitur. Aaron & filios eius vnges, sanctificabisq; eos, vt sa- D
cerdotio fungantur mihi. Filijs quoq; Israel dices, Hoc oleum vn-
ctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. Caro hominis non
vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius nõ facietis aliud, quia san-
ctificatum est, & sanctum erit vobis. Homo quicunq; tale composue- Confectio
rit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Dixitq; thymiama-
dominus ad Moysen, Sume tibi aromata, stacten & onychen, gal- tis.
banum boni odoris, & thus lucidissimum, ęqualis ponderis erunt
omnia, faciesq; [k]thymiama[\] compositum opere vnguentarij mistum
diligenter, & purum, [l]& sanctificatione dignissimum.[\] Cumq; in te-

[a] suffimenti suffitus (.i. ad incendendum incensum super illud)
[b] tectum
[c] vel ante
[d] singulo mane.
[e] expiabit
* semel in anno
[f] redemptionẽ
[g] siclum sanctuarij.
[h] oblationem domino.
* de dimidio siclo q dat in oblationẽ dño pro ppitiatione aiarũ vestrũ (.i. vt reconciliet vobis.)
[i] in generationibus eorum
* & labiũ & basim eius.
[k] vel suffimentũ aromaticũ
[l] sanctificatio est. LXX, opus sanctũ. Chald. interp. in sanctificationem,

nitissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram taberna
culo testimonij, in quo loco apparebo tibi. sanctú sanctorum erit vo-
bis thymiama. 'Talem compositionem' non facietis in vsus vestros, ' Tale supple-
quia sanctum est domino. Homo quicunque fecerit simile, vt odore mentum
A illius perfruatur, peribit de populis suis.

CAPVT XXXI.

A L O cutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Ecce, vocaui ex nomi-
Artificibus ne Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum spiri-
Beseleel & tu dei, sapientia, & intelligentia, & sciētia in omni opere ad excogitan-
Ooliab dat dum quicquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ere, marmore &
spiritū suū; gemmis, & diuersitate lignorum. Dediq; ei socium Ooliab filiú Achi * corde
de*, vt exco samech de tribu Dan. Et in corde, omnis eruditi * posui sapientiam:
gitet oīa ar vt faciant cuncta quę pręcepi tibi, tabernaculum fœderis, & arcam te-
tificia. B stimonij, & propitiatorium quod super eam est, & cuncta vasa taber-
naculi, mensamq;, & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis
suis, & altare thymiamatis, & holocausti, & omnia vasa eorum, labium
cū basi sua, vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filijs eius,
Sabbathū vt fungantur officio suo in sacris, oleum vnctionis, & thymiama aro
q̄le signū: matū in sanctuario. omniā quę pręcepi tibi, facient. Et locutus est
8.10.b. eze. dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Vi-
20.b. C dete vt sabbathum meum custodiatis: quia signum est inter me & vos
in generationibus vestris: vt sciatis quia ego dominus qui sanctifico
vos. Custodite sabbathum, sanctū est enim vobis: qui polluerit illud,
morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio
populi sui. Sex diebus facietis opus: in die septimo sabbathum est, re-
Gen. 2. d. quies sancta domino. omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. Cu-
D stodiant filij Israel sabbathū, & celebrent illud in generationibus suis.
Pactum est sempiternum inter me & filios Israel, signumq; perpetuū:
Tabulę la- sex enim diebus fecit dominus cęlum & terram: & in septimo ab omni
pideę digi- opere cessauit. Dedit quoque dominus Moysi completis huiusce-
to dei scri- modi sermonibus in monte Sinai duas tabulas testimonij lapideas,
ptę. deu. 9. b scriptas digito dei.

CAPVT XXXII.

A V Idens autem populus quòd moram faceret descendendi de mōte
Vitulo au- Moyses, congregatus aduersus Aaron, ait, Surge, fac nobis deos
reo attribu qui nos pręcedant: Moysi enim huic viro qui nos eduxit de terra
unt pars fi- Aegypti, ignoramus quid acciderit ei. Dixitq; ad eos Aaron, Tollite
liorū Israel inaures aureas de vxorum filiorumq;, & filiarum vestrarum auribus,
liberationē & afferte ad me. Fecitq; populus quę iusserat, deferens inaures ad
suā, eumq; Aaron. Quas cum ille accepisset, formauit 'opere fusorio', & fecit ex ' stylo.
adorāt. act. eis vitulum conflatilē. Dixeruntq;, Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxe-
7. c. Ps. B runt de terra Aegypti. Quod cum vidisset Aaron, ędificauit altare co
105. b. ram eo, & pręconis voce clamauit, dicens, Cras solennitas domini est.
Surgentesq; mane, obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit
1. Cor. 10. b populus manducare, & bibere, & surrexerūt ludere. Locutus est au-
De peccato tem dominus ad Moysen, dicens, Vade, descende, 'peccauit' populus ' corrupit
populi ad- tuus quem eduxisti de terra Aegypti: recesserunt cito de via, quā 'ostē (sub. viá suā)
mōet Moy- disti' eis: feceruntq; sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atq; im- ' precepisti
sen deus C molantes hostias ei, dixerunt, Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt
Deu. 9. b. de terra Aegypti. Rursumq; ait dominus ad Moysen, Cerno quòd po
3. Reg. 12. g pulus iste, durę ceruicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus contra ses p Isrl' obij
ij. 33. a. C eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam. Moyses autem ciens promis
Ceruicis du orabat dominum deum suum, dicēs, Cur domine irascitur furor tuus siones deo.
rę populus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti, in fortitudi- Num. 14. c.
Israel. ne magna, & in manu robusta? Ne quęso dicant Aegyptij, Callidè Gen. 48. c.
Psal. 105. b eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat ira Gen. 15. b.
Orat Moy- tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abrahā, Gen. 12. b.

Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens, Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cęli: & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eas semper. Placatusq́; est dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. ᵃEt reuersus est) Moyses de mõte portans duas tabulas testimonij in manu sua, scriptas ex vtraq; parte, & factas opere domini. Scriptura quoq; dei erat sculpta in tabulis. Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen, Vlulatus pugnę audit in castris. Qui respõdit, Nõ est clamor ᵃadhortantium ad pugnam, neq; vociferatio compellentium ad fugam:) sed vocem cantantium ego audio. Cumq́; appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & choros, iratusq́; valde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis. Arripiensq́; vitulum quem fecerat, combussit, & contriuit vsq; ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel. Dixitq́; * ad Aaron, Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? Cui ille respondit, Ne indignetur dominus meus: tu enim nosti populum istum quod ᵃpronus sit ad malum.) dixerunt mihi, Fac nobis deos, qui nos pręcedant: huic enim Moysi, qui nos eduxit de terra Aegypti, nescimus quid acciderit. Quibus ego dixi, Quis vestrum habet aurum? Tulerunt, & dederũt mihi, & proieci illud in ignem: egressusq́; est hic vitulus. Videns ergo Moyses populum quod esset nudatus (spoliauerat enim eum Aaron ᵃpropter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat) & stans in porta castrorum, ait, Si quis est domini, iungatur mihi. Congregatiq́; sunt ad eum omnes filij Leui: quibus ait, Hęc dicit dominus deus Israel, Ponat vir gladium super femur suum: ite, & redite de porta vsq; ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisq; fratrem, & amicum, & proximum suum. Feceruntq́; filij Leui iuxta sermonem Moysi, ecciderũtq́; in die illa quasi tria millia hominum. Et ait Moyses ᵃConsecrastis manus vestras hodie domino, vnusquisq; in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio. Facto autem altero die, locutus est Moyses ad populum, Peccastis peccatum maximum: ascendam ad dominum, si quomodo qui vero ᵃeum deprecari pro scelere vestro.) Reuersusq́; ad dominum, ait, Obsecro, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntq́; sibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respõdit dominus, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum istum quo locutus sum tibi, angelus meus pręcedet te. Ego autem in die ᵃvltionis) visitabo & hoc peccatum eorum. Percussit ergo dominus populum pro reatu vituli quem fecerat Aaron.

CAPVT XXXIII.

Locutusq́; est dominus ad Moysen, dicens, Vade, ascende de loco isto tu & populus tuus quem eduxisti de terra Aegypti in terram quam iuraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eã: & mittam pręcursorem tui angelum, vt eijciã Chananęum, & Amorrhęum, & Hethęum, & Pherezęum, & Heuęum, & Iebuseus, & intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam ᵃtecum), quia populus durę ceruicis es: ne fortè disperdam te in via. Audiensq́; populus sermonem hunc pessimum, luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo. Dixitq́; dominus ad Moysen, Loquere filijs Israel, Populus durę ceruicis eis, ᵃsemel) ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi. Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum à monte Horeb. Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocauitq́; nomen eius Tabernaculum foederis, Et omnis populus qui

ᵃ asperit, & descendit

ᵃ victorum, neq; corã qui victi sunt: sed

ᵃ Moyses

ᵃ malus sit.

ᵃ ad infamiã inter hostes eorum. LXX. quę res futura erat gaudio hostibus eorum.

ᵃ implete (.i. consecrate) Chald. iterp. Obtulistis oblationes vestras hodie corã domino

ᵃ expiare peccatum vestrũ (vel pro peccato vestro)

ᵃ visitationis

ᵃ in medio tui

ᵃ momento vno (vel vno impetu)

D Moyses descendit de monte. Tabulę à deo scriptę.

Iratus confrigit tabulas, & vitulũ

E Obiurgat Aaronem fratrem.

F Interficiuntur idololatrę à Leuitis, iussu Moysi.

Petrm pplm G reprehẽdit Moyses. Vult deleri de libro dĩ, aut populo peccatũ dimitti. Scripti in libro dei. Eccl. 45. a.

A Angelũ dat pplo de⁹ q deducat. Gen. 12. b. & 15. c. & 26. a. & 28. c. Iosue. 24. c. Deu. 7. c. De⁹ renuit cũ pplo ascẽdere. & 32. a

B Luget pplus. Tabernaculũ foederis

habebat aliquam quęstionem, egrediebatur ad tabernaculum fœde-
ris extra castra. Cumq; egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat
vniuersa plebs, & stabat vnusquisq; in ostio papilionis sui, respiciebátq;
tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo ta-
bernaculum fœderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium;
loquebaturq; cum Moyse, cernentibus vniuersis quòd columna nu-
bis staret ad ostium tabernaculi. Stabantq; ipsi, & adorabant per
fores tabernaculorum suorum. Loquebatur autem dominus ad
Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum.
C Cumq; ille reuerteretur in castra, minister eius Iosue filius Nun, puer
non recedebat de tabernaculo. Dixit autem Moyses ad dominum,
Pręcipis vt educam populum istum: & non indicas mihi quem mis-
surus es mecum, pręsertim cum dixeris, Noui te ex nomine, & inueni-
sti gratiam coram me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostẽ-
de mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos
tuos: respice populum tuum gentem hanc. Dixitq; dominus, Facies
mea pręcedet te, & requiem dabo tibi. Et ait Moyses, Si non tu ipse
pręcedas, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego
& populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambula-
ueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant
D super terram? Dixit autem dominus ad Moysen, Et verbum istud quod
locutus es, faciam: inuenisti enim gratiam coram me, & te ipsum noui
ex nomine. Qui ait, Ostende mihi gloriam tuam. Respondit, Ego
ostendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine domini coram
te: & miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi pla-
cuerit. Rursumq; ait, Non poteris videre faciem meam: nõ enim vi-
debit me homo, & viuet. Et iterum, Ecce, inquit, est locus apud me, &
stabis supra petram. Cumq; transibit gloria mea, ponam te in forami-
ne petrę, & protegam dextera mea, donec transeam: tollamq; manũ
meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non
poteris.

CAPVT XXXIIII.

A AC deinceps, Pręcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum,
& scribam super eas verba quę habuerunt tabulę quas fregisti.
Esto paratus mane, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisq; me-
cum super verticem montis. Nullus ascendat tecum, nec videat quispiã
per totum montẽ, boues quoq; & oues nõ pascantur nõ e contra. Ex-
cidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant: & de nocte
consurgens ascendit in montem Sinai, sicut pręceperat ei dominus,
portans secum duas tabulas. Cumq; descendisset dominus per nu-
bem, stetit ibidem cum eo, inuocans nomen domini. Quo transeunte
coram eo: ait, Dominator domine deus misericors & clemens, pa-
tiens & multę miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in
millia, qui aufers iniquitatem & scelera, atq; peccata, nullusq; apud
te per se innocens est. Qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepo-
tibus in tertiam & quartam progeniem. Festinusq; Moyses, curuatus
est pronus in terram, & adorans ait, Si inueni gratiam in conspectu
B tuo domine, obsecro vt gradiaris nobiscum: populus enim durę ceruicis est: & auferas iniquitates nostras atq; peccata, nosq; possideas.
Respondit dominus, Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa
faciam quę nunquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt
cernat populus iste, in cuius es medio, opus domini terribile quod fa-
cturus sum. Obserua cuncta quę hodie mandaui tibi: ego ipse ejiciam
ante faciem tuam Amorrhęum, & Chananęum, & Hethęum, Phe-
rezęum quoque, & Heuęum, & Iebusęum. Caue ne vnquam cum ha-
bitatoribus terrę illius iungas amicitias, quę sint tibi in ruinam: sed
& aras eorum destrue, confringe statuas, lucosq; succide, Noli ado-

Moyses videntibus cũ ctis loqtur cum deo familiariter.

Postulat eũ esse secũ in reducendo pplo & viã sibi ostẽdi.

Inuẽire gratias coram deo.

Exauditur Moyses.

Gloriã dei petit videre.

Rom. 9. c.

Iubet stare in petra.

Tabulas nouas parare iubet deus Moysi

Deu. 10. a.

Orat deum Moyses vt secũ pplo gradiat. misericordias dei cõmendãs.

Psa. 142. a.

Iere. 32. c.

Deu. 5. a.

Promittit deus terras Chanaan.

Prohibetur societas gẽtium, & idololatria

quęrebat dominũ (Chald. interpre. qui quęrebat doctrinã à facie domini)

Surgebátq;

singuli in ostio tabernaculi sui.

viam

quòd populus tuus é gẽs hęc

facies tua pręcedet,

vel diuidamur (siue separemur)

meum

(.i. faciã inuocari nomẽ dñi coram te. vel, cum antegrediar, nomen meũ ostẽdam, & inuocabitur abs te.)

cuius miserebor,

miserebor cuius miserebor.

operiam te vola

mane

lapideas

clamauit

tardus ad iram,

fers

coram populo tuo.

rare deum alienum. Dominus zelotes nomen eius, deus est æmula-
tor. Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum: ne cum for- 5. 21. d.
nicati fuerint cum dijs suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet Deu. 7. a.
te quispiam vt comedas de immolatis [a]. Nec vxorem de filiabus eo- C
rum accipies filijs tuis: ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari 3. Reg. 11. a
faciant & filios tuos in deos suos. Deos conflatiles non facies tibi.
Solennitatem azymorum custodies. Septem diebus vesceris azymis, Solennitas
sicut præcepi tibi in tempore mensis [b] nouorum [b]. mense enim [c] verni azymoruz.
temporis [c] egressus es de Aegypto. Omne quod aperit vuluam ge- De pri oge-
neris masculini, meum erit. De cunctis animantibus tam de bobus, nitis. 5. 13. a
quàm de ouibus, meum erit. Primogenitum asini redimes oue. sin autem
nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuo-
rum redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. Sex diebus 5. 23. b.
operaberis, die septimo cessabis arare & metere. Solennitatem heb- Deu. 16. d.
domadarum facies tibi in primitijs frugum messis tuæ triticeæ, & so- Eccl. 35. a.
lennitatem quando redeunte anni tempore cuncta [d] conduntur [d]. Tri- Sabbathũ.
bus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspe- Festũ triuȝ
ctu [e] omnipotentis [e] domini dei Israel. Cum enim tulero gentes à facie hebdoma-
tua, & dilatauero terminos tuos, nullus [f] insidiabitur terræ tuæ [f], ascen- daꝝ. 5. 23. b
dente te & apparente in conspectu domini dei tui ter in anno. Non 5. 23. c.
immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ, neque residebit [g] ma-
ne [g] de victima solennitatis phase. Primitias frugum terræ tuæ offe- D
res in domo domini dei tui. Non coques hœdum in lacte matris Primitiæ.
suæ. Dixitque dominus ad Moysen, Scribe tibi verba hæc, [h] quibus [h] 5. 23. c.
& tecum & cum Israel pepigi fœdus. Fuit ergo ibi cũ domino Moy- Deu. 14. c.
ses quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & 5. 24. d.
aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. Cumque Ieiunium
descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, Moysi.
& ignorabat quòd [i] cornuta esset facies sua ex consortio sermonis do- Facies moy-
mini [i]. Videntes autem Aaron & filij Israel [k] cornutam Moysi faciẽ [k], si cornuta.
timuerunt propè accedere. Vocatique ab eo, reuersi sunt tam Aaron,
quàm principes synagogæ. Et postquam locutus est ad eos, venerũt ad eũ
etiam omnes filij Israel: quibus præcepit cuncta quæ audierat à domi
no in monte Sinai. Impletisque sermonibus posuit velamen super fa- Velamẽ su-
ciem suam. Quod ingressus ad dominum, & loquens cum eo aufe- per faciem
rebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi Moysi. 2.
fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis [M]oysi esse [l] cor- cor. 3. c.
nutam [l], sed operiebat ille rursus faciem suam [m] si quando loquebatur
ad eos [m].

Margin notes: [a] suis. [b] Aprilis (in quo omnia renouantur) [c] Aprilis [d] colligũtur. [e] dominatoris [f] concupiscet terram tuam. [g] vsque mane [h] quia eá verborum istoꝝ. [i] splẽderet cutis faciei suæ ex eo quod locutus fuisset cum eo: [k] quòd resplenderet cutis faciei Moysi [l] resplendẽtẽ, [m] donec ingrederetur ad loquẽdũ cũ eo.

CAPVT XXXV.

Igitur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos, Hæc sunt A
quæ iussit dominus fieri. Sex diebus facietis opus: septimus dies erit Præcipitur
vobis sanctus, sabbathum & requies domini: qui fecerit opus in eo, sabbathuȝ.
occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris
per diem sabbathi. Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Exiguntur
Israel, Iste est sermo quem præcepit dominus, dicens, Separa- primitiæ &
te apud vos [n] primitias [n] domino. Omnis voluntarius & prono donaria.
animo offerat eas domino: aurum & argentum, & æs, hyacinthum, 5. 25. a.
& purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, B
pellesque arietum rubricatas, & [o] ianthinas [o], ligna setim, & oleum
ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymia-
ma suauissimum, lapides onychinos, & gemmas [p] ad ornatum [p] su-
perhumeralis & rationalis. Quisquis vestrum sapiens est, veniat,
& faciat quod dominus imperauit, Tabernaculum scilicet, & [q] te- Enumerat
ctum [q] eius, atque operimentum, annulos & tabulata cum ve-
ctibus, [r] paxillos [r] & bases, Arcam & vectes, propitiatorium, &
velum quod ante illud oppanditur, Mensam cum vectibus & va-

Margin notes: [n] oblationem [o] pelles taxoꝝ, [p] plenitudinis (.i. lapides inclusos, & qui spleát cęlaturas quę sũt in superhumerali) [q] tentorium [r] columnas.

sit & propositionis panibus, Candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius & lucernas, & oleum ad nutrimẽta ignium, Altare thymiamatis, & vectes, & oleũ vnctionis & thymiama ex aromatibus, tentorium ad ostium tabernaculi, Altare holocausti, & craticulã eius æneã cum vectibus & vasis suis, labrum & basim eius, Cortinas atrij cũ columnis & basibus, tentorium in foribus vestibuli, paxillos tabernaculi *atrij cum funiculis suis, Vestimẽta quoque vsus est in ministerio sanctuarij, vestes Aaron pontificis ac filiorum eius vt sacerdotio fungantur mihi.

C Egressaq; oĩs multitudo filiorũ Israel de cõspectu Moysi, ²obtulerunt mẽte promptissima atq; deuota primitias ³ domino, ad faciẽdum opus tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultũ & ad vestes sanctas necessarium erat, viri cũ mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia: omne vas aureum in donaria dñi separatum est. Si quis habebat aurum, hyacinthum & purpurã, coccumq; bis tinctum byssum & pylos caprarum, pelles arietum rubricatas, & ²ianthinas, ³ argenti æris q; metalla obtulerunt dño, ligna q; setim in varios vsus. Sed & mulieres doctæ*, quæ neuerãt dederunt, hyacinthum, purpuram, & vermiculum ac byssum, & pylos caprarum*, sponte propria cuncta tribuentes. Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas *ad superhumerale & rationale, aromataq;, & oleum ad luminaria

D concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris suauissimi cõponendum. Oẽs viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iusserat dñs per manum Moysi. Cuncti filij Israel voluntaria domino dedicauerunt. Dixitq; Moyses ad filios Israel, Ecce, vocauit dñs ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda: impleuitq; cum spiritu dei, sapientia & intelligentia & scientia, & omni doctrinã ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, & ære, sculpendisq; lapidibus, & opere carpentario quicquid fabrè adinueniri põt, *dedit in corde eius. Ooliab quoq; filium Achisamec de tribu Dan: ambos erudiuit sapientia, vt faciant opera ²abietarij, ³ polymitarij, ac plumarij de hyacintho ac purpura, coccoq; bis tincto, & bysso, & texant omnia, ac noua quæq; reperiant.

Deuota prõptitudo populi offerentis.

Beseleel & Ooliab artifices, commendantur populo à Moyse. s.31.a.

CAPVT XXXVI.

A Fecit ergo Beseleel, & Ooliab, & oĩs vir sapiens, *quibus dedit dominus sapientiam & intellectum, vt scirent fabrè operari quæ in vsus sanctuarij necessaria sunt, ²& ³ quæ præcepit dñs. Cumq; vocasset eos Moyses, & oẽm eruditum virum cui dederat dñs sapientiam, & qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel*. Qui cum instarent operi, quotidie mane ²vota ³ populus offerebat. Vnde artifices venire compulsi, dixerunt Moysi, Plus offert populus quàm necessarium est*. Iussit ergo Moyses præconis voce cantari, Nec vir nec mulier quicq; offerat vltrà in opere sanctuarij. Sicq; ²cessatũ est ³ à muneribus offerendis, eo quod oblata sufficerent & superabundarent. Feceruntq; oẽs corde sapientes ²ad explendum ³ opus tabernaculi, cortinas decem de bysso retorta, & hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, ²opere vario, ³ & arte polymita. quarum vna habebat in longitudine vigintiocto cubitos, & in latitudine qua-

B tuor. vna mensura erat oium cortinarum. Cõiunxitq; cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinq; sibiinuicem copulauit. Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroq; latere, & in ora cortinæ alterius similiter, ²vt contra se inuicem venirent ansæ, & mutuò iungerẽtur. ³ vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui ²morderent cortinarum ansas, ³& fieret vnum tabernaculum. Fecit & saga vndecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi: vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor, vnius mensuræ erant omnia ²saga, ³ quorum quinque iunxit

Fabricatio tabernacli. Hic eadẽ ferè habẽ, quæ in cap. 26. huius.

Cortinarum,

Sagorum,

*e paxillos

²Et venerunt vnusquisq; quem eleuauerat cor ei* (.i. quẽ incitauerat cor eius) & oĩs cuius spõtaneus erat spiritus: & obtulerunt oblationem

²pelles taxorum,

*corde

*quos neuerãt

*plenitudinum vide suprà.

*& docere,

²carpentarij (vel cuiuscunq; artificis aut fabri)

*omnes

²secundũ oĩa

*quæ dederãt ad opus ministerij sanctuarij, vt illud facerent.

²spontanea

*ad opus quod dñs iussit fieri:

²phibit' ẽ pplſ

²ex ijs qui faciebant

²Chald. iterp. cum figuris cherubim,

²iungerẽt cortinas alterã ad alterã ansis.

²vel vela

seorsum, & sex alia separatim. Fecitq; ansas quinquaginta in ora sagi
vnius, & quinquaginta in ora sagi alterius, vt sibi inuicem iungeren
ᵃ vncinos (vel circulos) tur. Et ᵃfibulas ⸌ æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, vt
vnum pallium ex omnibus sagis fieret. Fecit & opertorium taber- Opertorij,
naculi de pellibus arietum rubricatis: aliudq; desuper velamentū de
ᵇ taxorum pellibus ᵇianthinis.⸌ Fecit & tabulas tabernaculi de lignis setim stan
tes. Decem cubitorū erat longitudo tabulæ vnius: & vnus ac semis cu Tabularū,
bitum latitudo retinebat. Binæ incastraturæ erant per singulas tabu- C
las, vt alteri altera iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis.
E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra austrum cum
ᶜ sub eis. quadraginta basibus argenteis*. Duæ bases sub vna tabula poneban-
tur ex vtraq; parte angulorū, vbi incastraturæ laterū in angulis terminā
tur. Ad plagam quoq; tabernaculi quæ respicit ad aquilonem, fecit vi
ᵈ sub ginti tabulas cum quadraginta basibus argēteis, duas bases ᵈper⸌ sin-
gulas tabulas. Contra occidentem verò, id est, ad eam partem taberna
culi quæ mare respicit, fecit sex tabulas, & duas alias per singulos angu
los tabernaculi retrò: quæ iunctæ erant à deorsum vsq; sursum: & in
vnam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraq; parte p sin-
gulos angulos: vt octo essent simul tabulæ, & haberent bases argen-
teas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis. Fecit & vectes Vectium,
de lignis setim, quinq; ad ꝯtinendas tabulas vnius lateris tabernacu- D
li, & quinq; alios ad alterius lateris coaptandas tabulas: & extra hos
quinq; alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi ꝯtra mare.
Fecit quoq; vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vsq; ad
angulum perueniret. Ipsa autem tabulata deaurauit, ᵉfusis basibus
earum argenteis. ᶠEt circulos eorū fecit aureos, p quos vectes induci
possent: quos & ipsos laminis aureis operuit. Fecit & velum de hyacin- Veli,
ᵍ fecit ea cum cherubim; tho, & purpura, vermiculo, ac bysso retorta, ope polymitario, ᵍvarium
atq; distinctum: ⸌ & quatuor columnas de lignis setim, quas cum capi
ʰ vel aulæum tibus deaurauit: fusis basibus earum argenteis. Fecit & ʰtentorium⸌ Tentorij.
ⁱ eius quoq; & vncinos eorū, in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssoq; re-
torta opere plumarij: & columnas ⁱquinq;⸌ cū capitibus suis, quas ope
* & fila eas cingula (Chald. interp. cælaturas earum) ex auro, ruit auro, * basesq; earū fudit æneas.

CAP. XXXVII.

Fecit autem Beseleel & arcam de lignis setim, habentem duos & se- A
mis cubitos in longitudine, & cubitum ac semissem in latitudine, Fabricatio
altitudo quoq; vnius cubiti fuit & dimidij: vestiuitq; eam auro purissi arcæ testi-
simo intus ac foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum, conflans monij,
quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius: duos annulos in
latere vno, & duos in altero. Vectes quoq; fecit de lignis setim, quos
vestiuit auro, & quos misit in annulos, qui erant in lateribus arcæ, ad
portandum eam. Fecit & ꝑpitiatorium, ᵏid est oraculum, ⸌ de auro Propitia-
mundissimo, duorū cubitorū & dimidij in longitudine, & cubiti ac se- torij,
mis in latitudine. Duos etiam cherubim ex auro ductili, quos posuit
ex vtraq; parte ꝑpitiatorij, cherub vnū in summitate vnius partis, &
cherub alterū in summitate partis alterius: duos cherubim in singulis
summitatibus propitiatorij extendentes alas, & tegentes ꝑpitiatoriū,
seq; mutuo & illud respicientes. Fecit & mensam de lignis setim in Mensæ,
longitudine duorū cubitorum, & in latitudine vnius cubiti, quæ habe B
bat in altitudine cubitum ac semissem. circūdeditq; eam auro mun-
dissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum, ipsiq; labio coronam
ᵃ vel scutellas eius, auream interrasilem quatuor digitorum, & super eandem alteram co
ronam auream. Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in qua
ᵇ vel cochlearia eius, tuor angulis per singulos pedes mensæ contra coronam, misitq; in
eos vectes, vt possit mēsa portari. Ipsos quoq; vectes fecit de lignis se
ᶜ vel patellas aut catharos, tim, & circundedit eos auro. Et vasa ad diuersos vsus mensæ, ᵃace-
tabula, ⸌ ᵇphialas ⸌, & cyathos, & ᶜthuribula, ⸌ ex auro puro, in quibus

C offerenda sunt libamina. Fecit & candelabrum ductile de auro mun
Cãdelabri, dissimo. De cuius vecte calami, scyphi, sphęrulęq; simul e lilia procede
bant: sex in vtroq; latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera. tres
scyphi in ᵃnucis᾽ modũ per calamos singulos, sphęrulęq; simul & li- ᵃ amigdali e.
lia: & tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphęrulęq; simul e li- infra
lia. Aequum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candela
bri. In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphę
rulęq; per singulos simul e lilia: e sphęrulę sub duobus calamis p lo
ca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte vno. e sphęru
lę igitur, e calami ex ipso erant vniuersa ductilia ex auro purissimo.
Lucernay, Fecit e lucernas septem cũ emunctorijs suis, & vasa vbi ea quę emũ
D cta sunt, extinguantur, de auro mundissimo. Talentũ auri appendebat
Altaris. candelabrum cum oĩbus vasis suis. Fecit e altare thymiamatis de li
gnis setim, per quadrũ singulos hĩs cubitos, e in altitudine duos: è cu
ius angulis procedebant cornua. Vestiuitq; illud auro purissimo cum
ᵇ craticula᾽ ac parietibus* e cornibus. Fecitq; et coronã aureolam per ᵇ tecto eius᾽
gyrum, e duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mit- *in circuitu,
tantur in eos vectes, e possit altare portari. Ipsos autem vectes fecit
Cõpositio de lignis setim, & operuit laminis aureis. Composuit e oleum ᶜad ᶜ vnctionis, sã
thymiama- sanctificationis vnguentum,᾽ e thymiamata de aromatibus mundis- ctificationem.
tis. simis op: re pigmentarij. CAPVT XXXVIII. Chald. sanctę

A FEcit e altare holocausti de lignis setim, quinq; cubitorum *per qua- vnctionis,
Fabricatio drum, e trium in altitudine: cuius cornua de angulis procedebant,
altaris ho- operuitq; illud laminis ęneis. Et in vsus eius parauit ex ęre vasa diuer * erat longitu
locausti. sa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, e ignium receptacula. Craticu- do ipsius, e qu
lamq; eius in modum retis fecit ęneam,ᵃ e subter eã in altaris medio q; cubitorum
arulam,᾽ fusis quatuor ęneis anulis per totidem ᵇ retiaculi᾽ summi- latitudo eius.
tates, ad immitendos vectes ad portandũ. quos e ipsos fecit de lignis ᵃ subter ambi
setim, e operuit laminis ęneis: induxitq; in circulos qui in lateribus al tum eius infer
taris eminebant. Ipsum autem altare non erat solidum, sed cauum ex nè, vsq; ad me
Labri ęnei, tabulatis, e intus vacuum. Fecit e labrum ęneum cũ basi sua de spe- dium eius,
Atrij, culis ᶜmulierum, quę excubabant᾽ in ostio tabernaculi. Fecit e atriũ, ᵇ craticulę
B in cuius australi plaga erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centũ, ęneę
columnę ęneę viginti cum basibus suis, capita columnarum, e tota ᶜ vel conuenien
operis cęlatura argentea. Aequè ad septentrionalem plagam tento- tiũ quę conuene
ria, columnę basesq;, e capita columnarum eiusdem mensurę, e ope- bãt Chald. in
ris ac metalli erant. In ea verò plaga quę ad occidentè respicit, fuerunt terp. mulierũ
tentoria cubitorum quinquaginta, columnę decem cum basibus suis quę veniebant
ęneę, e capita columnarum, e tota operis cęlatura argentea. Porrò cõ vt orarent
tra orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria, è quibus, quin ᵃ cubitorũ, co
decim ᵃcubitos columnarum trium᾽ cum basibus suis vnum tenebant lumnę eorum
latus: & in parte altera, quia inter vtraq; introitum tabernaculi fecit, tres
quindecim ęquè cubitorum erant tentoria, columnęq; tres, e bases to
C tidem. Cuncta atrij tentoria byssus retorta texuerat. Bases columnarũ
fuere ęneę, capita autem earum cum cunctis cęlaturis suis argentea,
sed e ipsas columnas atrij vestiuit argento. Et in introitu eius opere
plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso
retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò
quinq; cubitorum erat iuxta mensurã quam cuncta atrij tentoria ha
bebant. Columnę autem in ingressu fuere quatuor cum basibus ęneis, ᵇ Clauos
capitaq; earum e cęlaturę argenteę. ᵇPaxillos᾽ quoq; tabernaculi & ᶜ Istisũt nume
atrij per gyrum fecit ęneos. ᶜHęc sunt instrumenta tabernaculi te- ri (vel hę sunt
stimonij, quę enumerata sunt iuxta pręceptum Moysi in ᵃcerimonias᾽ numerationes
Leuitarum per manum Ithamar filij Aaron sacerdotis: quę Beseleel fi aut hęc est nũc
lius Vri filij Hur de tribu Iuda domino per Moysen iubente comple- summa)
uerat, iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui e ᵃministerium

Ipse artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius atq; plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo, e bysso. Omne aut̄ qd̄ expensum est in opere sanctuarij, & quod oblatum est in donarijs, viginti e noueʒ talentoꝝ fuit, e septingentoꝝ triginta siclorum [a]ad mensuram[1] sanctuarij.* Oblatum est aut̄ ab his qui transierunt ad numeꝝ a viginti annis e [b]supra,[1] de sexcentis tribus millibus, e quingentis quinquaginta [b]armatoꝝ.[1] Fuerunt p̄terea centum talenta argenti, e quibus conflatę sunt bases sanctuarij, e introitus vbi velū pendet. Centum bases factę sunt de talentis centū, singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autem septingētis, e septuaginta quinq; siclis fecit capita columnaꝝ, quas e ipsas vestiuit argēto. Aeris quoq; oblata sunt talēta septuagintaduo millia, e quadringēti [b]suprā[1] sicli, ex qbus fusę sunt bases in introitu tabernaculi testimonij, e altare ęneū cū craticula sua, oīaq; vasa quę ad vsum eius ptinēt, e bases atrij tā in circuitu, q̄ in ingressu eius, e paxilli tabernaculi atq; atrij p gyrum.

CAPVT XXXIX.

A

De hyacintho verò e purpura, vermiculo ac bysso fecit vestes, quibus īdueret Aaron qn̄ ministrabat in sanctis, sicut p̄cepit dn̄s Moysi. Fecit igitur e sup humerale de auro, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, e bysso retorta, [a]ope polymitario. I ncidit q;[1] bracteas aureas, e [a]extenuauit in[1] fila, vt possent torqueri cū prioꝝ coloꝝ subtegmine, duasq; oras sibiinuicem copulatas in vtroq; latere summitatum, e balthеum *ex eisdem coloribus, sicut pręceperat dn̄s Moysi.

B

Parauit e duos lapides onychinos, astrictos e inclusos auro, e sculptos arte gēmaria noībus filioꝝ Israel. Posuitq; eos in lateribus superhumeralis in monimentum filioꝝ Israel, sicut p̄ceperat dn̄s Moysi. Fecit e rationale opere polymito iuxta opus suphumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoq; bis tincto e bysso retorta, quadrangulū duplex mensurę palmi*. Et posuerunt in eo gemmarū ordines quatuor in primo versu erat sardius, topazius, smaragdus. in secundo, carbunculus, sapphirus e iaspis. in tertio, ligyrius, achates & amethystus.

C

in quarto, chrysolithus, onychinus, e beryllus, circundati e inclusi auro p ordines suos. Ipsiq; lapides duodecim sculpti erāt noībus duodecim tribuū Israel, singuli per nomina singuloꝝ. Fecerunt in rationali e catenulas sibiinuicem cohęrentes, de auro purissimo, e duos vncinos, totidemq; annulos aureos. Porrò annulos posuerunt in vtroq; latere rationalis, e qbus penderent [a]duę catenę aureę, quas[1] inseruerunt vncinis qui in superhumeralis angulis eminebant*. [a]Hęc e autē e retrò ita cōueniebant sibi, vt superhumerale e rationale mutuò ne-

D

cterentur, stricta ad balthеum e annulis fortius copulata, quos iungebat[1] vitta hyacinthina, ne laxa fluerent & a se inuicem mouerentur, sicut pręceperat dominus Moysi. Feceruntq; tunicam superhumeralis *totam hyacinthinam: e capitium in superiori parte contra medium*, oramq; per gyrum capitij textilem: deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta: e tintinabula de auro purissimo, quę posuerunt inter mala granata in extrema parte tunicę per gyrum: tintinnabulum autem aureum & ma-

E

lum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando ministerio fungebatur, sicut pręceperat dominus Moysi. Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron e filijs eius: & mitras cum coronulis suis ex bysso: feminalia quoq; linea, byssina: cingulum verò de bysso retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo distinctū arte plumaria,

Marginal notes (left): a secundū siclū sāctuarij. b argentū autē numeratę congregationis erāt talenta mille septingenti septuaginta quinq; sicli, sm siclū sāctuarij. Singula capita obtulerunt dimidiū sicli, iuxta p̄dus sicli sanctuarij. a Extenderūtq; a abscidit. b cinguli eius quod erat super illud. a tam in longitudine q̄ in latitudine. a duo funiculi aurei quos a contra facies eius (.i. quod rationale respicit) a Fecerūt e duos annulos aureos quos posuerūt in duobus angulis pectoralis (siue rationalis,) q erāt in ora eius ad latus (vel e regione) superhumeralis intrinsecus. Fecerūt & duos annulos alios ex auro quos posuerūt in duob9 angulis suphumeralis infernę, contra faciē eius (.i. vnū e regione alterius.) vbi copulat suphumerale ad baltheum. Et coniunxerunt pectorale ex annulis suis ad annulos suphumeralis. *opere textorio *sicut os loricę.

Marginal notes (right): D Supputatio pretij p populi oblati. A Ornatus vestimētorum Aarō. Hęc eadē habes s. cap. 28. Suphumerale. B Ratiōale. C D Tunica. E

Lamina sacra.

sicut preceperat dñs Moysi. Fecerunt & laminam ²sacre venerationis⁾ de auro purissimo, scripseruntq; in ea opere gēmario, Sanctū dñi: & strinxerunt eam cū mitra vitta hyacinthina, sicut pceperat dñs Moysi.

F Perfectũ est igitur omne opus tabernaculi & tecti testimonij. Feceruntq; filij Israel cuncta quę preceperat dñs Moysi. Et ²obtulerūt⁾ tabernaculum & tectū & vniuersam supellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac bases, opertorium de pellibus arietū rubricatis, & aliud operimentū de ²ianthinis⁾ pellibus, velum: arcam, vectes, ppitiatorium, mensam cū vasis suis & ppositionis panibus: candelabrū, lucernas, & vtensilia ea℞ cum oleo: altare aureum, & ²vnguentum,⁾ &

G thymiama ex aromatibus, & tentorium in introitu tabernaculi: altare ęneum, retiaculum, vectes, & vasa eius oĩa, labrum cum basi sua: tentoria atrij, & columnas cū basibus suis, tentorium in introitu atrij, funiculosq; illius & paxillos. Nihil ex vasis defuit quę in ministerium tabernaculi, & in tectum fœderis iussa sunt fieri. Vestes quoq; quibus sacerdotes vtuntur in sanctuario, Aaron scilicet & filij eius, ²obtulerunt⁾ filij Israel, sicut preceperat dominus. Quę postquā Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis.

Populus offert domino cuncta q̃ fieri iusse rat.

² coronę sanctificationis

² attulerūt ad Moysen

² taxorum.

² oleum vnctionis.

² fecerunt

CAPVT XL.

A LOcutus est dominus ad Moysen, dicens, Mense primo, prima die mensis eriges ²tabernaculum⁾ testimonij, & pones in eo arcā, ²demittesq;⁾ ante illā velum: & illata mensa pones sup eam quę rite pcepta sunt. Candelabrū stabit cum lucernis suis, & altare aureū in quo adoletur incensum corā arca testimonij. Tentoriū in introitu tabernaculi testimonij pones, & ante illud altare holocausti: labrū inter altare & tabernaculū, quod implebis aqua. ²Circundabisq; atriū tentorij & ingressum eius.⁾ Et assumpto vnctionis oleo vnges tabernaculū ²cū vasis suis, vt sanctificētur: altare holocausti & oĩa vasa eius: labrū cū basi sua: oĩa vnctionis oleo ɔsecrabis, vt sint sancta sancto℞.⁾ Appli-

B cabisq; Aaron & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aq̃ indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi, & vnctio eo℞ in sacerdotium sempiternum ²proficiat.⁾ Fecitq; Moyses oĩa quę pceperat dñs.

Igitur mense primo anni secūdi, in prima die mensis collocatū est tabernaculū. Erexitq; Moyses illud, & posuit tabulas ac bases & vectes, statuitq; columnas, & expandit tectū sup tabernaculū, imposito desuper opimento, sicut dñs imperauerat. Posuit & testimoniū in arca, subditis infrā vectibus, & oraculum desuper. Cumq; intulisset arcam in tabernaculum testimonij, appendit ante eam velum, * vt expleret dñi

C iussionem. Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam septentrionalem extra velum, ordinatis corā ppositionis panibus, sicut pceperat dñs Moysi. Posuit & candelabrū in tabernaculo testimonij eregione mensę in parte australi, locatis p ordinem lucernis, *iuxta preceptū dñi. Posuit & altare aureum sub tecto testimonij ɔtra velū, & adoleuit super eo incensum aromatū, sicut iusserat dñs Moysi. Posuit & tentoriū in introitu tabernaculi testimonij, & altare holocausti in vestibulo testimonij, offerēs in eo holocaustū & sacrificia, vt dñs imperauerat. Labrū quoq; statuit inter tabernaculū testimonij, & altare,

D implens illud aqua. Laueruntq; in eo Moyses & Aaron, ac filij eius manus suas & pedes, cū ingrederent tectū fœderis, & accederēt ad altare, sicut pceperat dñs Moysi. Erexit & atrium p gyrū tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tētorio. Postq̃ oĩa perfecta sunt, operuit nubes tabernaculū testimonij, & gloria dñi impleuit illud. Nec poterat Moyses ingredi tectū fœderis, nube operiente oĩa, & maiestate dñi ²coruscante,⁾ q̃ cuncta nubes operuerat. Siqñ nubes tabernaculū deserebat, pficiscebantur filij Israel p turmas suas: si pēdebat desuper, ²manebāt in eodē loco.⁾ Nubes qppe dñi incubabat p diem tabernaculo, & ignis in nocte, vidētibus cūctis pplis Israel ²per cūctas māsiones suas.⁾

Erigitur tabernaculū.

Nume. 7. a

Apparet glia dñi nube operiente tabernaculum.

Nume. 9. c.

3. Reg. 8. b

² habitationem tabernaculi

² suspendesq;

² Ponesq; atrium i circuitu, & tentoriū ad portam atrij.

² & oĩa quę in eo sunt: & sanctificabis illū, & oĩa vasa eī, & erit sanctū. Vnges & altare holocausti & oĩa vasa eī, & sanctificabis altare: & erit altare sanctificatio sanctificationū (.i. oĩum sanctissimū) Vnges etiam labrū & basim eius, & sanctificabis illud.

² erit eis in generationes eorum.

* & texit arcā testimonij.

* coram dño,

² replente tabernaculum.

² nō proficiscebant vsq; ad diē q̃ recedebat.

² quādiu proficiscebantur.

Liber

LIBER LEVITICVS, HEBRAICE VAICRA.

A
Ritus offerendi animalia.



OCAVIT autem Moysen, & locutus est ei dominus de tabernaculo testimonij, dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Homo qui obtulerit ex vobis hostiam domino de pecoribus, id est de bobus & ouibus offerẽs victimas: si holocaustum fuerit eius oblatio, ac de armento, masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij, ²ad placandũ sibi dominum:¹ ponetq; manus super caput hostię & acceptabilis erit, atq; in expiationem eius proficiens. Immolabitq; vitulum coram domino, & offerent filij Aaron sacerdotes sanguinem eius, fundentes ²per altaris circuitum,¹ quod est ante ostium tabernaculi. detractaq; pelle hostię, artus in frusta concident. & subijcient in altari ignem, strue lignorum antè composita: & membra quę sunt cęsa, désuper ordinantes, caput videlicet, & cuncta quę adhęrent iecori, intestinis & ²pedibus¹ lotis aqua: adolebitq; ea sacerdos super altare ²in holocaustum & suauem odorem dño,¹ Quòd si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue de capris holocaustum: masculum & absq; macula offeret: immolabitq; ad latus altaris quod respicit aquilonem, coram domino. sanguinem verò illius fundent super altare filij Aaron per circuitum: diuidentq; mẽbra, caput & omnia quę adhęrent iecori: & imponent super ligna, quibus subijciendus est ignis: intestina verò & pedes lauabunt aqua. Et oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum & odorem suauissimum domino. Si autem de auibus, holocausti oblatio fuerit domino: de turturibus & pullis columbę offeret *eam sacerdos ad altare: & ²retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco,¹ decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris: ²vesiculam verò gutturis¹ & plumas proijciat prope altare ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent. ²confringetq; ascellas eius,¹ & non ²secabit, neq; ferro l diuidet eam, & adolebit super altare, lignis igne supposito. Holocaustum est & oblatio suauissimi odoris domino.

Exod. 29.b

² secundũ voluntatẽ suã in cõspectu dñi:

B

² super altare in circuitu,

² cruribus

² holocaustũ ẽ oblatio l odorẽ quietis dño. Chald. interp. holocausti oblatio est q̃ suscipit cũ beneplacito coram dño. & infra.

Pecudes.
C

A ues.
D

² oblationem suã. Et offeret.

² & vngue secato capite ipsi²,

² & quõ apparet (LXX. rostr)

² findet eas in alijs ipsius,

CAPVT II.

A
De oblatione sacrificiorum, similę Thuris,
Ecc¹. 7. d.

ANima cum obtulerit oblationẽ sacrificij domino, simila erit eius oblatio fundetq; super eam oleum, & ponet thus ac deferet ad filios Aaron sacerdotes: quorum vnus tollet pugillum plenum similę & olei, ac totum thus, & ²ponet¹ ²memoriale¹ super altare in odorem suauissimum dño. quod autem reliquũ fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini. Cum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano: de simila, panes scilicet absq; fermento conspersos oleo, & lagana azyma oleo lita. Si oblatio tua fuerit de sartagine: ²similę conspersę¹ oleo & absq; fermento, diuides eam minutatim, & fundes super eam oleum. Si autem de craticula fuerit sacrificium, ęque simila oleo conspergetur, quã offerens domino, trades manibus sacerdotis. Qui cũ obtulerit eam, tollet ²memoriale¹ de sacrificio, & adolebit sup altare in odorem suauitatis dño. quicqd autem reliquum est, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini. Omnis oblatio quę offertur domino, absq; fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio dñi. Primitias tantũ eorum offeretis ²ac munera:¹ super altare verò non imponẽtur in odorem suauitatis. Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis dei tui de sacrificio tuo. In omni obla-

² adolebit sacerdos

² vel odorẽ ei²

B
Panum,
Laganorum,

² simila erit conspersa

² vel odorẽ ei² & infra

C
Fermẽtũ nõ erat i oblationibus.
Sale condita oblatio.
D

² domino

tione offeres sal. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino, de spicis adhuc virentibus torrebis igni, *& confringes in morem farris, & sic offeres primitias tuas domino, fundens super ea oleum, & thus imponens, quia oblatio *domini est. de qua adolebit sacerdos in memoriam *muneris partem farris fracti & olei ac totum thus *.

CAPVT III.

A Hostia pacificorum, de bobus. Exod. 29. b. — QVod si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre, marem siue fœminam, immaculata offeret coram domino. Ponet'q; manum super caput victimę suę, quę immolabitur in introitu tabernaculi testimonij. fundent'q; filij Aaron sacerdotes, sanguinem *per altaris circuitum. Et *offerent de hostia pacificorum in oblationem domino adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis est intrinsecus: duos renes cum adipe *quo teguntur ilia, & reti-

B culum iecoris cum renunculis *. Adolebunt'q; ea *super altare in holocaustum, lignis igne supposito: in oblationem suauissimi odoris domino.

De ouibus. De agnis. — Si verò de ouibus fuerit eius oblatio *& pacificorum hostia, siue masculum obtulerit siue fœminam, immaculata erunt. Si agnum obtulerit * coram domino, ponet manum suam super caput victimę suę, *quę immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonij: fundent'q; filij Aaron sanguinem eius per circuitum altaris. Et offerent de paci-

C ficorum hostia sacrificium domino: adipem & caudam totam cum renibus, & pinguedinem quę operit ventrem atq; vniuersa vitalia, & vtrunq; renunculum cum adipe qui est iuxta ilia, reticulum'q; iecoris cum renunculis *. & adolebit ea sacerdos super altare in pabulum *ignis & *oblationis domini.

De capris. — Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam domino, ponet manum suam super caput eius, immolabit'q; eam in introitu tabernaculi testimonij. Et effundent filij Aaron san-

D guinem eius super altaris circuitum. *Tollent'q; ex ea in pastum ignis dominici adipem qui operit ventrem, & qui tegit vniuersa vitalia. Duos renunculos cum reticulo quod est super eos iuxta ilia, & arui-nam iecoris cum renunculis * adolebit'q; ea super altare sacerdos *in alimonias ignis, & suauissimi odoris. Omnis adeps, domini erit iure perpetuo in generationibus & cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.

CAPVT IIII.

A Hostię pro peccatis per ignorantiam. — LOcutus'q; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, Anima cum peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis domini quę pręcepit vt non fierent, quippiam fecerit: Si sacerdos qui vnctus est peccauerit, *delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum domino. & adducet illũ ad ostiũ tabernaculi testimonij coram domino, ponet'q; manum super caput *eius, & immolabit eum domino. *Hauriet quoq; de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonij. Cum'q; intinxerit di-

B gitum in sanguinem, asperget eo septies coram domino cõtra velum sanctuarij: ponet'q; de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi domino, quod est in tabernaculo testimonij. omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi. Et adipem vituli offeret pro peccato, tam eum qui vitalia operit, q; *omnia quę intrinsecus sunt. Duos renunculos & reticulum, quod est super eos iuxta ilia, & *adipem iecoris cum renunculis *, sicut *offertur de vitulo hostię pacificorum: & adolebit ea

C super altare holocausti. Pellem verò & omnes carnes cum capite & pedibus & intestinis & fimo & reliquo corpore efferet extra castra in locum mundum, vbi cineres effundi solent: incendet'q; ea super lignorum struem, quę in loco effusorum cinerum cremabuntur. Quod si omnis turba filiorũ Israel *ignorauerit, & per imperitiam fecerit qđ contra mandatum domini est, & postea intellexerit peccatum suum,

*tritici, ptisanam spicę virentis plenę
*partem frumenti cõtusi,
*oblatio i. do mino.

*super altare, in circuitu, & infra.
*offeret & infra.
*qui est super ipsos, tegũt'q; ilia & infra
*auferet
*filij Aaron
*in sacrificiũ pacificorũ domino,
*oblationem suã, offeret ipsum
*quã mactabit
*remouebit
*Et offeret ex ea oblationem suã, oblationẽ domino,
*remouebit,
*pabulum oblationis est, in odorẽ quietis.
*vel, secundũ delictum pp̃li
*vituli

*Accipiet quoque sacerdos vnctus

*illum qui est sup intestinũ
*reticulum
*remouebit
*tollitur,

*errauerit per ignorantiam

offeret * pro peccato suo vitulum, adducetq; eum ad ostium taber- naculi. Et ponent seniores populi manus super caput eius coram do- mino. Immolatoq; vitulo in conspectu domini, inferet sacerdos qui vnctus est, de sanguine eius in tabernaculum testimonij, tincto digito aspergens septies * contra velum. ponetq; de eodem sanguine in cor- nibus altaris, quod est coram domino in tabernaculo testimonij. reli- D quum autem sanguinem fundet iuxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonij. Omnemq; eius adipem tol- let, & adolebit super altare: sic faciens & de hoc vitulo quomodo fecit & prius: & 'rogante pro eis sacerdote, propitius erit eis dominus'. Ipsum autem vitulum efferet extra castra, atq; comburet sicut & priorem vitulum: quia est pro peccato multitudinis. Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod domini lege pro- E hibetur: et postea intellexerit peccatum suum, offeret hostiam domino, hircum de capris immaculatum. Ponetq; manum suam super caput 'eius: 'cumq; immolauerit eum in loco vbi solet mactari holocau- stum coram domino, quia pro peccato est, tinget sacerdos digitum in sanguine hostię pro peccato, 'tangens' cornua altaris holocausti, & reliquum fundens ad basim eius. Adipem verò adolebit supra, sicut in victimis pacificorum fieri solet: 'rogabitq; pro eo sacerdos, & pro' peccato eius, & dimittetur ei. Quòd si peccauerit anima per igno- F rantiam de populo terrę, vt faciat quicquam de his quę domini lege prohibentur, atq; delinquat, & cognouerit peccatum suum, offeret ca- pram immaculatam *. Ponetq; manus super caput hostię quę pro peccato est, & immolabit eam in loco holocausti. Tolletq; sacerdos de sanguine * in digito suo: & 'tangens' cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius. Omnem autem adipem auferens, sicut auferri solet de victimis pacificorum, adolebit super altare in odorem suauitatis domino: 'rogabitq; pro eo', & dimittetur ei. Si autem de G pecoribus obtulerit victimam pro peccato, ouem scilicet immacula- tam: ponet manũ sup caput eius, & immolabit eam in loco vbi solet cędi holocaustorũ hostię. Sumetq; sacerdos de sanguine 'eius' digito suo, & tãgens cornua altaris holocausti, reliquũ fundet ad basim eius. Omnẽ quoq; adipem auferens, sicut auferri solet adeps arietis, q im- molatur pro pacificis: & 'cremabit' super altare incensum dñi: 'roga- bitq; pro eo & pro peccato eius', & dimittetur ei.

CAP. V.

A SI peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisq; fuerit qđ aut ipse vidit, aut eo conscius est. nisi indicauerit, portabit iniquitatẽ suam. Anima quę tetigerit aliquid immundum, siue 'qđ occisum à bestia est, aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile', & 'oblita fuerit immũditię suę', rea est, & deliquit. & si tetigerit quicquam de immũditia hominis iuxta oẽm impuritatẽ qua pollui solet, 'oblitaq;' cognouerit postea, subiacebit delicto. Anima quę iurauerit & pro- tulerit labijs suis vt vel male quid faceret vel bene, 'et idipsum iura- mento & sermone firmauerit', oblitaq; postea intellexerit delictum B suũ, 'agat pœnitẽtiã pro peccato', & offerat de gregibus agnam siue caprã, 'orabitq; pro ea sacerdos & pro peccato' eius. Sin autẽ nõ po- tuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarũ dño, vnũ pro peccato, & alterũ in holocaustum, dabitq; eos sacerdoti. Qui primũ offerẽs pro peccato, retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo adhęreat, & nõ 'penitus abrumpatur'. Et asperget de sanguine eius parietem altaris. quicquid autem reliquũ fuerit, 'faciet distillare ad fundamentũ eius, quia pro peccato est. Alterũ verò in holocaustum adolebit, vt fieri solet: rogabitq; pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. Quòd si non quiuerit manus eius duos offerre turtu- res, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similę partem

De eo qui peccatũ suũ abiurãtem nõ indicat. Tãgens immundum. Expiatio iuramenti.

* congregatio

* coram dño.

* expiabit (vel placabit, p eis sacerdos (sub. dominum,) & dimittetur eis.

* hirci:

* et ponet super

* & expiabit eũ sacerdos à

* pro peccato suo quo peccauit.

* eius

* ponet super & infra.

* & expiabit eũ sacerdos,

* oblationis

* vel adolebit sacerdos ea

* & expiabit sacerdos peccatum ipsius.

* cadauer ferę immundę, vel cadauer aĩalis immundi, vel cadauer reptilis immundi

* latuerit eam

* latuerit p eã, & infra.

* secundũ oĩa quę solet proferre homo cũ iuramento

* cõfiteatur id qđ peccauit,

* expiabitq; sacerdos peccatum & infra.

* diuidatur.

C ephi decimam non mittet in eam oleũ, nec thuris aliquid imponet,
quia pro peccato est: tradetq́; eam sacerdoti. qui plenum ex ea pugil
lum hauriens,* cremabit super altare 'in monimentum eius qui ob/
tulit, rogans pro illo & expians, reliquam verò parte ipse habebit in
munere'. Locutusq́; est dominus ad Moysen, dicẽs, Anima si prę/
uaricãs 'ceremonias' per errorẽ in his quę dñõ sunt sanctificata pec
cauerit, offeret* pro delicto suo arietẽ immaculatũ de gregibus, qui
D emi potest duobus siclis, iuxta 'põdus' sanctuarij: 'ipsumq́; qđ intulit
damni' restituet, & quintã partẽ ponet supra, tradẽs sacerdoti, qui ro/
gabit pro eo offerens arietẽ, & dimittetur ei. Anima quę peccaue/
rit per ignorantiã, feceritq́; vnũ ex his quę domini lege prohibent,
'& peccati rea, intellexerit iniquitatẽ suã', offeret arietẽ immaculatũ
de gregibus sacerdoti, iuxta mensurã ęstimationemq́; peccati: qui ora
bit pro eo, quia nesciens fecerit: & dimittetur ei, quia per errorẽ deli/
quit domino.

Expiatio peccati per ignorãtiã.

CAPVT VI.

A LOcutus est dominus ad Moysen, dicens, Anima quę peccauerit, e
'contempto domino' negauerit proximo suo depositum, quod
fidei eius creditum fuerat,* vel vi aliquid extorserit,' aut calumniã
fecerit, ' siue rem perditam inuenerit & inficians insuper peierauerit,
& quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus solent peccare homi/
nes, conuicta delicti, reddet 'omnia quę per fraudẽ voluit obtinere',
integra. & quintam insuper partem domino cui damnum intulerat*.
Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & da
bit eum sacerdoti, iuxta ęstimationem mensuramq́; delicti: qui roga/
bit pro eo coram domino, & dimittetur illi pro singulis quę faciẽdo
peccauit. Locutusq́; est dominus ad Moysen, dicẽs, Pręcipe Aaron
& filijs eius, Hęc est lex holocausti, Cremabit in altari tota nocte vsq;
B mane. ignis, in eodem altari erit. vestietur tunica sacerdos & feminali
bus lineis: tolletq́; cineres, quos vorans ignis exussit, & ponens iu/
xta altare, spoliabitur prioribus vestimẽtis, indutusq́; alijs, efferet eos
extra castra in loco mũdissimo. Ignis autem in altari semper ardebit,
quem nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies, & im
posito holocausto dẽsuper, adolebit adipes pacificorum. ignis est iste
perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Hęc est lex 'sacrificij &
libamentorum, quę' offerent filij Aaron coram domino, & corã al/
tari, Tollet sacerdos pugillum similę, quę conspersa est oleo, & totum
thus, quod super similam positum est: adolebitq́; illud in altari 'in
monimentum odoris suauissimi' domino. reliquam autem partem
C similę comedet Aaron cum filijs suis, absq; fermento: & comedet in
loco sancto, in atrio tabernaculi. ideo autem non fermentabitur, 'qa
pars eius in domini offertur incensum'. sanctum sanctorum erit, sicut
pro peccato atq; delicto. mares tantum stirpis Aaron comedẽt illud.
'Legitimum ac' sempiternum erit in generationibus vestris de sacri/
ficijs domini. omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. Locutusq́; est
dominus ad Moysen, dicens, Hęc est oblatio Aaron, & filiorum eius,
quam offerre debent domino in die vnctionis suę. Decimam partem
ephi offerent similę in sacrificio sempiterno, medium eius mane, &
medium eius vespere, quę in sartagine oleo conspersa frigetur. Offe/
D ret autem eam 'calidam' in odorem suauissimum domino sacerdos,
qui iure patri successerit, & tota cremabitur in altari. Omne enim sa/
crificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo
Locutus est autem dominus ad Moysen, dicens, Loquere Aaron
& filijs eius, Ista est lex hostię pro peccato, In loco vbi offertur ho/
locaustum, immolabitur* corã domino. sanctũ sanctorum est. Sacer/
dos qui 'offert', comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi.
Quicqd tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius re/

Hostia pro peccato vl' tronco

Lex holo/causti.

Ignis per/petuus.

Lex sacrifi/cij & libamẽtorum.

Oblatio Aaron & filio/rum eius in die vnctio/nis suę.

Lex hostię pro pecca/to.

* odores eius (vel, in monimentum eius)
' sup oblatio/nes dñi: obla/tio est p pctõ. Et expiabit sa/cerdos pecca/tũ ipsius & di mittetur ei: & erit sacerdoti sicut sacrificiũ.
* domino
' siclum
' & qđ pecca/uit de sanctifi catione (vl' in consecrato)
' & nõ cogno/uerit, & deli/querit, porta/ueritq́; pœnã iniqtatis suę. LXX, & acce/perit peccatũ suũ. Chald. su/scipiet iniqui/tatem suam

' pręuaricãdo in dominum
* vel rapuerit,
' qđ rapuit, vl' vi extorsit, vl' qđ depositum fuerat apđ eũ, vel amissum qđ inuenit, oiaq; pro quibus fal sò iurauit,
* eo die quo offeret obla/tionem p pec cato suo.
' oblationis, qđ
' vel in odorẽ quietis, odo/rem ipsius
' partem eorũ dedi ex obla/tiõibus meis.
' Statutum
' frictas, coctas atq; in frustra concisas offeret
* oblatio
' expiãs illud,

* illud sup qd asperfuz fuerit
ftis fuerit aspersa,* lauabitur in loco sancto. Vas autem fictile in quo cocta est, confringetur. quòd si vas ęneum fuerit, defricabitur & lauabitur aqua. Omnis masculus de genere sacerdotali vescet de carnibus eius, quia sanctum sanctorum est. Hostia enim quę cęditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.

CAPVT VII.

A Lex hostię pro dilicto.

Haec quoque est lex hostię pro delicto, sancta sanctorum est: idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto, sanguis eius *per gyrum altaris fundetur. Offerent ex ea caudā & adipem qui operit vitalia. Duos renunculos, & pinguedinem quę iuxta ilia est, reticulumq; iecoris cum renunculis *, & adolebit ea sacerdos super altare: incensum est domini pro delicto. Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctum sanctorum est. Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: vtriusq; hostię lex vna erit. ad sacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit. Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem eius. Et omne sacrificium similę, quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula, vel in sartagine pręparat, eius erit sacerdotis ā quo offertur: siue oleo consperfa, siue arida fuerit. cunctis filijs Aaron mēsura ęqua per singulos diuidetur. Hęc est lex hostię pacificorum, quę offertur domino. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absq; fermēto cōspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctamq; similam, & collicidas olei admistione conspersas, panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum, quę immolatur pro pacificis: ex quibus vnus * pro primitijs offertur domino, & erit sacerdotis qui fundet hostię sanguinem cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam vsq; mane. Si voto, vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die: sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est: quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet. & si quis de carnibus victimę pacificorū die tertio comederit, irrita fiet eius oblatio, nec proderit offerenti. quin potius quęcunq; anima tali se edulio contaminauerit, pręuaricationis rea erit. Caro quę aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni. qui fuerit mundus, vescetur ex ea. Anima polluta, quę ederit de carnibus hostię pacificorum, quę oblata est domino, peribit de populis suis. Et quę tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti, siue omnis rei quę polluere potest, & comederit de huiuscemodi carnibus, interibit de populis suis. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, Adipem ouis, & bouis, & caprę non comedetis. Adipem cadaueris morticini, & eius animalis quod ā bestia captum est, habebitis in varios vsus. * Si quis adipem, qui offerri debet in incensum domini, comederit, peribit de populo suo Sanguinem quoq; omnis animalis non sumetis in cibo *, tam de auibus, quā de pecoribus. Omnis anima quę ederit sanguinem, peribit de populis suis. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, dicens, Qui offert victimam pacificorum domino, offerat simul & sacrificium, id est libamenta eius tenebit manibus adipem hostię, & pectusculum. cumq; ambo oblata domino consecrauerit, tradet sacerdoti, qui adolebit adipem super altare, pectusculum autem erit Aaron, & filiorum eius. armus quoq; dexter de pacificorum hostijs cedet in primitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinem, & adipem filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua. Pectusculum enim eleuationis, & armum separationis tuli ā filijs Israel de hostijs eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filiis eius lege perpetua ab omni populo Israel. Hęc est vnctio

Marginal notes: * super altare in circuitu & infra. * remouebit — B — Hostia pacificorum. — * frictamq; * placentas * ex omni oblatione * oblatione — * non placebit — C — * reptilis qd — A deps & sāguis nō comedenda. — * non comedetis illum * in cūctis habitationibus vestris — * pacificorum — D

Aaron & filiorum eius in ceremonijs domini in die quo obtulit eos Moyses, vt sacerdotio fungerentur, & quę pręcepit eis dari dominus à filijs Israel religione perpetua in generationibus suis. Ista est lex holocausti, & sacrificij pro peccato atque delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis, quā constituit dominus Moysi in monte Sinai quando mandauit filijs Israel vt offerent oblationes suas domino in deserto Sinai.

CAPVT VIII.

A Cōsecratio sacerdotis Aaron, & filiorū eius.

Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Tolle Aaron cum filijs suis, vestes eorum, & vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis, & congregabis omnem cœtum ad ostiū tabernaculi. Fecit Moyses vt dominus imperauerat, Congregataq; omni turba ante fores tabernaculi, ait, Iste est sermo quem iussit dominus fieri. Statimq; obtulit Aarō & filios eius. Cumq; lauisset eos, vestiuit pontificem subucula linea, accingens eum baltheo, & induēs eum tunica hyacinthina, & desuper humerale imposuit, quod astrin-

B gens cingulo aptauit rationali, in quo erat ʳdoctrina & veritasʾ. Cidari quoq; texit caput: & super eam, contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut pręceperat ei dominus. Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum cum omni suppellectili sua. Cumq; sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud, & omnia vasa eius, labrumq; cum basi sua sanctificauit oleo.

ʳ Vrim, & Thūmim (.i. lumē & plenitudo.)

ʳ vel Mitra

Eccli. 45. c.

Quod fundens super caput Aaron, vnxit eum, & consecrauit. filios quoq; eius oblatos vestiuit tunicis lineis, & cinxit baltheis, imposuitq;

C mitras, vt iusserat dominus. Obtulit & vitulum pro peccato. cumq; super caput eius posuisset Aaron, & filij eius manus suas, immolauit eum: hauriens * sanguinem, & tincto digito, ʳtetigitʾ cornua altaris per gyrum. quo expiato & sanctificato, fudit reliquum sanguinem ad fundamenta eius. Adipem verò qui erat super vitalia, & reticulum iecoris, duosq; renunculos cum aruinulis suis adoleuit * super altare: vitulum cum pelle, & carnibus, & fimo, cremans extra castra, sicut

* Moyses

ʳ posuit super

* Moyses

D pręceperat dominus. Obtulit & arietem in holocaustum: super cuius caput cum imposuissent Aaron & filij eius manus suas, immolauit eum, & fudit sanguinem eius per circuitum altaris. Ipsumq; arietem in frusta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, lotis prius intestinis & pedibus. totumq; simul arietem incendit su-

E per altare, eo qd esset holocaustū suauissimi odoris domino, sicut pręceperat ei. Obtulit & arietem secundum, in consecrationem sacerdotum: posueruntq; super caput eius Aaron & filij eius manus suas. quem cum immolasset Moyses, sumens de sanguine eius, tetigit extre-

mum auriculę dextrę Aaron, & pollicem manus eius dextre, similiter & pedis. Obtulit & filios Aaron. cumq; de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculę singulorū dextrę, & pollices manus ac pedis dextri, reliquū fudit super altare per circuitum. adipem verò, & caudam, omnemq; pinguedinem, quę operit intestina, reticulumq; iecoris, & duos renes cum adipibus suis, & armo dextro separauit. Tollens autem de canistro azymorum, quod erat coram domino, ʳpanemʾ absq; fermento vnum, & ˢcollicidamʾ consperſam oleo, laganumq; posuit super adipes, & armum dextrū, tradens simul omnia

ʳ tortam (vel placentam)

F Aaron & filijs eius. Qui postq; leuauerūt ea coram domino, rursum

G suscepta de manibus eorum, adoleuit super altare holocausti, eo qd consecrationis esset oblatio in odorē suauitatis sacrificij domini. Tulitq; * pectusculum eleuans illud coram domino de ariete consecrationis in partem suam, sicut pręceperat ei dominus. Assumensq; ʳvnguentumʾ, & sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aaron & vestimenta eius, & super filios illius ac vestes eorum. Cumq; sanctificasset eos ˢin vestitu suoʾ, pręcepit eis, dicens, Coquite carnes ante eorum.

ˢ tortam (vel placentam)

* Moyses

ʳ ex oleo vnctionis

ˢ cum vestibus

fores tabernaculi, & ibi comedite eas. panes quoq; consecrationis edi-
te, qui positi sunt in canistro, sicut precepit mihi dominus, dicens,
Aaron & filij eius comedent ʳeosˡ. quicquid autem reliquum fuerit
de carne & panibus, ignis absumet. De ostio quoq; tabernaculi non
exibitis septem diebus, vsq; ad diem quo complebitur tempus conse-
crationis vestrę. septem enim diebus finitur consecratio: sicut impre-
sentiarum factum est, ʳvt ritus sacrificij compleretur. Die ac nocte ma-
nebitis in ʳtabernaculoˡ obseruantes custodias domini, ne moriami-
ni: sic enim mihi preceptum est. Feceruntq; Aaron & filij eius cuncta
quę locutus est dominus per manum Moysi.

ʳ eas.
ʳ precepit dñs vt faceretis ad expiandũ vos.
ʳ ostio tabernaculi testimonij

Exod. 29. E
G

CAPVT IX.

FActo autem octauo die, vocauit Moyses Aaron & filios eius, ac
maiores natu Israel, dixitq; ad Aaron, Tolle de armento vitulũ
pro peccato, & arietem in holocaustũ, vtrunq; immaculatum, & offer
illos coram domino. Et ad filios Israel loqueris, Tollite hircum pro
peccato, & vitulum atq; agnum anniculum, & sine macula in holo-
caustum, bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram do-
mino in sacrificio singulorum similam conspersam oleo offerentes.
hodie enim dominus apparebit vobis. Tulerunt ergo cuncta quę
iusserat Moyses ad ostium tabernaculi: vbi cum omnis multitudo asta-
ret*, ait Moyses, Iste est sermo quem precepit dominus: facite, & ap-
parebit vobis gloria eius. Et dixit ad Aaron, Accede ad altare, & im-
mola pro peccato tuo. offer holocaustum, & ʳdeprecareˡ pro te & pro
populo. cumq; mactaueris hostiam populi, ʳoraˡ pro eo, sicut prece-
pit dominus. Statimq; Aaron accedens ad altare, immolauit vitulũ
pro peccato suo: cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui. in quo tingens
digitum, ʳtetigit ˡcornua altaris, & fudit residuum ad basim eius. Adi-
pemq;, & renunculos, ac reticulum iecoris, quę sunt pro peccato, ʳado-
leuit super altare, sicut preceperat dominus Moysi: carnes verò & pel-
lem eius, extra castra combussit igni. Immolauit & holocausti vi-
ctimam: obtuleruntq; ei filij sui sanguinem eius, quem fudit per alta-
ris circuitum. ipsam etiam hostiam in frusta concisam, cum capite &
membris singulis obtulerunt: quę omnia super altare cremauit igni,
lotis aqua prius intestinis & pedibus. Et pro peccato populi offe-
rens, mactauit hircum: ʳexpiatoq; altariˡ, fecit holocaustum, ʳaddẽs
in sacrificio libamenta, quę pariter offeruntur, & adolensˡ ea super al-
tare, absq; ceremonijs holocausti matutini. Immolauit & bouem
atq; arietem hostias pacificas populi. obtuleruntq; ei filij sui sangui-
nem, quem fudit super altare in circuitum. Adipem autem bouis, &
caudam arietis, renunculosq; cum adipibus suis, & reticulum iecoris
posuerunt super pectora: cumq; cremati essent adipes super altare, pe-
ctora eorum, & armos dextros separauit Aaron, eleuans coram do-
mino, sicut preceperat Moyses. Et extendens * manum ad populũ,
benedixit ei. Sicq; completis hostijs pro peccato, & holocaustis, & pa-
cificis, descendit. Ingressi autem Moyses & Aaron in tabernaculum
testimonij, & deinceps egressi benedixerunt populo. Apparuitq; glo-
ria domini omni multitudini: & ecce egressus ignis à domino, deuo-
rauit holocaustum, & adipes qui erant super altare. Quod cum vidis-
sent turbę, laudauerunt dominum, ruentes in facies suas.

ʳ coram domino
ʳ expiationem fac
ʳ expiationem fac
ʳ posuit super
ʳ & mandauit ipsum, sicut prius, &
ʳ & fecit illud iuxta morem. Et obtulit sacrificium, impletaq; manu sua ex ipso, adoleuit
* Aaron

A
Prima Aaronis oblatio, pro se & populo.
Exod. 29. A
B
C
Benedicit Aaron populo.
Appet gloria domini. 2. mac. 2. c.
D Ignis à dño egressus deuorat holocaustũ.
Nadab & Abiu cõburunt à deo. nu. 3. a. 2. g 1. par. 24. a

CAPVT X.

ARreptisq; Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis, imposuerũt ignẽ,
& incensum desup, offerẽtes coram dño ignem alienũ, qđ eis prece-
ptum nõ erat. Egressusq; ignis à domino, deuorauit eos, & mortui sunt
coram dño. Dixitq; Moyses ad Aaron, Hoc est qđ locutus est domi-
nus, Sanctificabor in ijs qui appropinquãt mihi, & in cõspectu oĩs po-
puli glorificabor. Quod audiens, tacuit Aaron. Vocatis aũt Moy-

A
Feruntur extra castra.

ses Misaele, & Elisaphan filiis Oziel, patrui Aaron, ait ad eos, Ite, & tollite fratres vestros de conspectu sanctuarij, & asportate extra castra. Confestim'q; pergentes, tulerunt eos sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat imperatum. Locutus'q; est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius, Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne forte moriamini, & super omnem cœtũ oriatur indignatio. Fratres vestri, & omnis domus Israel plangant incendium quod dominus suscitauit: vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis. oleum quippe sanctę vnctionis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta preceptũ Moysi.

Planctus Israel ob . B incensos Nadab & Abiu.

Dixit'q; dominus ad Aaron, Vinum, & omne quod inebriare potest non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonij, ne moriamini: quia preceptum sempiternum est in generationes vestras, Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mũdum: doceatis'q; filios Israel omnia legitima mea quę locutus sum ad eos per manum Moysi. Locutus'q; est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erant residui, Tollite sacrificium quod remansit de oblatione domini, & comedite illud absq; fermento iuxta altare, quia sanctum sanctorum est. Comedetis autem[*] in loco sancto quod datum est tibi & filijs tuis de oblationibus domini, sicut preceptum est mihi. Pectusculum quoq; quod oblatum est, & armum qui separatus est, edetis in loco mundissimo tu & filij tui, & filię tuę tecum. tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostijs salutaribus filiorum Israel: eo q armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, sicut precepit dominus.

Interdicit sacerdotib[9] vino. — C — Sacerdotes comedũt residuum oblationis. — C

[*] secar(vox est hebraica, q̃ latine sonat ebrietatẽ aut iebria mẽtũ, id scilicet qd iebriare facit.)

[*] illud

[*] Pacificorum

Inter hęc hircum qui oblatus fuerat pro peccato cum quęreret Moyses, exustum reperit: iratus'q; contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanserant, ait, Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quę sancta sanctorum est, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu domini, presertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta, & comedere debueratis eam in sanctuario, sicut preceptum est mihi? Respondit Aaron, Oblata est hodie victima pro peccato & holocaustum coram domino, mihi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere domino in ceremonijs mente lugubri? Quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionem.

1. Mac. 2. c. Irascit D Moyses, qđ nõ comederint residuũ.

[*] expiectis est

[*] comedere oblationẽ p peccato?

[*] nunqd placebit i oclis dñi?

[*] Placuit i oculis eius.

CAP. XI.

Locutus'q; est dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Dicite filijs Israel, Hęc sunt animalia quę comedere debetis de cunctis animantibus terrę, Omne quod habet diuisam vngulam & ruminat in pecoribus, comedetis. Quicquid autem ruminat, & habet vngulam, sed non diuidit eam, sicut camelus & cętera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. Chœrogryllus qui ruminat, vngulam'q; non diuidit, immundus est. Lepus quoq;: nam & ipse ruminat, sed vngulã non diuidit. Et sus: qui cum vngulam diuidat, non ruminat. horum carnibus non vescemini, nec cadauera contingetis, quia immunda sunt vobis. Hęc etiam sunt quę gignuntur in aquis, & vesci licitum est. Omne quod habet pinnulas & squamas, tam in mari q; in fluminibus & stagnis, comedetis. Quicquid autem pinnulas & squamas nõ habet eorum quę in aquis mouentur & viuunt, abominabile vobis execrandum'q; erit. carnes eorum nõ comedetis, & morticina vitabitis. Cuncta quę nõ habent pinnulas & squamas in aquis, polluta erũt. Hęc sunt quę de auibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis, Aquilam, & gryphem, & haliętum, & miluum ac vulturem iuxta genus suum, & omne coruini generis in similitudinem suam, struthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus suum, bubonem,

A — Deut. 14. a. Aĩalia mũda, & imunda. — Cuniculus. 1. mac. 6. d. Lepus. Sus — B — Pisces mũdi & imũdi. — Aues imũde. — C

[*] inter aialia,

[*] Cunicul[9] (sũt qui herinaciũ siue ericiũ interpretentur.)

[*] abominatio

& mergulum, & ibin, & cygnum, & onocrotalum, & porphyrionem,
herodionem, & charadrion iuxta genus suum, vpupam quoq; & ve-
spertilionem. Omne de volucribus quod graditur super quatuor pe-
des, abominabile erit vobis. Quicquid autem ambulat quidē super Aues mun-
quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quę salit super ter- dę.
ram, comedere debetis, vt est brucus in genere suo, & attacus atque
ophiomachus, ac locusta, singula iuxta genus suum. Quicquid autē
ex volucribus quatuor tantum habet pedes, execrabile erit vobis: & qui-
cunq; morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vsq; ad D
vesperum: & si necesse fuerit vt portet quippiam horum mortuum, la-
uabit vestimenta sua, & immundus erit vsq; ad occasum solis. Omne Asalia
animal quod habet quidem vngulam, sed non diuidit eam, nec rumi- immunda.
nat, immundum erit: & quicquid tetigerit illud, contaminabitur. Quod
ambulat super manus ex cunctis animantibus, quę incedunt quadru-
pedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur vsq;
ad vesperum. Et qui portauerit huiuscemodi cadauera, lauabit vesti-
menta sua, & immundus erit vsq; ad vesperum, quia omnia hęc immū-
da sunt vobis. Hęc quoq; inter polluta reputabuntur de his quę mo-
uentur in terra, mustela & mus & crocodilus, singula iuxta genus suū, E
migale, & chamęleon, & stellio, & lacerta, & talpa: omnia hęc immunda
sunt. Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vsq; ad vesperū:
& super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum, polluetur tam
vas ligneum & vestimentū, quàm pelles & cilicia: & in quocūq; fit opus,
tingentur aqua, & polluta erunt vsq; ad vesperum, & sic postea mun-
dabuntur. Vas autem fictile in quod horum quicquam intrò ecide-
rit, polluetur, & idcirco frangendum est. Omnis cibus quem comede- Cibus.
tis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit: & omne liquens quod Potus.
bibitur de vniuerso vase, immundum erit. Et quicquid de morticinis F
huiuscemodi ceciderit super illud, immundum erit, siue clibani, siue
chytropodes, destruentur, & immundi erunt. Fontes verò & cisternę, Fons.
& omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum
tetigerit, polluetur. Si ceciderit super sementem, non polluet eam. Si Sementis.
autem quispiam aqua sementem perfuderit, & postea morticinis tacta
fuerit, ilico polluetur. Si mortuum fuerit animal quod licet vobis co-
medere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vsq; ad vesperum.
& qui comederit ex eo quippiam siue portauerit: lauabit vestimenta
sua, & immundus erit vsq; ad vesperum. Omne quod reptat super G
terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum. Quicquid super pe- Reptile im-
ctus quadrupes graditur, & multos habet pedes, siue per humum tra- mundum
hitur, non comedetis, quia abominabile est. Nolite contaminare ani-
mas vestras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi sitis. Ego 1.Pet.1.c.
enim sum dominus deus vester, Sancti estote, quia ego sanctus sum.
Ne polluatis animas vestras in omni reptili, quod mouetur super ter-
ram. Ego enim sum dominus, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt es-
sem vobis in deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. Ista est lex ani-
mantium ac volucrū, & omnis animę viuentis, quę mouetur in aqua,
& reptat in terra, vt differentias noueritis mundi & immundi, & scia-
tis quid comedere & quid respuere debeatis. CAP. XII. A

Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, & Lex purga-
dices ad eos, Mulier si suscepto semine pepererit masculum, im- dę mulieris
múda erit septē diebus iuxta dies separatiōis mēstruę. Et die octauo cir post ptum.
cūcidet infantulus. ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sangui Luc.2.c.
ne purificationis suę. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in B Ioan.
sanctuarium donec impleantur dies purificationis sue. Si autem fœ- 7.c.
minam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum Luc.2.d.
fluxus menstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purifi-

porphyrionē, & pelicanū, & cygnū, & ciconiam.

vel scarabeus (alij brucū interpretātur.)

vox hebrea Hargel, significat genus locustę.

bufo

oīs potus q

gradit, qcqd ites sup qtuor pedes gradit, aut

C rationis suę. Cumq; expleti fuerint dies purificationis suę, pro filio siue pro filia deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbę siue turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti, qui offeret ² illa ¹ coram domino, & ²rogabit pro ² ipsum ea, ¹ & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. ista est lex parientis ² expiabit eã.
D masculum aut fœminam. Quòd si non inuenerit manus eius, nec po & infra.
Luc.2.d. tuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato. orabitq; pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

CAPVT XIII.

A Considera/tio & distin/ctio lepræ à lepra.

Locutusq; est dominus ad Moysem ᵇ & Aaron, ¹ dicens, Homo in cuius cute & carne ortus fuerit ²diuersus color ¹ siue pustula, aut ² tumor quasi lucens quippiam, id est plaga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius. Qui cum viderit lepram in cute & pilos in album mutatos colorem, ipsamq; speciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua, plaga lepræ est, & ²ad arbitrium ² immundum eius separabitur. ¹ Sin autem lucens candor fuerit in cute, nec humi- iudicabit eũ. lior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem
B diebus, & consyderabit die septimo. & si quidem lepra vltrà non creuerit, nec transierit in cute priores terminos, rursum recludet eum septem diebus alijs, & die septimo contemplabitur. si obscurior fuerit
B lepra, & non creuerit in cute, ² mundabit ¹ eam: quia scabies est: lauabitq; homo vestimenta sua, & mundus erit. Quòd si postquam à sa- ² mundam iu- dicabit cerdote visus est & redditus munditię, iterum lepra creuerit: adducetur ad eum, & immunditię condemnabitur. Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, & videbit eum. Cumq; color albus in cute fuerit, & ²capillorum mutauerit aspectum, ¹ ipsa quoque ² capilli in al- caro viua apparuerit: lepra vetustissima iudicabitur atque inolita cu- bum mutati, ti. ²Contaminabit itaq; ¹ eum sacerdos, & non recludet, quia perspi- ² Immundum cue immunditię est. Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute, & itaq; iudicabit operuerit omnem carnem à capite vsque ad pedes, quicquid sub aspe & infra ctum oculorum cadit, consyderabit eum sacerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit: eo quòd omnis in candorem versa sit, & idcirco ho-
C mo mundus erit. Quando verò caro viuens in eo apparuerit, tunc sacerdotis iudicio ²polluetur, ¹ & inter immundos reputabitur. caro ² immunda iu- enim viua si lepra aspergitur, immunda est. Quòd si rursum versa dicabitur, fuerit in alborem, ᵇ & totum hominem operuerit, ¹ consyderabit eum sacerdos, & mundum esse decernet. Caro autem & cutis in qua vlcus natum est & sanatum, & in loco vlceris cicatrix alba apparuerit siue subrufa, adducetur homo ad sacerdotem: qui cum viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos versos in candorem, contaminabit eũ: plaga enim lepræ orta est in vlcere. Quòd si pilus, coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & vicina carne non est humilior, recludet eum septem diebus. & si quidem creuerit, adiudicabit eum lepræ. sin autem steterit in loco suo, vlceris est cicatrix, & homo mundus erit.
D Caro autem & cutis quam ignis exusserit, & sanata albam siue rufam habuerit cicatricem, consyderabit eam sacerdos, & ecce versa est in alborem, & locus eius reliqua cute est humilior: contaminabit eũ, quia plaga lepræ in cicatrice orta est. Quòd si pilorum color non fuerit ²immutatus, ¹ nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa lepræ spe- ² albus, cies fuerit subobscura, recludet eum septem diebus, & die septimo contemplabitur. si creuerit in cute lepra, contaminabit eum. sin autem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, & idcirco ²mundabitur, ¹ quia cicatrix est combusturę. Vir siue mulier ² mundam iu- in cuius capite vel barba germinauerit lepra, videbit eos sacerdos. & dicabit eam si quidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus, soli- sacerdos,

mq; sub illos contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbę est. Sin- B
* non esse autem viderit locum maculę ęqualem vicinę carni, & capillum * ni-
grum: recludet eos septem diebus, & die septimo intuebitur. Si non
* flauus est creuerit macula, & capillus *sui coloris est,* & locus plagę carni reli-
quę ęqualis: radetur homo absque loco maculę, & includetur septem
diebus alijs. Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo, nec hu
* mundum iu milior carne reliqua, *mundabit* eum, lotisq; vestibus suis mundus
dicabit erit. Sin autem post emundationem rursus creuerit macula in cute, nõ
* sacerdos quęret amplius * vtrum capillus in flauum colorem sit commuta-
tus, quia apertè immundus est. Porrò si steterit macula, & capilli nigri
fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confidenter eum pronun-
ciat mundũ. Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit, intue- D
bitur eos sacerdos. si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cu
te, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi, & hominem
mundum. Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus est:
& si à fronte ceciderint pili, recaluaster & mundus est. Sin autem in cal-
uitio siue in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus, & hoc
sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubie leprę, quę orta est in
* erit caluitio. Quicunque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus *est*
ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os
veste cũ tectũ, contaminatum ac sordidum se clamabit. Omni tempo-
re quo leprosus est, & immundus, solus habitabit extra castra. Ve-
stis lanea siue linea, quę lepram habuerit in stamine atque subtegmi- G
ne, aut certe pellis, vel quicquid ex pelle confectum est, si alba vel ru-
fa macula fuerit, infecta lepra reputabitur, ostendeturq; sacerdoti. qui
consyderatam recludet septem diebus: & die septimo rursus aspiciens
si deprehenderit creuisse, lepra perseuerans est: pollutum iudicabit
vestimentum, & omne in quo fuerit inuenta, & idcirco comburetur
flammis. Quòd si eam viderit non creuisse, pręcipiet, & lauabunt id
in quo lepra est, recludetq; illud septem diebus alijs. Et cum viderit
faciem quidem pristinam non reuersam, nec tamen creuisse lepram,
* caluitio suo immundum iudicabit, & igne comburet, eo quòd infusa sit in *super- H
(vel in recal- ficie vestimenti vel per totum lepra.* Sin autem obscurior fuerit lo-
uatione sua.) cus leprę postquam vestis est lota, abrumpet eum & à solido diuidet.
* veste vel in Quòd si vltrà apparuerit in *hijs locis, quę prius immaculata erant, le-
stamine, vel in pra volatilis & vaga:* debet igne comburi. si cessauerit, lauabit aqua
subtegmine, vel ea quę pura sunt, secundo, & munda erunt. Ista est lex leprę vestimen-
l ol veste pelli ti lanei & linei, staminis atq; subtegminis, omnisq; supellectilis pelli-
cea florés est: ceę, quomodo *mundari debeat vel contaminari.*
* munda iudi- CAPVT XIIII.
cari debeat, vel LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicẽs, Hic est ritus leprosi quã- A
immunda. do mundandus est: Adducetur ad sacerdotem: qui egressus de ca- Lex mun-
stris cum inuenerit lepram esse mundatam, pręcipiet ei qui purifica- dandi ho-
* duas auiculas tur vt offerat * duos passeres* viuos pro se, quos vesci licitum est, & li- minis le-
& infra gnum cedrinum, vermiculumq; & hyssópum. & vnum ex passeribus im proſi.
molari iubebit in vase fictili super aquas viuentes: alium autem viuũ Mat. 8. a.
cum ligno cedrino, & cocco & hyssópo tinget in sanguine passeris im- Marc. 1. d.
molati, quo asperget illum qui mundandus est, septies, vt iure pur- Luc. 5. c.
getur, & dimittet passerem viuum, vt in agrum auolet. Cumq; laue
rit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur
aqua: purificatusq; ingredietur castra, ita duntaxat vt maneat extra ta
bernaculum suum septem diebus, & die septimo radat capillos capi-
tis, barbamq; & supercilia, ac totius corporis pilos. Et lotus rur- B
sum vestibus & corpore, die octauo assumet duos agnos immacula-
tos, & ouem anniculam absq; macula, & tres decimas similę in sacri-
ficium quę conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. Cumq; sacer-

dos purificans hominem statuerit eum, & hęc omnia coram domino in ostio tabernaculi testimonij, tollet agnum & offeret eum pro delicto, olei'q; sextarium. Et oblatis ante dominum omnibus, immolabit agnum vbi solet immolari hostia pro peccato & holocaustum, id est in loco sancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad sacerdotem pertinet hostia: sancta sanctorum est.
C Assumens'q; sacerdos de sanguine hostię, quę immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculę dextrę eius qui mundatur, & super pollices manus dextrę & pedis, & de olei sextario mittet in manum suam sinistram, tinget'q; digitum dextrum in eo, & asperget coram domino septies. quod autem reliquum est olei in leua manu, fundet super extremum auriculę dextrę eius qui mundatur, & super pollices manus ac pedis dextri, & super sanguinem qui effusus est pro delicto, & super caput eius. [a] Rogabit'q; pro eo sacerdos coram domino, & faciet sacrificium pro peccato. tunc immolabit holocaustum, & ponet illud in altari cum libamentis suis, & homo ritè mundabitur. Quòd si pauper est, & non potest manus eius inuenire quę dicta sunt pro delicto, assumet agnum ad oblationē [b] vt roget pro eo sacerdos, decimā'q; partē similę conspersę oleo in sacrificium, & olei sextarium, duos'q; turtures siue duos pullos columbę, quorum vnus sit pro peccato, & alter in holocaustum: offeret'q; ea die octauo purificationis suę sacerdoti ad ostium
D tabernaculi testimonij coram domino. qui suscipiens agnum pro delicto & sextarium olei, leuabit simul: immolato'q; agno, de sanguine eius ponet super extremum auriculę dextrę illius qui mundatur, & super pollices manus eius ac pedis dextri. olei verò partem mittet in manum [c] suam sinistram, in quo tingens digitum dextrę manus asperget septies coram domino: tanget'q; extremum dextrę auriculę illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri in loco sanguinis qui effusus est pro delicto: reliquam autem partem olei quę est in sinistra manu [*], mittet super caput purificati, vt placet pro eo dominū: & turturem siue pullum columbę offeret, vnum pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamentis suis. hoc est sacrificium leprosi,
E qui habere non potest omnia in emundationem sui. Locutus'q; est

Consyderatio e purgatio domus leprosę.

dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Cum'q; ingressi fueritis terram Chanaān, quam ego dabo vobis in possessionem, [d] si fuerit plaga leprę in ędibus, ibit cuius est domus, nuntians sacerdoti, e dicet, Quasi plaga leprę videtur mihi esse in domo mea. At [e] ille pręcipiet vt efferantur vniuersa de domo priusquam ingrediatur eam, & videat vtrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia quę in domo sunt. Intrabit'q; posteà vt consyderet lepram domus: & cum viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, egredietur [*] ostium domus, & statim claudet illam septem diebus.
F Reuersus'q; die septimo, consyderabit eam. si inuenerit creuisse lepram, iubebit eius lapides in quibus lepra est, & proijci eos extra ciuitatem in locum immundum: domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasurę extra vrbem in locum immundum, lapides'q; alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum. Sin autem postquam eruti sunt lapides, e puluis elatus, & alia terra lita, ingressus sacerdos viderit reuersam lepram, e parietes respersos maculis, lepra est perseuerans, & immunda domus: quam statim destruent, & lapides eius ac ligna, atq; vniuersum puluerem proijcient extra oppidum in locum immundū. Qui intrauerit domum quando clausa est, immundus erit vsq; ad vesperum: & qui dormierit in ea, & comederit quippiam, lauabit vesti-
G menta sua. Quòd si introiens sacerdos viderit lepram non creuisse in domo, postquam denuo lita fuerit, purificabit eam reddita sanitate

[a] Expiabit'que eum
[b] vt expiet eū
[c] sacerdotis
[*] sacerdotis
[d] si dedero plagam
[e] sacerdos
[*] sacerdos

& in purificatione eius sumet duos passeres, lignumq́; cedrinum, & vermiculum atq; hyssopum: & immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas, tollet lignum cedrinum, & hyssopum & coccum & passerem viuum, & tinget omnia in sanguine passeris immolati, atq; in aquis viuentibus: & asperget domum septies, purificabitq́; eam tā in sanguine passeris, quàm in aquis viuentibus, & in passere viuo ligno'q; cedrino & hyssopo atq; vermiculo. Cumq; dimiserit passerem auolare in agrum libere, [a]orabit pro domo,[b] & iure mundabitur.

[a] expiabit domum

Ista est lex omnis lepre & percussure, lepre vestium & domorum, cicatricis & erumpentium papularum, lucentis macule & in varias species coloribus immutatis, vt possit sciri quo tempore mundum quid, vel immundum sit.

CAPVT XV.

A De viro seminifluo.

Locutusq; est dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Loquimini filijs Israel, & dicite eis, Vir qui patitur fluxum seminis, immundus erit. Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cum per singula momenta adheserit carni eius, atq; concreuerit fedus humor. Omne stratum in quo dormierit, immundum erit, & vbicunq; sederit. Si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperum. Si sederit vbi ille sederat, & ipse lauabit vestimenta sua, & lotus aqua immundus erit vsq; ad vesperum. Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperum. Si saliuam huiuscemodi homo iacerit super eum qui mundus est, lauabit vestimenta sua, & lotus aqua immundus erit vsq; ad vesperum. Sagma super quod sederit, immundum erit: & quicquid sub eo fuerit qui fluxum seminis patitur, pollutum erit vsq; ad vesperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperū. Omnis quem tetigerit qui talis est, non lotis antè manibus, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperum. Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum lauabitur aqua. B

Purgatio eius.

Si sanatus fuerit qui huiuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus. Die autem octauo sumet duos turtures aut duos pullos columbe, & veniet in conspectu domini ad ostiū tabernaculi testimonij, dabitq́; eos sacerdoti. qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, [a]rogabitq; pro eo[b] corā domino, vt emundetur à fluxu seminis sui.

[a] expiabit eū sacerdos

C Vir de quo egreditur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum: & immundus erit vsq; ad vesperum. Vestem & pellem quam habuerit, lauabit aqua, & immunda erit vsq; ad vesperum. Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit vsq; ad vesperum.

De muliere menstruosa & sanguiflua.

Mulier quę redeunte mense patitur fluxū sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vsq; ad vesperum: & locus in quo dormierit vel sederit diebus separationis suę, polluetur. Qui tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsq; ad vesperum. Omne vas super quod illa sederit, quisquis attigerit, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, pollutus erit vsq; ad vesperum. Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus: & omne stratū in quo dormierit, polluetur. D Mulier quę patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali, vel quę post menstruum sanguinem fluere non cessat, quandiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi sit in tempore menstruo omne stratum in quo dormierit, & [a]vas[b] in quo sederit, pollutum erit. quicunq; tetigerit eam, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immūdus erit vsq; ad vesperum.

[a] vel instrumentum.

Purgatio earum.

Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suę, & die octauo offeret pro se sa-

cerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum ad ostiū tabernacu-
li testimonij: qui vnū faciet pro peccato, & alterum in holocaustū, ²roga ² expiabit eam
bitq; pro ea ³ cora: dño, & pro fluxu immūditię eius. ³Docebitis ³ ergo sacerdos.
filios Israel ⁴vt caueant immūditias,⁾ & nō moriātur in sordibus suis, ⁴ Separabitis
cū polluerint tabernaculū meū quod est inter vos. Ista est lex eius qui ⁴ ab immundi
patit fluxū seminis, & q polluitur coitu, & quę mēstruis tpibus separat, tijs suis,
vel q iugi fluit sanguine, & hois q dormierit cū ea. CAP. XVI.

A LOcutus q; est dñs ad Moysen post mortem duorum filiorum Aaron, qn̄
Sacerdoti offerentes ignem alienū interfecti sunt: & pręcepit ei, dicens, Loque
obseruanda re ad Aaron fratrem tuū ne omni tēpore ingrediatur sanctuariū quod
antequam est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, vt non moriat
ingredi pos (qa in nube apparebo super oraculū) nisi hęc antè fecerit, Vitulū pro
set sanctua- peccato offeret, & arietem in holocaustū. Tunica linea vestietur, femi-
rium. nalibus lineis verenda celabit: accingetur zona linea, cidarim lineam
imponet capiti: hęc enim vestimēta sunt sancta: qbus cunctis, cū lotus
B fuerit, induet. Suscipietq; ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos
hircos pro peccato, & vnū arietem in holocaustum. Cumq; obtule-
rit vitulum*, & ²orauerit⁾ pro se & pro domo sua, duos hircos stare *pro populo
faciet corā dño in ostio tabernaculi testimonij: mittensq; super vtrūq; suo
sortem, vnam dño, & alteram capro emissario: cuius exierit sors dño, ² expiationem
offeret illum pro peccato: ³cuius aūt in caprum emissariū,⁾ statuet eum fecerit
viuum coram dño, vt fundat preces super eum, & emittat eum in soli & infra
C tudinem. His rite celebratis, offeret vitulū, & rogās pro se & pro domo ³ hircum autē
sua, immolabit eum: assumptoq; thuribulo quod de prunis altaris im super quē exie
pleuerit*, & hauriens manu compositū thymiama in incensum, vltra rit sors pro ea
velum intrabit in sancta: vt positis super ignem aromatibus corā do- pro emissario,
mino, nebula eorum & vapor operiat oraculum quod est supra testimo- * è conspectu
Expiatio sā niū, & non moriatur. Tollet quoq; de sanguine vituli, & asperget di- domini,
ctuarij. gito septies contra propitiatorium ad orientem. Cumq; mactauerit hir
Heb.9.d. & cū pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velū, sicut pręce-
10.a. ptū est de sanguine vituli, vt aspergat e regione oraculi, & expiet san-
ctuariū ab immūditijs filiorum Israel, & à pręuaricationibus eorum, cunctisq;
D peccatis. Iuxta hunc ritum faciet in tabernaculo testimonij, qd̄ fixum
Tabernacu est inter eos in medio sordium habitationis eorum. Nullus hominū sit
li. in tabernaculo quando pontifex sanctuarium ingreditur, vt ²roget⁾ ² expiet
Luc.1.a. pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israel, donec egrediatur. & infra
Altaris. Cum autem exierit ad altare quod coram domino est, oret pro se, &
sumptum sanguinem vituli atq; hirci fundat super cornua eius p gy-
rum; aspergensq; digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immun-
ditijs filiorum Israel. Postquam emundauerit sanctuarium & taberna-
culū & altare, tunc offerat hircum viuentem: & posita vtraq; manu su-
E per caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorū Israel, & vniuer-
Peccatorū sa delicta atq; peccata eorum: quę imprecans capiti eius, emittet illum
Mosaica cō per hominem ³paratum,⁾ in desertum. Cumq; portauerit hircus oēs ³ assuetum (.i.
fessio. iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, qui multis tē-
reuertetur Aaron in tabernaculum testimonij, & depositis vestibus* poribus abijt
quibus prius indutus erat cum intraret sanctuarium, relictisq; ibi, la- ipm desertū) s
uabit carnem suam in loco sancto, induetur q; vestibus suis. Et post- *lineis
quam egressus obtulerit holocaustum suum ac plebis, ²rogabit⁾ tam ² expiabit
pro se quàm pro populo: & adipem qui oblatus est pro peccatis, ado-
F lebit super altare. Ille vero qui dimiserit caprum emissarium, lauabit
vestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. Vitulum au
tem & hircum qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis il
latus est in sanctuarium vt expiatio compleretur, asportabunt foras ca
stra, & comburent igni, tam pelles quàm carnes eorum ac fimū: & qui-
cunq; combusserit ea, lauabit vestimenta sua & carnem aqua, & sic ingre

ſtatutum dicitur caſtra. Eritq; vobis hoc ʼlegitimumˋ ſempiternum. Menſe au Feſtū exp
tem ſeptimo, decima die menſis affligetis animas veſtras, nullumq; tionū à p
opus facietis, ſiue indigena ſiue aduena qui peregrinatur inter vos. catis.
In hac die expiatio erit veſtri atq; mūdatio, ab oībus peccatis veſtris G
coram domino mūdabimini ſabbathum enim requietionis eſt, ⁊ affli- .j.23.c.
getis animas veſtras religione ꝑpetua. Expiabit aūt ſacerdos qui vn-
ctus fuerit, ⁊ cuius manus initiatę ſunt vt ſacerdotio fungatur pro pa
veſtibus li- tre ſuo: induetur q; ʼſtola lineaˋ ⁊ veſtibus ſanctis, ⁊ expiabit ſanctua-
neis rium ⁊ tabernaculū teſtimonij atq; altare, ſacerdotes quoq; & vniuer-
expietis fi- ſum populum. Eritq; vobis hoc legitimum ſempiternum, vt ʼore-
lios tis pro filijsˋ Iſrael, ⁊ pro cunctis peccatis eorum ſemel in anno. Fecit
igitur ſicut preceperat dn̄s Moyſi. CAPVT XVII.

ET locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens, Loquere Aaron ⁊ filijs A
eius ⁊ cūctis filijs Iſrael, dicens ad eos, Iſte eſt ſermo quem man- Sacrificia
dauit dominus, dicens, Homo quilibet de domo Iſrael, ſi occiderit bo priuata p-
uem aut ouem, ſiue capram in caſtris vel extra caſtra, & non obtulerit hibet, ne ſi-
ad oſtium tabernaculi oblationem domino, ſanguinis reus erit: qua- bi quiſq; ſa
ſi ſi ſanguinem fuderit, ſic peribit de medio populi ſui. Ideo ſacerdo- cerdos eſſe
ti offerre debent filij Iſrael hoſtias ſuas quas occidunt in agro, vt ſan audeat.
ctificentur domino ante oſtium tabernaculi teſtimonij, ⁊ immolent
eas hoſtias pacificas domino. Funde tq; ſacerdos ſanguinem ſuper al- B
tare domini ad oſtium tabernaculi teſtimonij, ⁊ adolebit adipem in
odorem ſuauitatis domino, ⁊ nequaquam vltrà immolabunt hoſtias Dn̄o, non
ſuas dęmonibus, cum quibus fornicati ſunt. Legitimum ſempiternuʒ dęmōibus
erit illis ⁊ poſteris eorum. Et ad ipſos dices, Homo de domo Iſrael offerendaʒ.
⁊ de aduenis qui peregrinantur apud vos qui obtulerit holocauſtum
ſiue victimam, ⁊ ad oſtium tabernaculi teſtimonij non adduxerit eaʒ,
vt offerat domino, interibit de populo ſuo. Homo quilibet de do- C
mo Iſrael, ⁊ de aduenis qui peregrinantur inter vos, ſi comederit ſan- Sanguis nō
guinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, ⁊ diſperdam comedēdus
eam de populo ſuo, quia anima carnis in ſanguine eſt: ⁊ ego dedi il- Sāguine ex
lum vobis, vt ſuper altare meum expietis pro animabus veſtris, ⁊ ſan- piatio pec-
guis pro animę piaculo ſit. Idcirco dixi filijs Iſrael, Omnis anima catorum.
ex vobis non comedet ſanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur
apud vos. Homo quicunq; de filijs Iſrael ⁊ de aduenis qui peregrinā-
tur apud vos, ſi venatione atq; aucupio ceperit feram vel auem, qui- D
bus veſci licitum eſt, fundat ſanguinem eius, & operiat illum terra.
anima enim omnis carnis in ſanguine eſt. Vnde dixi filijs Iſrael, San- Gen̄.9.b.
guinem vniuerſę carnis non comedetis, quia anima carnis in ſangui-
ne eſt: ⁊ quicunq; comederit illum, interibit. Anima quę comederit Morticinū
morticinū vel captū à beſtia, tam de indigenis quàm de aduenis, laua nō comedē
bit veſtimenta ſua ⁊ ſemetipſum aqua, ⁊ contaminatus erit vſq; ad ve dum.
ſperum: ⁊ hoc ordine, mundus fiet. Quòd ſi nō lauerit veſtimenta ſua
vel corpus, portabit iniquitatem ſuam. CAPVT XVIII.

LOcutus eſt dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, ⁊ di- A
ces ad eos, Ego ſum dominus deus veſter: iuxta conſuetudineʒ ter- Qui coitus
rę Aegypti in qua habitaſtis, non facietis: ⁊ iuxta morem regionis illiciti.
ſtatutis Chanaan ad quam ego introducturus ſum vos, non agetis, nec in ʼle
gitimisˋ eoruʒ ambulabitis. Facietis iudicia mea, ⁊ precepta mea ſer-
uabitis, ⁊ ambulabitis in eis, ego dominus deus veſter. Cuſtodite le- Ro.10.a.
ges meas atq; iudicia, quę faciens homo, viuet in eis. ego dominus. Eze.20.b.
Omnis homo ad proximaʒ ſanguinis ſui non accedet, vt reuelet tur Gala.3.b.
pitudinem eius. ego dominus. Turpitudinē patris tui ⁊ turpitudineʒ
matris tuę non diſcooperies. mater tua eſt, non reuelabis turpitudinē
eius. Turpitudinem vxoris patris tui nō diſcooperies. turpitudo enim
patris tui eſt. Turpitudinem ſororis tuę ex patre ſiue ex matre quę B

domi vel foris genita est, non reuelabis. Turpitudinem filię filij tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua est. Turpitudinē filię vxoris patris tui, quā peperit patri tuo, & est soror tua, non reuelabis. Turpitudinem sororis patris tui non discooperies: quia 'caro' vel propinqua est patris tui. Turpitudinem sororis matris tuę non reuelabis: eo q̄d caro sit matris tuę. Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius 'quę tibi affinitate coniungitur'. Turpitudinem nurus tuę non reuelabis, quia vxor filij tui est: nec discooperies ignominiam eius. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. Turpitudinem vxoris tuę & filię eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filię illius non sumes, vt reueles ignominiam eius: quia caro illius sunt, '& talis coitus incęstus est'. Sororem vxoris tuę in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. Ad mulierem quę patitur menstrua non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. Cum vxore proximi tui nō coibis, nec seminis commistione maculaberis. De semine tuo non dabis vt consecretur idolo Moloch, nec pollues nomen dei tui. ego dominus. Cum masculo non commiscearis coitu fœmineo, qa abominatio est. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei: quia scelus est.

[Margin: vxor fratris patris tui est. — flagitium est. — C — 3. Re. 18. c. — D — Gentiū opera deus prohibet imitari.]

Nec polluamini in omnibus his quibus cōtaminatę sunt vniuersę gentes, quas ego eijciam ante conspectum vestrum, & quibus polluta est terra: cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos. Custodite legitima mea atq; iudicia, & non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tam indigena quàm colonus qui peregrinatur apud vos. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolę terrę, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cum paria feceritis, sicut euomuit gentem quę fuit ante vos. Omnis anima quę fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui. Custodite mandata mea. Nolite facere quę fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis. ego dñs deus vester.

CAPVT XIX.

Locutus est dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos, Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus deus vester. Vnusquisq; patrem suum & matrē suam timeat. Sabbatha mea custodite. ego dñs deus vester. Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis. ego dominus deus vester. Si immolaueritis hostiam pacificorum domino 'vt sit placabilis: 'eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, & die altero: quicquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis. si quis post biduum comederit ex ea, prophanus erit & 'impietatis reus: 'portabitq; iniquitatem suam, quia sanctum domini polluit, & peribit anima illa de populo suo. Cumq; messueris segetes terrę tuę, 'non tondebis vsq; ad solum superficiem terrę: ' nec remanentes spicas colliges. Neq; in vinea tua 'racemos & grana decidentia' congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. ego dominus deus vester. Non facietis furtum. Non 'mentiemini, nec decipiet vnusquisq; proximum suum. ' Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen dei tui: ego dominus. Non 'facies calumniam' proximo tuo, nec 'vi opprimes 'eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. Non maledices surdo, nec coram cęco pones offendiculum: sed timebis dominum deum tuum, quia ego sum dominus. Non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. Non consyderes personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator, nec susurro in populo. Non stabis contra sanguinem proximi tui. ego dominus.

[Margin left: A — 1. Pet. 3. c. — Parentes. — Sabbatha. — Idola fugienda. — Hostia quā do edenda. — ∫. 13. d. — Furtū. B — Mendaciū. — Periuria. — exod. 20. b. — deu. 5. b. — Calumnia. — eccl. 10. a. — deu. 24. C — e. tob. 4. c. — Surd. Cęc. — Iudicium æquū. — deu. 1. c. — 16. d. 12. 2. a — puer. 24. c. — Criminator. — D]

[Margin right: secūdum bn placitū vestrū sacrificabitis. — Chald. interp. volūtarie immolabitis eā: nō placebit: — non metes totum angulum agri tui, — colliges racemos (subaudi, q post vindemiam remāserit) neq; grana vuę — negabitis, & nō mētiemini vnusq;sq; proximo suo. — vim inferes — prędaberis.]

Non

Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum,
ne habeas ſuper illo peccatum. Non quęras vltionem, nec memor
eris iniurię ciuium tuorum. Diliges amicum tuũ ſicut teipſum. ego
dominus. Leges meas cuſtodite. Iumenta tua non facies coire cum
alterius generis animantibus. Agrum tuum non ſeres diuerſo ſemi-
ne. Veſte quę ex duobus texta eſt, non indueris. Homo ſi dormie-
rit cum muliere coitu ſeminis, quę ſit ancilla etiam nubilis, & tamē
pretio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, & nō
morientur, quia non fuit libera. pro delicto autem ſuo offeret domi-
no ad oſtium tabernaculi teſtimonij arietem: orabitq; pro eo ſacer-
dos & pro peccato eius coram domino, & repropitiabitur ei, dimitte-
turq; peccatum. Quando ingreſſi fueritis terram, & plantaueritis in
ea ligna pomifera, auferetis preputia eorum. Poma quę germinant,
immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis
fructus eorum ſanctificabitur laudabilis domino. Quinto autē anno
comedetis fructus, congregātes poma quę proferunt. ego dominus
deus veſter. Non comedetis cum ſanguine. Nō augurabimini, nec
obſeruabitis ſomnia. Neq; in rotundum attondebitis comam: nec
radetis barbam. Et ſuper mortuo non incidetis carnes veſtras, neq;
figuras aliquas, aut ſtigmata facietis vobis. ego dominus. Ne proſti-
tuas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. Sab-
batha mea cuſtodite, & ſanctuarium meum metuite. ego dominus.
Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, vt pol-
luamini per eos. ego dominus deus veſter. Coram cano capite con-
ſurge & honora perſonam ſenis: & time dominum deum tuum. ego
ſum dominus. Si habitauerit aduena in terra veſtra, & moratus fue-
rit inter vos, non exprobretis ei, ſed ſit inter vos quaſi indigena, &
diligetis eum quaſi voſmetipſos. fuiſtis enim & vos aduenę in terra
Aegypti. ego dominus deus veſter. Nolite facere iniquum aliquid
in iudicio, in regula, in pondere, in menſura. Statera iuſta, & ęqua ſint
pondera, iuſtus modius, ęquusq; ſextarius. Ego dominus deus ve-
ſter, qui eduxi vos de terra Aegypti. Cuſtodite omnia pręcepta mea,
& vniuerſa iudicia, & facite ea. ego dominus.

CAP. XX.

LOcutusq; eſt dominus ad Moyſen dicēs, Hęc loqueris filijs Iſrael,
Homo de filijs Iſrael, & de aduenis qui habitant in Iſrael, ſi quis
dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte moriatur: populus terrę
lapidabit eum, & ego ponam faciem meam contra illum, ſuccidamq;
eũ de medio populi ſui, eo qd dederit de ſemine ſuo Moloch, & cōta-
minauerit ſanctuarium meum, ac polluerit nomen ſanctum meum.
Quod ſi negligēs populus terrę, & quaſi paruipendens imperiũ meũ,
dimiſerit hominem qui dedit de ſemine ſuo Moloch, nec voluerit eũ
occidere: ponam faciem meā ſup hominē illum, & cognationē eius,
ſuccidamq; & ipſum, & omnes qui cōſenſerūt ei vt fornicaretur cum
Moloch, de medio populi ſui. Anima quę declinauerit ad magos &
ariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponā faciem meam contra eam, &
interficiam illam de medio populi ſui. Sanctificamini, & eſtote ſan-
cti, quia & ego ſanctus ſum dominus deus veſter. Cuſtodite pręcepta
mea, & facite ea: Ego dñs qui ſanctifico vos. Qui maledixerit patri
ſuo, aut matri, morte moriatur. patri matriq; q maledixerit, ſanguis
eius ſit ſup eum. Si mœchatus quis fuerit cũ vxore alterius, & adul-
terium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriantur &
mœchus & adultera. Qui dormierit cum nouerca ſua, & reuelaue-
rit ignominiam patris ſui, morte moriantur ambo. ſanguis eorũ ſit
ſuper eos. Si quis dormierit cum nuru ſua, vterq; moriatur, quia ſcelus
operati ſunt. ſanguis eorũ ſit ſuper eos. Qui dormierit cum maſculo
coitu fœmineo, vterq; operatus eſt nefas, morte moriātur: ſit ſanguis

.i. ne propter ipſum incurras peccatum.
nec ſeruabis odium cuz filijs ppli tui.
lana & lino
deſpōſata viro,
vel vapulabis ipſa
expiabit ipſum
& fructus eorũ. Tribus annis erit vobis preputij amputatio (.i. iudicabitis ea incircuncisa)
vt augeat vobis prouentuz ſuum.
tempora (.i. pdictiones dierum & tēporũ fœlicium vel infœlicium)
diſſipabis vł corrumpes extremitates barbę tuę (vt faciebant idololatrę in luctu barbas abradentes & genas ferientes in honorem defuncti)
affligetis eũ, (vel vim inferetis ei)
& hin liquidorum.
ſtatuta
confuſiones

Odiũ. 1. Io. 2. b. 3. c.
Eccli. 19. b.
Vltio. mat. 18. b.
Luc. 17. a.
E
Dilectio amici. Mat. 5. g. 22. d.
Rom. 13. c.
Galat. 5. c.
Iaco. 2. b.
Preputia lignorum.
Caro cũ ſanguine.
F
Auguria.
Sōnia. Coma.
Barba.
Mortui. Stigmata.
Sabbathuz.
Arioli.
Senes honorādi.
G
Aduenę.
Exo. 22. c.
Iudicium.
Regula.
Pondus.
Menſura.
A
Liberos nō ſacrificato Moloch. ſ. 18. c.
Ad magos & ariolos ne declina.
Sācti ſimus 1. pet. 1. c.
Parētib. nō maledicēdũ.
B
exo. 21. c. Deuter. 20. c.
mat. 15. a.
mar. 7. b.
Mœchus.
Adultera.
Iohā. 8. a.
Deu. 22. d.
Coit' monſtroſe puniēdi.

eorum super eos. Qui supra uxorem filiam, duxerit matrem eius, scelus operatus est: viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas
C in medio vestri. Qui cum iumento et pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. Mulier quae succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos. Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suae, et viderit turpitudinem eius, illaque conspexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi sui, eo quod turpitudinem suam mutuo reuelauerint, et portabunt iniquitatem suam. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, et reuelauerit turpitudinem eius, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui. Turpitudinem [a]materterae, et amitae tuae[a] non discooperies. qui hoc fecerit, ignominiam carnis suae nudauit, portabunt ambo iniquitatem suam. Qui coierit cum vxore patrui, [b] vel auunculi sui,[b] et reuelauerit ignominiam [c]cognationis suae,[c] portabunt ambo peccatum suum:
D absque liberis morientur. Qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit: absque liberis erunt. Custodite leges meas, atque iudicia, et facite ea: ne et vos euomat terra quam intraturi estis et habitaturi. Nolite ambulare in [d]legitimis[d] nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim haec fecerunt, et abominatus sum eas. Vobis autem loquor, Possidete terram eorum, quam dabo vobis in haereditatem, terram fluentem lacte et melle. ego dominus deus vester, qui separaui vos a caeteris populis. Separate ergo et vos iumentum mundum ab immundo, et auem mundam ab immunda: ne polluatis animas vestras in pecore et auibus, et cunctis quae mouentur in terra, et quae vobis ostendi esse polluta. Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego dominus, et separaui vos a caeteris populis, vt essetis mei. Vir siue mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super illos.

[a] sororis matris tuae, et sororis patris tui

[b] patrui sui,

[d] statutis

Separatus Isr. a deo i ppl'm sibi. Scti simus. Pythones moriantur. Deu. 18. b. 1. Re. 25. b.

CAPVT XXI.

A DIxit quoque dominus ad Moysen, Loquere ad sacerdotes filios Aaron, et dices ad eos, Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis, ac propinquis, id est super patrem et matrem et filium et filiam, fratrem quoque et sororem virginem quae non est nupta viro: sed nec in principe populi sui contaminabitur. Non radent caput, nec [a]barbam,[a] neque in carnibus suis facient incisuras. Sancti erunt deo suo, et non polluent nomen eius. Incensum enim domini, et panes dei sui offerunt, et ideo sancti erunt. Scortum, et vile prostibulum non ducet vxorem, nec eam quae repudiata est a marito: quia consecratus est deo suo, et panes propositionis offert. Sit ergo sanctus, quia et ego sanctus sum dominus, qui sanctifico vos. Sacerdotis filia [b]deprehensa si fuerit in stupro,[b] et violauerit nomen patris sui, flammis exuretur. Pontifex, id est sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, et cuius manus in sacerdotio consecratae sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta sua non scindet, et ad omnem mortuum non ingredietur omnino. super patre quoque suo, et matre non contaminabitur, nec egredietur de [c]sanctis,[c] ne polluat sanctuarium dei sui, quia oleum sanctae vnctionis dei sui super eum est. ego dominus. Virginem ducet vxorem: viduam autem et repudiatam, et sordidam, atque meretricem non accipiet: sed puellam de populo suo: ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suae: quia ego dominus qui sanctifico eum. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad Aaron, Homo de semine tuo per familias suas qui habuerit maculam, non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius: si caecus fuerit, si claudus, si vel paruo vel grandi vel torto naso, si fracto pede, si manu, si

[a] extremitates barbae suae.

[b] cum coeperit fornicari.

[c] vel sanctuario.

Sacerdos nō intersit mortuorum exequiis. Non radat caput B nec barbā in gratiā mortuorum. S. 19. f. Sanctificator deus. Sacerdotis filia fornicans. C Pōtifex nō ingrediatur ad mortuū. Virginē ducat vxorē. Eze. 44. f. Ministros dei quales esse oportebat. D

gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si
impetiginem in corpore, vel [a]herniosus[a]. Omnis qui habuerit macu-
lam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias dño, nec
panes deo suo: vescetur tamen panibus qui offerunt in sanctuario, ita
dútaxat vt intra velū non ingrediatur, nec accedat ad altare, qa macu-
lam habet, & cótaminare nó debet sanctuariū meum. Ego dñs qui san-
ctifico eos. Locutus est ergo Moyses ad Aaron, & ad filios eius, & ad
omnem Israel cuncta quę fuerát sibi imperata. CAP. XXII.

[a] cui fuerint te-
stes contusi.

A

LOcutus quoq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad Aaron
& ad filios eius vt caueant ab his quę consecrata sunt filiorum
Israel, & non contaminent nomen [b]sanctificatorum[b] mihi, quę ipsi
offerunt, ego dominus. Dic ad eos, & ad posteros eorum, Omnis ho-
mo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quę consecrata sunt, & quę ob-
tulerunt filij Israel domino, in quo est immunditia, peribit coram do-
mino. ego sum dominus. Homo de semine Aaron qui fuerit lepro-
sus, aut patiens fluxum seminis, non vescetur his quę sanctificata sunt
mihi, donec sanetur. Qui tetigerit [c]immūdū super mortuo[c], & ex quo
egreditur semen quasi coitus, & qui tangit reptile, & quodlibet im-
mundum, cuius tactus est sordidus, immundus erit vsq; ad vesperum,
& non vescetur his quę sanctificata sunt. sed cum lauerit carnem suā
aqua, & occubuerit sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis, quia
cibus illius est. Morticinum & captum à bestia non comedent, nec
polluentur in eis. ego sum dominus. Custodiant pręcepta mea, vt nó
subiaceant peccato, & moriantur in [d]sanctuario[d], cum polluerint il-
lud. ego dominus qui sanctifico eos. Omnis alienigena non come-
det de sanctificatis, inquilinus sacerdotis, & mercenarius non ve-
scentur ex eis. Quem autē sacerdos emerit, & qui vernaculus domus
eius fuerit, hi comedent ex eis. si filia sacerdotis [e]cuilibet ex populo[e]
nupta fuerit: de his quę sanctificata sunt, & de primitijs nó vescetur.
sin autem vidua, vel repudiata, & absq; liberis reuersa fuerit ad domū
patris sui: sicut [f]puella cósueuerat[f], aletur cibis patris sui. Omnis alie-
nigena comedendi ex eis non habet potestatem. Qui comederit
de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo qd
comedit, & dabit sacerdoti [g]in sanctuarium[g]. Nec contaminabūt san-
ctificata filiorum Israel, quę offeruntur domino: ne forte sustineant
iniquitatem delicti sui, cū sanctificata comederint. ego dominus qui
sanctifico eos. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere
ad Aaron, & filios eius, & ad omnes filios Israel, dicesq; ad eos, Ho-
mo de domo Israel, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtule-
rit oblationem suam, vel vota soluens, vel sponte offerens, quicquid
illud obtulerit in holocaustum domini, [h]vt offeratur per vos[h], mascu-
lus immaculatus erit ex bobus, & ouibus, & ex capris: si maculam ha-
buerit, nó offeretis, neq; erit acceptabile [*]. Homo q obtulerit victimā
pacificorū dño, vel vota soluens, vel sponte offerens, tā de bobus q̄; de
ouibus, immaculatū offeret, vt acceptabile sit: omnis macula non erit
in eo. Si cęcū fuerit, si fractū, si [i]cicatrices[i] habens, si papulas, aut sca-
biem, aut impetiginem, non offeretis ea dño, nec adolebitis ex eis sup
altare dñi. Bouē & oues [k]aure & cauda amputatis[k], voluntarie offerre
potes, votum autē ex ijs solui non potest. Omne animal qd vel [l]con-
tritis, vel tunsis, vel sectis ablatisq; testiculis[l] est, nó offeretis dño, & in
terra vestra hoc omnino ne faciatis. De manu alienigenę nó offeretis
panes deo vestro, & quicquid aliud dare volueritis: quia corrupta, &
maculata sunt omnia: nó suscipietis ea. Locutusq; est dñs ad Moy-
sen, dicens, Bos, ouis, & capra cum genita fuerint, septē diebus erūt sub
vbere matris suę: die autē octauo, & deinceps offerri poterūt dño. Siue
illa bos, siue ouis, non immolabuntur vna die cum foetibus suis. Si

Qui debeāt abstinerę ab esu sanctificatorum.

[b] sanctitatis meę, in qs

[c] vel, oē immū dum hois vel animę (LXX, q oēs immūditiam aīę tetigerit)

B

Exod. 22. d.
Eze. 44. g.

[d] eo (LXX, pp-ter ea, si pro phanauerint ea.)

[e] viro alieno

[f] puellę

[g] sanctificatio nem.

C

Oblationes quales esse debeant.

[h] ad volunta-tem vestram (Chald. iterp. vt placabile sit pro vobis. vl, ad concilian-dum vos.)

Deu. 15. d.
Eccli. 35. b.

[*] pro vobis

[i] concisa labia

D

[k] habentē mē bra nimis ma gna, aut nimis parua,

[l] concussum, & contusum, rū-ptum, excisum

immolaueritis hostiam pro gratiarum actione domino, vt possit esse
placabilis * eodem die comedetis eam, non remanebit quicquam in * vobis,
mane alterius diei. ego dominus. Custodite mādata mea, & facite ea.
ego dominus. Ne polluatis nomen meum sanctum, vt sanctificer in
medio filiorum Israel Ego dominus, qui sanctifico vos & eduxi de
terra Aegypti, vt essem vobis in deum, ego dn̄s. CAP. XXIII.

A LOcutusq; est dominus ad Moysen, dicēs, Loquere filijs Israel, &
Sabbathuz dices ad eos, Hę sunt ferię domini, quas vocabitis 'sanctas'. Sex ' conuocatio-
A diebus facietis opus: dies septimus, quia sabbathi requies est, vocabit nes sanctas (vel
sanctus. omne opus nō facietis in eo sabbathum domini est in cūctis festa sancta.)
Phase. exo. habitationibus vestris. Hę sunt ergo ferię domini sanctę. quas cele-
12. a. nume. brare debetis temporibus suis. Mense primo, quartadecima die men-
18. c. sis ad vesperum, phase domini est: & quintadecima die mensis huius
solēnitas azymoruz domini est. Septem diebus azyma comedetis. dies
primus erit vobis celeberrimus, sanctusq;: omne opus seruile non fa-
cietis in eo, sed offeretis 'sacrificium in igne' domino septem diebus. ' oblationem
B dies autem septimus erit celebrior & sanctior. nullumq; seruile opus
Primitię facietis in eo. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere fi-
messis offe- lijs Israel, & dices ad eos, Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo
rendę dn̄o. vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum primitias
messis vestrę ad sacerdotem. qui eleuabit fasciculum coram domino,
a vt acceptabile sit pro vobis, altero die sabbathi, & sanctificabit illuz.
A tq; in eodem die quo manipulus consecratur, cędetur agnus imma
culatus anniculus in holocaustum domini, & libamenta offerent cuz
eo duę decimę similę conspersę oleo in incensum domini, odoremq; ' frumū & spicā
C suauissimum: liba quoq; vini quarta pars hin. Panem, & 'polentam, tritam
Pentecoste. & pultes' non comedetis ex segete vsq; ad diem * qua offeretis ex ea * istam ipsam
deo vestro. Preceptum est sempiternum in generationibus, cunctisq; ' in crastinum
habitaculis vestris. Numerabitis ergo 'ab altero die' sabbathi i quo (vel die sequē
obtulistis manipulum primitiarum septem hebdomadas plenas, vsq; ti sabbathum)
ad alteram diem expletionis hebdomadę septimę, id est quinquagin-
ta dies: & sic offeretis sacrificium nouum domino ex omnibus habi-
taculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis similę fer-
mentatę, quos coquetis in primitias domini. Offeretisq; cuz panibus
septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento vnū,
& arietes duos, & erunt in holocaustum cum libamentis suis, in odo-
D rem suauissimum domino. Facietis & hircum pro peccato, duosq;
agnos anniculos hostias pacificorum. Cumq; eleuauerit eos sacerdos
cum panibus primitiaruz coram domino, cedent in vsum eius. Et vo-
Messis. cabitis hunc diem celeberrimum, atq; sanctissimum, omne opus ser-
5. 19. b. uile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habi-
taculis, & generationibus vestris. Postq; autem messueritis segetem
terrę vestrę, non secabitis 'eam vsq; ad solum:' nec remanentes spicas ' angulum agri
colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. ego sum domi vestri:
Festum tu- nus deus vester. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicēs, Loquere (LXX, nō pfi-
barum filijs Israel, Mense septimo, prima die mensis erit vobis sabbathum cietis reliquuz
memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur sanctum: omne opus ser- messis agri ve
uile non facietis in eo, & offeretis 'holocaustū' domino. Locutusq; stri:)
C est dominus ad Moysen, dicens, Decimo die mēsis huius septimi, dies ' oblationem
E expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisq; ani-
Dies expia- mas vestras in eo, & offeretis holocaustum domino. omne opus ser-
tionū. s. 16. uile non facietis in tempore diei huius, quia dies 'propitiationis est, ' expiatiōis ē,
g. nu. 29. b. vt propitietur vobis dominus deus vester.' Omnis anima quę affli- ad expiandū
cta non fuerit die hac, peribit de populis suis: & quę operis quippiam coram domi-
fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: le- no deo vestro.
gitimū sempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habita-

tionibus vestris, sabbathum requietionis est, & affligetis animas vestras. Die nono mensis à vespere vsq; ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra. Et locutus est dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, A quintodecimo die mensis huius septimi erunt ferię tabernaculorum septem diebus domino. dies primus vocabitur celeberrimus atq; sanctissimus. omne opus seruile non facietis in eo: & septem diebus offeretis holocausta domino. dies quoq; octauus erit celeberrimus atq; sanctissimus, & offeretis holocaustum domino: est enim ^coetus atq; collectę: omne opus seruile non facietis in ea. Hę sunt ferię domini, quas vocabitis * celeberrimas atq; sanctissimas, offeretisq; in eis oblationes domino holocausta & libamenta iuxta ritum vniuscuiusq; diei, exceptis sabbathis domini, donisq; vestris, & quę offeretis ex voto, vel quę sponte tribuetis domino. A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terrę vestrę, celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo & die octauo erit sabbathum, id est requies. Sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcherrimę, spatulasq; palmarum, & ramos ligni densarum frondiũ, & salices de torrente, & lętabimini coram domino deo vestro: celebrabitisq; solénitatem eius septem diebus per annum. legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo ^festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Aegypti. ego dñs deus vester. Locutusq; est Moyses super solennitatibus domini ad filios Israel.

F Festũ tabernaculorũ.

G

*coetus: (vel solennitas. Id est collectĩ eritis ad celebrãdã solénitaté.)

*côuocatiõis (vel solennitates)

*cum

CAPVT XXIIII.

A Cõpositio lucernarũ.

ET locutus est dominus ad Moysen, dicens, Pręcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimũ ac lucidum, ad concinnãdas lucernas iugiter. Extra velum testimonij in tabernaculo foederis, ponet eas Aaron à vespere vsq; in mane coram dño, ^cultu ritu q; perpetuo in generationibus vestris. Super candelabrum mundissimũ ponentur semper in conspectu domini. Accipies quoq; similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas: quorũ senos altrinsecus super mensam purissimã coram dño statues, & pones super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monimentum oblationis domini. Per singula sabbatha mutabuntur coram dño suscepti à filijs Israel foedere sempiterno: eruntq; Aaron & filiorũ eius, vt comedant eos in loco sancto, quia sanctum sanctorum est de sacrificijs domini iure perpetuo. Ecce autẽ egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro Aegyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cum viro Israelite. Cumq; blasphemasset nomen domini & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. Vocabatur autem mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan. Miseruntq; eum in carcerẽ, donec ^nossent quid iuberet dominus. Qui locutus est ad Moysen, dicens, Educ blasphemum extra castra, & ponant oẽs qui audierũt manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. Et ad filios Israel loqueris, Homo qui maledixerit deo suo, portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, siue ille ciuis siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Qui percusserit & occiderit hominẽ, morte moriatur. Qui percusserit animal, reddet vicarium, id est animam pro anima. Qui irrogauerit maculam cuilibet ^ciuium suorum: sicut fecit, sic fiet ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur. Qui percusserit iumentũ, reddet aliud. Qui percusserit hominem, punietur. ^Aequum iudicium sit inter vos, siue peregrinus siue ciuis peccauerit: quia ego sum domi-

*semper

P anes propositionis.

B

Blasphem' lapidatur.

*exponeretur eis

C

P œna talionis. Exod. 21.b.

D

Mat. 5.f. Exod. 21.c. Deu. 19.d.

*proximorum

*v num

A equũ iudicium.

nus deus vester. Locutusq; est Moyses ad filios Israel, & eduxerunt
eum qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Fe-
ceruntq; filij Israel sicut preceperat dominus Moysi.

CAPVT XXV.

A Locutusq; est dominus ad Moysen in monte Sinai, dicẽs, Loquere
filijs Israel, & dices ad eos, quando ingressi fueritis terram quam
ego dabo vobis, sabbatizet * sabbathum domino. Sex annis seres
agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, collígesq; fructus
eius. septimo autem anno sabbathum erit terrę requietionis domini:
agrum non seres, & vineam non putabis. Quę sponte gignet humus,
non metes: & vuas ˢprimitiarum tuarumˋ non colliges quasi vinde-
miam: annus enim requietionis terrę est. sed erunt vobis in cibus, tibi
& seruo tuo, ancillę tuę & mercennario tuo, & aduenę qui peregrina-
tur apud te: iumentis tuis & pecoribus omnia quę nascuntur, prębe-
bunt cibum. Numerabis quoq; tibi septem hebdomadas annorum,
B id est septies septem *, quę simul faciunt quadraginta nouem: & cla-
ges buccina mense septimo, decima die mensis, ˢpropitiationisˋ tem-
pore in vniuersa terra vestra. Sanctificabisq; annum quinquagesimũ,
& vocabis ˢremissionemˋ cunctis habitatoribus terrę vestrę. ipse est
enim iubileus. Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisq;
redibit ad familiam pristinam: quia iubileus est quinquagesimus an-
nus. Non seretis atq; metetis sponte in agro nascentia & ˢprimitiasˋ
vindemię non colligetis, ob sanctificationem iubilei, sed ˢstatim ob-
lataˋ comedetis. Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas.
Quãdo vendes quippiam ˢciuiˋ tuo, vel emes ab eo, ne ˢcontristesˋ fra-
trem tuum, sed iuxta numerum annorum iubilei emes ab eo, & iuxta
C supputationem frugum vendet tibi. Quãto plures anni remanserint
post iubileum, tanto crescet & pretium: quanto minus temporis nume-
raueris, tanto minoris & emptio constabit. tempus enim frugum vẽ-
det tibi. Nolite ˢaffligere contribulesˋ vestros, sed timeat vnusquisq;
deum suum, quia ego dominus deus vester. Facite precepta mea, & iu-
dicia custodite, & implete ea, vt habitare possitis in terra absq; vllo pa-
uore, & gignat vobis humus fructos suos, qbus vescamini vsq; ad sa-
turitatẽ, nullius impetum formidantes. Quòd si dixeritis, Quid come-
demus anno septimo, si non seuerimus, neq; collegerimus fruges no-
stras? Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, & faciet fructus
trium annorum: seretisq; anno octauo, & comedetis veteres fruges
D vsq; ad nonum annum: donec noua nascantur, edetis vetera. Ter-
ra quoq; non vendetur in perpetuum: quia mea est, & vos aduenę &
coloni mei estis. vnde cuncta regio possessionis vestrę sub redemptio-
nis conditione vendetur. Si attenuatus frater tuus vendiderit posses-
siunculam suam, & voluerit propinquus eius, potest redimere quod
ille vendiderat. sin autem non habuerit proximum, & ipse pretium ad
redimendum potuerit inuenire: computabuntur fructus ex eo tempo-
re quo vendidit: & quod reliquum est, reddet emptori, sicq; recipiet
possessionem suam. quòd si non inuenerit manus eius vt reddat pre-
tium, habebit emptor quod emerat vsq; ad annum iubileum. in ipso
enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad possessorem pristi-
num. Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licen-
E tiam redimendi, donec vnus impleatur annus. si non redemerit, e an-
ni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eã, & posteri eius in per-
petuum, & redimi non poterit etiam in iubileo. Sin autem in villa fue-
rit domus, quę muros non habet, agrorum iure vendetur. ˢsi antè re-
dempta non fueritˋ, in iubileo reuertetur ad dominum suum.
Aedes Leuitarum quę in vrbibus sunt, semper possunt redimi: ˢsi
redemptę non fuerintˋ, in iubileo reuertentur ad dominos, quia do-

Sabbathus terrę anno septimo.

Iubilei annus

Precepta dñi custodiẽda.

Solicitudinem de victu tolli iubet deus.

Benedictio dei.

Terrę venditio.

Domus vẽditio.

Aedium Leuiticarũ vẽditio.

* terra

ˢ separationis siue sanctificationis tuę (.i. quas tibi vt proprias separaueras. Chald. interp. quas tibi reliquisti.)

* annos

ˢ expiationis

ˢ libertatem

ˢ separationes tuas (vide supra.)

ˢ agri fructum

ˢ proximo

ˢ decipias

ˢ decipere proximos

ˢ redimi poterit,

ˢ & qui redemeri ab Leuitis, domus & vrbs possessionis suę

mus vrbium Leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel.
Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est.
* declinaue rit manus eius tecum
Si attenuatus fuerit frater tuus & *infirmus manu*, & susceperis Cu cõ qui
eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias vsu- in pauperta
ras ab eo, nec amplius quàm dedisti. time deum tuum, vt viuere pos- tem redact*
sit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad vsuram, & fru est quomo-
gum superabundantiam non exiges. Ego dominus deus vester, qui do agendū.
eduxi vos de terra Aegypti, vt darem vobis terram Chanáan, & essem
vester deus. Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, nõ F
eum opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercennarius & colo-
nus erit. vsque ad annum iubileum operabitur apud te, & postea egre-
dietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem & ad possessio-
nem patrum suorum. mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de terra
Aegypti. non veneant conditione seruorum: ne affligas eum per po-
tentiam, sed metuito deum tuum. Seruus & ancilla sint vobis de Seruus.
nationibus quę in circuitu vestro sunt. Et de aduenis qui peregrinan Ancilla.
tur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebi-
* In eis operabimini (.i. seruiet vobis.)
tis famulos, & hęreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in ęternum*. fratres autem vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam. Si inualuerit apud vos manus aduenę atque pe- G
regrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stir-
pe eius: post venditionem potest redimi. Qui voluerit ex fratribus
suis, redimet eum, & patruus, & patruelis, & consanguineus, & affi-
nis. Sin autem & ipse potuerit, redimet se, supputatis duntaxat annis
à tempore venditionis suę vsque in annum iubileum: & pecunia qua
venditus fuerat, iuxta annorum numerum & rationem mercennarij
supputata. Si plures fuerint anni qui remanent vsque ad iubileum, se-
cundum hos reddet & pretium. si pauci, ponet rationem cum eo iu-
xta annorum numerum, & reddet emptori quod reliquum est anno-
rum, quibus antè seruiuit mercedibus imputatis: non affliget eum vio
lenter in conspectu tuo. Quòd si per hęc redimi non potuerit, an-
no iubileo egredietur cum liberis suis. Mei enim sunt serui filij Israel, Serui dei,
quos eduxi de terra Aegypti. Israelitę.

CAPVT XXVI.

EGo dominus deus vester, Non facietis vobis idolum & sculptile, A
nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, Sculptilia
vt adoretis eum. ego enim sum dominus deus vester. Custodite sab- phibẽ fieri.
batha mea, & pauete ad sanctuarium meum. ego dominus. Si in pręce- Exod. 20. a.
ptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis & feceritis, Deut. 5. a.
dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, Psal. 66. b.
& pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vinde- Benedictio
miam, & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrũ seruantibus
in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacẽ in pręcepta.
finibus vestris: dormietis, & nõ erit qui exterreat. Auferam malas be- Deu. 28. a.
stias, & gladius nõ transibit terminos vestros. Persequemini inimicos Iob. 11. d.
vestros, & corruent corã vobis. persequentur quinque de vestris centum B
alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio
* multiplicare faciam vos,
in conspectu vestro. Respiciã vos, & crescere faciam: *multiplicabimi-
ni*, & firmabo pactum meum vobiscum. Comedetis vetustissima ve- 1. Cor. 6. d.
terum, & vetera nouis superuenientibus proijcietis. Ponam taberna- Maledictio
* abominabitur
culum meum in medio vestri, & non *abijciet* vos anima mea. Am- nõ seruãti-
bulabo inter vos, & ero deus vester, vosque eritis populus meus. Ego bus pręcepta.
dominus deus vester, qui eduxi vos de terra Aegyptiorũ, ne seruiretis Deu. 28. b.
eis, & qui confregi catenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti. Thren. 1. f.
Quòd si nõ audieritis me, nec feceritis oĩa mãdata mea, sed spreueri- Malac. 2. a.
* omnia
tis leges meas, & iudicia mea cõtempseritis vt nõ faciatis* ea quę à me C

constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meum, ego quoque hęc faciam vobis, Visitabo vos velociter in [a]egestate & ardore qui[b] conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Frustra sere/ tis sementem, quę ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meam con tra vos, & corruetis corā hostibus vestris, & subiiciemini his qui ode/ runt vos. fugietis nemine persequente. Si autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra, & conteram superbiam [a]duritię[b] vestrę. Daboq; vobis cęlum desuper sicut ferrum, & terram ęneam. Consumetur incassum labor vester, non
D proferet terra germen, nec arbores poma prębebunt. Si ambulaueri/ tis ex aduerso mihi, nec volueritis audire me, addā plagas vestras vsq; in septuplum propter peccata vestra: emittamq; in vos bestias agri, quę consumant vos, & pecora vestra, & ad paucitatē cuncta redigant, desertęq; fiant vię vestrę. Quòd si nec sic volueritis recipere discipli nam*, sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoq; contra vos ad/ uersus incedā, & percutiā vos septies propter peccata vestra, inducamq; super vos gladium vltorem [a]fœderis mei. Cumq; confugeritis in vr/ bes, mittam pestilentiam in medio vestri, & trademini in manibus ho stium, postquā confregero baculum panis vestri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comede/
E tis, & non saturabimini. Si autem nec per hęc audieritis me, sed am bulaueritis contra me, & ego incedam aduersus vos in furore contra/ rio, & corripiam vos septem plagis propter peccata vestra, ita vt co/ medatis carnes filiorum vestrorū & filiarum vestrarum. destruam ex/ celsa vestra, & simulachra confringam. [a]Cadetis inter[b] ruinas idolo/ rum vestrorum, & abominabitur vos anima mea, intantum vt vrbes vestras redigam in solitudines, & deserta faciam sanctuaria vestra, nec recipiam vltrà odorem suauissimum. Disperdamq; terram vestram, & stupebūt super ea inimici vestri, cum habitatores illius fuerint. Vos autem dispergam in gentes, & euaginabo post vos gladium, eritq; ter ra vestra deserta, & ciuitates vestrę dirutę. Tunc [a]placebunt terrę sab/ batha sua[b] cunctis diebus solitudinis suę: quando fueritis in terra ho/
F stili, sabbathizabit, & requiescet in sabbathis solitudinis suę, eo quòd non requieuerit in sabbathis vestris quando habitabatis in ea. Et qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorū in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij [a]volantis.[b] & ita fugient quasi gla/ dium. cadent nullo persequente, & corruent singuli super fratres suos quasi [a]bella[b] fugientes. nemo vestrum inimicis audebit resistere. Pe/ ribitis inter gentes, & hostilis vos terra consumet. Quòd si & de ijs aliqui remanserint, tabescent[a] in iniquitatibus suis,[b] in terra ini/ micorum suorum, & propter peccata patrum suorum & sua [a]affligen/ tur:[b] donec cōfiteantur iniquitates suas, & maiorum suorum, quibus pręuaricati sunt in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hostilem, [a]donec erubescat[b] incircūcisa mens eorū: tunc orabunt pro impietatibus suis.
G Et recordabor fœderis mei quod pepigi cum Iacob, & Isaac, & Abra/ ham. Terrę quoq; memor ero: quę cum relicta fuerit ab eis, [a]compla/ cebit sibi in sabbathis suis,[b] patiens solitudinē propter illos. Ipsi verò rogabunt pro peccatis suis, eo quòd abiecerint iudicia mea, & leges meas despexerint. Attamen etiam cum essent in terra hostili, non pe/ nitus abieci eos, neq; sic despexi vt consumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim sum dominus deus eorum, & re/ cordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Aegypti in conspectu gentium, vt essem deus eorum. ego dominus deus. Hęc sunt iudicia atq; pręcepta & leges, quas dedit dominus inter se & inter fi/ lios Israel in monte Sinai per manū Moysi.

Confessio peccati, & pro eodem oratio.

Promissio/ nis suę me/ mor iacus, parcit po/ pulo pœnitēti peccatum.

[a] terrore & tre/ more, & febre, quę

[a] vel, fortitudi nis

* ā me

[a] (.i. q vlciscetur fœdus me/ um. Alij legūt vltionis.)

[a] Ponā cadaue ra vestra sup

[a] perficiet terra sabbatha sua

[a] Impulsi,

[a] gladium

[a] propter iniq tates suas,

[a] liquefient:

[a] vel, tunc hu miliabit se

[a] perfecit sab/ batha sua,

CAPUT XXVII.

L Ocutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere filiis Israel, & A
De variis
ᵃ pmutare vo Laices ad eos, Homo qui ᵃvotum fecerit & spoponderit deo animā votis, & re/
fuerit votum suam, sub ęstimatione dabit pretium.ˋ Si fuerit masculus a vicesimo demptione
fm ęstimatio/ anno vsq ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti corūdem.
nē aiap dn̄o: ad mensuram sanctuarij: si mulier, triginta. A quinto autē anno vsq
ad vicesimum, masculus dabit viginti siclos: fœmina decem. Ab vno
mense vsq ad annum quintum, pro masculo dabuntur quinque sicli:
pro fœmina tres. Sexagenarius & vltrà masculus dabit quindecim si/
clos: fœmina decem. Si pauper fuerit, & ęstimationem reddere nō va/
lebit, stabit coram sacerdote: & quātum ille ęstimauerit & viderit eum
posse reddere, tantum dabit. Animal autē quod immolari potest dn̄o,
ᵃ bonū pro ma si quis vouerit domino, sanctum erit, & mutari non poterit, ᵃid est nec
lo, vel malum melius malo, nec peius bono.ˋ quòd si mutauerit: & ipsum quod mu B
pro bono. tatum est, & illud pro quo mutatum est, cōsecratum erit domino. Ani
mal immundum quod immolari domino non potest, si quis vouerit,
adducetur ante sacerdotem: qui dijudicans vtrum bonum an malum
ᵃsecundū ęsti/ sit, statuet pretiū*. q si redimere voluerit is qui offert, addet super ęsti/
mationē sacer/ mationem quintā partem. Homo si vouerit domū suam, & sanctifica
dotis sic erit. uerit domino, consyderabit eam sacerdos vtrum bona an mala sit, &
iuxta pretium quod ab eo fuerit constitutum, venūdabitur. sin autem
ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintas partem ęstima
tionis supra, & habebit domum. Quòd si ᵃagrum possessionis suę
ᵃpartem agri vouerit, & consecrauerit domino: iuxta mensuram sementis ęstimabi/
tur pretium. si ᵃtriginta modijsˋ hordei seritur terra, quinquaginta si/
ᵃcoro (vel go/ clis venundetur argenti. Si statim ab anno incipientis iubilei vouerit
mer) agrum, quāto valere potest, tanto ęstimabitur. sin autem post ᵃaliquā/
ᵃ Iubileum, tulum temporis,ˋ supputabit sacerdos pecuniam iuxta annorum qui
reliqui sunt numerus vsq ad iubileum, & detrahetur ex pretio. Quòd
si voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam partem
ęstimatę pecunię, & possidebit eum. Sin autem noluerit redimere, sed
ᵃ nō redimetur alteri cuilibet fuerit venundatus, ᵃvltrà eum qui vouerat, redimere
amplius: non poterit:ˋ quia cum iubilei venerit dies, sanctificatus erit domi/
ᵃsicut ager ana no, & ᵃpossessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum.ˋ Si ager em/
thematis, sacer ptus est, & non de possessione maiorum, sanctificatus fuerit domino:
dotis erit pos/ supputabit sacerdos iuxta annorum numerum vsq ad iubileum, pre/
sessio. tium: & dabit* ᵃille qui vouerat eum,ˋ domino. in iubileo autem re/
* ęstimationes uertetur ad priorem dominum qui vendiderat eum, & habuerat in
in die ipsa sortem possessionis suę. Omnis ęstimatio siclo sanctuarij pondera/
ᵃsanctitatem bitur. Siclus viginti obolos habet. Primogenita quę ad deum per/
tinent, nemo sanctificare poterit & vouere, siue bos siue ouis fuerit: D
domini sunt. Quòd si immundum est animal, redimet qui obtulit iu/ Exo.30. b.
xta ęstimationem suam, & addet quintam partem pretij. si redimere Nume.3.g.
noluerit, vendetur alteri quanticunq; fuerit antè ęstimatum. Omne Ezec.45.d.
quod domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, nō
veniet, nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratū, sanctum
sanctorum erit domino. Et omnis consecratio quę offertur ab homi/
ne, non redimetur, sed morte morietur. Omnes decimę terrę siue de Decimę.
pomis arborum siue de frugibus, domini sunt, & illi sanctificantur. Si
quis autem voluerit redimere decimas suas, addet quintam partē ea/
rum. Omnium decimarum bouis & ouis & caprę, quę sub pastoris vir
ga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur domino. Nō
ᵃ quęret, bonū ᵃeligetur nec bonum nec malum,ˋ nec altero commutabitur. si quis
ne an malum. mutauerit: & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctifica/
bitur domino, & non redimetur. Hęc sunt pręcepta quę mandauit do
minus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

LIBER NVMERI, HEBRAICE VAIEDABBER.



A OCVTVSQVE est dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Aegypto, dicens, Tollite summam vniuersę congregationis filiorũ Israel per cognationes & domos suas, & nomina singulorum quicquid sexus est masculini à vicesimo anno & supra, omnium[a] virorum fortium ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas, tu & Aaron. Eruntq; vobiscum principes tribuũ

Iubentur numerari ad pugnã apti. Exo. 30. b.

[a]egredientium ad pugnam in

ac domorum in cognationibus suis, quorum ista sunt nomina, De tribu Ruben, Elisur filius Sedeur. de tribu Simeon, Salamiel filius Surisaddai. de tribu Iuda, Naasson filius Aminadab. de tribu Issachar, Nathanael filius Suar. de tribu Zabulon, Eliab filius Helon. Filiorũ autem Ioseph, de tribu Ephráim, Elisama filius Ammiud. de tribu Ma-
B nasse, Gamaliel filius Phadassur. de tribu Beniamin, Abidan filius Gedeonis. de tribu Dan, Ahiézer filius Ammisaddai. de tribu Aser, Phegiel filius Ochran. de tribu Gad, Eliasaph filius Duel. de tribu Nephthali, Ahira filius Enan. Hi nobilissimi[b] principes multitudinis[c] per tribus & cognationes suas & capita[d] exercitus Israel: quos tulerunt Moyses & Aaron cum omni vulgi multitudine, & cõgregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes & domos ac familias & capita & nomina singulorum à vicesimo anno & supra, sicut pręceperat dominus Moysi. Numeratiq; sunt in deserto Sinai. De Ruben primogenito Israelis per generationes & familias ac domos suas, & nomina capitum singulorum omne quod sexus est masculini à vicesimo anno & supra, procedentium ad bellum quadra-
C ginta sex millia quingenti. De filijs Simeon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina & capita singulorum omne quod sexus est masculini à vicesimo anno & supra, procedentium ad bellum quinquagintanouem millia trecenti.

[b]multitudinis
principes
[c]millium

De filijs Gad per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & supra, omnes qui ad bella procederent, quadragintaquinq; millia sexcenti quinquaginta. De filijs Iuda per generationes & familias ac domos cognationũ suarum per nomina singulorũ à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, recensiti sunt septuagintaquatuor millia sexcenti. De filijs Issachar per generationes &
D familias ac domos cognationum suarum per nomina singulorum à vicesimo anno & supra, omnes qui ad bella procederent, recẽsiti sunt quinquagintaquatuor millia quadringenti. De filijs Zabulon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recẽsiti sunt per nomina singulorum à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, quinquagintaseptem millia quadringẽti. De filijs Ioseph filiorũ Ephráim per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, quadraginta millia quingenti. Porro filiorum Manasse per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina sin-
E gulorum à viginti annis & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, trigintaduo millia ducenti. De filijs Beniamin per generatio-

nes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, triginta quinq; millia quadringenti. De filijs Dan per generationes & familias ac domos cognationũ suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, sexagintaduo millia septingenti. De filijs Aser per generationes & familias ac domos cognationũ suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad bella procedere, quadraginta millia & mille quingẽti. F

De filijs Nephthali per generationes & familias ac domos cognationum suarũ recensiti sunt nominibus singulorum à vicesimo anno & supra, omnes qui poterãt ad bella procedere, quinquagintatria millia quadringenti. Hi sunt quos numerauerunt Moyses & Aaron & duodecim principes Israel, singulos per domos cognationũ suarum. Fueruntq; omnes filij Israel per domos & familias suas à vicesimo anno & supra, qui poterant ad bella procedere sexcentatria millia virorum quingenti quinquaginta. Leuitę autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis. Locutusq; est dñs ad Moysen, dicens, Tribum Leui noli numerare, neq; pones summã eorum cum filijs Israel: sed constitues eos super tabernaculum testimonij, & cuncta vasa eius, & quicquid ad [a] ceremonias [a] pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum & omnia vtensilia eius: & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Cum proficiscẽdum fuerit, deponent Leuitę tabernaculum: cum castrametandũ, erigent. quisquis externorũ accesserit, occidetur. Metabũtur autem castra filij Israel vnusquisq; per turmas & [b] cuneos [b] atq; exercitum suum. Porrò Leuitę per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, & excubabũt [c] in custodijs tabernaculi testimonij. Fecerũt ergo filij Israel iuxta omnia quę pręceperat dñs Moysi.

G — Tribus Leui cõstituta super tabernaculum.

[a] ipsum
[b] vexilla sua
[c] Leuitę

CAP. II.

A — Ordinãtur stationes castrorũ, recẽsitis familiarũ principibus.

Locutusq; est dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Singuli per turmas, signa atq; vexilla & domos cognationum suarum castrametabuntur filij Israel per gyrum tabernaculi fœderis. Ad orientẽ Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui: eritq; princeps filiorũ eius Naasson filius Aminadab. & [a] omnis de stirpe eius summa pugnantium, [a] septuagintaquatuor millia sexcenti. Iuxta eum [b] castrametati [b] sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar. & omnis numerus pugnatorũ eius, quinquagintaquatuor millia quadringẽti. In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon. omnisq; [c] de stirpe eius [c] exercitus pugnatorũ, quinquagintaseptem millia quadringenti. Vniuersi qui in castris Iudę annumerati sunt, fuerunt centum octogintasex millia quadringenti per turmas suas: primi egredientur. In castris filiorum Ruben ad meridianam plagam erit princeps Elisur filius Sedeur. & cunctus exercitus pugnatorũ eius qui numerati sunt, quadragintasex millia quingenti. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeon: cuius princeps fuit Salamiel filius Surisaddai. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quinquaginta nouem millia trecẽti. In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadragintaquinque millia sexcenti quinquaginta. Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per turmas suas, in secundo loco proficiscentur. [d] Leuabitur [d] autem tabernaculum testimonij [e] per officia leuitarum [e] & turmas eorum. quomodo [f] erigetur, [f] ita & [g] deponetur. [g] Singuli per loca & ordines suos proficiscentur. Ad occidentalem plagam erũt castra filiorum Ephraim, quorum princeps erit Elisama filius Ammiud. cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quadraginta

B
C

[a] exercitus ei[us], & numerus eorum
[b] castrametabuntur & infra
[c] numerus
[d] Proficiscetur & castra leuitarum in medio castrorũ.
[f] castrametabuntur,
[g] proficiscetur.

millia quingenti. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. cunctusq; exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, trigintaduo millia ducenti. In tribu filiorum Beniamin princeps fuit Abidan fili⁹ Gedeonis & cunctus exercitus pugnatorum eius, qui recensiti sunt, trigintaquinque millia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo millia centum per turmas suas: tertij proficiscentur. Ad aquilonis partem castrametati sunt filij Dan: quorum princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai. cunctisq; exercitus pugnatorũ eius qui numerati sunt, sexaginta duo millia septingenti. Iuxta eum fixere tentoria de tribu

D Aser, quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran. cunctusq; exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia & mille quingenti. De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. cunctus exercitus pugnatorum eius, quinquagintatria millia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti: & nouissimi proficiscentur. Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarum & turmas diuisi exercitus sexcentatria millia quingenti quinquaginta. Leuitę autem non sunt numerati inter filios Israel: sic enim pręceperat dominus Moysi. Feceruntq; filij Israel iuxta omnia quę mandauerat dominus. Castrametati sunt p turmas suas, & pfecti per familias ac domos patrum suorum.

CAPVT III.

A Filij Aarõ. Exod. 6. d. HAe sunt generationes Aaron & Moysi in die qua locutus est dominus ad Moysen in monte Sinai. Et hęc nomina filiorum Aaron, Primogenitus eius Nadab, deinde Abiu & Eleazar & Ithamar. Hęc nomina filiorum Aaron sacerdotum qui vncti sunt, & quorum replete & consecratę manus vt sacerdotio fungerent. Mortui sunt enim Nadab & Abiu cum offerrent ignem alienum in conspectu domini

Leuit. 10. a. 1. par. 24. a. in deserto Sinai, absq; liberis: functiq; sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens. Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent ei, & excubent & obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, & custodiant vasa taber-

B Leuitis dat administratio sacrorũ. naculi, seruientes in ministerio eius. Dabisq; dono Leuitas Aaron & filijs eius, quibus traditi sunt á filijs Israel. Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotij. Externus qui ad ministrandum accesserit, morietur. Locutusq; est dominus ad Moysen dicens. Ego tuli Leuitas á filijs Israel pro omni primogenito qui aperit vuluam in filijs Israel, eruntq; leuitę mei. Meum est enim omne primogenitum

Exod. 13. a. *ex quo percussi primogenita in terra Aegypti. sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israel ab homine vsque ad pecus, mei sunt: * à die qua

C ego dominus. Locutusq; est dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens, Numera filios Leui per domos patrum suorum & familias, omnem masculum ab vno mense & suprà. Numerauit Moyses vt pręceperat dominus, & inuenti sunt filij Leui per nomina sua, Gerson &

Leuitę numerantur. Exod. 6. c. Caath & Merari. Filij Gerson*: Lobni, & Semei. Filij Caath: Amrã, Iesaar, Hebron, & Oziel. Filij Merari: Moholi, & Musi. De Gerson fuere familię duę, Lobnitica, & Semeitica: quarum numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & suprà, septẽ millia quingentorũ. * per familias suas:

Hi post tabernaculum metabuntur ad occidentem sub principe Heliasaph filio Lael. *Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis, ipsum tabernaculum & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrij: tentorium quoque quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia vtensilia eius. Cognatio Caath habebit populos Amramitas & Iesaaritas & Hebronitas & Ozielitas, *Hi leuiti custodient

D Leuitarũ functio.

Hę ſunt familię Caathitarum, recenſitę per nomina ſua: omnes gene-
ris maſculini ab vno menſe & ſuprà, octo millia ſexcenti. habebunt ex-
cubias ſanctuarij, & caſtrametabuntur ad meridianam plagam. Prin-
cepsq; eorum erit Eliſaphan filius Oziel. & cuſtodient arcam, men-
ſamq; & candelabrum, altaria & vaſa ſanctuarij, in quibus miniſtra-
tur, & velum, cunctamq; huiuſcemodi ſuppellectilem. Princeps autem E
principum leuitarum Eleazar filius Aaron ſacerdotis erit ſuper excu-
bitores cuſtodię ſanctuarij. At vero de Merari erunt populi Moholi-
tę & Muſitę recenſiti per nomina ſua omnes generis maſculini ab
vno menſe & ſupra, ſex millia ducenti. Princeps eorum Suriel filius
Abihaiel: in plaga ſeptentrionali caſtrametabuntur. Erunt ſub cuſto-
dia eorum tabulę tabernaculi & vectes, & columnę ac baſes earum, &
omnia quę ad cultum huiuſcemodi pertinent: columnęq; atrij per cir-
cuitum cum baſibus ſuis, & paxilli cum funibus. Caſtrametabuntur an-
te tabernaculum fœderis, id eſt ad orientalem plagam, Moyſes & Aa-
ron cum filijs ſuis, habentes cuſtodiam ſanctuarij in medio filiorum F
Iſrael. quiſquis alienus acceſſerit, morietur. Omnes leuitę quos nume- Leuitarum
rauerunt Moyſes & Aaron iuxta [a]preceptũ domini) per familias ſuas numerus.
[a] verbũ quod preceperat dominus
in genere maſculino à menſe vno & ſupra, fuerunt vigintiduo mil-
lia. Et ait dominus ad Moyſen, Numera primogenitos ſexus maſcu- Leuitę lo-
lini de filijs Iſrael ab vno menſe & ſupra, & [b]habebis) ſummam eorũ. co primo-
[b] cape
Tollesq; leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Iſrael, ego genitorum Iſ-
ſum dominus: & pecora eorum pro vniuerſis primogenitis pecorum rael, dei ſũt
filiorum Iſrael. Recenſuit Moyſes ſicut preceperat dominus primo-
genitos filiorum Iſrael. & fuerunt maſculi per nomina ſua à menſe
vno & ſuprà, vigintiduo millia ducenti ſeptuaginta tres. Locutusq; Priogeniti
eſt dominus ad Moyſen, dicens, Tolle leuitas pro primogenitis filio- G exce-
rum Iſrael, & pecora leuitarum pro pecoribus eorum: eruntq; leuitę dẽtes nũe-
mei. Ego ſum dominus. [c]In pretio autem) ducentorum ſeptuaginta- rũ leuitarum
[c] Pretiũ autẽ redemptionis
trium qui excedunt numerum leuitarum de primogenitis filiorum quinq; ſiclis,
Iſrael, accipies quinq; ſiclos per ſingula capita ad menſuram ſanctua- ſinguli re-
rij. Siclus habet viginti obolos. Dabisq; pecuniam Aaron & filijs eius dempti.
[d] redemptionẽ
pretium eorum qui ſuprà ſunt. Tulit igitur Moyſes [d]pecuniam) eorũ Exod. 30.b
qui fuerãt amplius & quos redemerat à leuitis pro primogenitis filio- Leui. 27.c.
rum Iſrael, mille trecentorum ſexagintaquinq; ſiclorum iuxta pon- Eze. 45.d.
dus ſanctuarij, & dedit eam Aaron & filijs eius iuxta verbum quod
preceperat ſibi dominus.

CAPVT IIII. A

Locutusq; eſt dominus ad Moyſen & Aaron, dicens, Tolle ſum- Officia Le-
mam filiorum Caath de medio leuitarum per domos & familias uitarum, iuxta
ſuas à triceſimo anno & ſupra vſque ad quinquageſimum annum cuiuſq; fa-
omnium qui ingrediuntur vt ſtent & miniſtrent in tabernaculo fœde- miliam.
[e] Hoc eſt opus
ris. [e]Hic eſt cultus) filiorum Caath, Tabernaculum fœderis & ſanctũ Officium
ſanctorum ingredientur Aaron & filij eius, quando mouenda ſunt ca- Caathitarum.
ſtra, & deponent velum quod pendet ante fores, inuoluentq; eo arcã
[f] taxorum
teſtimonij, & operient rurſum velamine [f]ianthinarum) pellium, exten-
dentq; deſuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes. Mẽ-
[g] panum
ſam quoq; [g]propoſitionis inuoluent Hyacinthino pallio, & ponent cũ
[h] ſcutellas & cochlearia
ea [h]thuribula & mortariola,) cyathos & crateras ad liba fundenda: pa-
nes ſemper in ea erunt. extendentq; [i]deſuper) pallium coccineũ, quod
[i] ſuper eam
rurſum operient velamento [k]ianthinarum) pellium, & inducent ve-
[k] taxorum
[l] infra
ctes. Sument & pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cũ
lucernis & forcipibus ſuis & emunctorijs & cunctis vaſis olei, quę ad cõ-
cinnandas lucernas neceſſaria ſunt. & ſuper omnia ponent operimen-
tum ianthinarum pellium, & inducent vectes. Necnon & altare au-
reum inuoluent hyacinthino veſtimento, & extendent deſuper operi-
mentum ianthinarum pellium, inducentq; vectes. Omnia vaſa qui-

B bus ministratur in sanctuario inuoluent hyacinthino pallio, & extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, inducentq; vectes. Sed & altare mundabit cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento, ponentq; cum eo omnia vasa quibus in ministerio eius vtuntur, id est ignium receptacula, fuscinulas ac tridentes, vncinos & batilla. Cuncta vasa altaris operient simul velamine ianthinarum pellium, & inducent vectes. Cumq; inuoluerint Aaron & filij eius sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta: & non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur. Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis. Super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas & compositionis incensum & sacrificium quod semp offertur, & oleum vnctionis. & quicquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniumq; vasorum quę in sanctuario sunt. Locutusq; est dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Nolite perdere populum Caath de medio leuitarum: sed hoc facite eis, vt viuant & non moriantur, si tetigerint sancta sanctorum. Aaron & filij eius intrabunt, ipsiq; disponent opera singulorum, & diuident quid portare quis debeat. Alij nulla curiositate videant quę sunt in sanctuario

altaris cinere, ... scopas & craterас. ... dum castra profisci parabunt ... accesserint ad ... Alij non ingredientur vt videant quę operis sanctuarij

Officium Gersonitarum.

C priusquam inuoluantur, alioquin morientur. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias & cognationes suas à triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta. Numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis. Hoc est officium familię Gersonitarum, vt portent cortinas tabernaculi & tectum fœderis operimentum aliud, & super omnia velamen ianthinum, tentoriumq; quod pendet in introitu tabernaculi fœderis, cortinas atrij, & velum in introitu quod est ante tabernaculum. Omnia quę ad altare pertinent funiculos & vasa ministerij, iubente Aaron & filijs eius, portabunt filij Gerson: & scient singuli cui debeant oneri mancipari. Hic est cultus familię Gersonitarum in tabernaculo fœderis. eruntq; sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Filios quoq; Merari per familias & domos patrum suorum recensebis à triginta annis & supra, vsq; ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui & cultum fœderis testimonij. Hęc sunt onera eorum, Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, columnas ac bases earum, columnas quoque atrij per circuitum cum basibus & paxillis & funibus suis. Omnia vasa & supellectilem ad numerum accipient, sicq; portabunt. hoc est officium familię Meraritarum & ministerium in tabernaculo fœderis: eruntq; sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Recensuerunt igi

Hoc opus

Officia Meraritarum.

vt faciat opus tabernaculi

D tur Moyses & Aaron & principes synagogę filios Caath per cognationes & domos patrum suorum à triginta annis & supra, vsq; ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis: & inuenti sunt duo millia septingenti quinquaginta. Hic est numerus populi Caath qui intrant tabernaculum fœderis: hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonem domini per manum Moysi. Numerati sunt & filij Gerson per cognationes, & domos patrum suorum à triginta annis & supra, vsq; ad quinquagesimum annum omnes qui ingrediuntur vt ministrent in tabernaculo fœderis: & inuenti sunt duo millia sexcenti triginta. hic est populus Gersonitarum quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta verbum domini. Numerati sunt & filij Merari per cognationes & domos patrũ suorum à triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis: & inuenti sunt tria millia ducenti. hic est numerus filiorum Merari, quos recensuerunt Moyses & Aaron iuxta imperium domini per manum Moy

operantur in tabernaculo

si. Omnes qui recensiti sunt de Leuitis, & quos recenseri fecit ad nomen Moyses & Aaron, ᵉ principes Israel per cognationes, & domos patrum suorum à triginta annis ᵉ supra, vsq; ad annum quinquagesimum ingredientes ad ministerium tabernaculi, ᵉ onera portanda, fuerunt simul octo millia quingenti octoginta. Iuxta verbum domini recensuit eos Moyses, vnumquemq; iuxta officium, & onera sua, sicut preceperat ei dominus.

CAPVT V.

Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Precipe filijs Israel vt ejiciant de castris omnẽ leprosum, & qui semine fluuit, pollutusq; est super mortuo: tam masculum quàm fœminam ejicite de castris, ne contaminent ea, cum habitauerint vobiscum. Feceruntq; ita filij Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat dominus Moysi. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad filios Israel, Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis quę solent hominibus accidere, ᵉ per negligentiam transgressi fuerint mandatum domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamq; partem desuper ei in quem peccauerit. Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt domino, & erit sacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia. Omnes quoq; primitię quas offerunt filij Israel, ad sacerdotem pertinent: & quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Vir cuius vxor errauerit, maritumq; contemnens dormierit cum altero viro, ᵉ hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, ᵉ testibus argui nõ potest, quia non est inuenta in stupro: si spiritus zelotypię concitauerit virum contra vxorem suam, quę vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur: adducet eam ad sacerdotem, ᵉ offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinę hordeacę. non fundet super eam oleum, nec imponet thus: quia sacrificium zelotypię est, ᵉ oblatio inuestigans adulterium. Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram domino, assumetq; aquam sanctam in vase fictili, ᵉ pauxillum terrę de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumq; steterit mulier in conspectu domini, discooperiet caput eius, ᵉ ponet super manus illius sacrificium recordationis, ᵉ oblationem zelotypię: ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit, adiurabitq; eam, ᵉ dicet, Si non dormiuit vir alienus tecum, ᵉ si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquę istę amarissimę, in quas maledicta congessi. Sin autem declinasti à viro tuo, atque polluta es, ᵉ concubuisti cum altero viro: his maledictionibus subiacebis, Det te dominus in maledictionem, exemplumq; cunctorum in populo suo. putrescere faciat femur tuum, ᵉ tumens vterus tuus disrumpatur. ingrediantur aquę maledictę in ventrem tuum, ᵉ vtero tumescente putrescat femur. Et respondebit mulier, Amen amen. Scribetq; sacerdos in libello ista maledicta, ᵉ delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, ᵉ dabit ei bibere. Quas cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypię, & elevabit illud coram domino, imponetq; illud super altare: ita duntaxat vt prius, pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur, ᵉ incendat super altare: ᵉ sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, ᵉ contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aquę maledictionis, & inflato ventre computrescet femur. eritq; mulier in maledictionem, ᵉ in exemplum omni populo. Quòd si polluta non fuerit, erit innoxia, ᵉ faciet liberos. Ista est lex zelotypię. Si declinauerit mulier à viro suo, ᵉ si polluta fuerit, maritusq; zelotypię spiritu concitatus, adduxerit eam in conspectum

A Qui è castris ejiciendi.

Expiatio trasgressionis.

Confessio peccati.

B Lex primitiarum.

Lex zelotypię.

C

D

ᵉi quo ī medio ego habito.
ᵉ conuertet pctm̃ suũ in caput illius (.i. reuerti faciet rẽ in suũ locũ, ᵉ ad possessorẽ suũ, ᵉ ad eũ in quem peccauerat.
LXX, ᵉ restituet pctm̃ suũ ipsam summã. Alij sic, expiabunt pctm̃ suũ eũ summa vel sorte eius)
ᵉ redimẽs vt restituat delictũ ei, delictum restituitur
ᵉ quo ipse diliatur. (vel expiatur.)
ᵉ oblationes
ᵉ coitu semis
ᵉ memorię memorãtis iniquitatẽ. LXX, memoratiõis, cõmemorãs pctm̃
ᵉ pulueris
ᵉ mulieris,
ᵉ sacerdos
ᵉ maledictas: (vel, deficere facientes)
ᵉ mũda esto ab aq̃ ista amara, maledicta (vel dẽficerẽ faciẽtes)
ᵉ ᵉ adiurabit eã sacerdos adiuratiõe maledictiõis: dicetq; ad eam,
ᵉ ᵉ adiurationẽ (vel imprecationẽ. s. hoies dicãt, det tibi deus sicut illi)
ᵉ crepãte cadat
ᵉ crepabit vter' eius, ᵉ cadet
ᵉ sed mũda: innocens erit,

domini,& fecerit ei sacerdos iuxta omnia quę scripta sunt, maritus absq; culpa erit, e illa recipiet iniquitatem suam. CAPVT VI.

A LOcutusq; est dominus ad Moysen,dicēs,Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Vir siue mulier cum fecerint votum ᵃvt sanctificētur,ᵃ e se voluerint domino ᵇconsecrare,ᵇ à vino,& omni quod inebriare potest, ᶜabstinebunt.ᶜ Acetum ex vino,e ex qualibet alia potione,& quicquid de vua ᵈexprimitur,ᵈ non bibent: vuas recentes siccasq; non comedent cunctis diebus quibus ex voto domino consecrātur: quicquid ex vinea esse potest,ab ᵉvua passa vsq; ad acinum,ᵉ non comedent. Omni tempore separationis suę nouacula non transibit super caput eius vsq; ad completum diem quo domino consecratur. Sā-

B ctus erit,crescente cęsarie capitis eius. Omni tempore consecrationis suę super mortuum non ingredietur,nec super patris quidem & matris & fratris sororisq; funere contaminabitur,quia cōsecratio dei sui super caput eius est. Omnibus diebus separationis suę sanctus erit domino. Si autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo,ᶠ polluetur caput consecrationis eius: quod radet ilico in eadem die purgationis suę, e rursum septima. in octaua autem die offeret duos turtures,vel duos pullos columbę sacerdoti in introitu fœderis testimonij: facietq; sacerdos vnum pro peccato,& alterum in holocaustū,& ᵍdeprecabitur pro eo,ᵍ quia peccauit super mortuo: sanctificabitq; caput eius in die illo,& consecrabit domino dies separationis illius, offerēs

C agnum anniculum pro peccato: ita tamen vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio eius. Ista est lex ʰconsecrationis,ʰ Cum dies ⁱquos ex voto decreuerat,ⁱ complebuntur: adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis,& offeret oblationem eius domino, agnū anniculum immaculatum in holocaustum, & ouem anniculam immaculatam pro peccato,& arietem immaculatum,hostiam pacificam, canistrum quoq; panum azymorum,qui conspersi sint oleo, & lagana absq; fermento vncta oleo,ac *libamina singulorum: quę offeret sacerdos coram domino,& faciet tam pro peccato,quàm in holocaustum. Arietem verò immolabit hostiam pacificam domino, offerens

D simul canistrum azymorum,& libamenta quę ex more debentur. Tūc radetur nazaręus ad ostium tabernaculi fœderis ᵏcęsarie consecrationis suę:ᵏ tolletq; capillos eius,& ponet super ignem,qui est suppositus sacrificio pacificorum. Et *armum coctum arietis,tortamq; absq; fermento vnam de canistro,& laganum azymum vnum,& tradet in manus nazaręi,postquam rasum fuerit caput *eius. Susceptaq; rursum ab eo,eleuabit in conspectu domini: & sanctificata, sacerdotis erunt, ˡsicut pectusculum quod separari iussum est,& femur:ˡ post hęc potest bibere nazaręus vinum. Ista est lex nazaręi,cum vouerit oblationem suam domino ᵐtempore cōsecrationis suę,ᵐ exceptis his quę ⁿinuenerit manus eius:ⁿ iuxta quod mente deuouerat,ita faciet ad perfe-

E ctionem sanctificationis suę. Locutusq; est dominus ad Moysen,dicens, Loquere Aaron e filijs eius,Sic benedicetis filijs Israel,e dicetis eis,Benedicat tibi dominus,e custodiat te. Ostendat dominus faciem suam tibi,e misereatur tui. ᵒConuertat dominus vultum suum ad te,ᵒ & det tibi pacem ᵖInuocabuntq;ᵖ nomen meum super filios Israel,& ego benedicam eis.

A CAPVT VII.

FActum est autem in die qua compleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud: vnxitq; e sanctificauit cum omnibus vasis suis, altare similiter e omnia vasa eius. Obtulerunt principes Israel e capita familiarum quę erant per singulas tribus,prefecti eorum qui numerati fuerant,munera coram domino sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Vnum plaustrum obtulere duo duces,e vnum bouem singuli, obtuleruntq; ea in conspectu tabernaculi. Ait autem dominus ad Moysen,

Left margin notes: Lex cōsecratorum,siue nazaręorum. — Bndicendi populi modus. — Eccli.36.c. — Exod.40.b — Oblationes singulorum ducum pp̄li Israelitici,i dedicatiōe tabernaculi.

Right margin notes: ᵃ Nazaręi ᵇ separare ᶜ separabūt se ᵈ vel madefactum est ᵉ acino vuę, vsq; ad corticem (vel, folliculum) ᶠ iuxta eum ᵍ expiabit eū, ʰ Nazaręi, ⁱ nazaręat sui * oblationē e ᵏ caput nazaręatus sui: * capiet sacerdos * nazarętus ˡ tā pectus eleuatū (siue oblatū) quàm armus. ᵐ pro nazarętu suo, ⁿ .i. q̄ poterit offerre. nā nō phibetur à lege plura offerre si poterit) ᵒ vł,eleuet dn̄s faciē suā ad te (Chald. iterp. Auferat dn̄s irā suā à te) ᵖ Ponentq;

sen, Suscipe ab eis vt seruiant in ministerio tabernaculi, ⁊ trades ea Leuitis iuxta ordinem ministerij sui. Itaq; cum suscepisset Moyses plaustra, ⁊ boues, tradidit ea Leuitis. Duo plaustra ⁊ quatuor boues dedit filijs Gerson, iuxta id quod habebant necessarium. quatuor alia plaustra, ⁊ octo boues dedit filijs Merari secundũ ᵃofficia & cultum suũ,ᵃ sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. filijs autem Caath non dedit plaustra ⁊ boues: quia in sanctuario seruiunt, ⁊ onera proprijs portant humeris. Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua vnctum est, oblationem suã ante altare. Dixitq; dominus ad Moysen, Singuli duces per singulos dies offerant ᵇmuneraᵇ in dedicationẽ altaris. Primo die obtulit oblationem suam Naasson filius Aminadab de tribu Iuda: fueruntq; in ea ᶜacetabulumᶜ argenteum pondo centum triginta siclorum, phiala argentea habens septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarij, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: ᵈmortariolumᵈ ex decem ᵉsiclisᵉ aureis plenuz incenso: ᶠbouem de armento,ᶠ ⁊ arietem, ⁊ agnum anniculum in holocaustum: hircumq; pro peccato: ⁊ in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinq, hircos quinq, agnos anniculos qnq. hęc est oblatio Naasson filij Aminadab. Secundo die obtulit Nathanael filius Suar dux de tribu Issachar, acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, iuxta pondus sanctuarij, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium. mortariolum aureum habens decem siclos plenum incenso: bouem de armento ⁊ arietem, ⁊ agnum anniculum in holocaustum: hircumq; pro peccato: & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinq, agnos anniculos qnq. hęc fuit oblatio Nathanael filij Suar.

ᵃ opus suũ (vel quod habebãt necessarium)

ᵇ oblationem suam

ᶜ scutella vna ⁊ infra

ᵈ cochleare vnum ⁊ infra

ᵉ siclis ⁊ infra

ᶠ vitulum vnũ de bobus ⁊ infra

Oblatio Naasson.

B

Nathanael is oblatio.

Tertio die princeps filiorum Zabulon Eliab filius Helon, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argẽteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso bouem de armento, ⁊ arietem, & agnũ anniculũ in holocaustũ: hircũq; pro peccato: ⁊ in sacrificio pacificoꝝ boues duos, arietes quinq, hircos qnq, agnos anniculos qnq. hęc est oblatio Eliab filij Helon. Die quarto princeps filiorum Ruben, Elisur filius Sedeur obtulit acetabulũ argenteũ appendens centuз triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento, ⁊ arietem, ⁊ agnum anniculum in holocaustum: hircumq; pro peccato: ⁊ in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq, hircos quinq, agnos anniculos quinq. hęc fuit oblatio Elisur filij Sedeur. Die quinto princeps filiorum Simeon Salamiel filius Surisaddai, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento, ⁊ arietem, ⁊ agnum anniculum in holocaustum: hircumq; pro peccato: ⁊ in hostias pacificorum boues duos, arietes quinq, hircos quinq, agnos anniculos quinq. hęc fuit oblatio Salamiel filij Surisaddai. Die sexto princeps filiorum Gad Eliasaph filius Duel, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolũ aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento, ⁊ arietem, ⁊ agnum anniculum in holocaustum: hircumq; pro peccato: ⁊ in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos

C

Oblatio Eliab.

Oblatio Elisur.

D

Oblatio Salamiel.

Eliasaph.

quinq;,agnos anniculos quinq;.hęc fuit oblatio Elisaph filij Duel.
Elisama. Die septimo princeps filiorum Ephraim Elisama filius Ammiud,
obtulit acetabulum argenteum appendens centũ triginta siclos,phia
lam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij,
vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium:mortariolũ au-
reum appendens decem siclos plenum incenso:bouem de armento,&
arietem,& agnum anniculum in holocaustũ:hircumq; pro peccato:&
in hostias pacificorum,boues duos,arietes qnq;,hircos qnq;,agnos anni
Gamaliel. culos qnq;.hęc fuit oblatio Elisama filij Ammiud. Die octauo prin-
ceps filiorum Manasse Gamaliel filius Phadassur,obtulit acetabulum
argenteum appendens centum triginta siclos,phialam argẽteam ha-
E bentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij,vtrũq; plenum simi-
la conspersa oleo in sacrificium:mortariolum aureum appendens de-
cem siclos plenum incenso:bouem de armento,& arietem,& agnum
anniculum in holocaustum:hircumq; pro peccato:& in hostias paci-
ficorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos
Abidan. quinq;.hęc fuit oblatio Gamaliel filij Phadassur. Die nono prin-
ceps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeonis,obtulit acetabulum
argenteum appendens centum triginta siclos,phialam argenteam ha
bentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij,vtrunq; plenum simi
la conspersa oleo in sacrificium:mortariolum aureum appendens de-
cem siclos plenum incenso:bouem de armento,& arietem,& agnum
anniculum in holocaustum:hircumq; pro peccato:& in hostias paci-
ficorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinque,agnos anniculos
Ahiezer. quinq;.hęc fuit oblatio Abidan filij Gedeonis. Die decimo prin-
ceps filiorum Dan Ahiézer filius Ammisaddai obtulit acetabulum ar-
genteum appendens centum triginta siclos,phialam argenteam ha-
bentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij,vtrunq; plenum si-
mila conspersa oleo in sacrificium:mortariolum aureum appendens
decem siclos plenum incenso:bouem de armento,& arietem,& agnũ
F anniculum in holocaustum:hircumq; pro peccato:& in hostias pa-
cificorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos
Phegiel. quinq;.hęc fuit oblatio Ahiézer filij Ammisaddai. Die vndecimo
princeps filiorum Aser,Phegiel filius Ochran,obtulit acetabulum ar
genteum appendens centum triginta siclos,phialam argenteam habẽ-
tem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij, vtrunq; plenum simila
conspersa oleo in sacrificium:mortariolum aureum appendens de-
cem siclos plenum incenso:bouem de armento,& arietem,& agnum
anniculum in holocaustum:hircumq; pro peccato:& in hostias paci-
ficorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos
Ahira. quinq;.hęc fuit oblatio Phegiel filij Ochran. Die duodecimo prin-
ceps filiorum Nephthali Ahira filius Enan,obtulit acetabulum ar-
genteum appendens centum triginta siclos,phialam argenteam ha-
bentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij,vtrunq; plenum si-
mila oleo conspersa in sacrificium:mortariolum aureum appendens
decem siclos plenum incenso:bouem de armento,& arietem,& agnũ
anniculum in holocaustum:hircumq; pro peccato:& in hostias paci-
G ficorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos
quinq;.hęc fuit oblatio Ahira filij Enan. Hęc in dedicatione alta-
ris oblata sunt à principibus Israel,in die qua consecratum est:aceta-
bula argentea duodecim:phialę argentę duodecim:mortariola au-
rea duodecim:ita vt centum triginta siclos argenti haberet vnũ ace-
tabulum,& septuaginta siclos argenti haberet vna phiala,id est in
commune vasorum omnium ex argento sicli duo millia quadringẽ-
ti,pondere sanctuarij.mortariola aurea duodecim plena incenso,de-
nos siclos appendentia pondere sanctuarij,id est simul auri sicli cen-

tum viginti. boues de armento in holocaustum duodecim, arietes
duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum. hirci duo-
decim pro peccato. hostię pacificorum, boues vigintiquatuor, arietes
sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta. Hęc oblata sunt
in dedicatione altaris, quando vnctum est. Cumq; ingrederetur
a loqueretur se Moyses tabernaculum fœderis, vt a cōsuleret oraculum, audiebat vo-
cu3(sub. deus) cem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimo-
nij inter duos cherubim, vnde & loquebatur ei.

CAPVT VIII.

LOcutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere Aaron, & di- A
ces ad eum, Cum posueris septem lucernas: contra eam partem Dispositio
quam candelabrum respicit lucere debebunt. Fecitq; Aaron, & im- lucernarum
a contra faciem posuit lucernas a super candelabrum, vt pręceperat dominus Moysi.
candelabri Hęc autem erat factura candelabri: ex auro ductili, a tam medius Forma can-
a vsq; ad pedes stipes quàm cuncta quę ex vtroq; calamorum latere nascebantur: iu- delabri.
tius, & flores xta exemplum quod ostendit dominus Moysi, ita operatus est cande-
(siue lilia) ex labrum. Et locutus est dominus ad Moysen, dicens, Tolle Leuitas Purgatio &
ductile erit: ex medio filiorum Israel, & purificabis eos iuxta hunc ritum, Asper- oblatio Le-
a purificatiōis, gantur aqua a lustrationis, & radant omnes pilos carnis suę. Cumq; uitarum.
lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint, tollent bouem de armen- B
a vitulum tis, & libamentum eius similam oleo conspersam, a bouem autem al-
terum de armento tu accipies pro peccato: & applicabis Leuitas co-
ram tabernaculo fœderis, conuocata omni multitudine filiorum Israel.
Cumq; Leuitę fuerint coram domino, ponent filij Israel manus suas
a oblationem super eos, & offeret Aaron Leuitas, a munus in conspectu domini
à filijs Israel, vt seruiant in ministerio eius. Leuitę quoque ponent ma-
nus suas super capita boum, è quibus vnum facies pro peccato, & al-
a ad expiādum terum in holocaustum domini, a vt deprecetis pro eis. Statuesq; Le-
Leuitas. uitas in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis oblatos do-
mino, ac separabis de medio filiorum Israel vt sint mei: & postea in-
grediantur tabernaculum fœderis vt seruiant mihi. Sicq; purificabis C
& consecrabis eos in oblationem domini, quoniam dono donati sunt
mihi à filijs Israel. Pro primogenitis quę aperiunt omnem vuluam I.3.c.
in Israel, accepi eos. Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Exod.13.a.
Israel, tam ex hominibus quàm ex iumentis. Ex die quo percussi omne Luc.2.d.
primogenitum in terra Aegypti, sanctificaui eos mihi: & tuli Leui-
tas pro cunctis primogenitis filiorum Israel: tradidiq; eos dono Aaron
& filijs eius de medio filiorum Israel, vt seruiant mihi pro Israel in
a ad expiandū tabernaculo fœderis, & a orent pro eis ne sit in populo plaga, si ausi
filios Israel fuerint accedere ad sanctuarium. Feceruntq; Moyses & Aaron &
omnis multitudo filiorum Israel super Leuitis quę pręceperat domi-
nus Moysi: purificatiq; sunt: & lauerunt vestimenta sua. Eleuauitq; D
eos Aaron in conspectu domini, & orauit pro eis vt purificati ingre-
derentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron & fi-
lijs eius. Sicut pręceperat dominus Moysi de Leuitis, ita factum est.
Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Hęc est lex Leuitarum, Aetas Le-
A vigintiquinq; annis, & supra, ingredientur vt ministrent in taber- uitarum.
naculo fœderis. Cumq; quinquagesimum annum ętatis impleue-
rint, seruire cessabunt, eruntq; ministri fratrum suorum in taberna-
culo fœderis, vt custodiant quę sibi fuerint commendata, opera autem
ipsa non faciant. sic dispones Leuitas in custodijs suis.

CAPVT IX.

a ossa statuta, LOcutus est dominus ad Moysen in deserto Sinai anno secundo, A
& ordinē(siue postq; egressi sunt de terra Aegypti mense primo, dicens, Faciant Phase prę-
modum) eius. filij Israel phase in tempore suo, quartadecima die mensis huius ad cipitur fie-
& infra. vesperam iuxta a omnes ceremonias & iustificationes eius. Pręce- ri.

pitq; Moyses filijs Israel vt facerent phase. Qui fecerunt ᵃtēpore suo:ᵇ quattadecima die mensis ad vesperam in ᶜmonteᵈ Sinai. Iuxta omnia quę mandauerat dominus Moysi, fecerunt filij Israel. Ecce autem quidam immundi super anima hominis, q non poterant facere phase in die illo, accedentes ad Moysen & Aaron, dixerunt eis, Immundi sumus super anima hominis: quare ᵉfraudamurᶠ vt non valeamus ob-

B lationem offerre domino in tempore suo inter filios Israel? Quibus respondit Moyses, State, vt ᵍconsulāʰ quid pręcipiat dominus de vobis. Locutus'q; est dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul ⁱin gēte vestraᵏ, faciat phase domino in mense secundo, quattadecima die mēsis ad vesperam: cum azymis & ˡlactucis agrestibusᵐ comedent illud. non relinquent ex eo quippiam vsq; mane, & os eius non confringēt, omnem ritum phase obseruabunt. Siquis autem & mundus est, & in itinere nō fuit, & tamen ⁿnon fecitᵒ phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium domino non obtulit tempore suo:

C ᵖpeccatum suumᵠ ipse portabit. Peregrinus quoq; & aduena si fuerint apud vos, facient phase domino iuxta ceremonias, & iustificationes suas. ʳPręceptumˢ idem erit apud vos tam aduenę, quàm indigenę.

Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. A vespere autem super ᵗtentoriumᵘ erat quasi species ignis vsq; mane. Sic fiebat iugiter, per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis. Cum'q; ablata fuisset nubes quę tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filij Israel, & in loco vbi stetisset nubes, ibi castrametabantur. Ad ˣimperiumʸ domini proficiscebantur, & ad im-

D perium illius figebant tabernaculum. Cūctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco: & si euenisset vt multo tempore maneret super illud, ᶻerant filij Israel in excubijs domini, & non proficiscebantur quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad imperium domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. Si fuisset nubes à vespere vsq; ad mane, e statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur: & si post diē & noctem recessisset, ᵃdissipabāt tentoriaᵇ. Si verò biduo aut vno mēse vel ᶜlongiori temporeᵈ fuisset super tabernaculum, manebant filij Israel in eodem loco, & non proficiscebantur: statim autem vt recessisset, mouebant castra. Per verbum domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur, erant'q; in excubijs domini iuxta ᵉimperium eiusᶠ per manum Moysi.

CAPVT X.

A Locutus'q; est dominus ad Moysen, dicens, Fac tibi duas tubas argenteas ᵍductilesʰ, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. Cum'q; increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis. Si semel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel. Si autem ⁱprolixior atq; concisior clangorᵏ increpuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam. in secundo autem sonitu & pari vlulatu tubę, leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem. & iuxta hunc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectionem. Quando aūt congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concisè vlulabunt. Filij autem Aaron sacerdotis clangent tubis: eritq; hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui ˡdimicant aduersumᵐ vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram domino

B deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. ⁿSi quādo habebitis epulumᵒ, & dies festos, & calēdas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem dei vestri. ego dn̄s deus vester. Anno secundo, mense secundo, vicesima

Immundi super mortuo, Phase nō phibent facere.

Exod. 12. g. Ioan. 19. f.

Nube operiente tabernaculū, manent in loco: recedēte verò, pficiscunt.

Exo. 40. b. 1. Cor. 10. a

Tubę argēteę, & earū officia.

ᵃ i prio(sub ali mense) ᵇ deserto ᵉ prohibemur ᵍ audiam ⁱ ex vobis, vel ex generationibus vestris (.i. tā hac tempestate, quàm futuris seculis) ˡ amaritudinibus (.i. herbis amaris) ⁿ distulit facere (vl tardauit) ᵖ vel pœnam peccati sui ʳ Statutum ᵗ tectum testimonij, id est tabernaculum, ˣ sermonem & infra ᶻ custodiebant filij Israel custodiā (.i. cauebant siue qb seruabant ne iniussu dei abirent, ne nube non surgente surgerent) ᵉ proficiscebātur. ᶜ anno [illegible] ᵃ sermonē dn̄i ᵍ Hebręi interpretantur solidas, rigidas, aut incudibus, malleis'q; subactas) ⁱ vl taratatara ˡ affligunt vel tribulant ⁿ In die lętitię vestrę,

ſecūdo mense, vigeſima die menſis eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis: profectiq; ſunt filij Iſrael per turmas ſuas de deſerto Sinai, & recubuit nubes in ſolitudine Pharan. Moueruntq; caſtra primi iuxta ᵃimperiumᵇ domini per manum Moyſi. Filij Iuda per turmas ſuas, quorum princeps erat Naaſſon filius Aminadab. In tribu filiorum Iſſachar fuit princeps Nathanael filius Suar. In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon. Depoſitumq; eſt tabernaculũ, quod portãtes egreſſi ſunt filij Gerſon & Merari. Profectiq; ſunt & filij Ruben, per turmas & ordinem ſuũ, quorum princeps erat Heliſur filius Sedeur. In tribu autem filiorum Simeon, princeps fuit Salamiel filius Suriſaddai. Porrò in tribu Gad erat princeps Eliaſaph filius Duel. Profectiq; ſunt & Caathitę portãtes ſanctuariũ. Tandiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum. Mouerunt caſtra & filij Ephraim per turmas ſuas, in quorum exercitu princeps erat Eliſama filius Amiud. In tribu autem filiorum Manaſſe princeps fuit Gamaliel filius Phadaſſur. & in tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeonis. Nouiſſimi caſtrorum omnium profecti ſunt filij Dan per turmas ſuas, in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius Ammiſaddai. In tribu autem filiorum Aſer erat princeps Phegiel filius Ochran. Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. Hęc ſunt caſtra, & profectiones filiorum Iſrael per turmas ſuas quando egrediebantur. Dixitq; Moyſes Hobab filio Raguel Madianitę ᵃcognatoᵇ ſuo, Proficiſcimur ad locum quem dominus daturus eſt nobis: veni nobiſcum vt benefaciamus tibi, quia dominus bona promiſit Iſraeli. Cui ille reſpondit, Non vadam tecũ, ſed reuertar in terram meam, ᵃ in qua natus ſum. Et ille, Noli, inquit, nos relinquere. tu enim noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris ductor noſter. Cumq; nobiſcum veneris, quicquid optimum fuerit ex ᵃopibus quasᵇ nobis traditurus eſt dominus, dabimus tibi. Profecti ſunt ergo de monte domini viam trium dierum, arcaq; fœderis domini pręcedebat eos, per dies tres ᵃprouidens caſtrorum locumᵇ. Nubes quoq; domini ſuper eos erat per diem cum incederent. Cumq; ᵃeleuareturᵇ arca, dicebat Moyſes, Surge domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua. Cũ autẽ ᵃdeponereturᵇ, aiebat, Reuertere domine ad multitudinem exercitus Iſrael.

De Sinai proficiſcuntur filij Iſrael.
Recenſentur caſtrorũ duces 3.1.a.
C
Hobab renuit cũ Moyſe pficiſci.
D
Pſal.67.a.

ᵃ ſermonem
ᵃ ſocero
ᵃ & ad cognationem meã,
ᵃ ijs quę (alij ſic vertunt, cũ benefecerit dominus nobis benefaciemus & tibi)
ᵃ ad explorandum vbi requieſcerent.
ᵃ proficiſceretur
ᵃ requieſceret,

CAPVT XI.

INterea ᵃortum eſt murmur populi, quaſi dolentium pro labore, cõtra dominumᵇ. Quod cum audiſſet, iratus eſt. Et accenſus in eos ignis domini, deuorauit extremam caſtrorũ partem. Cumq; clamaſſet populus ad Moyſen, orauit Moyſes ad dominũ, & abſorptus eſt ignis. Vocauitq; nomen loci illius Incenſio: eo quod ſuccenſus fuiſſet contra eos ignis domini. ᵃVulgus quippe promiſcuum quod aſcenderat cum eisᵇ, flagrauit deſyderio, ᵃſedensᵇ & flens, iunctis ſibi pariter filijs Iſrael, & ait, Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Recordamur piſcium quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porriq;, & cepe, & allia. Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man. Erat autem man quaſi ſemen coriandri coloris bdellij. Circuibatq; populus, & colligens illud, frangebat mola, ſiue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas ſaporis quaſi panis oleati. Cumq; deſcenderet nocte ſuper caſtra ros, deſcendebat pariter & man. Audiuit ergo Moyſes flentem populum per familias, ſingulos per oſtia tentorij ſui. Iratusq; eſt furor dñi valde: ſed & Moyſi ᵃintoleranda res viſa eſtᵇ. & ait ad dñm, Cur afflixiſti ſeruũ tuũ? quare nõ inuenio gratiã corã te? & cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ᵃvt dicasᵇ mihi, Porta eos in ſinu tuo ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defer in

A
Murmurat populus, ob laborem.
Punit igne
Exauditus Moyſes.
Optat carnes
B
1.Cor.10.a
Faſtidit mã
Exod.16.c.
ſap.16.c.
Pſal.77.c.
Iohã. 6.d.
Murmuratio & infidelitas Moyſi.
C

LXX, populus murmurãs mala in auribus dñi. Alij, propterea cũ doleret vel murmuraret, diſplicuit in auribus domini.
ᵃ vel, collecta turma quę erat in medio eius (ſiue inter eos)
ᵃ vel, & reuerſus eſt
ᵃ diſplicuit,
ᵃ quod dicis

terram pro qua iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes vt dem tātę multitudini? Flent cōtra me, dicētes, Da nobis carnes vt comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia ʼgrauis est mihiʼ. ʼSin aliter tibi videtur, ʼobsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne ʼtātis afficiar malisʼ. Et dixit dominus ad Moysen, Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quòd senes populi sint ac magistri: & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesq́; ibi stare tecum, & descendam & loquar tibi: & auferam de spiritu tuo, tradamq́; eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus ʼgrauerisʼ. Populo quoq; dices, Sanctificamini: cras comedetis carnes. ego enim audiui vos * dicere, Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Aegypto. Vt det vobis dominus carnes, & comedatis: non vno die, nec duobus, vel quinq; aut decem, nec viginti quidem, sed vsq; ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in ʼnauseamʼ, eo quòd repuleritis dominum qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo, dicentes, Quare egressi sumus ex Aegypto? Et ait Moyses, Sexcenta millia peditū huius populi sunt*: & tu dicis, Dabo eis esum carnium mense integro? Nunquid ouium & boum multitudo cędetur, vt possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? Cui respondit dominus, Nunquid manus domini ʼinualidaʼ est? Iam nunc videbis vtrum ʼmeus sermo opere compleaturʼ. Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba domini, cōgregans septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditq́; dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cumq́; requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec vltrà cessauerunt. Remanserant autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit spiritus. nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculū. Cumq́; prophetarent in castris, cucurrit puer, & nūtiauit Moysi, dicēs, Eldad & Medad prophetant in castris. Statim Iosue filius Nun, minister Moysi, ʼ& electus è pluribusʼ, ait, Domine mi Moyses prohibe eos. At ille, Quid, inquit, ęmularis pro me? ʼquis tribuatʼ, vt omnis populus *prophetet, & det eis dominus spiritum suum? Reuersusq́; est Moyses, & maiores natu Israel in castra. Ventus autem egrediens à domino arreptas trans mare coturnices detulit, & demisit in castra itinere quantum vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, ʼvolabantq́; in aereʼ duobus cubitis altitudine sup terram. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero cōgregauit coturnices: qui parū, decem ʼcorosʼ: ʼ& siccaueruntʼ eas per gyrum castrorū. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, ʼnec defecerat huiuscemodi cibus: ʼ& ecce furor domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. Vocatusq́; est ille locus, Sepulchra concupiscentię: ibi enim sepelierunt populū qui desyderauerat. Egressi autem de Sepulchris concupiscentię, venerunt in Haseroth, & manserunt ibi.

CAPVT XII.

Locutaq́; est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorē eius Aethiopissam *, & dixerūt, Num per solum Moysen locutus est dominus? nonne & nobis similiter est loquutus? ʼQuod cum audisset dominus, iratus estʼ. Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Statim locutus est dominus ad eum, & ad Aaron & Mariam, Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis. Cumq́; fuissent egressi, descendit dominus in columna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam. Qui cum issent, dixit ad eos, Audite sermones meos, Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione ʼapparebo eiʼ, vel per somnium

Marginal notes (left): On^s Moysi partit deus s.70. D seniores. Spūs Moysi. Carnes pmittit populo deus. — E Infidelitas Moysi. Iohā. 6.b. Omnipotēs deus. Isa. 59.a. Prophetāt seniores, cōstituti à deo pricipes F populi cum Moyse. Eldad & Medad prophetant in castris. Moyses optat omnes prophetare. Pluit coturnices. G Psal. 77.c. Puniuntur carniuori. Psal. 77.e. — Aaron & Maria murmurāt ɔtra Moysen A Mansuetus Moyses. Increpat deus Aaron & Mariam. B Prophetis, per somniū loquit deus

Marginal notes (right): ʼsuper vires meas est. ʼSi ita tu facis mihi, ʼvideam malum meum. ʼportabis. *flentes ʼChald. īterp. offendiculum, *in cuius medio ego sum ʼabbreuiata (vl decurtata) ʼvel, pretiosum tibi sit verbum meū (.i. nū potentia mea tibi admiratiōi futura sit. Vel, aliquid valeat tibi ṽba mea, an non. Chal. interp. accidat verbū meum, an non. ʼex iuuenibus eius (vel ex electis eius) ʼHoc aduerbi in loco vtitur Hebręi, pro eo quod dicimus vtinam) *domini ʼcumulos: ʼextēderunt ex pāderūtq́; sibi ʼnec adhuc digestę erant, *quam acceperat, ʼEt audiuit dominus. ʼhuic ego notum me faciā,

loquat ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni do- Moyses est
(per visioné,) mo mea fidelissimus est. ore enim ad os loquor ei: palàm, & non médat de-
per enygmata & figuras dominum videt. Quare ergo non timuistis Heb. 3.a.
detrahere seruo meo Moysi? Iratusq; contra eos, abijt: nubes quoq; C
(erat leprosa) recessitq; erat super tabernaculũ: & ecce Maria apparuit candens
lepra quasi nix. Cumq; respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam
lepra, ait ad Moysen, Obsecro domine mi, ne imponas nobis hoc pec- Orat Aarõ
*(peccauimus catum quod stultè commisimus, *ne fiat hęc quasi mortua, & vt ab- Moysen p
enim) ortiuum quod projicitur de vulua matris suę. ecce iam medium car- Maria.
nis eius deuoratum est à lepra. Clamauitq; Moyses ad dominum, di- D
cens, Deus obsecro sana eam. Cui respondit dominus, Si pater eius Orante
spuisset in faciem illius, nónne debuerat saltem septem diebus rubore Moysi sana
suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. tur Maria.
Exclusa est itaq; Maria extra cástra septem diebus: & populus non est
motus de loco illo donec reuocata est Maria.

CAPVT XIII.

PRofectusq; est populus de Haseroth fixit tentorija in deserto Pha A
ran. Ibiq; locutus est dominus ad Moysen, dicens, Mitte viros Mittunt ex
qui considerent terram Chanáan, quam daturus sum filijs Israel, sin- ploratores
gulos de singulis tribubus ex principibus. Fecit Moyses quod domi- ad terram
nus imperauerat, de deserto Pharan mittens principes viros, quorum Chanáan.
ista sunt nomina. De tribu Ruben, Sammua filium Zechur. De tribu
Simeon, Saphat filium Huri. De tribu Iuda, Caleb filium Iephone.
De tribu Issachar, Igal filium Ioseph. De tribu Ephráim, Osee filium B
(e tribu.) Nun. De tribu Beniamin, Phalti filium Raphu. De tribu Zabulon,
Geddiel filium Sodi. De tribu Ioseph, sceptri Manasse, Gaddi filium
Susi. De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli. De tribu Aser, Sthur fi-
lium Michael. De tribu Nephthali, Nahabi filiũ Vapsi. De tribu Gad,
Guel filium Machi. hęc sunt nomina virorum quos misit Moyses ad Osee qui &
considerandam terram: vocauitq; Osee filium Nun, Iosue. Misit er- Iosue dicit
(hac) go eos Moyses ad considerandam terram Chanáan, & dixit ad eos, C
Ascendite *ad meridianam plagam. Cumq; veneritis ad montes, con
siderate terram qualis sit: & populum qui inhabitator est eius, vtrum
fortis sit an infirmus, pauci numero an plures: ipsa terra, bona an ma
(Roborate la: vrbes quales, muratę, an absq; muris: humus, pinguis an sterilis, ne
vos) morosa an absq; arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fru-
(primitię vua ctibus terrę. Erat autem tempus quando iam pręcoquę vuę vesci pos
rũ sunt Chal. sunt. Cumq; ascendissent, explorauerunt terram à deserto Sin, vsq; D
interp. primę Rohob intrantibus Emath. Ascenderuntq; ad meridiem & venerunt
vuę maturé- in Hebron, vbi erant Achiman & Sisai & Tholmai filij Enac. nam
scunt.) Hebron septem annis ante Tanim vrbem Aegypti condita est. Per- Deut. 1. c.
(botro) gentesq; vsque ad torrentem botri, absciderunt palmitem cum vua Botr' à duo
sua, quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoque grana- b' viris por
tis & de ficis loci illius tulerunt, qui appellatus est Nehel eschol, id est tatur.
(abscidissent) Torrens botri, eo quòd botrum portassent inde filij Israel. Reuer- E
siq; exploratores terrę post quadraginta dies omni regione circui- Reuersi ex
ta, venerunt ad Moysen & ad Aaron & ad omnem coetum filiorum ploratores
Israel in desertum Pharan quod est in Cades. Locutiq; eis & omni terram lau
multitudini ostenderunt fructus terrę & narrauerunt dicentes, Veni- dant.
(hic fructus mus in terram ad quam misisti nos, quę re vera fluit lacte & melle, vt
eius:) ex his fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, & vr F
bes grandes atque muratas. Stirpem Enac vidimus ibi: Amalec habi
tat in meridie, & Hethęus & Iebusęus & Amorrhęus in montanis. Caleb hort
Chananęus verò moratur iuxta mare & circa fluenta Iordanis. Inter tat pp̃lm vt
hęc Caleb compescens murmur populi qui oriebatur contra Moy- ascendat in
sen, ait, Ascendamus, & possideamus terram, quoniam poterimus Chanáan.

obtinere eam. Alij verò qui fuerant cum eo, dicebant, Nequaquam ad
Idé explo- hunc populũ valemus ascendere, quia fortior nobis est. Detraxerũtq;
ratores, ter- terrę quam inspexerant, apud filios Israel, dicentes, Terra quã lustra-
rę detra- uimus, deuorat habitatores suos. populus quem aspeximus * procerę * in medio ei⁹.
hunt. staturę est: ibi vidimus ʾmonstra quedam filiorumʾ Enac de genere gi- gigátes filios
gantéo, quibus comparati, quasi locuste videbamur.

CAPVT XIIII.

A IGitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati sunt
Pp̃ls flet, contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel, dicentes: Vtinam mor-
murmurát, tui essemus in Aegypto, ʾ& nonʾ in hac vasta solitudine. Vtinam pe- vel
ob explora reamus, & non inducat nos dominus in terram istam, ut cadamus gla
tę terrę de- dio, & vxores ac liberi nostri ducantur captiui. Nónne melius est re-
speratioñé uerti in Aegyptum? Dixeruntq; alter ad alterum, Constituamus no-
bis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Quo audito Moyses & Aa
ron ceciderunt proni in terram corá omni multitudine filiorũ Israel.
At vero Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustraue
B runt terram, sciderunt vestimenta sua, & ad omnem multitudinem fi-
Caleb & Io liorum Israel locuti sunt, Terra quam circuiuimus, valde bona est. si
sue terram ʾ propitius fuerit dominus, ʾinducet nos in eam, & tradet humũ lacte, ʾ Si voluerit
laudant, q̃s & melle manantem. Nolite rebelles esse contra dominum: neq; timea- nos dñs (vel, si
popl̃s vult tis populum terrę huius, quia sicut panem ita eos possumus deuora- voluntas dñi
lapidare. re. recessit ab eis ʾomne prę sidium,ʾ dominus nobiscum est, nolite me- propensa est
Eccli. 46. b tuere eos. Cumq; clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet erga nos)
1. Mac. 2. f. opprimere, apparuit gloria domini super tectum fœderis ʾcunctis filijs ʾ protector (vel
Irascitũ dñs Israel. Et dixit dominus ad Moysen, Vsquequo ʾdetrahet mihiʾ po protectio)
in populus pulus iste? Quousq; non credent mihi in omnibus signis quę feci co- ʾ irritabit me
infidelem. ram eis? Feriam igitur eos pestilentia atq; cõsumam: te autem faciam ʾ Et audient
C principem super gentem magnam, & fortiorem quàm hęc est. Et ait
Orõ Moy- Moyses ad dominum, ʾ Vt audiantʾ Aegyptij, de quorum medio edu * in fortitudi-
si, vt poplo xisti populum istum *, & habitatores terrę huius qui audierunt quòd ne tua
parcat de⁹. tu domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua ʾ stet super
Ex 20. 13. d. ʾ protegatʾ illos, & in columna nubis pręcedas eos per diem, & in co-
lumna ignis per noctem: quòd occideris tantam multitudinem quasi *audiétes talé
vnum hominem, & * dicant, Non poterat introducere populũ in ter- famam de te,
ram pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in solitudine. Magnificetur ʾ tardus ad irã
Psal. 102. b ergo fortitudo domini sicut iurasti, dicens, Dominus ʾpatiensʾ & mul
tę misericordię, auferens iniquitaté & scelera, nullumq; innoxium de-
relinquens, qui visitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam
D generationem. Dimitte obsecro peccatum populi tui huius secũdum
magnitudinem misericordię tuę, sicut ʾpropitius fuisti egredientibus ʾ pepercisti po
Misericor- deʾ Aegypto vsq; ad locum istum. Dixitq; dominus, Dimisi iuxta ver pulo isti ab
dia dei. bum tuum. Viuo ego: & implebitur gloria domini vniuersa terra
Exauditus ʾ Attamenʾ omnes homines qui viderunt ʾmaiestatemʾ meã, & signa ʾ Quia
Moyses. quę feci in Aegypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per de- ʾ gloriam
Iosue. 14. b cem vices, nec obedierunt voci meę, non videbunt terram pro qua iu- ʾ irritauit me
Ipsi Caleb raui patribus eorum, nec quisquam ex illis qui ʾdetraxit mihi,ʾ intue
p̃mittitur bitur eam. Seruum meũ Caleb qui plenus alio spiritu secutus est me,
Chanaan. inducam in terram hanc quã circuiuit, & semen eius possidebit eam:
E quoniam Amalecites & Chananęus habitant in vallibus. Cras mo-
Murmura- uete castra, & reuertimini in solitudinem per viam maris rubri. Lo
torib⁹ filijs cutusq; est dominus ad Moysen & Aaron dicens. Vsquequo multi-
Israel p̃dic tudo hęc pessima murmurat contra me? querelas filiorum Israel au-
de⁹ interitũ diui. Dic ergo eis, Viuo ego ait dominus, sicut locuti estis audiéte me,
in desertis. sic faciam vobis. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Omnes
Psal. 105. c qui numerati estis à viginti annis & supra, & murmurastis cõtra me,
Deu. 1. f. non intrabitis terram super quam leuaui manum meam vt habitare

vos feceram, prçter Caleb filium Iephone & Iosue filium Nun. Paruulos autem vestros de quibus dixistis quòd prędę hostibus forent, introducam: vt videant terram quę vobis displicuit. Vestra cadauera iacebunt in solitudine. Filij vestri erunt [a]vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum quadraginta dierum quibus consyderastis terram, annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis [b]vltionem meam: quoniã sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimę quę cõsurrexit aduersum me. in solitudine hac deficiet & morietur. Igitur omnes viri quos miserat Moyses ad contẽplandam terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinẽ, detrahentes terre quòd esset mala, mortui sunt atq; percussi in conspectu domini. Iosue autem filius Nun, & Caleb filius Iephone vixerũt ex omnibus qui perrexerant ad consyderandã terram. Locutusq; est Moyses vniuersa verba hęc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. Et ecce mane primo surgentes, ascenderunt verticẽ montis, atq; dixerunt, Parati sumus ascendere ad locum de quo dominus locutus est: quia peccauimus. Quibus Moyses, Cur, inquit, transgredimini verbum domini, quod vobis non cedet in prosperũ? Nolite ascendere: non enim est dominus vobiscum: ne corruatis corã inimicis vestris. Amalecites & Chananęus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quòd [c]nolueritis acquiescere domino, nec erit dominus vobiscum. At illi [d]contenebrati ascenderunt in verticẽ montis. Arca autem testamenti domini & Moyses non recesserunt de castris. Descenditq; Amalecites & Chananęus qui habitabant in monte: & percutiens eos atq; cõcidens, persecutus est eos vsq; Horma.

Iosue. 1. c. d

Fornicatio. F

Psal. 94. d

Moriuntur exploratores, pręter Caleb & Iosue.

1. Cor. 10. b
Heb. 3. d.
Judę. 1. b

G

Agnoscit pp'ls peccatum suum.

Populus iniussu dei ascendens cõtra Amalec, occidit.

[a] pascẽtes (vel viuentes)

[b] vel prohibitionẽ meã (.i. sicut ego prohibebo vos ingredi terrã.)

[c] auersi nõ sequuti estis dominum.

[d] vel roborati (vel cõfortati: aut repugnãtes & obaudiẽtes)

CAP. XV.

Locutus est dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Cum ingressi fueritis terram habitationis vestrę quam ego dabo vobis, & feceritis oblationem domino in holocaustũ aut victimam pacificam [e]vota soluentes, vel sponte offerentes munera, aut in solennitatibus vestris adolentes odorem suauitatis domino, de bobus siue de ouibus: offeret quicunq; immolauerit victimã, sacrificium similę decimam partem ephi conspersam oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin: & vinum ad liba fundenda eiusdem mensurę dabit in holocaustum siue in victimam. Per agnos singulos & arietes erit sacrificium similę duarum decimarũ quę conspersa sit oleo tertię partis hin, & vinum ad libamẽtum tertię partis eiusdem mensure offeret in odorem suauitatis domino. Quando verò de [f]bobus feceris holocaustum aut hostiam, [g]vt impleas votum vel pacificas victimas, dabis per singulos boues similę tres decimas cõspersę oleo, quod habeat medium mensurę hin, & vinum ad liba fundenda eiusdem mensurę in oblationem suauissimi odoris domino. Sic facies per singulos boues & arietes & agnos & hœdos. Tam indigenę quàm peregrini eodem ritu offerent sacrificia. Vnum pręceptũ erit atq; [h]iudicium tam vobis quàm aduenis terrę. Locutus est dñs ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Cum veneritis in terram quã dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius, [i]separabitis primitias domino de cibis vestris. Sicut de areis primitias separabitis, ita & de [k]pulmentis dabitis primitiua domino. Quòd si per ignorantiam pręterieritis quicquam horum quę locutus est dominus ad Moysen, & mandauit per eum ad vos, a die qua cœpit iubere & vltrà, oblitaq; fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento holocaustum in odorem suauitatis domino & sacrificium eius ac liba vt ceremonię postulant, hircumq; pro peccato, & [l]rogauit sacerdos pro omni multitudine filiorũ Israel: & dimittetur eis, quoniã

A

Libamenta terrã ingressis offerẽda.

B

Primitiæ.

Oblatio peccãtis per ignorãtiã.

C

[e] ad separãdũ votum (.i. in spãle votũ)

[f] vitulis & infra

[g] segreges votum (.i. spãle votũ facias)

[h] vel norma (siue regula)

[i] eleuabitis eleuationem Heb. & infra

[k] conspersionibus (siue pastis) placẽtum

[l] expiabit

non sponte peccauerunt, nihilominus offerētet incensum domino pro se & pro peccato atq; errore suo: & dimittetur vniuersę plebi filiorum Israel, & aduenis qui peregrinantur inter eos, quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam. Quòd si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo, & deprecabitur pro ea sacerdos, quòd inscia peccauerit coram domino: impetrabitq; ei veniā, & dimittetur illi. Tam indigenis quàm aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignorantes. Anima verò quę *per superbiam) aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus: quoniam aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. verbum enim domini contempsit & preceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam.

D

Factum est autem: cum essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die sabbathi, obtulerunt eum Moysi & Aaron & vniuersę multitudini. Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent. Dixitq; dominus ad Moysen, Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cumq; eduxissent eum foras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus est sicut preceperat dominus. Dixit quoq; dominus ad Moysen, Loquere filijs Israel, & dices ad eos vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, * & ponentes in eis vittas hyacinthinas: quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum domini, * ne sequantur cogitationes suas) & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores preceptorum domini faciant ea, sintq; sancti deo suo. Ego dominus deus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt essem deus vester.

CAP. XVI.

A

Ecce autem) Core filius Isaar, filij Caath, filij Leui, & Dathan atq; Abiron filij Eliab, Hon quoq; filius Pheleth de filijs Ruben, surrexerunt contra Moysen, alijq; filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogę, & qui tempore concilij per nomina vocabantur.) Cumq; stetissent) aduersum Moysen & Aaron dixerunt, Sufficiat vobis,) quia omnis multitudo sanctorum est,) & in ipsis est dominus: cur eleuamini super populū domini? Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus in faciem: locutusq; ad Core & ad omnem multitudinem, Mane, inquit, notum faciet dominus qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit appropinquabunt ei.) Hoc igitur facite, Tollat vnusquisq; thuribula sua, tu Core & omne concilium tuum: & hausto cras igne ponite desuper thymiama coram domino. & quemcunq; elegerit *, & ipse erit sanctus. multum erigimini) filij Leui.

B

Dixitq; rursum ad Core, Audite filij Leui, Num parum vobis est quòd separauit vos deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi & ministraretis ei? idcirco ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam sacerdotium vendicetis,) & * omnis globus tuus stet contra dominum? quis est enim Aaron vt murmuretis contra eum? Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderunt, Non venimus. nunquid parum est tibi quòd eduxisti nos de terra quę lacte & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri?) Reuera) induxisti nos in terram quę fluit riuis lactis & mellis, &) dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum? an & oculos nostros) vis eruere? non venimus.

C

Iratusq; Moyses valde, ait ad dominum, Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quòd nec asellum quidem vnquā acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. Dixitq; * ad Core, Tu, & omnis cógregatio tua state seorsum coram domino, & Aaron die crastino separatim. Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum offerentes domino ducenta quinquaginta thuribula, Aaron quoq; teneat *

Pœna p superbiā peccantis.

Lapidatur qui colligit ligna i sabbatho.

Fimbrię p angulos vestimentoꝝ.

Deu. 22. b.

Fornicatio.

Sancti.

Rebellio Core, Dathā, & Abiron

Eccli. 45. c.

Iudę. 1. d.

1. Co. 10. b.

Moyses increpat ipm Core.

Orat Moyses contra Core & reliquos.

In manu excelsa Heb.

* per generationes suas,

* vt faciat ea.

explorét (vel cósyderét) corda sua (Id significat quod interp. vertit, id est ne iudicét fm qđ sentiunt in corde suo, quodq; vi eis, sed fm pręcepta dei)

Et diuisit (siue separauit, subaudi sese ipsum a reliqs) vel, maiores cócilij, viri nominati:

cógregassent se

Multú vobis est (.i. plusq̄ ęquū est, vsurpatis, cū velitis videri sanctiores & superiores, cuȝ oēs sint ęq sancti)

sancta est,

appropinqre faciet sibi.

* dominus

sufficiat. vobis (vel, vt supra annotatū, multū vobis é)

quęratis

* tu &

ę principem facis te super nos, & principatum geris ę

Etiam, non

mellis, neq;

virorū istoꝝ

* Moyses

thuribulum suum. Quod cum fecissent, stantibus Moyse & Aaron, & concernassent adversum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria domini. Locutusq; dominus ad Moysen & Aaron, ait, Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam. Qui ceciderunt proni in faciem, atq; dixerunt, Fortissime deus spirituũ vniversę carnis, num vno peccante, cõtra omnes ira tua desęuiet? Et ait dominus ad Moysen, Pręcipe vniverso populo vt separetur à tabernaculis Core & Dathan & Abiron. Surrexitq; Moyses, & abijt ad Dathan & Abiron: & sequentibus eũ senioribus Israel, dixit ad turbam, Recedite à tabernaculis hominũ impiorum, & nolite tangere quę ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorũ. Cumq; recessissent à tentorijs eorum per circuitũ, Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papilionũ suorum cum vxoribus & liberis, omniq; frequentia. Et ait Moyses, In hoc scietis q dominus miserit me vt facerẽ vniversa quę cernitis, & nõ ex proprio ea corde protulerim: Si cõsueta hominũ morte interierint, & visitauerit eos plaga qua & cęteri visitari solent: non misit me dominus. Sin autẽ nouam rem fecerit dominus, & aperiens terra os suũ deglutiat eos & omnia quę ad illos pertinent, descenderintq; viuentes in infernũ, scietis q blasphemauerint dominũ. Confestim igitur vt cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorũ: & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & vniversa substantia eorum. descenderuntq; viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. At vero omnis Israel qui stabat per gyrũ fugit à clamore pereuntiũ, dicens, Ne forte & nos terra deglutiat. Sed & ignis egressus à domino interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incẽsum. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicẽs, Pręcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti vt tollat thuribula quę iacent in incendio, & ignẽ huc illucq; dispergat: quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorũ: producatq; ea in laminas & affigat altari, eo q oblatũ sit in eis incensum dño, & sanctificata sint, vt cernant ea pro signo & monimento filij Israel. Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ęnea in quibus obtulerãt hi quos incendium deuorauit, & produxit ea in laminas affigens altari: vt haberent postea filij Israel quibus cõmonerentur, ne quis accedat alienigena, qui non est de semine Aaron ad offerendum incensum domino, ne patiatur sicut passus est Core, & omnis congregatio eius loquente domino ad Moysen. Murmurauit autẽ omnis multitudo filiorũ Israel sequenti die cõtra Moysen & Aaron, dicens, Vos interfecistis populum domini. Cumq; oriretur seditio & tumultus incresceret, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculũ fœderis. Quod postq; ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria domini. Dixitq; dominus ad Moysen, Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cumq; iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron, Tolle thuribulũ, & hausto igne de altari mitte incensum desuper, pergens cito ad populũ vt roges pro eis: iam enim egressa est ira à domino, & plaga desęuit. Quod cũ fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinẽ quã iam vastabat incendiũ, obtulit thymiama. & stans inter mortuos ac viuẽtes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Fuerũt autẽ qui percussi sunt quatuordecim millia hominũ & septingenti, absq; his qui perierant in seditione Core. Reuersusq; est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis postq; quieuit interitus.

CAP. XVII.

Et locutus est dñs ad Moysen, dicens, Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas p cognationes suas a cũctis principibus tribuũ virgas duodecim, & vniuscuiusq; nomẽ superscribes virgę suę: nomen autẽ Aaron erit in tribu Leui, & vna virga cunctas eorũ familias continebit: ponesq; eas in tabernaculo fœderis corã testimonio

Left margin glosses:
congregassent
& circuitu tabernaculorũ
quęso
istorum
peccatis in omnibus
paruulisq; eorum.
contẽpserint viri isti
thuribula peccatorũ istorũ in aĩabus eorũ. (.i. per mortẽ ipsorum)
quibus cooperiatur altare.
in operimentum altaris.
mori fecistis
resperunt
illud
ocyus (vel in momento)
expies eum: & infra
percussio,
scribes super virgam
& p singulis capitib' domorũ patrũ suorum erit vna virga

Right margin notes:
D
Oratio Moysi.
Separat' populus à tabernaculis Core.
Missus Moyses.
E
Core, cũ cohorte, perit.
Psal. 105. b
Deute. 11. a
Igne interficiũtur 250.
Thuribula extendũtur in laminas.
F
Interficiuntur 14700 ob murmurationes in Moysen.
G
Orat Aarõ p populo.
Sap. 18. d
A
De virga Aaronis germinãte.

vbi [a]loquar ad te.) quem ex his elegero, germinabit virga eius, e co- [a] testificabor ti
hibebo à me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmu bi. Hoc loco
rant. Locutusq; est Moyses ad filios Israel: & dederunt ei omnes testari sumit p
principes [b]virgas) per singulas tribus: fueruntq; virgę duodecim loq. nam testi
C absq; virga Aaron*. Quas cum posuisset Moyses coram domino in monia dei, sũt
tabernaculo testimonij, sequenti die regressus inuenit germinasse vir- eius oracula,
gam Aaron in domo Leui: & [c] turgentibus gemmis eruperant flores voces (& elo-
qui folijs dilatatis, in amygdalas deformati sunt. Protulit ergo Moy quia.)
ses omnes virgas de conspectu domini ad cunctos filios Israel: vide- [b] singulas vir
D runtq;, receperunt singuli virgas suas. Dixitq; dominus ad Moysen, gas
refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in si- * quę erat in
gnum rebellium filiorum Israel, & quiescant querelę eorum à me, ne medio virga-
moriantur. Fecitq; Moyses sicut preceperat dominus. Dixerunt au- rum eorum.
tem filij Israel ad Moysen, Ecce consumpti sumus, omnes perijbimus: [c] protulerat ra
quicunq; accedit ad tabernaculum domini moritur. num vsq; ad in- mos, & floue
ternecionem cuncti delendi sumus? rat flos, & red-
diderat amyg
dalas.

CAPVT XVIII.

A

De officijs Leuitarũ.

Dixitq; dominus ad Aaron, Tu, & filij tui, e domus patris tui te-
cum portabitis iniquitatẽ sanctuarij: & tu e filij tui simul sustine
bitis peccata sacerdotij vestri. sed & fratres tuos de tribu Leui, sceptro
patris tui sume tecum, prestoq; sint & ministrent tibi: tu autem & fi-
lij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij, Excubabuntq; Leuitę
ad precepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi: ita duntaxat vt ad va
sa sanctuarij & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos perea
tis simul sint autem tecum, & excubent in custodijs tabernaculi, & in
omnibus ceremonijs eius. Alienigena non miscebitur vobis. Excuba-
te in custodia sanctuarij, & in ministerio altaris: ne oriatur indignatio
super filios Israel: Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio fi
liorum Israel, & tradidi donum domino, vt seruiãt in ministerijs ta-
bernaculi eius. Tu autem & filij tui custodite sacerdotium vestrum: &
omnia quę ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, per sacer
dotes administrabuntur. si quis externus accesserit, occidetur. Locu-
B tusq; est dominus ad Aaron, Ecce dedi tibi custodiam primitiarum
Aarõis erãt meaр. Omnia quę sanctificantur à filijs Israel, tradidi tibi & filijs tuis
oblationes pro officio sacerdotali legitima sempiterna. Hęc ergo accipies de his
primitię si- quę sanctificantur, & oblata sunt [a]domino.) Ois oblatio, e sacrificiũ, [a] in igne.
ue decimę, & qcquid pro peccato atq; delicto redditur mihi, & cedit in sancta san
à filijs Isra ctorum, tuum erit, e filiorũ tuorum. In sanctuario comedes illud: ma-
el deo obla res tantum edent ex eo, quia psecratum est tibi. Primitias autẽ quas
tę. vouerint, & obtulerint filij Israel, tibi dedi, & filijs tuis, ac filiabus tuis
iure perpetuo. qui mundus est in domo tua, vescetur eis. Omnem me
dullam olei, & vini, ac frumenti quicquid offerunt primitiarũ domi-
no, tibi dedi. Vniuersa frugũ initia, quę gignit humus, e domino de-
portantur, cedent in vsus tuos qui mundus est in domo tua, vescetur
eis. Omne quod ex voto reddiderint filij Israel, tuum erit. Quicquid
primum erumpet è vulua cunctę carnis, quam offerunt domino siue
C ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita duntaxat, vt p
hominis primogenito pretiũ accipias, & omne aĩal quod immundũ
est redimi facias, cuius redemptio erit post vnũ mensem, siclis argenti
quinq; pondere sanctuarij. Siclus viginti obolos habet. Primogenitũ
autẽ bouis & ouis & caprę nõ facies redimi, quia sanctificata sunt do
mino. sanguinem tantum eorũ fundes super altare, & adipes adolebis
F.3.g. in suauissimum odorem domino. Carnes vero in vsum tuum cedẽt,
Aarõis he- sicut pectusculum psecratũ, e armus dexter tua erunt. Omnes primi-
reditas, de- tias sanctuarij quas offerunt filij Israel domino, tibi dedi & filijs, ac fi-
Deut.18.a. liabus tuis iure perpetuo. Pactũ salis est sempiternũ coram domino ti-
bi ac filijs tuis. Dixitq; dominus ad Aaron, In terra eorũ nihil possi

debitis, nec habebitis partē inter eos: ego pars & hereditas tua in medio filiorum Israel. Filijs autē Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo foederis: vt non accedant vltrà filij Israel ad tabernaculum, nec cōmittant peccatum 'mortiferum,' solis filijs Leui mihi in tabernaculo seruiētibus, & portantibus peccata populi. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt, decimarū oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. Locutusq; est dñs ad Moysen, dicens, 'Precipe' Leuitis, atq; denuntia, Cum acceperitis à filijs Israel decimas quas dedi vobis *, primitias earū offerte domino, id est decimam partem decime, 'vt reputetur vobis in oblationes primitiuorū tam de areis quàm de torcularibus.' Et de vniuersis quorū accipitis primitias, offerte dño, & date ea Aaron sacerdoti. Omnia que offeretis ex decimis, & in donaria domini separabitis, optima & electa erunt cuncta. Dicesq; ad eos, Si preclara & meliora queq; obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area & torculari dederitis primitias: & comedetis eas in omnibus locis vestris, tā vos quā familie vestre, quia pretiū est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij. Et non peccabitis sup hoc, egregia vobis & pinguia reseruātes: ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini.

* & moriantur,

* Loquere

* in hereditatē vestram

* & reputabis vobis eleuatio vestra ac si daretis frumentū de area, & plenitudinem de torculari.

Decime Leuitis erant pro hereditate.

D

Leuitis precipitur vt ex decimis, decimas deo offerant optimis.

CAP. XIX.

A

Locutusq; est dominus ad Moysen & Aaron, dicens, 'Ista est religio victime, quam' constituit dominus. Precipe filijs Israel vt adducant ad te vaccam rufam etatis integre, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum: tradetisq; eam Eleazaro sacerdoti, qui eductam extra castra immolabit in conspectu omnium: & tingens digitum in sanguine eius, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus, comburetq; eam cunctis videntibus, tam pelle & carnibus eius, quàm sanguine & fimo flamme traditis. Lignum quoq; cedrinum, & hyssopum, coccumq; bis tinctum sacerdos mittet in flammam, que vaccam vorat. Et tunc* demum lotis vestibus, & corpore suo ingredietur in castra, cōmaculatusq; erit vsque ad vesperum. Sed & ille qui combusserit eam, lauabit vestimenta sua & corpus, & immundus erit vsq; ad vesperum. Colliget autem vir mundus cineres vacce, & effundet eos extra castra in loco purissimo, vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam, & in aquam aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est. Cumq; lauerit qui vacce portauerat cineres vestimenta sua, immūdus erit vsque ad vesperum. Habebunt hoc filij Israel, & aduene, qui habitant inter eos, 'sanctum iure perpetuo.' Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus, aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari. Omnis qui tetigerit humane anime morticinum, & aspersus hac commixtione non fuerit, polluet tabernaculum domini, & peribit ex Israel: quia aqua expiationis non est aspersus, immundus erit, & manebit spurcitia eius super eum.

* Hoc est statutū legis, qđ

Vacca rufa, ex cuius* cineribus aqua aspersionis fiebat pro peccato. Heb. 13. b.

* sacerdos

B

* in statutum perpetuum.

C

Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo, Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, & vniuersa vasa que ibi sunt, polluta erunt septem diebus. Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis, aut per se mortui, siue os illius, vel sepulchrum, immundus erit septem diebus. Tollentq; de cineribus combustionis 'atque peccati,' & mittent aquas viuas super eos in vas: in quibus cum homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tentorium, & cunctam supellectilem, & homines huiuscemodi contagione pollutos: atq; hoc modo mundus lustrabit immundum tertio & septimo die, expiatusq; die septimo, lauabit se & vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius

Lex morientis in tabernaculo.

Lex nō tangendi immundum.

* oblationis pro peccato,

D

de medio ecclesię: quia sanctuarium domini polluit, & non est aqua lustrationis aspersus, erit hoc pręceptum legitimum sempiternum. Ipse quoque qui aspergit aquas, lauabit vestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit vsque ad vesperam. Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima quę horum quippiam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperam.

CAPVT XX.

A Moriť Maria. Venerunt que filij Israel, & omnis multitudo in desertum Sin, mense primo: & mansit populus in Cades. Mortua que est ibi Maria, & sepulta in eodem loco. Cum que indigeret aqua populus, conuenerunt aduersum Moysen & Aaron, & versi in seditionem, dixerunt, Vtinam perijssemus inter fratres nostros coram domino. Cur eduxistis ecclesiã [vel congregationem.] domini in solitudinem, vt & nos & nostra iumenta moriamur? Quare nos fecistis ascendere de Aegypto, & adduxistis in locum istum pessimũ, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec mala granata, insuper & aquam non habet ad bibendum? Ingressus que Moyses & Aaron dimissa multitudine in tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaueruntque ad dominum, atque dixerunt, Domine deus audi clamorem huius populi, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquę viuę, vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. Locutus que est dominus ad Moysen, dicens, Tolle virgam, & congrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cum que eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. Tulit igitur Moyses virgam, quę erat in conspectu domini, sicut pręceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixit que eis, Audite rebelles & increduli, Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Cum que eleuasset Moyses manũ, percutiens virga bis silicẽ, egressę sunt aquę largissimę, ita vt populus biberet & iumenta. Dixit que dominus ad Moysen & Aaron, Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me corã filijs Israel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hęc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel cõtra dominum, & sanctificatus est in eis. Misit interea nuntios Moyses de Cades ad regem Edom, qui dicerent, Hęc mandat frater tuus Israel, Nosti omnem laborẽ qui apprehendit nos, quomodo descenderint patres nostri in Aegyptum, & habitauerimus ibi multo tempore: afflixerintque nos Aegyptij, & patres nostros: & quomodo clamauerimus ad dominũ, & exaudierit nos, miserit que angelum qui eduxerit nos de Aegypto. Et ecce in vrbe Cades, quę est in extremis finibus tuis, positi, obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, [regia] nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, donec trãseamus terminos tuos. Cui respondit Edom, Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi. Dixerunt que filij Israel, Per tritam gradiemur viam: & si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra, dabimus quod iustum est: [pretium ea.] nulla erit in pretio difficultas, [vel, nihil detrimẽti erit, pedibus nostris transibimus. Heb.] tantum velociter transeamus. At ille respondit, Non transibis. Statim que egressus est obuius, cum infinita multitudine, & manu forti, nec voluit acquiescere deprecanti, vt cõcederet transitum per fines suos. quam ob rem diuertit ab eo Israel.

Cum que castra mouissent de Cades, venerunt in montem Hor, qui est in finibus terrę Edom: vbi locutus est dominus ad Moysen, dicens, Pergat [Cõgregabitur] Aaron ad populos suos: non enim intrabit terram quã dedi filijs Israel, eo quod incredulus fuerit [rebelles fuistis] ori meo ad aquas contradictionis. Tolle Aaron & filium eius [Eleazar] cum eo, & duces eos in montem Hor. Cum que nudaueris patrem [Aaron] veste sua, indues ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur, & morietur ibi. Fecit Moyses vt pręce-

Ppl'o murmurãte dantur aquę è petra. Exod. 17. b.

B

Hęc verba his signis inclusa, nec scripturis, nec in impressis aliquot, vt nec in hebręis leguntur.

Sap. 11. a.

Psal. 77. b
1. cor. 10. a.

Moyses & Aarõ nõ ingressuri terrã promissiõis. C
Deut. 1. f.
Aquę cõtradictionis.
Edom negat trãsitũ filijs Israel.

D

Moriť aarõ. 33. e.
Deut. 32. g.

perat dominus, & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine. Cumq; Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis supercilio, descendit *cum Eleazaro. Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

CAPVT XXI.

QVod cum audisset Chananęus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorum viam, pugnauit contra illum, & victor existens, duxit ex eo prędam. At Israel voto se domino obligans, ait, Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius. Exaudiuitq; dominus preces Israel, & tradidit Chananęum: quem ille interfecit subuersis vrbibus eius: & vocauit nomen loci illius, Horma, id est anáthema. Profecti sunt autem de monte Hor, per viam quę ducit ad mare rubrum, vt circumirent terram Edom. Et tędere cœpit populum itineris ac laboris: locutusq; contra dominum & Moysen, ait, Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquę: anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quamobrem misit dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas, & mortes plurimorum, venerunt ad Moysen, atque dixerunt, Peccauimus, quia locuti sumus contra dominum & te: ora vt tollat à nobis serpentes. Orauit Moyses pro populo, & locutus est dominus ad eum, Fac serpentem ęneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses SERPENTEM AENEVM, & posuit eum pro signo: quem cum percussi aspicerent, sanabantur.

Profectiq; filij Israel castrametati sunt in Oboth. Vnde egressi fixere tentoria in Ieabarim, in solitudine quę respicit Moab contra orientalem plagam. Et inde mouentes, venerunt ad torrentem Zared.

Quem relinquentes castrametati sunt contra Arnon, quę est in deserto, & prominet in finibus Amorrhęi. siquidem Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhęos. Vnde dicitur in libro bellorum domini, sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrentium inclinati sunt vt requiescerent in Ar, & recumberent in finibus Moabitarum. Et ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est dominus ad Moysen, Congrega populum, & dabo ei aquam. Tunc cecinit Israel carmen istud, Ascendat puteus. Concinebant, Puteus quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis. Profectiq; sunt de solitudine, Mathana: de Mathana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth. Bamoth vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, quod respicit contra desertum. Misit autem Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhęorum, dicens, Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis. via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. Qui concedere noluit vt transiret Israel per fines suos: quin potius exercitu congregato, egressus est obuiam in desertum, & venit in Iasa, pugnauitq; contra eum. A quo *percussus est in ore gladij, & possessa est terra eius ab Arnon vsq; Ieboc, & filios Ammon: quia forti pręsidio tenebantur termini Ammonitarum. Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhęi, in Hesebon scilicet, & viculis eius. Vrbs Hesebon fuit Sehon regis Amorrhęi, qui pugnauit contra regem Moab: & tulit omnem terram, quę ditionis illius fuerat, vsq; Arnon. Idcirco dicitur in prouerbio, Venite in Hesebon, ędificetur, & construatur ciuitas Sehon. Ignis *egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon. Vę tibi Moab, periisti popule Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatem regi Amorrhęorum Sehon. Iugum) ipsorum

Moyses.
Israel,
angustijs affectus
ignitum,
super vexillũ (vel, perticã) & infra.
vel, in cumulis Abarim,
dicetur
vel cõnumeratiõe (aut cũ bella dñi commemorabunt)
qđ fecit (vel onus siue oppressionẽ quã fecit)
& qp effusiões (vel, aq̃ cũ impetu currens)
in Beer (i. puteum) hic autem puteus est
foderunt liberales ppli cum legislatore
de Bamoth i vallem quę
omni populo suo
Israele
abijs q prouerbijs vtuntur.
enim
vel Regnũ

Substituit Eleazarus.
Deut.10.b.
Luget Aaron pplus.
A
Vincit Isrl regẽ Arad.
Votũ Israel.
Horma.
B
Tędet ppls itineris.
Loquitur ctrã deum.
Serpẽtibus ignitis pcussus morit.
C
Sa.16.a
1.cor.10.b.
FIGVRA CHRISTI
Iohan.3.b.
Castrametãtur i Arnõ.
Iudi.11.c.
D
E
Vincitur Sehon.
Deut.2.f.
Iudi.11.d.
Amos.2.c.
Psal.134.c
F
Amorrhęorũ vrbes possidet Israel.
Vrbs Hesebõ Moabitę victi ab Amorrhęis
Iudi.11.c.

G disperijt ab Hesebon vsque Dibon, ²lassi peruenerunt in Nophe, & vsque Medaba. Habitauit itaq; Israel in terra Amorrhei. Misitq; Moyses qui explorarent Iazer: cuius ceperunt viculos, & ³possederunt habitatores. Verteruntq; se, & ascenderunt per viam Basan, & occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai. Dixitq; dominus ad Moysen, Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram eius: faciesq; illi sicut fecisti Sehon regi Amorrhęorũ habitatori Hesebon. Percusserunt igitur & hunc cum filijs suis, vniuersumq; populũ eius ²vsq; ad internecionem, & possederunt terram illius.

Percutitur Og.
Deute. 3. a. 29. b.

² desolauimus eos vsq;
³ expulit Amorrhęũ qui erat ibi.
² vsq; quo nõ relinqueret ei qui aufugeret (vel superstes esset)

CAP. XXII.

A PRofectiq; castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Iericho sita est. Videns autem Balac filius Sephor omnia quę fecerat Israel Amorrhęo, & quod pertimuissent eũ Moabitę, ²& impetũ eius ferre nõ possent, dixit ad maiores natu Madian, ²Ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsq; ad radices carpere. Ipse autem *erat eo tempore rex in Moab. Misit ergo nuntios ad Balaam filiũ Beor ²ariolum, qui habitabat super flumen terrę filiorum Ammon, vt vocarent

Rex Balac mittit ad Balaam vt maledicat populo.
Iosu. 24. b.

² quia multus erat, & angustijs affectus est Moab prę filios Israel: quodq; Moab dixisset
² Nũc lambet (vel corrodet) hęc agregatio
* Balac
² interpretem somniorum

B eum, & dicerent, Ecce egressus est populus ex Aegypto, qui operuit superficiem terrę, sedens cõtra me. Veni igitur, & maledic *populo huic, quia fortior me est: si quomodo possim percutere & eijcere eum de terra mea. noui enim quod benedictus sit, cui benedixeris: & maledictus in quem maledicta congesseris. Perrexeruntq; seniores Moab, & maiores natu Madian habẽtes diuinationis pretium in manibus. Cumq; venissent ad Balaam, & narrassent ei omnia verba Balac, ille respõdit, Manete hic nocte, & respondebo quicquid mihi dixerit dominus. Ma-

* propter me

C nentibus autem illis apud Balaam, venit deus, & ait ad eum, ²Quid sibi volunt homines isti apud te? Respondit, Balac filius Sephor rex Moabitarũ misit ad me, dicens, Ecce populus qui egressus est de Aegypto, operuit superficiem terrę: veni, & maledic ei, si quo modo possim pugnans abijcere eum. Dixitq; deus ad Balaam, Noli ire cum eis, Neque maledicas populo, quia benedictus est. Qui mane consurgens dixit ad principes *, Ite in terram vestram, quia prohibuit me dominus venire vobiscum. Reuersi principes dixerunt ad Balac, Noluit Balaam ve-

² Qui sunt
* Balac

Balaã prohibet deus maledicere Israelitis

D nire nobiscum. Rursum ille multo plures & nobiliores quàm antè miserat, misit. Qui cum venissent ad Balaam, dixerunt, Sic dicit Balac filius Sephor, Ne cuncteris venire ad me: paratus sum honorare te, *& quicquid ²volueris dabo: veni, & maledic populo isti. Respondit Balaam, Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero ²immutare verbũ domini dei mei, vt vel ²plus vel minus loquar. Obsecro vt hic maneatis etiam hac nocte, & scire queam quid mihi rursum respõdeat dominus. Venit ergo deus ad Balaam nocte, & ait ei, Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade cum eis: ita

Infra 24. c.
Balaam nõ põt maledicere, contra domini voluntatem.

* valde
² dixeris faciam:
² transgredi
² parũ vel magnum faciã. Heb.

E duntaxat, vt quod tibi ²pręcepero facias. Surrexit Balaam mane, & strata asina profectus est cum eis. Et iratus est deus *. Stetitq; angelus domini in via ² contra Balaam, qui insidebat asinę, & duos pueros habebat secum. Cernens asina angelum *stantẽ in via euaginato gladio *, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quã cum verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere, stetit angelus in angustijs duarum maceriarum, quibus vineę cingebantur. Quem videns asina, iunxit se parieti, & ²attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam, & nihilominus angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiari, obuius stetit. Cumq; vidisset asinam stantem angelum, cõcidit sub pedibus sedentis. Qui *iratus, vehementius cędebat fuste latera eius. Aperuitq; dominus os asinę, & locuta est, Quid feci tibi? cur percutis me ecce iam tertio? Respondit Ba-

Balaã eunti ad maledicendum, occurrit angelus.
2. Pet. 2. c.
Iudę. 1. d.
Loquitur asina

² loquar
* quod pergeret ipse.
² vt aduersaretur ei,
* domini
* in manu eius
² coarctauit ipsius Balaam
* Balaam

laam,

nunc occiderem te. Quia commeruisti & illusisti mihi: vtinam haberem gladiū vt te percuterem. Dixit asina, Nonne animal tuum sum, cui semper sedere consueuisti vsq; in præsentem diem? Dic quid simile vnquā fecerim tibi? At ille ait, Nunquam. Protinus aperuit dominus oculos Balaam, & vidit angelum stantem in via euaginato gladio, adorauitq; eum pronus in terram. Cui Angelus, Cur, inquit, tertio verberasti asinā tuam? Ego veni vt aduersarer tibi, qa peruersa est via tua, mihiq; contraria. & nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem, & illa viueret. Dixit Balaam, Peccaui, nesciens quòd tu stares contra me: & nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar. Ait angelus, Vade cū istis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi, loquaris. Iuit igitur cum principibus. Quod cū audisset Balac, egressus est in occursum eius in oppido Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnon. Dixitq; ad Balaam, Misi nuntios vt vocarent te, cur non statim venisti ad me? an quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo? Cui ille respondit, Ecce adsum: numquid loqui potero aliud, nisi quod deus posuerit in ore meo? Perrexerunt ergo simul, & venerunt in vrbem quæ in extremis regni eius finibus erat. Cūq; occidisset Balac boues, & oues, misit ad Balaam, & principes qui cum eo erant, munera. Mane autem facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi.

CAPVT XXIII.

Dixitq; Balaam ad Balac, Aedifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, eiusdemq; numeri arietes. Cumq; fecisset iuxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulū & arietem super arā. Dixitq; Balaam ad Balac, Sta paulisper iuxta holocaustum tuum donec vadam, si forte occurrat mihi dominus, & quodcunq; mihi imperauerit, loquar tibi. Cumq; abijsset velociter, occurrit illi deus. Locutusq; ad eum Balaam, Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulum & arietem desuper. Dominus autem posuit verbum in ore eius, & ait, Reuertere ad Balac, & hæc loqueris. Reuersus inuenit stantem Balac iuxta holocaustum suū, & omnes principes Moabitarū: assumptaq; parabola sua, dixit, De Aram adduxit me Balac rex Moabitarū, de montibus orientis. Veni, inquit, & maledic * Iacob: propera & detestare Israel. Quomodo maledicam, cui nō maledixit deus? Qua ratione detester, quem dominus non detestatur? De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum, Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare possit puluerē Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horū similia. Dixitq; Balac ad Balaam, Quid est hoc qd agis? Vt malediceres inimicis meis, vocaui te: & tu econtrario benedicis eis. Cui ille respondit, Num aliud possum loqui nisi qd iusserit dominus? Dixit ergo Balac, Veni mecum in alterum locum, vnde partem Israel videas, & totum videre nō possis, & inde maledicito ei. Cumq; duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras, & impositis supra vitulis atq; arietibus, dixit ad Balac, Sta hic iuxta holocaustum tuum, donec ego obuius pergam. Cui cum dominus occurrisset, posuissetq; verbum in ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hæc loqueris ei. Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac, Quid, inquit, locutus est dominus? At ille assumpta parabola sua, ait, Sta Balac & ausculta, audi fili Sephor, Non est deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus est, & non implebit? Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrū in Israel

nunc occiderem te. asina tua diuertis per viam mihi cō trariā. ipsa vi dens me, declinauit à facie mea iā tribus vicibus. loquut⁹ fuerat ciuitate (ro Iuxta terminum Arnon, quę est i extremo termini. verè qd nequeā te honorare platearū (vel munitā. Quidam exponūt, Cuius plateę viris & mulieribus ac pueris erant refertę.)

obtulit Balac & Balaam ostenderit mihi solus, (aut silens)

propter me Cur (ipsi

quartā partē posuerit in ore meo populū qdē videas, at extremā tantum partem ipsius, & non totum: speculatorū,

pœniteat eū. vel iniquitas (aut dolor) vel præuaricatio

B

Balac suscipit ipsum Balaam

A Balaam cō struit aras.

Deus dat ipsi Balaam qd loquatur.

Balaā benedixit semini B. Israelis, prędicēs futurū maximum populum.

C

Vetat deus.

D Dominus deus eius cum eo est, & clangor victorię regis in illo. Deus
F.14.b eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Nō
est auguriū in Iacob, nec diuinatio in Israel. Temporibus suis dicetur
Iacob & Israeli quid operatus sit deus. Ecce populus vt leęna consur
get, & quasi leo erigetur: non accubabit donec deuoret prędam, & oc-
cisorum sanguinem bibat. Dixitq; Balac ad Balaam, Nec maledicas
ei, nec benedicas. Et ille ait, Nonne dixi tibi qđ quicqd mihi deus im
peraret, hoc facerem? Et ait Balac ad eum, Veni, & ducam te ad aliū
locum: si forte placeat deo vt inde maledicas eis. Cumq; duxisset eum
super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem, dixit ei Ba-
laam, Aedifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, eius-
demq; numeri arietes. Fecit Balac vt Balaam dixerat: imposuitq; vi-
tulos, & arietes per singulas aras.

CAPVT. XXIIII.

A CVmque vidisset Balaam quòd placeret domino vt benediceret
Balaam p̄phetat d̄ futuro regno Israel. Israeli, nequaquā abijt vt antè perrexerat, vt augurium quęreret:
sed dirigens contra desertum vultum suum, & eleuans oculos vidit
Israel in tentorijs commorantem per tribus suas: & irruente in se spi
ritu dei assumpta parabola ait, Dixit Balaam filius Beor, dixit homo
cuius obturatus est oculus: dixit auditor sermonum dei, qui visionē
omnipotentis intuitus est, qui cadit & sic aperiuntur oculi eius, Quàm
pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel: vt valles nemo
rosę, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quę fixit dominus,
quasi cedri prope aquas. Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit
B in aquas multas. Tolletur propter Agag, rex eius, & auferetur re-
S.15.d. gnum illius. Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo similis
est rhinocerotis. Deuorabunt gentes hostes illius, ossaq; eorum con-
fringent, & perforabunt sagittis. Accubans dormiuit vt leo, & quasi
leęna, quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipse
Balac irascitur Balaā. benedictus: qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Ira-
tusq; Balac contra Balaam, complosis manibus ait, Ad maledicendū
inimicis meis vocaui te, quibus econtrario tertio benedixisti: reuerte-
re ad locum tuum. Decreueram quidem magnifice honorare te, sed
dominus priuauit te honore disposito. Respondit Balaam ad Balac,
C Nonne nuntijs tuis, quos misisti ad me, dixi, Si dederit mihi Balac ple
S.22.d nam domum suam argenti & auri, non potero pręterire sermonē do
mini dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo, sed
quicquid dominus dixerit, hoc loquar? Veruntamen pergens ad popu
lum meum, dabo tibi consilium quid populus tuus populo huic fa-
CHRISTI aduentū p̄dicit Balaā matth.2.a ciat extremo tempore. Sumpta igitur parabola, rursum ait, Dixit Ba-
laam filius Beor, dixit homo cuius obturatus est oculus, dixit auditor
sermonum dei, qui nouit doctrinam altissimi, & visiones omnipoten-
tis videt, qui cadens apertos habet oculos, Videbo eum, sed non mo-
do: intuebor illum, sed non prope. ORIETVR STELLA ex
Iacob, & consurget virga de Israel: & percutiet duces Moab, vasta-
D bitq; omnes filios Seth. Et erit Idumęa possessio eius: hęreditas Seir
A malecitarū iteritus Cinęorum delectio. cedet inimicis suis: Israel verò fortiter aget. De Iacob erit qui domi
netur, & perdat reliquias ciuitatis. Cumq; vidisset Amalec, assu-
mens parabolam, ait, Principium gentium Amalec, cuius extrema per
dentur. Vidit quoque Cinęum: & assumpta parabola, ait, Robustum
quidem est habitaculum tuum: sed si in petra posueris nidum tuū, &
fueris electus de stirpe Cin, quandiu poteris permanere? Assur enim ca
De Romano imperio vaticinium. piet te. Assumptaq; parabola iterum locutus est, Heu quis victurus
est quando ista faciet deus? Venient in trieribus de Italia, superabunt
Assyrios, vastabuntq; Hebręos, & ad extremum etiam ipsi peribunt.
Surrexitq; Balaam, & reuersus est in locū suū: Balac quoq; via qua ve
nerat rediit.

vel habitatio (aut amicitia)
Balaam
loqueretur.
aperti sūt oculi:
torrentes in lōgū tēdētes
Exaltabitur magis quàm Agag.
eleuabitur
consumet (subaudi deus)
confringet
conteret
fuge
gloria.
apertus
incessit (vel ambulauit, p̄teritū pro futuro, id est prosiliscetur siue orietur.)
terminos
faciet diuitias. Chald. prosperabitur in substātia.
in ęternum
pone in petra
qa Cin incidet (vel depascet te, donec Assur captiuum ducat te.
vel desolauerit eū & infra.

CAPVT XXV.

MOrabatur autem eo tempore Israel in Setim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quę vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt & adorauerunt deos earum. Initiatusq; est Israel Beelphegor, & iratus dominus ait ad Moysen, Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Israel. Dixitq; Moyses ad Iudices Israel, Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. Et ecce vnus de filijs Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem vidente Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. Quod cum vidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virũ scilicet & mulierem in locis genitalibus. Cessauitq; plaga à filijs Israel, & occisi sunt viginti quatuor millia hominũ. Dixitq; dominus ad Moysen, Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filijs Israel: quia zelo meo cõmotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcirco loquere ad eum, Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quàm semini eius pactuz sacerdotij sempiternũ: quia zelatus est pro deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. Erat autem nomen viri Israelitę qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeonis. Porrò mulier Madianitis, quę pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. Locutusq; est dñs ad Moysen, dicẽs, Hostes vos sentiant Madianitę, & percutite eos: qa & ipsi hostiliter egerunt ɔtra vos, & deceperũt insidijs per idolũ Phogor & Cozbi filiaz ducis Madian sororẽ suã, q̃ percussa est in die plagę pro sacrilegio Phogor.

CAPVT XXVI.

POstquam noxiorum sanguis effusus est, dixit dominus ad Moysen & Eleazarum filium Aron sacerdotem, Numerate omnem summam filiorum Israel à viginti annis & supra, per domos & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos in campestribus Moab super Iordanem contra Iericho ad eos qui erant à viginti annis & supra, sicut dominus imperauerat, quorum iste est numerus: Ruben primogenitus Israel. huius filius, Henoch, à quo familia Henochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarum: & Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Charmi, à quo familia Charmitarum. hę sunt familię de stirpe Ruben: quarum numerus inuentus est quadragintatria millia & septingenti triginta. Filius Phallu, Eliab. huius filij, Namuel & Dathan & Abiron. isti sunt Dathan & Abiron principes populi qui surrexerunt contra Moysen & Aaron in seditione Core, quando aduersus dominum rebellauerunt: & aperiens terra os suum deuorauit * Core morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factum est grande miraculum, vt Core pereunte filij illius non perirent. Filij Simeon per cognationes suas, Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum: Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. hę sunt familię de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit vigintiduo millia ducenti. Filij Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Heri, ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitaruz. istę sunt familię Gad, quaruz omnis numerus fuit quadraginta millia quīgēti.

Marginal glosses (left): deorũ suorũ. coiũxitq; se coram dño: venit & adduxit fratribus suis scortum. vel, arrepta lancea tabernaculũ, ventrem. fœdus meũ pacem: populorum Affligite Madianitas affligũt (vel angustijs afficiunt) Post plagam autem diuiserũt se ɔgregatione eos & fuerunt in signum: perierunt.

Marginal notes (right): A Fornicatur ppls cũ filiab' Moab. Iof. 22.d. Deu. 4.a. B Phinees occidit Zābri & Cozbi. 1. mach. 2.c C psal. 105.e 1. cor. 10.b Pactuz dei cũ Phinees. 1. mach. 2.f Eccli. 45.d D Zambri. Cozbi. Madiãitas iubet deus occidere. 31.a A Numerant rursum filij Israel terrã Chanaã ingressuri. Ge. 46.b. exo. 6.b. 1. para. 5.a B S. 16.a.g. C

Gen.38.a.b Filij Iuda, Her & Onan, qui ambo mortui sunt in terra Chanáan.
Fueruntq; filij Iuda per cognationes suas: Sela à quo familia Sela-
itarum: Phares: à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Za-
reitarum. Porro filij Phares Hesron, à quo familia Hesronitarum: &
Hamul, à quo familia Hamulitarum. hę sunt familię Iuda, quarum
omnis numerus fuit septuagintasex millia quingenti. Filij Issachar
per cognationes suas: Thola, à quo familia Tholaitarũ: Phua, à quo
familia Phuaitarum: Iasub, à quo familia Iasubitarũ: Semran, à quo
familia Semranitarum. hę sunt cognationes Issachar, quarum nume-
rus fuit sexagintaquatuor millia trecenti. Filij Zabulon per cogna-
tiones suas: Saredi, à quo familia Sareditarũ: Elon, à quo familia Elo-
nitarum: Iahelel, à quo familia Iahelelitarum. hę sunt cognationes
D Zabulon, quarum numerus fuit sexaginta millia quingẽti. Filij Io-
seph per cognationes suas, Manasse & Ehráim. De Manasse ortus est
Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo
familia Galaaditarum. Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezé-
ritarum: & Helec, à quo familia Helecitarum: & Asriel à quo familia
Asrielitarum: & Seché, à quo familia Sechemitarũ: & Semida à quo
Ios.17.a familia Semidaitarũ: & Hepher, à quo familia Hepheritarũ. Fuit autẽ
Filię Sal- Hepher pater Salphaad, qui filios nõ habebat, sed tantũ filias, quarũ
phaad. ista sunt nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Thersa. hę
sunt familię Manasse, & numerus earum quinquaginta duo millia se-
ptingẽti. Filij autẽ Ephràim per cognationes suas fuerunt hi: Su-
thala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becherita-
rum: Thehen, à quo familia Thehenitarũ. Porro filius Suthala fuit
Heran, à quo familia Heranitarũ. hę sunt cognatiões filiorũ Ephràim:
E quarum numerus fuit trigintaduo millia quingentorũ. Isti sunt filij
Ioseph per familias suas. Filij Beniamin in cognationibus suis: Be-
la, à quo familia Belaitarum: Asbel, à quo familia Asbelitarũ: Achi-
ram, à quo familia Achiramitarum: Supham, à quo familia Supha-
mitarum: Hupham, à quo familia Huphamitarũ. Filij Bela, Hered &
Noeman. De Hered, familia Hereditarũ: de Noeman, familia Noema-
nitarum. hi sunt filij Beniamin per cognationes suas, quorum nume-
rus fuit quadragintaquinq; millia sexcenti. Filij Dan per cognatio-
nes suas: Suham, à quo familia Suhamitarum. hę sunt cognationes
Dan per familias suas. omnes fuere Suhamitę, quarum numerus erat
sexagintaquatuor millia quadringenti. Filij Aser p cognationes suas:
Iemna, à quo familia Iemnaitarũ: Iessui, à quo familia Iessuitarum:
Brie, à quo familia Brieitarum. Filij Brie. Heber, à quo familia Hebe-
F ritarum: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum. Nomen autẽ filię
Aser, fuit Sara. hę sunt cognationes filiorum Aser, & numerus eorũ
quinquagintatria millia quadringenti. Filij Nephthali per cogna-
tiones suas: Iesiel, à quo familia Iesielitarũ: Guni à quo familia Gu-
nitarum: Ieser à quo familia Ieseritarum: Sellem, à quo familia Selle-
mitarum. hę sunt cognationes filiorum Nephthali per familias suas:
quarum numerus quadragintaquinq; millia quadringenti. Ista est
summa filiorum Israel, q recensiti sunt sexcenta millia, & mille septin
gentitriginta. Locutusq; est dominus ad Moysen, dicens, Istis diui
detur terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas. Pluri-
bus maiorem (partem) dabis, & paucioribus minorem: singulis sicut [a] hereditatem
nunc recensiti sunt tradetur possessio: ita dũtaxat vt sors terram tri-
bubus diuidat & familijs. Quicquid sorte contigerit, hoc vel plures
G accipiant, vel pauciores. Hic quoq; est numerus filiorum Leui per
Numerus fi- familias suas: Gerson, à quo familia Gersonitarum: Caath, à quo fa- [b] Lobnitarum
liorũ Leui. milia Caathitarum: Merari, à quo familia Meraritarum. hę sunt fa- & sic in sequẽ-
Exod.6.c. milię Leui. Familia (Lobni), familia Hebroni, familia Moholi, fami- tibus

lia Musi, familia Core. At vero Caath genuit Amram: qui habuit
* ipsi Leui — vxorem Iochabed filiam Leui, quę nata est 'ei' in Aegypto. hęc ge- Exo.6.c.d.
nuit Amram viro suo, filios, Aaron & Moysen, & Mariam sororem
eorum. De Aaron orti sunt Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar:
quorum Nadab & Abiu mortui sunt, cũ obtulissent ignem alienum
coram domino. Fuerúntq; omnes qui numerati sunt, vigintitria mil- H
lia generis masculini ab vno mense & supra: quia non sunt recensiti §.3.a. Leui.
inter filios Israel, nec eis cum cęteris data possessio est. Hic est numerus 10.a.1. pa-
filiorum Israel, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote, in ra.24.a.
campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho: inter quos nul-
lus fuit eorum qui antè numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto
Sinai. Prędixerat enim dominus quòd omnes morerentur in solitu- 1.Cor.10.a
dine. Nullusq; remansit ex eis, nisi Caleb filius Iephone, & Iosue fi- §.14.d.
lius Nun.

CAPVT XXVII.

Accesserunt autem filię Salphaad, filij Hepher, filij Galaad, filij Ma- A
chir, filij Manasse, qui fuit filius Ioseph: quarum sunt nomina, Lex hęredi
Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa. Steteruntq; corã Moyse tatis filiarũ
& Eleazaro sacerdote, & cunctis principibus populi ad ostium taber- Salphaad.
naculi fœderis, atq; dixerunt, Pater noster mortuus est in deserto, nec §.16.d.
* in congregatione — fuit in seditione quę concitata est contra dominum 'sub' Core, sed Io-
in peccato suo mortuus est: hic non habuit mares filios. Cur 'tollitur' sue.17.a
* diminuetur — nomen illius de familia sua, quia non habet filium? Date nobis pos- Supra.16.a
* fratres & infra. — sessionem inter 'cognatos' patris nostri. Retulitq; Moyses causas ea- B
rum ad iudicium domini. Qui dixit ad eum, Iustam rem postulant
filię Salphaad: da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hę
reditate succedant. Ad filios autem Israel loqueris hęc, Homo cum De hęredi-
mortuus fuerit absq; filio, ad filiam eius transibit hęreditas, si filiam tate lex.
non habuerit, habebit successores fratres suos. quod & si fratres nõ fue
rint, dabitis hęreditatẽ fratribus patris eius. sin autem nec patruos ha-
buerit, dabitur hęreditas his qui ei proximi sunt. eritq; hoc filijs Israel
* in statutum iudicij — 'sanctum lege perpetua', sicut pręcepit dominus Moysi. Dixit quoq;
dominus ad Moysen, Ascende in montem istum Abarim, & cõtem- C
plare inde terram quam daturus sum filijs Israel. cumq; videris eam, Ostenditur
* congregaberis — 'ibis' & tu ad populum tuũ, sicut iuit frater tuus Aaron, quia 'offen- Moysi ter-
distis me' in deserto Sin in contradictione multitudinis, nec sanctifica ra promis-
* rebelles fuistis ori meo — re me voluistis coram eis super aquas. hę sunt aquę contradictionis sionis.
in Cades deserti Sin. Cui respõdit Moyses, 'Prouideat' dominus deus Deu.32.g
* pręficiat — spirituum omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc: Supra.20.b
& possit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere, ne sit
* Coram Eleazaro sacerdote stabit qui pro ipso postulabit iudiciũ veritatis (aut certitudinis, vel illuminationis) coram domino. — populus domini sicut oues absq; pastore. Dixitq; dominus ad eum,
Tolle Iosue filium Nun virum in quo est spiritus, & pone manum
tuam super eum. Qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multi D
tudine, & dabis ei pręcepta cunctis videntibus, & partem glorię tuę, Cõstituitur
vt audiat eum omnis synagoga filiorum Israel. 'Pro hoc si quid agẽ Iosue dux
dum erit, Eleazar sacerdos consulet dominum.' Ad verbum eius egre populi pro
dietur & ingredietur ipse, & omnes filij Israel cũ eo, & cętera multitudo. Moyse.
Fecit Moyses vt pręceperat ei dñs. Cumq; tulisset Iosue, statuit eum Deu.3.d.
coram Eleazaro sacerdote & omni frequẽtia populi. Et impositis ca-
* pręcepit ei — piti eius manibus cuncta 'replicauit' quę mandauerat dominus.

CAPVT XXVIII.

Dixit quoq; dominus ad Moysen, Pręcipe filijs Israel, & dices ad A
eos, Oblationem meam & panes, & incensum odoris suauissimi Quid quibus
* domino — offerte per tẽpora sua. Hęc sunt sacrificia quę * offerre debetis, Agnos libet festiui
anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustũ sempiternum: tatibus offe
vnũ offeretis mane, & alterũ ad vesperũ: decimã partẽ ephi similę, quę rendum.
cõspersa sit oleo purissimo, & habeat quartã partẽ hin. holocaustum Mal.11.a

iuge eſt quod obtuliſtis in monte Sinai in odorem ſuauiſſimum in/
cenſi domini. & libabitis vini quartam partem hin per agnos ſingu/
los in ſanctuario domini. Alterumq; agnum ſimiliter offeretis ad ve
ſperam iuxta omnem ritum ſacrificij matutini, & libamentorum eius,
B oblationem ſuauiſſimi odoris domino. Die autem ſabbathi offere/
tis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas ſimilę oleo
conſperſę in ſacrificio, & liba quę ritè funduntur per ſingula ſabbatha
in holocauſtum ſempiternum. In calendis autem, id eſt in menſium
exordijs, offeretis holocauſtum domino, vitulos de armento duos,
arietem vnum, agnos anniculos ſeptem immaculatos, & tres decimas
ſimilę oleo conſperſę in ſacrificio per ſingulos vitulos: & duas deci/
mas ſimilę oleo conſperſę per ſingulos arietes: & decimam decimę
ſimilę ex oleo in ſacrificio per agnos ſingulos. holocauſtum ſuauiſſi/
mi odoris atque incenſi eſt domino. Libamenta autem vini quę per
ſingulas fundenda ſunt victimas, iſta erunt, Media pars hin per ſingu
los vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum. hoc erit holocauſtū
per omnes menſes, qui ſibi anno vertente ſuccedunt. Hircus quoque
C offeretur domino pro peccatis in holocauſtum ſempiternū cum liba/
Exo.12.c mentis ſuis. Menſe autem primo, quartadecima die menſis, phaſe do
Leui.23.a mini erit, & quintadecima die ſolennitas: ſeptem diebus veſcentur azy
mis. Quarū dies prima venerabilis & ſancta erit: omne opus ſeruile
non facietis in ea. Offeretisq; incenſum holocauſtū domino vitulos
de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptē:
& ſacrificia ſingulorum ex ſimila quę conſperſa ſit oleo, tres decimas
per ſingulos vitulos, & duas decimas per arietem, & decimā decimę per
agnos ſingulos. id eſt per ſeptē agnos. Et hircum pro peccato vnū, vt
expietur pro vobis, pręter holocauſtū matutinum qđ ſemper offeretis.
Ita facietis per ſingulos dies ſeptem dierum in fomitem ignis, & in
odorem ſuauiſſimū domino: qui ſurget de holocauſto & de libatio/
nibus ſingulorū. Dies quoq; ſeptimus celeberrimus & ſanctus erit vo
D bis: omne opus ſeruile non facietis in eo. Dies etiam primitiuorum
quando offeretis nouas fruges domino, expletis hebdomadibus ve/
nerabilis & ſancta erit: omne opus ſeruile non facietis in ea. Offere/
tisq; holocauſtum in odorem ſuauiſſimū domino, vitulos de armen/
to duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptem: atq; in
ſacrificijs eorum ſimilę oleo conſperſę tres decimas per ſingulos vitu
los, per arietes duos, per agnos decimā decimę, qui ſimul ſunt agni
ſeptem. hircum quoq; vnum qui mactatur pro expiatione: pręter ho/
cauſtum ſempiternum & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum
libationibus ſuis.

CAP. XXIX.

A Menſis etiam ſeptimi prima dies venerabilis & ſancta erit vobis,
omne opus ſeruile non facietis in ea, quia dies clangoris eſt &
tubarum. Offeretisq; holocauſtum in odorem ſuauiſſimū domino,
vitulum de armento vnum, arietem vnū, & agnos anniculos imma/
culatos ſeptem: & in ſacrificijs eorum ſimilę oleo conſperſę tres deci/
mas per ſingulos vitulos, duas decimas per arietem, vnam decimam
per agnum, qui ſimul ſunt agni ſeptem: & hircum pro peccato, qui of
fertur in expiationem populi: pręter holocauſtum calendarū cum ſa/
crificijs ſuis, & holocauſtum ſempiternum cum libationibus ſolitis.
Eiſdem ceremonijs offeretis in odorem ſuauiſſimū incenſum domino.
Leui.16.g & 23.e. Decima quoq; dies menſis huius ſeptimi erit vobis ſancta atq; vene
rabilis, & affligetis animas veſtras: omne opus ſeruile non facietis in
B ea. Offeretisq; holocauſtum domino in odorem ſuauiſſimum, vitu/
lum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immacula/
tos ſeptem: & in ſacrificijs eorum ſimilę oleo conſperſę tres decimas
per ſingulos vitulos, duas decimas per arietem, decimā decimę per

Quid octo primis diebus ſeptimi menſis ſit offerendū.

in odorē gestis ſacrificium dn̄o. Chald. interp. vt oblatio voluntarie ſuſcipiatur coram dn̄o

in munus

Hebraiſmus eſt, pro, ſingulas decimas. & infra.

ſacrificium

conuocatio

ſacrificium

panis ſacrificij eſt (vl panē offeretis in ſacrificium)

ſup holocauſtū iuge fiat, & libamen eius. Chald. interp. pręter holocauſtū iuge & libamē ei fiet.

conuocatio

duas decimas p arietē.

ſingulas decimas, & infra

agnos singulos, qui sunt simul agni septem: & hircum pro peccato. absq; his quę offerri pro delicto solēt in expiatione: & holocausto sempiterno, (& sacrificiu) & libaminibus eorum. Quintadecima verò die mensis septimi, quę vobis sancta erit atque venerabilis, omne opus seruile non facietis in ea: sed celebrabitis solennitatem domino septem diebus. offeretisq; holocaustum *in odorem suauissimum domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: & in libamētis eorum similę oleo conspersę tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim: & duas decimas arieti vno, id est simul arietibus duobus, & decimam decimę agnis singulis, qui sunt simul agni quatuordecim: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, & sacrificio & libamine eius. In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis, & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioq; & libamine eius. Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioq; & libamine eius. Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & Arietes & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato. absq; holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. Die quinto offeretis vitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. Die septimo offeretis vitulos septem, & arietes duos; agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. Die octauo (qui est celeberrimus,) omne opus seruile non facietis, offerentes holocaustum in odorem suauissimum domino, vitulum vnum, arietem vnū, agnos anniculos immaculatos septem: sacrificiaq; eius & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis, & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. Hęc offeretis domino in solennitatibus vestris. pręter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostijs pacificis.

* oblatione & infra.
* sacrificium
* in quo fit cętus (vel ꝯgregatio populi)

CAPVT XXX.

NArrauitq; Moyses filijs Israel omnia quę ei dominus imperauerat, & locutus est ad principes tribuum filiorum Israel, Iste est sermo quem pręcepit dominus, Si quis virorum votum domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento: non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit. Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit (iuramento) quę est in domo patris sui, & in ętate adhuc puellari: si (cognouerit) pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacuerit *, (voti rea erit:) quicquid pollicita est & iurauit, opere complebit. Sin autem statim vt audierit contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater. Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egre-

* ligamine
* audierit
* pater
* firma erunt vota sua; & infra.

De votis, quādo reddenda. Puella vouens.

diens animam eius obligauerit iuramento: quo die audierit vir, & non
contradixerit, voti rea erit, reddetq; quodcunq; promiserat. Sin autem
C audiens *statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, ver- * vir eius
baq; quibus obstrinxerat animam suam: ^propitius erit ˺ ei dominus. ^ parcet
Vidua & repudiata quicquid vouerint, reddent. Vxor in domo viri & infra;
cum se voto constrinxerit & iuramento, si audierit vir, & tacuerit, nec
contradixerit sponsioni, reddet quodcunq; promiserat. sin autem extem-
plo contradixerit, non tenebitur promissionis rea: quia maritus con-
tradixit, & dominus ei propitius erit. Si vouerit, & iuramento se con-
D strinxerit vt per ieiunium vel cęterarum rerum abstinentiam affligat
animam suam; in arbitrio viri erit siue faciat, siue non faciat. quod si
audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam: quicquid
vouerat atq; promiserat, reddet: quia statim vt audiuit tacuit. sin au-
tem contradixerit postquã rescuit, portabit ipse iniquitatem eius. Istę
sunt leges quas constituit dominus Moysi inter virum & vxorem, in-
ter patrem & filiam quę in puellari adhuc ętate est, vel quę manet in
parentis domo.

CAP. XXXI.

A Madianitę interficiuntur, & vrbes ipsorũ comburuntur. I.25.d

Locutusq; est dñs ad Moysen, dicẽs, Vlciscere prius filios Israel de
Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum. Statimq; Moyses,
Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint vltionem do-
mini expetere de Madianitis. mille viri de singulis tribubus eligantur
ex Israel qui mittantur ad bellum. Dederuntq; millenos de singulis
tribubus, id est duodecim millia expeditorum ad pugnam: quos misit
Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasaq; sancta, & tubas
ad clangendum tradidit eis. Cumq; pugnassent contra Madianitas
atq; vicissent, omnes mares occiderunt, & reges eorum Eui & Recem ^ Madianita-
Iosue.13.c & Sur & Hur & Rebe, quinque principes ^gentis.˺ Balaam quoq; fi- rum:
B Balaam interficitur. lium Beor interfecerunt gladio. Ceperuntq; mulieres eorum & par-
uulos, omniaq; pecora & cunctam supellectilem, quicquid habere po-
tuerant depopulati sunt. tam vrbes, quàm viculos & castella flamma
consumpsit. Et tulerunt prędam, & vniuersa quę ceperant tam ex ho-
Prędã afferunt Israelitę ad Moysen & Aarõ. minibus quàm ex iumentis, & adduxerunt ad Moysen & Eleazarum ^ prędã inquã
sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israel. ^reliqua au- & spolia oia
tem vtensilia˺ portauerunt ad castra in campestribus Moab, iuxta Ior-
danem contra Iericho. Egressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos,
& omnes principes synagogę in occursum eorum extra castra. Iratusq;
Moyses principibus exercitus, tribunis & centurionibus qui venerant
C de bello, ait, Cur fœminas reseruastis? Nonne istę sunt quę deceperunt
I.25.a filios Israel ad suggestionem Balaam, & pręuaricari vos fecerunt in
Mulieres interficiũtur. dominum super peccato Phogor, vnde & percussus est populus? Ergo
cunctos interficite quicquid est generis masculini etiam in paruulis: &
mulieres quę nouerunt viros in coitu, iugulate: puellas autem & om-
nes fœminas virgines reseruate vobis, & manete extra castra septem
diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die
Virgines reseruãtur. tertio & septimo. Et de omni pręda siue vestimentum fuerit siue vas,
& aliquid in vtensilia pręparatum, de caprarum pellibus & pilis & li-
gno expiabitur. Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitus, qui pu-
Ignis. gnauerant, sic locutus est, Hoc est ^preceptum˺ legis quod mandauit ^ statutum
D dominus Moysi, Aurum & argentum & ęs & ferrum & plumbum &
stannum, & omne quod potest transire per flammas, ^igne˺ purgabi- ^ trãsire facie-
Aqua. tur. quicquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis san- tis per ignẽ, &
ctificabitur: & lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati po-
stea castra intrabitis. Dixitq; dominus ad Moysen, Tolle summam
Pręda ex ęq [illegible] eorum quę capta sunt ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacer-
dimidi[illegible] dos & omnes principes vulgi: ^diuidesq; ex ęquo˺ prędam inter eos ^ dimidiabis
qui pugnauerunt, egressiq; sunt ad bellum, & inter omnem reliquam

multitudinem, & separabis partem domino ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus, & dabis eam Eleazaro sacerdoti, ᵃ quia primitię domini sunt.ˋ Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum & boum & asinorum & ouium, cunctorumq́; animantium: & dabis ea Leuitis, qui excubant in custodijs tabernaculi domini. Feceruntq́; Moyses & Eleazar, sicut preceperat dominus. Fuit autem preda quam exercitus ceperat, ouium sexcenta septuagintaquinque millia, boum septuagintaduo millia, asinorum sexaginta millia & mille: animę hominum sexus fœminei, quę non cognouerant viros, trigintaduo millia. Dataque est media pars his qui in prelio fuerant, ouium trecenta trigintaseptem millia quingentę: è quibus in partem domini supputatę sunt oues sexcentę septuagintaquinque. Et de bobus trigintasex millibus, boues septuaginta & duo: de asinis triginta millibus quingentis, asini sexaginta vnus: de animabus hominum sedecim millibus, cesserunt in partem domini trigintaduę animę. Tradiditq́; Moyses numerum primitiarum domini Eleazaro sacerdoti, sicut fuerat ei imperatum * ex media parte filiorum Israel, quam separauerat his qui in prelio fuerant. De media verò parte quę contigerat reliquę multitudini, id est de ouibus trecentis trigintaseptem millibus quingentis, & de bobus trigintasex millibus, & de asinis triginta millibus quingentis, & de hominibus sedecim millibus, tulit Moyses quinquagesimum caput, & dedit Leuitis qui excubabant in tabernaculo domini, sicut preceperat dominus. Cumq́; accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni, centurionesq́;, dixerunt, Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donarijs domini singuli quod in preda auri potuimus inuenire, periscelides & armillas, annulos & dextralia ac murenulas, vt ᵇdeprecreris pro nobis dominum.ˋ Susceperuntq́; Moyses & Eleazar sacerdos omne aurum ᶜin diuersis speciebusˋ pondo sedecim millia septingentos quinquaginta siclos à tribunis & centurionibus. Vnusquisque enim quod in preda rapuerat, suum erat. Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij, in monimentum filiorum Israel coram domino.

ᵃ oblationem domini.

E

Numerus predę.

F

* à domino,

G

Gratiarum actio à filijs Israel, quòd ex eis nullus in bello cecidisset.

ᵇ expies aías nostras coram domino.

ᶜ ex omnibus vasis fabrefactis,

CAPVT XXXII.

Filij autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Cumq́; vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras, venerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & ad principes multitudinis, atque dixerunt, Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, & Hesebon, & Eleale, & Sabam, & Nebo, & Beon, terra quam percussit dominus in conspectu filiorum Israel, regionis vberrimę est ad pastum animalium: & nos serui tui habemus iumenta plurima: precamurq́; si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem. Quibus respondit Moyses, Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? Cur ᵃsubuertitis mentesˋ filiorum Israel, ne transire audeant in locum quem eis daturus est dominus? Nónne ita egerunt patres vestri, quãdo misi de Cadesbarne ad explorandam terram? Cumq́; venissent vsq; ad vallem Botri lustrata omni regione, subuerterũt cor filiorum Israel, vt non intrarent ᵇfinesˋ quos eis dominus dedit. Qui * iratus iurauit, dicens, Si videbunt homines isti qui ascenderũt ex Aegypto à viginti annis & supra, terram quam sub iuramento pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob: & noluerunt sequi me, preter Caleb filium Iephone Cenezęum, & Iosue filiũ Nun: isti impleuerunt voluntatem meam. Iratusq́; dominus aduersum

A

Ruben & Gad, & dimidia trib⁹ Manasse petũt sibi dari possessioné trãs Iordanẽ ad orientẽ.

B

Rubenitę & Gaditę corripiũtur à Moyse, q periculis se noluerũt obijcere cũ frib⁹

ᵃ vel retrahitis aut reuocatis cor & infra,

ᵇ terram

* dominus

Sup. 13.c

Sup. 14.e

C Israel, circunduxit eum per desertum quadraginta annis, donec con- vagari eos
sumeretur vniuersa generatio quę fecerat malum in conspectu eius. Et fecit
ecce inquit, vos surrexistis pro patribus vestris incremēta, & alumni multitudo
hominum peccatorum, vt augeretis furorem domini contra Israel. Chald. interp.
Quòd si nolueritis sequi eum, in solitudine populum derelinquet, discipuli
Rubenitę & Giditę prō- mittunt se reducturos fres in terrā pmissionis. & vos causa eritis necis omnium. At illi propè accedentes, dixerūt, rursum
Caulas ouium fabricabimus, & stabula iumentorum, paruulis quoque diminuet,
nostris vrbes munitas: nos autē ipsi armati & accincti pergemus festinantes
ad prelīū ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Par- (vel prōpti)
uuli nostri & quicquid habere possumus, erunt in vrbibus munitis, accipiemus
propter habitatorū insidias. Non reuertemur in domos nostras, vsque hęreditatem
D dum possideant filij Israel hęreditatem suam: nec quicquā quęremus cum eis
Iosue. 1. a trans Iordanem, quia iam habemus nostram possessionem in orientali
eius plaga. Quibus Moyses ait, Si facitis quod promittitis, expediti
pergite corā domino ad pugnā: & omnis vir bellator armatus Iordanē
trāseat, donec subuertat dominus inimicos suos, & subijciatur ei omnis
terra: tunc eritis inculpabiles apud dominū & apud Israel, & obtinebi- reuertimini,
tis regiones quas vultis, corā domino. Sin autem quod dicitis non fe- &
ceritis, nulli dubium est quin peccetis in deum: & scitote quoniā pec- ecce peccastis domino:
E catum vestrū apprehendet vos. Aedificate ergo vrbes paruulis vestris,
& caulas & stabula ouibus ac iumentis: & quod polliciti estis implete. egressum est
Dixerūtq; filij Gad & Ruben ad Moysen, Serui tui sumus, faciemus qđ de ore vestro
iubet dñs noster. Paruulos nostros, & mulieres, & pecora, ac iumenta re- Heb.
linquemus in vrbibus Galaad: nos autem famuli tui omnes expediti accincti armis
pergemus ad bellū, sicut tu domine loqueris. Pręcepit ergo Moyses
Iosue. 4. c Eleazaro sacerdoti, & Iosue filio Nun, & principibus familiarum per tri
bus Israel, & dixit ad eos, Si transierint filij Gad, & filij Ruben vobiscū
Iordanem omnes armati ad bellū coram domino, & vobis fuerit terra
F subiecta: date eis Galaad in possessionem. Sin autem noluerint transire
armati vobiscum in terram Chanaān, inter vos habitandi accipiant
Rubenitis & Gaditis datur pos- sessio trans Iordanē ad orientem. loca. Responderūtq; filij Gad, & filij Ruben, Sicut locutus est dominus
seruis tuis, ita faciemus: ipsi armati pergemus coram domino in terrā
Chanāan, & possessionē iam suscepisse nos confitemur trans Iordanē.
Dedit itaque Moyses filijs Gad & Ruben, & dimidię tribui Manasse
filij Ioseph regnum Sehon regis Amorrhęi, & regnū Og regis Basan,
terram eorum cum vrbibus suis per circuitum. Igitur extruxerunt filij
Iosue. 13. b Gad, Dibon, & Ataroth, & Aroer, & Roth & Sophan, & Iazer, & Iegbaa,
13. a G & Bethnemra, & Betharan, vrbes munitas, & caulas pecoribus suis. Filij
Deu. 3. b verò Ruben ędificauerunt Hesebon, & Eleale, & Cariathaim, & Nabo,
Geñ. 50. d & Baalmeon versis nominibus, Sabama quoq;: imponentes vocabula
Amorrhę9 occiditur. vrbibus quas extruxerant. Porrò filij Machir, filij Manasse perrexerūt
in Galaad, & vastauerunt eam interfecto Amorrhęo habitatore eius.
Manasse possessio. Dedit ergo Moyses terram Galaad Machir filio Manasse, qui habita-
uit in ea. Iair autem filius Manasse abijt, & occupauit vicos eius, quos
Deu. 3. b appellauit Hauothiair, id est villas Iair. Nobe quoq; perrexit, & appre
Iair posssio Nobe poss. hendit Canath cum viculis suis: vocauitq; eam ex nomine suo Nobe.

CAPVT XXXIII.

A Numerātur māsiones filiorū Israel. HAec sunt mansiones filiorū Israel, qui egressi sunt de Aegypto per
turmas suas in manu Moysi & Aaron, quas descripsit Moyses iu-
xta castrorum loca, quę domini iussione mutabant. Profecti igitur vel profectiones eorum.
de Ramesse mense primo, quintadecima die mensis primi, altera die
Exod. 12. f phase, filij Israel in manu excelsa, videntibus cunctis Aegyptijs, & se-
pelientibus primogenitos quos percusserat dominus, (nam & in dijs
eorum exercuerat vltionem) castrametati sunt in Socoth. Et de So-
Exod. 13. d coth venerunt in Etham, quę est in extremis finibus solitudinis. Inde
Exod. 14. a egressi venerunt contra Phihahiroth, quę respicit Beelsephon, & ca-

strametati sunt ante Magdalum. Profectiq; de Phihahiroth transie- B
runt per medium mare in solitudine: & ambulantes tribus diebus per Exo.14.c
desertum Etham, castrametati sunt in Mara. Profectiq; de Mara vene Exo.15.d
runt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palmę septua-
ginta: ibiq; castrametati sunt. Sed & inde egressi fixerunt tentoria su-
per mare rubrum. Profectiq; de mari rubro, castrametati sunt in deser- Exo.16.a
to Sin. Vnde egressi venerunt in Daphca. Profectiq; de Daphca ca-
strametati sunt in Alus. Egressiq; in de Alus, in Raphidim fixere ten-
toria, vbi populo defuit aqua ad bibendum. Profectiq; de Raphidim, Exo.17.a
castrametati sunt in deserto Sinai. Sed & de solitudine Sinai egressi, Exo.19.a
venerunt ad Sepulchra concupiscentię. Profectiq; de Sepulchris con- C
cupiscentię, castrametati sunt in Haseroth. Et de Haseroth venerunt in S.11.a
Rethma. Profectiq; de Rethma, castrametati sunt in Remonphares. S.11.d
Vnde egressi venerūt in Lebna. De Lebna castrametati sunt in Ressa. S.13.a
Egressiq; de Ressa, venerunt in Ceelatha. Vnde profecti, castrametati
sunt in monte Sepher. Egressi de monte Sepher, venerunt in Harada.
Inde proficiscentes, castrametati sunt in Maceloth. Profectiq; de Ma-
celoth, venerunt in Thahath. De Thahath castrametati sunt in Tha-
re. Vnde egressi, fixere tentoria in Methca. Et de Methca castrametati D
sunt in Hesmona. Profectiq; de Hesmona, venerūt in Moseroth. Et de Deu.10.b
Moseroth castrametati sunt in Beneiaacan. Profectiq; de Beneiaacan
venerūt in montē Gadgad. Vñ pfecti, castrametati sunt in Ietebatha.
Et de Ietebatha venerūt in Hebrona. Egressiq; de Hebrona, castrameta
ti sunt in Asiongaber. Inde profecti, venerūt in desertum Sin, hęc est S.20.a
Cades. Egressiq; de Cades, castrametati sunt in monte Hor in extre-
mis finibus terrę Edom. Ascenditq; Aaron sacerdos in montem Hor E
iubente domino: & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis fi-
liorum Israel ex Aegypto, mense quinto, prima die mensis, cum esset S.20.d
annorum centum vigintitrium. Audiuitq; Chananęus rex Arad, qui Deu.32.g
habitabat ad meridiem, in terrā Chanāan venisse filios Israel. Et pro- S.21.a
fecti de monte Hor, castrametati sunt in Salmona. Vnde egressi, vene- S.21.c
runt in Phunon. Profectiq; de Phunon, castrametati sunt in Oboth.
Et de Oboth venerunt in Ieabarim, quę est in finibus Moabitarum.
Profectiq; de Ieabarim fixere tentoria in Dibongad. Vnde egressi, ca- F
strametati sunt in Helmondeblathaim. Egressiq; de Helmondeblathā
im, venerunt ad montes Abarim contra Nabo. Profectiq; de monti-
bus Abarim, transierunt ad campestria Moab, supra Iordanem cōtra
Iericho. Ibiq; castrametati sunt de Bethsimoth vsque ad Abelsatim
ᵃ cāpestribus in ᵃ(planioribus) locis Moabitarum, vbi locutus est dominus ad Moy
sen, Pręcipe filijs Israel, & dic ad eos, Quando transieritis Iordanem, Chananę-
intrantes terram Chanāan, disperdite cunctos habitatores terrę illius: os iubet de
ᵇ delubra eorū, (vbi dijs suis orationes faciebant) confringite ᵇ(titulos), & statuas cōminuite, atq; omnia excelsa vastate, us occidere.
ᶜ expellētes habitatores, ᶜ(mundantes terram), & habitantes in ea. ego enim dedi vobis illā in G
possessionem, quam diuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorē, &
paucioribus angustiorē. Singulis vt sors ceciderit, ita tribuetur hęreditas.
Per tribus & familias possessio diuidetur. Sin autē nolueritis interficere
ᵈ in cultros habitatores terrę: qui remāserint, erunt vobis ᵈ(quasi claui) in oculis, &
ᵉ in spinas ᵉ(lanceę) in lateribus, & aduersabuntur vobis in terra habitationis ve-
ᶠ angustijs assidebunt vos. strę; & quicqd illis cogitaueram facere, vobis faciā. CAP. XXXIIII.

Locutusq; est dominus ad Moysen, dicēs, Pręcipe filijs Israel, & dices A
ad eos, Cum ingressi fueritis terram Chanāan, & in possessionem Terrę posses-
vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur. Pars meridiana incipiet sionis fines
ā solitudine Sin, quę est iuxta Edom: & habebit terminos contra orien & termini.
tem mare salsissimum: qui circuibunt australem plagam per ascen- Iosue.15.a
sum scorpionis, ita vt transeant in Senna, & perueniant ad meridiem
vsque ad Cadesbarne, vnde egredientur confinia ad villam no-

mine Adar,& tendent vſq; ad Aſemona.ibitq; per gyrum terminus
B ab Aſemona vſq; ad torrentem Aegypti,& magni maris litore finie-
tur. Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet, & ipſo fine
claudetur. Porrò ad ſeptentrionalem plagam à mari magno termi
ni incipient, peruenientes vſq; ad montem ᵃaltiſſimum,ᵃ à quo ve- ᵃ Hor
nient in Emath vſq; ad terminos Sedáda,ibuntq; confinia vſq; ad Ze
phrona,& villam Enan.hi erunt termini in parte aquilonis. Inde
metabuntur fines contra orientalem plagam, de villa Enan vſq; Se-
pháma,& de Sepháma deſcendent termini in Reblátha contra fon-
C tem ᵃDaphnimᵃ: inde peruenient contra orientes ad mare Cenereth, ᵃ ab oriente.
& tendent vſq; ad Iordanem,& ad vltimum ſalſiſſimo claudentur ma
ri.Hanc habebitis terram per fines ſuos in circuitu. Precepitq; Moy-
ſes filijs Iſraël,dicens,Hęc erit terra quam poſſidebitis ſorte,& quam
iuſſit dominus dari nouem tribubus,& dimidię tribui.Tribus enim fi-
liorum Ruben per familias ſuas,& tribus filiorum Gad iuxta cogna-
tionum numerum,media quoq; tribus manaſſe,id eſt duę ſemis tribus,
acceperunt partem ſuam trans Iordanem contra Iericho ad orienta-
lem plagam. Et ait dominus ad Moyſen,Hęc ſunt nomina virorum
D qui terram vobis diuident,Eleazar ſacerdos,& Ioſue filius Nun,& ſin
Nomína eorum qui terrá debebát diuidere. Ioſue.14.a guli principes de tribubus ſingulis,quorum iſta ſunt vocabula,De tri
bu Iuda,* Caleb filius Iephone.De tribu Simeon,Samuel filius Am- * princeps & in reliqs vn decim repeti tur hęc dictio.
miud.De tribu Beniamin,Elidad filius Chaſelon.De tribu filiorum
Dan,Bocci filius Iogli. Filiorum Ioſeph de tribu Manaſſe,Haniel fi-
lius Ephod.De tribu Ephráim,Camuel filius Sephtan. De tribu Za-
bulon,Eliſaphan filius Pharnach.De tribu Iſſachar dux Phaltiel fi-
lius Ozan.De tribu Aſer,Ahiud filius Salomi.De tribu Nephali,Phe
dael filius Ammiud.Hi ſunt quibus pręceperat dominus vt diuide-
rent filijs Iſraël terram Chanaā.

CAPVT XXXV.

A HAec quoq; locutus eſt dominus ad Moyſen in cápeſtribus Moab
ſupra Iordanem contra Iericho,Pręcipe filijs Iſraël vt dent Leui
Vrbes Leuitis dandę. Ioſue.21.a. tis de poſſeſsionibus ſuis vrbes ad habitandum,& ſuburbana earū per ᵃ cubitorum
circuitum:vt ipſi in oppidis maneant,& ſuburbana ſint pecoribus ac ᵇ eritq; vrbs
iumentis:quę à muris ciuitatum forinſecus per circuitum mille ᵃpaſ- ᵇ & hęc ſuburbana eorum.
ſuumᵃ ſpatio tendentur.contra orientem duo millia erunt cubiti, &
contra meridiem ſimiliter erunt duo millia:ad mare quoq; quod re- ᵇ vrbes euaſionis quas dabitis, & infra.
ſpicit ad occidentē,eadem menſura erit,& ſeptentrionalis plaga ęqua
Vrbes refugij. Ioſue.20.a Deut.4.g. li termino finietur. ᵇeruntq; vrbesᵇ in medio,& foris ſuburbana.ᵇ De
ipſis autem oppidis,quę Leuitis dabitis,ſex erunt ᵇin fugitiuorum au *vrbes q̄s dabitis Leuitis,
xilia ſeparata,ᵇ vt fugiat ad ea qui fuderit ſanguinem:& exceptis his
alia quadragintaduo oppida,id eſt ſimul *quadragintaocto cum ſub- ᵇ vt fugiat illuc homicida q occiderit animam p ignorantiam:
B urbanis ſuis.Ipſęq; vrbes quę dabuntur de poſſeſsionibus filiorum
Iſraël,ab his qui plus habent,plures auferentur:& qui minus, paucio
res.ſinguli iuxta menſuram hęreditatis ſuę dabunt oppida Leuitis.
Deut.19.a. Ioſue.20.a Ait dominus ad Moyſen,Loquere filijs Iſraël,& dices ad eos,Quan
do trangreſsi fueritis Iordanem in terram Chanáan,decernite quę vr ᵃ redēptor (.i. is q redimit & vlciſcit ſāguinē occiſi,q ſolet vtplurimū eſſe cognatus & affinis)
bes eſſe debeant in pręſidia fugitiuorum, ᵃqui nolentes,ſanguinem fu
derint:ᵃ in quibus cum fugerit profugus, ᵃcognatus occiſiᵃ non pote
rit eum occidere,donec ſtet in conſpectu multitudinis, & cauſſa illius
iudicetur.De ipſis autem vrbibus,quę ad fugitiuorum ſubſidia ſepa
rantur,tres erunt trans Iordanem,& tres in terra Chanáan, tam filijs
Lex homicidij. Iſraël,q̄; aduenis atq; peregrinis,vt confugiat ad eas qui nolens,ſan
guinem fuderit. Si quis ferro percuſſerit,& mortuus fuerit qui percuſ ᵃhomicida eſt,
C ſus eſt:reus erit homicidij,& ipſe morietur.Si lapidem iecerit, & ictus morte morieť.
occubuerit: ᵃſimiliter punietur.ᵃ Si ligno percuſſus interierit: ᵃpercuſ ᵃhomicida eſt. morieť homicida.
ſoris ſanguine vindicabitur.ᵃ Propinquus occiſi,homicidam interfi-
Deut.19.c. ciet:ſtatim vt apprehenderit eum,interficiet.Si per odium quis homi

ᵃimpulerit eú: vel proiecerit sup eú aliqð ſtrumétú, abſq; vllis īſidijs: vel lapidē p̄cce ſit & ceciderit in eú, vñ mo riat, cuȝ tñ nō eēt ei inimic⁹, neq; quęrebat malum eius. ᵇiudicabit congregatio ſecū dū iudicia iſta: ᶜ ppinq occiſi ē infra. ᵈvrbis euaſióis ſuę ad quam fugerat, ᵉſacerdos magnus

nem impúlerit, vel fecerit quippiam in eum per inſidias, aut cum eſſet inimicus, manu percuſſerit, & ille mortuus fuerit: percuſſor, homicidij reus erit. cognatus occiſi ſtatim vt inuenerit eum, iugulabit. Quòd ſi fortuitu, & abſq; odio, ᵃ& inimicitijs quicquam horum fecerit, e hoc audiente populo fuerit comprobatum, atq; inter percuſſorem & propinquuȝ ſanguinis ᵇquęſtio ventilata: liberabitur innocens de ᶜvltoris manu, & reducetur per ſententiam in vrbem ad quam cōfugerat, manebitq; ibi, donec ſacerdos magnus, qui oleo ſancto vnctus eſt, moriatur. Si interfector extra fines ᵈvrbium, quę exulibus deputatę ſunt, fuerit inuentus, & percuſſus ab eo qui vltor eſt ſanguinis: abſq; noxa erit qui eum occiderit. debuerat enim profugus vſq; ad mortem pontificis in vrbe reſidere. poſtquam autem ᵉille obierit, homicida reuertetur in terraȝ ſuam. Hęc ᶠſempiterna erunt, & legitima in cunctis habitationibus veſtris. Homicida ſub teſtibus ᵍpunietur: ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur. Non accipietis pretiuȝ ab eo qui reus eſt ſanguinis, ʰſtatim & ipſe morietur. ⁱExules & profugi ante mortem pontificis nullo modo in vrbes ſuas reuerti poterūt: ne polluatis terrā habitationis veſtrę q̄ inſontiū cruore ᵏmaculaſ: nec aliter expiari pōt, niſi p eius ſanguinē qui alterius ſanguinē fuderit. ˡAtque ita emūdabitur veſtra poſſeſſio me cōmorāte vobiſcum:) ego eniȝ ſuȝ dominus qui habito inter filios Iſrael. D

Vnius teſtimonio nullus cōdemnandus.

ᶠerunt vobis in ſtatutum iudicij per generationes veſtras ᵍoccidetur: ʰimpius ē: dignus morte, ⁱnon accipietis pecunias ab eo qui fugit in vrbem refugij, vt reuertatur e habitet in terra, donec moriatur pontifex. ᵏin ea effuſo ˡEt non polluetis terram in qua habitatis, in cuius medio & ego habito.

CAPVT XXXVI.

ACceſſerunt aūt e principes familiap Galaad filij Machir, filij Manaſſe de ſtirpe filiop Ioſeph: locutiq; ſunt Moyſi corā principibus Iſrael, atq; dixerunt, Tibi domino noſtro pręcepit Dominus, vt terram ſorte diuideres filijs Iſrael, & vt filiabus Salphaad fratris noſtri dares poſſeſſionem debitam patri: quas ſi alterius tribus homines vxores acceperint, ſequetur poſſeſſio ſua, & tranſlata ad aliam tribum de noſtra hęreditatę minuetur: atq; ita fiet, vt cum iubileus, id eſt quinquageſimus annus remiſſionis aduenerit, ᵃconfundatur ſortium diſtributio, e aliorum poſſeſſio ad alios tranſeat.) Reſpondit Moyſes filijs Iſrael ᵇe domino pręcipiente ait,) Rectè tribus filiorum Ioſeph locuta eſt, e hęc lex ſuper filiabus Salphaad à domino promulgata eſt, Nubant quibus volunt, tantum vt ſuę tribus hominibus, ne cōmiſceatur poſſeſſio filiorum Iſrael de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione ſua: e cunctę fœminę de eadem tribu maritos accipient: vt hęreditas permaneat in familijs, nec ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneant vt à domino ſeparatę ſunt. Feceruntq; filię Salphaad vt ſibi fuerat imperatum: e nupſerunt Maala, & Therſa, & Hegla, e Melcha, e Noa filijs patrui ſui de familia Manaſſe, qui fuit filius Ioſeph: e poſſeſſio quę illis fuerat attributa, manſit in tribu e familia patris earum. Hęc ſunt mandata atque iudicia quę mandauit dominus per manum Moyſi ad filios Iſrael, in campeſtribus Moab ſupra Iordanem contra Iericho.

ᵃ addet hereditas eap. hereditati trib⁹ cu ius erit: & de hęreditate tribus patrū noſtrop diminuetur hęreditas earum. ᵇ iuxta ſermonē dñi dicēdo,

A Lex cōnubiop filiap Salphaad. ſ.27.a. B Tob.7.d. Viris ex ſua C tribu ducēda vxor, mulieribus ſimiſr nubendum. D

LIBER DEVTERONOMII, HEBRAICE ELLE HADDEBARIM.

A

Breuis repetitio gestorũ: à mãsione in mõte Horeb, vsq; ad mansionem in Cadesbarne. Nume. 21. e



ABC SVNT VERBA quę locutus est Moyses ad omnem Israel trans Iordanẽ in solitudine ʼ campestri, ˋ contra mare rubrũ, inter Pharan & Thophel & Laban & Haseroth, ʼ vbi auri est plurimũ. ˋ Vndecim diebus de Horeb per viam montis Seir vsq; ad Cadesbarne. Quadragesimo anno, vndecimo mense, prima die mẽsis locutus est Moyses ad filios Israel oĩa quę pręceperat illi dñs vt diceret eis: postq̃; percussit Sehon regem Amorrhęorũ, qui habitauit in Hesebon: ⁊ Og regẽ Basan, qui mãsit in Astaroth, ⁊ in Edrái trans Iordanẽ in terra Moab.

ʼ in planitie (vel campo)

ʼ & Dizaab.

B

Moyses legẽ explanat

Cœpitq̃; Moyses explanare legẽ ⁊ dicere, Dominus deus noster locutus est ad nos in Horeb, dicens, Sufficit vobis qđ in hoc monte mansistis: reuertimini, & venite ad montem Amorrhęorum, & ad cętera quę ei proxima sunt ʼ campestria atq; ˋ montana & humiliora loca contra meridiem, & iuxta litus maris, terrã Chananęorum, & Libani vsq; ad flumen magnum Euphraten. En, inquit, tradidi vobis *: ingredimini ⁊ possidete eam, super qua iurauit dominus patribus vestris Abraham, Isaac, ⁊ Iacob, vt daret illam eis, ⁊ semini eorũ post eos.

ʼ in solitudine, in

* terram.

Moyses nõ valẽs solus administrare pplm cõstituit Ecclesiasticos & alios. Exod. 18. c.

Principes quales esse debeant.

Dixitq̃; vobis illo in tẽpore, Non possum solus sustinere vos: q̃a dominus deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellę cęli, plurimi. Dominus deus patrum vestrorũ addat ad hunc numerum multa milia, & benedicat vobis sicut locutus est. Non valeo solus negotia vestra sustinere, ⁊ pondus ac iurgia. Date ex vobis viros sapientes ⁊ gnaros, ⁊ ʼ quorum cõuersatio sit probata in ˋ tribubus vestris, vt ponam eos vobis principes. Tunc respondistis mihi, Bona res est quam vis facere. Tuliq̃; de tribubus vestris viros sapientes & ʼ nobiles, ˋ ⁊ constitui eos principes, tribunos, ⁊ centuriones ⁊ quinquagenarios ac decanos, ʼ qui docerent vos singula. ˋ

ʼ peritos de

ʼ peritus,

ʼ in tribubus vestris.

Iudiciũ iustum. Iohã. 7. d. & 16. d. Leui. 19. c. Prou. 24. c. Eccli. 42. a. Iac. 2. a.

Pręcepiq̃; eis, dicens, Audite ʼ illos, ˋ ⁊ quod iustum est iudicate: siue ciuis sit ille, siue peregrinus. ʼ Nulla erit distantia personarum, ˋ ita paruum audietis vt magnum: nec ʼ accipietis ˋ cuiusquam personam, quia dei iudicium est. Quod si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, ⁊ ego audiam. Pręcepiq̃; vobis * omnia quę facere debetis.

ʼ frẽs vestros,

ʼ nõ cognoscetis facies in iudicio,

ʼ timebitis

* in tempore illo

D

Profecti autem de Horeb, transiuimus per eremum terribilem & maximam quam vidistis, per viam montis Amorrhęi, sicut pręceperat dominus deus noster nobis. Cumq̃; venissemus in Cadesbarne, dixi vobis, Venistis ad montem Amorrhęi, quem dominus deus noster daturus est nobis. Vide terram quam dominus deus tuus dabit tibi: ascende & possidc eam, sicut locutus est dominus deus noster patribus tuis noli timere, nec quicquã paueas.

Mittuntur exploratores. Nume. 13. a

Et accessistis ad me omnes, atq; dixistis, Mittamus viros * qui considerent terrã: & renuntient per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ciuitates. Cumq̃; mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros, singulos de tribubus suis. Qui cum perrexissent, ⁊ ascendissent in montana, venerunt vsq; ad Vallem botri: & consyderata terra sumentes * de fructibus eius ʼ vt ostenderent vbertatem, ˋ attulerunt ad nos, atq; dixerunt, Bona est terra, quam dominus deus noster daturus est nobis. Et noluistis ascẽ

* ante nos

* in manu sua

dere, sed increduli ad sermonem domini dei nostri murmurastis in tabernaculis vestris, atq; dixistis, Odit nos dñs, & idcirco eduxit nos de terra Aegypti, vt traderet nos in manu Amorrhei, atq; deleret. Quò ascendemus? ᵃnuntij terruerunt ᵇcor nostrum, dicentes, Maxima multitudo est, & nobis statura procerior: vrbes magnę, & ad cęlum vsque munitę. filios Enacim vidimus ibi. Et dixi vobis, Nolite metuere, nec timeatis eos: dominus deus qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Aegypto cunctis videntibus, & in solitudine ipsi vidistis. Portauit te dominus deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum. Et nec sic quidem credidistis domino deo vestro, qui pręcessit vos in via, & ᶜmetatus est ᵈlocum in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. Cumq; audisset dominus vocem sermonum vestrorum, iratus iurauit & ait, Non videbit quispiam de hominibus generationis huius pessimę terram bonam, quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris: pręter Caleb filium Iephone. ipse enim videbit eã, & ipsi dabo terram quam calcauit, & filijs eius, quia secutus est dominum. ᵇNec miranda indignatio in populum, cum ᵏmihi quoque iratus dominus propter vos dixerit, Nec tu ingredieris illuc: sed Iosue filius Nun ᵉminister tuus, ᶠipse intrabit pro te. hunc exhortare & robora, & ipse sorte terram diuidet Israeli. Paruuli vestri, de qbus dixistis quòd captiui ducerentur, & filij qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur: & ipsis dabo terram, & possidebunt eam. Vos autem reuertimini, & abite in solitudinem per viam maris rubri. Et respõdistis mihi, peccauimus domino: ascendemus & pugnabimus, sicut pręcepit dominus deus noster. Cumq; instructi armis ᵍpergeretis ʰin montem, ait mihi dominus, Dic ad eos, Nolite ascendere, neque pugnetis, non enim sum vobiscum: nec cadatis coram inimicis vestris. Locutus sum, & non audistis, sed aduersantes imperio domini, & tumentes superbia ascendistis in montem. Itaque egressus Amorrhęus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & ⁱcecidit ᵏde Seir vsque Horma. Cumq; reuersi ploraretis coram domino, non audiuit vos, nec voci vestrę voluit acquiescere. Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore.

ᵃ fratres nostri dissoluerunt
ᶜ explorauit
ᵉ qui stat corã te, Heb.
ᵍ velletis ascendere
ⁱ continuerũt vos

Ppls incredulus nõ vult ascendere.
E
Exod. 13. d.
F
Incredulus ppls ñ videbit terrã pmissam.
Nũe. 14. d.
Caleb.
Moyses incredulitate nõ est igressus terrã pmissiõis.
G
Nũe. 20. b.
Pcm̃ agnoscit ppls.
num. 14. f.
Cõtra volũtatẽ dei ascẽdẽs Isrl cõtra Amorrheũ, cędit.
Plorat ppls

CAPVT II.

PRofectiq; inde venimus in solitudinem, quę ducit ad mare rubrum, sicut mihi dixerat dominus: & circuiuimus montem Seir longo tempore. Dixitq; dominus ad me, Sufficit vobis circuire montem istum: ite contra aquilonem, & populo pręcipe, dicẽs, Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos. Videte ergo diligenter ne ᵃmoueamini ᵇcontra eos. neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest vnius pedis calcare vestigiũ: quia in possessionẽ Esau dedi montẽ Seir. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptã haurietis, & bibetis. Dominus deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum: nouit iter tuum quomodo transieris solitudinem hanc magnam per quadraginta annos, habitans tecum dominus deus tuus, & nihil tibi defuit. Cumq; transissemus fratres nostros filios Esau, qui habitabãt in Seir, per viã campestrem de Elath, & de Asiongaber, venimus ad iter quod ducit in desertum Moab. Dixitq; dominus ad me, Non pugnes cõtra Moabitas, nec ineas aduersus eos pręlium: nõ enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filijs Lot tradidi Ar in possessionẽ. Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus, & validus, & tam excelsus vt de Enacim stirpe quasi gigantes crederentur, & essent similes filiorũ Enacim. Denique Moabitę appellãt eos Emim. In Seir aũt

ᵃ vel irritetis vos

A
Pręcipitur pplo trãsitu rõ p montẽ Seir, emere cibos & aqũ ab eis.
Benedictio dei, & solicitudo p Israelitis,
B
& puidẽtia.
Israeli pcipitur, ne cõtra Moabitas pliẽtur.
Possessio filiorũ Lot.
C Emim.

prius habitauerunt Horrhei: ᵃquibus expulsis atque deletis habita- ᵃ e filij Esau ea
Horrhei. uerunt filij Esau, sicut fecit Israel in terra possessionis suę, quam de- pulerūt eos &
dit illi dominus. Surgentes ergo vt transiremus torrentem Za- pdiderūt eos,
red, venimus ad eum. Tempus autem quo ambulauimus de Cade- & in loco ipso
sbarne vsque ad transitum torrentis Zared, triginta & octo annorum rum ipsi
fuit: donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de
castris, sicut iurauerat dominus: cuius manus fuit aduersum eos, vt in-
terirent de castrorum medio. Postquam autem vniuersi ceciderunt
pugnatores, locutus est dominus ad me, dicens, Tu transibis ho-
D die terminos Moab vrbem nomine Ar: & accedens in vicina filio- ᵃ obsidas
Ne contra rum Ammon, caue ne ᵃpugnes contra eos, nec ᵃmouearis ad pręliū. ᵃ litiges cū eis.
Ammon non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filijs Lot dedi
pugnet. eam in possessionem. Terra gigantum reputata est: & in ipsa olim ha-
bitauerunt gigantes, quos Ammonitę vocant Zomzommim, popu-
Zomzom- lus magnus, * & procerę longitudinis, sicut Enacim: quos deleuit dñs * e multus,
mim. à facie eorum: ᵃe fecit illos habitare pro eis, sicut fecerat filijs Esau, ᵃ e expulerunt
Heuęi à qui habitant in Seir, delens Horrhęos, & ᵃterram eorum illis tradens, eos, e intraue-
Cappadoci quam possident vsq; in pręsens. Heuęos quoq; qui habitabant in Ha rūt loco ipsorū,
bus victi. serim vsq; Gazam, Cappadoces expulerunt: qui egressi de Cappadocia ᵃ e expulerunt
E deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis. Surgite & transite torrētem eos, e habita-
Arnon: ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon Amorrhęo- uerunt in terra
rum, & terram eius incipe possidere, & committe aduersus eum pręlium. ipsorum,
Sehon de- Hodie incipiam mittere terrorem atq; formidinem tuam in populos
negans trā qui habitant sub omni cęlo: vt audito nomine tuo paueant, & in-
situ vincit. ᵃmorem parturientium contremiscant, & dolore teneantur. Misi ᵃ timeant à fa
Nume.21.e ergo nuntios de solitudine Cademoth ad Sehon regem Hesebon ver cie tua.
F bis pacificis, dicens, Transibimus per terram tuam, publica gradiemur
via: non declinabimus neq; ad dexteram, neq; ad sinistram. Alimen-
ta pretio vende nobis, vt vescamur: aquam pecunia tribue, & sic bi-
bemus. Tantum est vt nobis concedas transitum, sicut fecerunt * filij * nobis
Esau, qui habitant in Seir, & Moabitę qui morantur in Ar: donec
veniamus ad Iordanem, & transeamus ad terram quā dominus deus
noster daturus est nobis. Noluitq; Sehon rex Hesebon dare nobis trā
situm: quia indurauerat dominus deus tuus spiritum eius, & obfirma-
uerat cor illius, ᵃita vt traderetur in manus tuas, sicut nunc vides. ᵃ vt darem
Amos.2.c Dixitq; dominus ad me, Ecce cœpi tibi tradere Sehon & terram eius,
incipe possidere eam. Egressusq; est Sehon obuiam nobis cum omni
G populo suo ad pręlium in Iasa. Et tradidit eum dominus deus noster
nobis: percussimusq; eum cum filijs suis & omni populo suo. Cun-
ctasq; vrbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum,
viris ac mulieribus & paruulis: non reliquimus in eis quicquā. Absq;
iumentis, quę in partem venere prędantium: & spolijs vrbium, quas
cepimus ab Aroer, quę est super ripam torrentis Arnon, & oppido qđ
in valle situm est, vsq; Galaad. Non fuit vicus & ciuitas quę nostras
effugeret manus: omnes tradidit dominus deus noster nobis. Absque
terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus: & cunctis quę adia-
cent torrenti Ieboc, & vrbibus montanis, vniuersisq; locis, à quibus
nos prohibuit dominus deus noster. CAP. III.

A Itaq; conuersi ascendimus per iter Basan: egressusq; est Og rex Ba-
Og rex Ba- san in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai. Di-
san occidit. xitq; dominus ad me, Ne timeas eum, quia in manu tua ᵃtraditus est ᵃ tradam eum
infra.29.b cū omni populo ac terra sua: faciesq; ei sicut fecisti Sehon regi Amor
Nume.21.g rhęorum, qui habitauit in Hesebon. Tradidit ergo dominus deus no-
Nume.21.e ster in manibus nostris etiam Og regem Basan, & vniuersum populū ᵃ ita vt nullus
Nume.21.g eius: percussimusq; eos ᵃvsq; ad internecionem, vastantes cunctas ci remanserit su-
uitates illius vno tempore: non fuit oppidum quod nos effugeret: se- perstes,

xaginta

xaginta vrbes, & omnem regionem Argob regni Og in Basan. Cunctę vrbes erant munitę muris altissimis, portisq; & vectibus, absq; oppidis innumeris quę non habebant muros. Et deleuimus eos, sicut feceramus Sehon regi Hesebon, disperdentes omnem ciuitatem, virosq; ac mulieres & paruulos: iumenta autem & spolia vrbium diripuimus. Tulimusq; illo in tempore terram de manu duorum regum Amorrhęorum, qui erant trans Iordanem: à torrente Arnon vsq; ad montem Hermon, quem Sidonij Sarion vocant, & Amorrhęi Sanir: omnes ciuitates quę sitę sunt in planitie, & vniuersam terram Galaad & Basan vsq; ad Selcha, & Edrai ciuitates regni Og in Basan. Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Et mōstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabbath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensurā cubiti virilis manus.

Terramq; possedimus in tempore illo ab Aroer, quę est super ripam torrentis Arnon, vsq; ad mediam partem montis Galaad: & ciuitates illius dedi Ruben & Gad. Reliquā autem partem Galaad, & omnem Basan regni Og, tradidi medię tribui Manasse, omnem regionē Argob: cunctaq; Basan vocabatur terra gigantum. Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob vsq; ad terminos Gessuri, & Machati. Vocauit ex nomine suo Basan, Hauoth Iair, id est Villas Iair, vsque in pręsentem diem. Machir quoq; dedi Galaad. Et tribubus Ruben & Gad dedi de terra Galaad vsq; ad torrentem Arnon medium torrentis & confiniū vsq; ad torrentē Iebor, qui est terminus filiorum Ammon: & planitiem [a] solitudinis [b] atq; Iordanem, & terminos Cenereth vsq; ad mare [a] deserti, [b] quod est salsissimum [a] ad radices montis Phasga [b] contra orientem. Pręcepiq; vobis in tempore illo, dicens, Dominus deus vester dat vobis terram hanc in hęreditatem, expediti pręcedite fratres vestros filios Israel omnes viri robusti: absq; vxoribus, & paruulis atq; iumentis. Noui enim quòd plura habeatis pecora, & in vrbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis: donec requiem tribuat dominus fratribus vestris sicut vobis tribuit: & possideant ipsi etiam terram quam daturus est eis trans Iordanem: tunc reuertetur vnusquisq; in possessionem suam quam dedit vobis. Iosue quoq; in tempore illo pręcepi, dicens, Oculi tui viderunt quę fecit dominus deus vester duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis ad quę transiturus es. Ne timeas eos: dominus enim deus vester pugnabit pro vobis.

Deprecatusq; sum dominum in tempore illo, dicens, Domine deus tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, manumq; fortissimam, neq; enim est alius deus vel in cœlo, vel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuę. Transibo igitur, & videbo terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium, & Libanum. Iratusq; est dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi, Sufficit tibi, nequaquam vltrà loquaris de hac re ad me. Ascende cacumen Phasgę, & oculos tuos circumfer ad Occidentem, & Aquilonem, Austrumq;, & Orientem, & aspice. nec enim transibis Iordanem istum. Pręcipe Iosue, & corrobora eum atq; conforta: quia ipse pręcedet populū istū, & diuidet eis terram quā visurus es. Mansimusq; in valle contra Phanū Phogor.

CAP. IIII.

ET nunc Israel audi [a] pręcepta [b] & iudicia quę ego doceo te: vt, faciens ea viuas, & ingrediēs possideas terram quam dñs deus patrū vestrorū daturus est vobis. Non addetis ad verbum qđ vobis [a] loquor, [b] nec auferetis ex eo: custodite mandata domini dei vestri quę ego pręcipio vobis. Oculi vestri viderunt omnia quę fecit dominus [a] contra [b] Beelphegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri. Vos autem qui adhęretis domino deo vestro, viuitis vniuersi vsq; in pręsentem diem. Scitis quòd docuerim vos pręce-

[a] planitiei,
[a] statuta
[a] pręcipio,
[a] in

B
Hermon mōs q & Sariō. & Sanir
Lectus Og regis.
Possessio Ruben, Gad, & dimidię tribus Manasse. Nume. 32. f
C
Basan terra gigantum.
Hauoth Iair.
Rubenitis & Gaditis pręcipit vt armati deducant frēs in terrā Chanāan.
Iosue cōstituit dux sup Israel. Nūe. 27. d.
D Orās Moys. oīpo tētiā dei cōfessus, petit ingredi terrā Chanāan & nō exauditur. Infra. 32. e. 34. a.
Moysi deus terrā ostēdit.
Adhortatio ad leges seruādas.
A Verbo dñi nihil addēdū aut detrahēdū.
beelphegor nume. 25. a
Adhęrere deo.

pta atque iustitias, sicut mandauit mihi dominus deus meus: sic fa- praecepit
cietis ea in terra quam possessuri estis, e obseruabitis, e implebitis ope
re. Hęc est enim vestra sapientia, & intellectus cora populis, vt audien-
Sapientia. tes vniuersi pręcepta hęc, dicant, En, populus sapiens & intelligens, Tm (vel, Seo
Intellect⁹. gens magna. Nec est alia natio tam grandis, quę habeat deos appro- lus est iste.
pinquantes sibi, sicut dominus deus noster adest cunctis obsecrationi/ Alij, Certe)
Orōnibus bus nostris. Quę est enim alia gens sic inclyta vt habeat ceremonias, magna
nostris ad/ iustaq; iudicia, & vniuersam legem, quā ego propono hodie ante statuta,
est deus. oculos vestros? Custodi igitur temetipsum, & animā tuam solicitè. do
B Ne obliuiscaris verborū quę viderunt oculi tui, & ne excidant ò cor- corum
Filiī qd do de tuo cunctis diebus vitę tuę. Docebis ea filios ac nepotes tuos, die
cendi. in quo stetisti coram domino deo tuo in Horeb, quando dominus lo-
Exo. 19. c. quutus est mihi, dicens, Congrega ad me populū, vt audiant sermo- quos discent,
nes meos, & discant timere me omni tempore quo viuūt in terra, do vt timeant
centq; filios suos. Et accessistis ad radices montis, qui ardebat vsque
ad cœlū: erantq; in eo tenebrę, & nubes, & caligo. Loquutusq; est ad cor cœli
dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audistis, & (.i. vsq; ad me
formam penitus non vidistis. Et ostendit vobis pactum suū, quod dium cœli)
pręcepit vt faceretis, & decem verba quę scripsit in duabus tabulis la- pręter vocē
pideis. Mihiq; mandauit in illo tēpore vt docerem vos ceremonias statuta
& iudicia quę facere deberetis in terra quā possessuri estis. Custodite ad quā transi
dehortatio igitur solicitè animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinē in tis vt possidea
n qcūq; simi die qua loquutus est vobis dominus in Horeb de medio ignis: ne fortè tis eam.
tudine ado decepti faciatis vobis sculptā similitudinē, aut imaginem masculi corrupti
randa. C vel fœminę, similitudinem omniū iumentorum quę sunt super terrā,
vel auiū sub cœlo volantium, atque reptiliū quę mouentur in terra, reptant
siue piscium qui sub terra morantur in aquis: ne fortè eleuatis oculis
Hḗditas dei ad cœlum videas solē & lunā, e omnia astra cœli, & errore deceptus stellas, omnē
ppls israel adores ea e colas, quę creauit dominus deus tuus in ministeriū cun militiam
Moyses nō ctis gentibus quę sub cœlo sunt. Vos autem tulit dominus, & edu- diuisit (siue
igressurus xit de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populum hęreditarium, sicut distribuit)
terrā pmiss. est in pręsenti die. Iratusq; est dominus contra me propter sermones
Supra. 1. f vestros, e iurauit vt non transirē Iordanē, nec ingrederer terrā opti
Imagīes ne mam quā daturus est vobis. Ecce, morior in hac humo, non transi- in hḗditatē.
fiāt q D bo Iordanem: vos transibitis, e possidebitis terram egregiam. Caue
adorent, so ne quādo obliuiscaris pacti domini dei tui, quod pepigit tecum: e fa-
licite rursū cias tibi sculptam similitudinē eorum quę fieri dominus phibuit, qa
dehortat, dominus deus tuus ignis consumēs est, deus ęmulator. Si genueritis
Moyses. filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptiq; feceritis vobis corruptique
Ignis cōsu aliquā similitudinem, patrantes malum coram domino deo vestro, imaginē, aut
mens deus. vt eū ad iracundiā prouocetis: testes inuoco hodie cœlū & terram, ci
Heb. 12. g. tò perituros vos esse de terra, quā transito Iordane possessuri estis. non
Toto corde habitabitis in ea lōgo tpe, sed delebit vos dn̄s, atque disperget in oēs
quęrendus gētes, & remanebitis pauci in natiōibus ad quas vos ducturus est dn̄s.
deus in tri/ ibiq; seruietis diis, qui hoīum manu fabricati sunt, ligno & lapidi, q anima tua.
bulatione. non vident, nec audiunt, nec comedūt, nec odorant. Cūq; quęsieris Cū fuerit ti-
E tibi dn̄m deum tuū, inuenies eum: si tn̄ toto corde quęsieris, e tota tri- bi angustia, &
Misericors bulatione animę tuę. Postquā te inuenerint omnia quę pdicta sunt, in nouissimis
deus nouissimo autem tempore reuerteris ad dominum deum tuum, e au diebus: tunc
De⁹ memor dies vocem eius. Quia deus misericors dominus deus tuus est, non di- a fine (siue ter
pacti. mittet te, nec omnino delebit, neq; obliuiscetur pacti in quo iurauit mio) cœli vsq
Bn̄ficia dei patribus tuis. Interroga de diebus antiquis, qui fuerūt ante te, ex die ad fines cœli
erga ppl̄m quo creauit dominus deus hoīem super terram, à summo cœlo vsq; alterum,
Israel, vt co ad summū eius, si facta est aliquādo huiuscemodi res, aut vnquam magna
gnosceret cognitū est, vt audiret populus vocē dei loquētis de medio ignis, si- auditum
eū sol⁹ de⁹. cut tu audisti, & vixisti, si fecit deus vt ingrederetur, e tolleret sibi gē- tentauerit

tem de medio nationũ per tentationes, signa atque portenta, per pu/
terrores ma/ gnã & robustam manũ, extentumq́; brachium, & horribiles visiones
gnos iuxta omnia quę fecit pro vobis dominus deus vester in Aegypto, vi
deus, dentibus oculis tuis: vt scires quoniã dominus ipse est deus, & nõ est F
alius pręter eum, De cœlo te fecit audire vocem suam vt doceret te: & Deus nr̃, so
in terra ostendit tibi ignem suum maximum, & audisti verba illius de lus deus.
medio ignis, quia dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos.
expelleret Eduxitq́; te pręcedens in virtute sua magna ex Aegypto, vt deleret Exo. 13. d.
nationes maximas & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, da
retq́; tibi terram earum in possessionem, sicut cernis in pręsenti die.
redi ad cor Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo quòd dñs ipse est deus in De⁹ Israel,
suum Heb. cœlo sursum, & in terra deorsum, & non est alius. Custodi pręcepta solus deꝰ e.
eius atque mãdata quę ego pręcipio tibi: vt bene sit tibi, & filijs tuis XI
post te, & permaneas multo tempore super terram, quã dominus deus X
oĩb⁹ diebus. tuus daturus est tibi. Tunc separauit Moyses tres ciuitates trans Ior G
danem ad Orientalem plagam, vt confugiat ad eas qui occiderit no/ Tres ciuita
sens proximum suum, nec sibi fuerit inimicus ante vnum & alterum tes refugij
& viuat diem, & ad harũ aliquã vrbium possit euadere: Bosor in solitudine ob homici
quę sita est in terra campestri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, diũ. nu. 35.
quę est in tribu Gad: & Golan in Basan, quę est in tribu Manasse. a. Iosue.
Ista est lex quam proposuit Moyses corã filijs Israel, & hęc testimo/ 20. 6.
statuta nia & ceremonię atque iudicia quę loquutus est ad filios Israel, qñ
e regiõe pha egressi sunt de Aegypto trans Iordanẽ in valle contra phanum Pho
ni gor in terra Sehon regis Amorrhęi, qui habitauit in Hesebon, quem
percussit Moyses. Filij quoque Israel egressi ex Aegypto possederunt
Sehon, terram eius & terram Og regis Basan duorum regum Amorrhęorũ,
qui erant trans Iordanem ad solis ortum: ab Aroer quę sita est super
ripam torrentis Arnon, vsq; ad montem Sion, qui est & Hermon, oẽm Mõs Siõ, &
planitiem trans Iordanem ad Orientalem plagam, vsque ad mare soli Hermon.
sub effusioni tudinis, & vsque ad radices montis Phasga.
bus collis

CAPVT V.

A

Vocauitq́; Moyses omnem Israelem, & dixit ad eum, Audi Israel Repetitio
statuta ceremonias atque iudicia quę ego loquor in auribus vestris ho decalogi.
die: discite ea, & opere cõplete. Dominus deus noster pepigit nobiscu Discenda &
istud fœdus in Horeb. Non cum patribus nostris inijt pactum: sed nobiscũ faciẽda pre
Chal. interpr. qui inpręsentiarum sumus, & viuimus. Facie ad faciem loquutus est pta dei.
verbũ verbo. i. nobis in monte de medio ignis. Ego sequester & medius fui inter do/ Exo. 19. b. c
manifestis ver minũ & vos in tempore illo, vt annuntiarem vobis verba eius. timui Mediator
bis & signis, stis. n. ignem, & non ascendistis in montem. Et ait, Ego dominus deus Moyses.
vt negari non tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis. Non habebis De⁹ solus
possit quin deos alienos in conspectu meo. Non facies tibi sculptile, nec similitu/ adorãdus.
deus sit. dinem omnium quę in cœlo sunt desuper, & quę in terra deorsum, & Exod. 20. a.
quę versantur in aquis sub terra. Non adorabis ea, & non coles: Ego Leui. 26. a.
enim sum dñs deus tuus, deus ęmulator, reddens iniquitatẽ patrũ su Psal. 96. b.
per filios in tertiã & quartam generationem his qui oderũt me, & fa/ I
ciens misericordiã in multa millia diligentibus me, & custodientibus B II
vel, in vanũ pręcepta mea. Nõ vsurpabis nomen dñi dei tui frustra: quia nõ erit Exo. 34. a.
innoxiũ ha/ impunitus, qui super re vana nomen eius assumpserit. Obserua diẽ Misericordia
bebit de (vel, sabbathi, vt sanctifices eũ, sicut pręcepit tibi dñs deus tuus. Sex diebus III
innocẽtẽ iudi/ operaberis, & facies oia opa tua. Septimus dies sabbathi est, id est, re Iuramentũ.
cabit deus) quies dñi dei tui. Nõ facies in eo quicquã opis, tu & filius tuus & fi/ exo. 20. b. le
lia, seruus & ancilla, bos & asinus, & oẽ iumentũ tuum, & peregrinus q uiti. 19. c.
est intra portas tuas: vt requiescat seruus tuus & ancilla tua, sicut & tu. mal. 5. c.
Memento quòd & ipse seruieris in Aegypto, & eduxerit te inde dñs Exo. 20. b.
deus tuus in manu forti, & brachio extento. Idcirco pręcepit tibi vt IIII
obseruares diẽ sabbathi. Honora patrẽ tuum & matrẽ, sicut pręcepit Sabbathum

Honorãdi parentes. Exo.20.c.ec clesi.3.b. tibi dominus deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in terra quã dominus deus tuus daturus est tibi. Non occides. Neque mœchaberis. Furtum non facies. Nec loqueris contra proximũ testificaberis tuum falsum testimonium. Non concupisces vxorem proximi tui.

C Non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, nõ

mat.15 a mat.7.b. eph.6.a mat.5.c.d asinum, & vniuersa quę illius sunt. Hęc verba loquutus est dominus ad omnem multitudinem vestrã in monte de medio ignis & nubis, & caliginis voce magna, nihil addens amplius, & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi. Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, e montem ardere vidistis, accessistis

VI VII VIII IX X ad me omnes principes tribuum & maiores natu, atque dixistis, Ecce, ostendit nobis dominus deus noster maiestatem & magnitudinem suã: vocem enim eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie quòd loquente deo cum homine vixerit homo. Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus vltrà

Roma.7.b Legis natura pscietias terrentis. vocem domini dei nostri moriemur. Quid est omnis caro, vt audiat vocem dei viuentis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audiuimus, & possit viuere? Tu magis accede, e audi cuncta quę dixerit dominus

D deus noster tibi: loquerisq; ad nos, & nos audiẽtes faciemus ea. Quod quum audisset dominus, ait ad me, Audiui vocem verborum populi huius, quę loquuti sunt tibi: bene omnia sunt loquuti. Quis det

Optat deus vt timeat se ppls, e pcepta impleat. talem eos habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit eis & filijs eorum in sempiternum? Vade ergo, & dic eis, Reuertimini in tentoria vestra. Tu verò hic sta mecũ, & loquar tibi omnia mandata mea, e ceremonias atque iudicia: quę docebis eos vt faciant in terra quaș dabo illis in possessionem. Custodite igitur, & facite ea quę precepit dominus deus vobis: non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram e sed per viam quã precepit dominus deus vester ambulabitis, vt viua-

Verbo dei adhęrẽdũ. tis, & bene sit vobis, e protelentur dies vestri in terra possessionis vestrę.

loquutio est Hebraica Pro vtinam.

statuta

omnem

CAPVT VI.

A Expositio pmi pcepti. HAEC sunt pręcepta & ceremonię atque iudicia, quę mandauit dominus deus vester vt docerem vos, vt faciatis ea in terra ad quaș transgredimini possidendam, vt timeas dominum deũ tuum, & custodias omnia mandata e pręcepta eius, quę ego pręcipio tibi & filijs ac nepotibus tuis cunctis diebus vitę tuę, vt prolongentur dies tui. Audi Israel, e obserua vt facias: & bene sit tibi, & multipliceris amplius, sicut pollicitus est dñs deus patrum tuoꝝ tibi terram lacte e melle manantem. Audi Israel, dñs deus nr̃, dominus vnus est. Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,

De' diligẽdus. mat. 22.d. mar. 12.c. luca. 10.c. & ex tota fortitudine tua. Eruntq; verba hęc quę ego pręcipio tibi hodie, in corde tuo, e narrabis ea filijs tuis, e meditaberis sedens in

B Ordo tractandi verbi dei. domo tua, e ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntq; e mouebuntur inter oculos tuos, scribesq; eã in limine e ostijs domus tuę. Quumq; introduxerit te dominus deus tuus in terram pro qua iurauit patribus

II.c. tuis Abrahã, Isaac, e Iacob: e dederit tibi ciuitates magnas e optimas quas non ędificasti, domos plenas cunctarum opum quas non extruxisti, cisternas quas non fodisti, vineta e olìueta quę non plantasti, e comederis, e saturatus fueris: caue diligenter ne obliuiscaris do-

Deus timẽdus, & illi soli seruiendũ mat.4. b.luc.4.b mini qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Dominum deum tuum timebis, e illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Non ibitis post deos alienos cunctarum gentium, quę in circuitu vestro sunt: quoniam deus ęmulator dominus deus tuus in medio tui:

C nequando irascatur furor domini dei tui contra te, e auferat te, de superficie terrę. Non tentabis dominum deum tuum, sicut tentas-

valde

acues (.s. diligenter inculcabis)

in frontalia

impleuisti

ipsum coles

sti in loco tentationis. Custodi precepta domini dei tui, ac testimo-
nia & ceremonias, quas precepit tibi: & fac quod placitum est & bo
num in conspectu domini, vt bene sit tibi: & ingressus possideas ter-
ram optimam, de qua iurauit dominus patribus tuis, vt deleret om-
nes inimicos tuos coram te, sicut loquutus est. Quum interrogaue-
rit te filius tuus cras, dicens, Quid sibi volunt testimonia hec, & cere
monie, atque iudicia, que precepit dominus deus noster vobis? di-
ces ei, Serui eramus Pharaonis in Aegypto, & eduxit nos dominus
de Aegypto in manu forti: fecitque signa atque prodigia magna & pes
sima in Aegypto contra Pharaonem, & omnem domum illius in con
spectu nostro, & eduxit nos inde, vt introductis daret terram super
qua iurauit patribus nostris. Precepitque nobis dominus vt faciamus
omnia legitima hec: & timeamus dominum deum nostrum, vt bene
sit nobis cunctis diebus vite nostre sicut est hodie. Eritque nostri mi
sericors, si custodierimus & fecerimus omnia precepta eius coram
domino deo nostro, sicut mandauit nobis.

CAPVT VII.

Qvum vero introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus ingrederis, & deleuerit gentes multas coram te, Hetheum, & Gergezeum, & Amorrheum, Chananeum, & Pherezeum, & Heueum & Iebuseum, septem gentes multo maioris numeri quam tu es, & robustiores te: tradideritque eas dominus deus tuus tibi, percuties eas vsque ad internecionem. Non inibis cum eis foedus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam nõ dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: quia seducet filium tuum ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis. irasceturque furor domini, & delebit te citò. Quin potius hec facietis eis, Aras eorum subuertite, & confringite statuas, lucosque succidite, & sculptilia comburite. Quia populus sanctus es domino deo tuo. Te elegit dominus deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram. Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus est dominus, & elegit vos, quum omnibus sitis populis pauciores: sed quia dilexit vos dominus, & custodiuit iuramentum quod iurauit patribus vestris. Eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis regis Aegypti. Et scies quia dominus deus tuus, ipse est deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se, & his qui custodiunt precepta eius in mille generationes: & reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltrà non differat, protinus eis restituens quod merentur.

Custodi ergo precepta & ceremonias atque iudicia que ego mando tibi hodie, vt facias ea. Si postquam audieris hec iudicia, custodieris ea & feceris, custodiet & dominus deus tuus pactum tibi & misericordiam quam iurauit patribus tuis: & diliget te ac multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui, & fructui terre tue, frumento tuo atque vindemie, oleo, & armentis, gregibus ouium tuarum super terram, pro qua iurauit patribus tuis vt daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis. Auferet dominus à te omnem languorem: & infirmitates Aegypti pessimas quas nouisti, non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. Deuorabis omnes populos, quos dominus deus tuus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus, nec seruies dijs eorum, ne sint in ruinam tui. Si dixeris in corde tuo. Plures sunt gentes iste quàm ego, quomodo potero delere eas: noli metuere. sed recordare que fecerit dominus deus tuus Pharaoni & cunctis Aegyptijs plagas maximas, quas viderunt oculi tui, & signa atque portenta, manumque robustam, & extentum brachium, vt educeret te dominus deus tuus, sic faciet cunctis populis quos metuis.

statuta, rectum
statuta,
statuta
e viuamus
nobis iustitia
abstulerit
disperdat
pre
complacuit I
vobis
vel, deus
in facie eorum,
in facie eorum.
statuta
vel, Et erit merces,
primogenito armentorum tuorum (vel, recens natis ex armentis tuis) pre cunctis populis.
odientibus eo
laqueum
expellere
ab eis
tentationes
quo eduxit

Per nomen illius iurandum. Non tentandus mat. 4. b. luc. 4. b. num. 21. b.
D Precep. dei, filijs inculcanda.
A Cum gentibus foedus non ineundum. Infra. 31. a.
Exo. 23. d. 34. b.
Statue subuertende.
B Sacer. Electio ex electione dei. Iudei, populus dei, quia ab eo electi, & promiserat patribus. S. 14 a. & 26. d.
Iustus dei Misericordia.
Benedictio seruantib. precepta.
C Dilectio & Benedictio dei. Exo. 23. d. Sterilis. Infirmitas.
Gentes idolatras perdere precepit deus occidi, & cre.
Scandalum
D Dei potentia & opera recordanda in metum.

Insuper & crabrones mittet dominus deus tuus in eos, donec deleat omnes atq; disperdat qui te fugerint, & latere potuerint. Non timebis eos, quia dominus deus tuus in medio tui est, deus magnus & terribilis: ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eas delere pariter: ne forte multiplicentur contra te bestiae terrę. Dabitq; eos dominus deus tuus in cōspectu tuo: & interficiet illos donec penitus deleantur. Tradetq; reges eorum in manus tuas, & disperdes nomina eorum sub caelo: nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos. Sculptilia eorum igne combures: non concupisces argentum & aurum de quibus facta sunt, neq; assumes ex eis tibi quicquam, ne offendas, propterea quia abominatio est domini dei tui. Nec inferes quippiam ex idolo in domū tuam, ne fias anathema, sicut & illud est. Quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anathema est.

CAPVT VIII.

Omne mandatum quod ego pręcipio tibi hodie caue diligenter vt facias: vt possitis viuere, & multiplicemini, ingressiq; possideatis terram, pro qua iurauit dominus patribus vestris. Et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te dominus deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quę in tuo animo versabantur, vtrum custodires mandata illius, an non. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu & patres tui: vt ostenderet tibi quòd non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore domini. Vestimentum tuū quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus: en, quadragesimus annus est: Vt recogites in corde tuo quia sicut erudit filium homo, sic dominus deus tuus erudiuit te, vt custodias mandata domini dei tui, & ambules in vijs eius, & timeas eum.

Dominus enim deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum, aquarumq;, & fontium: in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi, terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus & mala granata & oliueta nascuntur, terram olei ac mellis: vbi absq; vlla penuria comedes panē tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris: cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius ęris metalla foduntur: vt quum comederis, & satiatus fueris, benedicas domino deo tuo pro terra optima quam dedit tibi. Obserua & caue nequando obliuiscaris domini dei tui, & negligas mandata eius atq; iudicia & ceremonias quas ego pręcipio tibi hodie: ne postquam comederis, & satiatus fueris, domos pulchras ędificaueris, & habitaueris in eis, habuerisq; armenta boum, & ouium greges, argenti & auri, cunctarumq; rerum copiam, eleuetur cor tuū, & non reminiscaris domini dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis: & ductor tuus fuit in solitudine magna atq; terribili, in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio ac dipsas, & nullę omnino aquę: qui eduxit riuos de petra durissima, & cibauit te māna in solitudine, quod nescierunt patres tui. Et postquam afflixit ac probauit te, ad extremum misertus est tui, ne diceres i corde tuo, Fortitudo mea, & robur manus meę hęc mihi oīa pręstiterūt. Sed recorderis domini dei tui, quod ipse vires tibi prębuerit, vt impleret pactū suum, super quo iurauit patribus tuis, sicut pręsens indicat dies. Si autem oblitus domini dei tui, secutus fueris deos alienos, colueris q; illos & adoraueris: ecce, nūc prędico tibi q̄ oīno pereas. Sicut gentes quas deleuit dn̄s in introitu tuo, ita & vos peribitis, si inobedientes fueritis voci dn̄i dei vestri.

CAP. IX.

Audi Israel, Tu transgredieris hodie Iordanē, vt possideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad caelum vsq; muratas, populū magnū atq; sublimē, filios Enacim quos ipse vidisti.

Exo.23.c. 31.a. Iosue.24.c. Paulatim gētes erant interficiendę, & q̄re. B 2.Mar.12.g Sculptilia siue imagines.

A Cōmemoratio afflictionum ac bn̄ficiorū dei, qua cōfirmat Iudęorū fides vt semp B ę deo vbiq; soli fidant. Tentatio dei Cor hoīs. Verbo dei viuit hō. Mat.4.a Luc.4.a. C Infra.28.a Erudit nos deus. Terra pmissionis q̄lis. Gratię deo agendę. Comedere. Saturari. Cor ne eleuetur. D Nume.21.b 20.b. Exo. 17.a.16.d. Diuitię & alia corporis necessaria, mię dei tribuenda, non nostris virib⁹. A Nō pp iusticiā e ggtat

pereat qui te mãserint, & q absconderint se à facie tua. expellet paulatim (id est vnum post alium) cito deor ipsorū te illaqueet, abomiationē excōicatio (vel, pditio. id est penitus in nihilū redigaris. Detestando abominādo. iam & esurire fecit te, tritus nō egebis aliquo nō obseruas statuta eius q serpens est ad cuius morsum totum corpus horribiliter incenditur. tibi aquam tentauit bn̄fecit tibi. vt facias substantias (i. vt acquiras diuitias) testificor vos nosti

e audisti, quibus nullus pōt ex aduerso resistere. Scies ergo hodie quòd dominus deus tuus ipse transibit ante te ignis deuorans atque consumēs, qui conterat eos & deleat atque disperdat ante faciem tuam velociter, sicut loquutus est tibi. Ne dicas in corde tuo quum deleuerit eos dominus deus tuus in cōspectu tuo, Propter iustitiam meam introduxit me dominus, vt terram hanc possiderem, quum ppter impietates suas istę deletę sint nationes. Neque.n. propter iustitias tuas, & ęquitatē cordis tui ingrederis vt possideas terras earum, sed qa illę egerunt impiè. Introeunte te deletę sunt: & vt cōpleret verbū suū dominus, qđ sub iuramento pollicitus est patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob. Scito ergo quòd non propter iustitias tuas dominus deus tuus dederit tibi terrā hanc optimam in possessionē, quū durissimę ceruicis sis populus. Memēto, & ne obliuiscaris quō ad iracundiā prouocaueris dñm deum tuū in solitudine: ex eo die quo egressus es ex Aegypto vsque ad locum istū semper aduersum dñm contendisti. Nam & in Horeb prouocasti eum, & iratus delere te voluit, quando ascēdi in montem, vt acciperem tabulas lapideas pacti quod pepigit vobiscum dominus: e perseueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquā non bibens. Deditq; mihi dominus duas tabulas lapideas scriptas digito dei, & cōtinētes omnia verba quę vobis loquutus est in monte de medio ignis, quando concio populi congregata est, Quūq; transissent quadraginta dies, & totidē noctes, dedit mihi domin' duas tabulas lapideas, tabulas foederis, dixitq; mihi, Surge, e descende hinc citò: quia populus tuus quē eduxisti de Aegypto, deseruerunt velociter viam, quam demonstrasti eis, feceruntq; sibi conflatile. Rursumq; ait dominus ad me, Cerno quòd populus iste durę ceruicis sit: dimitte me, vt conteram eū, & deleam nomē eius desub coelo, e constituam te super gentē, quę hac maior & fortior sit. Quumq; de monte ardente descēderem, & duas tabulas foederis vtraque tenerē manu, vidissemq; vos peccasse domino deo vestro, & fecisse vobis vitulum conflatilē, ac deseruisse velociter viam eius, quā vobis ostenderat: proieci tabulas de manibus meis, confregiq; eas in cōspectu vestro. Et procidi ante dominū sicut prius, quadraginta diebus & noctibus panē nō comedens, & aquā nō bibens, pp oīa peccata vestra, quę gessistis contra dñm, & eum ad iracūdiā prouocastis timui enim indignationē e iram illius, qua aduersum vos concitatus, delere vos voluit. Et exaudiuit me dñs etiam hac vice. Aduersum Aaron quoque vehementer iratus, voluit eū conterere, & pro illo sili deprecatus sum. Peccatum aūt vestrum qđ feceratis, id est, vitulum, arripiēs, igne cōbussi, e in frusta cōminuens, omninoq; in puluerem redigens, proieci in torrentē, qui de monte descendit. In incendio quoq;, & in tentatione, & in Sepulchris concupiscentię prouocastis dñm: & quando misit vos de Cadesbarne, dicens, Ascendite, & possidete terrā, quā dedi vobis. & contēpsistis imperiū domini dei vestri, & nō credidistis ei: neque vocē eius audire voluistis, sed semp fuistis rebelles à die qua nosse vos coepi. Et iacui corā domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat comminatus: e orās dixi, Dñe deus, ne disperdas populū tuū, e hęreditatē tuā, quam redemisti in magnitudine tua, quos eduxisti de Aegypto in manu forti. Recordare seruorū tuorū Abrahā, Isaac, e Iacob, Ne aspicias duritiam populi huius, e impietatem atque peccatū: ne fortè dicant habitatores terrę, de qua eduxisti nos, Non poterat dominus introducere eos in terram quam pollicitus est eis, e oderat illos, idcirco eduxit, vt interficeret eos in solitudine. qui sunt populus tuus & hereditas tua, quos eduxisti in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.

humiliet
expellas, e pdas eos
ppulsauerit
a facie tua.
expulerit de istas
rectitudinem
rebellis fuisti.
corrupit seipsum
pręcepi
os Heb.
prostrauit me
prostratus

cordis, mibus q equā deo hoib'.
Iustitia hominū.
Aequitas cordis
B
Peccatores Israelitas esse reducit eis Moyses ī memoriā, vt bōitatē dei cognoscant.
Moyses ascēdit ī mōtē
C Horeb.
Exo.17.
exo.19.e.32
Exo.31.d
Duę tabulę.
Vitulus aureus
Tabulas cōfrigit Moyses.
Deserere viam dei.
Orō Moy cū ieiunio.
Iratus deus cōtra Aarō.
D nem.
Sepulchra ocupiscētię
Num.11.a. 16.a.11.a
Infidelitas
Orō Moysi p Israelitis deo suas pmissiones obijciendis.

CAPVT X.

A IN tempore illo dixit dominus ad me, Dola tibi duas tabulas lapi-
Instauratio deas, sicut priores fuerunt, & ascende ad me in montē: faciesq; arcā
tabularū. ligneam, & scribam in tabulis verba quę fuerunt in his quas antè con-
Exo.34.a fregisti, ponesq; eas in arca. Feci igitur arcā de lignis setim. Quumq;
Arca ī qua dolassem duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem,
tabulę. habens eas in manibus. Scripsitq; in tabulis iuxta id quod prius scri-
Moyses a- pserat, verba decem, quę loquutus est dominus ad vos in monte de
scēdit ī mō- medio ignis, quando populus congregatus est, & dedit eas mihi. Re-
tem cum ta uersusq; de monte, descendi, & posui tabulas in arcam quā feceram,
bulis. B quę hucusq; ibi sunt sicut mihi pręcepit dominus. Filij autē Israel
Nume.33.d mouerunt castra ex Beroth filiorum Iacan [a]in Mosera,) vbi Aaron [a] versus Mose-
Nume.20.d mortuus & sepultus est, pro quo sacerdotio functus est Eleazar filius rah.
Trib' Leui, eius. Inde venerunt in Gadgad: de quo loco profecti, castra metati
ministerio sunt in Ietabātha, in terra aquarum atq; torrentium. Eo tempore
dñi ꝑficił. separauit tribum Leui, vt portaret arcam foederis domini, & staret co-
Moyses in ram eo in ministerio, ac benediceret in nomine illius vsq; in pręsen-
monte.40. tem diem. Quam ob rem non habuit Leui partem, neq; possessionem
diebus. C cum fratribus suis: quia ipse dominus possessio eius est, sicut promisit
Timē dei. ei dominus deus tuus. Ego autem steti in monte, sicut prius, quadra-
Ambulare ginta diebus ac noctibus: exaudiuitq; me dominus etiam hac vice,
in vijs dei. & te perdere noluit. Dixitq; mihi, Vade, & pręcede populum, vt in-
Diligere. grediatur, & possideat terram quam iuraui patribus eorum vt trade-
Seruirē deo. rem eis. Et nunc Israel quid dominus deus tuus petit ā te, nisi vt
Magnitudi timeas dominum deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum,
nē & bonit. ac seruias domino deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua:
dei ostēdit. custodiásque mandata domini, & [a]ceremonias eius quas) ego hodie [a] statuta eius q
Amor dei. pręcipio tibi, vt bene sit tibi? En, domini dei tui coelum est, & coelum
Electio. D coeli, terra, & omnia quę in ea sunt: [a]& tamen) patribus tuis [b]conglu- [a] vel, tantum-
Circuncisio tinatus est) dominus, & amauit eos: elegitq; semen eorum post eos, modo in
cordis. id est, vos, de cunctis gentibus, sicut hodie comprobatur. Circunci- [b] complacuit
Deus ꝑsonā dite igitur pręputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis sibi
nō accipit. amplius: quia dominus deus vester ipse est deus deorum, & dominus
2.Par.19.c dominantium, deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non
Iob.34.b accipit, nec munera. Facit iudicium pupillo & viduę, amat peregri-
Sap.6.b num, & dat ei victum atque vestitum. & vos ergo amate peregrinos,
Eccle.35.b quia & ipsi fuistis aduenę in terra Aegypti. Dominum deum tuum
Roma.2.b timebis, & ei soli seruies: ipsi adhęrebis, iurabisq; in nomine illius. [a] vel, lauda-
Gala.2.b. Ipse est [a]laus) tua, & deus tuus, qui fecit tibi hęc magnalia & terribilia tio, decātatio,
Timor dei. quę viderunt oculi tui. In septuaginta animabus descenderūt patres hymnus tuus.
E.6.c. mat. tui in Aegyptum, & ecce, nunc multiplicauit te dominus deus tuus [b] stellas
4.b.lu.4.b sicut [b]astra) coeli.

CAP. XI.

Iurem A AMa itaq; dominum deum tuum, & [a]obserua pręcepta eius, & cere- [a] custodi custo
Laus. monias, iudicia atq; mandata omni tempore. Cognoscite hodie diā eius, & sta
Gen.46.e. [b]quę ignorant filij vestri qui) non viderunt [c]disciplinam) domini dei tuta eius,
Exhortatio vestri, magnalia eius & robustam manum, extentumq; brachium, si- [b] quia non est
ad primum gna & opera quę fecit in medio Aegypti Pharaoni regi, & vniuersę filijs vr̄is q nō
pręceptum terrę eius, omniq; exercitui Aegyptiorum, & equis* ac curribus: quo- cognouerūt, e
seruādum. modo [d] operuerint eos aquę) maris rubri, quum vos persequerentur, [c] eruditionem
Amor dei. & deleuerit eos dominus vsq; in pręsentem diem: vobisq; quę fecerit * eius
Opa dei er- in solitudine, donec veniretis ad hunc locum: & * Dathan atq; Abiron [d] inūdare fece-
ga Israelē. filijs Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore suo terra absorbuit rit sup eos aqs
Dathan & cum domibus & tabernaculis, & vniuersa substantia eorum, quam ha- * quę fecit
Abirō bebant in medio Israelis. Oculi vestri [e]viderunt) omnia opera do- [e] vident
Nume.16.e mini magna quę fecit, vt custodiatis vniuersa mādata illius, quę ego * vt roboremi-
B hodie pręcipio vobis: * & possitis introire, & possidere terram ad quā ni,

ingredimini, multoq; in ea viuatis tempore: quã sub iuramento pollicitus est dominus patribus vestris, & semini eorum, lacte & melle manantem. Terra enim ad quam ingrederis possidendam, non est sicut terra Aegypti de qua existi, vbi iacto semine in hortorũ morem [a]aquę ducuntur irriguę:) sed montuosa est, & campestris, de cœlo expectans pluuias, quam dominus deus tuus semper [b]inuisit,) & oculi illius in ea sunt à principio anni vsq; ad finem eius. Si ergo obedieritis mãdatis meis, quę ego hodie pręcipio vobis, vt diligatis dominũ deum vestrum, & seruiatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra: [c]dabit) pluuiam terrę vestrę [*][d]temporaneam) & serotinam, vt colligatis frumentum, & vinum, & oleum, fœnumq; ex agris ad pascenda iumenta, & vt ipsi comedatis ac saturemini. Cauete ne fortè [e]decipiatur) cor vestrum, & recedatis à domino, seruiatisq; dijs alienis, & adoretis eos: iratusq; dominus claudat cœlum, & pluuię non descendant, nec terra det germen suum, pereatisq; velociter de terra optima quam dominus daturus est vobis. Ponite hęc verba mea in cordibus & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate. Docete filios vestros, vt [f]illa meditẽtur,) quando sederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris atq; surrexeris. Scribes ea super postes & ianuas domus tuę: vt multiplicẽtur dies tui, & filiorum tuorum in terra quam iurauit dominus patribus tuis, vt daret eis quandiu [g]cœlum immineret terrę.) Si enim custodieritis mandata quę ego pręcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis dominum deum vestrum, & ambuletis in omnibus vijs eius, adhęrentes ei, disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem vestrã, & possidebitis eas, quę maiores & fortiores vobis sunt. Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto, & à Libano, à flumine magno Euphrate vsq; ad mare Occidentale erunt termini vestri. Nullus stabit contra vos: terrorem vestrum & formidinẽ dabit dominus deus vester super omnem terram quã calcaturi estis, sicut locutus est vobis.

En, propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem, si obedieritis mãdatis domini dei vestri, quę ego hodie pręcipio vobis: maledictionem, si non obedieritis mandatis domini dei vestri, sed recesseritis de via quam ego [h]nunc ostendo) vobis, & ambulaueritis post deos alienos, quos ignoratis. Quum verò introduxerit te dominus deus tuus in terram, ad quã pergis habitandũ, pones benedictionem super mõtem Garizim, maledictionem super montem Hebal: qui sunt trans Iordanem post viam quę vergit ad Solis occubitum in terra Chananęi, qui habitat in campestribus contra Galgalam, quę est iuxta vallem [i]tendentem & intrantem procul.) Vos enim transibitis Iordanem, vt possideatis terram quã dominus deus vester daturus est vobis, vt habeatis & possideatis illam. Videte ergo vt impleatis [k]ceremonias) atq; iudicia quę ego hodie ponam in conspectu vestro.

CAP. XII.

HAec sunt pręcepta atq; iudicia quę facere debetis in terra quã dominus deus patrum tuorum daturus est tibi, vt possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradieris. Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis, deos suos super montes excelsos, & colles, & subter omne lignum [l]frondosum.) Dissipate aras eorũ, & cõfringite statuas, lucos igne cõburite, & idola cõminuite: disperdite nomina eorum de locis illis. Non facietis ita domino deo vestro: sed [m]ad [n]locum quem elegerit dominus deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, [*]venietis: & offeretis in loco illo holocausta & victimas vestras, decimas & [o]primitias) manuum vestrarũ, & vota atq; [p]donaria,) primogenita boum & ouium. Et comedetis ibi in conspectu domini dei vestri ac lętabi-

[a] irrigas pede tuo (.i. ea terrę illius nõ est, cũ seminabis, & pedibus supinduces aqs. Significat aũt, laborẽ & derurã sui, p totã Aegyptũ deduci solitã aquaz e flumĩe Nilo.)
[b] quęrit,
[c] dabo
[*] tẽpore suo,
[d] vel, matutinam. vox hebręa pręsertim significat eã pluuiaz quę circa Octobrem ad foecũdandam terrã cadit)
[e] seducatur
[f] vel, de illis loquantur,
[g] vel, durant dies de cœlo super terram.
[h] hodie pcipio
[i] More.
[k] statuta
[l] vel, viride.
[*] quęretis, & illuc
[o] oblationem
[p] spõtanea (.i. munera q̃ spõte & voluntario animo offertis)

Iuramentũ dei.
Terra pmissionis q̃lis.
Oculi dei.
Toto corde deo seruiendũ.
C
Abũdantia tẽporaliũ.
Idololatria fugienda.
Verbũ dei I corde & ob oculos sem per hñdũ. supra. 6. b
D
Filij docendi ṽbũ dei.
Verbuz dei quã diligẽter legẽdũ.
Diligẽ deũ.
Ambulare in vijs dei.
E
Iosue. 1. a
Benedictio obediẽtib[9] verbo dei, maledictio non credentibus.
Garizim mons.
Hebal mõs.
A
Destruenda & fugienda idololatria.
Comedẽdũ in loco quẽ elegerit dñs in terra promissionis.

B mini in cunctis ad quę miseritis manum vos & domus vestrę in quibus benedixerit vobis dominus deus vester. Non facietis ibi quę nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur. Neq; enim vsq; in pręsens tempus venistis ad requiem, & possessionem quã dominus deus vester daturus est vobis. Transibitis Iordanem, & habitabitis in terra quam dominus deus vester daturus est vobis, vt requiescatis à cunctis hostibus vestris per circuitum: & absq; vllo timore habitetis in loco quem elegerit dominus deus vester, vt sit nomen eius in eo. Illuc omnia quę precipio, conferetis, holocausta, & hostias, ac decimas, & primitias manuum vestrarum: & quicquid precipuum est in muneribus quę vouistis domino. Ibi epulabimini corã domino deo vestro, vos & filij ac filię vestrę, famuli & famulę atq; Leuites, qui in vrbibus vestris cõmorantur. neq; enim habet aliam partem & possessionem inter vos.

C Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris: sed in eo quem elegerit dominus, in vna tribuum tuarũ offeres hostias, & facies quęcunq; pręcipio tibi. Si autem comedere volueris, & te esus carnium delectauerit, occide & comede iuxta benedictionem domini dei tui, quam dedit tibi in vrbibus tuis: siue immundum fuerit, hoc est maculatum, & debile: siue mundum, hoc est integrum & sine macula, quod offerri licet, sicut capreã & ceruum, comedes, absq; esu duntaxat sanguinis, quem super terrã quasi aquã effundes. Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, & vini, & olei tui, primogenita armentorũ & pecorum, & omnia quę voueris, & sponte offerre volueris, & primitias manuũ tuarum: sed coram domino deo tuo comedes ea in loco quẽ elegerit dominus deus tuus, tu & filius tuus & filia, seruus & famula, atq; Leuites, qui manẽt

D in vrbibus tuis: & lętaberis, & reficieris coram domino deo tuo in cunctis ad quę extenderis manum tuam. Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore quo versaris in terra. Quando dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos, sicut loquutus est tibi, & volueris vesci carnibus quas desyderat anima tua: locus autem quem elegerit dominus deus tuus, vt sit nomen eius ibi, si procul fuerit, occides de armentis & pecoribus quę habueris, sicut pręcepi tibi, & comedes in oppidis tuis, vt tibi placet. Sicut comeditur caprea & ceruus, ita vesceris eis. & mundus & immundus in cõmune vescentur. Hoc solum caue ne sanguinẽ comedas. sanguis enim eorũ pro anima est: & idcirco non debes animam comedere cum carnibus: sed super terram fundes quasi aquam, vt bene sit tibi & filijs tuis post te, quũ feceris quod placet

E in conspectu domini. Quę autem sanctificaueris & voueris domino, tolles, & venies ad locum quem elegerit dominus, & offeres oblationes tuas carnem & sanguinem super altare domini dei tui: sanguinem hostiarum tuarum fundes in altari: carnibus autem ipse vesceris. Obserua & audi oĩa quę ego pręcipio tibi, vt bene sit tibi & filijs tuis post te in sempiternum, quum feceris quod bonum est & placitum in conspectu domini dei tui. Quando disperdiderit dominus deus tuus ante faciem tuam gentes ad quas ingredieris possidendas, & possederis eas, atq; habitaueris in terra earum: caue ne imiteris eas, postquã te fuerint introeũte subuersę, & requiras ceremonias earum, dicens, Sicut coluerunt gentes istę deos suos, ita & ego colam. Non facies similiter domino deo tuo. Omnes enim abominationes quas auersatur dominus, fecerunt dijs suis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. Quod pręcipio tibi, hoc tantum facito domino: nec addas quicquã nec minuas.

CAP. XIII.

A Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prędixerit signum atq; portentum, & euenerit quod loquutus est, & dixerit tibi, Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, &

Faciendũ quod deus pręcipit, non quod rectũ nobis videtur.

A sanguine abstinendũ.

Decimę vbi comedebãtur.

Leuitę alendi

Gen. 28. c

Infra. 19. c.

Sanguis nõ comedendus.

Idololatria fugienda.

Filios comburentes in honorem deorum.

Verbum dei solũ faciendum, cui nihil addendũ.

Pseudo pphetę mira

requiem des vobis

oblationes

omnia electa

vota vestra

lętabimini

Hęc tota periodus sic Hebraice legitur, A tñ put desyderauerit aĩa tua, mactabis & comedes carnẽ sm benedictionẽ dñi dei tui, quã dederit tibi itra oẽs portas: imũdũ & mũdum comedes (vel, imũdi & mũdi poterit comedere) sicut caprẽ & ceruuz: absq; esu &c.

intra portas tuas

oblationem

intra portas tuas:

intra portas tuas.

vel, mũdam & imũdã pariter comedes

rectum est

rectum

illaqueeris post illas,

deos

obseruare debetis vt illa faciatis:

seruiamus eis: non audies verba prophetę illius aut somniatoris, quia
tentat vos dominus deus vester, vt palàm fiat vtrum diligatis eum
an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Dominū deum vestrum
sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem
eius: ipsi seruietis, & ipsi adhęrebitis. Propheta autē ille aut fictor som-
niorum interficietur: quia loquutus est vt vos auerteret à domino
deo vestro, qui eduxit vos de terra Aegypti, & redemit vos de domo
seruitutis: vt errare te faceret de via quam tibi pręcepit dominus deus
tuus: & auferes malum de medio tui. Si tibi voluerit persuadere
frater tuus filius matris tuę, aut filius tuus vel filia, siue vxor quę est in
sinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam, clàm dicens, Ea-
mus, & seruiamus dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui, cunctarū
in circuitu gentium quę iuxtà vel procul sunt, ab initio vsq; ad finem
terrę: non acquiescas ei, nec audias, neq; parcat ei oculus tuus vt mise-
rearis & occultes eum, sed statim interficies. sit primum manus tua su-
per eum, & post te omnis populus mittat manum. Lapidibus obru-
tus necabitur: quia voluit te abstrahere à domino deo tuo, qui eduxit
te de terra Aegypti de domo seruitutis: vt omnis Israel audiens ti-
meat, & nequaquam vltrà faciat quippiam huius rei simile. Si au-
dieris in vna vrbium tuarū, quas dominus deus tuus dabit tibi ad ha-
bitandū, dicentes aliquos, Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auer-
terunt habitatores vrbis suę, atq; dixerūt, Eamus, & seruiamus dijs alie-
nis quos ignoratis: quęre sollicitè, & diligenter rei veritate perspecta,
si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere
perpetratam, statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, &
delebis eam, omniaq; quę in illa sunt vsq; ad pecora. quicquid etiam
supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa
ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas domino deo tuo, & sit tu-
mulus sempiternus. non ędificabitur amplius, & nō adhęrebit de illo
anathemate quicquam in manu tua, vt auertatur dominus ab ira furo-
ris sui, & misereatur tui, multiplicetq; te, sicut iurauit patribus tuis,
quando audieris vocem domini dei tui, custodiens omnia pręcepta
eius quę ego pręcipio tibi hodie, vt facias quod placitum est in con-
spectu domini dei tui.

CAP. XIIII.

Filij estote domini dei vestri: non vos incidetis, nec facietis calui-
tium super mortuo. quoniā populus sanctus es domino deo tuo:
& te elegit vt sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus quę
sunt super terram. Ne comedatis quę immunda sunt. Hoc est ani-
mal quod comedere debetis, Bouē, & ouem, & caprā, ceruū, & capream,
bubalū, tragelaphū, pygargum, orygem, camelopardalū. Omne ani-
mal qđ in duas partes findit vngulā, & ruminat, comedetis. De his
autē quę ruminant, & vngulā non findunt, hęc comedere non debetis,
camelū, leporem, chœrogyllium: quia rumināt, & non diuidunt vngulā,
immūda erunt vobis. Sus quoq; quoniā diuidit vngulā, & non rumi-
nat, immūda erit: carnibus eorū non vescemini, & cadauera nō tange-
tis. Hęc comedetis ex omnibus quę morantur in aquis, Quę habent
pinnulas, & squamas, comedite: quę absq; pinnulis, & squamis sunt, ne
comedatis, qa immūda sunt. Omnes aues mundas comedite. Immū-
das ne comedatis: aquilā scilicet, & gryphē, & halięetū, ixion, & vulturē
ac miluū iuxta genus suum: & omne coruini generis, & struthionē, ac no-
ctuam, & larum, atq; accipitrē iuxta genus suū: herodiū ac cygnum, &
ibin, ac mergulū, porphyrionē, & nycticoracem, onocrotalum, &
charadriū, singula in genere suo: vpupā quoq; & vespertilionē. Et om-
ne qđ reptat & pennulas habet, immundū erit, nec comedetur. Omne
qđ mundum est comedite. Quicquid autē morticinum est, ne vesca-
mini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut

sciat
sermonem auertentē vos
vt ambulares per eam
incitauerit te
talem rē malā in medio tui.
rectum
vel, estis
prę
omnem abominationem.
hircum syluestrem,
vel, cuculum
noctuam, vlulam, vespertilionem.
pelicanum,
mergulum,
ciconiam,
omnes aues mundas
illud

culis à verbo dei abducenti nō credēdū, sed occidēdus.
B
Miraculis tentat fidē nrā deus.
Occidēdus qui à fide & fiducia in deū abducere tentet, et si sit vxor.
C 4.17.b
Ciuitatē à fiducia in deum adductam, iubet ipse de' cōburere, & habitatores occidere.
D
A
Non imitādus rit' gētiū sup mortuis. 3.7.a infra. 26.d.
Quę aīalia mūda, quę immunda. Leui. 11.a
B
Pisces mūdi & imūdi.
Aues imūdę.
Morticina non comedenda.
Peregrin'.
C

vende ei, quia tu populus sanctus domini dei tui es. Non coques hœdum in lacte matris suę. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, quę nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu domini dei tui, in loco quem elegerit, vt in eo nomen illius inuocetur, decimam frumenti tui, & vini, & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis: vt discas timere dominum deum tuum in omni tempore. Quum autem longior fuerit via, & locus quem elegerit dominus deus tuus,[*] [z]tibiq; benedixerit, nec potueris ad eũ hęc cuncta portare, vendes omnia, & in pretium rediges, portabisq; manu tua, & proficisceris ad locum quem elegerit dominus deus tuus, & emes ex eadem pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex armentis, siue ex ouibus, vinum quoq;, & siceram, & omne quod desyderat anima tua: & comedes coram domino deo tuo, & epulaberis tu & domus tua, & Leuita qui intra portas tuas est, caue derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quę nascuntur tibi eo tempore: & repones intra ianuas tuas. Venietq; Leuites, qui aliam non habet partem nec possessionem tecum, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur: vt benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quę feceris.

Decimę dandę.
Exod. 23.c. 34.d.
D
Leuitę peregrini, pupilli, & viduę alendi.

*vt ponat nomen suum ibi. (vel, inuocetur nomen suum ibi)

CAP. XV.

A

SEptimo anno facies remissionẽ, quę hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid [z]ab amico vel[\] proximo ac fratre suo, repetere nõ poterit: quia annus remissionis est domini. A peregrino [z]& aduena[\] exiges: [z]ciuem & propinquum repetendi non habebis potestatem.[\] [z]Et[\] omnino indigens & mendicus nõ erit inter vos: [z]vt benedicat[\] tibi dominus in terra quam traditurus est tibi in possessionem: [z]Si tamen[\] audieris vocẽ domini dei tui, & custodieris vniuersa quę iussit, & quę ego hodie pręcipio tibi,[*]benedicet tibi, vt pollicitus est. [z]Foenerabis[\] gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. Si vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuę, in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem deuenerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris. Caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat septimus annus remissionis: & [z]auertas oculos tuos à paupere fratre tuo,[\] nolens ei, quod postulat, mutuum commodare: ne clamet contra te ad dominum, & fiat tibi in peccatum. Sed dabis ei: nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis: [z]vt benedicat[\] tibi dominus deus tuus in [z]omni tempore,[\] & in cunctis ad quę manum miseris. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuę: idcirco ego pręcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. Quum tibi [z]venditus fuerit[\] frater tuus Hebręus aut Hebręa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum: & quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris, sed [z]dabis viaticum[\] de gregibus, & de area & torculari tuo, quibus dominus deus tuus benedixerit tibi. Memẽto quòd & ipse seruieris in terra Aegypti, & liberauerit te dominus deus tuus, & idcirco ego nunc pręcipio tibi. Sin autem dixerit, Nolo egredi: eo quod diligat te, & domũ tuã, & bene sibi apud te esse sentiat: assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuę, & seruiet tibi vsque in ęternum. ancillę quoque similiter facies. Non [z]auertas ab eis oculos tuos, quando[\] dimiseris eos liberos: quoniam [z]iuxta mercedem mercenarij[\] per sex annos seruiuit tibi: [z]vt benedicat[\] tibi dominus deus tuus in cunctis operibus quę agis. De primogenitis quę nascuntur in armentis, & ouibus tuis, quicquid est sexus masculini, sanctificabis domino deo tuo. Non ope-

Remissio debitorum anno septimo.
Mendici nõ futuri, si deo obediatur.
De fratre in paupertatẽ redacto.
B
Mutuũ dandũ, et si non sit spes recipiendi.
Mat. 5.g.
Lucę. 6.c.
Pauperes sẽper futuri.
C
Mat. 26.a.
Serui & ancillę Hebręi anno septimo libertate donandi.
Exo. 21.a.
Iere. 34.c.
Auris perforatę, quid significet.
Primogenita deo sanctificanda, & quę ea sint.
D

[z] a
[z] fratri autem remittes tuo quod tuũ erit (vel, nõ repetes a frẽ tuo)
[z] quia
[z] benedicet enĩ
[z] duntaxat si
[*] dñs enim deus tuus
[z] mutuum dabis
[z] malignus sit oculus tu[*] cõtra frẽm tuum mendicũ (vel in paupertatem redactum)
[z] qa huius rei grã benedicet
[z] omnibus operibus tuis.
[z] se vendiderit.
[z] onerabis eũ
[z] tibi graue (vel dux) videatur, quod
[z] duplex mercenarius (vel, duplex est merces mercenarij)
[z] & benedicet

raberis in primogenito bouis, e non tondebis primogenita ouium. In conspectu domini dei tui comedes ea per annos singulos, in loco quem elegerit dominus, tu & domus tua. Si autem habuerit maculam, e vel claudum fuerit vel cęcum, aut in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur domino deo tuo. sed intra portas vrbis tuę comedes illud: tam mundus quàm immundus similiter vescentur eis quasi capreę, & ceruo. Hoc solum obseruabis, vt sanguinem eorum non comedas, sed effundas in terrã quasi aquam.

Leui.22.e. Eccli.35.b.

CAP. XVI.

A

OBserua mensem nouarum frugum, e verni primum temporis, vt facias phâse domino deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te dominus deus tuus de Aegypto nocte. Immolabisq; phâse domino deo tuo de ouibus, e de bobus, in loco quem elegerit dominus deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Non comedes in eo panem fermentatum. Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem, quoniam in pauore egressus es de Aegypto: vt memineris diei egressionis tuę de Aegypto omnibus diebus vitę tuę. Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis septem diebus, e non remanebit de carnibus eius quod immolatum est vespere in die primo vsq; ad mane. Non poteris immolare phâse in qualibet vrbium tuarum, quas dominus deus tuus daturus est tibi: sed in loco quem elegerit dominus deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: immolabisq; phâse vespere ad Solis occasum, quando egressus es de Aegypto. Et coques, e comedes in loco quem elegerit dominus deus tuus, maneq; cõsurgens vades in tabernacula tua. Sex diebus comedes azyma: & in die septima, quia collecta est domini dei tui, non facies opus. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris, e celebrabis diem festum hebdomadarum domino deo tuo, oblationem spontaneam manus tuę, quam offeres iuxta benedictionem domini dei tui: & epulaberis coram domino deo tuo, tu & filius tuus, e filia tua, e seruus tuus, e ancilla tua, e Leuites, qui est intra portas tuas, & aduena ac pupillus e vidua, qui morantur vobiscum, in loco quẽ elegerit dominus deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: e recordaberis quoniam seruus fueris in Aegypto: custodiesq; ac facies quę pręcepta sunt. Solennitatem quoq; tabernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris de area e torculari fruges tuas: e epulaberis in festiuitate tua tu e filius tuus & filia, & seruus tuus & ancilla, Leuites quoq;, & aduena, e pupillus ac vidua, qui intra portas tuas sunt: Septem diebus domino deo tuo festa celebrabis in loco quem elegerit dominus: benedicetq; tibi dominus deus tuus in cũctis frugibus tuis, e in omni opere manuum tuarũ, erisq; in lętitia. Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini dei tui in loco quem elegerit, in solennitate azymorum, e in solennitate hebdomadarum, e in solennitate tabernaculorum. Non apparebit ante dominum vacuus: sed offeret vnusquisq; secundum quod habuerit, iuxta benedictionem domini dei sui, quam dederit ei. Iudices & magistros cõstitues in omnibus portis tuis, quas dominus deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas: vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Non accipies personam, nec munera: quia munera excecant oculos sapientum, e mutant verba iustorum. Iustè quod iustum est, persequeris: vt viuas, e possideas terram, quam dominus deus tuus dederit tibi. Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta altare domini dei tui. Nec facies tibi atq; constitues statuam, quę odit dominus deus tuus.

Left margin: Abib (.i. Aprilis in quo oia renascuntur.) — festinatione — per noctem — assabis — letaberis — letaberis — praefectos (vel, officiarios) — Non peruertas iudicium, — peruertunt (vel, destruunt)

Right margin: Tria iudęorũ festa principalia Phase. — B — Pentecoste. — C — Festũ tabernaculorũ. — A — Exod.23.b. 34.c. — Eccle.16.d. — D — Quales magistratus esse debeant. — Deut.1.c. — Leui.19.c. — Exod.23.a. — Eccle.20.d.

CAP. XVII.

A

NOn immolabis domino deo tuo bouem e ouem, in quo est macula, aut quippiam vitij: quia abominatio est dño deo tuo. Quumq; reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarum, quas dominus

Vitiosa hostia non offerenda.

Pœna ido- deus tuus dabit tibi, vir aut mulier, qui faciant malum in cõspectu do
lolatræ. mini dei tui, & transgrediãtur pactum illius, vt vadant, & seruiant dijs
alienis, & adorent eos, solem & lunam, & omnem militiam cœli, quæ
non præcepi: & hoc tibi fuerit nuntiatũ, audiensq; inquisieris diligen-
ter, & verum esse reperceris, & abominatio facta est in Israel: educes vi-
rũ ac mulierẽ, qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis
B suæ, & lapidibus obruentur. In ore duorum aut triũ testium peribit qui
Test. ĩ. 19. d. interficietur. Nemo occidatur, vno cõtra se dicente testimonium. Ma-
Mat. 18. b. nus testium prima interficiet eũ, & manus reliqui populi extrema mit
2. Cor. 13. a tetur: vt auferas malum de medio tui. Si difficile & ambiguum apud
ĩ. 13. c. te iudicium esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem, caussam &
Ambigua caussam, ʼlepram & non lepramʼ & ʼiudicium intra portas tuas vide- ʼplagam & plagam,
sñia ad sũ- ris verba variari:ʼ surge, & ascende ad locum quem elegerit dominus
mos iudi- deus tuus, veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ qui fue- ʼquicqd cõtentiosæ caussæ est
ces deferẽda rit illo tẽpore: quæresq; ab eis, qui indicabũt tibi iudicij veritatem. Et
Ad sacer- facies quocunq; dixerint qui præsunt loco quẽ elegerit dñs, ʼ& docuerint ʼ& custodies faciẽda iuxta omnia q̃ docebũt
dotes caus- te iuxta legẽ eius,ʼ sequerisq; sententiã eorũ, nec declinabis *ad dexte-
sæ difficilio ram, neq; ad sinistram. Qui aũt superbierit nolens obedire sacerdotis im
res C perio, qui eo tempore ministrat dño deo tuo, ʼex decreto iudicisʼ mo- te iuxta sermonem legis quẽ
referebant. rietur homo ille, & auferes malum de Israel: cunctusq; populus audiẽs docebunt te.
Rebellis pu timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Quum ingressus fue * a verbo q̃d
niendus. ris terram, quam dominus deus tuus dabit tibi, & possederis eam, ha- anũtiabũt tibi
Institutio bitauerisq; in illa, & dixeris, Constituam super me regem, sicut habent ʼ vel iudici.
regis. omnes per circuitum nationes: eum constitues, quem dominus deus
tuus elegerit, de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis
hominem regẽ facere, qui non sit frater tuus. Quumq; fuerit constitu
tus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum,
equitatus numero subleuatus, præsertim quum dominus præceperit
vobis, vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini. Non
D habebit vxores plurimas, ʼquæ alliciant animum eius,ʼ neq; argenti ʼne declinet (vel, auertat) cor eius,
& auri immensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui,
Rex legat describet sibi ʼDeuteronomium legis huiusʼ in volumine, accipiens
Deuterono exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetq; il- ʼiteratam legem hanc
miũ Moysi. lud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominum deum suum,
& custodire verba & ʼceremoniasʼ eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec ʼstatuta
eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neq; declinet *in par- * a præcepto
tem dexteram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse & filij eius
super Israel.

CAPVT XVIII.

A NOn habebunt sacerdotes & Leuitæ, & oẽs qui de eadem tribu sunt,
Leuitis nul partem & hæreditatẽ cum Israel: q̃a sacrificia dñi, & oblatiões eius
la dat pos- comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorũ. domi-
sessio. nus enim ipse est hæreditas eorum: sicut loquutus est illis. Hoc erit iu
ĩ. 10. b. dicium sacerdotum à populo, & ab his qui offerunt victimas: siue bo- * & maxillas
Nu. 18. c. d uem, siue ouẽ immolauerint, dabunt sacerdoti armum *ac ʼventricu- ʼvel, intestina, (aut, stomachum)
1. Cor. 9. b lum:ʼ primitias frumẽti, vini & olei, & lanarũ partem ex ouium tonsio
Leuitis qd ne. Ipsum enim elegit dñs deus tuus de cunctis tribubus tuis, vt stet, &
dabatur. ministret nomini dñi, ipse & filij eius in sempiternum. Si exierit Leui
B tes ex vna vrbium tuarum ex omni Israel in qua habitat, & voluerit
Num. 18. c. venire, desyderans locum quem elegerit dñs, ministrabit in nomine do
mini dei sui, sicut omnes fratres eius Leuitæ, qui stabunt eo tempore
coram domino. Partem ciborum eandem accipiet quam & cæteri: ex- ʼhabet de vendito bono patrum suorum.
cepto eo quod ʼin vrbe sua ex paterna ei successione debetur.ʼ
Fugienda Quando ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit ti-
omnis ido bi, caue ne imitari velis abominationes illorũ gentiũ. nec inueniatur
lolatria. in te qui lustret filium suũ, aut filiam, ducens per ignem: aut qui ario-
Leui. 20. d. los sciscitetur, & obseruet somnia atq; auguria, nec sit maleficus, nec

incantator, neq; qui pythones ɔsulat, nec diuinos, ꝛ quærat à mortuis 1.Reg. 18.
veritatē. omnia enim hęc abominatur dñs, ꝛ propter istiusmodi
scelera delebit eos in introitu tuo: pfectus eris, ꝛ absq; macula cum C
domino deo tuo. Gentes istę quaꝝ possidebis terram, augures & diui- PROPHE
nos audiunt: tu autem à domino deo tuo aliter institutus es. PRO- TACHRI
e medio tui, PHETAM DE gente tua ꝛ de fratribus tuis sicut me, suscita- STVS pro
bit tibi dñs deus tuus: ipsum audies, vt petisti à dño deo tuo in Horeb, mittitur.
quãdo concio congregata est, atq; dixisti, Vltrà non audiam vocem Iohan.1.g.
domini dei mei, & ignem hunc maximum amplius nõ videbo, ne mo Act.3.d.7.e.
riar. Et ait dominus mihi. Bene oĩa sunt loquuti, Prophetam suscita Exod.20.d.
bo eis de medio fratrum suorum similem tui: & ponam verba mea in Iohan.1. g.
mea ore eius, loqueturq; ad eos oĩa quę pcepero illi. qui aũt verba eius Propheta
regrã ab eo: quę loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam. aliud quæs
Propheta aũt qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine D ubũ di.
dixeris ĩ cor meo, quę ego nõ pręcepi illi vt diceret, aut ex nomine alienorũ deoꝝ: pdicans iter
de tuo. interficietur. Quod si tacita cogitatione responderis, Quomodo ficiendus.
possum intelligere verbũ, quod dominus nõ est loquutus: hoc habe Pseudo p-
bis signum, Quod in nomine domini propheta ille prędixerit, ꝛ nõ pheta quo
euenerit: hoc dominus nõ est loquutus, sed per tumorẽ animi sui pro- dignoscẽd.
pheta confinxit, & ideirco non timebis eum. CAPVT XIX. A

QVum disperdiderit dominus deus tuus gentes, quarum tibi tradi- Ciuitates re
turus est terram, ꝛ possederis eam, habitaueris q; in vrbibus earum fugij ob ho
& in ędibus: tres ciuitates separabis tibi in medio terrę, quã dominus micidium.
deus tuus dabit tibi in possessionem, sternẽs diligenter viam: & in tres Num.35.b.
vel, Et hęc est ęqualiter partes totam terrę tuę prouinciam diuides, vt habeat è vici Iosu.20.a.
caussa vt eo cõ no qui propter homicidium profugus est, quo possit euadere. Hęc
fugiat homici erit lex homicidę fugientis, cuius vita seruanda est, Qui percusserit Qui homi-
da illuc & vi- proximum suum nesciens, & qui heri & nudiustertius nullũ cõtra eum cidę inno-
uet. odium habuisse comprobatur: sed abijsse cum eo simpliciter in syl- centes.
uam ad ligna cędenda, & in succisione lignorum securis fugerit ma B
vel, proximũ num, ferrumq; lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & oc-
ciderit: hic ad vnam supradictarum vrbiũ ɔfugiet, ꝛ viuet: ne forsitan
quum calefe proximus eius cuius effusus est sanguis, dolore stimulatus, persequa
cerit se cor ei. tur, & apprehendat eum, si lõgior via fuerit, & percutiat animam eius
qui non est reus mortis: quia nullũ contra eum qui occisus est, odium
ab heri ꝛ nu- prius habuisse mõstratur. Idcirco pręcipio tibi, vt tres ciuitates ęqua
diustertius lis inter se spatij diuidas. Quum autem dilatauerit dominus deus tuus
terminos tuos, sicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam ter-
ram quã eis pollicitus est (si tamen custodieris mandata eius, ꝛ feceris C
quę hodie pręcipio tibi, vt diligas dominum deum tuum, ꝛ ambules Volũtarius
in vijs eius omni tempore) addes tibi tres alias ciuitates, & supradi- homicida,
ctarum trium vrbium numerum duplicabis: vt non effundatur san- occidẽdus a
guis innoxius in medio terrę quã dominus deus tuus dabit tibi possi- magiãtib.
dendam, ne sis sanguinis reus. Si quis autem odio habens proximum Num.35.c.
suũ insidiatus fuerit vitę eius, surgensq; percusserit illum, & mortuus Termini ñ
fuerit, fugeritq; ad vnam de supradictis vrbibus, mittent seniores ci- transferẽdi.
uitatis illius, ꝛ arripient eum de loco effugij, tradentq; in manus pro- Vno teste,
ximi, cuius sanguis effusus est, & morietur. Non misereberis eius, ꝛ au nõ iudicat
feres innoxiũ sanguinẽ de Israel, vt bene sit tibi. Nõ assumes, & trãsfe D aliqs.
res terminos proximi tui, quos fixerũt priores in possessione tua, quam 5.17.b.
dñs deus tuus dabit tibi in terra quã acceperis possidendã. Nõ stabit Mat.18.b.
testis vnus ɔtra aliquẽ, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit: sed in Iohan.8.c
ore duoꝝ aut trium testium stabit omne verbũ. Si steterit testis men- Pœna falsi
dax contra hominem, accusans eum pręuaricationis, stabunt ambo testis.
quorum caussa est, ante dominum in conspectu sacerdotum & iudi- 2.Cor.13.a
cum qui fuerint in diebus illis. Quumq; diligentissimẽ perscrutantes Heb.10.e.

Dan. 13. g. Lex taliõis pmẽdata in dicibus. Matth. 5. f. Exod. 21. e

inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendaciũ, reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malũ de medio tui: vt audientes cęteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculũ pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

CAPVT XX.

Fidẽ in p̃missã dei victoriã, bellãti populo suadet. Iubet hoc verbũ p̃missionis p̃dicari in acie a sacerdote.

A SI exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorẽ, quàm tu habeas, aduersarij exercitus multitudinem, non timebis eos: quia dominus deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Aegypti. Appropinquãte aũt iam prælio, stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum, Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam cõmittitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos: quia dñs deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo. Duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt, Quis est homo qui ędificauit domum nouam, & non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur

B in bello, & alius dedicet eam. Quis est homo qui plantauit vineam, & nedum fecit eam esse cõmunem, & de qua vesci omnibus liceat? vadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio. Quis est homo qui despõdit vxorem, & non accepit eam? vadat & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam. His dictis addent reliqua, & loquentur ad populum, Quis est homo formidolosus, & corde pauido? vadat & reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. Quumq́; siluerint duces exercitus, & finem loquendi fecerint, vnusquisque suos ad

C bellandum cuneos pręparabit. Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. Si autem foedus inire noluerit, & cœperit contra te bellum, oppugnabis eam. Quumq́; tradiderit dominus deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore gladij, absque mulieribus, & infantibus, iumentis & cęteris, quę in ciuitate sunt. Omnem prędam exercitui diuides, & comedes de spolijs hostiũ tuorum, quę dominus deus tuus dederit tibi. Sic facies cunctis ciuitatibus, quę à te procul valde sunt, & non sunt de his vrbibus quas in possessionem accepturus es. De his autem ciuitatibus quę dabunt tibi,

D nullum omnino permittes viuere, sed interficies in ore gladij, Hetheũ videlicet, & Amorrheum, & Chananęum, Pherezeum, & Heuęum, & Iebusęum, sicut pręcepit tibi dominus deus tuus: ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes quas ipsi operati sunt dijs suis, & peccetis in dominum deum vestrum. Quando obsederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circũdederis vt expugnes eam, non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem: quoniam lignum est, & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, & in cęteros apta vsus, succide, & instrue machinas donec capias ciuitatem quę contra te dimicat.

Qui ad bellũ p̃cedere nõ debeãt. 1. Macha. 3. g

Iudicũ. 7. a Ius belli in expugnãdis vrbib⁹.

Chananęos & hm̃õi penit⁹ occidere iubet deus.

Arbores q̃rũ fructu vescerent, p̃hibet deus excindi a militibus.

ne mollescat. pauere. loquentur ad p̃plm, & dicẽt. eã faciat communem. cõstituet p̃ncipes exercit⁹ i capite populi (vel, añ pp̃lm in aciem.) pacẽ respõderit tibi. p̃dabeis tibi. securibus eas excindẽdo: qa ex illaꝶ fructibus comedes, & p̃pea nõ succides ipsas. nã qd. n. lignum agri hõ est vt veniat cõtra te in obsidionẽ. aduersus ciuitatem.

CAPVT XXI.

Lex expurgationis super occiso, cui⁹ author ignoretur.

A QVando inuentum fuerit in terra, quam dominus deus tuus daturus est tibi, hominis cadauer occisi, & ignorabitur cędis reus, egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris singularum per circuitum spatia ciuitatum: & quam viciniorem cęteris esse perspexerint, seniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quę non traxit iugum, nec terram scidit vomere, & ducent eam ad

iacẽs i agro

Vallem

vallem asperam atq; saxosam, quę nunquā arata est, nec sementem recepit, & cędent in ea ceruices vitulę. accedéntque sacerdotes filij Leui, ˹quos elegerit˺ dominus deus tuus vt ministrent ei, & ˹benedicant in nomine eius,˺ & ad verbum eorum ˹omne negotium pendet: & quicquid mundum vel immūdum est, iudicetur.˺ Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabúntq; manus suas super vitulam quę in valle percussa est, & dicent, Manus nostrę nō effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt. ˹propitius esto populo tuo˺ Israel, quē redemisti domine, & ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel. Et auferetur ab eis reatus sanguinis: tu autē˹alienus eris ab innocētis cruore qui fusus est, quū feceris quod pręcepit dominus.˺ B

Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos dominus deus tuus in manu tua, captiuósq; duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, volueris´q; habere vxorem, introduces eam in domū tuam: quę radet cęsariem, & circuncidet vngues, & deponet vestem in qua capta est: sedens´q; in domo tua, flebit patrem & matrem suam vno mēse, & postea intrabis ad eam, dormiésq; cum illa, & erit vxor tua. Si autem postea non sederit animo tuo, dimittes eam ˹liberam,˺ nec vendere poteris pecunia, nec ˹opprimere per potentiam:˺ quia humiliasti eam. Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odiosam, genuerint´q; ei liberos, & fuerit filius odiosę primogenitus, volueritq; substantiam inter filios suos diuidere: non poterit filium dilectę facere primogenitum, & pręferre filio odiosę, sed filium odiosę agnoscet primogenitū, dabítq; ei de his quę habuerit cuncta duplicia, iste est enim principiū ˹liberorum˺ eius, & huic ˹debentur primogenita.˺ Si genuerit homo filium ˹contumacem & proteruum,˺ qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit: apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius & ad portam ˹iudicij,˺ dicent´q; ad eos, Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, ˹comessationibus vacat, & luxurię atq; conuiuijs:˺ lapidibus eū obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malū de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat. Quando peccauerit homo quod morte plectendū est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo: non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia ˹maledictus à deo est qui pendet in ligno,˺ & nequaquā contaminabis terram tuam quam dominus deus tuus dederit tibi in possessionem.

CAPVT XXII.

NOn videbis bouem fratris tui aut ouem errantem, & ˹pręteribis:˺ sed reduces fratri tuo, etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quandiu quęrat ea frater tuus, & recipiat. Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re * fratris tui quę perierit: si inueneris eam, ne ˹negligas quasi alienam.˺ Si videris asinum fratris tui aut bouem cecidisse in via, nō ˹despicies,˺ sed subleuabis cum eo. Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea. abominabilis enim apud deum est qui facit hęc. Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis désuper incubantem: non tenebis eam cum filijs, sed abire patieris, captos tenens filios, vt bene sit tibi, & longo viuas tempore. Quum ędificaueris domū nouam, facies ˹murum tecti˺ per circuitū: ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in pręceps ruente. Non seres vineam tuam ˹altero semine:˺ ne & *sementis quam seuisti, & quę nascuntur ex vinea, pariter ˹sanctificentur.˺ Non arabis in boue simul & asino. Non indueris vestimento quod ex lana linó´q; contextum est. Funiculos ˹in fimbrijs˺ facies per quatuor angulos pallij tui, quo operiris. Si duxerit

L.

˹ qa eos elegit
˹ vel, laudent nomen eius,
˹ ois cā (vl, is) & plaga peragatur. (vel sit aut, iudicet.)
˹ expia populum tuum
˹ auferes sanguinē īnocētē (Chald. iterp. auferes effundentem innocentē sanguines) de medio tui, cū feceris (LXX, si feceris. i. si curę tibi sit facē) qđ rectū est coram domino.
˹ alię suę, Heb.
˹ negotiaberis de ea (vl, oppignerabis eā)
˹ fortitudinis
˹ debetur ius priogeniturę.
˹ declinantē & rebellē, & ifra.
˹ loci illius,
˹ lurco & potator est:
˹ vel, pp maledictionē dei suspēsus ē, vel, is q pendet maledictio dei est,
˹ abscondes (vel, subtrahes) te ab eis.
* amissa
˹ occultaueris:
˹ subtrahes te,
˹ murū (vel, septimentū aut, munimentū) tecto tuo
˹ diuersis rerū generibus:
* pœnitudo
˹ Chald. iterp. polluantur.

Qūo ducēda captiua in vxorem. C

Ius primogeniturę, non dandū ex affectib*. D

Gala. 3. b

A
Res primi perdita, nō negligēda.
Exo. 23. a
Mulier veste virili ne vtatur.
De nido inuento.
Tectum domus, muro muniendū.
B
Vinea.
Arare.
Vestimēti.
Fimbrię.
Num. 15. d

vir vxorem, &* postea odio habuerit eam, quęsieritq; occasiones qui-
bus dimittat eam, objiciens ei nomen pessimum, & dixerit, Vxorem
hanc accepi, & ingressus ad eam non inueni virginem: tollent eam pa
ter & mater eius, & ferent secum signa virginitatis eius ad seniores
B vrbis qui in porta sunt: & dicet pater, Filiam meam dedi huic vxoré,
quã quia odit, imponit ei nomen pessimũ, vt dicat, Non inueni filiã
C tuam virginem: & ecce hęc sunt signa virginitatis filię meę. Et expan
dent vestimentũ coram senioribus ciuitatis: apprehendentq; senes vr
bis illius virum, & verberabunt illũ, condẽnantes insuper centum si-
clis argenti, quos dabit patri puellę, quoniã diffamauit nomen pessi-
mũ super virginem Israel: habebitq; eam vxorem, & non poterit di-
mittere eam omnibus diebus vitę suę. Quòd si verũ est qđ objicit, &
nó est in puella inuenta virginitas: ejicient eã extra fores domus pris
sui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur: quoniam fe
cit nefas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui: & auferes ma-
lum de medio tui. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque mo-
rietur, id est, adulter & adultera: & auferes malum de Israel. Si puellã
D virginem desponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & con
cubuerit cum ea: educes vtrunque ad portam ciuitatis illius, & lapidi-
bus obruentur: puella, quia non clamauit, quum esset in ciuitate: vir,
quia humiliauit vxorem proximi sui. & auferes malũ de medio tui.
Si autem in agro reppererit vir puellam quę desponsata est, & appre-
hendens cócubuerit cum ea, ipse morietur solus: puella nihil patiet,
nec est rea mortis: qm̃ sicut latro consurgit contra fratrem suum, &
occidit animam eius: ita & puella perpessa est. sola erat in agro: clama
uit*, & nullus affuit qui liberaret eam. Si inuenerit vir puellam vir
ginem, quę non hꝫ sponsum, & apphendens concubuerit cũ illa, & res
ad iudicium venerit: dabit qui dormiuit cum ea, patri puellę quin-
quaginta siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illã:
non poterit dimittere eam cunctis diebus vitę suę. Nó accipiet homo
vxorem patris sui, nec reuelabit operimentum eius.

Poena adulterij. Leui. 20. a

De virgine desponsata oppressa in ciuitate vel agro.

Lex viri opprimentis virginé nó desponsatam.

Vxor pris nó ducẽda.

*ingressus ad eam,
*imposueritque ei occasiones verborũ. i. imponit ei aliqđ mali vũ verba fiant apud populum)
*occasiones verboꝝ, &c.
*vel, castigabunt.
*vel, stultitiam
*vel, afflixit aut, oppressit
*vir
*ipsa
*Inuẽti fuerint
*reteget (discooperiet)

CAPVT XXIII.

A Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis, & absciss-
so veretro ecclesiam domini. Non ingredietur mamzer, hoc
est de scorto natus, in ecclesiam domini vsq; ad decimã generationé,
Ammonites & Moabites ét post decimam generationé non intrabũt
ecclesiã dñi in eternũ: quia noluerũt vobis occurrere cum pane & aq
in via qñ egressi estis de Aegypto: & quia conduxerunt contra te Ba-
laam filium Beor de Mesopotamia Syrię, vt malediceret tibi: & no
luit dominus deus tuus audire Balaam, vertitq; maledictioné eius in
benedictionem tuã, eo qđ diligeret te. Non facies cum eis pacem, nec
B quęras eis bona cũctis diebus vitę tuę in sempiternũ. Non abomina-
beris Idumęũ, quia frater tuus est: nec Aegyptiũ, quia aduena fuisti
in terra eius. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in
ecclesiam dñi. Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnã,
custodies te ab omni re mala. Si fuerit inter vos homo q nocturno
pollutus sit somnio, egrediet extra castra, & nó reuertetur priusquã ad
vesperã lauet aqua, & post solis occasum regredietur in castra. Habe-
bis locũ extra castra ad quẽ egrediaris ad requisita naturę, gerẽs pa-
xillũ in balteo. cumq; sederis, fodies p circuitũ, & egesta humo ope
C ries quo releuatus es (Dñs. n. deus tuus ambulat i medio castroꝝ*, vt
eruat te, & tradat tibi inimicos tuos) & sint castra tua sancta: & nihil in
eis appareat foeditatis, ne derelinquat te. Nó trades seruũ dño suo, qui
ad te cófugerit. habitabit tecũ in loco qui ei placuerit, & in vna vrbiũ
tuaꝝ requiescet: ne contristes eũ. Nó erit meretrix de filiabus Israel, nec
scortator de filijs Israel. Nó offeres mercedé prostibuli, nec ptiũ canis

Qui admittédi i coetus ppli dei.

Moabitę & Ammonitę nó admittẽdi i eccliam. nehem. 13. a nu. 22. a

Idumei & egyptij non abominãdi.

Bellum.

pollutio nocturna.

Extra castra pudẽda leuãdus.

Seru fugitiuus ñ tradẽ dño suo.

Meretrix & scortator.

*cógregationẽ & coetum
*Pethor i Mesopotamia (vl in Aram) Naharim,
*Addidit interpres hec verba explicandę rei gratia.
*super arma tua (.i. q erãt tibi vice ligõis)
*tuorum
*non vim inferes ei.

in domo dñi dei tui, quicquid illud est qd vouerint: quia abominatio est vtrúq; apud dñm deum tuum. Non fœnerabis fratri tuo ad vsurã pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliã rem: sed alieno. Fratri autẽ tuo absq; vsura, id quo indiget, cõmodabis: vt bñdicat tibi dñs deus tuus in oĩ opere tuo in terra ad quã ingredieris possidendã. Quũ votum voueris dño deo tuo, nõ tardabis reddere: qa requiret illud dñs deus tuus. & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatũ. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod aũt semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti dño deo tuo, & ꝓpria voluntate & ore tuo loquutus es. Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantũ tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. Si intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres, falce autem non metes.

CAPVT XXIIII.

SI acceperit homo vxorẽ, & habuerit eam, & non inuenerit gratiã ante oculos eius propter aliquã fœditatẽ: scribet libellũ repudij, & dabit in manu illiꝰ, & dimittet eã de domo sua. Quũq; egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitq; ei libellũ repudij, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit: nõ poterit prior maritus recipere eam in vxorẽ: quia polluta est, & abominabilis facta est coram domino, ne peccare facias terram tuã quam dñs deus tuus tradiderit tibi possidendam. Quum acceperit homo nuper vxorem, nõ procedet ad bellũ, nec ei quippiam necessitatis iniunget publicè, sed vacabit absque culpa domui suæ, vt vno anno lętetur cũ vxore sua. Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorẽ molã: quia animam suã apposuit tibi. Si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suũ de filijs Israel, & vendito eo acceperit pretium: interficietur, & auferes malum de medio tui. Obserua diligenter ne incurras plagam lepr̨ę, sed facies quęcũq; docuerint te sacerdotes Leuitici generis, iuxta id quod pręcepi eis, & imple sollicitę. Memẽto quę fecerit dominus deus tuus Marię in via, quũ egrederemini de Aegypto. Quũ repetes à proximo tuo rem aliquam quã dz tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. Sinautem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum: vt dormiens in vestimento suo, benedicat tibi, & habeas iustitiam coram domino deo tuo. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui siue aduenę qui tecũ moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadẽ die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat aiam suam: ne clamet cõtra te ad dominum, & reputetur tibi in peccatum. Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus: sed vnusquisque pro peccato suo morietur. Nõ peruertes iudiciũ aduenę & pupilli, nec auferes pignoris loco viduę vestimentũ. Memẽto quòd seruieris in Aegypto, & eruerit te dominus deus tuus inde. Idcirco pręcipio tibi vt facias hanc rem. Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuerteris vt tollas illũ: sed aduenam, & pupillũ, & viduam auferre patieris, vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere manuũ tuarum. Si fruges collegeris oliuarum, quicquid remanserit in arboribus, nõ reuerteris vt colligas: sed relinques aduenę, pupillo, ac viduę. Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges remanẽtes racemos, sed cedent in vsus aduenę, pupilli, ac viduę. Memento quòd & tu seruieris in Aegypto, & idcirco pręcipio tibi vt facias hanc rem.

CAPVT XXV.

SI fuerit caussa inter aliquos, & interpellauerint iudices: quem iustũ esse perspexerint, illi iustitię palmam dabunt: quem impium, condẽnabunt impietatis. Sinautem eum qui peccauit, dignum viderint

Left margin: à te | secõs aĩas tuã, (Hebraismus est) satiãdo te: sed in vase tuo nihil pones. | manu tua, | coierit cũ ea. | oneris milita ris iniunget: | immunis erit in domo sua. | cum ipsis fit esca oĩ animę. | furans | mutuat fueris proximo tuo aliquid, | pignus. | quum occide rit sol: | vim inferes mercenario, indigenti | redemit | filiũ plagarũ viderint Heb.

Right margin: Merces prostibuli. | D | Non fœnerandum. | Vsura. | Votũ reddendum. | De vinea & segete proximi. | A | Permissio repudij. mat. 5. c. & 19. a. mar. 10. a | Indulgẽtia nuptiarũ | Nõ accipiẽdũ locũ pignoris | B | ꝗmodo cãre non põt proximus. | Prędo verdẽs hoĩem. | Cauẽdũ alepra. nu. 12. a | C | Quõ accipiendũ pignus, & qñ reddẽdum. | Nõ detinenda merces. leui. 19. c. Tob. 4. c. | Bõi ꝑ mal ñ puniẽdi. | D | 4. reg. 4. b | 2. para. 25. b | Eze. 18. e | Pupill', aduẽa, vidua | Reliqę i agro, vinea, oliueto, pupillis, aduenis, & viduis, relinquẽdę | A | De pœnis delinquentiũ.

Merces laboranti reddenda. B
1.corin.9.a
1.timo.5.c
Lex suscitādi semē fraternum.
Mat.22.c
Marc.12.b.
Luc.20.d
Ruth.4.b.
C
Domus discalceati.
Mulieris manus abscindēda q̄ pudenda hoīs apprehendit.
Pōdera eq̄, & mēsurę.
Iubetur Amalec occidi. exod. 17.c

rint plagis: prosternent, & coram se facient verberari. Pro mēsura peccati, erit & plagarum modus: ita dūtaxat vt quadragenarium numerū non excedāt: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Quādo habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri. sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui: & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomē eius ex Israel. Si autem noluerit accipere vxorem fratris sui quę ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetq́; Non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israel: nec me in coniugem sumere. Statimq; accersiri eum facient, & interrogabunt. Si responderit, Nolo eā vxorem accipere: accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentū de pede eius, spuetq́; in faciem illius, & dicet, Sic fiet homini qui nō ędificat domum fratris sui. Et vocabitur nomē illius in Israel, Domus discalceati. Si habuerint inter se iurgium viri duo, & vnus contra alterū rixari cœperit: volensq́; vxor alterius eruere virū suū de manu fortioris, miseritq; manum, & apprehēderit verēda eius: abscindes manū illius, nec flectēris super eā vlla misericordia. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. pondus habebis iustum & verū, & modius ęqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tpe super terram quam dñs deus tuus dederit tibi. abominatur enim dñs deus tuus eum q facit hęc, & auersatur omnem iniustitiā. Memento quę fecerit tibi Amalec in via qñ egrediebaris ex Aegypto: quō occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, qñ tu eras fame, & labore confectus, & non timuerit deum. Quum ergo dñs deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cunctas per circuitū nationes in terra quam tibi pollicitus est: delebis nomen eius sub cœlo. Caue ne obliuiscaris.

fœde laceretur (vel vilescat & horribilis sit)
fratris sui defuncti
id est noīe defuncti cēsebitur, vt dicatur filius defuncti, non eius fratris q eum genuit.)
corā illo secūdū Rab. Salo.
percutiētis ipsū.
parcet ocul⁹.
perfectū & iustū.
perfect⁹ & iustus
oēm facientē iniquitatem.
debiles,
lassus & fatigatus,
memoriam

CAPVT XXVI.

A
Primitię triennales, Leuitis, pupillis, viduis & aduenis dandę.
B
C

QVumq́; intraueris terram quam dominus deus tuus tibi daturus est possidendā, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea, tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartalo, pergesq́; ad locum quem dñs deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius: accedesq́; ad sacerdotē qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum, Profiteor hodie corā domino deo tuo, quòd ingressus sum in terrā pro qua iurauit dominus patribus nostris, vt daret eam nobis. Suscipiensq́; sacerdos cartalum de manu tua, ponet ante altare dñi dei tui, & loqueris in conspectu domini dei tui, Syrus persequebatur patrem meū, qui descendit in Aegyptū, & ibi peregrinatus est in paucissimo numero: creuitq́; in gentē magnam ac robustā & infinitę multitudinis. Afflixeruntq́; nos Aegyptij, & persequuti sunt, imponētes onera grauissima: & clamauimus ad dñm deum patrum nostrorum. qui exaudiuit nos, & respexit humilitatē nostram, & laborē atque angustias: & eduxit nos de Aegypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in signis atque portentis, & introduxit ad locū istū, & tradidit nobis terram lacte & melle manantē. Et idcirco nunc offero primitias frugū terrę, quā dominus dedit mihi. Et dimittes eas in cōspectu domini dei tui: & adorato domino deo tuo, epulaberis in omnibus bonis q̄ dominus deus tuus dederit tibi, & domui tuę, tu & Leuites, & aduena qui tecum est. Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitę & aduenę, & pupillo & viduę, vt comedant intra portas tuas, & saturentur: loquerisq́; in cōspectu domini dei tui, Abstuli quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Leuitę, & aduenę, & pupillo ac viduę, sicut iussisti mihi: non pręterivi mandata tua, nec sum oblitus imperij tui. Non com-

vel, canistro
habitet
Laban .s. de quo Gen. 31.
peribat pater meus, Chald. interp.
Syrus q̄siuit perdere pręsmeū, LXX. Syriā dereliquit pater meus,
afflictionem
postquā inuocaueris te.
vel separatū.

medi ex eis in luctu meo, nec separaui ea in qualibet immunditia, nec expendi ex his quicquã in re funebri. Obediui voci domini dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi. Respice de sanctuario tuo, & de excelso cœlorũ habitaculo, & benedic populo tuo Israel, & terræ quã dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terræ lacte & melle mananti. Hodie dñs deus tuus præcepit tibi vt facias mandata hæc atque iudicia: & custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie, vt sit tibi deus, & ambules in vijs eius, & custodias ceremonias illius, & mãdata atque iudicia, & obedias eius imperio. Et dñs elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris, sicut loquutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius: & faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudẽ, & nomen, & gloriam suam; vt sis populus sanctus domini dei tui, sicut loquutus est.

CAPVT XXVII.

PRæcepit autẽ Moyses & seniores Israel populo, dicẽtes, Custodite omne mandatũ quod præcipio vobis hodie. Quumq; transieritis Iordanem in terram quã dominus deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius, Iordane transmisso: vt introeas terras quam dominus deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, sicut iurauit patribus tuis. Quando ergo transieritis Iordanem, erigite lapides quos ego hodie præcipio vobis in monte Hebal, & leuigabis eos calce: & ædificabis ibi altare domino deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit, & de saxis informibus & impolitis: & offeres super eo holocausta dño deo tuo, & imolabis hostias pacificas, comedésque ibi, & epulaberis coram dño deo tuo. Et scribes super lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. Dixeruntq; Moyses & sacerdotes Leuitici generis ad omnem Israelem. Attende, & audi Israel, Hodie factus es populus domini dei tui, audies vocem eius, & facies mandata atq; iustitias quas ego præcipio tibi hodie. Præcepitq; Moyses populo in die illo, dicens, Hi stabunt ad benedicẽdũ populo super montẽ Garizim, Iordane transmisso: Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Ioseph, & Beniamin. Et e regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal, Ruben, Gad, & Aser, & Zabulon, Dan & Nephthali. Et pronuntiabunt Leuitæ, dicentq; ad omnes viros Israel excelsa voce, Maledictus homo qui faciet sculptile & conflatile abominationem domini, opus manuum artificum, ponetq; illud in abscondito. & respondebit omnis populus, & dicet, Amẽ. Maledictus qui non honorat patrẽ suũ, & matrẽ suam. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui transfert terminos proximi sui. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui peruertit iudiciũ aduenæ, pupilli, & viduæ & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, & reuelat operimentum lectuli eius & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cũ omni iumento. & dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui dormit cum sorore sua filia pr̃is sui, vel matris suæ. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cum socru sua. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui clãm percusserit proximum suum. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cũ vxore proximi sui. & dicet omnis populus, Amen. Maledict⁹ qui accipit munera, vt percutiat animã sanguinis innocentis. & dicet oĩs populus, Amẽ. Maledictus qui non pmanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. & dicet omnis populus, Amen.

CAPVT XXVIII.

SI autẽ audieris vocẽ dñi dei tui, vt facias atque custodias oĩa mãdata eius q̃ ego pcipio tibi hodie, faciet te dñs deus tuus excelsiorẽ

pro mortuo.
habitaculo sancto tuo è cœlo,
vel, exaltasti (vel dño loquut⁹ es. Qui dã sic vertũt, Dñm dicere fecisti. i. fuisti cã vt diceret)
statuta
exaltauit (vel vt nõnulli, dicere fecit te. i. fuit cã vt diceres)
LXX, sicut fecit te
linies & stra.
perfectus: (vel integris. i. nõ sectis ferro.)
LXX, fiat. (vel, esto, siue, ita sit)
vilipendit (vel, despicit)
statuit verba (. i. ope pficit)

Isaię.63.d. Baruch.2.d
Supra. 7.a
Iudęi I gloriã dei assũpti in ppliũ ipsius.
A Altare extrui iubet Moyses, transmisso Iordane, & legẽ desup scribi.
B Exo.20.d Iosue.8.f.
Bñdictiões in monte Garizim.
C Maledictiones in monte Hebal.
Dani.9.c.
D
Gala.3.b
A Promissio

nes benedictionū seruantibus mandata.

cunctis gentibus quę versantur in terra. Venientq; super te vniuersę
benedictiones istę, & apprehendēt te: si tamen pręcepta eius audieris.
Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. Benedictus fructus vē-
tris tui, & fructus terrę tuę, fructusq; iumentorū tuorū, greges armen-
torū tuorum, & caulę ouium tuarum. Benedicta horrea tua, & benedi-
ctę reliquię tuę. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit domi-
nus inimicos tuos qui consurgunt aduersum te, corruentes in con-
spectu tuo. per vnam viam venient cōtra te, & per septem fugient à fa-
cie tua. Emittet dominus benedictionē super cellaria tua, & sup oīa
opera manuum tuarum: benedicetq; tibi in terra quam acceperis.
Suscitabit te dominus sibi in populum sanctum, sicut iurauit tibi: si
custodieris mandata domini dei tui, & ambulaueris in vijs eius. Vide-
buntq; omnes terrarum populi quod nomen domini inuocatum sit
super te, & timebunt te. Abundare te faciet dn̄s omnibus bonis, fructu
B vteri tui, & fructu iumentorū tuorū, fructu terrę tuę quam iurauit dn̄s
patribus tuis vt daret tibi. Aperiet dominus thesaurum suū optimū,
cœlū, vt tribuat pluuiam terrę tuę in tempore suo: benedicetq; cunctis
operibus manuū tuarum. Et fœnerabis gentibus multis, & ipse à nul-
lo fœnus accipies. Constituet te dn̄s in caput, & non in caudam: & eris
semper suprà, & non subtèr: si audieris mandata domini dei tui, quę
ego pręcipio tibi hodie, & custodieris & feceris, ac non declinaueris ab
eis nec ad dextram nec ad sinistram, nec sequutus fueris deos alienos,
neque colueris eos. Quòd si audire nolueris vocē domini dei tui, vt
custodias & facias omnia mandata eius, & ceremonias quas ego prę-
cipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istę, & apprehē-
dent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. Maledictū
horreum tuū, & maledictę reliquię tuę. Maledictus fructus vētris tui,
& fructus terrę tuę, armenta boum tuorū, & greges ouium tuarū. Ma-
ledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. Mittet dominus
super te famē & esuriē, & increpationē in omnia opera tua quę tu fa-
cies: donec conterat te, & perdat velociter, propter adinuentiōes tuas
pessimas, in quibus reliquisti me. Adiungat tibi dominus pestilētiā,
C donec consumat te de terra ad quam ingrederis possidendam. Percu-
tiat te dominus egestate, febri & frigore, ardore & ęstu, & aere
corrupto ac rubigine, & persequatur donec pereas. Sit cœlum
quod supra te est, ęneum: & terra quam calcas, ferrea. Det domi-
nus imbrem terrę tuę puluerem, & de cœlo descendat super te cinis,
donec conteraris. Tradat te dominus corruentem ante hostes
tuos. & per vnam viam egrediaris contra eos, & per septem fugias,
& dispergaris per omnia regna terrę. sitq; cadauer tuum in escam
cunctis volatilibus cœli & bestijs terrę, & non sit qui abigat. Per-
cutiat te dominus vlcere Aegypti, & partem corporis per quam ster-
cora egeruntur, scabie quoque & prurigine: ita vt curari nequeas.
Percutiat te dominus amentia & cęcitate ac furore mentis, & palpes
in meridie sicut palpare solet cęcus in tenebris, & non dirigas vias
tuas. Omniq; tempore calūniam sustineas, & opprimaris violen-
tia, nec habeas qui liberet te. Vxorem accipias, & alius dormiat cum
D ea. Domum ędifices, & non habites in ea. Plantes vineam, & non
vindemies eam. Bos tuus immoletur coram te, & non comedas ex
eo. Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo, & non reddatur tibi. Oues
tuę dentur inimicis tuis, & non sit qui te adiuuet. Filij tui & filię
tuę tradantur alteri populo videntibus oculis tuis, & deficientibus
ad conspectum eorum tota die, & non sit fortitudo in manu tua. Fru-
ctus terrę tuę, & omnes labores tuos comedat populus quem igno-
ras: & sis semper calumniam sustinens, & oppressus cunctis diebus, &
stupens ad terrorem eorum quę videbunt oculi tui. Percutiat te, do-

Maledictiones non seruantibus mandata. Leui. 26. b Thren. 2. f Mala. 2. a Baruc. 1. d.

(vel, cōspersio sine pasta, aut esca tua. Chald. interp. penaria.) & s.
vel, percussos & vulneratos
Pręcipiet dn̄s vt sit tecū benedictio in cellarijs tuis,
statuet.
statuta quę
maledictionē, & perditionē.
timore,
adustione,
vel, gladio,
ariditate (q tellus arescit)
vel, vredine, vitio scilz ac morbo segetum)
cęsum
coram eis
timore (vel, stupo) cordis,
constrictiones

minus vlcere pessimo in genibus & in suris, sanariq; non possis à plan-
ta pedis vsq; ad verticem tuũ. Ducet te dominus, & regem tuum quem
constitues super te, in gentem quã ignoras tu & patres tui: & seruies
ibi dijs alienis ligno & lapidi. Et eris [a]perditus,) in prouerbium ac fa-
bulam omnibus populis, ad quos te introduxerit dominus. Semen- Mich. 6. d. Aggei. 2. b.
tem multã iacies in terram, & modicum agregabis: quia locustę deuo-
rabunt omnia. Vineam plantabis & fodies, & vinum non bibes, nec
colliges ex ea quippiam quoniam vastabitur vermibus. Oliuas ha-
bebis in omnibus terminis tuis, & non vngeris oleo: quia [a]defluent &
deperibunt.) Filios generabis & filias, & non frueris eis: quoniam
ducentur in captiuitatem. Omnes arbores tuas & fruges terrę tuę
[a]rubigo) consumet. Aduena qui tecum versatur in terra, ascendet E
super te, eritq; sublimior: tu autem descendes, & eris inferior. Ipse [a]fœ-
nerabit) tibi, & tu nõ [a]fœnerabis) ei. Ipse erit in caput, & tu eris in cau-
dam. Et venient super te omnes maledictiones istę, & persequentes
apprehendent te, donec intereas: quia non audisti vocem domini dei
tui, nec seruasti mandata eius & [a]ceremonias quas) pręcepit tibi. Et
erunt in te signa atq; prodigia, & in semine tuo vsq; in sempiternum:
eo quòd non seruiens domino deo tuo in gaudio, cordisq; lętitia, Seruire deo in gaudio.
propter rerum omnium abundantiam. Seruies inimico tuo, quem
emittet tibi dominus, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria, & Excidiũ mi- nat Moyses Iudęis tale vt filios co- medant, si non obedie- rint verbo dei.
ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te cõterat. Adducet
dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terrę finibus
in similitudinem aquilę volantis cum impetu: cuius linguam intelli-
gere non possis, gentem [a]procacissimã,) quę non deferat seni, nec mi-
sereatur paruuli, & deuoret fructum iumentorum tuorũ, ac fruges ter-
rę tuę: donec intereas, & non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum,
armenta boum & greges ouium: donec te disperdat, & conterat in cun-
ctis vrbibus tuis, & destruantur muri tui firmi atque sublimes, in qui- F
bus habebas fiduciam in omni terra tua. Obsideberis intra portas tuas
in oĩ terra quam dabit tibi dominus deus tuus: & comedes fructũ vte-
ri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi
dominus deus tuus, in [a]angustia & vastitate) qua opprimet te ho-
stis tuus. Homo [a]delicatus in te, & luxuriosus) valde inuidebit
fratri suo, & vxori quę cubat in sinu suo, *ne det eis de carnibus fi-
liorum suorum quas comedet: eo q nihil aliud habeat in obsidione
& [a]penuria,) qua vastauerint te inimici tui intra omnes portas tuas.
Tenera mulier & delicata, quę super terram ingredi non valebat, nec
pedis vestigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiam,
inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius super filij & filię carnibus, &
[a]illuie secundinarum quę egrediuntur de medio feminum eius,) & su-
per liberis qui eadem hora nati sunt. comedent enim eos clàm pro-
pter rerum omnium penuriam, in obsidione & vastitate qua oppri- G
met te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custodieris, & feceris om-
nia verba legis huius quę scripta sunt in hoc volumine, & timueris no-
men eius gloriosum & terribile, hoc est dominũ deũ tuum: [a]augebit dñs
plagas tuas,) & plagas seminis tui, plagas magnas & [a]perseuerãtes,)
infirmitates pessimas & perpetuas, & conuertet in te omnes afflictiones
Aegypti, quas timuisti, & adherebunt tibi. Insuper & vniuersos lãguo-
res, & plagas quę non sunt scriptę in volumine legis huius, inducet
dominus sup te, donec te conterat: & remanebitis pauci numero, quĩ
prius eratis sicut astra coeli pre multitudine: qm̃ non audisti vocẽ dñi
dei tui. Et sicut antè lętatus est dominus super vos, bene vobis fa-
ciens, vosq; multiplicans: sic lętabitur disperdens vos atq; subuertẽs,
vt auferamini de terra ad quã ingredieris possidendam. Disperget
te dñs in oẽs populos à summitate terrę vsq; ad terminos eius: & serui-

[a] in pditionem (vel, desolationem)
[a] proijcietur oliua tua
[a] locusta (vel, vstio)
[a] mutuabit
[a] mutuabis
[a] statuta quę
[a] forti facie (.i. ferocẽ, crudelẽ, immitem)
[a] obsidione & coartatione
[a] tener in te, & deliciosus (vel, in voluptatibus viuens)
* & filijs suis quos reliquerit,
[a] coartatione
[a] Chal. interp. sic interpretat & filijs suis paruulis q egressi sunt ex se
[a] vel, mirabiliter tecum aget dñs in plagis. aut, mirabilibus plagis affuget te dominus)
[a] vl, fortes (aut certas, stabiles, iuges, veras)

ales ibi dijs alienis, quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus. In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptã mœrore, & erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte & die, & nõ credes vitę tuę. Manè dices, Quis mihi det vesperum? & vespere, Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinẽ, qua terreberis, & propter ea quę tuis videbis oculis. Reducet te dominus classibus in Aegyptum per viam de qua dixit tibi vt eam amplius non videres. Ibi venderis inimicis tuis in seruos & ancillas, & nõ erit qui emat.

CAPVT XXIX.

A HAec sunt verba fœderis, qđ pręcepit dñs Moysi, vt feriret cũ filijs Israel in terra Moab: pręter illud fœdus quod cum eis pepigit in Horeb. Vocauitq́; Moyses omnem Israel, & dixit ad eos, vos vidistis vniuersa, quę fecit dñs coram vobis in terra Aegypti, Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersęq́; terrę illius, tentationes magnas quas viderunt oculi tui, signa illa portentaq́; ingentia, & nõ dedit vobis dñs cor intelligens, & oculos videntes, & aures quę possint audire vsque in pręsentem diem. 'Adduxit' vos quadraginta annis per desertum: nõ sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorũ vetustate consumpta sunt. Panem non comedistis, vinũ & siceram non bibistis: vt sciretis quia ego sum dñs deus vester. Et venistis ad hunc locum: egressusq́; est Sehon rex Hesebon, & Og rex Basan, occurrentes nobis ad pugnã. Et percussimus eos, & tulimus terram eorũ, ac tradidimus possidendã Ruben & Gad, & dimidię tribui Manasse. Custodite ergo verba pacti huius, & implete ea: vt intelligatis vniuersa quę 'facitis.'

B Vos statis hodie cuncti corã domino deo vestro, principes vestri, & tribus, ac maiores natu, atque 'doctores,' omnis populus Israel, liberi & vxores vestrę, & aduena qui tecũ moratur in castris, 'exceptis lignorum cęsoribus, & his' qui cõportant aquas: vt transeas in fœdere domini dei tui, & in iureiurando qđ hodie dñs deus tuus percutit tecum: vt 'suscitet' te sibi in populũ, & ipse sit dñs deus tuus, sicut locutus est tibi, & sicut iurauit patribus tuis Abrahã, Isaac, & Iacob. Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hęc iuramenta cõfirmo, sed cunctis pręsentibus & absentibus. Vos enim nostis quomodo habitauerimus in terra Aegypti, & quomodo transierimus per mediũ nationũ, quas transeuntes vidistis, abominationes & sordes, id est, idola eorũ, lignum & lapidẽ, argentũ & aurum quę colebant.

C Ne fortè sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auersum 'est' hodie à dño deo nostro: vt vadat, & seruiat dijs illarũ gentium, & sit inter vos radix germinans fel & 'amaritudinem.' Cumq́; audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo, dicens, Pax erit mihi, '& ambulabo' in 'prauitate' cordis mei: '& assumat ebria sitientem,' '& dominus non ignoscat' ei: sed tunc quàm maximè furor eius fumet & zelus contra hominem illum, & sedeant super eum omnia maledicta quę scripta sunt in hoc volumine: & deleat dominus nomen eius sub cœlo, & consumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones quę in libro legis huius ac fœderis continentur.

D Dicetq́; sequens generatio, & filij* qui nascentur 'deinceps,' & peregrini qui de longe venerint, videntes plagas terrę illius, & infirmitates quibus eam 'afflixerit' dñs sulphure, & salis ardore coburens, ita vt vltrà non seratur*, nec virens quippiã germinet 'in exemplũ subuersionis' Sodomę & Gomorrhę, Adamę & Seboim, quas subuertit dominus in ira & in furore suo. Et dicent omnes gentes, Quare sic fecit dominus terrę huic? quę est hęc ira furoris eius immensa? Et respondebunt, Quia dereliquerunt pactum domini* qđ pepigit cum *patribus eorũ,' quando eduxit eos de terra Aegypti: & seruierunt dijs alienis, & adorã

Cõmemoratione beneficiorũ, ad mãdata seruanda hortatur
Exo. 19. a
Supra. 8 a
Supra. 3. a
Gene. 19. e
Caussa furoris dñi in populum
3 Reg. 9. b
Hiere. 22. c

' Ambulare fecit
' facturi estis. (vel, vt prudẽtes sitis in omnibus quę facitis.)
' prefecti vri,
' à lignorũ cęsoribus, vsque ad eos
' statuat hodie
' sit
' absynthiũ.
' tametsi ambulem
' cogitatione (.i. quẽadmodum vt cordi meo)
' vel, absumat (ebria sitientẽ vt addat ebria sitiẽti (.i. & doctor ipsius, & discipulus hau riẽs malũ doctrinã pereant simul)
' Nõ vult dñs qđ parcatur
* vestri post vos.
' ęgrotare fecerit
* oĩs terra ei' secũdum subuersionem
* dei patrum suorum,
' eis,

uerunt eos quos nesciebant, & quibus non fuerat attributi: idcirco irat⸗
tus est furor domini contra terrã istam, vt induceret super eam omnia
maledicta, quę in hoc volumine scripta sunt, & eiecit eos de terra sua
in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecitq́; in terram alie⸗
nam, sicut hodie comprobatur. ᵃAbscondita domino deo nostro: quę
manifesta sunt nobis & filijs nostris vsq; in sempiternum, ⁾ vt faciamus
vniuersa verba legis huius.

ᵃ Id est, Manifestauit nobis deus volũtatẽ suã prę cũctis populis.)

CAP. XXX.

QVum ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio siue A
maledictio quã proposui in conspectu tuo: & ᵃductus pœnitudine
cordis tui ⁾ in vniuersis gentibus, in quas disperserit te dominus deus
tuus, & reuersus fueris ad eũ, & obedieris eius imperijs, sicut ego hodie
pręcipio tibi cum filijs tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua: re⸗
ducet te dominus deus tuus de captiuitate tua, ac miserebitur tui, & rur⸗
sum congregabit te de cunctis populis in quos te antè dispersit. Si ad
cardines cœli fueris dissipatus, inde te retrahet dominus deus tuus, & as⸗
sumet, atq; introducet in terram quã possederunt patres tui, & obtine⸗
bis eam: & benedicens tibi maioris numeri te esse faciet, q̃ fuerint pa⸗
tres tui. Circũcidet dominus deus tuus cor tuum, & cor seminis tui: vt B
diligas dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt
possis viuere. Omnes autem maledictiones has conuertet super inimi
cos tuos, & eos qui oderunt te, & persequuntur. Tu autẽ reuerteris, & au
dies vocem domini dei tui. faciesq́; vniuersa mandata quę ego pręci⸗
pio tibi hodie, & abundare te faciet dominus deus tuus in cunctis ope
ribus manuũ tuarum, in sobole vteri tui, & in fructu iumentorũ tuorũ,
in vbertate terrę tuę, ᵃ& in rerũ omnium largitate. ⁾ Reuertetur enim
dominus, vt gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gauisus est in
patribus tuis: si tamen audieris vocẽ domini dei tui, & custodieris pręe⸗
cepta eius & ᵃceremonias ⁾ quę in hac lege scripta sunt: & reuertaris ad C
dominum deum tuũ in toto corde tuo, & in tota anima tua. Manda
tum hoc quod ego pręcipio tibi hodie, non ᵃsupra te est, ⁾ neq; procul
positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere, Quis ᵃnostrum ⁾ valet ad
cœlum ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atq; opere cõ⸗
pleamus? Neq; trans mare positũ: vt ᵃcausseris, & ᵇdicas, Quis ᵃè ⁾ no⸗
bis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsque deferre: vt possimus
audire, & facere quod pręceptum est? Sed iuxta te est sermo valde in ore
tuo & in corde tuo, vt facias illum. Considera quòd hodie proposue
rim in conspectu tuo vitam & bonũ, & econtrario mortem & malũ: *vt
diligas dominũ deum tuum, & ambules in vijs eius, & custodias man⸗ D
data illius ac ᵃceremonias ⁾ atq; iudicia: & viuas, atq; multiplicet te, be
nedicatq́; tibi in terra ad quam ingredieris possidendam. Si autem
auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atq; ᵃerrore deceptus ⁾ ado
raueris deos alienos, & seruieris eis, prędico tibi hodie q̃ pereas, & par
uo tempore moreris in terra ad quam Iordane transmisso ingredieris
possidendam. Testes inuoco hodie cœlũ & terram, quòd proposuerim
vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo
vitam, vt & tu viuas, & semen tuum: ᵃ& ⁾ diligas dominũ deum tuum,
atq; obedias voci eius, & illi adhęreas (ipse est enim vita tua, & longitu
do dierum tuorũ) vt habites in terra pro qua iurauit dñs patribus tuis
Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret eam illis.

ᵃ reduxeris ad te cor tuum Heb.
ᵃ in bonum
ᵃ statuta
ᵃ est tibi occultum,
ᵃ pro nobis
ᵃ pro
*quia ego pręcipio tibi hodie
ᵃ statuta
ᵃ excidens
ᵃ vt

A Pœnitentibus pmittitur mĩa. Psal.105.d 1.Mac.1.f &.2.c
B Purificat de⁹ cor nostrũ vt possimus eum diligere
C Verbo euãgelij pdicato, & corde credito, pceptũ dei impletur. Rom.10.b Vita, Dilectio dei.
D Mort. Ina obediẽtia. In inobedientes dei verbo. Vita.

CAP. XXXI.

ABijt itaq; Moyses, & loquutus est omnia verba hęc ad vniuersum
Israel, & dixit ad eos, Centum viginti annorũ sum hodie, nõ pos⸗
sum vltrà egredi & ingredi, pręsertim quum & dominus dixerit mihi,
Non transibis Iordanem istũ. Dominus ergo deus tuus transibit ante
te. ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & possidebis eas: &
ᵃIosue ⁾ iste transibit ante te, sicut loquutus est dominus. Faciesq́; do⸗
minus eis sicut fecit Sehon & Og regibus Amorrhęorũ, & terrę eorũ,

ᵃ Iehosua Heb. qui prius Osee dictus fuit.

Moyses disponit se ad mortẽ. Supra.3.d Num.27.c Gentes delendę. Iosue pficit pplo loco Moysi. Num.21.c

ˀdelebitq; eos.ˀ Quum ergo & hos tradiderit vobis, similiter facietis
eis sicut precepi vobis. ˀViriliter agite,ˀ & cófortamini:nolite time
B re,nec paueatis ad conspectú eorum:quia dominus deus tuus ipse est
ductor tuus,& non dimittet,nec derelinquet. Vocauitq; Moyses Io
sue,& dixit ei coram omni Israel,Confortare,& esto robustus:tu enim
introduces populú istum in terram quá daturum se patribus corú iu-
rauit dñs,& tu eam sorte diuides. Et dñs qui ductor est vester,ipse erit
tecum:non dimittet,nec derelinquet te:noli timere,nec paueas. Scri
psit itaq; Moyses legé hanc,& tradidit eam sacerdotibus filijs Leui,qui
portabant arcam fœderis domini,& cunctis senioribus Israel. Prece-
pitq; eis,dicens,Post septé annos anno remissionis,in solénitate taber
naculorú,conuenientibus cunctis ex Israel,vt appareant in conspectu
C domini dei tui in loco quem elegerit dñs:leges verba legis huius corá
omni Israel,audientibus eis, & in vnú omni populo congregato tam
viris q; mulieribus,paruulis & aduenis qui sunt intra portas tuas : vt
audientes discant,& timeant dominú deum vestrum,& custodiant,im
pleantq; omnes sermones legis huius. filij quoq; eorú qui nunc igno-
rant:vt audire possint, & ˀtimeantˀ dominú deum suú cunctis diebus,
quibus ˀversanturˀ in terra ad quam vos Iordane transmisso pergitis
D obtinendam. Et ait dñs ad Moysen,Ecce,propè sunt dies mortis tuę:
voca Iosue,& state in tabernaculo testimonij,vt precipiam ei. Abie-
runt ergo Moyses & Iosue, & steterunt in tabernaculo testimonij:ap-
paruitq; dñs ibi in colúna nubis,quę stetit in introitu tabernaculi. Di
xitq; dñs ad Moysen, Ecce, tu dormies cum patribus tuis, & populus
iste consurgens fornicabitur post deos alienos in terra ad quá ingredie
tur vt habitet in ea:ibi derelinquet me,& irritú faciet fœdus qd pepigi
cum eo. Et irascetur furor meus contra eú in die illo:& derelinquá eú,
& abscódam faciem meá ab eo, & erit in deuorationé:inuenient eum
E omnia mala & afflictiones : ita vt dicat in illo die, Verè quia non est
deus mecú,inuenerunt me hęc mala. Ego autem abscondá,& celabo fa
ciem meam in die illo propter omnia mala quę fecit,quia sequutus est
deos alienos. Nunc itaq; ˀscribite vobisˀ canticú istud,& ˀdocete filios
Israel:ˀvt memoriter teneant & ore decantent,ˀ& sit mihi carmé istud
pro testimonio ˀinterˀ filios Israel. Introducá enim eum in terrá pro
qua iuraui patribus eius,lacte & melle manantem. Quumq; comede-
rint, & saturati,crassiq; fuerint,auertentur ad deos alienos, & seruient
F eis: ˀdetrahentq; mihi,ˀ & irritum facient pactú meum. Postquá inue
nerint eú mala multa & afflictiones,respondebit ei canticum istud pro
testimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore seminis sui. Scio enim
cogitationes eius ˀquęˀ facturus sit hodie, antequá introducá eum in
terram,quá ei ˀpollicitus sum.ˀ Scripsit ergo Moyses canticum,* &
docuit filios Israel. Precepitq; dñs Iosue filio Nun,& ait,Confortare,
& esto robustus:tu enim introduces filios Israel in terram quá ˀpolli-
citus sum,ˀ & ego ero tecum. Postquá ergo scripsit Moyses verba le
gis huius in volumine,atq; cópleuit,precepit Leuitis, qui portabát ar
cam fœderis domini,dicens, Tollite librú istum, & ponite eú in latere
arcę fœderis dñi dei vestri:vt sit ibi contra te in testimoniú. Ego enim
scio ˀcontentionemˀ tuá,& ceruicem tuá durissimá. Adhuc viuéte me,
ˀ& ingredienteˀ vobiscú,ˀsemper cótentiosè egistisˀ cótra dñm: quáto
G magis quú mortuus fuero? Congregate ad me oés maiores natu per tri
bus vestras,atq; ˀdoctores,ˀ & loquar audientibus eis sermones istos,&
*inuocabo cótra eos cœlú & terrá. Noui enim q; post mortem meá ini
que agetis,ˀ& declinabitis citò de via quá pręcepi vobis: & occurrent vo
bis mala in extremo tépore,qñ feceritis malum in cóspectu dñi,vt irri
tetis eú per opa manuú vestrarú. Loquutus est ergo Moyses audiéte
vniuerso cœtu Israel verba ˀcarminisˀ huius,& ad finé vsq; cópleuit.

Supra.7.a

Iosue cósti tuitur dux populi.

Scribit Deu teronomiú

Precipit le gi septimo quoq; áno oi populo.

Moysi & Io sue pdicit deus futurú vt Moyse mortuo po pulus con uertatur ad idola.

Fornicátes à deo.

Cáticú siue cantilenam iubet de° à Moyse có poni,de fu tura Is raelitarum idololatria & afflictio nibus eo rundem.

Saturitas.

Iosue intro ducitur* po pulum.

Liber deut. reponi iu betur I late re arcę.

Moyses có uocatis prin cipib° Isr. pdicit eos à deo recessu ros.

ˀ vel,quam di sperdidit.

ˀ Fortificate vos.

ˀ discát timere

ˀ viuitis

ˀ scribe

ˀ doce illud

ˀ pone illud in os eor. Heb.

ˀ contra

ˀ irritabuntq; me (vel, blas phemabunt, abijcient, siue contem nent me,)

ˀ quas

ˀ iuraui.

* in die ipsa

ˀ iuraui,

ˀ rebellionem

ˀ hodie

ˀ rebelles estis

ˀ prefectos

* testes

ˀ corrúpendo corrumpetis vos,

ˀ vel,cantici aut cautionis

e loquar. Stillet vel, venti (aut, afflatus & vapores. Chald. interp. vetus pluuię qui resflat magnitudinē Petrę (vocat deū petrā. i. fiduciā, cōsolationē, amorē, tutelam) veritas, macula eorū, (. i. corruptio q̄ corrupti sunt & peccauerūt, est macula eorū) vel, priorū aut seculi. i. dies ex q̄ mūdus eē cœpit. intellige (vel, attēde) fenes .i. regiones cuilibet populo habitandas vel, sors vel, in chao tristi, lachrymabili ac vasto.

CAPVT XXXII.

A

Canticum Moysi.

Doctrina.

Opera dei.

AVdite cœli quę loquor, audiat terra verba oris mei,
Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meū,
quasi imber super herbam, & quasi stillę super gramina.
Quia nomen domini inuocabo: date magnificentiam deo nostro.
Dei perfecta sunt opera, & omnes vię eius iudicia: deus fidelis, &
absq; vlla iniquitate, iustus & rectus.

Hortatur Moyses populū, vt cōsyderet dei bñficia erga se.

Peccauerunt ei nō filij eius in sordibus, generatio praua atq; peruersa.
Hęccine reddis domino popule stulte & insipiens? numquid nō ipse est
pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?
Memento dierum antiquorū, cogita generationes singulas: inter-
roga patrem tuū, & annūtiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.
Quando diuidebat altissimus gentes: quando separabat filios Adam,
constituit terminos populorū iuxta numerum filiorum Israel.

B

Pars autem domini, populus eius: Iacob funiculus hereditatis eius.
Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastę solitudinis.
Circunduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui,
Sicut aquila prouocans ad volandū pullos suos, & sup eos volitās,
expandit alas suas: & assumpsit eum, atq; portauit in humeris suis.
Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo deus alienus.
Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorū,
& sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo:
Butyrū de armēto, & lac de ouib' cū adipe agnorū, & arietū filiorū Basan,
& hircos cū medulla tritici, & sanguinē vuę biberet meracissimum.

C

Saturatus Israel, & ingratus, conuertitur ad idola.

Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus: dereliquit deū factorem suū, & recessit à deo salutari suo.
Prouocauerunt eum * in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
Immolauerunt dęmonijs & non deo, dijs quos ignorabant: noui recentesq; venerunt, quos non coluerunt patres eorum.
Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui.

Minatur afflictiones deus iudęis ingratis.

Vidit dominus, & ad iracūdiam concitatus est: quia prouocauerunt
eum filij sui & filię.
Et ait, Abscondam faciem meam ab eis, & cōsyderabo nouissima eo-
rum: generatio enim peruersa est, & infideles filij.

D

Rom. 10. d

Iere. 15. e

Ipsi me prouocauerunt * in eo qui non erat deus, & irritauerunt in va-
nitatibus suis: & ego prouocabo eos * in eo qui non est populus, &
in gente stulta irritabo illos.
Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima:
deuorabitq; terra cū germine suo, & montium fundamēta cōburet.
Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.
Cōsumētur fame, & deuorabūt eos aues morsu amarissimo: dentes be-
stiarū immittā in eos, cum furore trahentiū sup terrā, atq; serpentiū.
Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenē simul ac virginem,
lactentem cum homine sene.
Et dixi, vbinā sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.
Sed propter iram inimicorū distuli: ne fortè superbirent hostes eo-
rum, & dicerent, Manus nostra excelsa, & non dñs, fecit hęc omnia.
Gens absq; consilio est, & sine prudentia: vtinam saperent, & intelli-
gerent *, ac nouissima prouiderent.

E

Quomodo persequatur vnus mille, & duo fugarent decē millia? nonne

q̄ excitauit (vel, exurgere facit) nidū suū, sup pullos suos incubans (vel, volitās.) excelsa terrę (. i. cacumina & fastigia mōtiū) vel, directus & saturatus optius (. s. pinguedine) Chal. iterp. possedit opes. Alij, recalcitrasti) despexit petrā salutem suam. * ad zelum deorum qui e propinquo timuerūt (. i. coluerūt.) oblitus es, prę furore, cōtra filios suos & filias suas. quid ad extremū cū eis fiet: * ad zelum * in zelum vel, cōsumam furore (vel, veneno) serpētium in terra. vel, i cubiculis Disperdā eos p angulos: vel extremitates terrę) nisi iram inimici timerē, sibi attribuerent periens consilijs sunt, * hoc, intelligerent quid euenturū sit eis postea.

E ideo, q̃a deus suus vendidit eos, & dñs ²conclusit⁾ illos? non enim est deus noster vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices.
De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de ³suburbanis⁾ Gomorrhę: vua eorum vua fellis, & botri amarissimi.
Fel draconum vinum eorum, & venenū aspidum ⁴insanabile.⁾
Nonne hęc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?
Mea est vltio, & ego retribuā in tēpore, ⁵vt labatur⁾ pes eorum: iuxtà est dies ⁶perditionis,⁾ & adesse festinant ⁷tempora.⁾
Iudicabit *dñs pplm suū, & in seruis suis ⁸miserebitur.⁾ videbit * q̃ ifirmata sit manus, ⁹& clausi quoq; defecerūt, residuiq; ɔsumpti sūt.⁾
Et dicet, Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam?
De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinū libaminū. Surgant, & opitulentur vobis, & ⁾in necessitate ˡ vos protegant.
F Videte * q̃ ego ²sim solus,⁾ & nō sit ali⁹ de⁹ pter me: ego occidā, & ego viuere faciā: pcutiā, & ego sanabo, & nō ē q de manu mea possit eruere.
Leuabo ad cœlum manū meam, & dicam, Viuo ego in ęternum.
Si acuero ³vt fulgur gladium meum,⁾ & arripuerit iudicium manus mea: reddam vltionē hostibus meis, & his qui oderunt me retribuā.
Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus [illegible] de cruore occisorum, & de captiuitate, ⁵nudati in[illegible]
Laudate gentes populum eius, quia sanguinē seruorum suorum vlciscetur: & vindictā retribuet in hostes eorum, & propitius erit terrę populi sui.
Venit ergo Moyses, & loquutus est oīa verba cātici huius in auribus ppli, ipse & Iosue filius Nū. Cōpleuitq; oēs sermones istos loquēs ad vniuersum Israel. & dixit ad eos, Ponite corda vra in oia verba quę
G ego testificor vobis hodie: vt ³mādetis⁾ ea filijs vestris custodire, & facere, & implere vniuersa q̃ scripta sunt in volumine legis huius: q̃a non incassum pcepta sunt vobis, sz vt singuli in eis viuerent: q̃ faciētes longo pseueretis tpe in terra, ad quā Iordane trāsmisso ingrediemini possidendā. Loquutusq; est dñs ad Moysen in eadē die, dicēs, Ascēde in montē istū Abarim, ⁾id est trāsitū, ˡ in montē Nebo, q est in terra Moab ɔtra Iericho: & vide terrā Chanáan, quā ego tradā filijs Israel obtinendam, & morere in monte. Quē ɔscendens iungeris pplis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in mōte Hor, & appositus pplis suis: q̃a pręuaricati estis ɔtra me in medio filiorum Israel ad aquas ɔtradictiōis in Cades deserti Sin: & non sanctificastis me inter filios Israel. ²E contra⁾ videbis terrā, & nō ingrediēris in eā quā ego dabo filijs Israel.

² vel, tradidit ³ vel, vitibus, aut aruis fru/giferis ⁴ crudele. ⁵ quo nutabit ⁶ mali euentus eorum, ⁷ q̃ vētura (vl, parata) sūt eis (.i. vltiones & punitiones.) * enim ⁸ pœnitebit eū. * enim ⁹ & defecit (vel, nō erat) clausus & derelict⁹ (vel, seruatus siue salu⁹ fact⁹, & [illegible]) * nu[illegible] ² ego lu[illegible] ³ aciē gladij mei ⁴ de capite inimici nudato, (hic tres plagas gladij dic, qđ multi interficient, qđ capti ui ducēt, qđ caput ipsorum nudādū erat. i. regnū & sacerdotiū ab eis auferēdum. Alij sic vertūt, a capite vltionū inimici. Chal. interp. vt auferā coronas de capite hostis & inimici) ³pcipiatis ²E regiōe

Vltio, dei ē. Eccli. 28. a. Ro. 12. d. Heb. 10. e. Misericordia. Deus noster, deus solus ē 1 Reg. 2. a. Tobi. 13. a. Sap. 16. b. 2. Mac. 7. b Cor ad verba dei, Moyses scādit montē Abarim, cōsyderaturus terram promissam. Num. 27. c Num. 20. d 33. e. Num. 20. a 27. e.

* eis. (vel, adeo.) Etiā (vel, quā, admiratiue pnūtiati) ²vel, hęreditati ³Chal. inter. i. Israel ⁴eris (vel sis.) ⁵erūt viro misericordi (vel, plenitudo tua & lux tua sit sm virū misericordię tuę. i. offm̄ sacerdotale tuū fœlix & fortunatū sit coram deo, & hominibus

CAPVT XXXIII.

A HAec est benedictio qua benedixit Moyses hō dei filijs Israel ante mortē suā. Et ait, Dñs de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia. In dextera eius ignea lex*. Dilexit populos, oēs sancti in manu illius sunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Legem pręcepit nobis Moyses ²hęreditatem⁾ multitudinis Iacob. Erit ³apud rectissimū⁾ rex, ɔgregatis principibus ppli cū tribubus Israel. Viuat Ruben, & nō moriatur, & sit paruus in numero. Hęc est Iudę benedictio, Audi dñe vocē Iudę, & ad pplm suum introduc eum: manus eius pugnabūt p eo, & adiutor illius ɔtra aduersarios eius ⁴erit.⁾ Leui quoq; ait, Perfectio tua, & doctrina tua ⁵viro scō⁾ tuo, quē ⁶pbasti in tētatione, & iudicasti⁾ ad aquas ɔtradictionis. Qui dixit patri suo, & mři suę,
B Nescio vos; & fratribus suis, Ignoro illos; & nescierūt filios suos, ⁷Hi⁾

oratione & deuotione erat in Moyse, quē dei gratia dotatus erat. Chal. interp. perfectione & humānę induisti virum quē inuētus est sanct⁹, ² tētasti in massa, cum contenderetis. ⁷ Quia

A Moyses moriturus bñdicit singulis tribubus Israel. Sap. 5. a. A dño docēt q ei se submittūt. Ruben. Iuda. Leui.

a docebunt custodierunt eloquiũ tuũ, & pactum tuũ seruauerunt, * iudicia tua o
a naribus tuis, Iacob, & legẽ tuã o Israel: ponẽt thymiama in a furore tuo, b & holocau
b vel, Trãsfige, stum super altare tuũ. Benedic dñe fortitudini eius, & opera manuũ il
c iuxta eum, te lius suscipe. c Percute) dorsa inimicorũ eius, & qui oderunt eũ, nõ ꝯsur Beniamin
gẽs eũ tota die gant. Et Beniamin ait, Amantissimus dñi habitabit ꝯfidẽter d in eo:
d vel, A dño quasi in thalamo tota die morabitur, e & inter humeros illius requie
sit benedicta scet. Ioseph quoq; ait, e De bñdictione dñi f terra eius, de g pomis Ioseph.
e nobilibus fru cœli, & rore, atq; abysso subiacente. De pomis fructuũ solis ac lunę, de
ctibus (.i. den vertice h antiquorũ) montiũ, de pomis colliũ i ęternorũ,) & de frugibus
tur ei fruct⁹ ter terrę, & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo, ve C
rę nobiles: ros niat sup caput Ioseph, & sup verticẽ nazarei inter fratres suos. Quasi Exod.3.a.
& aquę) & ssra. primogeniti tauri pulchritudo ei⁹, cornua rhinocerotis cornua illius:
h Orientalium in ipsis ventilabit gẽtes vsq; ad terminos terrę, k hę sunt multitudines
i vel, semper, Ephraim, & hęc millia Manassę. Et Zabulon ait, Lętare Zabulon in Zabulon.
k hęc sũt millia exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. Pplos vocabũt ad montẽ: ibi Issachar.
l LXX, Quia immolabunt victimas iustitię. m Qui inundationẽ maris n qsi lac l su
diuitias (i. gent, & thesauros absconditos arenarũ. Et Gad ait, Bñdictus n in latitu Gad.
mare dabit eis dine Gad: quasi leo o requieuit cepitq; brachiũ & verticẽ. Et vidit p prin
diuitias i abũ cipatũ suũ, q q in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cũ principi
dantia) bus populi, & fecit iu titias dñi, & iudiciũ suũ cũ Israel. Dan quoq; D
o dilatare faciẽt ait, Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan. Et Nephthali dixit, Dan.
(.i. qui armis Nephthali r abũdantia pfruetur, & plenus erit benedictionibus dñi: Nephthali.
parat locum. mare & Meridiẽ possidebit. Aser quoq; ait, Benedictus in filijs Aser,
Gad enĩ vale- sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suũ. Ferrum & ęs cal Aser.
bat armis.) ciamentũ eius. Sicut dies iuuentutis tuę, ita & senectus tua. Nõ est deus
p habitauit aliꝰ vt deus rectissimi: ascensor cœli auxiliator tuus. s Magnificen
q principium tia eius discurrunt nubes, habitaculũ eius t sursum, & u subter brachia Iere.13.b.
r id est, qđ ibi sempiterna: eijciet à facie tua inimicum, dicetq; , x Contere. Habi
erit pars legi tabit Israel confidenter, & solus. Oculus Iacob in terra frumenti & vi
slatoris tecta, & ni, cœliq; y caligabunt rore. Beatus es tu Israel: qs similis tui popule,
venit cũ pnci- qui saluaris z in domino? scutũ a auxilij tui, & gladius glorię tuę. ne
pibus ppli. iu- gabũt te inimici tui, & tu eorũ b colla calcabis. CAP. XXXIIII. A
stitiã dñi fecit, Ascendit ergo Moyses de cãpestribus Moab sup montẽ Nebo, in ver Moyses mõ
& iudicia eius ticẽ Phasga ꝯtra Iericho: ondit q; ei dñs oẽm terram Galaad vsq; te ascenso,
cũ Isrl. Chald. Dan, & vniuersum Nephthali, terramq; Ephraim & Manasse, & oẽm ꝯsyderat ter
interp. Quia ibi terrã Iuda vsq; ad mare nouissimũ, & Australẽ partẽ, & latitudinẽ cãpi Ie rã pmissã.
in hęreditate richo ciuitatis palmarũ vsq; Segor. Dixitq; dñs ad eũ, Hęc ẽ terra, pro 2. Mac.2.a.
sua Moyses qua iuraui Abrahã, Isaac, & Iacob, dicẽs, Semini tuo dabo eam. Vidi B 5.3.d
scriba magn⁹ sti eã oculis tuis, & nõ transibis ad illã. Mortuusq; est ibi Moyses ser Gen.12.b.
& pnceps Isrl uus dñi in terra Moab, c iubente dño: & sepeliuit eum in valle terrę 15.d.
sepultus est & M. ꝯtra d Phogor, & nõ cognouit e homo sepulchrũ eius vsq; in
ipse ingressus est p[illegible] em diẽ. Moyses centũ & viginti annorũ erat, qñ mortuus est: nõ C
& ingressus aũ [illegible] uit oculus eius, nec f dentes illius moti sunt. Fleueruntq; eũ fi Moritur &
populũ &c.) lij I[sr]ael in cãpestribus Moab triginta diebus: & cõpleti sunt dies plan sepelitur a
s futuritas vo ctus lugentiũ Moysen. Iosue verò filius Nun repletus est spiritu sa domino.
litatis (.i. satis pietię, qz Moyses posuit sup eũ manus suas. Et obedierũt ei filij Israel,
habebit qcqd feceruntq; sicut pcepit dñs Moysi. Et nõ surrexit vltrã ppheta in Israel D
placitũ ẽ ei.) sicut Moyses, quem nosset dñs g facie ad faciẽ in omnibus signis atq; Flet Moy
t sicut deus. O portentis, quę misit per eum, vt faceret in terra Aegypti Pharaoni, & ses ab Isra
Israel. (vl, nul omnibus seruis eius, vniuersęq; terrę illius, & cunctam manũ robustã, elitis.
lus ẽ de⁹ sicut magnaq; mirabilia, quę fecit Moyses coram vniuerso Israel. Iosue sub
deus recti aut stituitur.

Israelis) s & in magnificẽtia sua cœlos (subaudi ascẽdẽs. vel, & magnificẽtia ei⁹ in nu
bib⁹) t ab initio, (vel ęternũ) u & sub brachijs seculi (vel, & subtus ipsi brachia sup mũ
dũ.) x Cõtere. y stillabũt rorẽ. z p dñm. a vel glię tuę. b excelsa

c iuxta smonẽ dñi d Beth Phogor: e qsq; f fugit vigor ei⁹ (vl, genę illi⁹ ꝯciderãt) g o tacte

HIERONIMI IN IOSVE PRAEFATIO.

TANDEM finito Pentateucho Moysi, velut grandi fœnore liberati, ad Iesum filium Naue manum mittimus: quem Hebrei, IEHOSVA BENNVN, id est, Iosue filium Nun, vocant: & ad Iudicum librum, quem SOPHTIM appellant: ad Ruth quoq; & Esther, quos eisdem nominibus efferunt. Monemusq; lectorem vt syluam Hebraicorum nominum, & distinctiones per membra diuisas, diligens scriptor conseruet: ne & noster labor, & illius studium pereat. Et vt in primis, quod sępe testatus sum, sciat me non in reprehensionē veterum noua cudere, sicut inimici mei criminantur: sed pro virili parte offerre linguę meę hominibus, quos tamen nostra delectant, vt pro Gręcorum ἑξαπλοῖς, quę & sumptu & labore maximo indigent, editionem nostram habeant. Et sicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hęc illis conferentes inueniant quod requirunt: maximè quum apud Latinos tot sint exemplaria, quot codices: & vnusquisq; pro arbitrio suo vel addiderit vel subtraxerit qđ ei visum est: & vtiq; non possit verum esse quod dissonat. Vnde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua desistat: vel suscipiens, si placet: vel contemnēs, si displicet: memineritq; illorum versuum, Os tuum abundauit nequitia: & lingua tua concinnababat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tuę ponebas scandalum: hęc fecisti, & tacui. Existimasti iniquè ꝙ ero tui similis? arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quę enim audientis vel legentis vtilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare: dolere Iudęos quòd calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio, & ecclesię homines id despicere, imò lacerare vnde aduersarij torqueantur? Quòd si vetus eis tantum interpretatio placet, quę & mihi non displicet: & nihil extra recipiendum putant: cur ea quę sub asteriscis & obelis vel addita sunt vel amputata, legunt, & non legunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis translationem, ecclesię susceperunt? Cur Originem mirantur, & Eusebium Pamphili: cunctas editiones similiter differentes? Aut quę fuit stultitia: postquam vera dixerint, proferre quę falsa sunt? Vnde autem in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia quę in libris veteribus non habentur? Hęc dicimus, ne omnino calumniantibus tacere videamur. Cęterum post sanctę Paulę dormitionem, cuius vita, virtutis exemplū est: & hos libros quos Eustochio virgini CHRISTI negare non potui: decreuimus dum spiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incumbere: & omissum iam diu opus, quasi quodam postliminio, repetere: presertim quum & admirabilis, sanctusq; vir Pammachius hoc idem literis flagitet: & nos ad patriā festinantes mortiferos syrenarum cantus surda debeamus aure transire.

ARGVMENTVM IN LIBRVM IOSVE.

Iesus filius Naue, typum domini non solum in gestis, verumetiam in nomine gerens, transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo: & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atq; confinia, ecclesię, cœlestisq; Ierusalem spiritalia regna describit.

LIBER IOSVE, HEBRAICE IEHOSVA.



T FACTVM est post mortem Moysi servi domini, vt loqueretur dominus ad Iosue filium Nun, ministrū Moysi, & diceret ei, Moyses seruus meus mortuus est: surge, & transi Iordanē istum tu & omnis populus tecum in terrā quam ego dabo filijs Israel. Oēm locū quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut loquutus sum Moysi, A deserto & Libano vsq; ad fluuium magnū Euphratēn, omnis terra Hethæorum vsq; ad mare magnum contra solis occasum erit terminus vester. Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ; sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: non dimittam, nec derelinquā te. Confortare & esto robustus: tu enim sorte diuides populo huic terram pro qua iuraui patribus tuis vt traderem eam illis. Cōfortare igitur, & esto robustus valde: vt custodias, & facias oēm legem quam præcepit tibi Moyses seruus meus: ne declines ab ea ad dexterā vel ad sinistram, vt intelligas cūcta quę agis. Nō recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias olā quę scripta sunt in eo: tunc dirigēs viā tuam, & intelliges ei. Ecce, præcipio tibi, confortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere quoniam tecum est dominus deus tuus in oibus ad quemcunq; perrexeris. Præcepitq; Iosue principibus populi, dicens, Transite per mediū castrorum, & imperate populo, ac dicite, Preparate vobis cibaria: quoniam post diem tertium trāsibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam terram quā dn̄s deus vester daturus est vobis. Rubenitis quoq; & Gadditis, & dimidię tribui Manasse ait, Memētote sermonis quē præcepit vobis Moyses famulus domini, dicens, Dn̄s deus vester dedit vobis requiem, & oēm terram hanc. Vxores vestrę, & filij, ac iumenta manebunt in terra quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem, vos autem transite armati ante fratres vestros, oēs fortes manu, & pugnate pro eis, donec det dn̄s requiem fratribus vestris sicut & vobis dedit, & possideant ipsi quoq; terram quam dn̄s deus vester daturus est eis. & sic reuertimini in terram possessionis vestrę, & habitabitis in ea quam vobis dedit Moyses famulus dn̄i trans Iordanem cōtra solis ortum. Responderuntq; ad Iosue, atq; dixerunt, Omnia quę præcepisti nobis, faciemus: & quocūq; miseris, ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi: tm̄ sit dn̄s deus tuus tecum, sicut fuit cum Moyse. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus tuis quos præceperis ei, moriatur. tu tantum confortare, & viriliter age.

Marginalia: A Dn̄s animat Iosue ad inuadendā terrā promissam. Termini terræ promissionis. B Deut.11.c. Heb.13.a. Præcipit cōtinuā lectionem Deuteronomij. C Iubet Iosue cibaria præparari. Tribū Ruben, Gad, & dimidiam Manasse hortat ad auxiliū ferendum. Num.32.d. D — agere debeas — prosperam facies — Iosue, dicēs, — roborare.

CAPVT II.

MIsit igitur Iosue filius Nun de Setim duos viros exploratores in abscondito: & dixit eis, Ite, & considerate terram, vrbemq; Iericho. Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam. Nuntiatumq; est regi Iericho, & dictum, Ecce, viri ingressi sunt huc per noctem de filijs Israel, vt explorarent terram. Misitq; rex Iericho ad Rahab, dicens, Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam: exploratores quippe sunt, & omnem terram considerare venerunt. Tollensq; mulier viros, abscondit, & ait, Fateor venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent. cumq; porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quò

Marginalia: A Iosue mittit exploratores in Iericho. Iacob.2.d. Heb.11.f. Absconduntur a Rahab. — cauponæ.

abierunt: persequimini citò, & comprehendetis eos. Ipsa autem fecit
ascendere viros in solarium domus suę, operuitq; eos stipula lini,
quę ibi erat. Hi autem qui missi fuerant, sequuti sunt eos per viam
quę deducit ad vada Iordanis: illisq; egressis statim porta clausa est.
B Necdú obdormierant qui latebant, & ecce, mulier ascendit ad eos*,
& ait: Noui quod dominus tradiderit vobis terram: etenim irruit in nos
terror vester, e elanguerunt omnes habitatores terrę*. Audiuimus quod
siccauerit dominus aquas maris rubri ad vestrum introitum, quando
egressi estis ex Aegypto: e quę feceritis duobus Amorrhęorum regibus
qui erant trans Iordanem, Sehon & Og, quos interfecistis. Et hęc au-
dientes pertimuimus, e elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis
spiritus ad introitum vestrum: dominus enim deus vester ipse est deus
in coelo sursum, e in terra deorsum. Nunc ergo iurate mihi per domi-
num, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos facia-
tis cum domo patris mei: detisq; mihi verum signum: & saluetis pa-
trem meum e matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quę illorum
C sunt, & eruatis animas nostras à morte. Qui responderunt ei, Anima
nostra sit pro vobis in mortem: si tamen non prodideris nos. quumq;
tradiderit nobis dominus terram, faciemus in te misericordiam & ve-
ritatem. Demisit ergo eos per funé de fenestra: domus enim eius hę-
rebat muro.* Dixitq; ad eos, Ad mótana conscendite, ne fortè occur-
rant vobis reuertentes: ibiq; latitate tribus diebus donec redeant, &
sic ibitis per viam vestram. Qui dixerunt ad eam, Innoxij erimus à iu-
ramento hoc quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signú
fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quam
demisisti nos: & patrem tuum ac matrem, fratresq;, & omnem cogna-
tionem tuam congregaueris in domum tuaṁ. Qui ostium domus tuę
egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus alieni.
D Cunctorum autem sanguis qui tecum in domo fuerint, redundabit in
caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. Quòd si nos prodere volueris,
& sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramé-
to quo adiurasti nos. Et illa respondit, Sicut loquuti estis, ita fiat. Di-
mittensq; eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fene-
stra. Illi verò ambulantes peruenerunt ad montana, & manserunt ibi
tres dies, donec reuerterentur qui fuerant persequuti: quęrentes enim
per omnem viam, non repererunt eos. Quibus vrbem ingressis, reuer-
si sunt, & descenderunt exploratores de monte: & transmisso Iordane
venerunt ad Iosue filium Nun, narraueruntq; ei omnia quę accide-
rant sibi, atq; dixerunt, Tradidit dñs oém terrá hanc in manus nostras,
e timore pstrati sunt cuncti habitatores eius.*

CAP. III.

A IGitur Iosue de nocte consurgens mouit castra: egredientesq; de
Setim, venerunt ad Iordanem ipse, & omnes filij Israel, & morati
sunt ibi per tres dies. Quibus euolutis transierunt pręcones per ca-
strorum medium, & clamare coeperunt, Quádo videritis arcam foe-
deris domini dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticę portantes eam,
vos quoq; consurgite, & sequimini pręcedentes: sitq; inter vos & ar-
cam spatium *cubitorum duum millium: vt procul magis videre
possitis, & nosse per quam viam ingrediamini: quia prius non am-
bulastis per eam. & cauete ne appropinquetis ad arcam. Dixitq;
B Iosue ad populú, Sanctificamini: cras enim faciet dominus inter vos
mirabilia. Et ait ad sacerdotes, Tollite arcam foederis, & pręcedite po-
pulum. Qui iussa complentes, tulerunt, & ambulauerút ante eos. Di-
xitq; dominus ad Iosue, Hodie incipiam exaltare te coram omni Is-
rael: vt sciant quòd sicut cum Moyse fui, ita & tecum sim. Tu autem
pręcipe sacerdotibus qui portant arcam foederis, & dic eis, Quum in-
gressi fueritis partem aquę Iordanis, state in ea. Dixitq; Iosue ad
filios

Rahab psi-tetur deum Israel, & ip sius facta.
Num. 21. c.
Petit Rahab, secum fieri misericordiam.
Reuertunt exploratores.
Venit Iosue cú pplo ad Iordané. Arcá portant Leuitę pcedentes pplm.
Miraculis ostendit de° se esse cum Iosue, e dedu cere pplm.

abscondit q;
stipulis lini quas ordinatas habebat su per tectum
*super tectum
*a facie vestra
*e in ipso muro habitabat.
insequentes.
innoxij
*a facie nostra (.i. postq; viderunt nos.)
mane
pręfecti
pceperút populo, dicédo,
*fere
ne appropinquetis ei, e nosse possitis.
ab heri, e nu diustertius. Heb.
extremum

filios Israel, Accedite huc, & audite verbum dñi dei vestri. Et rursum,
In hoc, inquit, scietis quòd dominus deus viuus in medio vestri est, &
disperdet in conspectu vestro Chananæum & Hethæum, Heuæum & C
Pherezæum, Gergesæum quoque & Iebusæum, & Amorrhæum. Ecce,
arca fœderis domini omnis terræ antecedet vos per Iordanem. Parate
duodecim viros de tribubus Israel, singulos per singulas tribus. Et A
quum posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes qui portent arcã
fœderis domini dei vniuersæ terræ in aquis Iordanis, aquæ que infe-
riores sunt, decurrent atque deficient: quæ autem desuper veniunt, in
vna mole consistent. Igitur egressus est populus de tabernaculis
suis, vt transiret Iordanem: & sacerdotes qui portabant arcã fœderis D
pergebant ante eũ. Ingressisq; eis Iordanẽ, & pedibus eorũ in parte Transit po-
aquæ tinctis (Iordanis autem ripas alueí sui tpe messis impleuerat) pulus Ior-
steterunt aquæ descẽdẽtes in loco vno, & ad instar mõtis intumescẽ- danem.
tes apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Adam, vsque ad latus Act. 7. f.
Sarthan. quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis (quod nunc Ecclesiasti.
vocatur mortuum) descenderunt, vsquequo omnino deficerent. Po- 24. c.
pulus autem incedebat contra Iericho: & sacerdotes qui portabant ar- Siccantur
cam fœderis domini, stabant super siccam humum in medio Iorda- aquæ.
nis accincti, omnisq; populus per arentem alueum transibat.

dominatoris — vno aceruo — extremo — oibus diebus — aceruo — valde — quæ est — marefalis — è regione

CAPVT IIII.

QVibus trãsgressis dixit dñs ad Iosue, Elige duodecim viros singu- A
los per singulas tribus, & præcipe eis vt tollant de medio Iorda- Duodecim
nis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotũ, duodecim durissimos lapi- lapides ex
des, quos ponetis in loco castrorũ vbi fixeritis hac nocte tentoria. Vo- alueo eri-
cauitq; Iosue duodecim viros, quos elegerat de filijs Israel singulos gunt in mo-
de singulis tribubus, & ait ad eos, Ite ante arcam dñi dei vestri ad Ior- nimẽtũ sic-
danis mediũ, & portate inde singuli singulos lapides in humeris ve- catæ Iorda-
stris, iuxta numerum filiorũ Israel, vt sit signum inter vos. Et qñ inter nis.
rogauerint vos filij vestri cras, dicentes, Quid sibi volunt isti lapides?
rñdebitis eis, Defecerunt aquæ Iordanis ante arcã fœderis dñi, quum
trãsiret eum: idcirco positi sunt lapides isti in monimentum filiorum B
Israel vsque in æternũ. Fecerũt ergo filij Israel sicut præcepit eis Io-
sue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt dñs ei
imperarat, iuxta numerũ filiorũ Israel, vsque in locum in quo castra
metati sunt, ibiq; posuerunt eos. Alios quoq; duodecim lapides po-
suit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterũt sacerdotes, qui porta-
bant arcã fœderis, & sunt ibi vsq; in pñtem diẽ. Sacerdotes aũt q por-
tabant arcam, stabant in Iordanis medio, donec oĩa cõplerentur quæ
Iosue, vt loqueretur ad pplm, præceperat dñs, vt dixerat ei Moyses.
Festinauitq; populus, & transiit. Quũq; transissent oẽs, transiuit & ar-
ca dñi, sacerdotes quoque pergebant ante pplm. Filij quoque Rubẽ, C
& Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant fratres suos fi- Rubenitæ,
lios Israel, sicut eis præceperat Moyses: & quadraginta pugnatorum Gaditæ &
millia per turmas, & cuneos incedebãt per plana atq; campestria vrbis dimidia tri-
Iericho. In die illo magnificauit dñs Iosue coram oĩ Israel, vt time- bus Manas-
rent eum, sicut timuerant Moysen dũ adhuc viueret. Dixitq; ad eũ, se armati p-
Præcipe sacerdotibus qui portant arcã fœderis, vt ascendant de Iorda cedũt fres.
ne. Qui præcepit eis, dicẽs, Ascendite de Iordane. Quũq; ascendissent Nu. 32. d
portãtes arcã fœderis dñi, & siccã humũ calcare cœpissent, reuersæ sunt Iordanis i
aquæ in alueũ suũ, & fluebãt sicut antè cõsueuerant. Ppls aũt ascendit alueum re-
de Iordane decimo die mẽsis primi, & castrametati sũt in Galgalis cõ uertitur.
tra Orientalẽ plagã vrbis Iericho. Duodecim quoq; lapides, quos de D
Iordanis alueo sumpserant, posuit Iosue in Galgalis, & dixit ad filios
Israel, Quando interrogauerint filij vestri cras patres suos, & dixe-
rint eis, Quid sibi volunt lapides isti? docebitis eos, atque dicens, Per

præparatorũ — Iosue. — fœderis — præceperat — circiter quadraginta — armatorum — transierũt ante dñs ad prælium ad — & timuerunt — Iosue

Exod. 14.e arentē alueum transiuit Israel Iordanē istū, siccante domino deo vestro aquas eius in conspectu vestro, donec trāsiretis: sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccauit donec transiremus: vt discant oēs terrarū populi fortissimam domini manum, vt & vos timeatis dominū deū vestrum omni tempore.

CAPVT V.

A — Chananęorū ppls timet aduētū Israelitarū, auditis mirabilib' dei.

Postquam ergo audierunt omnes reges Amorrhęorum, qui habitabant trans Iordanē ad Occidētalē plagam, & cuncti reges Chanaan, qui propinqua possidebant magni maris loca, quòd siccasset dominus fluenta Iordanis corā filijs Israel donec transirent, 'dissolutum' est cor eorū, & non remāsit in eis spiritus, timentiū introitū filiorum Israel. Eo tempore ait dñs ad Iosue, Fac tibi cultros 'lapideos), & circūcide secundo filios Israel. Fecitq; quod iusserat dominus, & circūcidit filios Israel in colle prępuciorū.

Marginal notes: 'liquefactum. — 'acutos.

B — De scda circūcisióe sub Iosue, & quā ob rē.

Hęc autē caussa est secundę circūcisionis, Omnis populus qui egressus est de Aegypto generis masculini, vniuersi bellatores viri, mortui sunt in deserto, per longissimos vię circuitus, qui omnes circuncisi erant. Populus autē qui natus est in deserto, 'per quadraginta annos itineris latissimę solitudinis incircūcisus fuit:)donec consumerentur* qui nó audierant vocē domini, & quibus antè iurauerat' vt ostenderet eis terram* lacte & melle manantē. Horū filij, in locum successerunt patrū, & circuncisi sunt à Iosue: quia sicut nati fuerant, in prępucio erant, nec eos in via aliquis circunciderat. Postquam autē omnes circūcisi sunt, manserunt in eodem castrorū loco, donec sanarent.

Marginal notes: 'in via, quando egressi sūt ex Aegypto, nō fuit circūcisus. nam q̄dra ginta ānis ambulauerunt, filij Israel per desertum. — *oēs gnatiōes virorū bellatorū qui egressi fuerant ex Aegypto, 'quod non *super q̄; iurauit ipse dñs patribus eorū quod daret eis, terram 'in ipso die.

C — Galgala.

Dixitq; dñs ad Iosue, Hodie abstuli opprobriū Aegypti à vobis. Vocatumq; est nomē loci illius Galgala, vsq; in pręsentem diem. Manseruntq; filij Israel in Galgalis, & fecerunt phase quartadecima die mensis ad vesperū in campestribus Iericho: & comederunt de frugibus terrę die altero, azymos panes, & polentam 'eiusdē anni.)Defecitq; manna postquā comederunt de frugibus terrę, nec vsi sunt vltra cibo illo filij Israel, sed comederunt de frugibus pręsentis anni terrę Chanaan.

Deficit manna

D — Iosue iubet a deo soluere calceamētum. Sāct' locus vbi loqtur deus.

Quum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virū stantem contra se euaginatū tenentem gladium, perrexitq; ad eum, & ait, Noster es, an aduersariorum? Qui respondit, Nequaquam, sed sum princeps exercitus domini, & nunc venio. Cecidit Iosue pronus in terram. Et adorans ait, Quid dominus meus loquitur ad seruum suum? Solue, inquit, calceamentū tuum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, sanctus est. Fecitq; Iosue vt sibi fuerat imperatum.

CAPVT VI.

A — Deus dat vrbem Iericho ipsi Iosue.

Iericho autem clausa erat atque munita timore filiorum Israel, & nullus egredi audebat aut ingredi. Dixitq; dominus ad Iosue, Ecce, dedi in manus tuas Iericho, & regem eius, omnesq; fortes viros. Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem: sic facietis sex diebus. Septimo autem die sacerdotes tollent sept: buccinas*, 'quarum vsus est in iubileo', & precedent arcam fœderis: septiesq; circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis. Quumq; 'insonuerit vox tubę longior atq; concisior, '& in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredienturq; singuli per locum cōtra quē steterint.

Marginal notes: *arietinas — 'cornu arietino protrahit sonitum,

Iosue, cum sacerdotibus, inuadit Iericho.

Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos, Tollite arcam fœderis: & septem alij sacerdotes tollant septem 'iubileorum buccinas, '& incedant ante arcam domini. Ad populum quoque ait, Ite, & circuite

Marginal note: 'tubas arietinas,

B — ciuitatem armati, pręcedentes arcā domini. Quumq; Iosue verba finisset, & septē sacerdotes septem buccinis clangerent ante arcā fœderis domini, omnisq; pręcederet armatus exercitus, reliquū vulgus arcam sequebatur, ac buccinis' omnia concrepabant.)Pręceperat autē Iosue populo, dicens, Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neq; vllus sermo ex ore vestro egredietur: donec veniat dies in quo dicā vobis,

Marginal note: 'clangebant.

Clamate & vociferamini. Circuiuit ergo arca domini ciuitatē semel per diem, & reuersa in castra, mansit ibi. Igitur Iosue de nocte consurgente, tulerunt sacerdotes arcam domini, & septem ex eis septem buccinas, quarū in iubileo vsus est: precedebantq; arcam domini ambulantes atq; clangentes: & armatus populus ibat ante eos, vulgus autē reliquū sequebatur arcam, & buccinis personabat. Circuieruntq; ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus. Die autem septimo diluculo consurgentes, circuierunt vrbem, sicut dispositum erat, septies. Quumq; septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnē Israel, Vociferamini: tradidit enim vobis dominus ciuitatē, sitq; ciuitas hęc anathema: & omnia quę in ea sunt, domino. sola Rahab meretrix viuat cum vniuersis qui cum ea in domo sunt: abscondit enim nuntios quos direximus. Vos autem cauete ne de his quę precepta sunt, quippiā cōtingatis, & sitis pręuaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur. Quicquid autē auri, & argenti fuerit, & vasorū ęneorū ac ferri, domino consecretur, repositum in thesauris eius. Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquā in aures multitudinis vox sonitusq; increpuit, muri ilico corruerunt: & ascendit vnusquisq; per locum qui contra se erat: ceperuntq; ciuitatē, & interfecerunt omnia quę erant in ea, à viro vsq; ad mulierē, ab īfante vsq; ad senē. Boues quoq; & oues, & asinos in ore gladij percusserunt. Duobus autē viris, qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue, Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quę illius sunt, sicut illi iuramento firmastis. Ingressiq; iuuenes, eduxerunt Rahab, & parētes eius, fratres quoq;, & cunctā supellectilē ac cognationē illius, & extra castra Israel manere fecerunt. Vrbē autem, & omnia quę inuenta sunt in ea, succenderunt: absq; auro & argento, & vasis ęneis, ac ferro, quę in ęrarium domini consecrarunt. Rahab verò meretricem, & domum patris eius, & omnia quę habebat, fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel vsq; in pręsentem diē: eo quòd absconderit nuntios quos miserat vt explorarent Iericho. In tempore illo imprecatus est Iosue, dicens, Maledictus vir coram domino, qui suscitauerit, & ędificauerit ciuitatē Iericho. In primogenito suo fundamēta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. Fuit ergo dominus cū Iosue, & nomen eius vulgatum est in oī terra.

CAP. VII.

Filij autē Israel pręuaricati sunt mandatum, & vsurpauerūt de anathémate. Nā Achan filius Charmi filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda tulit aliquid de anathémate: iratusq; est dominus contra filios Israel. Quūq; mitteret Iosue de Iericho viros ɔtra Hai, quę est iuxta Bethauen, ad Orientalem plagā oppidi Bethel, dixit eis, Ascendite, & explorate terram. Qui pręcepta complentes explorauerunt Hai. Et reuersi dixerunt ei, Nō ascendat oīs populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleāt ciuitatē: quare oīs populus frustra vexabitur cōtra hostes paucissimos? Ascenderūt ergo tria millia pugnatorum. Qui statim terga vertentes, percussi sunt à viris vrbis Hai, & corruerūt ex eis triginta & sex hoīes, psequutiq; sunt eos aduersarij de porta vsq; ad Sabarim, & ceciderūt per prona fugientes: pertimuitq; cor ppli, & ad instar aquę liquefactū est. Iosue verò scidit vestimenta sua, & pronus cécidit in terrā corā arca dñi vsq; ad vesperā, tam ipse quàm oēs senes Israel: miseruntq; puluerem super capita sua, & dixit Iosue, Heu domine deus, quid voluisti traducere populū istum Iordanē fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhęi, & perderes? vtinam vt cępimus, mansissemus trans Iordanē. Mi domine deus, quid dicā, videns Israelem hostibus suis terga vertētē? Audient Chananęi, & omnes habitatores terrę, & pariter conglobati circundabunt nos, atque

Marginal notes (left): mane — vl, tubas arietinas: — septem — caupona — misimus — anathemate — quippiā accipiatis, & ponatis castra Israel in anathema, & turbetis ea. — cauponę, — cauponam, — vel, fama — fere — ferme — & cor ppli, — voluissem, &

Marginal notes (right): C — Supra. 2. b — Iericho capitur Heb. 11. f. 2. mac. 12. c — Seruat Rahab meretrix. — D — Supra. 2. c Heb. 11. f — Iericho cōburit. — Rahab cum suis habitat in medio Israel. — Maledicit reędificatorem vrbis Iericho. 3. reg. 16. g. — A — Achā vsurpat de anathemate Infra. 22. d — Exploratur Hai. — Ppls Hai pcutit Israelem. — Iosue flet corā dño. — B — Conqueritur Iosue corā dño, Israelē superari.

delebunt nomé nr̄z de terra: & quid facies magno nomini tuo? Dixit'q;
dñs ad Iosue, Surge, cur iaces pronus in terra? Peccauit Israel, & prę-
uaricatus est pactū meū: tuleruntq; de anathęmate, & furati sunt atq;
mentiti, & absconderūt inter vasa sua. Nec poterit Israel stare añ ho-
stes suos, eósque fugiet: quia pollutus est anathémate. non ero vltrà
vobiscum, donec cōteratis eum qui huius sceleris reus est. Surge, san-
ctifica pp̄lm, & dic eis, Sanctificamini in crastinum: hęc. n. dicit domi-
nus deus Israel, Anathema in medio tui est Israel: nō poteris stare co-
C ram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui [a]hoc contaminatus est sce- [a]de anathema
lere. [b]Accedetisq; mané singuli per tribus vestras: & quācūque tribū te accepit.
Combuti iu- [b]sors inuenerit, [c]accedet per cognationes suas, & cognatio p domos, [b]cepit tribus,
bet deus, q domusq; per viros. Et quicūque ille in hoc facinore fuerit deprehen-
de anathe- sus, comburetur igni cum omni substātia sua: qm̄ pręuaricatus est pa-
mate acce- ctum dñi, & fecit nephas in Israel. Surgens itaque Iosue manè appli
pisset. cuit Israel per tribus suas, & inuenta est tribus Iuda. Quę quum iuxta
familias suas esset oblata, inuenta est familia Zare. Illam quoque per
domos offerens, reperit Zabdi: cuius domū in singulos diuidens vi-
ros, inuenit Achan filium Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iu-
da. Et ait Iosue ad Achan, Fili mi, da gloriam domino deo Israel, &
Gloria deo confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Respondit'q;
Confessio Achan Iosue, & dixit ei, Verè ego peccaui domino deo Israel, & sic &
D sic feci. vidi enim inter spolia pallium coccineū valde bonum, & du-
Achan. centos siclos argenti, regulam'q; auream quinquaginta siclorum: &
Furtus A- cōcupiscens abstuli, & abscondi in terra cōtra mediū tabernaculi mei,
chan d ana argentum'q; fossa humo operui. Misit ergo Iosue ministros: q curr-
themate. rentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta abscōdita in eodē lo-
co, & argentum simul. Auferētesq; de tentorio tulerunt ea ad Iosue, &
ad oēs filios Israel, proiecerunt'q; ante dominum. Tollēs itaque Io-
sue Achan filium Zare, argentum'q; & pallium, & auream [c]regulam, [c]linguā (.i. au-
filios quoque & filias eius, boues & asinos & oues, ipsum'q; tabernacu ream virgā i-
Achan la- lum, & cunctam supellectilem: & omnis Israel cum eo, duxerunt eos star linguę.)
pidat, & oia ad vallem Achor, vbi dixit Iosue, Quia turbasti nos, exturbet te do-
ipsi' cōbu- minus in die hac. Lapidauit'q; eum omnis Israel: & cuncta quę illius
runt, pp fur erant, igne consumpta sunt. Congregaueruntq; super eum aceruum
tum ana- magnum lapidū, qui permanet vsque in pręsentem diem. Et auersus
thematis. est furor domini ab eis. Vocatum'q; est nomen loci illius, Vallis A-
chor, vsque hodie.

CAPVT VIII.

Dixit autem dominus ad Iosue, Ne timeas, neque formides: tolle
A tecum omnem multitudiné pugnatorum, & consurgens ascen-
Deus dat de in oppidum Hai. ecce, tradidi in manum tuā regem eius, & popu-
vrbem lum, vrbem'q;, & terrā. Faciesq; vrbi Hai, & regi eius, sicut fecisti Ieri-
Hai in ma- cho, & regi illius: prędam vero, & omnia animantia diripietis vobis:
nus Iosue. pone insidias vrbi post eam. Surrexitq; Iosue, & omnis exercitus bel-
supra. 6. d latorū cum eo, vt ascenderet in Hai: & electa triginta millia virorum
Iosue com fortium misit nocte, pręcepit'q; eis, dicens, Ponite insidias post ciuita
positis exer tē: nec longius recedatis, *& eritis omnes parati. ego autem, & reliqua *ab vrbe
citibus suis multitudo, q̄ mecū est, ascēdemus ex aduerso cōtra vrbē. Quū'q; exierint
pficiscit ad contra nos, sicut antè fecimus, fugiem', & terga vertemus: donec per-
Hai B sequentes ab vrbe longius protrahantur. putabunt enim nos fugere
sicut prius. Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus, consurge-
tis de insidijs, & [a]vastabitis ciuitatem: [b] tradet'q; eam dominus deus [a]expelleris ha
vester in manus vestras. Quum'q; ceperitis, succendite eam, & sic bitatores ciui-
omnia facietis vt *iussi. Dimisitq; eos, & perrexerunt ad locum insi- tatis:
diarum, sederuntq; inter Bethel & Hai, ad Occidentalem plagam vr- *dixit dñs, &
bis Hai: Iosue autem nocte illa in medio mansit populi, surgensq; vobis
diluculo recensuit socios, & ascendit cum senioribus in fronte exerci-

C

tur, vallatus auxilio pugnatorũ. Quũq; venissent, & ascendissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad Septentrionalẽ vrbis plagã, inter quã & eos erat vallis media. Quinque autẽ millia viros elegerat, & posuerat in insidijs inter Bethel & Hai ex occidentali parte eiusdẽ ciuitatis: omnis verò reliquus exercitus ad Aquilonem aciẽ dirigebat, ita vt nouissima multitudinis Occidentalem plagã vrbis attingerent. Abijt ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. Quod quum vidisset rex Hai, festinauit manè, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis, * direxitq; aciem contra desertum, ignorans quòd post tergũ latérent insidię: Iosue verò, & omnis Israel cesserunt loco, simulantes metum, & fugientes per solitudinis viam. At illi* vociferantes pariter, & se mutuò cohortantes, persequuti sunt eos. Quumq; recessissent à ciuitate, & ne vnus quidẽ in vrbe Hai, & Bethel remãsisset qui non persequeretur Israel, sicut eruperant aperta oppida relinquẽtes, dixit dominus ad Iosue, Leua clypeum qui in manu tua est contra vrbem Hai, quoniam tibi tradam eam. Quumq; eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidię quę latebant, surrexerunt confestim: & pergentes ad ciuitatem, ceperunt: & succenderunt eam. Viri autẽ ciuitatis qui persequebantur Iosue, respicientes & videntes fumũ vrbis ad cœlum vsq; conscendere, non potuerunt vltrà huc illucq; diffugere: pręsertim quũ hi qui simulauerant fugã & tendebant ad solitudinẽ, cõtrà persequentes fortissimè restitissent. Vidensq; Iosue & omnis Israel quòd capta esset ciuitas*, & fumus vrbis ascenderet, reuersus percussit viros Hai. Siquidem & illi qui ceperãt & succenderant ciuitatem, egressi ex vrbe contra suos, medios hostium ferire cœperunt. Quum ergo ex vtraq; parte aduersarij cęderentur, ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur, regem quoque vrbis Hai apprehenderunt viuentẽ, & obtulerunt Iosue. Igitur omnibus interfectis qui Israelẽ ad deserta tendentem fuerãt persequuti & in eodem loco gladio corruentibus, reuersi filij Israel percusserunt ciuitatẽ. Erant aũt q in eodẽ die cõciderãt à viro vsq; ad mulierẽ, duodecim millia hoĩum, oẽs vrbis Hai. Iosue verò nõ contraxit manũ, quã in sublime porrexerat, tenens clypeũ, donec interficerentur oẽs habitatores Hai. Iumẽta aũt & prędã ciuitatis diuiserunt sibi filij Israel, sicut pręceperat dñs Iosue. Qui succendit vrbẽ, & fecit eã tumulum sempiternũ*: regẽ quoq; eius suspendit in patibulo vsq; ad vesperã & solis occasum. Pręcepitq; Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce: proiecerũtq; que in ipso introitu ciuitatis, cõgesto sup eum magno aceruo lapidum, qui pmanet vsq; in pñtem diẽ. Tunc ędificauit Iosue altare dño deo Israel in monte Hebal, sicut pręceperat Moyses famulus dñi filijs Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi, altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit, & obtulit sup eo holocausta dño, imolauitq; pacificas victimas. Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi, qđ ille digesserat corã filijs Israel. Oĩs aũt ppls, & oẽs maiores natu, ducesq; ac iudices stabãt ex vtraque parte arcę in conspectu sacerdotum qui portabant arcam fœderis dñi, vt aduena ita & indigena. Media pars eoꝝ iuxta montẽ Garizim, & media iuxta montẽ Hebal, sicut pręceperat Moyses famulus dñi. Et primũ quidem benedixit populo Israel. Post hęc legit oĩa verba benedictionis & maledictionis, & cũcta quę scripta fuerãt in legis volumine. Nihil ex his quę Moyses iusserat, reliquit intactum, sed vniuersa replicauit coram omni multitudine Israel, mulieribus ac paruulis & aduenis qui inter eos morabantur.

qui in insidijs erant:
in occursum Israel,
cęsi sunt coram eis
in ciuitate
hastam &c.
ab insidijs
remaneret superstes & qui euaderet,
in desolationẽ, vsque ad diem hanc
Et quũ occubuisset sol, pręcepit
integris (.i. ñ sectis & inęqualis:)
scripserat
pręcepta
non legit Iosue

D
Iosue fugã simulat.
Deus cõsulit ipsi Iosue quid agat.
Hai succenditur.
Hai ppls occiditur.
E
Rex Hai cõprehensus ducitur ad Iosue.
12000. millia occisi
Prędã diuiditur.
F
Rex hai suspenditur.
Cõstituit altarẽ lapideũ cui inscribitur Deuteronomium.
G
Exo. 20. d.
Deute. 27. a
Iosue bñdicit populo Israel.

CAPVT IX.

A

Quibus auditis, cuncti reges trans Iordanẽ qui versabantur ĩ montanis & cãpestribus, in maritimis ac litore magni maris, hi quoq; qui habitabant iuxta Libanum, Hethęus & Amorrhęus, Chananęus,

Cõgregant reges cõtra Iosue.

Pherezęus, & Heuęus & Iebusęus congregati sunt pariter, vt pugna-
rent contra Iosue & Israel vno animo, eademq́; sententia. At hi qui
habitabant in Gabaon, audientes cuncta quę fecerat Iosue, Iericho &
Hai: & callidè cogitantes * tulerunt ˃ sibi cibaria, ˡ saccos veteres asi-
nis imponentes, & vtres vinarios * scissos atq; consutos, calceamen-
taq́; perantiqua, quę ad indicium vetustatis pitacijs consuta erant, in-
duti veteribus vestimentis: panes quoq;, quos portabant ob viaticū, *
* duri erant, & in frusta comminuti: ˡ perrexeruntq́; ad Iosue, qui tunc
morabatur in castris Galgalę, & dixerūt ei, atq; simul omni Israeli, De
terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. Respon-
deruntq́; filij Israel ad ˀ eos, ˡ atq; dixerunt, ˀ Ne fortè in terra quę nobis
B forte debetur, habitetis, & non possimus fœdus inire vobiscum. ˡ At
illi ad Iosue, Serui, inquiunt, tui sumus. Quibus Iosue ait, Quinam
estis vos? aut vnde venistis? Responderunt, De terra longinqua valde
venerunt serui tui in nomine domini dei tui. Audiuimus enim famā
˃ potentię ˡ eius, cūcta quę fecit in Aegypto, & duobus regibus Amor-
rhęorum qui fuerūt trans Iordanem, Sehon regi Hesebon, & Og regi
Basan, qui erant in Astaroth: dixeruntq́; nobis seniores, & omnes ha-
bitatores terrę nostrę, Tollite in manibus vestris cibaria ob longissi-
mam viam, & occurrite eis, & dicite, Serui vestri sumus, fœdus inite no-
biscum. En panes quando egressi sumus de domibus nostris, vt veni-
remus ad vos: calidos sumpsimus, * nunc sicci facti sunt, & ˀ vetustate
nimia comminuti. ˡ vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti sunt &
soluti. vestes & calceamenta quibus induimur, & quę habemus in pe-
dibus, ob longitudinem longioris vię trita sunt, & penè consumpta.
C Susceperunt igitur de cibarijs eorum, & os domini non interrogaue-
runt. Fecitq; Iosue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est vt
non occiderentur: principes quoq; multitudinis iurauerunt eis. Post
dies autem tres initi fœderis audierunt quòd in vicino habitarent, &
inter eos ˀ futuri essent. ˡ Moueruntq́; castra filij Israel, & venerunt in
ciuitates eorum die tertio, quarum hęc vocabula sunt, Gabaon & Ca-
phira & Beroth & Cariathiarim. Et non percusserunt eos, eo quòd iu-
rassent eis principes multitudinis in nomine domini dei Israel. Mur-
murauit itaq; omne vulgus contra principes. Qui responderunt eis,
Iurauimus eis in nomine domini dei Israel, & idcirco non possumus
eos contingere. Sed hoc faciemus eis, Reseruentur quidem vt viuant,
ne contra nos ira domini cōcitetur, si peierauerimus eis: sed sic viuāt,
vt in vsus vniuersę multitudinis ligna cędant, aquasq́; comportent.
Quibus hęc loquentibus, vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis, Cur
D nos ˀ decipere fraude voluistis ˡ vt diceretis, Procul valde habitamus à
vobis: quum in medio nostri sitis? Itaq; sub maledictione eritis, & nō
deficiet de stirpe vestra * ligna cędens, aquasq́; comportans in domum
dei mei. Qui responderunt, Nuntiatum est nobis seruis tuis q̄ promi-
sisset dominus deus tuus Moysi seruo suo vt traderet vobis omnē ter-
ram, & disperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur valde,
& ˃ prouidimus ˡ animabus nostris, vestro terrore compulsi: & hoc con-
silium iniuimus. nunc autem in manu tua sumus: quod tibi bonum &
rectum videtur, fac nobis. Fecit ergo Iosue vt dixerat, & liberauit eos
de manibus filiorum Israel, vt non occiderētur. Decreuitq́; in illo die
eos esse in ministerio cuncti populi & altaris domini, cędentes ligna, &
aquas comportantes vsque in pręsens tempus in loco quem dominus
elegisset.

CAPVT X.

A QVę quum audisset Adonisedec rex Ierusalem, quòd scilicet cepisset
Iosue Hai, & subuertisset eam. (Sicut enim fecerat Iericho & regi
eius, sic fecit Hai, & regi illius) & quòd ˀ transfugissent Gabaonitę ad
Israel, ˡ & essent fœderati eorum, timuit valde. Vrbs enim magna erat

Gabaonitę callidi petunt pacem cum Iosue

* abierūt tanq̄ missi in legationem, &

* veteres, ˀ sicci erant & mucidi.

ˀ Heuęum

ˀ Forte in medio mei tu habitas: & quomodo peutiag tecū fœdus?

Num. 21. e

3. Reg. 11. a

* in escam

ˀ mucidi.

ˀ habitarent.

Gabaonitę pręficiūtur lignis cędēdis & aquę portandę.

ˀ decepistis

* seruus

Maledicuntur Gabaonitę, & ppetuo serui efficiuntur Israelitis.

Gabaonitis bellū infert ab Amorrhęis

ˀ pacē fecissent Gabaonitę cū Israelitis.

Gabaon, & vna ciuitatum regalium, & maior oppido Hai, omnesq; bella|rhęis, qđ cū Iosue pacē fecissent.
tores eius fortissimi. Misit ergo Adonisedec rex Ierusalē ad Oham re-
gem Hebron, & ad Pharam regē Ierimoth, ad Iaphia quoq; regē La-
chis, & ad Dabir regem Eglon, dicens, Ad me ascēdite, & ferte pręsidiū,
qa pacem fe-cit cū Iosue & cum filijs vt expugnemus Gabaon, 'quare transfugerit ad Iosue, & ad filios' Is-
rael. Congregati igitur ascenderūt quinq; reges Amorrhęorū: rex Ieru
salem, rex Hebron, rex Ierimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cū exerci-|Gabaonitę petūt auxiliū a Iosue.
tibus suis, & castra metati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam. Ha-
bitatores aūt Gabaon vrbis obsessę miserūt ad Iosue, qui tunc mora-
batur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei, Ne retrahas manus tuas|B
ab auxilio seruorū tuorum ascende citò, & libera nos, ferq; pręsidium:
conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhęorum, qui ha
bitant in montanis. Ascenditq; Iosue de Galgalis, & omnis exerci-|Deus dat Amorrhęos ipsi Iosue.
tus bellatorum cum eo viri fortissimi. Dixitq; dominus ad Iosue, Ne
timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos: nullus enim ex eis tibi re
sistere poterit. Irruit itaq; Iosue super eos repentè, tota nocte ascen-|Iosue expugnat Amorrhęos.
contriuit dens de Galgalis. Et 'conturbauit' eos dominus à facie Israel: contri-
uitq; plaga magna in Gabaon, ac persequutus est eos per viam ascē-
sus Bethhoron, & percussit vsque Azéca & Maceda. Quumq; fuge-|C
rent filios Israel, & essent in descensu Bethhoron, dominus misit su-|Pluit lapides.
per eos lapides magnos de cœlo vsque ad Azéca: & mortui sunt mul
to plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filij
ij se domin' Israel. Tunc loquutus est Iosue domino in die qua tradidit * Amor
hęum in conspectu filiorum Israel, dixitq; coram eis, Sol contra Ga-
baon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon. Steteruntq; sol &|Sistit Sol, & plongatur dies.
rectorum. luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nónne scriptum est
hoc in libro 'iustorum.' Stetit itaque sol in medio cœli, & non festina-
uit occumbere spatio vnius diei. Non fuit antea & postea tam longa|Isa. 28. f.
dies obediente domino voci hominis, & pugnante pro Israel. Reuer|Eccli. 46. a
susq; est Iosue cum omni Israel in castra Galgalę. Fugerant enim|D
quinq; reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda. Nuntia-|Obediēs deus voci Iosue.
tumq; est Iosue quòd inuenti essent quinq; reges latentes in spelunca
Maceda. Qui pręcepit socijs, & ait, Voluite saxa ingentia ad os spe-
luncę, & ponite viros industrios qui clausos custodiant: vos autem no|Reges quinq; latitātes in spelunca.
lite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosq; fugientium cędi
te: nec dimittatis eos vrbium suarū intrare pręsidia, quos tradidit dñs
deus in manus vestras. Cęsis ergo aduersarijs plaga magna, & vsq; ad
internecionem penè cōsumptis, hi qui Israel effugere potuerunt, ingres
in pace Heb. si sunt ciuitates munitas. Reuersusq; est omnis exercitus ad Iosue in
Maceda, vbi tunc erāt castra, 'sani & integro numero:' nullusq; con-
tra filios Israel mutire ausus est. Pręcepitq; Iosue, dicēs, Aperite os
speluncę, & producite ad me quinq; reges qui in ea latitāt. Feceruntq;
ministri vt sibi fuerat imperatū: & eduxerūt ad eum quinq; reges de spe
lunca, regē Ierusalē, regē Hebron, regem Ierimoth, regē Lachis, regem
Eglon. Quumq; educti essent ad eum, vocauit omnes viros Israel, &|E
ait ad principes exercitus qui secū erant, Ite, & ponite pedes super col-
la regum istorum. Qui quum perrexissent, & subiectorum colla pedi-
bus calcarent, rursum ait ad eos, Nolite timere, nec paueatis, cōfortami
ni & estote robusti: sic enim faciet dñs cūctis hostibus vestris aduersum
quos dimicabitis. Percussitq; Iosue, & interfecit eos, atq; suspēdit super|Quinq; reges suspenduntur.
quinq; stipites: fuerūtq; suspēsi vsq; ad vesperū. Quūq; occūberet sol, pręce
pit socijs vt deponerēt eos de patibulis. Qui depositos piecerūt in spe
luncā in qua latuerant, & posuerūt super os eius saxa ingentia, q̄ pma
nēt vsq; in pręsens. Eodem die Macedam quoq; cepit Iosue, & percus-
vnū qui euaderet. sit in ore gladij, regemq; illius interfecit, & omnes habitatores eius: Maceda
nō dimisit in ea 'saltem paruas reliquias.' Fecitq; regi Maceda sicut vbs cepit

F fecerat regi Iericho. Transiuit autem cum omni Israel de Maceda
Lebna. in Lebna,& pugnabat contra eam: quam tradidit dominus cum rege
suo in manus Israel: percusserunt q; vrbem in ore gladij, & omnes ha
bitatores eius. non dimiserunt in ea vllas reliquias. Feceruntq; regi
Supra.6. Lebna sicut fecerant regi Iericho. De Lebna trāsiuit in Lachis cum
omni Israel: & exercitu per gyrum disposito oppugnabat eam. Tradi-
ditq; dominus Lachis in manus Israel,& cepit eam die altero, atque
percussit in ore gladij, omnemq; animam que fuerat in ea, sicut fecerat
Lebna. Eo tempore ascendit Horām rex Gazer, vt auxiliaretur La-
Lachis. chis: quem percussit Iosue cum omni populo eius vsq; ad internecio-
Horam rex nem. Transiuitq; de Lachis in Eglon, & circundedit atq; expugna-
Gazer occi- uit eam in eadem die: percussitq; in ore gladij omnes animas quę erāt
ditur. in ea, iuxta omnia que fecerat Lachis. Ascendit quoque cum omni
G Israel de Eglon in Hebron,& pugnauit cōtra eam: cepitq;, & percussit
Expugnat in ore gladij, regem quoq; eius, & omnia oppida regionis illius, vni-
Eglon. uersasq; animas quę in ea fuerant cōmoratę: non reliquit in ea vllas
Hebron. reliquias: sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quę in ea repe-
rit, consumens gladio. Inde reuersus in Dabir, cepit eam, atq; vasta-
uit: regem quoq; eius atq; omnia per circuitū oppida percussit in ore
gladij: non dimisit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Hebron & Lebna
Dabir & regibus earum, sic fecit Dabir, & regi illius. Percussit itaq; Iosue om
nem terram montanam & meridianā, atq; campestrem, & Asedoth cū
regibus suis: non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare
poterat interfecit, sicut preceperat ei dominus deus Israel à Cadesbar-
ne vsq; Gazam. Omnem terram Gosen vsq; Gabaon, vniuersosq; re-
Deus pu- ges & regiones eorum vno impetu cepit atq; vastauit: dominus enim
gnat p Io- deus Israel pugnabat pro eo. Reuersusq; est cum omni Israel ad locū
sue. castrorum in Galgala.

CAPVT XI.

A QVę quum audisset Iabin rex Asor, misit ad Iobab regem Madon,
Congregā- & ad regē Semeron, atq; ad regem Achsaph: ad reges quoq; aqui-
tur multi re lonis, qui habitabant in montanis & in planitie contra meridiem Ce-
ges contra neroth, in campestribus quoq; & in regionibus Dor iuxta mare: Cha-
Iosue. nanęum quoq; ab oriente & occidente, & Amorrhęum atq; Hethęum
ac Pherezeum & Iebusęum in montanis: Heuęum quoq; qui habita-
bat ad radices Hermon in terra Maspha. Egressiq; sunt omnes cū tur-
mis suis, populus multus nimis sicut arena quę est littore maris, equi
quoq; & currus immēsę multitudinis. Conueneruntq; omnes reges isti
in vnum ad aquas Merom, vt pugnarent contra Israel. Dixitq; dñs
B ad Iosue, Ne timeas eos: cras enim hac eadem hora ego tradā omnes
Deus tradit istos ʳvulnerandosˀ in conspectu Israel: equos eorum subneruabis, & ʳ occisos
ōēs reges currus igne combures. Venitq; Iosue,& omnis exercitus cum eo ad-
ipsi Iosuei uersus illos ad aquas Merom subitò,& irruerunt super eos, tradiditq;
Iosue occi- illos dominus in manus Israel. Qui percusserūt eos, & persequuti sunt
dit Heuęos, vsq; ad Sidonem magnā & aquas Maserephoth, campumq; Masphe,
Iebusęos,& qui est ad orientalem illius partem. Itaq; percussit omnes, vt nullas di
reliquos. mitteret ex eis reliquias: fecitq; sicut preceperat ei dominus, equos eo-
Vrbs Asor rum subneruauit, currusq; combussit igni. Reuersusq; statim cepit
percutitur. Asor: & regē eius percussit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia
regna hęc, principatū tenebat. Percussitq; omnes animas quę ibidem ˢ Tantūmodo
morabātur: non dimisit in ea vllas reliquias, sed vsq; ad internecionē ōēs vrbes quę
C vniuersa vastauit, ipsamq; vrbem peremit incendio. Et omnes per cir stabāt iuxta tu
Deu.7.a cuitum ciuitates, reges quoq; earū cepit, percussit, atq; deleuit, sicut prę- mulū eorū nō
Prędā par- ceperat ei Moyses famulus domini. ˢAbsq; vrbibus quę erant in colli- (vel, sm̄ q̄sdā
tiuntur in- bus & in tumulis sitę, cęteras succendit Israel: vnā tantum Asor mu- & Chaldęum
ter se Israe- nitissimam flāma consumpsit. Omnemq; prędam istarum vrbium ac interp. quę sta
litę. iumenta diuiserunt sibi filij Israel, cunctis hominibus interfectis. Sicut bant in robor

præceperat dominus Moysi seruo suo, ita præcepit Moyses Iosue, & ille uniuersa compleuit: non præterijt de vniuersis mandatis, nec vnum quidem verbū quod iusserat dominus Moysi. Cepit itaq; Iosue omnem terram montanam, & meridianā terramq; Gosen, & planitiem, & occidentalem plagā, montemq; Israel, & campestria eius: & partem mōtis quę ascendit Seir vsq; Baalgad per planitiem Libani subter mōtem Hermon: omnes reges eorū cepit, percussit, & occidit. Multo tempore pugnauit Iosue contra reges istos. Non fuit ciuitas quę se nō traderet filijs Israel, pręter Heuęū qui habitabat in Gabaon: omnes enim bellando cepit. Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent: & non mererentur vllā clementiam, ac perirent, sicut pręceperat dominus Moysi. In illo tempore venit Iosue, & interfecit Enacim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Israel, vrbesq; eorum deleuit. Non reliquit vllum de stirpe Enacim, in terra filiorum Israel: absq; ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus solis relicti sunt. Cepit ergo Iosue omnem terram, sicut loquutus est dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filijs Israel secundum partes & tribus suas. quieuitq; terra à prælijs.

Exo. 34.b Deu. 7.a

Iosue oīa implet quę pręcepit ei Moyses.

re suo. i. quam muros, quum caperentur, nō dimerat)

LXX, à mōte Halac qui

pacem faceret cum

D Heuęus indurat à dño, resistit Israeli.

effet eis misericordia,

Enacim interfectus.

CAPVT XII.

A

Catalogus regū percussorū à filijs Israel, trās Iordanem Sehon

HI sunt reges, quos percusserunt filij Israel, & possederunt terrā eorum trans Iordanem ad solis ortum, à torrente Arnon vsque ad montem Hermon, & omnem oriētalem plagā quę respicit solitudinē. Sehon rex Amorrhęorū, qui habitabat in Hesebon, dominatus est ab Aroer quę sita est super ripā torrentis Arnon, & medię partis in valle, dimidięq; Galaad, vsq; ad torrentem Iebor qui est terminus filiorum Ammon, & à solitudine vsq; ad mare Ceneroth contra orientē, & vsq; ad mare deserti, quod est mare salsissimū, ad orientalem plagam per viam quę ducit Bethsimoth: & ab australi parte, quę subiacet Asedoth vsq; Phasga. Terminus Og regis Basan, de reliquijs Raphaim, qui habitauit in Astaroth, & in Edrái. & dominatus est in monte Hermon, & in Salecha, atq; in vniuersa Basan, vsque ad terminos Gessuri, & Machati, & dimidię partis Galaad, & terminū Sehon regis Hesebon. Moyses famulus domini, & filij Israel percusserunt eos, tradiditq; terrā eorū Moyses in possessionem Rubenitis, & Gadditis, & dimidię tribui Manasse. Hi sunt reges terrę, quos percussit Iosue & filij Israel trans Iordanem ad occidentalē plagā, à Baalgad in cāpo Libani, vsq; ad montem cuius pars ascendit in Seir: tradiditq; eam Iosue in possessionē tribubus Israel, singulis partes suas, tam in montanis quàm in planis atq; campestribus. In Aseroth, & in solitudine, ac in meridie Hethęus fuit & Amorrhęus, Chananęus, & Pherezęus, Heuęus & Iebusęus. Rex Iericho vnus: rex Hai, quę est ex latere Bethel, vnus: rex Ierusalē vnus, rex Hebron vnus, rex Ierimoth vnus, rex Lachis vnus, rex Eglon vnus, rex Gazer vnus, rex Dabir vnus, rex Gader vnus, rex Herma vnus, rex Hered vnus, rex Lebna vnus, rex Adullam vnus, rex Maceda vnus, rex Bethel vnus, rex Taphua vnus, rex Hépher vnus, rex Aphec vnus, rex Saron vnus, rex Madon vnus, rex Asor vnus, rex Semeron * vnus, rex Acsaph vnus, rex Thenach vnus, rex Mageddo vnus, rex Cedes vnus, rex Iachanā Carmeli vnus, rex Dor, & prouincię Dor vnus, rex gentium Galgal vnus, rex Thersa vnus: omnes reges triginta & vnus.

B Og

C Reges à Iosue occisi 31.

LXX, Hala qui

Psal. 114. e

D

* Meroon

ipsi Naphathdos

CAPVT XIII.

A Iubetur Iosue diuidere terram Israelius.

IOsue senex prouectęq; ętatis erat, & dixit dominus ad eū, Senuisti, & longęuus es, terraq; latissimā derelicta est, quę necdum sorte diuisa est: omnis videlicet Galilęa, Philisthijm, & vniuersa Gessuri. A fluuio turbido qui irrigat Aegyptum, vsq; ad terminos Accaron contra Aquilonem, terra Chanáan: quę in quinq; regulas Philisthijm diuiditur, Gazęos, & Azotios, Ascalonitas, Gethęos, & Accaronitas. Ad

omnes videlicet limites

Nilo

reputat ipsi

meridiem verò sunt Heuęi, omnis terra Chanáan, & Mara Sidoniorũ,
vsq; Apheca & terminos Amorrhei, *eiusq; confinia. Libani quoq; *Et terra Gi-
regio contra orientem à Baalgad sub monte Hermon, donec ingredia- bli.
ris Emath. *Omniũ qui habitabant in monte à Libano, vsq; ad aquas *Oẽs hitato-
Num.32.f Maserephoth, vniuersiq; Sidonij. Ego sum qui delebo eos à facie fi- res mõtis, à Li-
liorum Israel. Veniat ergo in partem hęreditatis Israel, sicut pręcepi bano vsq; ad
B tibi. Et nunc diuide terrã in possessionem nouem tribubus, & dimidię Maserephoth
tribui Manasse, cũ qua Ruben & Gad possederũt *terram, quã tradidit agrũ, oẽs Sido-
eis Moyses famulus domini trans fluenta Iordanis, ad orientalem pla- nios expellã à
gam. ab Aroer quę sita est in ripa torrẽtis Arnon, & *in vallis medio, facie filiorum
vniuersaq; cãpestria Medaba, vsq; Dibon. & cunctas ciuitates Sehon Israel. tantum
Gessuri. regis Amorrhei, qui regnauit in Hesebon vsq; ad terminos filiorum cadere faceam
Machati. Ammon. & Galaad, ac terminũ Gessuri & Machati, & omnem montem (vel, da eam)
Hermon, & vniuersam Basan, vsq; ad Salecha, omne regnũ Og in Ba- partes suas,
san, qui regnauit in Astaroth & Edrái, ipse fuit de reliquijs Raphaim: quas
percussitq; eos Moyses, atq; deleuit. Nolueruntq; disperdere filij Israel *ciuitatẽ quę
Gessuri & Machati: & habitauerunt in medio Israel vsq; in pręsentem est
Tribui Le- diem. Tribui autem Leui non dedit possessionem: sed sacrificia & vi-
ui non dat ctimę domini dei Israel, ipsa est eius hęreditas, sicut loquutus est illi.
possessio Dedit ergo Moyses possessionem tribui filiorũ Ruben iuxta cogna-
Num.18.c tiones suas. Fuitq; terminus eorũ ab Aroer, quę sita est in ripa torren-
C tis Arnon, & *in valle eiusdem torrentis media: vniuersam planitiem, *ciuitat
Possessio fi- quę ducit Medaba: & Hesebon, cunctosq; viculos earũ qui sunt in cã-
liorũ Rubẽ. pestribus: Dibon quoq;, & Bamothbáal, & oppidũ Baalmeon, & Iassa, &
Cedimoth, & Mepháath, & Cariathaím, & Sabama, & Sárathasar in mõ-
te cõuallis. Bethphogor & Asedoth, Phasga & Bethiesimoth. & omnes
vrbes campestres, vniuersaq; regna Sehon regis Ammorrhei, qui re-
gnauit in Hesebon, quem percussit Moyses cum principibus Madian:
Num.31.a Heuęũ, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe duces Sehon habitatores terrę.
Et Balaam filium Beor ariolũ occiderunt filij Israel gladio cũ cęteris
Balaam oc- interfectis. Factusq; est terminus filiorũ Ruben Iordanis fluuius. Hęc
cisus. est possessio Rubenitarũ per cognationes suas vrbium & viculorum.
Possessio Dedit itaq; Moyses tribui Gad & filijs eius per cognationes suas pos-
tribus Gad sessionem, cuius hęc diuisio est: Terminus Iazer, & omnes ciuitates Ga-
D laad, & dimidiam partem terrę filiorũ Ammon: vsq; ad Aroer quę est
contra Rabba. & ab Hesebon vsque Ramoth, Masphe & Betonim: & à
Manáim vsq; ad terminos Dabir. In valle quoq; Betharam, & Beth-
nemra, & Socoth, & Saphon reliquã partem regni Sehon regis Hese-
bon. huius quoq; finis, Iordanis est vsq; ad extremã partem maris Ce-
nereth trans Iordanem ad orientalem plagã. hęc est possessio filiorum
Gad per familias suas, & ciuitates, & villę earũ. Dedit & dimidię tribui
Possessio Manasse, filijsq; eius iuxta cognationes suas possessionem, cuius hoc
dimidię tri- principium est: A Manáim vniuersam Basan, & cuncta regna Og regis
bus Manas- Basan, omnesq; vicos Iair qui sunt in Basan: sexaginta oppida. & di-
se. midiam partem Galaad, & Astaroth, & Edrái vrbes regni Og in Basan:
filijs Machir, filij Manasse dimidię parti filiorũ Machir iuxta cogna-
tiones suas. Hanc possessionem diuisit Moyses in cãpestribus Moab,
trans Iordanem contra Iericho ad orientalem plagã. Tribui autem
Num.18.c Leui non dedit possessionem, quoniam dominus deus Israel ipse est
possessio eius, vt loquutus est ille.

CAP. XIIII.

HOc est quod possederunt filii Israel in terra Chanáan, quam dede-
A runt eis Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & principes familiarũ
per tribus Israel: sorte omnia diuidentes, sicut pręceperat dominus in
Num.34.d manu Moysi, nouem tribubus, & dimidię tribui. Duabus enim tribu-
bus, & dimidię dederat Moyses trans Iordanem possessionem: absque
Leuitis, qui nihil terrę acceperunt inter fratres suos, sed in eorũ succes-

ferunt locum filij Ioseph in duas diuisi tribus, Manasse, & Ephraim: nec acceperunt Leuitę aliam in terra partem, nisi vrbes ad habitandū, & suburbana earum ad alenda iumenta & pecora sua. Sicut pręceperat dominus Moysi, ita fecerunt filij Israel, & diuiserunt terram.

B

Manasse & Ephraim, Leuitarum accipiūt hęreditatem.

Accesserunt itaq; filij Iuda ad Iosue in Galgala, loquutusq́; est ad eum Caleb filius Iephone Cenezęus, Nosti quid loquutus sit dominus ad Moysen hominem dei de me & te in Cadesbarne. Quadraginta annorum eram quando misit me Moyses famulus domini de Cadesbarne, vt considerarem terram: nuntiauiq́; ei [a]quod mihi verum videbatur.[a] Fratres autem mei qui ascenderant mecum, dissoluerūt cor populi: & nihilominus ego sequutus sum dominum deum meum. Iurauitq́; Moyses in die illo, dicens, Terra quam calcauit pes tuus, erit possessio tua, & filiorum tuorum in ęternum: quia sequutus es dominum deum meum. Concessit ergo dominus vitam mihi, sicut pollicitus est, vsq; in pręsentem diem. Quadraginta & quinq; anni sunt, ex quo loquutus est dominus verbū istud ad Moysen, quando ambulabat Israel per solitudinem: hodie octogintaquinq; annorum sum sic valens, vt eo valebam tempore, quādo ad explorandum missus sum: illius in me temporis fortitudo vsq; hodie perseuerat, tam ad bellandum quàm ad gradiendum. Da ergo mihi montem illum quem pollicitus est dominus te quoq; audiente, in quo Enacim sunt, & vrbes magnę atq; munitę: si fortè sit dominus mecum, & potuero delere eos, sicut promisit mihi. Benedixitq́; ei Iosue: & tradidit ei Hebron in possessionē, atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezęo vsque in pręsentem diem: quia sequutus est dominum deum Israel. Nomen Hebron, antè vocabatur Cariatharbe: [f]Adam maximus ibi inter Enacim situs est:[f] & terra cessauit à pręlijs.

[a] verbū quēadmodū erat in corde meo. Hebr.

C

Caleb postulat sibi promissam hęreditatem.

Num.14.d

D

Supra.1.a

Eccli.46.b

[f] homines magni (siue petrę staturę) erāt inter Enacim: (vel, vt alij volunt, qui Arbe fuit hō magnus inter Enacim)

Traditur ei Hebron.

1.Mac.2.f

CAP. XV.

IGitur sors filiorum Iudę per cognationes suas ista fuit: A termino Edom [g]vsq; ad desertum[g] Sin cōtra meridiem, [h]& vsq; ad extremam partem[h] australis plagę. initium eius à summitate maris salsissimi, & à [i]lingua eius quę[i] respicit meridiem. Egrediturq́; contra ascensum Scorpionis, & pertransit in Sina: ascenditq́; in Cadesbarne, & peruenit in Esron, ascendens ad Addar, & circūiens Carcaa, atq; inde pertrāsiens in Asemona, & perueniens ad torrentem Aegypti: eruntq́; termini eius mare magnum. hic erit [k]finis[k] meridianę plagę. Ab oriente verò erit initium mare salsissimū vsq; ad extrema Iordanis: & ea quę respiciunt ad aquilonē à lingua maris vsq; ad eundē Iordanis fluuium. ascēditq́; terminus in Bethhagla, & transibit ab aquilone in Bethharaba: ascendens ad lapidē Boen filij Ruben: & tendēs vsq; ad terminos Debera de valle Achor, cōtra aquilonē respiciens Galgala, quę est ex aduerso ascēsionis Adommim, ab australi parte torrentis: trāsitq́; aquas quę vocātur Fons solis: & erūt exitus eius ad fontē Rogel. ascēditq́; per vallem filij Ennom ex latere Iebusęi ad meridiē, hęc est Ierusalē: & inde se erigens ad verticē montis, qui est cōtra Gehēnom ad occidentē in summitate vallis Raphaim cōtra aquilonē. pertransitq́; à vertice montis vsq; ad fontē aquę Nephtoa: & peruenit vsq; ad vicos mōtis Ephron: inclinaturq́; in Baala, quę est Cariathiarim, [l]id est vrbs syluarū.[l] & circuit de Baala cōtra occidentē, vsq; ad montē Seir: transitq́; iuxta latus montis Iarim ad aquilonem, in Cheslon: & descendit Bethsames, transitq́; in Thamna. & peruenit cōtra aquilonē partis Accaron ex latere, inclinaturq́; Sechrona, & transit montē Baala: peruenitq́; in Iebneel, & magni maris contra occidentē fine concluditur. hi sunt termini filiorū Iuda per circuitū in cognationibus suis. Caleb verò filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda, sicut pręceperat ei dominus: Cariatharbe patris Enac, ipsa est Hebron. Deleuitq́; ex ea Caleb tres filios Enac, Sesai & Ahiman & Tholmai de stirpe Enac. Atq; inde cōscen-

A

Sors filiorū Iudę.

Num.34.a

[g] deserti

[h] ab extrema parte

[i] limite q(vel, extra quę)

[k] vel, terminus

B

C

D

Sors Caleb.

Iudi.1.b

dens venit ad habitatores Dabir, quę prius vocabatur Cariathsépher,
D id est, ciuitas literarum. Dixitq; Caleb, Qui percusserit Cariathsépher,
& ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxoré. Cepitq; eam Otho
niel filius Cenez frater Caleb iunior: deditq; ei Axam filiam suam
vxorem. Quę quum pergerent simul, suasa est à viro suo vt peteret à
patre suo agrum, suspirauitq; vt sedebat in asino. Cui Caleb, Quid
habes, inquit? At illa respondit, Da mihi benedictionem: terram aus
tralem & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. Dedit itaque ei
Caleb irriguum superius & inferius. Hęc est possessio tribus filiorũ
Iuda per cognationes suas. Erantq; ciuitates ab extremis partibus fi
liorũ Iuda iuxta terminos Edom à meridie: Cabseel & Eder, & Iagur,
& Cina & Dimona & Adada, & Cedes & Asor & Iethnan, Ziph & Telē
E & Baloth, Asor noua & Carioth, Hesron, hęc est Asor. Amá, Sama, &
Molada, & Asergadda & Hassemon & Bethphelet & Hasersual & Beth
sábee & Baziothia & Baala, & Iim & Esem, & Eltholad & Cesil et Har
ma, et Siceleg et Medemena et Sensenna, Lebaoth et Selim et Aen et
Remon. omnes ciuitates vigintinouem, et villę earum. In campestri
bus verò: Estaol et Sarea et Asena et Zanoe et Enganim et Taphua et
Enaim, et Ierimoth et Adullá, Socho et Azeca et Saráim & Aditháim
& Gedera et Gederotháim: vrbes quatuordecim, & villę earum. Sanan
& Hadassa et Magdalgad, Delean et Masepha et Iecthel, Lachis & Ba
F schad et Eglon, Chebbon et Leheman et Cethlis, & Gideroth et Beth
dagon et Naama et Maceda: ciuitates sedecim, et villę earum. Laba
na et Ether et Asan, Iephta et Esna et Nesib, et Ceila et Achzib & Ma
resa: ciuitates nouem, et villę earum. Accaron cũ vicis et villulis suis.
Ab Accaron vsq; ad mare: omnia quę vergunt ad Azotum et vicu
los eius. Azotus cum vicis et villulis suis. Gaza cum vicis et villulis
suis, vsq; ad torrentem Aegypti: et mare magnũ terminus eius. Et in
monte: Samir et Iether et Soccoth et Danna et Cariathsenna, hęc est
Dabir: Anab et Istemo et Anim, Gosen et Olon & Gilo: ciuitates vn
decim et villę earum. Arab et Ruma et Esaan, et Ianum et Beththa
G phua et Apheca, Athmatha et Cariatharbe, hęc est Hebron: et Sior: ci
uitates nouem et villę earum. Maon et Charmel et Ziph et Iota, Iez
rael et Iucadam et Zanoe, Accain, Gabaa et Thamna: ciuitates decē
et villę earum. Halhul, et Bethsur, et Gedor, Mareth, et Bethanoth, et
Elthecon: ciuitates sex et villę earum. Cariathbaal, hęc est Cariathia
rim vrbs syluarum, Arebba: ciuitates duę et villę earum. In deser
to: Betharaba, Meddin, et Sachacha et Nebsan, et ciuitas salis, et En
gaddi: ciuitates sex et villę earum. Iebusęum autem habitatorem Ie
rusalem non potuerunt filij Iuda delere: habitauitq; Iebusęus cum fi
lijs Iuda in Ierusalem vsq; in pręsentem diem.

Axa filia Caleb petit a patre terrá irriguá.

& descēdit de (vel, plecit se de. Cal. interpres, iactauit se de asino, vt scilicet proijceret se ad pedes patris.)

da mihi fontes aquarum.

fontes superiores & inferiores.

Catalogus ciuitatum & villarũ tribus Iuda.

Iebusęus habitat in Ierusalem.

CAP. XVI.

A CEcidit quoq; sors filiorum Ioseph ab Iordane contra Iericho ad
aquas eius, ab oriente: solitudo quę ascendit de Iericho ad mon
tem Bethel. & egreditur de bethel Luzam: transitq; terminum Ar
chiataroth. & descendit ad occidentem iuxta terminum Iephleti, vsq;
ad terminos Bethhoron inferioris, & Gazer: finiunturq; regiones eius
B mari magno, possederuntq; filij Ioseph Manasses & Ephráim. Et fa
ctus est terminus filiorum Ephráim per cognationes suas: & possessio
eorum contra orientem Ataroth Addar vsq; Bethhoron superiores.
Egrediunturq; confinia in mare: Macmethath verò aquilonem respi
cit, & circumit terminos contra orientem in Thanathselo: & pertran
C sit ab oriente Ianoe. descenditq; de Ianoe in Ataroth & Naaratha: & peruenit in Iericho, egrediturq; ad Iordanem. De Taphua pertran
sit contra mare in vallem arundineti, suntq; egressus eius in mare
salsissimum. hęc est possessio tribus filiorũ Ephráim per familias suas.
Vrbesq; separatę sunt filijs Ephráim in medio possessionis filiorum

Sors Ephraim.

ascendit ad mare vsq; ad

ipsum

torrentem

Manasse, & villę earum. Et non interfecerunt filij Ephraim Chana- D
neum qui habitabat in Gazer: habitauitq; Chananeus in medio Chananę*.
Ephraim vsq; in diem hanc tributarius. CAP. XVII. Chananę*.

CEcidit autem sors tribui Manasse (ipse enim est primogenitus Io- A
seph) Machir primogenito Manasse patri Galaad, qui fuit vir Sors dimi-
pugnator, habuitq; possessionem Galaad & Basan. & reliquis filiorū dię tribus
Manasse iuxta familias suas, filijs Abiezer, & filijs Helec, & filijs Esriel, Manasse.
& filijs Sechē, & filijs Hepher, & filijs Semida. isti sunt filij Manasse filij Num. 26. d
Ioseph, mares, per cognationes suas. Salphaad verò filio Hepher fi- Salphaad fi
lij Galaad filij Machir filij Manasse non erant filij, sed solę filię: quarū liab9 datur
ista sunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa. Vene- possessio.
runtq; in conspectu Eleazari sacerdotis, & Iosue filij Nun, & principū, Num. 27. a
dicentes, Dominus pręcepit per manum Moysi, vt daretur nobis pos- & 36. a.
sessio in medio fratrum nostrorum. Deditq; eis iuxta imperium do- B
mini possessionem in medio fratrum patris earum. Et ceciderunt ˹funi Num. 27. a
culi˺ Manasse, decem, absq; terra Galaad & Basan trans Iordanem. Fi-
lię enim Manasse possederunt hęreditatem in medio filiorum eius.
Terra autem Galaad cecidit in sortem filiorum Manasse qui reliqui
erāt. Fuitq; terminus Manasse ab Aser Machmathath, quę respicit Si-
chem: & egreditur ad dextrá iuxta habitatores fontis Taphuę. Etenim
in sortem Manasse ceciderat terra Taphuę, quę est iuxta terminos Ma
nasse filiorum Ephraim. Descenditq; terminus ˹vallis arundineti˺ in
meridiem torrentis ciuitatum Ephraim, quę in medio sunt vrbium C
Manasse: terminus Manasse ab aquilone torrentis, & exitus eius pergit
ad mare: ita vt possessio Ephraim sit ab austro, & ab aquilone Manas
se, & vtrunq; claudat mare, & coniungantur sibi in tribu Aser ab Aqui
lone, & in tribu Issachar ab oriente. Fuitq; hęreditas Manasse in Issa-
char & in Aser, Bethsan & viculi eius, & Ieblaam cū viculis suis, & ha-
bitatores Dor cum oppidis suis, habitatores quoq; Endor cum vicu-
lis suis: similiterq; habitatores Tenac cum viculis suis, & habitatores
Mageddo cum viculis suis, ˹et tertia pars vrbis Nophet.˺ Nec potue
runt filij Manasse ˹has ciuitates subuertere,˺ sed cœpit Chananeus ha
bitare in terra ista. Postquam autem conualuerunt filij Israel, subiece
runt Chananeos, & fecerunt sibi tributarios, nec interfecerunt eos.

Loquutiq; sunt filij Ioseph ad Iosue, & dixerunt, Quare dedisti mi- D
hi possessionem sortis & funiculi vnius, cum sim tantę multitudinis, Chananęi
& benedixerit mihi *dominus? Ad quos Iosue ait, Si populus multus tributarij fi
es, ascende in syluam, & succide tibi spatia in terra Pherezęi & Ra- lijs Israel.
phaim: ˹quia˺ angusta est tibi possessio montis Ephraim. Cui respon- Filij Ioseph
derunt filij Ioseph, Non poterimus ad montana conscendere, cum fer Manasse &
reis curribus vtantur Chananęi qui habitant in terra campestri, in qua Ephraim pe
sitę sunt Bethsan cum viculis suis, & Iezrael mediam possidens vallē. tunt maio-
Dixitq; Iosue ad domum Ioseph ˹& Ephraim˺ & Manasse, Populus rem posses-
multus es, & magnę fortitudinis, non habebis sortem vnam, sed transi sionem.
bis ad montem, & succides tibi, atq; purgabis ad habitandum spatia: &
poteris vltra procedere cum subuerteris Chananęum, quem dicis fer-
reos habere currus & esse fortissimum. CAP. XVIII.

COngregatiq; sunt omnes filij Israel in Silo, ibiq; fixerunt taber- A
naculum ˹testimonij,˺ & fuit eis terra subiecta. Remanserunt au- Mittunt q
tem filiorum Israel septem tribus, quę necdum acceperant possessiones describant
suas. Ad quos Iosue ait, Vsquequo ˹marcetis ignauia,˺ & non in- terrā p reli
tratis ad possidendam terram, quam dominus deus patrum vestrorū quis septẽ
dedit vobis? ˹Eligite˺ de singulis tribubus ternos viros: vt mittam tribubus in
eos, & pergant atque circumeant terram, & describant eam iuxta ˹nume ter filios Io
rum vniuscuiusq; multitudinis:˺ referantq; ad me quod descripse- seph & Iu-
rint. Diuidite vobis terram in septem partes: Iudas sit in terminis dę.

Marginal variants (left):
* vel, hęreditates.
* ad torrentem arundinis
* tres regiões.
* expellere habitatores vrbium istarum.
* hucusque
* si
* ad Ephraim
* ecclesię, (congregationis)
* vacatis (vel, otiosi estis)
* Tradite
* hęreditatem eorum.

suis ab australi plaga, & domus Ioseph ab aquilone: mediam inter hos terram in septem partes describite: & huc venietis ad me, vt coram domino deo vestro mittam vobis hic sortem: quia non est inter
B vos pars Leuitarum, sed sacerdotiũ domini, est eorum hęreditas. Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manasse iam acceperant possessiones suas trans Iordanem ad orientalem plagã: quas dedit eis Moyses famulus domini. Quumq; surrexissent viri vt pergerent ad describendam terram, pręcepit eis Iosue, dicẽs, Circumite terram, & describite eam, ac reuertimini ad me: vt hic coram dño in Silo mittam vobis sortem. Itaq; perrexerunt: & lustrantes eam *in septem partes diuiserũt, scribentes in volumine. Reuersiq; sunt ad Iosue in castra Silo. Qui misit sortes coram domino in Silo, diuisitq; terram filijs Israel in septem partes. Et ascendit sors prima filiorum Beniamin per familias suas, vt possiderent terram inter filios Iuda & filios Ioseph. Fuitq; terminus eorum contra aquilonem à Iordane, pergens iuxta latus Iericho septentrionalis plagę, & inde contra occidentem ad montana
C conscendens, & perueniens ad solitudinem Bethauen atq; pertransiẽs iuxta Luzam ad meridiem, ipsa est Bethel: descẽditq; in Atharoth Addar in montem qui est ad Meridiem Bethhoron inferioris: Et inclinatur circumiens contra mare ad meridiem montis qui respicit Bethhoron ²contra Africum:² suntq; exitus eius in Cariathbaal, quę vocatur & Cariathiarim, vrbem filiorum Iuda. hęc est plaga contra mare ad occidentem. A meridie autem ³ex parte³ Cariathiarim egreditur terminus contra mare, & peruenit vsq; ad fontem aquarum Nephtoa. Descenditq; in partem montis qui respicit vallem filiorum Ennom: & est contra septentrionalẽ plagam in extrema parte vallis Raphaim. Descenditq; Geennom, id est, vallis Ennom, iuxta latus Iebusęi ad austrum: & peruenit ad fontem Rogel, transiens ad aquilonem, & egrediens ad Ensemes, id est, fontem solis: & pertrãsit vsq; ad tumulos qui sunt è regione ascensus Adommim: descenditq; Abenboen, id est, la-
D pidem Boen filij Ruben. & pertransit ex latere aquilonis ad cãpestria: descenditq; in ²planitiem,² & pętergreditur cõtra aquilonem Bethhagla: suntq; exitus eius contra ³linguam³ maris salsissimi ab aquilone in fine Iordanis ad australem plagam: qui est terminus illius ab
E oriente. hęc est possessio filiorum Beniamin per terminos suos in circuitu, & familias suas. Fueruntq; ciuitates eius, Iericho & Bethhagla & vallis Casis, Betharaba & Samaraim & Bethel & Auim & Aphara & Ophera, villa Hemona & Ophni & Gabee: ciuitates duodecim, & villę earum. Gabaon & Rama & Beroth & Mesphe, & Caphara & Amosa & Recem, Iarephel & Tharela & Sela, Eleph & Iebus, quę est Ierusalem, Gabaath & Cariath: ciuitates quatuordecim, & villę earũ. Hęc est possessio filiorum Beniamin iuxta familias suas. CAP. XIX.

A ET egressa est sors secunda filiorũ Simeon per cognationes suas: fuitq; hęreditas eorum in medio possessiones filiorum Iuda: Bersabee & Sabee & Molada & Hasersual, Bala & Asem & Eltholad, Bethulharma & Siceleg & Bethmarchaboth & Hasersusa & Bethlebaoth & Sarohen: ciuitates tredecim, & villę earum. Ain & Remmon & Athar & Asan ciuitates quatuor, & villę earum. omnes viculi per circuitum vrbium istarum vsq; ad Baalath, Beerramath contra australem plagã. hęc est hęreditas *filiorum Simeon iuxta cognationes suas, ²in² possessione & funiculo filiorum Iuda *: quia maior erat. & idcirco filij Simeon possederunt in medio hęreditatis eorum. Ceciditq; sors tertia filiorum Zabulon per cognationes suas: & factus est terminus possessiones eorũ vsq; Sarid. Ascenditq; de mari & Merala, & peruenit in Debbaseth: vsq; ad torrentem, qui est cõtra Iecconam. Et reuertitur de Sarid contra orientẽ ³in fines³ Cheseleththabor: & egreditur ad Da-

Sors filiorũ Beniamin.

Luza quę & Bethel.

Cariathbaal.

Sors Simeõ

Zabulon.

* descripserũt eã per vrbes, &

² ad meridiẽ:

³ ab extremitate & infra

² Haraba.

³ (id est limitẽ, saxum vel, scopulũ, vnde qspiam speculari potest.)

* tribus

² De

* fuit hęreditas filiorũ Simeon:

³ ɔtra terminũ

bereth, ascendit'que contra Iaphie. Et inde pertransit vsque ad orientale plagam Gethhepher & Tacasim: & egreditur in Remmon, Amthar et Noa. Et circuit ab Aquilone Hanathon: suntque egressus eius vallis Iephthahel et Cateth et Naalol et Semeron et Iedala et Bethlehem: ciuitates duodecim, et villę earũ. Hęc est hęreditas tribus filiorũ Zabulon per cognationes suas, vrbes, et viculi earũ. Issachar egressa est sors quarta per cognationes suas: fuitque eius hęreditas Iezrael & Casaloth & Sunem et Hapharim et Seon & Anaharath et Rabboth et Cesion, Abes, et Rameth et Engannim et Enhadda et Bethpheses. Et peruenit terminus eius vsque Thabor et Sehesima et Bethsemes: eruntque exitus eius Iordanis: ciuitates sedecim, & villę earũ. Hęc est possessio filiorũ Issachar per cognationes suas, vrbes, et viculi earũ. Ceciditque sors quinta tribui filiorũ Aser per cognationes suas: fuitque terminus eorũ Halcath et Chali et Beten et Axaph & Elmelech et Amaad et Messal: et peruenit vsque ad Carmelum maris & Sihor et Labanath. Ac reuertitur contra orientẽ Bethdagon: & pertransit vsque Zabulon et vallem Iephthahel contra aquilonem in Bethemec et Nehiel. Egrediturque ad leuam Cabul, et Abran et Rohob et Hamon & Cana, vsque ad Sidonem magnã: reuertiturque in Horma vsque ad ciuitatẽ munitissimã Tyrũ, et vsque Hosa: eruntque exitus eius in mare de funiculo Achziba: & Amma et Aphec et Rohob: ciuitates viginti duę, et villę earũ. Hęc est possessio filiorũ Aser per cognationes suas, vrbesque, et viculi earum. Filiorum Nephthali sexta pars cecidit per familias suas: et cœpit terminus de Heleph et Elon in Saananim, et Adami, quę est Neceb, et Iebnael vsque Lecũ: et egressus eorũ vsque ad Iordanẽ, reuertiturque terminus contra occidẽtẽ in Aznoththabor, atque inde egreditur in Hucuca, & pertransit in Zabulon contra meridiẽ, & in Aser contra occidentẽ, & in Iuda ad Iordanem contra ortũ solis ciuitates munitissimę, Assedim, Ser et Ammath et Reccath et Cenereth & Edema & Arama, Asor et Cedes & Edrai, Enhasor et Ieron et Magdalel, Horem et Bethanath et Bethsames: ciuitates decem et nouẽ, & villę earũ. Hęc est possessio tribus filiorũ Nephthali per cognationes suas, vrbes, & viculi earũ. Tribui filiorum Dan per familias suas egressa est sors septima: et fuit terminus possessionis eius Saraa, et Esthaol, et Hirsemes, i. ciuitas solis. Selebin et Aialon & Iethela, Elon et Themna et Acron, Elthece Gebbethon et Baalath et Iud & Bane et Barac et Gethremon: et aquę Iercon et Arecon, cum termino qui respicit Ioppen, & ipso fine concluditur. Ascenderuntque filii Dan, & pugnauerunt contra Lesem, ceperuntque eam et percusserunt eam in ore gladii, & possederunt, & habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Lesemdan, ex nomine Dan patris sui. Hęc est possessio tribus filiorũ Dan, per cognationes suas, vrbes & viculi earũ. Quumque compleset sorte diuidere terram singulis per tribus suas, dederunt filij Israel possessionem Iosue filio Nun in medio sui, iuxta pręceptum domini, vrbem quam postulauit, Thamnathsaraa in monte Ephraim: & ędificauit ciuitatem, habitauitque in ea. Hę sunt possessiones quas sorte diuiserunt Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & principes familiarum, ac tribuum filiorum Israel, in Silo, coram domino ad ostium tabernaculi testimonij, partitique sunt terrã.

Margin: ad Itacasim: | q circuit ad (vel describẽs siue gyrãs aut circumiens) | terminus eorum; | B | Issachar. | Aser. | C | Nephthali. | D | Dan | Possessio Iosue. | ecclesię

CAP. XX.

A

Et loquutus est dominus ad Iosue, dicens, Loquere filijs Israel, & dic eis, Separate vrbes fugitiuorum, de quibus loquutus sum ad vos per manũ Moysi, vt confugiat ad eas quicunque animam percusserit nescius: & possit euadere irã proximi qui vltor est sanguinis, qui ad vnam harum confugerit ciuitatũ, stabitque ante portam ciuitatis, & loquetur senioribus vrbis illius ea quę se comprobent innocentem: sicque suscipient eum, & dabũt ei locũ ad habitandum. Quumque vltor sanguinis eũ fuerit persecutus, nõ tradent in manus eius: quia ignorans

Margin: refugij, | erunt vobis in refugium a propinquo sanguinis (.i. ne occidat ab eo qui cõsanguineus est occisi.) | verba sua Heb. | propinquus | Ciuitates refugij. Nume. 35. B Deut. 19. A.

percussit proximum eius, [a]nec ante biduum triduumve eius probatur inimicus.[b] Et habitabit in ciuitate illa, donec stet ante [c]iudicium caussam reddens facti sui, [d] & moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem & domum suam, de qua fugerat. Decreueruntque Cedes in Galilea montis Nephthali, & Sichem in monte Ephraim, & Cariatharbe, ipsa est Hebron in monte Iuda. Et trans Iordanem contra orientalem plagam Iericho, statuerunt Bosor, que sita est in campestri solitudine de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manasse. Hę ciuitates constitutę sunt cunctis filijs Israel, & aduenis qui habitabant inter eos: vt fugeret ad eas qui animam nescius percussisset, & non moreretur in manu proximi effusum sanguinem vindicare cupientis, donec staret ante populum [e]expositurus caussam suam.

C — Deut. 4. g — D

[a] nec odio habuerat eum ab heri & nudiustertius (.i. antea) [c] cœtum ad iudicium.

CAPVT XXI.

A — Ciuitates Leuitis traditę. — Num. 35. a

Accesseruntque principes familiarum Leui ad Eleazarum sacerdotem, & Iosue filium Nun, & ad duces cognationum per singulas tribus filiorum Israel: loquutique sunt ad eos in Silo terrę Chanaan, atque dixerunt, Dominus pręcepit per manum Moysi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta. Dederuntque filij Israel de possessionibus suis iuxta imperium domini, ciuitates & suburbana earum. Egressaque est sors in familiam Cahath filiorum Aaron sacerdotis de tribu Iuda & Simeon & Beniamin, ciuitates tredecim. Et reliquis filiorum Cahath, id est, Leuitis qui superfuerant, de tribubus Ephraim, & Dan, & dimidię tribus Manasse ciuitates decem. Porrò filijs Gerson egressa est sors, vt acciperent de tribubus Issachar & Asser & Nephthali, dimidiaque tribu Manasse in Basan ciuitates numero tredecim. Et filijs Merari per cognationes suas de tribubus Ruben & Gad & Zabulon vrbes duodecim. Dederuntque filij Israel Leuitis ciuitates[*] & suburbana earum, sicut pręcepit dominus per manum Moysi singulis sorte tribuentes. De tribubus filiorum Iuda & Simeon dedit Iosue ciuitates: quarum ista sunt nomina filijs Aaron per familias Cahath Leuitici generis (prima enim sors illis egressa est) Cariatharbe patris Enac, quę vocatur Hebron, in monte Iuda, & suburbana eius per circuitum. Agros verò, & villas eius dederat Caleb filio Iephone ad possidendum. Dedit ergo filijs Aaron sacerdotis Hebron confugij ciuitatem[*], ac suburbana eius: & Lobna cum suburbanis suis: & Iether, & Esthemo, & Holon, & Dabir, & Ain, & Ieta, & Bethsames, cum suburbanis suis: ciuitates nouem de tribubus, vt dictum est, duabus. De tribu autem filiorum Beniamin, Gabaon & Gabae & Anathoth & Almon, cum suburbanis suis: ciuitates quatuor. Omnes simul ciuitates filiorum Aaron sacerdotum tredecim, cum suburbanis suis. Reliquis verò per familias filiorum Cahath Leuitici generis hęc est data possessio: De tribu Ephraim vrbes confugij[*] Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim, & Gazer & Cibsaim & Bethoron, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu quoque Dan: Eltheco & Gabathon & Aialon & Gethremmon, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. Porrò de dimidia tribu Manasse, Thanath & Gethremmon, cum suburbanis suis, ciuitates duę. Omnes ciuitates decem, & suburbana earum datę sunt filijs Cahath [f]inferioris gradus. Filijs quoque Gerson Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manasse confugij ciuitates, Gaulon in Basan, & Bosram, cum suburbanis suis, ciuitates duas. Porrò de tribu Issachar: Cesion, & Dabereth, & Iaramoth, & Engannim, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu autem Aser, Messal, & Abdon, & Helcath, & Rohob, cum suburbanis suis, ciuitates quatuor. De tribu quoque Nephthali ciuitates confugij, Cedes in Galilea, & Ammothdor, & Carthan, cum suburbanis suis, ciuitates tres. Omnes vrbes familiarum Gerson,

Sors Cahathitarum. — Gersonitarum — Meraritarum — B — Ciuitates Cahathitarum. — 1. Par. 6. d — Supra. 14. d — C — Gersonitarum.

[*] hę. — [*] homicidę — [*] homicidę — [f] residuis. & infra.

tredecim, cum suburbanis suis. Filijs autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias suas data est de tribu Zabulon, Iecnam & Cartha & Damna & Naalol, ciuitates quatuor, cum suburbanis suis. *De tribu Gad ciuitates confugi, Ramoth in Galaad, & Manaim & Hesebon & Iazer, ciuitates quatuor, cum suburbanis suis. *De tribu Ruben vltra Iordanem contra Iericho ciuitates refugij, Bosor in solitudine, Misor & Iaser & Iethson & Mephaath, ciuitates quatuor cum suburbanis suis. Omnes vrbes filiorũ Merari per familias, & cognationes suas duodecim. Itaque ciuitates vniuersę Leuitarũ in medio possessionis filiorum Israel fuerunt quadragintaocto cũ suburbanis suis, singulę per familias distributę. Deditq; dñs deus Israeli oẽm terrã, quã traditurũ se patribus eorum iurauerat: & possederunt illam, atq; habitauerunt in ea. Dataq; est ab eo pax in omnes per circuitũ nationes: nullusq; eis hostium resistere ausus est, sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt. Ne vnum quidem verbum, * quod illis prestiturum se esse promiserat, irritum fuit, sed rebus expleta sunt omnia.

CAPVT XXII.

A

Eodem tempore vocauit Iosue Rubenitas, & Gadditas, & dimidiam tribum Manasse, dixitq; ad eos, Fecistis omnia quę precepit vobis Moyses famulus dñi: mihi quoque in oĩbus obedistis: nec reliquistis fratres vestros longo tpe, vsq; in presentem diem, custodientes imperium dñi dei vestri. Quia igitur dedit dñs deus vester fratribus vestris quietem & pacem, sicut pollicitus est: reuertimini, & ite in tabernacula vestra, & in terram possessionis, quã tradidit vobis Moyses famulus domini trans Iordanẽ: ita dũtaxat, vt custodiatis attentè, & opè compleatis mandatũ & legem quam precepit vobis Moyses famulus dñi, Vt diligatis dñm deũ vestrum, & ambuletis in oĩbus vijs eius, & obseruetis mandata illius, adhęreatisq; ei, ac seruiatis in omni corde, & in omni anima vestra. Benedixitq; eis Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua. Dimidię autem tribui Manasse possessionẽ Moyses dederat in Basan: & idcirco medię quę superfuit, dedit

B

Iosue sortem inter cęteros fratres suos trans Iordanem ad occidentalem eius plagã. Quũq; dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis, dixit ad eos, In multa substantia atq; diuitijs reuertimini ad sedes vestras, cum argento & auro, ęre ac ferro, & veste multiplici: diuidite predam hostium cum fratribus vestris. Reuersiq; sunt, & abierũt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manasse, à filijs Israel de Silo, quę sita est in Chanáan, vt intrarent Galaad terrã possessionis suę, quam obtinuerant iuxta imperium domini in manu Moysi. Quũq; venissent ad tumulos Iordanis, in terrã Chanáan, ędificauerũt iuxta Iordanem altare infinitę magnitudinis. Quod quum audissent filij Israel, & ad eos certi nuntij detulissent ędificasse filios Ruben, & Gad,

C

& dimidię tribus Manasse altare in terra Chanaan, super Iordanis tumulos contra filios Israel: cõuenerunt omnes in Silo, vt ascenderent & dimicarent contra eos. Et interim miserũt ad illos in terrã Galaad Phinees filium Eleazari sacerdotis, & decem principes cũ eo, singulos de singulis tribubus. *Qui venerunt ad filios Ruben, & Gaad, & dimidię tribus Manasse in terram Galaad, dixeruntq; ad eos, Hęc mandat omnis populus dñi, Quę est ista transgressio? *Cur reliqstis dñm deũ Israel, ędificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes? An parum vobis est quòd peccastis in Beelphegor, & vsque in presentem diem macula huius sceleris in nobis permanet, multiq; de populo corruerunt? Et vos hodie reliquistis dominum, * & cras in vniuersum Israel ira eius deseuiet. Quòd si putatis immundã esse terrã possessionis vestrę, transite ad terram *in qua tabernaculum domini est, &

D

habitate inter nos: tantum vt à domino, & à nostro consortio nõ re-

Marginal notes (left):

*De tribu Ruben, Bosor, Iasa, Cademoth, Mephaath, ciuitates quatuor cum suburbanis suis.
*qui residui erant de familijs Leuitarum.
*iuxta oĩa quę iurauerat dñs patribus ipsorum
*oẽs inimicos eorum dedit dñs in manus ipsorum.
*bonum
*custodientes custodiã imperij. Heb.
*similes ei.
*In transitu filiorum
*qui capita erant domus patrũ suorum in milibus Israel.
*cętus Israel.
*& rebellãtes hodie contra dominum?
*cętu domini
*rebellantes cõtra eũ.
*possessionis dñi

Marginal notes (right):

D
Merariticorum
promissiões terra Chanaan iplete
Pax Israeli tis
Tribus Ruben, Gad, & dimidia tribus Manasse, remittũtur in suas possessionẽ.
Pax Israeli tis
Nu. 32. f.
Sors filiorum Manasse.
Predam vt diuidant, iubet Iosue Rubeitis & Gadditis.
Altare immẽse magnitudinis ędificãt ab eis, monumẽtũ
Rephenduntur a cęteris filijs Israel.
Nu. 25. a

cedatis, ędificato altari pręter altare domini dei vestri. Nonne Achan *prevaricat*
filius Zare pręterijt mandatum domini, & super omnem populum *f anathemate,*
Israel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam solus pe *solus (sub,q*
rijsset in scelere suo. Responderúntq; filij Ruben, & Gad, & dimidia tri *cómiserat pec*
E bus Manasse principibus legationis Israel, Fortissimus deus domi- *catum)*
Rubē, Gad nus, fortissimus deus dominus ipse nouit, & Israel simul intelliget: si *& tñ sol⁹ nō*
& Manasse, pręuaricationis animo hoc altare construximus, non custodiat nos, *perijt pp iniq*
purgant se sed puniat nos in pręsenti: & si ea mēte fecimus, vt holocausta, & sa *tatē suam.*
sup altari crificium, & pacificas victimas super eo imponeremus, ipse quęrat & *millium*
cōstructo. iudicet: & non ea magis cogitatiōe atq; tractatu, vt diceremus, Cras *& rebelliōis*
dicent filij vestri filijs nostris, Quid vobis & domino deo Israel? termi *in dñs hodie*
nū posuit dominus inter nos & vos ô filij Ruben, & filij Gad, Iordanē *vt auerta-*
fluuium: & idcirco partē nō habetis in domino. Et per hanc occasionē *mur a dño, &*
auertent filij vestri filios nostros à timore dñi. Putauimus itaq; me *eo magis ti-*
lius, & diximus, Extruamus nobis altare, non in holocausta, neque *more,*
F ad victimas offerendas, sed in testimonium inter nos & vos, & sobolē
nostram vestramq; progeniem, vt seruiamus domino, & iuris nostri *offerendo*
sit offerre & holocausta, & victimas, & pacificas hostias: & nequaquā
dicant cras filij vestri filijs nostris, Non est vobis pars in dño. Quod
si voluerint dicere, respondebunt eis, Ecce, altare domini quod fe- *nobis & gña*
cerunt patres nostri, non in holocausta, neque in sacrificium, sed in te- *tionib⁹ nřis,*
stimonium nostrū ac vestrum. Absit à nobis hoc scelus vt recedamus *similitudinē*
à dño, & eius vestigia relinquamus extructo altari ad holocausta, & sa *altaris*
crificia, & victimas offerendas, pręter altare domini dei nostri qđ extru
ctum est ante tabernaculum eius. Quibus auditis, Phinees sacerdos,
G & principes legatiōis Israel, qui erant cum eo, placati sunt: & verba fi
liorum Ruben, & Gad, & dimidię tribus Manasse, libentissimè suscepe *cœtus, capita*
runt. Dixitq; Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos, Nunc scimus *milliū Israel,*
quòd nobiscum sit dominus, quoniam alieni estis à pręuaricatiōe hac,
& liberastis filios Israel de manu domini. Reuersusq; est cū princi *cōtra dñm*
pibus à filijs Ruben & Gad de terra Galaad, in terram Chanáan ad fi
lios Israel, & retulit eis. Placuitq; sermo cunctis audientibus. Et lau
dauerunt deum filij Israel, & nequaquam vltrà dixerunt vt ascenderēt
contra eos atque pugnarent, & delerent terram possessionis eorū. Vo
cauerùntq; filij Ruben, & filij Gad altare quod extruxerant, Testimo- *qa testis ē in-*
nium nostrum, quòd dñs ipse sit deus. CAP. XXIII. *ter nos quod*

A EVoluto autem multo tēpore, postquam pacem dederat dominus
Iosue ĥor Israeli, subiectis in gyro nationibus vniuersis, & Iosue iam lon-
tatur ppłm gęuo, & persenilis ętatis, vocauit Iosue omnem Israelem, maioresq;
a cōmistiōe natu, & principes, ac duces, & magistros, dixitq; ad eos, Ego senui, & *iudices*
gētium, ne progressioris ętatis sum: vosq; cernitis omnia quę fecerit dñs deus
alij adhęre- vester cunctis per circuitū nationibus, quomodo pro vobis ipse pu-
ant & fidāt, gnauerit & nunc quia vobis sorte diuisi omnem terram, ab orien- *gentes resi-*
quā soli dō tali parte Iordanis vsque ad mare magnum, multęq; adhuc super- *duas istas in*
B sunt nationes, dominus deus vester disperdet eas, & auferet à facie ve *hęditatē, oēs*
stra, & possidebitis terram earū, sicut vobis pollicitus est. tantum con- *gētes quas dis-*
Nō iurādū fortamini, & estote soliciti vt custodiatis cuncta quę scripta sunt in *perdidit,*
p nomina volumine legis Moysi: & non declinetis ab eis, neque ad dexteram ne- *propulsauit &*
idolorū. que ad sinistram: ne postquam intraueritis ad gentes, quę inter vos fu *expulit eas a*
Pugnat dō⁹ turę sunt, iuretis in nomine deorum earum, & seruiatis eis, & adore- *facie vestra, &*
p ijs q. ipsi tis illos: Sed adhęreatis domino deo vestro, quod fecistis vsque in *possedistis*
adhęrent. diem hanc. Et tunc auferet dominus deus in conspectu vestro gentes *vobiscum re*
C magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit. Vnus è vo- *manent,*
bis persequetur hostium mille viros: quia dominus deus vester pro vo *sicut*
Diligēdus bis ipse pugnabit, sicut pollicitus est. Hoc tantum diligentissimè prę-
deus. cauete, vt diligatis dominum deum vestrum. Quòd si volueritis *auers*

gentium harum quę inter vos habitant, erroribus adhęrere, & cum
eis miscere connubia, atque amicitias copulare: iam tunc scitote qđ
dominus deus vester non eas delebit ante faciē vestram, sed erunt vo-
bis in foueam, ac laqueum, & offendiculum ex latere vestro, & su-
des in oculis vestris, donec vos auferat atque disperdat de terra hac D
optima quam tradidit vobis. En, ego hodie ingredior viam vniuer-
sę terrę, & toto animo cognoscetis quod de omnibus verbis quę se
dominus prestiturum vobis esse pollicitus est, vnum non pręterierit
incassum. Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cun-
cta venerunt: sic adducet super vos quicquid malorum cominatus est,
donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit
vobis, eo quod preterieritis pactum domini dei vestri, quod pepigit
vobiscum, & seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos: cito atque ve-
lociter consurget in vos furor domini, & auferemini ab hac terra opti-
ma quam tradidit vobis.

CAPVT XXIIII.

Congregauitq; Iosue omnes tribus Israel in Sichem, & vocauit A
maiores natu, ac principes, & iudices, & magistros: steteruntq; in
conspectu domini, & ad populum sic loquutus est, Hęc dicit dominus
deus Israel, Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Tha-
re pater Abraham & Nachor: seruieruntq; dijs alienis. Tuli ergo pa-
trem vestrum Abraham de Mesopotamię finibus: & adduxi eum in
terram Chanaan: multiplicauiq; semen eius, & dedi ei Isaac: illiq; rur-
sus dedi Iacob & Esau. E quibus, Esau dedi mōtē Seir ad possidendū:
Iacob verò & filij eius descenderunt in Aegyptum. Misiq; Moysen
& Aaron, & percussi Aegyptum multis signis atque portentis. Edu- B
xiq; vos & patres vestros de Aegypto, & venistis ad mare: persecu-
tiq; sunt Aegyptij patres vestros cum curribus & equitatu, vsq; ad
mare rubrum. Clamauerunt autem ad dñm filij Israel: qui posuit te-
nebras inter vos & Aegyptios: & adduxit super eos mare, & operuit
eos. Viderunt oculi vestri cuncta quę in Aegypto fecerim, & habita-
stis in solitudine multo tpe: & introduxi vos ī terrā Amorrhęi, q habi-
tabat trans Iordanē. Cūq; pugnarent cōtra vos, tradidi eos in ma-
nus vestras, & possedistis terram eorum, atque interfecistis eos. Surrexit
aūt Balac filius Sephor rex Moab, & pugnauit cōtra Israelē. Misitq; C
& vocauit Balaam filium Beor, vt malediceret vobis: & ego nolui au-
dire eum, sed econtrario per illū benedixi vobis, & liberaui vos de
manu eius. Transistisq; Iordanē, & venistis ad Iericho. Pugnaueruntq;
cōtra vos viri ciuitatis eius, Amorrhęus & Pherezęus & Chananęus
& Hethęus & Gergesęus & Heuęus & Iebusęus: & tradidi illos in ma-
nus vestras. Misitq; ante vos crabrones: & eieci eos de locis suis duos
reges Amorrhęorum, non in gladio & in arcu tuo. Dediq; vobis ter-
rā in qua non laborastis, & vrbes quas non ędificastis, vt habitaretis
in eis, vineas & oliueta quę non plantastis. Nunc ergo timete dñm, &
seruite ei perfecto corde atque verissimo: & auferte deos qbus seruie-
rūt patres vestri in Mesopotamia & in Aegypto, ac seruite dño. Sin D
autem malū vobis videtur vt dño seruiatis, optio vobis datur: eligite
hodie quod placet, cui seruire potissimū debeatis, vtrum dijs qui-
bus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, an dijs Amorrhęorum,
in quorum terra habitatis: ego autē & domus mea seruiemus dño. Respō-
ditq; populus, & ait, Absit à nobis vt relinquamus dñm, & seruia-
mus dijs alienis. Dñs deus noster ipse eduxit nos & patres nostros de
terra Aegypti de domo seruitutis: fecitq; videntibus nobis signa ingē-
tia, & custodiuit nos in omni via per quam ambulauimus, & in cūctis
populis per quos transiuimus. Et eiecit vniuersas gentes, Amor-
rhęum habitatorem terrę quam nos intrauimus. Seruiemus igitur do-
mino, quia ipse est deus noster. Dixitq; Iosue ad populum, Non E

*residuarum
*iterare ad eos, & ipsę intrent ad vos:
*laqueū, & offendiculum, & flagellum
*spinę
*corde vestro, & tota anima vestra
*optimis
*qđ nō euenerit vobis.
*omne verbū bonum
*quando
*loco qui erat trans flumen,
*Isaac
*quēadmodum feci in medio eius.
*Balaam,
*In simplicitate & veritate:
*trans flumen
*velitis,

Via vniuersę terrę.
Promissiones suas Iustas deus factas impleuit deus.
Mala quę minas deseruerit se impleturus deus.
Iosue cōmemoratis bñficijs hortatur pplm ad legem obseruādam.
Gen. 11. d
Gene. 21. a
25. d
Gen. 36. a
Gene. 46. a
Exod. 3. c
Exod. 12. f
Exod. 14. a
Num. 21. e
Nume. 22. a
Supra. 3. d
6. a
Supra. 11. a
Supra. 11. d
Israel eligit dñm sibi in deum cui seruiat.

poteritis seruire domino: deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis. Si dimiseritis dominum, & seruieritis dijs alienis, conuertet se, & affliget vos, atque subuertet, postquã vobis præstiterit bona. Dixitq; populus ad Iosue, Nequaquã

G ita vt loqueris erit, sed domino seruiemus. Et Iosue ad populum, Testes, inquit, *vos estis, quia ipsi elegeritis vobis dominum vt seruiatis ei. Responderuntq;, Testes. Nunc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad dominũ deum Israel. Dixitq;

F populus ad Iosue, Domino deo nostro seruiemus, & obedientes erimus præceptis eius. Percussit ergo Iosue in die illo fœdus*, & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichem. Scripsit quoq; omnia verba hæc in volumine legis domini: & tulit lapidem pergrandẽ, posuitq; eum subter quercum quæ erat in sanctuario domini, & dixit ad omnem populum, En, lapis iste erit vobis in testimonium quòd audierit omnia verba domini quæ loquutus est vobis: ne fortè postea negare velitis: & mentiri domino deo vestro. Dimisitq; populum singulos in possessionem suam. Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus domini, centum & decem annorũ: sepelieruntq; eum in

G finibus possessionis suæ in Tamnathsare, q̃ est sita in monte Ephraim, à Septétrionali parte montis Gaas. Seruiuitq; Israel domino cunctis diebus Iosue & seniorum, qui longo vixerant tempore post Iosue, & qui nouerant omnia opera dñi quæ fecerat in Israel. Ossa quoque Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Aegypto, sepelierũt in Sichem in parte agri quem emerat Iacob à filijs Hemor patris Sichem centum nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Ioseph. Eleazar quoque filius Aaron mortuus est: et sepelierunt eum in Gabaath Phinees filij eius, quæ data est ei in monte Ephraim.

(Margin: Fœdus populi cũ dño. — Corda inclinanda ad deum. — Lapis in testimonium erectus. — Mortuus Iosue. — Israel seruit deo. — ossa Ioseph sepeliunt. Gen. 50. d. — Eleazar moritur. — *contra — *cum populo — nummis. (Chald. iterp. & LXX. agnis))

LIBER IVDICVM, HEBRAICE SOPHTIM.

A 

OST MORTEM IOSVE consuluerunt filij Israel dominũ, dicentes, Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? Dixitq; dominus, Iudas ascẽdet: ecce, tradidi terram in manus eius. Et ait Iudas Simeoni fratri suo, Ascende mecũ in sorte meã, & pugna contra Chananæum, vt & ego pergam tecum in sorte tua. Et abijt cum eo Simeon. Ascenditq; Iudas, & tradidit dominus Chananæum, ac Pherezæum in manus eorum: & percusserunt in Bezec decem milia virorum. Inueneruntq; Adonibézec in Bézec, & pugnauerunt contra eũ, ac percusserunt Chananæum & Pherezæum. Fugit autem Adonibézec: quem persequuti

B comprehenderunt, cæsis summitatibus manuũ eius ac pedum. Dixitq; Adonibezec, Septuaginta reges amputatis manuũ ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborũ reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi dñs. Adduxeruntq; eum in Ierusalẽ, & ibi mortuus est. Oppugnantes ergo filij Iuda Ierusalẽ, ceperũt eã, & pcusserũt in ore gladij, tradentes cunctam incendio ciuitatem. Et postea descendentes pugnauerunt contra Chananæum qui habitabat in montanis, & ad meridiem

C in campestribus. Pergensq; Iudas cõtra Chananæum qui habitabat in Hebron, (cuius nomen fuit antiquitus Cariatharbe) percussit Sesai, Ahiman, & Tholmai: atq; inde profectus abijt ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cariathsépher, id est, ciuitas literarum.

(Margin: Iudas dux belli constituitur. — Ipse cũ Simeone expugnat Chananæos. — Adonibezec cõprehẽditur. — Ierusalẽ expugnatur. — Iosue. 15. c)

Dixitq; Caleb, Qui percusserit Cariathsepher, & vastauerit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem. Quumq; cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam coniugem. Quam pergentem in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrum. Quæ quum suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb, Quid habes? At illa respondit, Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius & irriguum inferius. D Filij autem Cinei cognati Moysi ascéderũt de ciuitate palmarũ, cum filijs Iuda in desertũ sortis eius, quod est ad meridiem Arad, & habitauerunt cum eo. Abijt autẽ Iudas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephat, & interfecerunt eum. Vocatumq; est nomen vrbis, Horma, id est anathema. Cepitq; Iudas Gazam cum finibus suis, & Ascalonẽ, atque Accaron cum terminis suis. Fuitq; dominus cum Iuda, & montana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant. Dederũtq; Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses: qui deleuit ex ea tres filios Enac. Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non deleuerunt filij Beniamin: habitauitq; Iebusæus cum filijs Beniamin in Ierusalem vsq; in præsentẽ diem. Domus quoq; Ioseph ascẽdit in Bethel, fuitq; dominus cum eis. Nam quum obsiderent vrbem, quæ prius Luza vocabatur, viderunt hominem egredientem de ciuitate, dixeruntq; ad eum, Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecũ misericordiam. Qui quum ostendisset eis, percusserunt vrbem in ore gladij: hominem autem illum, & omnem cognationem eius dimiserunt. Qui dimissus, abijt in terram Hethim, & ædificauit ibi ciuitatẽ, vocauitq; eam Luzam: quæ ita appellatur vsq; in præsentẽ diẽ. F Manasses quoq; non deleuit Bethsan, & Tanach cum viculis suis, & habitatores Dor, & Ieblaam, & Mageddo cum viculis suis, cœpitq; Chananæus habitare cum eis. Postquam autem confortatus est Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit. Ephraim etiam non interfecit Chananæum qui habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo. Zabulon nõ deleuit habitatores Citron, & Naalol: sed habitauit Chananæus in medio eius, factusq; est ei tributarius. Aser quoq; non deleuit habitatores Accho, & Sidonis, Ahalab, & Achazib, & Helba, & Aphec, & Rohob, habitauitq; in medio Chananæi habitatoris illius terræ, nec interfecit eũ. G Nephthali quoq; non deleuit habitatores Bethsemes, & Bethanath: & habitauit inter Chananæum habitatorẽ terræ, fueruntq; ei Bethsemitæ, & Bethanithæ tributarij. Artauitq; Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locũ vt ad planiora descenderent: habitauitq; in monte Hares, quod interpretatur testatio, in Aialon, & Salebim Et aggrauata est manus domus Ioseph, factusq; est ei tributarius. Fuit autem terminus Amorrhæi ab ascensu scorpionis Petra, & superiora loca.

CAPVT II.

A Scenditq; angelus domini de Galgalis ad locum flentium, & ait, Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terrã pro qua iuraui patribus vestris: & pollicitus sum vt non facerem irritũ pactum meum vobiscum in sempiternũ: ita dũtaxat vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorũ subuerteretis: & noluistis audire vocem meam. cur hoc fecistis? Quam ob rem nolui delere eos à facie vestra: vt habeatis hostes, & dij eorũ sint vobis in ruinam. Quumq; loqueretur angelus dñi hæc verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocẽ suam, & fleuerũt. Et vocatũ est nomen loci illius, Flentiũ siue lachrymarum: immolaueruntq; ibi hostias dño. B Dimisit ergo Iosue pplm, & abierunt filij Israel vnusquisq; in possessionẽ suã, vt obtinerent eã: seruierũtq; dño cunctis diebus eius, & seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera domini quæ fecerat cum

Marginal notes (left):
descendés δ. (vide Iosue. 15.d)
fontes superiores & fõtes inferiores.
soceri
ferratis
explorarent
custodes
quæsumus
ipse Amorrhæus
Bochim.
dixi qđ non delebo
sint vobis in lateribus Heb. (LXX, erunt vobis in angustias)
laqueum
Bochim (.i. flentes)

Marginal notes (right):
Dabit capit Othoniel.
Axæ filiæ dat Caleb terram irriguam.
Horma.
Gaza.
Ascalon.
Accaron.
Num.14.d
Iebusæus habitat Ierusalẽ
Bethel quæ & Luza, expugnata a filijs Ioseph.
Luza.
Chananæi tributarij.
Angelus exprobrat Israelitis qđ cũ Chananæis fœdus fecerint
Pplo increpulo, idola relinqt deum.
Iosue.24.d

Israel: Mortuus est autem Iosue filius Nun, famulus domini, centum & decem annorum, & sepelierunt eum in finibus possessionis suę in Thamnathhâres in monte Ephraím, à septentrionali plaga montis Gáas. Omnisq; illa generatio congregata est ad patres suos: & surrexerunt alij, qui non nouerunt dominum, & opera quę fecerat cum Israel. Feceruntq; filij Israel malum in conspectu domini, & seruierunt Baalim. Ac dimiserunt dominũ deum patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Aegypti: & sequuti sunt deos alienos, deos quoq; populorum

C lorum qui habitabant in circuitu eorum, & adorauerũt eos: & ad iracundiam concitauerũt dominum, dimittentes eum, & seruientes Baal & Astaroth. Iratusq; dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum: nec potuerunt resistere aduersarijs suis, sed quocunq; pergere voluissent, manus domini super eos erat, sicut loquutus est, & iurauit eis: & vehementer afflicti sunt. Suscitauitq; dominus iudices qui liberarent eos de vastantium manibus: sed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum dijs alienis, & adorantes eos. Citò deseruerunt viam per quam ingressi fuerant patres eorum: & audientes mandata domini, omnia fecere contraria. Cumq; dominus iudices suscitaret,

D in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cęde vastantium. Postquã autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multo faciebant peiora quàm fecerant patres corũ, sequentes deos alienos, seruientes eis, & adorantes illos. Nõ dimiserunt adinuentiones suas, & viam durissimam per quam ambulare consueuerant. Iratusq; est furor domini in Israel, & ait, Quia irritum fecit gens ista pactum meũ quod pepigeram cum patribus eorũ, & vocem meam audire contempsit, & ego non delebo gentes quas dimisit Iosue, & mortuus est: vt in ipsis experiar Israel, vtrũ custodiant viam domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorũ, an nõ. Dimisit ergo dominus omnes nationes has, & citò subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue.

CAP. III.

A Hae sunt gentes quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, omnes qui non nouerant bella Chananęorũ: & postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem prępliandi: quinq; satrapas Philisthinorũ, omnemq; Chananęũ, & Sidonium atq; Heuęum qui habitabant in monte Libano, de monte Baal hermon vsq; ad introitum Emath. Dimisitq; eos, vt in ipsis experiretur Israelem vtrũ audiret mandata domini quę pręceperat patribus eorum per manũ Moysi, an nõ. Itaq; filij Israel habitauerũt in medio Chananęi, & Hethęi, & Amorrhęi, & Pherezęi, & Heuęi, & Iebusęi: & duxerunt vxores filias eorũ, ipsiq; filias suas filijs eorũ tradiderunt, & seruierunt dijs eorũ. Feceruntq; malum in conspectu domini, & obliti sunt dei sui, seruientes Baalim & Aseroth. Iratusq; contra Israel dñs,

B tradidit eos in manus Chusanrasathâim regis Mesopotamię, seruieruntq; ei octo annis. Et clamauerũt ad dñm: qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos, Othoniel videlicet filiũ Cenez, fratrẽ Caleb minorem: fuitq; in eo spiritus dñi, & iudicauit Israel. Egressusq; est ad pugnam, & tradidit dñs in manus eius Chusanrasathâim regem Syrię, & oppressit eũ. Quieuitq; terra quadraginta annis, & mortuus est Othoniel filius Cenez. Addiderunt autẽ filij Israel facere malũ in cõspectu dñi: qui confortauit aduersum eos Eglon regẽ Moab: quia fecerũt malum in cõspectu eius. Et copulauit sibi filios Ammon, & Amalec: abijtq; & percussit Israel, atq; possedit vrbem palmarũ. Seruieruntq; filij Israel Eglon regi Moab decem & octo annis: & postea clamauerũt ad dñm: qui suscitauit eis saluatorẽ vocabulo Aod, filiũ Gera filij Iemini, qui vtraq; manu pro dextera vtebatur. Miseruntq; filij Israel per illum verbũ sic legu

Israelitę q opa dei nõ nouerant, adorãt idola.

Traduntur in manus hostium.

Iudices cõstituit de⁹ sup Israeles, vt ipsos liberẽt.

Fornicatio

Sequuntur suas adinuentiones.

Chananęi, Amorrhęi, & hmõi, gẽtes relicti à dño, Iter iudęos Israelitę miscent cõnubia cũ idololatris, & obliuiscuntur dei.

Othoniel liberat populum.

Spiritus dei in iudice.

Israelitę cõuersi ad idola seruiunt Eglon regi Moab

Aod liberat populũ percusso rege

erat dñs cum iudice, & seruabat eos e manu inimicorũ eorũ oib⁹ diebus iudicis, misereba[tur].n. dñs gemitũ eorũ quos edebãt ꝓ angustia quas patiebãtur ab oppressoribus & coartatorib⁹.

vel tentem

tẽtaret ꝑ eas

sciret generationes filiorũ Israel docere eos bellum,

qui antea nõ cognouerant ea:

tentaret

vendidit

roborata est manus eius super eũ. Heb.

Hebraice ad

munerā Eglon regi Moab. Qui* fecit sibi gladium ancipitem, haben
tem in medio capulum longitudinis palmę manus: & accinctus est eo
subter sagum in dextro femore. Obtulitq; munera Eglon regi Mo/
ab. Erat autem Eglon crassus nimis. Quumq; obtulisset ei munera, p
secutus est socios qui cum eo venerant. Et reuersus de Galgalis, vbi
erant idola, dixit ad regem, Verbum secretū habeo ad te ò rex. Et ille
imperauit silentium: egressisq; omnibus qui circa eum erant, ingres/
sus est Aod ad eum. sedebat autem in ęstiuo cœnaculo solus, dixitq;,
Verbum dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno. Extenditq;
Aod sinistram manū, & tulit sicam de dextro femore suo, infixitq; eā
in ventrem eius tam validè vt capulus sequeretur ferrum in vulnere,
ac pinguissimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladium, sed ita vt p/
cusserat reliquit in corpore, statimq; per secreta naturę alui stercora
proruperunt. Aod autem clausis diligentissimè ostijs cœnaculi, & ob
firmatis sera, per posticum egressus est. Seruiq; regis ingressi viderunt
clausas fores cœnaculi, atq; dixerūt. Forsitan purgat aluū in ęstiuo cœ
naculo. Expectantésque diu donec erubescerent, & videntes quod
nullus aperiret, tulerunt clauem: & aperientes inuenerunt dominum
suum in terra iacentem mortuum. Aod autem dum illi turbaren/
tur, effugit, & pertransijt locum idolorum vnde reuersus fuerat. Ve
nitq; in Seirath: & statim insonuit buccina in monte Ephraim: desce/
deruntq; cum eo filij Israel, ipso in fronte gradiēte. Qui dixit ad eos,
Sequimini me: tradidit enim dominus inimicos nostros Moabitas in
manus nostras. Descenderuntq; post eum, & occupauerunt vada Ior/
danis quę transmittunt in Moab: & non dimiserunt transire quēquā,
sed percusserunt Moabitas in tempore illo circiter decem millia, om/
nes robustos & fortes viros. nullus eorum euadere potuit. Humilia/
tusq; est Moab in die illo sub manu Israel: & quieuit terra octoginta
annis. Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Phili/
sthijm sexcentos viros vomere: & ipse quoque defendit Israel.

CAPVT IIII.

ADdideruntq; filij Israel facere malum in conspectu dñi post mor/
tem Aod & tradidit illos dñs in manus Iabin regis Chanaan, q
regnauit in Asor: habuitq; ducē exercitus sui noīe Sisaram, ipse autē
habitabat in Haroseth gentiū. Clamaueruntq; filij Israel ad dñm. non/
gentos .n. habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer
oppresserat eos. Erat autem Debora prophetis vxor Lapidoth, quę
iudicabat populum in illo tempore. Et sedebat sub palma, quę nomi
ne illius vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephraim: ascen/
debantq; ad eam filij Israel in omne iudicium. Quę misit, & vocauit
Barac filiū Abinoem de Cedes Nephthali: dixitq; ad eum, Pręcepit
tibi dominus deus Israel, Vade, & duc exercitum in montem Thabor,
tollesq; tecum decem millia pugnatorum de filijs Nephthali, & de fi
lijs Zabulon: ego autem adducam ad te in loco torrentis Cison. Si/
saram principem exercitus Iabin, & currus eius, atque omnem multi/
tudinem, & tradam eos in manu tua. Dixitq; ad eam Barac, Si venis
mecum, vadā: si nolueris venire mecum, non pergam. Quę dixit ad
eū, Ibo quidē tecū, sed in hac vice victoria nō reputabit tibi, qa in ma
nu mulieris tradet Sisara. Surrexit itaq; Debora, & perrexit cū Barac
in Cedes. Qui accitis Zabulon, & Nephthali, ascendit* cum decē millī
bus pugnatorū, habens Deboram in comitatu suo. Haber autem Ci/
neus recesserat quondam à cęteris Cinęis fratribus suis filijs Hobab,
cognati Moysi: & tetenderat tabernacula vsq; ad vallē quę vocatur
Sennim, & erat iuxta Cedes. Nuntiatumq; est Sisarę quòd ascendisset
Barac filius Abinoem, in montem Thabor: & congregauit* nongen
tos falcatos currus, & omnem exercitum de Haroseth gentium, ad tor/

fur, sinistrama nus dextera rius. qd recte videt vertisse interpres, vt ero. 20 ca. hu ius pbari pōt, vbi eadē ver/ ba leguntur. LXX, ambi dexter. Alij vertunt iuxta Hebręo rū cōmētaria, q dextera ma/ nu nihil effi/ ciebat, sed sini stra alij, q sini stra vtebatur vice dexterę)

* Aod
longitudinis cubiti vnius,
dimisit pplm qui detulerat munus.
lapicidinę
non. n. exie/ rat gladius è ventre eius.
tardarent,
lapicidinas,
pingues
stimulo bo/ uis:
vel. seruauit
ferreos & ij
Debora
* pedibus suis
forcrl
* omnes cur/ rus suos,

C

D

Moabitę tradit deus in manus Israel, & oc cidunt.
Sāgar percu/ tit Philisthijs vomere.

A

Israelitę ad idola puersi tradunt in man. Iabin.
Debora iu/ dicat Israelem.
Mittit Barac ad expugnandum Sisaram.

B

Sisara pgit obuiā Deb.

torrentem Cison. Dixitq; Debora ad Barac, Surge, hęc est enim dies
in qua tradidit dominus Sisarã in manus tuas: en, ipse ductor est tuus.
C Descendit itaq; Barac de monte Thabor, & decem millia pugnatorũ
cum eo. ᵃPerterruitq; ᵇdominus Sisaram, & omnes currus eius, vni-
uersamq; multitudinem in ore gladij ad cõspectum Barac: intantum
vt Sisara de curru desiliens, pedibus fugeret, & Barac persequeretur fu-
gientes currus, & exercitum vsq; ad Haroseth gentium, & ᵇomnis ho-
stium multitudo vsque ad internecionem caderet. Sisara autem fu-
giens peruenit ad tentorium Iahel vxoris Haber Cinęi. Erat autẽ pax
inter Iabin regem Asor, & domum Haber Cinęi. Egressa igitur Iahel
in occursum Sisarę, dixit ad eum, Intra ad me domine mi, intra, ne ti-
meas. Qui ingressus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio, dixit
ad eam, Da mihi, obsecro, paululum aquę, quia sitio valde. Quę ape-
ruit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum. Dixitq; Sisara ad
eam, Sta ante ostium tabernaculi: & quum venerit aliquis interrogãs
te, & dicens, Nunquid hic est aliquis? respondebis, Nullus est. Tulit
itaq; Iahel vxor Haber clauum tabernaculi, assumens pariter & mal-
leum: & ingressa abscondite, & cum silentio posuit supra tempus ca-
pitis eius clauum, percussumq; malleo defixit in cerebrum vsq; ad ter-
ram: qui soporem morti socians defecit, & mortuus est. Et ecce, Barac
sequens Sisaram veniebat: egressaq; Iahel in occursum eius, dixit ei,
Veni, & ostendam tibi virum quem quęris. Qui quũ intrasset ad eam,
vidit Sisaram iacentem mortuum, & clauum infixum in tempore eius.
Humiliauit ergo deus in die illo Iabin regem Chanáan coram filijs
Israel: qui crescebant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin re-
gem Chanáan, donec delerent eum.

Sisarę exer-citus occiditur à deo. Psal. 83. c

Sisara fugit

Iahel mulier occidit Sisaram, de fixo per tẽpora clauo.

CAPVT V.

A Cecineruntq; Debora & Barac filius Abinóem in illo die, dicẽtes,
ᵃQui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculum, ᵇbe-
nedicite domino.
Audite reges, auribus percipite principes: Ego sum, ego sum quę do-
mino canam, psallam domino deo Israel.
Domine quum exires de Seir, & transires ᵃper regiones Edom terra
mota est, cœliq; ac nubes distillauerunt aquis.
Montes fluxerunt à facie domini, ᵇ& Sinai à facie domini dei Israel.
In diebus Samgar filij Anath, in diebus Iahel quieuerũt semitę: & qui
ᵃingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios.
ᵇCessauerunt ᵃfortes in Israel, & quieuerunt: donec ᵃsurgeret Debo-
ra, surgeret mater in Israel.
ᵇNoua bella elegit dominus, & portas hostium ipse subuertit: clypeus
& hasta ᵃsi apparuerint in quadraginta millibus Israel.
Cor meum ᵃdiligit principes Israel: qui propria voluntate obtulistis
vos ᵃdiscrimini, benedicite domino.
B Qui ascenditis super ᵃnitentes asinos, & ᵇsedetis supra in iudicio, &
ambulatis in via, loquimini.
ᵇVbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narren-
tur iustitię domini, & ᵇclementię fortis Israel: tunc descendit popu-
lus domini ad portas, & obtinuit principatum.
Surge surge Debora, surge surge, & loquere canticum: surge Barac, &
apprehende captiuos tuos fili Abinóem. ᵇSaluatę sunt reliquię po-
puli, dominus ᵇin fortibus dimicauit.
Ex Ephráim ᵇdeleuit eos in Amalec, & post ᵃeum ex Beniamin in po-
pulos tuos o Amalec: de Machir ᵃprincipes descenderunt, & de Za-
bulon ᵃqui exercitum duceret ad bellandum.
Duces Issachar fuere cũ Debora, & ᵃBarac vestigia sunt sequuti, ᵃqui
quasi in pręceps ac barathrum se discrimini dedit: diuiso contra se,

Canticum & gratiarum actio Deborę & Barac post victoriam.

ᵃ trahentes (vel gubernatores) stylo scribę. (LXX, potẽtes sceptro scribę)

ᵃ Issachar sicut Barac in valle,

ᵃ missus est cũ pedibus suis:

ᵃ Contriuitq;
ᵃ caderent oia castra Sisarę acie gladij, ita vt ne vnus quidẽ remaneret.

ᵃ Quis vlt. est vltiões in Isrl, cũ spõte se offerret ppls, (vel, Bñdicite dño pp volũtarios in pplo, cũ cessarẽt cessatores in Israel.)
ᵃ de campo
ᵃ iste
ᵃ deficiebant ingredi
ᵃ vel, Deerant
ᵃ villę absque muro & munitione
ᵃ surrexi Debora surrexi
ᵃ vel, Quũ elegit deos (.i. iudices) nouos, tũc fuit bellũ portis:
ᵃ idest non apparebant ad legislatore (vel, iudices ac rectores)
ᵃ in populo
ᵃ candidos
ᵃ vel, habitatis iuxta Middin
ᵃ pp sonitũ iaculantiũ fugit tas inter loca vbi hauriũt aq.
ᵃ iustitię villarum eius in
ᵃ Tũc q euaserat, dñatus est fortibus.
ᵃ per fortes
ᵃ erat radix eorum contra
ᵃ te
ᵃ legislatores

Ruben, magnanimorum reperta est contentio.)
Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum? diui/
so contra se Ruben, magnanimorum reperta est contentio.
Galaad trans Iordanẽ quiescebat, & Dan vacabat nauibus: Aser ha/
bitabat in littore maris, & in portubus morabatur.
Zabulon verò & Nephthali obtulerunt animas suas morti in regio
ne Merome.)
Venerunt reges & pugnauerunt, pugnauerunt reges Chanáan in Ta/ C
nach, iuxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulere prędantes.)
De cœlo dimicatum est contra eos: stellę manentes in ordine & cursu
suo aduersus Sisaram pugnauerunt.
Torrens Cison traxit cadauera eorum, torrens Cadumim, torrens Ci/
son: conculca) anima mea robustos.
Vngulę equorum ceciderunt fugientibus impetu, & per pręceps ruen
tibus fortissimis hostium.)
Maledicite terrę Meroz, dixit angelus dñi, maledicite habitatoribus
eius, qa nõ venerũt ad auxiliũ dñi, in adiutoriũ fortissimorũ eius.)
Benedicta inter mulieres) Iahel vxor Haber Cinęi, & benedicatur in
tabernaculo.
A quam petenti, lac dedit, & in phiala principum) obtulit butyrum.
Sinistrã manũ misit ad clauũ, & dextrã ad fabrorũ malleos, percussitq;
Sisaram, quęrens in capite vulneri locũ, & tẽpus valide perforãs.)
Inter pedes eius ruit, defecit, & mortuus est: voluebatur ante pedes
eius, & iacebat exanimis & miserabilis.
Per fenestram respiciens, vlulabat mater eius: & de cœnaculo loque/
batur, Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes
quadrigarum illius?
Vna sapientior cęteris vxoribus eius, hęc socrui verba respondit, For
sitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima fœminarum eligitur ei: ve
stes diuersorum colorum Sisarę traduntur in prędam, & supellex va/
ria ad ornanda colla congeritur.)
Sic pereant omnes inimici tui domine: qui autem diligunt te, sicut sol
in ortu suo splendet, ita rutilent.
Quieuitq; terra per quadraginta annos.

magni erant cogitabundi corde. (vel, magnę erãt cogitationes cordis) & infra.
vel, duas caulas
super excelsa agri.
vnde argentũ nõ acceperunt (vel, ne frustũ quidẽ argẽti reportarunt, sub audi ex captiuorũ redẽptione, sed oẽs ociderunt.)
conculcabit
quassatę sunt à calcationib' vel sono pedũ fortiũ eius (.i. equorum eius fortium)
domini cum fortibus.
prę mulierib'
pre mulieribus
fortium
abscidit caput eius, & perfodit, & incidit tempus eius.

Sapiẽtes dñę eius rñderunt ei: illa ẽt rñdit ei, Nõne inuenient, & diui/
dent spolia? puella, duę puellę capiti viri (.i. erunt vnicuiq; ex eis puella aut duę puel
lę de spolijs quas inter se diuidunt) spolia discoloria ipsi Sisarę, spolia discoloria, vestis
polymita, discolor, duę vestes phrygionicę collo (LXX, colla ei) spolij. (alij, ad pdã.)

CAPVT VI.

A — Israelitę ad idola uersi, opprimuntur à Madian septẽ annis.

FEcerunt aũt filij Israel malũ in conspectu dñi: qui tradidit illos in
manu Madian septẽ annis, & oppressi sunt valde ab eis. Fecerũtq;
sibi antra & speluncas in mõtibus, & munitissima ad repugnandũ loca.
Quũq; seuisset Israel, ascẽdebat Madiã & Amalec, cęteriq; orientaliũ
nationũ: & apud eos figẽtes tentoria, sicut erãt in herbis cuncta) va/
stabãt vsq; ad introitũ Gazę: nihilq; oĩno ad vitã pertinens relinque/
bant in Israel, nõ oues, nõ boues, nõ asinos. Ipsi.n. & vniuersi greges
eorũ veniebant cũ tabernaculis suis, & instar locustarũ vniuersa cõple/
bant, innumera multitudo hominũ, & camelorũ quicqd tetigerãt de/
uastantes. Humiliatusq; est Israel valde in cõspectu Madian. Et cla/ B
mauit ad dñm postulans auxiliũ contra Madianitas. Qui misit ad eos
virum prophetã, & loquutus est, Hęc dicit dñs deus Israel, Ego vos feci
cõscendere de Aegypto, & eduxi vos de domo seruitutis, & liberaui de
manu Aegyptiorũ, & omniũ inimicorũ qui affligebãt vos: eiecitq; eos
ad introitũ vestrũ, & tradidi vobis terrã eorũ. Et dixi, Ego dñs deus ve
ster, ne timeatis deos Amorrhęorũ, in quorũ terra habitatis. Et nolui/
stis audire vocẽ meã. Venit aũt angelus dñi, & sedit sub quercu q̃ erat

timentes ipsos Madianitas,
aduersus
fructũ terrę
Attenuatusq;

Angelus apparet Gedeoni.

in Ephra, & pertinebat ad Ioas patrem familiæ Ezri. Quumq; Gedeon
filius eius excuteret atq; purgaret frumēta in torculari, vt fugeret Ma-
C dian, apparuit ei angelus dñi, & ait, Dñs tecum virorū fortissime. Di-
xitq; ei Gedeon, Obsecro mi dñe, si dñs nobiscū est, cur ergo apprehēde-
runt nos hæc oia? vbi sunt mirabilia eius quæ narrauerūt patres nostri
atq; dixerūt, De Aegypto eduxit nos dñs? Nunc autem dereliquit nos
dñs, & tradidit in manus Madian. Respexitq; ad eū dñs, & ait, Vade
in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian: scito q mi-
serim te. Qui respondens ait, Obsecro mi dñe, in quo liberabo Israel?
ecce, familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo pa-
tris mei. Dixitq; ei dñs, Ego ero tecū, & percuties Madian quasi vnum
virum. Et ille, Si inueni, inquit, gratiā coram te, da mihi signū q tu sis
D qui loqueris ad me. Ne recedas hinc, donec reuertar ad te, portans sa-
crificiū, & offerens tibi. Qui respondit, Ego præstolabor aduentū tuum.
Ingressus ē itaq; Gedeon, & coxit hœdū, & de farinæ modio azymos pa-
nes: carnesq; ponens in canistro, & ius carniū mittens in ollā, tulit oia
sub quercu, & obtulit ei. Cui dixit Angelus dñi, Tolle carnes & azy-
mos panes, & pone supra petrā illam, & ius desup funde. Quumq; fecis-
set ita, extendit angelus dñi summitatē virgæ quā tenebat in manu, &
tetigit carnes & panes azymos: ascenditq; ignis de petra, & carnes, azy-
mosq; panes cōsumpsit: angelus aūt dñi euanuit ex oculis eius. Vi-
densq; Gedeon quòd esset angelus dñi, ait, Heu mi dñe deus, quia vidi
angelum dñi facie ad faciē. Dixitq; ei dñs, Pax tecū; ne timeas, nō mo-
E rieris. Aedificauit ergo ibi Gedeon altare dño, vocauitq; illud, Dñi
pax: vsq; in præsentē diem. Quumq; adhuc esset in Ephra, quæ est fa-
miliæ Ezri, nocte illa dixit dñs ad eū, Tolle taurū patris tui, & alterum
taurū annorū septem, destruesq; arā Baal, quæ est patris tui: & nemus,
qđ circa arā est, succide: & ædificabis altare dño deo tuo in summitate
petræ huius, super quā antè sacrificiū posuisti: tollesq; taurū scdm, &
offeres holocaustum super struem lignorū, quæ de nemore succideris.
Assumptis ergo Gedeon decē viris de seruis suis, fecit sicut præcepe-
F rat ei dñs. Timens aūt domū patris sui, & homines illius ciuitatis, per
diem noluit facere, sed oia nocte cōpleuit. Quumq; surrexissent viri
oppidi eius manè, viderūt destructā arā Baal, lucūq; succisum, & taurū
alterū impositū super altare qđ tūc ædificatū erat. Dixerūtq; ad inuicē,
Quis hoc fecit? Quūq; pquirerent authorē facti, dictū est, Gedeon fi-
lius Ioas fecit hæc oia. Et dixerūt ad Ioas, Produc filium tuū huc, vt
moriatur: quia destruxit arā Baal, & succidit nemus. Quibus ille rñdit,
Nunqd vltores estis Baal, vt pugnetis p eo? qui aduersarius est eius,
moriatur anteq; lux crastina veniat. si deus est, vindicet se de eo q suf-
fodit aram eius. Ex illo die vocatus est Gedeon, Ierobaal, eo q dixisset
Ioas, Vlciscatur se de eo Baal, q suffodit arā eius. Igitur ois Madian
G & Amalec, & orietales populi cōgregati sunt simul, & trāseuntes Iorda-
nem castrametati sunt in valle Iezrael. Spūs aūt dñi induit Gedeon,
qui clāgens buccina cōuocauit domū Abiezer, vt sequeretur se. Misitq;
nūtios in vniuersum Manassen, qui & ipse sequutus est eū, & alios nū-
tios in Aser & Zabulon & Nephthali: qui occurrerūt ei. Dixitq; Ge-
deon ad deū, Si saluū facis per manū meam populū Israel, sicut loqu-
tus es, ponā hoc vellus lanæ in area: si ros in solo vellere fuerit, & in oi
terra siccitas, sciā q per manū meā, sicut loquutus es, liberabis Israel.
Factūq; est ita. Et de nocte cōsurgens expsso vellere concham rore im-
pleuit. Dixitq; rursus ad dñm, Ne irascatur furor tuus cōtra me, si ad-
huc semel tentauero, signū quærēs in vellere. Oro vt solū vellus sicci-
sit, & ois terra rore madens. Fecitq; dñs nocte illa vt postulauerat: &
fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

CAP. VII.

A IGitur Ierobaal, qui & Gedeon, de nocte cōsurgens, & ois populus
cū eo, venit ad fontē qui vocatur Harad. Erāt aūt castra Madian in

Gedeon q̄ril deo Israelē tradi Madianitis.

Mittit deus Gedeonē vt liberet Israelem.

1. Reg. 12. b

Signum à deo petit Gedeon q̄ certus sit se ab eo missum.

Gedeon offert deo holocaustū, qđ ignis totus absumit.

Timet Gedeon qđ angelum facie ad faciē viderit.

Pax dei cū Gedeone.

Altare.

Iubetur Gedeon euertere arā Baal pris sui, & altare deo construere.

Ioas pr̄ Gedeonis irridet ipsum Baal.

Gedeon, Ierobaal dicitus.

Spū dei īdutus Gedeō, procedit ad bellum.

Fides ei' in pmissiones dei accepto signo in vetere, corroborat.

Deus volēs

in ordinatiōe (i. & ordinabis siue pparabis ipsum)

viri ciuitatis

Et Ioas omnibus qui stabant aduersus eum

litigabitis p Baal, & saluū facietis (vel, liberabitis) eū? qui litigauerit pro eo,

Litiget cum

vel, phialam

valle ad septentrionalem plagã collis excelsi. Dixitq; dñs ad Gedeon, Multus tecũ est populus, nec tradetur Madian in manus eius: ne* glorietur cõtra me Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum. Loquere* ad populũ, & cunctis audiẽtibus prędica, Qui formidolosus, & timidus est, reuertatur. Recesserũtq; de monte Galaad, & reuersi sunt ex populo viginti duo millia virorũ, & tantum decem millia remãserunt. Dixitq;

B

dñs ad Gedeon, Adhuc populus multus est: duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi vt tecũ vadat, ipse pergat: quẽ ire prohibuero, reuertatur. Quumq; descendisset populus ad aquas, dixit dñs ad Gedeon, Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui aũt curuatis genibus biberint, in altera parte erũt. Fuit itaq; numerus eorũ qui manu ad os projiciente aquas, lambuerant, trecenti viri: oĩs aũt reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait dñs ad Gedeon, In trecentis viris qui lambuerũt aquas, liberabo vos, & tradã in manu tua Madian: oĩs autẽ reliqua multitudo reuertatur in locum

C

suũ. Sumptis itaq; pro numero cibarijs, & tubis, omnẽ reliquã multitudinẽ abire pręcepit ad tabernacula sua: & ipse cum trecentis viris se certamini dedit. Castra aũt Madian erant subter* in valle. Eadẽ nocte dixit dñs ad eũ, Surge, & descende in castra: qa tradidi eos in manu tua. Sin autẽ solus ire formidas, descendat tecũ Phara puer tuus. Et quũ audieris quid loquãtur, tũc confortabũtur manus tuę, & *securior ad hostium *castra descẽdes. Descẽdit ergo ipse & Phara puer eius *in partes castrorũ, vbi erant armatorũ vigilię. *Madian aũt & Amalec, & omnes orientales populi fusi iacebãt in valle, vt locustarũ multitudo: cameli aũt innumerabiles erãt, sicut arena quę iacet in littore maris. Quũq;

D

venisset Gedeon, narrabat aliqs somniũ proximo suo: & in hũc modũ referebat qđ viderat, Vidi somniũ, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descẽdere: quũq; peruenisset ad tabernaculũ, percussit illud atq; subuertit, & terrę funditus coęquauit. Rñdit is cui loquebatur, Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israelitę. tradidit enim dñs in manus eius Madian, & oĩa castra eius. Quũq; audisset Gedeon somniũ, & interpreta-

E

tionẽ eius, adorauit: & reuersus est ad castra Israel, & ait, Surgite, tradidit enim dñs in manus nostras castra Madian. Diuisitq; trecẽtos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorũ, lagenasq; vacuas, ac lãpades in medio lagenarũ. Et dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar *partẽ* castrorũ, & qđ fecero, sectamini. Quãdo personuerit tuba in manu mea, vos quoq; per castrorũ circuitũ clangite, & cõclamate, Dño & Gedeoni. Ingressusq; est Gedeon, *& trecenti* viri qui erant cũ eo in partẽ castrorũ, incipientibus vigilijs noctis medię, & custodibus suscitatis, cœperũt buccinis clangere, & cõplodere inter se lage-

F

nas. Quũq; per gyrũ castrorũ in tribus psonarent locis, & hydrias cõtregissent, tenuerũt sinistris manibus lãpades, & dextris sonantes tubas, clamaueruntq;, Gladius dñi & Gedeonis: stantes singuli in loco suo per circuitũ castrorũ hostium. Oĩa itaq; castra turbata sunt, & vociferãtes, vlulantesq; fugerunt: & nihilominus insistebant trecenti viri buccinis personãtes. Immisitq; dñs gladiũ in omnibus castris, & mutua se cęde truncabãt, fugientes vsq; ad Bethsceta*, *& crepidinem* Abelmehula in Tebbath. *Conclamãtes* autẽ viri Israel de Nephthali & Aser, & omni

G

Manasse persequebãtur Madian. Misitq; Gedeon nuncios in omnem mõtem Ephraim, dicens, Descendite in occursum Madian, & occupate aquas vsq; Bethbera* atq; Iordanẽ. *Clamauitq;* omnis Ephraim, & preoccupauit aquas atq; Iordanẽ vsq; Bethbera. Apprehensosq; duos *viros* Madian, Oreb & Zeb interfecit Oreb in petra Oreb, Zeb verõ in torculari Zeb. Et persequuti sunt Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

*forte
*nunc
*eum, (subaudi Gedeonẽ)
*ad
*ad extrema armatorũ qui erãt in castris.
*extremum
*centuria
*in Sarerath
*vel, ad limitẽ
*Congregati
*Congregatusq; est
*principes

Oĩa sibi soli tribui, iubet bellatorum numerũ minui.

Deu. 20. b
1. Mac. 3. g

Probantur ad aq̃s q̃s velit dñs gerere cũ Gedeone.

Gedeon cũ trecẽtis, pcedit ad bellũ contra Madianitas.

Descendit Gedeon in castra Madian.

Audit somnium narrari, significãs futuram victoriam.

Gedeoni cũ trecentis viris tradit deus Madianitas.

Psal. 82. c

Capiuntur. Esa. 10. f.
Psal. 82. c

CAPVT VIII.

A Viri Ephraim īsurgūt iurgantes in Gedeonē quos mitigat laudādo eos.

Dixeruntq; ad eum viri Ephraim, ᵃQuid est hoc quod facere voluisti, vt nos nō vocares quū ad pugnā pergeres cōtra Madian? & iurgantes fortiter, & propè vim inferentes. Quibus ille respondit, Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? nónne melior est racemus Ephraim, vindemijs Abiézer? In manus vestras dominus tradidit principes Madian, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod quū loquutus esset, requieuit spiritus eorū, quo tumebāt cōtra eum. Quūq; venisset Gedeon ad Iordanem, transiuit eum cum trecētis viris qui secum erant: & prę lassitudine, fugientes persequi nō poterant. Dixitq; ad viros Socoth, Date, obsecro, panes populo qui mecū est, quia valde defecerunt: vt possimus persequi Zébee & Salmana reges Madian.

ᵃ Cur hoc fecisti nobis.

B Socothitę negant Gedeoni pāes pseqūti Zebee & Salmana. Phanuel viri panes filijs Gedeōis exercitui negant.

Responderunt principes Socoth, Forsitan palmę manuum Zébee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas vt demus exercitui tuo panes? Quibus ille ait, Quum ergo tradiderit dominus Zébee & Salmana in manus meas, conteram carnes vestras cū spinis, tribulisq; deserti. Et inde conscendens, venit in Phanuel: loquutusq; est ad viros loci illius similia. Cui & illi responderunt sicut responderant viri Socoth. Dixit itaq; eis, Quum reuersus fuero victor in pace, destruam turrim hanc. Zébee aūt & Salmana requiescebant *cū omni exercitu suo. Quindecim enim millia viri remanserant ex omnibus turmis orientalium populorum, cęsis centum viginti millibus bellatorū, & educentium gladiū.

* in Carcar

C Osee.10.d.

Ascendensq; Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur ad orientalē partem Nobe, & Iegbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, & nihil aduersi suspicabantur. Fugeruntq; Zébee & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum. Reuertensq; de bello ᵇante solis ortū, apprehendit puerū de viris Socoth: interrogauitq; eum nomina principū & seniorum Socoth, & descripsit septuaginta septē viros. Venitq; ad Socoth, & dixit eis, En, Zébee & Salmana, super quibus exprobrastis mihi, dicētes, Forsitan manus Zébee & Salmana in manibus tuis sunt, et idcirco postulas vt demus viris qui lassi sunt, et defecerunt, panes?

Socothitę sētere pœnas īmisericordię suę.

ᵇ De super ascēsu solis, (vel, a solis ortu)

D Phanuel habitatores occidūtur. Zebee & Salmana interficiuntur. Psal.82.c.

Tulit ergo seniores ciuitatis, et spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis, atq; cōminuit viros Socoth. Turrim quoq; Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis. Dixitq; ad Zébee & Salmana, Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? Qui responderunt, Similes tui, & vnus ex eis quasi filius regis. Quibus ille respódit, Fratres mei fuerunt, filij matris meę: viuit dominus, quia si seruassetis eos, nos vos occiderem. Dixitq; *Iether primogenito suo, Surge, & interfice eos. Qui non eduxit gladiū: timebat enim, qa adhuc puer erat. Dixeruntq; Zébee & Salmana, Tu surge, & irrue in nos: quia iuxta ętatem robur est hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit

* ipsi

E Dñari Israeli deū, nō se, vult Gedeō. Danē inaures aureę Gedeoni a populo.

Zébee & Salmana: & tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorū decorari solent. Dixeruntq; omnes viri Israel ad Gedeon, Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberasti nos de manu Madian. Quibus ille ait, Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis dominus. Dixitq; ad eos, Vnam petitionem postulo à vobis, Date mihi inaures ex prędā vestra. Inaures enim aureas Ismahelitę habere consueuerant. Qui responderunt, Libentissimè dabimus. Expandentesq; super terrā palliū, proiecerunt in eo inaures de prędā: & fuit pondus postulatarum inauriū, mille septingēti auri sicli, absq; ᶜornamentis, & monilibus, & ᵈ

ᵈ lunulis.

F Ephod Gedeonis in offendiculū.

veste purpurea, quibus reges Madian vti soliti erant, & pręter torques aureas camelorū. Fecitq; ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatusq; est omnis Israel in eo, & factū est Gedeoni et omni domui eius in ruinam. Humiliatus est aūt Madian corā Israel.

filijs Israel,nec potuerunt vltrà ceruices eleuare:sed quieuit terra per
quadraginta annos qbus Gedeon prefuit. Abijt itaq; Ierobaal filius
Ioas,e habitauit in domo sua:habuitq; septuaginta filios,qui egres-
si sunt de femore eius,eo q plures haberet vxores. Concubina autē il-
lius,quam habebat in Sichem,genuit ei filium nomine Abimēlech. G
23 Mortuusq; est Gedeon filius Ioas in senectute bona, & sepultus est
in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri. Postquam aūt
mortuus est Gedeon,auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt i Baalim.
[a]Percusseruntq; cum Báal fœdus,[b] vt esset eis in deum: nec recordati
sunt domini dei sui,qui eruit eos de manibus inimicorum suorum om-
nium per circuitum: nec fecerunt misericordiam cū domo Ierobaal
Gedeon iuxta omnia bona quę fecerat Israeli.

CAP. IX.

A
ABijt autem Abimélech filius Ierobáal in Sichem ad fratres matris
suę,& loquutus est ad eos,e ad oēm cognationem domus patris
matrisq; suę,dicens,Loquimini ad oēs viros Sichem,Quid vobis est
melius,vt dominentur vestri septuaginta viri omnes filij Ierobáal:an
vt dominetur vobis vnus vir?simulq; considerate q os vestri,& ca-
ro vestra sum. Loquutiq; sunt fratres matris eius de eo ad omnes [a]vi
ros[b] Sichem vniuersos sermones istos,& inclinauerunt cor eorū post
Abimelech,dicentes,Frater noster est. Dederuntq; illi septuaginta pō
do argenti de Phano Baalberith. Qui cōduxit sibi ex eo viros inopes
e vagos,sequutiq; sunt eum. Et venit in domū patris sui in Ephra,&
occidit fratres suos filios Ierobáal septuaginta viros super lapidem
vnum:remansitq; Ioathan filius Ierobáal minimus,e abscōditus est.
Congregati sunt aūt omnes [a]viri[b] Sichē,e vniuersę familię [a]vrbis[b]
Mello:abieruntq;,e constituerunt regem Abimēlech iuxta quercum
*quę stabat in Sichem. Quod quū nuntiatum esset Ioatham, iuit &
B
stetit in vertice montis Garizim:eleuataq; voce,clamauit e dixit,Au-
dite me [a]viri[b] Sichem,ita vt audiat vos deus. Ierunt ligna, vt vnge-
rent super se regem:dixeruntq; oliuę,Impera nobis. Quę respondit,
Nunqd possum deserere pinguedinē meā,qua [a] e dij vtuntur,[b] e homi
nes:& venire vt [a]inter[b] ligna promouear? Dixeruntq; ligna ad arbo-
rem ficum. Veni,e super nos regnū accipe. Quę respondit eis,Nunqd
possum deserere dulcedinē meā,fructusq; suauissimos,e ire vt inter cę
tera ligna promouear? Loquutasq; sunt ligna ad vitem,Veni,e im-
pera nobis. Quę respondit eis,Nunqd possum deserere vinum meum,
quod lętificat deum e homines,e inter ligna cętera promoueri? Dixe-
runtq; omnia ligna ad rhamnū,Veni,e impera super nos. Quę respō
dit eis,Si verè me [a]regē vobis ɔstituitis,[b] venite,e sub vmbra mea [a]re
quiescite.[b] Si autem non vultis,egrediatur ignis de rhamno,e deuoret
cedros Libani. Nūc igitur si [a]rectè, & absq; peccato[b] ɔstituistis sup vos
C
regē Abimēlech,& bene egistis cum Ierobáal,e cū domo eius, e red-
didistis vicē beneficijs eius qui pugnauit pro vobis,e animā suā de-
dit periculis,vt erueret vos de manu Madian,qui nūc surrexistis cōtra
domū patris mei,e interfecistis filios eius septuaginta viros sup vnū
lapidem,e ɔstituistis regem Abimelech filiū ancillę eius super habita-
tores Sichem,eo q frater vester sit:si ergo [a]rectè, & absq; vitio[b] egistis
cum Ierobáal,e domo eius,hodie lętamini in Abimēlech, e ille lęte-
tur in vobis. sin autē peruersē,egrediatur ignis ex eo,e ɔsumat [a]habi-
tatores[b] Sichem,e [a]oppidum[b] Mello: egrediaturq; ignis de viris Si-
chem,e de oppido Mello,e deuoret Abimelech. Que quū dixisset,fu-
git,e abijt in Bē ra:habitauitq; ibi ob metum Abimelech fratris sui.
Regnauit itaq; Abimelech super Israel tribus annis. Misitq; dn̄s spi
D
ritū pessimū inter Abimelech,e habitatores Sichem:qui cœperūt eum
detestari,e scelus interfectionis septuaginta filiorū Ierobáal,e effusio
nē sanguinis eorū conferre in Abimelech fratrem eorum, e in cęteres

[a] Posueruntque sibi Baalberith.e infra.

[a] dominos e infra.

[a] domini (vel, principes)
[a] domus
* statuę(nōnulli vertūt quercum procerā, vt sit expositio hebraismi)
[a] domini
[a] honorificantur dij.
[a] super e infra.

[a] vngitis i regē super vos,
[a] sperate.
[a] in veritate & simplicitate

[a] in veritate e simplicitate
[a] dominos
[a] dominum

70. filij Gedeonis, ex pluribus vxoribus.

Abimelech. Morit Gedeon.

Abimelech filius Gedeonis occidit 70. fratres suos.

Ioathā filius Gedeonis minimus abscōditur.

Abimelech ɔstituit rex.

Ionatham, pposita lignorū parabola, pdicit interitū Sichimitarum e Abimelech.

Dn̄s immisit spm̄ odij inter Sichimitas e Abimelech,eiq; insidiātur.

Sichimorum principes qui eum adiuuerant. Posueruntq; insidias aduersum eum in summitate montiũ: ᵉ dum illius prestolarentur aduētum, ˡ exercebant latrocinia, agentes predas de pretereuntibus. Nuntiatumq; est Abimelech. Venit autem Gaal filius Obed cũ fratribus suis, & trãsiuit in Sichimã. ᵃ Ad cuius aduentũ erecti ˢ habitatores Sichẽ, egressi sunt in agros ᵃ vastãtes ˢ vineas, vuasq; calcãtes: & factis cũtãtiũ choris ingressi sunt phanũ dei sui, & inter epulas & pocula male dicebãt Abimelech, clamãte Gaal filio Obed, Quis est iste Abimelech, ᵉ que est Sichem, vt seruiamus ei? nunquid non est filius Ierobáal, & constituit principem Zebul ᵃ seruum suum sup viros ˢ Emor patris Sichem? Cũr ergo seruiemus ei? vtinam daret aliquis populũ istum sub manu mea, vt auferrẽ de medio Abimelech. Dictũq; est Abimelech, Cõgrega exercitus multitudinem, ᵉ veni. Zebul enim princeps ciuitatis auditis sermonibus Gaal filij Obed, iratus est valde, et misit clàm ad Abimelech nuntios, dicens, Ecce, Gaal filius Obed, venit in Sichimam cum fratribus suis, ᵉ oppugnat aduersum te ciuitatẽ. Surge itaq; nocte cum populo qui tecũ est, ᵉ latita in agro: et primo mane oriente sole, irrue super ciuitatem. illo autẽ egrediẽte aduersum te cũ populo suo, fac ei quod potueris. Surrexit itaq; Abimelech cũ omni exercitu suo nocte, et tetendit insiddias iuxta Sichimam ᵃ in quatuor locis. ˢ Egressusq; est Gaal filius Obed, et stetit in introitu portę ciuitatis. Surrexit autem Abimelech, ᵉ omnis exercitus cum eo de insidiarum loco. Quumq; vidisset populum * Gaal, dixit ad Zebul, Ecce, de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit, Vmbras montium vides quasi capita hominum, ᵉ hoc errore deciperis. ˡ Rursumq; Gaal ait, Ecce, populus de vmbilico terrę descendit, ᵉ vnus ᵃ cuneus ˢ venit per viam ᵃ quę respicit quercum. ˢ Cui dixit Zebul, vbi est nũc os tuũ, quo loquebaris, Quis est Abimelech vt seruiamus ei? Nonne hic populus est, quem despiciebas: Egredere, ᵉ pugna contra eum. Abijt ergo Gaal, ᵃ spectante ˢ Sichimorũ populo, & pugnauit cõtra Abimelech, qui * persequutus est eum fugientem, ᵉ in vrbẽ compulit ˡ cecideruntq; ex parte eius plurimi, vsq; ad portam ciuitatis, ᵉ Abimelech sedit in Ruma. Zebul autem, Gaal, ᵉ ᵃ socios ˢ eius expulit de vrbe, nec in ea passus est cõmorari. ˡ Sequenti ergo die egressus est populus in cãpum. Quod quum nuntiatũ esset Abimelech, tulit exercitum suũ, & diuisit in tres turmas, tendens insidias in agris. Vidensq; q egrederetur populus de ciuitate, surrexit, ᵉ irruit in eos, cum ᵃ cuneo suo, ˢ oppugnans & obsidens ciuitatem: ᵃ due aũt turmę ᵃ palantes per campum aduersarios persequebantur. ˢ Porrò Abimelech omni die illo oppugnabat vrbem: quã cepit, interfectis habitatoribus eius, ipsaq; destructa, ita vt sal in ea dispergeret. Quod quum audissent qui habitabãt in turre Sichimorũ, ingressi sunt phanum dei sui Berith, ᵉ vbi fœdus cũ eo pepigerant, ᵉ ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde. ˡ Abimelech quoq; audiens viros turris Sichimorũ pariter cõglobatos, ascendit in montẽ Selmon cũ omni populo suo: & arrepta securi, pręcidit arboris ramũ, impositumq; ferens humero, dixit ad socios, Quod me vidistis facere, citò facite. Igitur certatim ramos de arboribus pręcidentes, sequebantur ducem. ᵃ Qui circundantes presidium, ˢ succenderunt: atq; ita factum est vt ᵉ fumo & ˡ igne * mille hominũ necarentur, viri pariter & mulieres habitatores turris Sichem. Abimelech aũt inde proficiscens venit ad oppidum Thebes, quod circundãs obsidebat exercitu. Erat aũt turris excelsa in media ciuitate, ad quã cõfugerant simul viri ac mulieres, ᵉ omnes principes ciuitatis clausa firmissime ianua, ᵉ super turris tectum stantes ᵉ per propugnacula. ˡ Accedensq; Abimelech iuxta turrim, pugnabat fortiter: ᵉ appropinquãs ostio, ignem supponere nitebatur; & ecce, vna mulier fragmen molę

Margin (left):
Gaal pugnat contra Abimelech
B
Expugnat exercitus Gaal ab Abimelech
F
Gaal eijcit ex Sichem.
Abimelech destruit vrbẽ Sichem, interfectis habitatoribus.
Turris Sichem cum 1000. hominibus, cõburitur.
Supra. 8. g.
G
Abimelech oppugnans ciuitatem Thebes, a muliere interficitur.

Margin (right):
ᵃ In quo cõfisi
ᵃ incidentes
ᵃ Seruite viris
ᵃ quatuor duces. (LXX, quatuor ordines)
* ipse
ᵃ vnus
ᵃ quercus Meonenim.
ᵃ vel, coram
* Abimelech
ᵃ fratres
ᵃ capitibus q erant secum.
ᵃ grassabantur aduersus oẽs q erãt in agro, ᵉ percusserũt eos
ᵃ ᵉ posuerunt eos iuxta turrim, &
* fere

ᵃ vel, ceruicē

desuper iaciens, illisit capiti Abimelech, & confregit ᵃcerebrum ˡ eius. Qui vocauit citò armigerum suum, & ait ad eum, Euagina gladium tuum, & percute me, ne fortè dicatur quod à fœmina interfectus sim. Qui iussa perficiens, interfecit eum. Illo quoq; mortuo, omnes qui cum eo erant de Israel, reuersi sunt in sedes suas: & reddidit deus malum quod fecerat Abimelech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis. Sichimitis quoq; quod operati erant, retributū est, & venit super eos maledictio Ioatham filij Ierobáal.

2. Reg. 11. A

CAP. X.

ᵃ vt liberaret Israelem
ᵇ filij Dodo,
ᶜ in monte

POst Abimelech surrexit ᵃdux in Israel ˡ Thola filius Phua ᵇpatrui Abimelech, ˡ vir de Issachar, qui habitauit in Samir ᶜmontis ˡ Ephráim: & iudicauit Israelē viginti & tribus annis: mortuusq; est, ac sepultus in Samir. Huic successit Iair Galaadites, qui iudicauit Israelem per viginti & duos annos, habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, & principes triginta ciuitatum, quę ex nomine eius sunt appellatę Auoth Iair, id est oppida Iair, vsque in pręsentē diem in terra Galaad. Mortuusq; est Iair: ac sepultus in loco, cui est vocabulum Camon.

A Thola, dux Israel, cōstituitur. Huic successit Iair.

ᵃ rursum,

Filij autem Israel ᵃpeccatis veteribus iungentes noua, ˡ fecerunt malum in conspectu domini, & seruierunt idolis Baalim & Astaroth, & dijs Syrię ac Sidonis & Moab & filiorum Ammon & Philisthijm: dimiseruntq; dominū, & nō coluerunt eum. Cōtra quos dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthijm & filiorum Ammon. Afflictiq; sunt, & vehementer oppressi per annos decē & octo omnes qui habitabant trans Iordanē in terra Amorrhęi, quę est in Galaad: intantum vt filij Ammon Iordane transmisso vastarēt Iudam & Beniamin & Ephráim: afflictusq; est Israel nimis.

B Ob idololatriā filij Israel traduntur in Philisthinorum.

ᵃ Mahon.

Et clamantes ad dominum, dixerunt, Peccauimus tibi, quia dereliquimus deum nostrum, & seruiuimus Baalim. Quibus loquutus est dominus, Nunquid non Aegypti & Amorrhęi, filijq; Ammon & Philisthijm, Sidonij quoque & Amalec & ᵃChanáan ˡ oppresserunt vos: & clamastis ad me, & erui vos de manu eorum? Et tamen reliquistis me, & coluistis deos alienos: idcirco non addam vt vltra vos liberem. Ite, & inuocate deos quos elegistis, ipsi vos liberent in tempore angustię vestrę. Dixeruntq; filij Israel ad dominum, Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet: tantum nunc libera nos. Quę dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum idola proiecerunt, & seruierunt domino deo: qui ᵃdoluit super miserijs eorum. ˡ

C Cōfitentes pctm̄ suum, clamant ad ipsum. Exprobrat deus Israeli qd̄ a se aduti, tn̄ ipm reliquerint.

ᵃ & angustijs affecta est aia eius ppter laborē eorum,
ᵇ conueniētes (vl̄ ɔgregati,)

Itaque filij Ammon ᵇconclamantes, ˡ in Galaad fixere tentoria: contra quos cōgregati filij Israel, in Maspha castrametati sunt. Dixeruntq; principes Galaad singuli ad proximos suos, Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

D Nō cessantibus ɔfiteri pcm̄, & sem p clamāti miseret de'.

CAP. XI.

ᵃ quē pepererat ipsi

FVit itaque illo in tempore Iephte Galaadites vir fortissimus atq; pugnator, filius mulieris meretricis, ᵃqui natus est de ˡ Galaad. Habuit autem Galaad vxorem, de qua suscepit filios: qui postquam creuerant, eiecerunt Iephte dicentes, Hęres in domo patris nostri esse nō poteris, quia de altera matre natus es. Quos ille fugiēs, atq; deuitans, habitauit in terra Tob: congregatiq; sunt ad eum viri inopes, ᵇ& latrocinantes, ˡ & quasi principem sequebantur.

A Iephte meretrice matre natus fugit frēs suos. Iephte ɔstituit sup Israelem.

ᵃ Post aliquot dies

ᵃIn illis diebus ˡ pugnabant filij Ammon contra Israel. Quibus acriter instantibus perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent ᵇin auxilium sui ˡ Iephte de terra Tob: dixeruntq; ad eum, Veni, & esto princeps noster, & pugna contra filios Ammon. Quibus ille respōdit, Nōnne vos estis qui odistis me, & eiecistis de domo patris mei, & nunc venistis ad me ᵃnecessitate ˡ compulsi?

ᵃ angustia

Dixeruntq; principes Galaad ad Iephte, Ob hanc igitur caussam nunc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, sisque dux omnium qui habitant in Galaad. Iephte quoque dixit eis, Si verè venistis ad me,

B

vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritq; eos dominus in manus meas, ego ero vester princeps? Qui responderunt ei, Dominus qui hęc audit, ipse mediator ac testis est ꝙ nostra promissa faciemus. Abijt itaq; Iephte cum principibus Galaad, fecitq; eum omnis populus principem sui. Locutusq; est Iephte omnes sermones suos coram domino in Maspha. Et misit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex persona sua dicerent, Quid mihi & tibi est, quia venisti cótra me, vt vastares terram meam? Quibus ille respondit, Quia tulit Israel terram meá, quando ascendit de Aegypto à finibus Arnon vsq; Ieboc atq; Iordanẽ: nunc ergo cũ pace redde mihi eam. Per quos rursum mandauit Iephte, & imperauit eis vt dicerent regi Ammon, Hęc dicit Iephte, Nõ tulit Israel terrá Moab, nec terram filiorũ Ammon: sed quando de Aegypto cõscenderunt, ambulauit per solitudinẽ vsq; ad mare rubrum, & venit in Cades. Misitq; *nuntios ad regem Edom, dicens, Dimitte vt transeam terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoq; ad regem Moab, qui & ipse transitum prębere contempsit. Mansit itaq; in Cades, & circuiuit ex latere terram Edom, & terram Moab: venitq; ad orientalẽ plagam terrę Moab, & castra metatus est trans Arnon: nec voluit intrare terminos Moab: Arnon quippe confinium est terrę Moab. Misit itaq; Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhęorum, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei, Dimitte vt transeam per terram tuá vsq; ad fluuium. Qui & ipse Israel verba despiciens, non dimisit eum transire per terminos suos: sed ˢin-finita multitudine congregataˡ egressus est contra eum in Iasa, & fortiter resistebat. Tradiditq; eum dominus in manus Israel cum omni exercitu suo, & percussit eum, & possedit omnem terrá Amorrhęi habitatoris regionis illius, & vniuersos fines eius de Arnon vsq; Ieboc, & de solitudine vsq; ad Iordanem. Dominus ergo deus Israel subuertit Amorrhęum, pugnante contra illũ populo suo Israel, & tu nunc vis possidere terrá eius? Nonne ea quę ˢpossedit Chamosˡ deus tuus, tibi iure debẽtur? Quę aũt dominus deus noster victor obtinuit, in nostrá cedent possessionẽ: nisi forte melior est Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes, ꝙ iurgatus sit cõtra Israel, & pugnauerit cõtra eum, quádo habitauit in Hesebon, & viculis eius, & in Aroer, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta ˢIordanẽˡ per trecentos annos. Quare tanto tẽpore nihil super hac repetitione tentastis? Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me male agis, indicens mihi bella non iusta. Iudicet dominus arbiter huius diei inter Israel, & inter filios Ammon.

Noluitq; acquiescere rex filiorum Ammon verbis Iephte, quę per nuntios mandauerat. Factus est ergo super Iephte spiritus domini, & circuiens Galaad, & Manasse, Maspha quoq; Galaad, & inde transiens ad filios Ammon, votũ vouit domino, dicens, Si tradideris filios Ammon in manus meas: quicũq; primus fuerit egressus de foribus domus meę, mihiq; occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon, eum holocaustum offeram domino. Transiuitq; Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit dominus in manus eius. Percussitq; ab Aroer vsq; dum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vsque ad Abel, quę est vineis consita, plaga magna nimis. humiliatiq; sunt filij Ammon à filijs Israel. Reuertenti autem Iephte in Maspha domum suam, occurrit ei vnigenita filia sua cũ tympanis & choris. non enim habebat alios liberos. Qua visa scidit vestimenta sua, & ait, Heu me filia mi, ˢdecepisti me, & ipsa decepta es.ˡ aperui enim os meum ad dominum, & aliud facere nõ potero. Cui illa respondit, Pater mi si aperuisti os tuum ad dominum, fac mihi quodcunq; pollicitus es, concessa tibi vltione ᵇatq; victoriaˡ de hostibus tuis. Dixitq; ad patrem, Hoc solum mihi pręsta quod deprecor. Dimitte me vt duobus mensibus

[Left margin:]
C
Petit Iephte p nũtios ab Ammonitis quare Israelitas affligant.
Num. 21. f.
Ammó repetit terras suas ab Israelitis possessas.
Num. 20. c.
D
Num. 21. c. & e.
E
Num. 22. a.
Ammónitę superbi.
Spiritu dei accensus Iephte inuadit Ammonitas. F
Votũ Iephte.
Vincuntur Ammonitę ab Iephte.
Iephte immolat filiá suá q sibi vna occurrerat.
G
Aperire os suus ad deũ & vouere.

[Right margin:]
* ipse Israel
ˢ omni populo suo congregato
ˢ possidere faciet te
ˢ terminos Arnon
ˢ incuruãdo incuruare fecisti me (.i. merore affecis me) vna ꝑ es q me etiam turbet

sibus circumeam montes, & plangã virginitatẽ meam cum sodalibus meis. Cui ille rñdit, Vade. Et dimisit eam duobus mensibus. Quũq; abijsset cum socijs ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus. Expletisq; duobus mensibus, reuersa est ad patrem suũ, & fecit ei sicut vouerat, quę ignorabat virum. Exinde mos increuit in Israel, & consuetudo seruata est, vt post anni circulũ conueniant in vnum filię Israel, [a]& plangant filium Iephte Galaaditę diebus quatuor.

[a] ad alloquendum. Heb.

CAPVT XII.

A — Seditio Ephraim cõtra Iephte.

ECce autem in Ephraim orta est seditio. nam transeuntes contra aquilonem, dixerunt ad Iephte, Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus te & domum tuam. Quibus ille respondit, Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens: vocauiq; vos vt pręberetis mihi auxilium, & facere noluistis. Quod cernens, posui animam meam in manibus meis, transiuiq; ad filios Ammon, & tradidit eos dominus in manus meas. Quid commerui, vt aduersum me consurgatis in prelium? Vocatis itaq; ad se cunctis viris de Galaad, pugnabat contra Ephraim: percusseruntq; viri Galaad Ephraim, quia dixerat, Fugitiuus est Galaad de Ephraim, e habitat in medio Ephraim & Manasse. Occupaueruntq; Galaaditę vada Iordanis, per quę Ephraim reuersurus erat. Quumq; venisset ad ea de Ephraim numero, fugiens, atq; dixisset, Obsecro vt me transire permittas: dicebant ei Galaaditę, Nunquid Ephrathęus es? Quo dicente, Non sum: interrogabant eum, Dic ergo Schibboleth, quod interpretatur spica. Qui respondebat, Sibboleth: eadem litera spicam exprimere non valens. Statimq; apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadragintaduo millia. Iudicauit itaq; Iephte Galaadites Israel sex annis: & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. Post hunc iudicauit Israel Abesan de Bethlehem: qui habuit triginta filios, & totidem filias: quas emittens foras, maritis dedit, & eiusdem numeri filijs suis accepit vxores, introducens in domũ suam. Qui septem annis iudicauit Israel, mortuusq; est, ac sepultus in Bethlehem. Cui successit Elon Zabulonites: & iudicauit Israel decem annis: mortuusq; est ac sepultus in Zabulon. Post hunc iudicauit Israel Abdon, filius Elel Pharatonites: qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarum, & iudicauit Israel octo annis: mortuusq; est ac sepultus in Pharathon terrę Ephraim, in monte Amalec.

Conuenit autem Ephraim.
Vir rixę fui ego & populus meus. Heb.
i. obieci me periculis. Heb.
Abiecti ipsi Ephraim estis vos Galaaditę in medio Ephraim, & in medio Manasse.
& non poterat sic loqui.
Aialon. Hr

B — Pugna Iephte cõtra Ephraim.

C — Moritur Iephte. Abesan iudicat Israelem.

D — Elon ei succedit. Post quẽ, Abdon.

CAPVT XIII.

A — Idololatrę filij Israel, traduntur Philisthęis. Sãsonis natiuitas pręnuntiatur Manue patri eius.

RVrsumq; filij Israel fecerunt malum in cõspectu domini: qui tradidit eos in manus Philisthinorũ quadraginta annis. Erat autem quidam vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue, habẽs vxorem sterilem. Cui apparuit angelus domini, & dixit ad eam, Sterilis es & absq; liberis: sed concipies & paries filium. caue ergo ne bibas vinũ ac siceram, nec immundum quicquam comedas: quia concipies & paries filium, cuius no tanget caput nouacula: erit enim nazaręus dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorũ. Quę quum venisset ad maritum suum, dixit ei, Vir dei venit ad me, habens vultum angelicũ, terribilis nimis. Quem quũ interrogassem quis esset, & vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere, sed hoc respondit, Ecce concipies & paries filiũ: caue ne vinum bibas nec siceram, & ne aliquo vescaris immundo: erit enim puer nazareus dei ab infantia sua, & ex vtero matris suę, vsq; ad diem mortis suę. Orauit itaq; Manue dominũ, & ait, Obsecro domine, vt vir dei quem misisti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus facere de puero qui nasciturus est. Exaudiuitq; dñs deprecantem

non interrogaui
nõ indicauit mihi,
dixit,

B — Sãson nazaręus liberatur Israelẽ. Orat Manue qd agẽdũ de filio nascituro.

Angel⁹ apparet Manue.

Manue, & apparuit rursum angelus dei vxori eius sedenti in agro. Ma-
nue autē maritus eius non erat cum ea. Quę quum vidisset angelum,
festinauit, & cucurrit ad virum suum: nuntiauitq́; ei, dicens, Ecce ap-
paruit mihi vir quem antè videram. Qui surrexit, & sequutus est vxo-
rem suā: veniensq́; ad virum dixit ei, Tu es qui loquutus es mulieri?
C Et ille rñdit, Ego sum. Cui Manue, Quādo, inquit, sermo tuus fuerit
expletus, quid vis vt faciat puer? aut à quo se obseruare debebit?
Dixitq́; angelus domini ad Manue, Ab oībus quę loquutus sum vxo-
ri tuę, abstineat se: quicquid ex vinea nascitur, non comedat: vinum
& siceram non bibat, nullo vescatur immundo: & quod ei pręcepi, im-
pleat atque custodiat. Dixit itaq; Manue ad angelum dñi, Obsecro
te vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris.
Cui respondit angelus, Si me cogis, non comedam panes tuos: si au-
tē vis holocaustum facere, offer illud dño. Et nesciebat Manue quòd
angelus domini esset. Dixitq́; ad eum, Quod est tibi nomen, vt si ser-
mo tuus fuerit expletus, honoremus te? Cui ille respondit, Cur quęris
D nomen meū, quod est mirabile? Tulit itaq; Manue hœdū de capris,
& libamenta, & posuit super petram, offerens domino qui facit mira-
bilia: ipse autē & vxor eius intuebantur. Quumq́; ascenderet flamma
altaris in cœlum, angelus domini pariter in flāma ascendit. Quod
quum vidisset Manue, & vxor eius, proni ceciderunt in terrā, & vltrà
eis non apparuit angelus domini. Statimq́; intellexit Manue ange-
lum domini esse, & dixit ad vxorem suam, Morte moriemur, quia vi-
dimus dominum. Cui respondit mulier, Si dominus nos vellet occi-
dere, de manibus nostris holocaustū & libamenta non suscepisset, nec
ostendisset nobis hęc omnia, neque ea quę sunt ventura, dixisset. Pe-
perit itaque filium, & vocauit nomen eius Samson. Creuitq́; puer, &
benedixit ei dominus. Cœpitq́; spiritus domini esse cum eo in castris
Dan inter Saraa & Esthaol.

Angel⁹ nō vult sibi offerri holocaustū: sed deo.

Manue offerre deo holocaustū.

Nascitur Samson.

qd erit iudicium pueri, & opus ei. Heb.

tardes hic aliquantulum, retardaueris, cum

vel, occultū

& sm tps nō audire fecisset nos talia. Heb.

roborare eū

CAP. XIIII.

A DEscendit ergo Samson in Thamnātha, vidensq́; ibi mulierē de
filiabus Philisthijm, ascendit, & nuntiauit patri suo, & matri suę,
dicēs, Vidi mulierē in Thamnātha de filiabus Philisthinorum: quā
quęso vt mihi accipiatis vxorē. Cui dixerunt pater suus & mater, Nū-
quid nō est mulier in filiabus fratrum tuorū, & in omni populo tuo,
quia vis accipere vxorem de Philisthijm, qui incircūcisi sunt? Dixitq́;
Samson ad patrem suum, Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis.
Parentes autē eius nesciebant quòd res à domino fieret, & quęreret oc-
casionē contra Philisthijm. eo enim tempore Philisthijm dominaban-
B tur Israeli. Descendit itaque Samson cum patre suo & matre in Thā-
nātha. Quumq́; venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leōis
sęuus, & rugiens, & occurrit ei. Irruit autem spiritus domini in
Samson, & dilacerauit leonem, quasi hœdum in frusta decerperet,
nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare.
Descenditq́;, & loquutus est mulieri quę placuerat oculis eius. Et
post aliquot dies reuertens vt acciperet eā, declinauit vt videret cada-
uer leonis, & ecce examē apum in ore leonis erat ac fauus mellis.
Quem quum sumpsisset in manibus, comedebat in via: veniensq́; ad
patrem suū & matrem, dedit eis partem, qui & ipsi comederunt: nec tñ
eis voluit indicare quòd mel de corpore leonis assumpserat. Descen-
C dit itaq; pater eius ad mulierē, & fecit filio suo Samson conuiuiū. sic
enim iuuenes facere consueuerant. Quū ergo ciues loci illius vi-
dissent eū, dederunt ei sodales triginta qui essent cū eo. Quibus loquu-
tus est Sāson, Proponā vobis problema: quod si solueritis mihi in-
tra septem dies conuiuij, dabo vobis triginta sindones, & totidē tuni-
cas. si autē non potueritis soluere, vos dabitis mihi triginta sindones,
& eiusdē numeri tunicas. Qui rñderunt ei, Propone pblema, vt au-

Sāson ducit vxorē de filiabus Philisthijm.

Sāson leōis catulum dilacerat.

Mel cū apiū examine in corpe leōis.

Nuptię Sāsonis.

Sāson sodalib⁹ suis ponit pblema de leōe

meo,

Thamnat,

Transiuit

corpore

mel.

indicaueritis mihi, & inueneritis,

linteamina,

mutatorias vestes.

diamus. Dixitq; eis, De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Nec potuerunt per tres dies propositionem soluere. Quumq; adesset dies septimus, dixerunt ad vxorē Samson, Blandire viro tuo, & suade ei vt indicet tibi quid significet problema. quod si facere nolueris, incēdemus te, & domum patris tui. an idcirco vocastis nos ad nuptias vt spoliaretis? Quę fundebat apud Sāson lachrymas, & querebatur, dicens, Odisti me & non diligis: idcirco problema quod proposuisti filijs populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit, Patri meo, & matri nolui dicere: & tibi indicare potero? Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum: tandem q; die septimo quū ei esset molesta, exposuit. Quę statim indicauit ciuibus suis. Et illi dixerunt ei die septimo ante solis occubitum, Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos, Si nō arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionē meam. Irruit itaque in eū spiritus domini, descenditq; Ascalonem, & percussit ibi triginta viros: quorū ablatas vestes dedit ijs qui problema soluerant. Iratusq; nimis ascendit in domū patris sui: vxor autē eius accepit maritum vnum de amicis eius & pronubis.

Suade nobis

illis ppli sui. tulit exuuias, & dedit mutatorias vestes sodalib' ei' q soci' ei fuerat (.i. q iuuerat eū in nuptijs celebrandis)

Vxori exponit problema

Vxor Sāsonis alteri datur.

D

CAPVT XV.

Post aliquantulū autem temporis, quū dies triticeę messis instarēt, venit Samson inuisere volēs vxorem suam, & attulit ei hœdum de capris. Quumq; cubiculū eius solito vellet intrare, prohibuit illum pater illius, dicens, Putaui quòd odisses eam, & ideo tradidi illā amico tuo: sed habet sororem, quę iunior & pulchrior illa est, sit tibi pro ea vxor. Cui Samson rńdit, ab hac die non erit culpa in me contra Philisthęos, faciam enim vobis mala. Perrexitq;, & cepit trecētas vulpes, caudasq; earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio: quas igne succendens dimisit vt huc illucq; discurrerent. Quę statim perrexerunt in segetes Philisthinorū. Quibus succensis, & comportatę iam fruges, & adhuc stantes in stipula, concrematę sunt, intantum vt vineas quoq;, & olueta, flāma cōsumeret. Dixeruntq; Philisthijm, Quis fecit hanc rē? Quibus dictū est, Sāson gener Thānathęi: quia tulit vxorē eius, & alteri tradidit, hęc operatus est. Ascenderūtq; Philisthijm: & cōbusserunt tam mulierē quàm patrē eius. Quibus ait Sāson, Licet hęc feceritis, tn̄ adhuc ex vobis expetā vltionē, & tunc quiescā. Percussitq; eos ingenti plaga, ita vt stupētes surā femori imponerent. Et descendēs habitauit in spelūca petrę Etā. Igit ascēdentes Philisthijm in terrā Iuda castrametati sunt in loco, qui postea vocatus est Lechi, id est maxilla: vbi eorū fusus est exercitus. Dixerūtq; ad eos de tribu Iuda, Cur ascēdistis aduersuz nos? Qui rńderunt, Vt ligemus Sāson venimus, & reddamus ei quę in nos opatus est. Descenderunt ergo tria millia virorū de Iuda, ad specū silicis Etā, dixeruntq; ad Sāson, Nescis quòd Philisthijm imperent nobis? q̄re ergo hoc facere voluisti? Quibus ille ait, Sicut fecerunt mihi, sic feci eis. Ligare, inquiunt, te venimus, & tradere in manus Philisthinorū. Quibus Sāson, Iurate, ait, & spondete mihi quòd non occidatis me. Dixerunt, non te occidemus, sed vinctum trademus. Ligaueruntq; eum duobus nouis funibus, & tulerūt eum de petra Etam. Qui quū venisset ad locum Maxillę, & Philisthijm vociferantes occurrissent ei, irruit spūs dn̄i in eū: & sicut solēt ad ardorē ignis lina cōsumi, ita vincula qbus ligatus erat, dissipata sunt & soluta. Inuentamq; maxillā, id est mandibulā asini, q̄ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros, & ait, In maxilla asini, in mādibula pulli asinarum deleui eos, & percussi mille viros. Quumq; hęc verba canens complesset, proiecit mādibulam de manu, & vocauit nomen loci illius Ramathlechi, quod interpretatur eleuatio maxillę. Sitiensq; valde, clamauit ad dominum, & ait, Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victoriam: &

sodali

innocēs sum semel erga Philisthęos, si fecero eis malum.

caudarum

faces

in aceruos

sodali eius

coxa super femur plaga magna. Hebraismus. (Chald. interp. & eqtes cū peditibus. Alij ō ijs q fugiētes cadebāt in facies, coxa super femur, exponūt.)

cacumine

extēdit se

summitatem

cōtingetis

in man' eorū

Lechi,

A cemū aceruorum, in maxilla asini

Vide nomina Hebręa.

A

Sāson pp ablatā vxorē, incensis vulpiū caudis segetes Philisthinorū exurit.

B

Cōburitur vxor Sāson a Philisthęis.

Sāson ligatus traditur Philisthęis.

C

Maxilla asini, spiritu dei motus, mille viros occidit.

D

Victoriam deo tribuit. aqs è dente molari asini fluctib, sitim leuat.

en siti morior, incidamq; in manus incircuncisorum. Aperuit itaq; dominus molarem dentẽ in maxilla asini, & egressę sunt ex eo aquę. Quibus haustis refocillauit spiritum suum, & vires recepit. Idcirco appellatum est nomen loci illius, Fons inuocantis de maxilla: vsq; in pręsentẽ diem. Iudicauitq; Israel in diebus Philisthijm viginti annis.

Rupit

qui erat in Lechi:

CAPVT XVI.

A

Sãson ingreditur ad mulierem meretricem.

Portas Gazę sublatas, in montem defert.

Sãson amat Dalilã, quã sępe eludit petẽtẽ in quo est eius maxima fortitudo.

B

ABijt quoq; in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricẽ, ingressusq; est ad eam. Quod quum audissent Philisthijm, & percrebuisset apud eos, intrasse vrbem Samson, circundederunt eum, positis in porta ciuitatis custodibus: & ibi tota nocte cum silentio pręstolantes, vt facto mane exeuntẽ occiderent. Dormiuit autẽ Sãson vsque ad mediũ noctis: & inde consurgens *apprehendit ambas portę fores cum postibus suis & sera, impositasq; humeris suis portauit ad verticem montis qui respicit Hebron. Post hęc amauit mulierem, quę habitabat in valle Sorec, & vocabatur Dalila. Veneruntq; ad eã principes Philisthinorum, atq; dixerunt, Decipe eum, & disce ab illo in quo habeat tantam fortitudinem, & quomodo eum superare valeamus, & vinctum affligere quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & centum argenteos. Loquuta est ergo Dalila ad Samson, Dic mihi obsecro, in quo sit tua maxima fortitudo, & quid sit quo ligatus erumpere nequeas. Cui respondit Samson, Si septem neruiceis funibus necdum siccis, & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero vt cęteri homines. Attuleruntq; ad eam satrapę Philisthinorum septem funes, vt dixerat: quibus vinxit eum, latentibus apud se insidijs, & in cubiculo finẽ rei expectantibus: clamauitq; ad eum, Philisthijm super te Samson. Qui rupit vincula quomodo si rumpat quis filum de stupa tortum sputamine cum odorẽ ignis acceperit: & non est cognitũ in quo esset fortitudo eius. Dixitq; ad eum Dalila, Ecce illusisti mihi, & falsũ loquutus es: saltem nunc indica mihi quo ligari debeas. Cui ille respõdit, Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum similis. Quibus rursum Dalila vinxit eum, & clamauit, Philisthijm super te Samson: in cubiculo insidijs pręparatis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum. Dixitq; Dalila rursum ad eum, Vsquequo decipis me, & falsum loqueris? ostende quo vinciri debeas. Cui respondit Samson, Si, inquit septem crines capitis mei cum licio plexueris, & clauum his circũligatum terrę fixeris, infirmus ero. Quod quũ fecisset Dalila, dixit ad eum. Philisthijm super te Samson. Qui cõsurgens de somno extraxit clauum cum crinibus, & licio. Dixitq; ad eum Dalila, Quomodo dicis quòd amas me, quũ animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua. Quumq; molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhęreret, spatium ad quietem non tribuẽs, defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est. Tunc aperiens veritatẽ rei, dixit ad eam, Ferrum nunquam ascendit super caput meũ, quia nazaręus, id est, cõsecratus domino sum de vtero matris meę: si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiã, eroq; sicut cęteri homines. Vidensq; illa quòd cõfessus ei esset omnem animum suum, misit ad principes Philisthinorum ac mandauit, Ascendite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit *cor suum. Qui ascenderunt assumpta pecunia quam promiserant. At ille dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauitq; tonsorem, & rasit septem crines eius, & cœpit abigere eum, & à se repellere: statim enim ab eo fortitudo discessit: dixitq;, Philisthijm super te Samson. Qui de somno consurgens, dixit in animo suo, Egrediar sicut antè feci, & me excutiam: nesciens quòd recessisset ab eo dominus. Quem quum apprehendissent Philisthijm, statim eruerunt oculos eius, & du-

Gazitę,

*media nocte

possis affligi.

virgis viridibus necdum siccis

virgas virides necdum siccas,

in cubiculo

virgas

C

Sãson tãdẽ indicat Dalilę in quo sit sua fortitudo, & decipitur.

D

Sãsoni deficit fortitudo.

Apprehensũ Sãsonẽ excęcãt Philisthijm.

E

verbis suis coartaret eum oĩbus dieb, & molestaret eũ, ita vt angustijs afficeretur aĩa ipsius vsq; ad mortẽ.

cor suum,

Nouacula

*totum

affligere eũ, &

xerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.
Iamque capilli eius renasci cœperant, & principes Philisthinorũ conue-
nerunt in vnum vt immolarent hostias magnas Dagon deo suo, &
epularentur, dicentes, Tradidit deus noster inimicũ nostrum Samson
in manus nostras. Quod etiã populus videns, laudabat deum suum,
eademq; dicebat, Tradidit deus noster aduersarium nostrum in ma-
nus nostras, qui deleuit terram nostrã, & occidit plurimos*. Lætãtesq;
per conuiuia sumptis iam epulis præceperunt vt vocarent Samson, &
ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntq;
eum stare inter duas colũnas. Qui dixit puero regenti gressus suos,
Dimitte me, vt tangam colũnas quibus omnis imminet domus, & re-
clinet super eas, & paululum requiescam. Domus autẽ erat plena viro-
rum ac mulierum, & erant ibi oẽs principes Philisthinorũ, ac de tecto
& solario circiter tria millia vtriusq; sexus spectantes ludentem Sam-
son. At ille inuocato dño ait, Domine deus meus memento mei, & red-
de mihi nunc fortitudinem meam pristinã deus meus, vt vlciscar me
de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum vnam vltionẽ
recipiam. Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur do-
mus, alteramq; earum dextera, & alteram leua tenens, ait, Moriatur ani-
ma mea cum Philisthijm. Concussisq; fortiter columnis, cecidit do-
mus super omnes principes, & cæterã multitudinem quæ ibi erat: mul-
toq; plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat. Descenden-
tes autem fratres eius, & vniuersa cognatio tulerunt corpus eius, & se-
pelierunt inter Saraa & Esthaol in sepulchro patris sui Manue: iudi-
cauitq; Israel viginti annis.

ex nostris. quumque hilare cor eorum esset, Duc innitar eis. super tectum

Dagõ idolo tribuunt Gazitæ quòd captus sit Samson. F *Illudũt Sãsoni Philisthym.* G *Orat Sãsõ reddi sibi fortitudinẽ. Morit cum pricipibus Philistinorũ, & reliq multitudie.*

CAPVT XVII.

FVitq; eo tempore vir quidam de monte Ephráim nomine Mi-
chas, qui dixit matri suæ, Mille & centum argẽteos quos separaue-
ras tibi, & super quibus me audiente iuraueras), ecce ego habeo, &
apud me sunt. Cui illa respondit, Benedictus filius meus domino.
Reddidit ergo eos matri suæ, quæ dixerat ei, Consecraui, & voui hoc
argentũ domino, vt de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculs-
ptile atque conflatile: & nunc trado illud tibi. Reddidit igitur eos ma-
tri suæ: quæ tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, vt faceret
ex eis sculptile atque cõflatile, quod fuit in domo Michæ. Qui ædiculã
quoque in ea deo separauit, & fecit ephod, & theraphim, id est vestẽ
sacerdotalem, & idola: impleuitq; vnius filiorũ suorũ manum, & fa-
ctus est ei sacerdos. In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquis-
que quod sibi rectum videbat, hoc faciebat. Fuit quoque alter adole-
scens de Bethlehem Iuda ex cognatione eius: eratq; ipse Leuites, &
habitabat ibi. Egressusq; de ciuitate Bethléhem, peregrinari voluit
vbicũq; sibi cõmodum reperisset. Quũq; venisset in montẽ Ephráim
iter faciens, & declinasset parumper in domũ Michæ, interrogatus est
ab eo vnde venisset. Qui respondit, Leuita sum de Bethléhem Iu-
da, & vado vt habitem vbi potuero & vtile mihi pspexero. Di-
xitq; Michas, Mane apud me, & esto mihi parens ac sacerdos: daboq;
tibi per annos singulos decem argenteos, ac vestem duplicem, & quæ
ad victum sunt necessaria. Acquieuit, & mansit apud hominẽ, fuitq;
illi quasi vnus de filijs. Impleuitq; Michas manum eius, & habuit
puerum sacerdotem apud se, Nunc scio, dicens, quòd benefaciet mihi
deus habẽti Leuitici generis sacerdotẽ.

quæ tibi ablati fuerant (sic LXX.) maledixeras, ego accepi illos. consecrauitq; ordinẽ vestimẽtorum. (Alij constitutas vestes, Chal. interp. par vestium) Cõsecrauitq;

A *Michæ, iubet mi idolum fieri.* B C *Adolescentẽ Bethlehemitã sumit sibi Michas i sacerdotẽ.* D

CAP. XVIII.

IN diebus illis non erat rex in Israel, & tribus Dan quærebat posses-
sionem sibi, vt habitaret in ea. Vsque ad illum enim diem inter cæ-
teras tribus sortem non acceperat. Miserunt ergo filij Dan stirpis &
familiæ suæ quinque viros fortissimos de Saraa & Esthaol, vt explo-
rarent terram, & diligenter inspicerent: dixeruntq; eis, Ite, & consydera-
te terram. Qui quum pergentes venissent in montem Ephráim, &

A *Trib⁹ Dã quærit sibi possessionẽ inter reliqs trib⁹, & missis explo*

natorbus in terram.

B *Ingrediuntur exploratores in domu Michę. Veniunt Lais.*

intrassent domum Michę, requieuerunt ibi: & agnoscentes vocem adolescentis Leuitę, vtentes'q; illius diuersorio, dixerunt ad eum, Quis te huc adduxit? quid hic agis? quam ob caussam huc venire voluisti? Qui respondit eis, Hęc & hęc pręstitit mihi Michas, & me mercede conduxit vt sim ei sacerdos. Rogauerunt autem eum vt consuleret dominum, & scire possent an prospero itinere pergerent, & res haberet effectum. Qui respõdit eis, Ite cum pace, dominus respicit viam vestrã, & iter quo pergitis. Euntes igitur quinque viri venerunt Lais: videruntq; populum habitantem in ea absque vllo timore, iuxta consuetudinem Sidoniorum, securum & quietum, nullo ei penitus resistente, magnarum'q; opum, & procul à Sidone atque à cunctis hominibus separatum.

C *Reuersi fratribus narrãt qd egissent.*

Reuersi'q; ad fratres suos in Saraa & Esthaol, quid egissent sciscitantibus responderunt, Surgite, & ascendamus ad eos. vidimus enim terram valde opulentam & vberem: nolite negligere, nolite cessare. eamus, & possideamus eam, nullus erit labor. Intrabimus ad securos in regionem latissimam, tradet'q; nobis dominus locum, in quo nullius rei est penuria eorum quę gignuntur in terra.

Proficiscuntur. 600. de cognatiõe Dan i Lais.

Profecti igitur sunt de cognatione Dan, id est de Saraa & Esthaol sexcenti viri accincti armis bellicis, ascendentes'q; manserunt in Cariathiárim Iudę: qui locus ex eo tempore Castrorum Dan, nomen accepit, & est post tergum Cariathiárim. Inde transierunt in montem Ephráim.

D Quumq; venissent ad domum Michę, dixerunt quinque viri qui prius missi fuerant ad considerandam terram Lais, cęteris fratribus suis, Nostis quòd in domibus istis sit ephod, theraphim, & sculptile atque conflatile: videte quid vobis placeat. Et quúm paulùlum declinassent, ingressi sunt domum adolescentis Leuitę, qui erat in domo Michę: salutauerunt'q; eum verbis pacificis. Sexcenti autem viri ita vt erant armati, stabant ante ostium. At illi qui ingressi fuerant domum iuuenis, sculptile & ephod & theraphim, atq; conflatile tollere nitebantur, & sacerdos stabat ante ostium, sexcentis viris fortissimis haud procul expectantibus. Tulerunt igitur qui intrauerant, sculptile, ephod, & idola, atque conflatile.

E *Auferunt idola Michę & sacerdotẽ eius.*

Quibus dixit sacerdos, Quid facitis? Cui responderunt, Tace, & pone digitum super os tuum: veni'q; nobiscum, vt habeamus te patrem ac sacerdotem. Quid tibi melius est, vt sis sacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu & familia in Israel? Quod quum audisset, acquieuit sermonibus eorum, & tulit ephod & idola ac sculptile, & profectus est cum eis. Qui quum pergerent, & ante se ire fecissent paruulos ac iumenta, & omne quod erat pretiosum, iámque à domo Michę essent procul, viri qui habitabant in ędibus Michę conclamantes sequuti sunt,

F & post tergum clamare cœperunt. Qui quum respexissent, dixerunt ad Micham, Quid tibi vis? cur clamas? Qui respondit, deos meos quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia quę habeo: & dicitis, Quid tibi est? Dixerunt'q; ei filij Dan, Caue ne vltrà loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipse cum omni domo tua pereas. Et sic cœpto itinere perrexerunt. Videns autem Michas quòd fortiores se essent, reuersus est in domum suam. Sexcenti autem viri tulerunt sacerdotem, & quę suprà diximus, veneruntq; in Lais ad populum quiescentem atque securum, & percusserunt eos

G *Veniunt in Lais vrbes incẽdio tradũtes, quã rursũ extruẽtes, habitãt in ea.*

in ore gladij: vrbem'q; incendio tradiderunt, nullo penitus ferente pręsidium, eo quòd procul habitarent à Sidone, & cum nullo hominum haberent quicquam societatis ac negotij. Erat autem ciuitas sita in regione Rohob: quam rursum extruentes habitauerunt in ea, vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris sui quem genuerat Israel, quę prius Lais dicebatur. Posuerunt'q; sibi sculptile, & Ionathan filium Gersom filij Moysi, ac filios eius sa-

secũdaret iter ipsorũ. Heb. *An dñm est via vestra per quã ambulatis (.i. dñs diriget vos p viã per quã ambulare debeatis.)*

cõfidẽtẽ, quem nemo pudore suffundebat, ñ possidẽtem regnũ (vel, cui nemo ipabat) pcul a Sidõijs remotum, nec cõmerciũ vllũ hñtẽ cum alijs hominibus.

tradidit enim

vel, Scitote

prius quã explorarẽt terrã,

tulerunt,

theraphim &

manum tuam

lętatus est in corde suo,

cõgregati, persecuti sunt filios Dan, clamantes post eos.

cõgregat⁹ es?

ab istis, quid mihi vltra?

fecerat Michas:

valle quę erat ipsius

Manasse,

vendoses in tribu Dan, vsq; ad diem captiuitatis suę. Mansitq; apud eos idolum Michę omni tempore quo fuit domus dei in Silo. In diebus illis non erat rex in Israel.

CAPVT XIX.

Fuit quidam vir Leuites, habitās in latere mōtis Ephraim, qui accepit uxorem de Bethlehem Iuda: quę reliquit eum, & reuersa est in domum patris sui in Bethlehem Iuda, mansitq; apud eum quatuor mensibus. Secutusq; est eam vir suus, volens recōciliari ei, atq; blandiri, & secū reducere, habēs in comitatu puerū & duos asinos: quę suscepit eum, & introduxit in domū patris sui. Quod quum audisset socer eius, eumq; vidisset, occurrit ei lętus, & amplexatus est hominem. Mansitq; gener in domo soceri tribus diebus comedens cum eo & bibens familiariter. Die aūt quarto de nocte cōsurgens, proficisci voluit. Quem tenuit socer, & ait ad eum, Gusta prius pusillum panis, & cōforta stomachum, & sic proficisceris. Sederuntq; simul, ac comederūt & biberunt. Dixitq; pater puellę ad generum suū, Quęso te vt hodie hic maneas, pariterq; lętemur. At ille consurgens, cœpit velle proficisci. Et nihilominus obnixè eum socer tenuit, & apud se fecit manere. Mane aūt facto parabat Leuites iter. Cui socer rursum, Obsecro, inqt, vt paululum cibi capias, & assumptis viribus, donec increscat dies, postea proficiscaris. Comederunt ergo simul. Surrexitq; adolescens, vt pergeret cum vxore sua & puero. Cui rursum loquutus est socer, Cōsydera q dies ad occasum decliuior sit, & propinquat ad vesperū: mane apud me etiam hodie, & duc lętum diem, & cras proficisceris vt vadas in domum tuam. Noluit gener acquiescere sermonibus eius: sed statim surrexit, & venit contra Iebus, quę altero nomine vocatur Ierusalem, ducens secum duos asinos onustos, & concubinam. Iamq; aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem dixitq; puer ad dominum suū, Veni obsecro, declinemus ad vrbem Iebusęorum, & maneamus in ea. Cui respondit dn̄s, Non ingrediar oppidum gentis alienę, quę non est de filijs Israel: sed transibo vsq; Gabaa, & quū illuc peruenero manebimus in ea, aut certè in vrbe Rama. Trāsierūt ergo Iebus, & cœptum carpebant iter, occubuitq; eis sol iuxta Gabaa, quę est in tribu Beniamin: diuerteruntq; ad eam, vt manerent ibi. Quò quū intrassent, sedebāt in platea ciuitatis, & nullus eos recipe volebat hospitio. Et ecce apparuit homo senex, reuertēs de agro & de opere suo vesperi, qui & ipse de mōte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa. homines aūt regionis illius erāt filij Iemini. Eleuatisq; oculis, vidit senex sedentem hominē cū sarcinulis suis in platea ciuitatis, & dixit ad eum, Vnde venis? & quò vadis? Qui respōdit ei, Profecti sumus de Bethlehem Iuda, & pergimus ad locū nostrum, qui est in latere mōtis Ephraim, vnde ieramus in Bethlehem: & nunc vadimus ad domū dei, nullusq; sub tectum suum nos vult recipere, habētes paleas & fœnum in asinorum pabulum, & panem ac vinū in meos & ancillę tuę vsus, & pueri qui mecum est: nulla re indigemus, nisi hospitio. Cui respondit senex, Pax tecū sit, ego prębebo oīa quę necessaria sunt: tantū quęso ne in platea maneas. Introduxitq; eum in domū suam: & pabulum asinis prębuit: ac postquam lauerunt pedes suos, recepit eos in conuiuiū. Illis epulantibus & post laborem itineris, cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius filij Belial, id est absq; iugo, & circundantes domum senis, fores pulsare cœperunt, clamātes ad dn̄m domus, atq; dicentes, Educ virum qui ingressus est domum tuam, vt abutamur eo. Egressusq; est ad eos senex, & ait, Nolite fratres, nolite facere malū hoc: quia ingressus est homo hospitium meum, & cessate ab hac stultitia: habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinā, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestram libidinem compleatis: tantum obsecro ne scelus hoc contra naturam operemini in

Marginal notes (left): al. bonosos. — concubinam — fornicata apud eum — volens loqui ei ad cor, Heb. — mane — Fulci cor tuum buccella panis, — cōpulit eum socer eius, — fulcias cor tuum. Et tardare fecit eū vsque ad inclinatam iam diem. — vel e regione — loci — deambulātē — iocūditate afficientibus cor suum. Heb. — viri impij, — hoc scelere: — vel affligatis (al. ...)

Marginal notes (right): A Vxor cuiusdam Leuitę reuertit in domum patris. — B — C Reducit eā maritus. Iebus quę & Ierusalē. — D Diuertunt i Gabaa; suscepti a sene quodā. — E — F Gabaonitę abutuntur vxore Leuitę.

virum. Nolebant acquiescere sermonibus illius: quod cernens homo,
eduxit ad eos concubinā suam, & [a]eis tradidit illudendam:) quā quū [a] cognouerūt
tota nocte abusi essent, dimiserunt eam mane. At mulier recedentibus eam:

Morit vxor Leuitę.

tenebris, venit ad ostium domus, vbi manebat dominus suus, & ibi
corruit. Mane facto, surrexit [b]homo,) & aperuit ostium, vt cœptam [b] dñs eius,
expleret viam: & ecce [*]concubina eius iacebat ante ostium sparsis in li [*] mulier
mine manibus. Cui ille, [b]putans eam quiescere,) loquebatur, Surge, vt
ambulemus. Qua nihil respondente, [b]intelligens quòd erat mortua,)
tulit eam, & imposuit asino, reuersusq́; est in domum suam. Quā quū

G

Maritus in duodecim partes eam partit, mittens eas ad filios Isr.

esset ingressus, arripuit gladium, & cadauer vxoris cum ossibus suis in
duodecim partes ac frusta concidens, misit in omnes terminos Israel.
Quod quum vidissent singuli, conclamabant, Nunquā res talis facta
est in Israel [*]ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Aegypto, vsq; [*] nec visa
in præsens tempus: [a]ferte sententiam,) & in commune decernite quid [a] considerate
facto opus sit. illud,

CAPVT XX.

A

Filij Israel cōgregātur in Maspha, ob vxorem Leuitę. Osee. 10. c

EGressi itaque sunt omnes filij Israel, & pariter congregati quasi vir
vnus de Dan vsq; Bersabee, & terra Galaad ad dominū in Maspha:
omnesq́; anguli populorum, & cunctę tribus Israel in ecclesiam po-
puli dei conuenerunt quadringēta millia peditum pugnatorum. Nec
latuit filios Beniamin quòd ascendissent filij Israel in Maspha. Inter-
rogatusq́; Leuita maritus mulieris interfectę quomodo tantū scelus
perpetratum esset, respondit, Veni in Gabaa [*] Beniamin, cum vxore [*] quę est ipsi
mea: illucq́; diuerti, & ecce, homines ciuitatis illius circūdederunt no-
cte domum in qua manebam, volentes me occidere, & vxorem meam
[a]incredibili furore libidinis vexantes,) denique mortua est. Quam arre [a] affligentes,
ptam, in frusta concidi, misiq́; partes in omnes terminos possessionis
[b]vestrę:) quia [c]nunquam tantum nefas, & tam grande piaculum factū [b] Israel:
est in Israel.) Adestis omnes filij Israel, decernite quid facere debeatis. [c] fecerant abo-

B

Israelitę petūt sibi tradi hoīes q scelus ppetrassent.

Stānsq́; omnis populus, & quasi vnius hominis sermone respondit, minationes &
Non recedemus in tabernacula nostra, nec suam quisquā intrabit do- fœditatem in
mum: sed hoc contra Gabaa [a]in cōmune) faciemus, Decē viri eligantur Israel.
è centū, ex omnibus tribubus Israel, & centū de mille, & mille de decē [a] per sortem
millibus, vt comportent exercitui cibaria, & possimus pugnare contra
Gabaa Beniamin, & reddere ei pro [b]scelere) quod meretur. Cōuenitq́; [b] fœditate
vniuersus Israel ad ciuitatē, quasi homo vnus [c]eadem mente, vnoq́; [c] socij,
consilio,) & miserunt nuntios ad omnem tribum Beniamin, qui dice-
rent, [d]Cur tantum nefas in vobis repertum est?) Tradite homines de [d] Qđ malum

Beniaminitę negāt se daturos, sed contra defendunt Gabaonitas.

Gabaa, [e]qui hoc flagitium perpetrarunt,) vt moriantur, & auferatur est hoc qđ fa-
malum de Israel. Qui noluerunt fratrū suorum filiorum Israel audire ctum est inter
mandatum: sed ex cunctis vrbibus quę sortis suę erant, cōuenerunt in vos?
Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contra vniuersum populum Israel [e] ipsos viros,
dimicarent. Inuentiq́; sunt viginti [f]quinq;) millia de Beniamin edu- [f] sex

25700 ex Beniamin.

centium gladium, pręter habitatores Gabaa, qui septingenti erāt viri
fortissimi, [g]ita sinistra vt dextra pręliantes:) & sic fundis lapides ad cer- [g] vide tertium
tum iacientes, vt capillum quoq; possent percutere, & nequaquam in caput huius
alteram partem ictus lapidis deferretur. Virorum quoq; Israel, absq; de Aod.

C

400000 Israelitę. Israelitę cōsulūt deū contra Beniamin pugnaturi vincunt. Rursum gōsulto dño, vincuntur.

filijs Beniamin, inuenta sunt quadringenta millia educentiū gladios,
& paratorum ad pugnam. Qui surgentes venerunt in [a]domum dei, [a] Bethel:
hoc est in Silo:) consulueruntq́; dominum, atq; dixerunt, Quis erit in
exercitu nostro princeps certaminis contra filios Beniamin? Quibus re-
spondit dominus, Iudas sit dux vester. Statimq́; filij Israel surgentes
mane castrametati sunt iuxta Gabaa: & inde procedentes ad pugnam
contra Beniamin, vrbem oppugnare cœperunt. Egressiq́; filij Benia-
min de Gabaa, occiderunt de filijs Israel die illo vigintiduo millia vi
rorum. Rursum filij Israel [b]& fortitudine, & numero confidentes,) [b] confortati
in eodem loco in quo prius certauerant, aciem direxerunt: ita tamen (roborati)

vt prius ascenderent, & flerent coram domino vsque ad noctem: consu- D
sulerentq; eum, & dicerent, Debeo vltrà procedere ad dimicandũ con-
tra filios Beniamin fratres meos, an non? Quibus ille respõdit, Ascen-
dite ad eos, & inite certamen. Quumq; filij Israel altera die contra fi-
lios Beniamin ad prælium processissent, eruperũt filij Beniamin de por-
tis Gabaa: & occurrentes eis tanta in illos cęde bacchati sunt, vt decẽ
& octo millia virorum educentium gladium prosternerent. Quam- Tertio ꝯfi-
ob rem omnes filij Israel venerunt in domum dei, & sedentes flebant lentes deuꝫ
coram domino: ieiunaueruntq; die illo vsq; ad vesperã, & obtulerunt traduntur
ei holocausta, atque pacificas victimas, & super statu suo interrogaue- Beniamini-
runt. Eo tempore ibi erat arca fœderis domini, & Phinees filius Elea- tę in man.
zari filij Aaron præpositus domus. Consuluerunt igitur dominum, ipsorum.
atq; dixerunt, Exire vltrà debemus ad pugnam contra filios Beniamin
fratres nostros, an quiescere? Quibus ait dominus, Ascẽdite: cras enim
tradam eos in manus vestras. Posueruntq; filij Israel insidias per cir-
cuitum vrbis Gabaa: & tertia vice, sicut semel & bis, contra Beniamin
exercitum produxerunt. Sed & filij Beniamin audacter eruperunt de ci- B
uitate, & fugientes aduersarios longius persecuti sunt: ita vt vulnera-
rent ex eis sicut primo die & secundo, & cęderent per duas semitas ver-
tentes terga, quarum vna ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa, atq;
prosternerent triginta circiter viros. putauerunt enim solito eos more
cędere. Qui fugam arte simulantes inierunt cõsilium vt abstraherent
eos de ciuitate, & quasi fugientes ad supradictas semitas perducerent.
Omnes itaq; filij Israel surgentes de sedibus suis, tetenderunt aciem in
loco qui vocatur Baalthamar. Insidię quoq; quę circa vrbem erant,
paulatim se aperire cœperunt, & ab occidentali vrbis parte procedere.
Sed & alia decem millia virorum de vniuerso Israel habitatores vr-
bis ad certamina prouocabant. Ingrauatumq; est bellũ contra filios
Beniamin: & non intellexerunt quòd ex omni parte illis instaret inte-
ritus. Percussitq; eos dominus in conspectu filiorum Israel, & interfe-
cerunt ex eis in illo die vigintiquinq; millia, & centum viros, omnes
bellatores & educentes gladium. Filij autem Beniamin cum se in-
feriores esse vidissent, cœperũt fugere. Quod cernentes filij Israel, de- F
derunt eis ad fugiendum locum, vt ad pręparatas insidias deuenirent,
quas iuxta vrbem posuerant. Qui quum repente de latibulis surre-
xissent, & Beniamin terga cędentibus daret, ingressi sunt ciuitatem, &
percusserunt eam in ore gladij. Signum autem dederant filij Israel his
quos in insidijs collocauerant, vt postquam vrbem cepissent, ignem
accenderent: vt ascendente in altum fumo captam vrbem demonstra-
rent. Quod quum cernerent filij Israel in ipso certamine positi (puta-
uerunt enim filij Beniamin eos fugere, & instantius persequebantur,
cęsis de exercitu eorum * triginta viris) & viderunt quasi columnam
fumi de ciuitate conscendere, Beniamin quoque respiciens retro, cum
captam cerneret ciuitatem, & flãmas in sublime ferri: * qui prius simu-
lauerant fugam, versa facie fortius resistebant. Quod quum vidissent
filij Beniamin, in fugam versi sunt, & ad viam deserti ire cœperunt,
illuc quoq; eos aduersarijs persequentibus. sed & hi qui vrbem succen- C
derant, occurrerunt eis. Atq; ita factum est, vt ex vtraq; parte ab ho-
stibus cęderentur, nec erat vlla requies morientium. Ceciderunt, atque
prostrati sunt ad orientalem plagam vrbis Gabaa. Fuerũt autem qui
in eodem loco interfecti sunt, decem & octo millia virorũ, omnes ro-
bustissimi pugnatores. Quod quum vidissent qui remanserant de Be-
niamin, fugerunt in solitudinem: & pergebant ad petram, cuius voca-
bulum est Remmon. In illa quoq; fuga palantes, & in diuersa tenden-
tes, occiderunt quinq; millia viros. Et quum vltrà tenderent, perse-
quuti sunt eos *, & interfecerunt etiam alia duo millia. Et sic factum

Bethel.

stabat añ eaꝫ (.i. pręfectus erat ipsi arcę fœderis.)

Israel exibãt e loco suo, à speluncã (vel de cliuo) Gabaa.

Et venerunt millia virorũ electorũ Israel cõtra Gabaa.

Ingrauatũq;

percuti

Insidię autẽ festinantes ipetũ fecerũt ꝯtra Gabaa, ꝯtra- hẽtes buccinę sonitũ, & per- cusserunt.

fere

Israelitę

Videntes aũt filij Beniamin qđ pcuterent, de ciuitatib' (subaudi exi- bãt) pdebãtur (vel occidebã- tur) in medio eius (vel ĩ ipso loco in q̃ os- tendebãtur ab Israelitis.)

Et racemaue- rũt eos ad viã ascisus (.i. non dimiserunt ex eis racemũ vel minimum.)

vsq; ad Gi- dehom,

est, vt omnes qui ceciderant de Beniamin in diuersis locis, essent viginti quinque millia pugnatores ad bella promptissimi. Remanserũt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt, & fugere in solitudinem, sexcenti viri: sederuntq; in petra Remmon mensibus quatuor. Regressi autem filij Israel*, omnes reliquias ciuitatis à viris vsq; ad iumenta gladio percusserunt, cunctasq; vrbes & viculos Beniamin vorax flamma consumpsit.

Ex filiis Beniamin, sexcenti tantum superfuerunt.

fortes

Reliqui conuersi

* ad filios Beniamin

CAP. XXI.

A IVrauerunt quoq; filij Israel in Maspha, & dixerũt, Nullus nostrum dabit filijs Beniamin de filiabus suis vxorem. Veneruntq; omnes ad domum dei in Silo: & in conspectu eius sedentes vsq; ad vesperam, leuauerunt vocem, & magno vlulatu cœperunt flere, dicentes, Quare domine deus Israel factum est hoc malũ in populo tuo, vt hodie vna tribus auferetur ex nobis? Altera autem die diluculo consurgentes, extruxerunt altare: obtuleruntq; ibi holocausta, & pacificas victimas, & dixerunt, Quis non ascendit in exercitum domini de vniuersis tribubus Israel? Grandi enim iuramento se constrinxerant, quum essent in Maspha, interfici eos qui defuissent. Ductiq; pœnitentia filij Israel super fratre suo Beniamin, cœperunt dicere, Ablata est tribus vna de

B Israel, vnde vxores accipient*? Omnes enim in cõmune iurauimus non daturos nos his filias nostras. Idcirco dixerunt, Quis est de vniuersis tribubus Israel, qui non ascendit ad dominũ in Maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores Iabes Galaad in illo exercitu non fuisse. Eo quoq; tempore quum essent in Silo, nullus ex eis ibi repertus est. Miserunt itaq; decem millia viros robustissimos, & præceperunt eis, Ite, & percutite habitatores Iabes Galaad in ore gladij, tam vxores quàm paruulos eorum. Et hoc erit quod obseruare debebitis, Omne generis masculini, & mulieres quæ cognouerunt viros, interficite. Inuentæq; sunt de Iabes Galaad quadringentæ virgines, quæ nescierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad castra in Silo, in terram Chanáan. Miseruntq; nuntios ad filios Beniamin, qui erant in petra Rẽmon, & præ-

C ceperunt eis vt eas susciperent in pace. Veneruntq; filij Beniamin in illo tempore, & datæ sunt eis vxores de filiabus Iabes Galaad: alias autem non repererunt, quas simili modo traderent. Vniuersusq; Israel valde doluit, & egit pœnitentiam super interfectione vnius tribus ex Israel. Dixeruntq; maiores natu, Quid faciemus reliquis, qui nõ acceperunt vxores? omnes in Beniamin fœminæ conciderunt, & magna nobis cura ingentiq; studio prouidendum est, ne vna tribus deleatur ex Israel. Filias enim nostras eis dare non possumus, constricti iuramento, & maledictione qua diximus, Maledictus qui dederit de filiabus suis vxorem Beniamin. Cœperuntq; consilium, atq; dixerunt, Ecce solennitas domini est in Silo anniuersaria, quæ sita est ad septentrio-

D nem vrbis Bethel, ad orientalem plagam viæ quæ de Bethel tendit in Sichimam, & ad meridiem oppidi Lebona. Præceperuntq; filijs Beniamin, atq; dixerũt, Ite, & latitate in vineis. Quumq; videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repente de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas, & pergite in terrã Beniamin. Quumq; venerint patres earum, ac fratres, & aduersum vos queri cœperint, atq; iurgari, dicemus eis, Miseremini eorũ: non enim rapuerunt eas iure bellantium, atq; victorum, sed rogantibus vt acciperent, nõ dedistis, & à vestra parte peccatum est. Feceruntq; filij Beniamin vt sibi fuerat imperatum: & iuxta numerum suum rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros vxores singulas: abieruntq; in possessionem suam, ædificantes vrbes, & habitantes in eis. Filij quoq; Israel* reuersi sunt per tribus, & familias in tabernacula sua*. In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisq; quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

Filij Israel iurãt se nõ daturos filias suas reliquis filijs Beniamin.

in Bethel

Israel

q remãserũt

per dñm

Habitatores Iabes Galaad percutiuntur.

numeratus est pp̃ls, & nullus ex habitatoribus Iabes Galaad

duodecim

Virgines cõn. 400. dantur Beniamin.

vocauerunt eos

Filij Israel dolent sup interfectione Beniamin.

Populum pœnituit ipsi Beniamin, quod fecisset dñs fracturã in tribubus Israel (.i. qđ dñs occidisset vnã tribus ex Israel)

Opꝫ autẽ vt hereditatẽ habeãt ij q ex Beniamin euaserunt.

Virgines Silo capiũtur in vxores filiorũ Beniamin.

quia nõ dedistis eis hoc tpe (vel, fm tp̃s, aut in tpe cum peterent)

* in tpe illo

* vnusquisq; ad hereditatẽ suam



N DIEBVS vnius iudicis, quando iudices præerant, facta est fames in terra. Abijtq; homo de Bethléhem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cum vxore sua, ac duobus liberis. ipse vocabatur Elimélech, & vxor eius Noemi: & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Bethléhem Iuda. Ingressiq; regionem Moabitidem, morabantur ibi. Et mortuus est Elimélech maritus Noemi: remansitq; ipsa cum duobus filijs. Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarũ vna vocabatur Orpha, altera Ruth. Manseruntq; ibi decem annis, & ambo mortui sunt, Mahalon videlicet & Chelion: remãsitq; mulier orbata duobus liberis ac marito. Et surrexit vt in patriam pergeret cũ vtraq; nuru sua de regione Moabitide: audierat enim quòd respexisset dominus populum suum, & dedisset eis escas. Egressa est itaq; de loco peregrinationis suę cum vtraq; nuru: & iam in via reuertendi posita in terrã Iuda, dixit ad eas, Ite in domũ matris vestrę, faciat vobiscũ dñs misericordiã, sicut fecistis cum mortuis & mecũ. Det vobis inuenire requiẽ in domibus virorũ, quos sortituræ estis. Et osculata est eas. Quę eleuata voce, flere cœperũt, & dicere, Tecũ pergemus ad populũ tuum. Quibus illa rñdit, Reuertimini filię meę, cur venitis mecũ? num vltrà habebo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis? Reuertimini filię meę, & abite: iam enim senectute cõfecta sum, nec apta vinculo cõiugali. etiam si possem hac nocte cõcipere, & parere filios, si eos expectare velitis donec crescant, & annos pubertatis impleant, antè eritis vetulę, quàm nubatis. Nolite, quæso filię meę facere hoc: quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus dñi contra me. Eleuata igitur voce, rursum flere cœperunt. Orpha osculata est socrũ, ac reuersa est: Ruth adhęsit socrui suę. Cui dixit Noemi, En reuersa est cognata tua ad populũ suũ, & ad deos suos, Vade cũ ea. Quę rñdit, Ne aduerseris mihi vt relinquã te & abeam: quocũq; enim perrexeris, pergã: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, & deus tuus deus meus. Quę te terra morientẽ susceperit, in ea moriar: ibiq; locũ accipiã sepulturę. Hęc mihi faciat deus, & hęc addat, si nõ sola mors me & te separauerit. Videns ergo Noemi, q obstinato animo Ruth decreuisset secũ pergere, aduersari noluit, nec ad suos vltrà reditũ persuadere: profectęq; sunt simul, & venerũt in Bethléhẽ. Quibus vrbẽ ingressis, velox apud cũctos fama percrebuit: dicebantq; mulieres, Hęc est illa Noemi. Quibus ait, Ne vocetis me Noemi, id est pulchrã: sed vocate me Mara, id est amaram, quia amaritudine valde repleuit me oĩpotens. Egressa sum plenã, & vacuã reduxit me dñs. Cur ergo vocatis me Noemi, quã dñs humiliauit, & afflixit omnipotens? Venit ergo Noemi cũ Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suę: ac reuersa est in Bethléhẽ, quando primum ordea metebantur.

A Elimélech Bethlehemita cum vxore Noemi & duobus filijs pegrinat in regiõe Moabitide. Moritur Elimelech.

B Noemi defuncto marito & duobus filijs reuertitur in patriam.

C

Ruth adhęret socrui suę reuersi.

D

Venitt in Bethlehẽ.

visitasset

diceres mihi esse spẽ, & hac nocte esset vir mecum,

nunquid eos expectabitis donec crescãt? nunqd tandiu expectabitis, vt non sitis viro aptę?

amaritudo maior valde mihi esset quàm vobis, quia

roges me

Num

contra quam testificatus est dominus,

CAP. II.

ERat autem viro Elimélech cõsanguineus, homo potens, & magnarum opũ, nomine Booz. Dixitq; Ruth Moabitis ad socrũ suam, Si iubes, vadam in agrũ, & colligã spicas quę fugerint manus metentium, vbicũq; clemẽtis in me patrisfamilias repperero gratiã. Cui illa rñdit, Vade filia mi. Abijt itaq; & colligebat spicas post terga metentium. Accidit aũt vt ager ille haberet dñm nomine Booz, qui erat de cognatione Elimélech. Et ecce, ipse veniebat de Bethléhem, dixitq; messoribus, Dominus vobiscũ. Qui responderũt ei, Benedicat tibi dñs. Dixitq; Booz iuueni qui messoribus pręerat, Cuius est hęc puella? Cui respondit, Hęc est Moabitis quę venit cum Noemi, de regione Moabitide, & rogauit vt spicas colligeret remanentes, sequens messorum

A Ruth colligit spicas in agro Booz cognati Elimelech.

e familia Elimelech,

Ibo nunc

pars agri

B vestigia: & de mane vsq; nunc stat in agro, & nec ad momentum qui dem domū reuersa est. Et ait Booz ad Ruth, Audi filia, ne vadas in alterū agrū ad colligendū, nec recedas ab hoc loco: sed iungere puellis meis, & vbi messuerint, sequere. Mandaui enim pueris meis vt nemo molestus sit tibi: sed etiā si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe ᵃaquasᵃ de quibus & pueri mei bibunt. Quę cadens in faciē suā, & ᵇadoransᵇ sup terrā, dixit ad eum, Vnde mihi hoc, vt inuenirem grām ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem? Cui ille respondit, Nuntiata sunt mihi omnia quę feceris socrui tuę post mortē viri tui: & q̄ reliqueris ᶜparentes tuos,ᶜ & terrā in qua nata es, & veneris ad po-
C pulum quē antea nesciebas. Reddat tibi dn̄s pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à dn̄o deo Israel, ad quem venisti, ᵈ& sub cuius cō fugisti alas.ᵈ Quę ait, Inueniam grām apud oculos tuos dn̄e mi, qui psolatus es me, & loquutus es ad cor ancillę tuę, quę non sum similis vnius ᵉpuellarūᵉ tuarum. Dixitq; ad eam Booz. Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panē, & intinge buccellā tuā in aceto. Sedit itaq; ad messorū latus, & ᶠcōgessitᶠ polentam sibi, comeditq;, & saturata est, & ᵍtulit reliquias.ᵍ Atq; inde surrexit, vt spicas ex more colligeret. Praecepit aūt Booz pueris suis, dicens, Etiam ʰsi vobiscū metere voluerit,ʰ nec ⁱphibeatisⁱ eā: & de vestris quoq; manipulis proijcite
D de industria, & remanere pmittite, vt ᵏabsq; rubore ˡ colligat, & colligētem nemo corripiat. Collegit ergo in agro vsq; ad vesperā: & quę collegerat virga cędēs & excutiēs, inuenit hordei q̄si ephi mensurā, ᵐidest tres modios: quos portans reuersa est in ciuitatē, & ostēdit socrui suę: insup protulit, & dedit ei de reliquijs cibi sui quo saturata fuerat. Dixitq; ei socrus sua, Vbi hodie collegisti, & vbi fecisti opus? sit benedictus q ⁿmisertus est tui.ⁿ Indicauitq; ei apud quē esset operata: & nomen dixit viri, q̄ Booz vocaretur. Cui respondit Noemi, Benedictus sit à dn̄o: qm̄ eandem ᵒgrāmᵒ qua p̄buerat viuis, seruauit & mortuis. Rursumq; ait, Propinquus noster est homo. Et Ruth, Hoc quoq;, inquit, pcepit mihi, vt tandiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes *meterētur. Cui dixit socrus Melius est filia mi, vt cū puellis eius exeas ad metendū, ne in alieno agro quispiam ᵖresistatᵖ tibi. Iuncta est itaq; puellis Booz: & tandiu cum eis messuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.

CAPVT III.

A Postquam aūt reuersa est ad socrū suā, audiuit ab ea, Filia mi, quęram tibi requiem, & puidebo vt bene sit tibi. Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es, ppinquus noster est, & hac nocte aream hordei ventilat. Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus vestimētis, & descēde in aream, nō te videat homo, donec esum potumq; finierit. Quando aūt ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat, veniesq;, & discooperies pallium quo operitur à parte pedum, & proijcies te, & ibi iacebis: ipse autem dicet tibi quid agere debeas. Quę respondit, Quicquid p̄ceperis, faciam. Descenditq; in aream, & fecit omnia quę sibi im
B perauerat socrus. Quumq; comedisset Booz: & bibisset, & factus esset hilarior, issetq; ad dormiendum ᵃiuxta aceruum manipulorum,ᵃ venit abscondite, & discooperto pallio à pedibus eius, ᵇse proiecit.ᵇ Et ecce, nocte iam media expauit homo, & ᶜcōturbatus est:ᶜ viditq; mulierem iacentē ad pedes suos, & ait illi, Quę es? Illaq; respondit, Ego sum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum super famulam tuā, qa ppinquus es. Et ille, Benedicta, inquit, es à dn̄o filia, & priorem misericordiam posteriore superasti: qa non es sequuta iuuenes pauperes, siue
C diuites. Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis meę, mulierē te esse virtutis. ᵈNec abnuo me propinquū,ᵈ sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte: & facto mane, si te voluerit propinquitatis

Ruth inuenit gratiā corā oculis Booz.

Benignitas Booz erga Ruth.

Benignitas Booz erga Ruth.

Ruth collectas spicas excutit, & defert ad socrum cibis alijs.

Ruth rursum ad Booz campus reuersa spicas colligit

Ruth socrus suę suasu ꝑ ficisci ad Booz.

Dormit ad pedes Booz: agnoscit se esse ꝓpinquū ipsi Ruth.

ᵃ de his
ᵇ incuruans se
ᶜ patrem tuū & matrem,
ᵈ vt sub alis eius sperares.
ᵉ ancillarum
ᶠ porrexit (vel dedit)
ᵍ superfuit (vel reliquus fuit. LXX. reliqt)
ʰ inter manipulos colligat
ⁱ pudor afficiatis,
ⁿ cognouit (vel agnouit te)
ᵒ misericordiā
* ipsius
ᵖ obuius sit

ᵃ in summitatem acerui,
ᵇ accubit (vel dormiuit)
ᶜ apprehendit (aut amplexatus est, vel, tetigit manū vt sciret qd esset)
ᵈ nūc aūt vere ppinquus sum

iure retinere, bene res acta est: sinautem ille noluerit, ego te absq; vlla
dubitatione suscipiam, viuit dominus. dormi vsque mane. Dormiuit
itaq; ad pedes eius, vsq; ad noctis abscessum. Surrexit itaq; antequam
homines se cognoscerēt mutuo, et dixit Booz, Caue ne quis nouerit D
q huc veneris. Et rursum expande, inquit, pallium tuum, quo operi-
ris, & tene vtraq; manu. Qua extendente, et tenente, mēsus est sex ʼmo
dios˒ hordei, et posuit super eam. Quę portans ingressa est ciuitatem, Ruth sex
& venit ad socrū suā. Quę dixit ei, Quid egisti filia? Narrauitq; ei om hordei mē-
nia quę sibi fecisset homo. Et ait, Ecce sex ʼmodios˒ hordei dedit mi- suras refert
hi, et ait, Nolo vacuam te reuerti ad socrum tuam. Dixitq; Noemi, Ex- ad socrum.
pecta filia, donec videamus quem res exitum habeat. neq; enim cessa-
bit homo nisi compleuerit quod loquutus est.

CAP. IIII.

A Scendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. Quumq; vidisset pro- A
pinquum pterire, de quo prius ʼsermo habitus est,˒ dixit ad eum, Booz accē-
Declina paulisper, et sede hic: ʼvocans eū nomine suo.˒ Qui diuertit, pit Ruth i
& sedit. Tollēs aūt Booz decem viros de senioribus ciuitatis, dixit ad vxorē, eū re
eos, sedete hic. Quibus residentibus loquutus est ad propinquū. Par- cusante pro
tem agri fratris nostri Elimélech vendit Noemi, quę reuersa est de re- pinquo vi-
gione Moabitide. ʼqđ audire te volui,˒ et tibi dicere corā cunctis se- ri eius de-
dentibus, et maioribus natu de populo meo. Si vis possidere iure ppin- functi.
quitatis: eme, & posside. sinautem ʼdisplicet tibi hoc ipm,˒ indica mi-
hi, vt sciam qd facere debeā. nullus enim est ppinquus excepto te, qui
prior es: & me, qui secūdus sum. At ille respōdit, Ego ʼagrum emā. Cui B
dixit Booz, Quando emeris agrū de manu ʼmulieris,˒ Ruth quoque
Moabitidem, quę vxor defuncti fuit, debes accipere: vt suscites nomen
ʼpropinqui tui˒ in hereditate sua. Qui respondit, Cedo iuri ppinqui-
tatis: neq; enim posteritatem familię meę delere debeo. tu ʼmeo vtere Deut. 25. b.
priuilegio, quo me libēter carere pfiteor.˒ Hic aūt erat mos antiqtus
in Israel inter ppinquos, vt si quando alter alteri suo iuri cedebat: vt Calceamen
esset firma concessio, soluebat homo calceamentū suū, & dabat ppin- tū suū solue
quo suo hoc erat testimoniū cessionis in Israel. Dixit ergo ppinquo re, et dare p
suo Booz, ʼTolle calceamentū. Quod ˒statim soluit de pede suo. At pinquo.
ʼille˒ maioribus natu, & vniuerso populo, Testes vos, inquit, estis ho-
die, q possederim oia quę fuerūt Elimélech & Chelion & Mahalon, C
tradente Noemi: et Ruth Moabitidem, vxorē Mahalon, in piugium
ʼsumpserim,˒ vt suscitē nomen defuncti in hereditate sua, ne ʼvocabu
lum˒ eius ʼde familia sua,˒ ac fratribus & ʼpopulo˒ deleatur. vos, in-
quam, huius rei testes estis. Respōdit ois populus qui erat in porta, &
maiores natu, Nos testes sumus: faciat dns hanc mulierē, quę ingredi- Aedificare
domū tuam, sicut Rachel, & Liam, q̄ ędificauerūt domū Israel: ʼvt sit domum.
exemplū virtutis˒ in Ephrata, et habeat celebre nomen in Bethlehem:
fiatq; domus tua, sicut domus Phares, quem Thamar peperit Iudę, de Gene. 38.
semine qđ tibi dederit dns ex hac puella. Tulit itaq; Booz Ruth, et ac
cepit vxorē: ingressusq; est ad eam, et dedit illi dns vt pciperet et pareret D
filiū. Dixeruntq; mulieres ad Noemi, Benedictus dns qui non est pas- Ruth parit
sus vt deficeret successor familię tuę, et ʼvocaretur˒ nomen eius in Is- filiū Obed
rael; & habeas ʼqui psoletur animam tuā,˒ et enutriat senectutē. de nu nomine.
ru enim tua natus est, ʼqui te diliget:˒ & multo tibi melior est, q̄; si se
ptem haberes filios. Susceptumq; Noemi puerum posuit in sinu
suo, & nutricis ac gerulę fungebatur officio. Vicinę autem ʼmulieres
congratulantes ei,˒ & dicentes, Natus est filius Noemi: vocauerūt no
men eius Obed, hic est pater Isai, patris Dauid. Hę sunt generatio-
nes Phares: Phares genuit Esron, Esron genuit ʼAram, Aram˒ genuit
Aminadab, Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon, Ex qbus or
Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Isai, Isai ge- tus Dauid.
nuit Dauid. Mat. 1. a.

ʼ hęc vox non est in hebręo: sed tantū, sex hordei, subaudi mēsuras.)
ʼ mensuras

ʼ loquutus fuerat Booz,
ʼ Beloni, almoni. i. talis & talis. voces sunt hebręę quę ab Hebręis dicuntur, cū nomen alicui reticet, vel ēoccultū.
ʼ reuelare aurē tuā volui Heb.
ʼ iure ppinquitatis non vis possidere,
ʼ ppiquus ero (.i. iure ppinquitatis agrum emam.)
ʼ Noemi
ʼ defuncti
ʼ sis ppiquus p pinqtate mea, qa nō possum esse ppinquus.
ʼ Posside. et ille calceamētū
ʼ Booz
ʼ acquisierim, (vł possederim)
ʼ nomen
ʼ a
ʼ porta loci sui
ʼ faciat virtutē (.i. honeste viuat et probe)
ʼ (idest māeret)
ʼ qescere faciat aiam (vł, q reuertt te faciat siue reuocet ad vitam;
ʼ q̄ te diligit:
ʼ vocātes (vel īponētes) ei nomen,
ʼ Ram, Ram

HIERONYMI IN LIBROS REGVM PRAEFATIO.

VIGINTI & duas literas esse apud Hebręos, Syrorum quoq; & Chaldęorum lingua testatur, quę Hebręę magna ex parte confinis est. nam & ipsi, vigintiduo elementa habent, eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant: figuris tantum, & apicibus discrepantes. certumq́; est Esdram scribam, legisq́; doctorem, post captam Ierosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse quibus nũc vtimur: quum ad illud vsq; tempus iidem Samaritanorum & Hebręorum characteres fuerint. In libro quoq; Numerorum hęc eadem supputatio, sub leuitarum, ac sacerdotum censu, mystice ostenditur. Et nomen domini tetragrãmaton in quibusdam Gręcis voluminibus vsq; hodie antiqs expressũ lr̃is inuenimus. Sed & psalmi tricesimus sextus, & centesimus decimus, & cẽtesimus undecimus, & centesimus decimus octauus, & centesimus quadragesimus quartus, quanquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremię lamentationes, & oratio eius: Salomonis quoq; in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet: iisdẽ alphabetis vel incisionibus supputantur. Porrò quinq; literę duplices apud Hebręos sunt: Caph, Mem, Nun, Phe, Sade. aliter enim scribuntur per has principia, medietatesq́; verborum, aliter fines. Vnde & quinq; à plerisq; libri, duplices ęstimantur, Samuel, Malachim, Dibre haiamin, Esdras, Ieremias, cum Cinoth, id est lamentationibus suis. Quomodo igitur vigintiduo elementa sunt per quę scribimus Hebraice omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehẽditur: ita vigintiduo volumina supputantur, quibus quasi literis & exordiis in dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia. Primus apud eos liber, vocatur BERESITH, quem nos genesim dicimus. Secũdus, VELLESEMOTH, qui exodus appellatur. Tertius, VAICRA, id est Leuiticus. Quartus, VAIEDABBER, quem numeros vocamus. Quintus, ELLE HADDEBARIM, qui Deuteronomium prenotatur. Hi sunt quinq; libri Moysi: quos proprie THORAH, id est legem appellant. Secundum prophetarũ ordinẽ faciunt: & incipiũt ab Iesu filio Naue: qui apud eos IEHOSVA BENNVN dicitur. Deinde subtexunt SOPHTIM, id est Iudicum librum. Et in eundem compingunt RVTH: quia in diebus Iudicum, facta eius narratur historia. Tertius sequitur SAMVEL, quem nos Regum primum & secundum dicimus. Quartus, MELACHIM, id est regum: qui tertio & quarto regum volumine continetur. Meliusq; multo est MELLACHIM, id est regũ: quàm MALACHOTH, id est regnorum dicere. Non enim multarum gentiũ describit regna: sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim cõtinetur. Quintus est ISAIAS. Sext⁹ IEREMIAS. Septimus, EZECHIEL. Octauus, liber duodecim prophetarũ: qui apud illos vocat THEREASAR. Tertius ordo, agiographa possidet. Et primus liber incipit ab IOB. Secundus à DAVID, quem quinq; incisionibus, & vno psalmorum volumine comprehendunt. Tertius, est SALOMON, tres libros habens, Prouerbia, quę illi parabolas, id est MISLE appellãt. Quartus. Ecclesiasten, id est COHELETH. Quintus, Canticum canticorum, quem titulo SIRHASIRIM prenotant. Sextus, est DANIEL. Septimus, DIBRE HAIAMIM, id est verba dierum: quod significantius Chronicon totius di

tãq; historię possumus appellare, qui liber, apud nos Paralipomenõ primus & secundus inscribitur. Octauus, E S D R A S: qui & ipse similiter apud Gręcos & Latinos, in duos libros diuisus est. Nonus, E S T H E R. Atq; ita fiunt pariter veteris legis libri vigintiduo: idest Moysi quinq;, & prophetarum octo, agiographorum nouem. Quanquam nonulli R V T H & C I N O T H inter agiographa scriptitent, & hos libros in suo putent numero supputandos: ac per hoc esse priscę legis libros vigintiquatuor: quos sub numero vigintiquatuor seniorum Apocalypsis Iohannis inducit adorantes agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes: stantibus coram quatuor animalibus occulatis retro & ante, id est in pręteritum & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus, Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hic prologus, scripturarum quasi galeatum principium, omnibus libris quos de Hebręo vertimus in Latinum, conuenire potest: vt scire valeamus quicquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendũ. Igitur Sapientia, quę vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & pastor: non sunt in canone. Machabęorum primũ librum, Hebraicum reperi. Secundus, Gręcus est: quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Quę quum ita se habeant, obsecro te lector, ne laborem meum, reprehẽsionem existimes antiquorum. In templo dei offert vnusquisq; quod potest: alij aurum & argentum & lapides preciosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum: nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species ecclesię pręsentis futurę'q; distinctio, pellibus tegitur & cilicijs: ardorem'q; solis & iniuriam imbrium ea quę viliora sunt prohibent. Lege ergo primum Samuel & Melachim meum. meum inquam, meum. Quicquid enim crebrius vertendo & emendando solicitius & didicimus & tenemus: nostrum est. Et quum intellexeris quod antea nesciebas: vel interpretem me existimato, si gratus es: vel paraphrasten, si ingratus. quanquã mihi omnino conscius non sim mutasse me quippiam de Hebraica veritate. Certè si incredulus es, lege Gręcos codices & Latinos: & confer cum his opusculis. & vbicunque discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebręorum, cui magis accommodare debeas fidem. Et si nostra firmauerit, puto q' eum non existimes coniectorem, vt in eodẽ loco mecum similiter diuinarit. Sed & vos famulas C H R I S T I rogo, quę domini discumbentis pretiosissima fidei myrrha vngitis caput, quę nequaquam saluatorẽ quęritis in sepulchro, quibus iam ad patrem C H R I S T V S ascendit: vt contra latrantes canes qui aduersum me rabido ore deseuiunt, & circumeunt ciuitatem, atque in eo se doctos arbitrantur si alijs detrahant, orationum vestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam, illius semper sententię recordabor, Dixi, custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam. quũ consisteret peccator aduersum me, Obmutui, & humiliatus sum: & silui à bonis.

LIBER PRIMVS SAMVELIS, QVEM NOS PRIMVM REGVM DICIMVS.

A

Elcana duas vxores habuit, Annā & Phenēnam.

FVIT Vir vnus de Ramathâim Sophim, de monte Ephrâim, & nomen eius elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph Ephratheus: & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundę Phenenna.
Fueruntq́; Phenennę filij: Annę autem nō
erant liberi. Et aſcendebat vir ille de ciuitate
ſua ᶻſtatutis diebus,ˀ vt adoraret, & ſacrifica-
ret domino exercituum in Silo. Erant autem

Ophni & Phinees filij Heli.

ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, ſacerdo-
tes domini. Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditq́; Phenen-
nę vxori ſuę, & cunctis filij eius, & filiabus partes: Annę autem dedit
partem vnam ᶻtriſtis,ˀ quia Annam diligebat. Dominus aūt concluſe-
rat vuluam eius. ᶻAffligebatˀ quoq; eam ᶻęmulaˀ eius, & vehementer

B

Phenenna exprobrat Annę ſterilitatem.

angebat, ᶻintantū vtˀ exprobraret ꝙ dominus cōcluſiſſet vuluā eius:
ſicq; faciebat per ſingulos annos, quū redeunte tempore ᶻaſcēderentˀ
ad templū domini: & ſic prouocabat eam. porrò illa flebat, & non ca-
piebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus, Anna cur fles? & quare
non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? nunquid nō ego me-
lior tibi ſum, q̄ decem filij? Surrexit autem Anna poſtquam come-
derat, & biberat in Silo. Et Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante po-
ſtes templi domini, quum eſſet Anna amaro animo, orauit ad domi-

Anna petit a dn̄o filiū. Oīo Annę

num flens largiter, & votum vouit, dicens, Domine exercituum, ſi re-
ſpiciens videris afflictionem famulę tuę, & recordatus mei fueris, nec
oblitus ancillę tuę, dederisq́; ſeruę tuę ſexum virilem: dabo eum do-

C

Oratio in corde. Heli reputat Annam ebriam.

mino omnibus diebus vitę eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput
eius. Factum eſt autem, quum illa multiplicaret preces corā domino,
vt Heli obſeruaret os eius. Porrò Anna loquebatur in corde ſuo, tan-
tumq́; labia illius mouebantur, & vox penitus nō audiebatur. Aeſti-
mauit ergo eam Heli temulentam, dixitq́; ei, vſquequo ebria eris? di-
gere pauliſper vinum quo mades. Reſpondens Anna, Nequaquam,
inquit, domine mi: nam mulier ᶻinfœlix nimisˀ ego ſum, vinū & om-
ne quod inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animam meam in con-
ſpectu domini. Ne reputes ancillam tuam ᶻquaſi vnam de filiabus Be-
lial:ˀ qa ex multitudine ᶻdoloris,ˀ & mœroris mei loquuta ſum vſq;
in pręſens. Tunc Heli ait ei, Vade in pace, & deus Iſrael det tibi peti-
tionem tuam, quam rogaſti eum. At illa dixit, Vtinam inueniat an-

D

cilla tua gratiam in oculis tuis. Et abijt mulier in viam ſuam, & co-
medit, ᶻvultusq́; illius non ſunt amplius in diuerſa mutati.ˀ Et ſurre-
xerunt mane, & adorauerunt coram domino: reuerſiq́; ſunt, & venerūt

Anna, parit filiū quē vocauit Samuel.

in domum ſuam in Ramâtha. Cognouit autē elcana Annam vxo-
rem ſuā: & recordatus eſt eius dominus. Et factū eſt poſt circulum die-
rum, concepit Anna, & peperit filium, vocauitq́; nomen eius Samuel:
eo quòd à domino poſtulaſſet eum. Aſcendit autem vir eius Elca-
na, & omnis domus eius, vt immolaret domino hoſtiam ᶻſolemnemˀ

Offertur a mr̄e puer Samuel dn̄o, iuxta votū.

& votum ſuum, & Anna non aſcendit: dixit enim viro ſuo, Non
vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante con-
ſpectum domini, & maneat ibi iugiter. Et ait ei Elcana vir ſuus, Fac
quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precorq́; vt

E

impleat dominus verbum ſuum. Manſit ergo mulier, & lactauit fi-
lium ſuum, donec amoueret eum à lacte. Et adduxit eum ſecum,
poſtquam ablactauerat ,,in vitulis tribus, & vno modio farinę, &

ᶻ annuatim,
ᶻ vel honorabilem,
ᶻ Irritabat
ᶻ inimica
ᶻ ppterea qđ eſ
ᶻ aſcendebat ipſa
ᶻ amaro ſpiritu
ᶻ corā (ſubaudi dn̄o) tanq̄ filiā impiam:
ᶻ eloquij mei (LXX, meditationis meę)
ᶻ irataq; amplius nō fuit.
ᶻ anniuerſariā

amphora

amphora vini, & adduxit eum ad domum domini in Silo. Puer autē erat adhuc infantulus: & imolauerunt vitulum, & obtulerunt puerũ *Heli. Et ait, Obsecro mi domine, viuit anima tua domine: ego sum illa mulier quę steti coram te hic orans dominũ. Pro puero isto oraui, ⁊ dedit mihi dñs petitionem meam, quam postulaui eum. Idcirco ⁊ ego cõmodaui eum domino cunctis diebus, quibus fuerit accomoditus domino. Et adorauerũt ibi dominum. Et orauit Anna, ⁊ ait.

*ipsi
*tecum,

vel, qđ me liberasti. valde sublimia (.i. supbe loqui). ipsi directa sunt opa. (alij sic, ei tñ nũerata sũt opa, subaudi hoiũ: qa ipse facit quẽadmodũ vult, ⁊ nõ hõ. Alij, ipsi soli nũerata sũt opa. qa sol⁹ ipse ꝑt qc qđ vult. Alij, ipse ꝑpat opa, vel conatus. LXX. de⁹ pręparans adinuẽtiones suas.) septem: hęreditatē faciat eos. vel, nemo in fortitudine sua erit fortis. vel, Dñe ꝯterant rixę eius, fortitudinẽ vl, ꝯsuetudo ãt sacerdotũ cũ ꝑpl̃o erat, qđ quicũ ꝑ assem vel, ꝯtẽnebãt annuatim, anniuersariã. cõmodato ꝯgregabant. (LXX. aderãt vt s. ieiunijs ⁊ orõnibus vacarent) ecclesię vel, testimonij iudicabit illũ de⁹ (vl̃ iudex. dictio hebrèa & deus ⁊ iudicẽ significat. Chal. iterp. nõ ne adducet eo rã iudice ⁊ audiet verba illoꝝ, ⁊ diuidet iter illos: id est dirimet litẽ quę iter illos est?)

CAPVT II.

A Cãticũ Annę, in quo gratias agit deo qđ ex sterili fœcũdã fecisset, ⁊ liberasset ab opprobrijs hominum.

EXultauit cor meum in domino, & exaltatum est cornu meum in domino: dilatatum est os meum super inimicos meos: quia lętata sum in salutari tuo.

Non est sanctus vt est dominus: neque enim est alius extra te, ⁊ non est fortis sicut deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes: recedant vetera de ore vestro: quia deus scietiaꝝ dñs est, & ipsi ꝑparãtur cogitatiões.

Arcus fortium superatus est, ⁊ infirmi accincti sunt robore.

Saturati prius, pro panibus se locauerunt: ⁊ famelici, saturati sunt: donec sterilis peperit plurimos: ⁊ quę multos hẽbat filios, ĩfirmata ẽ.

Deute. 32. f

Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, ⁊ reducit.

B

Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat & subleuat.

Tob. 13. a

Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus, & solium glorię teneat. domini enim sunt cardines terrę, & posuit super eos orbem.

Sapi. 16. b

Pedes sanctorum suorum seruabit, ⁊ impij in tenebris conticescent: qa non in fortitudine roborabitur vir.

Dominum formidabunt aduersarij eius, super ipsos in cœlis tonabit: dñs iudicabit fines terrę, ⁊ dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu CHRISTI sui. Et abijt Elcana in Ramãtha, in domũ suã: puer autem erat minister in conspectu dñi ante facieꝫ Heli sacerdotis.

Christi regnũ

Porrò filij Heli, filij Belial, nescientes dñm, neque officiũ sacerdotum ad populum: sed quicũq; imolasset victimam, veniebat puer sacerdotis dum coquerent carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetẽ, vel in caldariam, aut in ollaꝫ, siue in cacabum: ⁊ omne qđ leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi sic faciebãt vniuerso Israeli venientiũ in Silo. Etiam antequã adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis, ⁊ dicebat imolanti, Da mihi carnem, vt coquam sacerdoti: nõ. n. accipiam à te carnem coctam, sed crudã. Dicebatq; illi imolans, Incendatur primũ iuxta moreꝫ hodie adeps, ⁊ tolle tibi quãtũcũq; desyderat aĩa tua. Qui rñdens aiebat ei, Nequaquã: nunc. n. dabis, alioquin tollam vi. Erat ergo peccatũ puerorũ grande nimis coram dño: quia detrahebãt homines sacrificio dñi. Samuel autẽ ministrabat ante faciem dñi: puer, accinctus ephod lineo. Et tunicam paruam faciebat ei mater suam, quam afferebat statutis diebus, ascendens cũ viro suo, vt imolaret hostiã solẽnẽ. Et benedixit Heli Elcanę ⁊ vxori eius, dixitq; ei, Reddat tibi dñs semen de muliere hac, pro fœnore quod cõmodasti dño. Et abierunt in locũ suũ. Visitauit ergo dñs Annaꝫ, & cõcepit, ⁊ peperit tres filios, ⁊ duas filias: & magnificatus est puer Samuel apud dominum. Heli autẽ erat senex valde, ⁊ audiuit omnia quę faciebãt filij sui vniuerso Israeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quę obseruabãt ad ostium tabernaculi*, & dixit eis, Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo? Nolite filij mei: non enim est bona fama quã ego audio, vt transgredi faciatis populum domini. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest deus: si autem in dominũ peccauerit vir,

Samuel ministrat deo. C

Filij Heli, filij nequã.

Peccatũ filiorum Heli sacerdotis.

D Samuel ministrat dño.

Benedictio Heli.

Anna rursum parit tres filios ⁊ duas filias.

B Heli corripit filios suos.

quis orabit pro eo? Et non audierunt vocē patris sui: quia voluit dominus occidere eos. Puer autem Samuel proficiebat, atque cresce-bat, & placebat tam deo quā hominibus. Venit autē vir dei ad Heli, & ait ad eum, Hęc dicit dn̄s, Nunquid nō apertè reuelatus sum domui patris tui, quum essent in Aegypto in domo Pharaonis? Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad alta-re meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de sacrificijs filiorum Israel. Quare cal-ce abiecistis victimā meā, & munera mea quę pręcepi vt offerrentur in templo: & magis honorasti filios tuos quam me, vt comederetis pri-mitias omnis sacrificij Israel populi mei? Propterea ait domin' deus Israel, Loquens loquutus sum, vt domus tua, & domus patris tui mi-nistraret in conspectu meo, vsq; in sempiternum. Nunc autē, dicit dn̄s, absit hoc ā me: sed quicūq; honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniunt, & pręci-dam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua. Et videbis ęmulum tuum in templo, in vniuersis prospe-ris Israel: & nō erit senex in domo tua oībus diebus. Verūtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo: sed vt deficiāt oculi tui, & tabescat anima tua, & pars magna domus tuę morietur quum ad virilem ętatem venerit. Hoc autē erit tibi signum quod venturū est duobus filijs tuis Ophni & Phinees, In die vno morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animā meā faciet & ędificabo ei domum fidelem, & ambulabit corā christo meo cunctis diebus. Futurum est autem, vt quicunq; remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nūmum argenteum, & tor-tam panis, dicatq;, Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdo-talem, vt comedam bucellam panis.

Arguit Heli indulgen-tię erga fi-lios. F

3. Reg. 2. e.

G

Sadoc sacer-dos fidelis corā vncto dei Salomo-nis.

vel, dn̄s iudica-bit cū illo? .i. qs erit pur' vt iudicet eum il-lo? siue vt iu-dex constituat cū illo, vel p illo, & dicat fa-ciem' iudiciū inter vos sic & sic? Vel, qs in-dicabit p illo? .i. qs ingredi ausus erit iudi-ciū p illo cum dn̄o? Chal. in-terp. a quo ro-gabit & remit-tetur ei?)

ambulabat, manifestaui me

vel, vt offer-ret super

vel superhu-merale

ignita(.i. ob-latiōes q̄ igni cōsumunt) calcitratis contra oblationes meas tabernaculo: saginetis vos de primitijs honorificabo cōtēnentur, inimicū in habitaculo vt cōsumā ocu-los tuos, oīs multitudo domus tuę morient iuuenes. vel domū securā. incuruet se ei p nūmo argēteo, & bucella(.i. petēs nūmū &c.) lōge me q̄so vni pti sacerdotali.

CAPVT III.

PVer autem Samuel ministrabat domino coram Heli, & sermo do-mini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta. Fa-ctum est ergo in die quadam, Heli iacebat in loco suo, & oculi eius ca-ligauerant, nec poterat videre lucernam dei antequam extingueret. Samuel autem dormiebat in templo domini, vbi erat arca dei. Et vo-cauit dominus Samuel. Qui respondens ait, Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, & dixit, Ecce ego: vocasti enim me. Qui dixit, Non vocaui: reuer-tere, & dormi. Et abijt, & dormiuit. Et adiecit dominus rursum vo-care Samuelem. Cōsurgensq; Samuel abijt ad Heli, & dixit, Ecce ego: quia vocasti me. Qui respondit, Nō vocaui te fili mi: reuertere & dor-mi. Porrò Samuel necdū sciebat dominū, nec reuelatus fuerat ei sermo domini. Et adiecit dominus, & vocauit adhuc Samuelem tertio. Qui consurgens abijt ad Heli, & ait, Ecce ego: quia vocasti me. Intellexit ergo Heli quia dominus vocaret puerum: & ait ad Samuelem, Vade, & dormi: & si deinceps vocauerit te, dices, Loquere domine, quia au-dit seruus tuus. Abijt ergo Samuel, & dormiuit in loco suo. Et ve-nit dominus, & stetit: & vocauit sicut vocauerat secundo, Samuel Sa-muel. Et ait Samuel, Loquere, quia audit seruus tuus. Et dixit domi-nus ad Samuelē, Ecce ego facio verbū in Israel, quod quicūq; audie-rit, tinnient ambę aures eius. In die illa suscitabo aduersum Heli, om-nia quę loquutus sum super domū eius: incipiam & cōplebo. Prędixi enim ei quòd iudicaturus essem domum eius in ęternum, propter ini-quitatem, eo quòd nouerat indigne agere filios suos, & non corri-

A Cessat deus apparere in Silo p verbū manifestum.

Quater vo-cat Samuel a dn̄o, B vt sit pphe-ta ipsius.

Heli docet Samuelē qd rn̄deret dn̄o vocanti.

Predicit C de Samueli punitionem Heli ob pec-catū filiorum.

vel raros

dormiebat

Anteq; lucer-na dei extin-gueret, Samu-el (significat noctem fuisse qn̄ interim lā-pas ardebat in tabernaculo domini)

rem vnam

qn̄ maledice-rēt eis filij sui. (LXX, qđ ma-ledicerent deo filij sui,)

prohibuerit

pueri[?] eos. Idcirco iuraui domui Heli, quòd nō expietur iniquitas do
mus eius victimis & muneribus vsque in æternū. Dormiuit autem
Samuel vsq; mane, aperuitq; ostia domus domini. Et Samuel timebat
indicare visionē Heli. Vocauit ergo Heli Samuelē, & dixit, Samuel fi- D
li mi? Qui rñdens, ait, Presto sum. Et interrogauit eū, Quis est sermo
qui dictus est ad te? oro te ne celaueris me. hæc faciat tibi deus, & hæc
addat, si absconderis à me sermonē ex omnibus verbis quę dicta sunt
tibi. Indicauit itaq; ei Samuel vniuersos sermones, & non abscondit
ab eo. Et ille respondit, Dominus est quod bonum in oculis suis, fa-
ciat. Creuit autē Samuel, & dominus erat cū eo, & nō cecidit ex om
nibus verbis eius in terram. Et cognouit vniuersus Israel à Dan, vsq;
Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset domini. Et addidit do
minus vt appareret in Silo: quoniam reuelatus fuerat dominus Sa-
muel in Silo, iuxta verbum domini. Et euenit sermo Samuelis vni-
uerso Israeli.

CAP. IIII.

1 ET factū est in diebus illis, conuenerunt Philisthijm in pugnā. A
Egressus est nāq; Israel obuiā Philisthijm in prælīū, & castrame
tatus est iuxta Lapidē adiutorij. Porrò Philisthijm venerūt in Aphec,
& instruxerunt aciē cōtra Israel. Inito autem certamine, terga vertit
Israel Philisthæis: & cæsa sunt in illo certamine passim per agros, quasi
quatuor millia viror. Et reuersus est pp̄ls ad castra: dixeruntq; maio
res natu de Israel, Quare percussit nos dñs hodie coram Philisthijm?
Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis dñi, & veniat in mediū nři,
vt saluet nos de manu inimicorū nostrorū. Misit ergo populus in Si-
lo, & tulerunt inde arcam fœderis dñi exercituū sedentis super cheru-
bim: erantq; duo filij Heli cum arca fœderis dñi, Ophni & Phinees. B
Quumq; venisset arca fœderis dñi in castra, vociferatus est ōis Israel
clamore grandi, & personuit terra. Et audierunt Philisthijm vocē cla-
moris, dixeruntq;, Quænā est hæc vox clamoris magni in castris He-
bræorū? Et cognouerūt quòd arca dñi venisset in castra. Timueruntq;
Philisthijm, dicētes, Venit deus in castra. Et ingemuerunt, dicentes,
Væ nobis: non.n. fuit tanta exultatio heri & nudiustertius: væ nobis.
Quis nos saluabit de manu deorū sublimiū istorum? hi sunt dij qui per-
cusserunt Aegyptū omni plaga in deserto. Confortamini, & estote
viri, Philisthijm: ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruierunt nobis: con
fortamini, & bellate. Pugnauerunt ergo Philisthijm, & cæsus est Israel,
& fugit vnusquisq; in tabernaculū suū: & facta est plaga magna nimis:
& ceciderunt de Israel triginta millia peditū. Et arca dei capta est: duo
quoq; filij Heli mortui sunt, Ophni & Phinees. Currens autem vir C
de Beniamin ex acie venit in Silo in die illa, scissa veste, & cōspersus pul
uere caput. Quumq; ille venisset, Heli sedebat super sellam cōtra viam
spectans. Erat.n. cor eius pauens pro arca dei. Vir autē ille postquam
ingressus est, nuntiauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas. Et audiuit He-
li sonitum clamoris, dixitq;, Quis est hic sonitus tumultus huius? At
ille festinauit, & venit, & nuntiauit Heli. Heli autē erat nonaginta &
octo annorū, & oculi eius caligauerant, & videre nō poterat. Et dixit
ad Heli, Ego sum qui veni de prælio, & ego q de acie fugi hodie. Cui
ille ait, Quid actū est fili mi? Rñdens aūt ille q nūtiabat, Fugit, inquit,
Israel corā Philisthijm, & ruina magna fcā est in pp̄lo: insup, & duo fi-
lij tui mortui sunt, Ophni & Phinees: & arca dei capta est. Quumq; ille D
noiasset arcā dei, cecidit de sella retrorsū iuxta ostiū, & fractis ceruicibus
mortuus est. Senex.n. erat vir, & grādęuus: & ipse iudicauit Israel.xl. ānis.
Nurus aūt eius vxor Phinees, pgnans erat, vicinaq; partui: & audito
nūtio qd capta esset arca dei, & mortuus esset socer suus, & vir suus, in-
curuauit se & peperit. irruerant.n. i eā dolores subiti. In ipso aūt mo
mento mortis eius, dixerunt ei quę stabant circa eam, Ne timeas, qa

P ij

Margin notes (left): oblationibus — manifestauerat se — fuit (vel, Et Samuel loquebatur) — castrametati sunt — cæsus ē Israel coram — dixerunt — simile — fortium — estote viri, — speculans. — sui.

Margin notes (right): Indicat Samuel visionem ipsi Heli. — Cęditur Israel a Philistheis. Affert arcā in castra. — Clamor magnus in aduētu arcę. Timēt Philisthijm audiētes arcam dei esse cum Israelitis. — Scōo cędūt Israelitę. — Arca capit. Ophni & Phinees moriūtur. Nuntiatur ciuitati & ipsi Heli arcā eē captā. — Morit Heli.

Nascitur Ichabod.

filium peperisti. Quę non respondit eis, neque animaduertit.) Et vocauit puerum Ichabod, dicens, Translata est gloria de Israel, quia capta est arca dei, & pro socero suo, & pro viro suo. Ait, Trãslata est gloria ab Israel eo quòd capta esset arca dei.

posuit cor suum. Heb. Et dixit,

CAP. V.

A Archa meta Dagon à Philisthęis collocata, corruit ipse Dagon.

PHilisthijm autẽ tulerunt arcam dei, & asportauerunt eam à lapide adiutorij in Azotum. Tuleruntq; Philisthijm arcam dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Quumq; surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam dñi: & tulerunt Dagon, & restituerunt eũ in locum suum. Rursumq; mane die altera consurgentes, inuenerunt Dagon iacentẽ super faciem suam in terra coram arca dñi: caput autẽ Dagon, & duę palmę manuum eius abscissę erant super limen: porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc caussam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, super limen Dagon in Azoto, vsq; in hodiernum diem. Aggrauata est autẽ manus dñi super Azotios, & demolitus est eos: & percussit in secretiori parte natium Azotum & fines eius. Et ebullierũt villę & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est cõfusio mortis magnę in ciuitate. Videntes autẽ viri Azotij huiuscemodi plagam, dixerunt, Nõ maneat arca dei Israel apud nos: quoniã dura est manus eius super nos, & super Dagon deum nostrum. Et mittentes congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum ad se, & dixerunt, Quid faciemus de arca dei Israel? Responderuntq; Gethęi, Circũducatur arca dei Israel. Et circũduxerunt arcam dei Israel. Illis autẽ circũducentibus eã, fiebat manus domini per singulas ciuitates interfectionis magnę nimis: & percutiebat viros vniuscuiusq; vrbis, à paruo vsq; ad maiorem, & cõputrescebant prominẽtes extales eorum. Inieruntq; Gethęi consilium, & fecerũt sibi sedes pelliceas. Miserũt ergo arcam dei in Accaron. Qumq; venisset arca dei in Accaron, exclamauerũt Accaronitę, dicentes, Adduxerũt ad nos arcã dei Israel, vt interficiat nos & populum nostrũ. Miserunt itaque, & congregauerunt omnes satrapas Philisthinorũ: qui dixerunt, Dimittite arcam dei Israel, & reuertatur in locũ suum, vt nõ interficiat nos cum populo nostro. Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valde manus dei. viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebanť in secretiori parte natium: & ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cœlum.

B Percutiuntur mariscis Philisthęi. Psal. 77.d

C Arcam reijciunt de finibus suis

D Accaronitę

ceciderat in faciem suam

mariscis

& antea incognitę erãt eis mariscę, (Alij, lęsit eos in natibus)

vel cõtritio.

CAPVT. VI.

A Philisthęi cõsulunt sacerdotes suos qd de arca dei faciendũ est.

FVit ergo arca dñi in regione Philisthinorum septem mẽsibus. Et vocauerũt Philisthijm sacerdotes & diuinos, dicentes, Quid faciemus de arca domini? indicate nobis quõ remittamus eam in locum suum. Qui dixerũt, Si remittitis arcam dei Israel, nolite dimittere eã vacuam, sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & scietis quare nõ recedat manus eius à vobis. Qui dixerunt, Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Rñderuntq; illi, Iuxta numerum prouinciarum Philisthinorum quinq; anos aureos facietis, & quinq; mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & satrapis vestris. Facietisq; similitudines anorũ vestrorum, & similitudines muriũ qui demoliti sunt terrã, & dabitis deo Israel gloriam: si fortè releuet manum suã à vobis, & à dijs vestris, & à terra vestra. Quare aggrauatis corda vestra sicut aggrauauit Aegyptus, & Pharao cor suum? nonne postq; percussus est, tunc dimisit eos, & abierũt? Nunc ergo arripite & facite plaustrũ nouũ vnũ: & duas vaccas fœtas, quibus nõ est impositum iugũ, iungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi. Tolletisq; arcã dñi, & ponetis in plaustro, & vasa aurea quę exsoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellã ad latus eius: & dimittite eã vt vadat. Et aspicietis: & si quidẽ per viam finiũ suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis

Ani aurei. Mures aurei.

B Exo.12.d

in quo

restituite ei hostiam

principum

factum est in eos, dimiserũt

lactantes,

reducite vitulos earum, sequẽtes eas, ad domum.

bis hoc malum grāde. Sin autē minime: sciemus quia nequaquam manus
eius tetigit nos, sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc mō: & tollē- Vaccę redu
tes duas vaccas quę lactabant vitulos, iunxerūt ad plaustrū, vitulosq́; cunt arcā.
ᵃduxerunt in eaꝝ ᵃconcluserunt domi. ᵇEt posuerunt arcā dei super plaustrum, & ca-
domum. psellam quę habebat mures aureos & similitudinē anoꝝ. Ibant autē
in directum vaccę per viam quę ducit Bethsāmes, ⁊ itinere vno gra- C
diebantur, pergentes & mugientes: ⁊ nō declinabant neque ad dexte-
ram neq; ad sinistram: sed & satrapę Philisthijm sequebant, vsq; ad ter
minos Bethsāmes. Porrò Bethsāmitę metebāt triticum in valle: ⁊ ele- Bethsamitę
uantes oculos suos, viderunt arcā, ⁊ gauisi sunt quū vidissent. Et plau visa arca lę
strum venit in agrū Iosue Bethsāmitę, & stetit ibi. Erat autē ibi lapis tātes holo-
ᶜsciderunt magnus, ⁊ ᶜconciderunt ligna plaustri, vaccasq́; īposuerunt super ea causta offe-
holocaustum dn̄o. Leuitę autem deposuerunt arcā dei, ⁊ capsellā quę runt.
erat iuxta eam in qua erant vasa aurea, & posuerunt sup lapidē grān
dem. Viri autē Bethsāmitę obtulerunt holocausta, & imolauerunt vi
ctimas in die illa dn̄o. Et quinq; satrapę Philisthinoꝝ viderunt, & re-
uersi sunt in Accaron in die illa. Hi sunt autem ani aurei, quos reddi- D
derunt Philisthijm pro delicto, dn̄o: Azotus vnum, Gaza vnū, Asca
lon vnum, Geth vnum, Accaron vnum: ⁊ mures aureos secūdum nu-
ᵈomnium merum ᵈvrbium Philisthijm quinq; ᵉprouinciarum, ab vrbe murata,
ᵉprincipum vsq; ad villam quę erat absq; muro, ⁊ vsq; ad ᶠAbel magnum super
ᶠlapidem quem posuerunt ᵍarcam domini quę erat vsque ʰin die illa in agro Io
ᵍq̄ erāt ſ arca sue Bethsāmitis. Percussit aūt dn̄s de viris Bethsāmitibus, eo quòd Bethsamitę
ʰad diem hāc vidissent arcam domini: ⁊ percussit de populo septuaginta viros, ⁊ qn pcutiuntur
ⁱviros. quaginta millia ⁱplebis. Luxitq; populus, eo quod dn̄s percussisset qd̄ intra ar
plebē plaga magna. Et dixerunt viri Bethsāmitę, Quis poterit stare in cā aspexissēt
conspectu domini dei sancti huius? ⁊ ad quem ascendet à nobis? Mise- S. dn̄s deus
runtq́; nuntios ad habitatores Cariathiārim, dicentes, Reduxerunt Israel.
Philisthijm arcam domini, descendite, ⁊ reducite eam ad vos.

CAPVT VII.

A
VEnerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam domini, & Reducūt vi
intulerunt eam in domū Abinadab in Gabaa: Eleazarum autem ri cariathia
filium eius sanctificauerunt, vt custodiret arcā dn̄i. Et factū est, ex qua rim arcā in
die mansit arca dn̄i in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, erat quippe domū Abi
nadab.
ᵃingemuit (vl iam annus vicesimus: ⁊ ᵃrequieuit ōis domus Israel post dn̄m. Ait Flēt Israel
luxit,) autē Samuel ad vniuersaꝝ domū Israel, dicens, Si in toto corde vestro tę.
reuertimini ad dn̄m, auferte deos alienos de medio vestri, Baalim & Samuel hortatur
Astaroth: ⁊ pręparate corda vestra dn̄o, & seruite ei soli, & eruet vos ad populū
de manu Philisthijm. Abstulerūt ergo filij Israel Baalim ⁊ Astaroth, lugentem.
& seruierunt dn̄o soli. Dixit aūt Samuel, Cōgregate vniuersum Israel Corde ser-
in Masphath, vt orem p vobis dn̄m. Et cōuenerūt in Masphath: hau- B uiēdum
seruntq́: aquam, & effuderunt in cōspectu dn̄i, ⁊ ieiunauerunt in die deo soli.
illa, atque dixerunt ibi, Peccauimus dn̄o. Iudicauitq́; Samuel filios Deu. 6. c
Israel in Masphath. Et audierunt Philisthijm quòd congregati essent Mat. 4. b
filij Israel in Masphath, & ascenderūt satrapę Philistinoꝝ ad Israel. Orat Sāuel
Quod quum audissent filij Israel, timuerūt à facie Philisthinoꝝ. Dixe p populo
runtq́; ad Samuelem Ne cesses pro nobis clamare ad dn̄m deuꝫ nr̄m, Ieiuniū.
vt saluet nos de manu Philisthinoꝝ. Tulit aūt Samuel agnū lactentē C Cōfessio
ᵇtotum vnum, ⁊ obtulit illum holocaustuꝫ ᵇintegrum dn̄o: & clamauit Sa- peccati.
muel ad dominum pro Israel, & exaudiuit eum dominus. Factum Philisthęi
est autem, quum Samuel offerret holocaustum, Philisthijm iniere prę ascēdūt ɔtra
lium cōtra Israel: intonuit autē dominus fragore magno in die illa Israel, & a
ᶜcontriuit super Philisthijm, ⁊ ᶜexterruit eos, & cęsi sunt à filijs Israel. Egressiq́; dn̄o pcutiūt.
filij Israel de Masphath persequuti sunt Philistheos, ⁊ percusserūt eos Orās Sāuel
vsque ad locum qui erat subter Bethcar. Tulit autē Samuel lapidem p Israelitis,
vnum, ⁊ posuit eum inter Masphath & inter Sen, ⁊ vocauit nomen exauditur.
Eccli. 40. d

D loci illius, Lapis adiutorij. Dixitq;, Hucusq; auxiliatus est nobis do- minus. Et humiliati sunt Philisthijm, nec apposuerunt vltrà vt veni- rent in terminos Israel: facta est itaq; manus dñi super Philistheos, cun- ctis diebus Samuelis. Et redditę sunt vrbes quas tulerant Philisthijm ab Israel, Israeli, ab Accaron vsq; Geth, & terminos suos: liberauitq; Israel de manu Philisthinorum, eratq; pax inter Israel & Amorrheū.

Pax in Israel.

Iudicabat quoq; Samuel Israelem cunctis diebus vitę suę: & ibat per singulos annos circūiens Bethel & Galgala & Masphath, & iudicabat Israelem in supradictis locis. Reuertebaturq; in Ramátha. ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem: ędificauit etiam ibi altare domino.

eius, | et terminum suum liberauit Israel

CAPVT VIII.

A Samuel cōstituit filios suos iudices sup Israel. Iudices auari.

A Factum est autem quū senuisset Samuel, posuit filios suos iudices super Israel. Fuitq; nomen filij eius primogeniti Ioel: & nomen secundi Abia, iudicū inter Bersabee. Et non ambulauerūt filij illius in vijs eius: sed declinauerūt post auaritiā, acceperuntq; munera, & per- uerterunt iudiciū. Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel ve- nerunt ad Samuelē in Ramátha. Dixeruntq; ei, Ecce tu senuisti, & filij tui nō ambulant in vijs tuis: Constitue nobis regē, vt iudicet nos, sicut & vniuersę habent nationes. Displicuitq; sermo in oculis Samuelis,

B eo q dixissent, Da nobis regem, vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad dñm. Dixit autem dñs ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quę loquuntur tibi. non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Iuxta omnia opera sua quę fecerūt à die qua eduxi eos de Aegy- pto vsq; ad diem hanc: sicut dereliquerūt me, & seruierunt dijs alie- nis, sic faciunt etiā tibi. Nunc ergo vocem eorū audi: verūtamen cōte- stare eos, & prędic eis ius regis qui regnaturus est super eos. Dixit

Regē petūt Israelitę, abijcientes deum. Osee.9.b 13.c

spreuerunt, | &

C itaq; Samuel omnia verba domini ad populū qui petierat à se regē, & ait, Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis, Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietq; sibi equites & pręcursores quadrigarū suarum, & cōstituit sibi tribunos & centuriones, et aratores agrorum suorum, et messores segetū, et fabros armorū et curruum suorum. Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias et focarias et panificas. Agros quoq; vestros, et vineas, et olíueta optima tollet, et dabit seruis suis. Sed et segetes vestras et vinearū redditus addecimabit, vt det eunuchis et

Act.13.c Orat Samuel. Regis ius.

quinquagenarios, | tollet in | pistrices (vel coquas)

D famulis suis. Seruos etiam vestros, et ancillas, et iuuenes optimos, et asi- nos auferet, et ponet in opere suo. Greges quoq; vestros addecimabit, vosq; eritis ei serui. Et clamabitis in die illa à facie regis vestri quem elegistis vobis: et nō exaudiet vos dñs in die illa. Noluit autem popu- lus audire vocem Samuelis, sed dixerunt, Nequaquā. rex enim erit su- per nos, et erimus nos quoque sicut omnes gentes: et iudicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi, et loquutus est ea in auribus do- mini. Dixit autem dominus ad Samuelem, Audi vocem eorum, et cō- stitue super eos regē. Et ait Samuel ad viros Israel, Vadat vnusquisq; in ciuitatem suam.

de seminibus vestris et vineis vestris capiet decimas,

Gentiū more, regē volūt habere.

CAPVT IX.

A Saul filius Cis qrit asinas patris.

A ET erat vir de Beniamin, nomine Cis, filius Abiel, filij Seror, filij Bo- chorath, filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore. Et erat ei filius vocabulo Saul, electus et bonus: et nō erat vir de filijs Israel melior illo. ab humero et sursum eminebat super omnē populū. Perierant autē asinę Cis patris Saul: et dixit Cis ad Saul filium suū, Tolle tecū vnū de pueris, et cōsurgens vade, et quęre asinas. Qui quū trāsissent p monte Ephráim, et per terrā Salisa, et non inuenissent, transierunt etiā per terrā Salim, et nō erant: sed et per terrā Iemini, et minime repererunt. Quum autem venissent in terrā Suph, dixit saul ad puerū qui erat cū eo, Veni, et reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, et solicitus sit pro nobis. Qui ait ei, Ecce vir dei est in ciuitate hac, vir nobilis; omne

Pueri suasu vadit ad Samuelem.

Chald. interp. pulcher: (decorus) | Chald. interp. pulchrior | quęso | vel, timeat | nunc | Gloriosus (vel honorabilis: seu clarus)

quod loquitur, sine ambiguitate venit.) Nūc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra propter quã venimus.) Dixitq; Saul ad puerũ suũ, Ecce ibimus: quid feremus ad virum dei? panis deficit in sitarcijs) nostris: et sportulã) nõ habemus, vt demus homini dei, nec quicquã aliud. Rursum puer respõdit Sauli, & ait, Ecce inuẽta est in manu mea quarta pars stateris) argẽti, demus homini dei, vt indicet nobis viam nostrã. Olim in Israel sic loquebatur vnusquisq;, vadens consulere deũ, Venite, & eamus ad videntẽ. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Et dixit Saul ad puerũ suũ, Optimus sermo tuus: veni, eamus. Et ierunt in ciuitatẽ in qua erat vir dei. Quumq; ascenderent cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, et dixerunt eis, Num hic est videns? Quę respõdentes, dixerunt illis, Hic est: ecce ante te. festina nũc: hodie enim venit in ciuitatẽ, quia sacrificium est hodie populi in excelso. Ingredientes vrbem, statim) inuenietis eum antequã ascẽdat excelsum ad vescendũ. neq; enim comesturus est populus donec ille veniat. quia ipse benedicet hostię,) et deinceps comedent qui vocati sunt.) Nunc ergo ascendite. quia hodie) reperietis eum. Et ascenderunt in ciuitatẽ. Quumq; illi ambularẽt in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam eis vt ascenderet in excelsum. Dominus autẽ reuelauerat auriculã Samuelis ante vnam diem quàm veniret Saul, dicens, Hac ipsa hora, quę nunc est, cras mittam virum ad te de terra Beniamin, & vnges eum ducem super populum meum Israel: & saluabit populum meum de manu Philisthinorũ, quia respexi populum meum: venit enim clamor eorum ad me. Quumq; aspexisset Samuel Saulem, dominus dixit ei, Ecce vir quem dixeram tibi, Iste dominabitur populo meo. Accessit autẽ Saul ad Samuelem in medio portę, & ait, Indica, oro, mihi, vbi est domus videntis? Et respondit Samuel Sauli, dicens, Ego sum videns, ascende ante me in excelsum, vt comedatis mecum hodie, & dimittam te mane: & omnia quę sunt in corde tuo, indicabo tibi. Et de asinis quas nudiustertius perdidisti, ne sollicitus sis, quia inuentę sunt. Et cuius erunt optima) quęque Israel? nónne tibi, & omni domui patris tui? Respondens autem Saul ait, Nunquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima) inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo loquutus es mihi sermonem istum? Assumens itaq; Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locũ in capite eorum qui fuerant inuitati. erant enim quasi triginta viri. Dixitq; Samuel coco, Da partem quam dedi tibi, & pręcepi vt reponeres seorsum apud te. Leuauit autem cocus armum,) & posuit ante Saul. Dixitq; Samuel, Ecce quod remansit, pone ante te, & comede: quia de industria) seruatum est tibi, quando populũ vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa. Et descenderunt de excelso in oppidum, & loquutus est cum Saule in solario. Quumq; mane surrexissent, et iam dies lucesceret, vocauit Samuel Saulem in solario,) dicens, Surge, & dimittam te. Et surrexit Saul: egressiq; sunt ambo, ipse videlicet & Samuel: Quumq; descenderent in extrema parte ciuitatis, samuel dixit ad saul, Dic puero vt antecedat nos, & transeat: tu autem subsiste paulisper,) vt indicem tibi verbũ dei.

CAP. X.

Tulit autem samuel lenticulam olei,) & effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait, Ecce vnxit te dominus super hęreditatem suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum, quia vnxit te dñs in principem. Quum abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin in meridie,) dicentq; tibi, Inuentę sunt asinę, ad quas ieras perquirendas: & intermisit pater tuus asinas, sollicitus est pro) vobis, et dicit, Quid faciã de filio meo?

venienda venit Heb. viam nostram per quam ambulemus.
vasis
munus
sicli
sic
vel sacrificio
Chald. interp. parati sũt sub. ad comedẽdũ)
has hora
desyderabilia
minor
coxã et quod erat sup illam, Chald. interp. coxã & femur eius,
in istud tẽpus LXX, in testimonium.
super tectum. & infra.
modo, (hac hora)
vel, vas oleanum,
I
Selsah (nomen loci)
vel, timet

B
Propheta, olim dicebat videns.
Saul cõsulturus videntẽ, ascendit.
C
Samuel occurrit Sauli.
Samueli pręcipit deus vt saulem vngat in regẽ.
Act. 13. c.
Samuel per spiritum dei cognoscit saulem.
D
Sauli indicat samuel asinas iuẽtas, & ipm regẽ futurum.
Samuel & loco et cibo honorat Saulem.
A
Saul vngitur in regẽ sup Israel.
Act. 13. c.
Osee. 9. d.
Signa quibus credat saul se a deo vnctũ in regẽ.

Quumq́; abieris inde, & vltrà transieris, & veneris ad quercũ Thabor, inuenient te ibi tres viri ascendentes ad deũ in Bethel, vnus portãs tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenã vini. Qui q́; te salutauerint*, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum.

B Post hęc venies in collem dei, vbi est statio Philisthinorũ: & quum ingressus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem prophetarũ descendentium de excelso, & ante eos ²psalterium, & tympanum,) & tibiam, & citharam, ipsosq́; prophetantes. Et ²insiliet) in te spiritus domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium. Quando ergo euenerint signa hęc omnia tibi, fac quęcũq; inuenerit manus tua, quia dominus tecum est. Et descendes ante me in Galgala: (ego quippe descendam ad te) vt offeras oblationẽ, & immoles victimas pacificas: septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias.

Itaq; cum auertisset humerũ suum vt abiret à Samuele, immutauit ei deus cor aliud, & venerunt omnia signa hęc in die illo. Veneruntq́; ad prędictum collem, & ecce cuneus prophetarũ obuius ei: & ²insiluit) super eum spiritus domini, & prophetauit in medio eorum. Videntes autem omnes qui nouerant eum heri & nudiustertius, quòd esset cum prophetis, & prophetaret, dixerunt adinuicem, Quęnã res accidit filio

C Cis? num & Saul inter prophetas? Respondit ²alius ad alterũ,)dicens, Et quis pater eorum? Propterea versum est in prouerbiũ, NVM ET SAVL inter prophetas? Cessauit autem prophetare, & venit ad excelsum. Dixitq́; patruus Saul ad eum, & ad puerũ eius, Quò abiistis? Qui responderunt, Quęrere asinas: quas quũ non reperissemus, venimus ad Samuelem. Et dixit ei patruus suus, Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. Et ait Saul ad patruum suum, Indicauit nobis quòd inuentę essent asinę. De sermone autem regni non indicauit ei quem loquutus fuerat ei Samuel. Et cõuocauit Samuel populum ad dominũ in Masphat, & ait ad filios Israel, Hęc dicit dominus deus Israel, Ego eduxi Israel de Aegypto, & erui vos de manu Aegyptiorũ, & de manu omnium regũ qui affligebant vos. Vos autem hodie proiecistis dominũ deum vestrum qui ²solus saluauit) vos de vniuersis malis & tribulationibus vestris: & dixistis, Nequaquã, sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram domino per tribus vestras, & per ²familias.) Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, & ²cecidit sors super tribum) Be-

D niamin. Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & ²cecidit sors super cognationem) Metri, & ²peruenit vsq; ad Saul filium) Cis. Quęsierunt ergo eum, & non est inuentus. Et cõsuluerunt post hęc dominum vtrumnam venturus esset* illuc. Respondítq́; dominus, Ecce ²absconditus est domi.) Cucurrerunt itaq;, & tulerũt eum inde: stetitq́; in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum. Et ait Samuel ad omnem populũ, Certe videtis quem elegit dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus, & ait, Viuat rex. Loquutus est autem Samuel ad populũ legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram domino: & dimisit Samuel omnem populum singulos in domũ suam. Sed & Saul abijt in domum suam in Gabaa: & abijt cum eo pars exercitus, quorum tetigerat deus corda. Filij verò ²Belial) dixerunt, Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille verò dissimulabat se audire.

CAPVT XI.

A ET ascendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduersum Iabes Galaad. Dixeruntq́; omnes viri Iabes ad Naas, Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. Et respõdit ad eos Naas Ammonites, In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrũ oculos dextros, ponamq́; vos opprobrium in vniuerso Israel. Et dixerunt ad eũ seniores Iabes, Concede nobis septem dies, vt mittamus nuntios ad vniuersos

Prophetę prophetantes siue laudẽ deo canẽtes in instrũs musicis.
Spiritus dei innouat corda.
Cor Saulis imutat de⁹.
Prophetat Saul.
Infra. 19. d
Prophetia dei donum nõ ex carnali natiuitate.
Prouerbiũ.
Conuocato populo, Samuel inculcat eis pctm̃ quòd regẽ petiuerint.
Sorte & signo externo, indicat deus se eligere Saulẽ in regem.
Inuit⁹ Saul constituitur rex.
Viuat rex.
Supra. 8. c
Corda tangit deus.
Naas Ammonites obsidet Iabes Galaad.

* in pace
² Sunt qui vertunt chorum, (siue quod barbare di cornamusum) reqescet & infra.
² requieuit
² vir inde (LXX, quidã ex eis,
² seruat
² milia vestra.
² capta ẽ trib⁹
² capta est familia
² capt⁹ est fili⁹
* adhuc vir (vel, aliquis)
² abscondit se inter vasa.
² impij

terminos Israel:& si nõ fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Venerunt ergo nuntij in Gabaa Saulis:& loquuti sunt verba hęc audiẽte populo:& leuauit omnis populus vocem suam, & fleuit. Et ecce Saul veniebat, sequẽs boues de agro, & ait, Quid habet populus ꝙ plorat? Et narrauerunt ei verba virorũ Iabes. Et insiliuit spiritus dñi in Saul, cũ audisset verba hęc, & iratus est furor eius nimis. Et assumẽs vtrũq; bouem, concidit in frusta, misitq; in omnes terminos Israel per manũ nuntiorum, dicens, Quicũq; non exierit, & sequutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor domini populũ, & egressi sunt quasi vir vnus. Et recensuit eos in Bezec: fueruntq; filiorũ Israel trecenta millia: virorũ autem Iuda triginta millia. Et dixerunt nũtijs qui venerant, Sic dicetis viris qui sunt in Iabes Galaad, Cras erit vobis salus, cũ incaluerit sol. Venerunt ergo nuntii, & annuntiauerũt viris Iabes: qui lętati sunt. Et dixerunt*, Mane exibimus ad vos:& facietis nobis omne qđ placuerit vobis. Et factum est, cũ dies crastinus venisset, cõstituit Saul populũ in tres partes: & ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon vsq; dum incalesceret dies, reliqui autem dispersi sunt, ita vt nõ relinquerentur in eis duo pariter. Et ait populus ad Samuelẽ, Quis est iste qui dixit, Saul num regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. Et ait Saul, Non occidetur quisq; in die hac, quia hodie fecit dñs salutẽ in Israel. Dixit autem Samuel ad populũ, Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnũ. Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram dño in Galgala, & immolauerunt victimas pacificas coram dño. Et lętatus est ibi Saul, & cũcti viri Israel nimis.

CAP. XII.

DIxit autem Samuel ad vniuersum Israel, Ecce audiui vocem vestram iuxta omnia quę loquuti estis ad me, & constitui super vos regem. Et nunc rex graditur ante vos: ego autẽ senui, & incanui, porrò filij mei vobiscum sunt. itaq; cõuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsq; ad hanc diem, ecce pręsto sum. Loquimini de me coram domino, & coram christo eius, vtrũ bouem cuiusquã tulerim, aut asinũ, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquã munus accepi: & contemnã illud hodie, restituamq; vobis. Et dixerunt, Non es calũniatus nos, neq; oppressisti, neq; tulisti de manu alicuius quippiã. Dixitq; ad eos, Testis est dñs aduersum vos, & testis christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiã. Et dixerunt, Testis. Et ait Samuel ad populũ, Dominus qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de terra Aegypti. Nunc ergo state, vt iudicio contendã aduersum vos coram dño de omnibus misericordijs domini, quas fecit vobiscũ, & cum patribus vestris: quomodo Iacob ingressus est Aegyptũ, & clamauerunt patres vestri ad dominũ: & misit dominus Moysen & Aaron, & eduxit patres vestros de Aegypto, & collocauit eos in loco hoc. Qui obliti sunt domini dei sui, & tradidit eos in manus Sisarę magistri militię Hasor, & in manu Philisthinorũ, & in manu regis Moab, & pugnauerunt aduersum eos. Postea autem clamauerunt ad dominũ, & dixerunt peccauimus, quia dereliquimus dominũ, & seruiuimus Baalim & Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorũ nostrorũ, & seruiemus tibi. Et misit dominus Ierobaal & Badan & Iephte & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorũ per circuitum, & habit. istis confidenter. Videntes autẽ ꝙ Naas rex filiorũ Ammon venisset aduersum vos, dixistis mihi, Nequaquã, sed rex imperabit nobis: cũ dominus deus vester regnaret in vobis. Nũc ergo pręsto est rex vester, quem elegistis & petistis: ecce dedit vobis dñs regem. Si timueritis dñm, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exasperaueritis os dñi: eritis & vos, & rex qui imperat vobis sequentes dñm deum vestrũ. Si autem non audieritis vocem

par boum

viri Iabes,

Accusatiui casus est

vel, Testificamini cõtra me

cuiuspiã occupaui (sub. bona.)

& abscõdam oculos meos ab eo,

occupasti nos (.i. bona nostra)

iustitijs

Iabenitę petunt auxiliũ à Saule.

B

Saul spiritu dei accensus, pmittit eis auxilium.

C

Timor dei.

330000. bellatores.

Viri Iuda.

D

Saul occidit Ammonitas.

Supra. 10.d

Vindictã ꝓhibet Saul & victoriã deo tribuit.

Innouatio regni Saul.

A

Samuel iudex innocẽs & integer est populi testimonio.

Boni iudicis siue principis exemplum.

Eccli. 46.d

Arguit Samuel pplm

B

igratitudis erga deũ, qđ pro deo rege, hoiem regẽ petierit.

Gen. 46.a

Iudi. 4.a

Iudicũ. 6.c

C

domini, sed exasperaueritis ᵃsermones eius,ᵃ erit manus domini super
vos, & super patres vestros. Sed & nũc state, & videte rem istam grandẽ,
quã facturus est dñs in conspectu vestro. Nunquid nõ messis tritici est
hodie? inuocabo dñm, & dabit ᵇvoces,ᵇ & pluuias: & scietis & videbitis
quia grande malũ feceritis ᶜvobisᶜ in conspectu domini, petentes super
vos regem. Et clamauit Samuel ad dñm, & dedit dñs voces, & pluuias
in illa die. Et timuit omnis populus nimis dñm & Samuelem. Et dixit
D vniuersus populus ad Samuelẽ, Ora pro seruis tuis ad dñm deũ tuũ,
vt nõ moriamur. addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum,
vt peteremus nobis regem. Dixit autem Samuel ad populũ, Nolite
timere, vos fecistis vniuersum malũ hoc: verũtamen nolite recedere à
tergo domini, sed seruite dño in omni corde vestro. Et nolite declina-
re post vana, quę non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana
sunt. Et non derelinquet dominus populũ suum, propter nomen suũ
magnum: quia ᵈiurauitᵈ dominus facere vos sibi populũ. Absit autem
à me hoc peccatũ in domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos
viam bonã & rectã. Igitur timete dñm, & seruite ei in veritate, ex toto
corde vestro. vidistis enim magnifica, quę in vobis gesserit. Quòd si
perseueraueritis in malitia: & vos & rex vester pariter peribitis.

CAPVT XIII.

A ᵃFIliusᵃ vnius anni erat Saul cũ regnare cœpisset, duobus aũt annis
regnauit sup Israel. Et elegit sibi Saul tria millia de Israel: & erãt
cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel: mille autẽ cum
Ionatha in Gabaa Beniamin. porrò cęterum populũ remisit vnum-
quenq; in tabernacula sua. Et percussit Ionathas ᵇstationemᵇ Philisthi-
norum, ᶜquęᶜ erat in Gabaa. Quod quũ audissent Philisthijm, Saul ce-
cinit buccina in omni terra, dicens, Audiãt Hebręi. Et vniuersus Isra-
el audiuit huiuscemodi famã, Percussit Saul ᵈstationemᵈ Philisthino-
rum: & ᵉerexit seᵉ Israel aduersus Philisthijm. Clamauit ergo populus
post Saul in Galgala. Et Philisthijm cõgregati sunt ad pręliandum
contra Israel, triginta millia curruũ, & sex millia equitum, & reliquum
vulgus, sicut arena quę est in litore maris plurima. Et ascendentes ca-
B strametati sunt in Machmas ad orientem Bethauen. Quod quũ vidis-
sent viri Israel se in arcto positos (ᶠafflictusᶠ enim erat populus) abscõ-
derunt se in speluncis, & in ᵍabditis,ᵍ in petris quoq;, & in antris, & in ci-
sternis. Hebręi autem transierunt Iordanem in terram Gad & Galaad.
Quumq; adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus pterritus est,
qui sequebatur eum. Et expectauit septem diebus ʰiuxta placitũ Samue
lis,ʰ & non venit Samuel in Galgala, dilapsusq; est populus ab eo.
Ait ergo Saul, Afferte mihi holocaustũ, & pacifica. Et obtulit holocau
stum. Quumq; cõplesset offerens holocaustũ, ecce Samuel veniebat: &
egressus est Saul obuiam ei, vt salutaret eũ. Loquutusq; est ad eum Sa
muel, Quid fecisti? Respondit Saul, Quia vidi q populus dilaberetur
à me, & tu non ⁱveneras iuxta placitos dies,ⁱ porrò Philisthijm cõgre-
gati fuerant in Machmas: dixi, Nunc descendent Philisthijm ad me in
C Galgala, & faciem dñi non ᵏplacaui.ᵏ ˡNecessitate cõpulsus,ˡ obtuli ho
locaustum dño. Dixitq; Samuel ad Saul, Stulte egisti, nec custodisti
ᵐmandataᵐ dñi dei tui, quę pręcepit tibi. Quod si non fecisses, iam nũc
pręparasset dñs regnum tuum super Israel in sempiternũ, sed nequaq;
regnũ tuum ⁿvltrà consurget.ⁿ Quęsiuit dñs sibi virum iuxta cor suũ:
& pręcepit ei dñs vt esset dux super populũ suum, eo q non seruaueris
quę pręcepit dñs. Surrexit autem Samuel, & ascendit de Galgalis in
Gabaa Beniamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obuiam
populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle
Beniamin. Et recensuit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo,
quasi sexcentos viros; Et Saul, & Ionathas filius eius, populusq; qui

Deus mira vulo cugit dura corda fateri pctm. 1. ex.
Oratio.
Euãgelium pvocat ad pniam & fidẽ in deũ.
Propter pmissiões suas peit de⁹.
Oratio.
Via recta.
Seruiendũ do i vitate, toto corde.
Percutiunt Philisthei ã Saule & Ionatha.
Infra. 15. d
Philisthęis rursũ pgregatis pauidi Israelitę abscõdũt se in cauernis.
Saul elat⁹, relinquitur à suis.
Saul ptra pceptum dei, nõ expectato Samuele, sacrificat, vnde & abijcit à deo.
Regnum Dauidis pdicitur.

ᵃ os domini, Heb.
ᵇ tonitrua. & ?
ᶜ vos
ᵈ voluit (vel cœpit. Chald. interp. placuit coram dño)
ᵃ vel, Veluti filius (Sunt q sic vertũt, Saul regnauerat vnũ annum:)
ᵇ prefectus (aut ducem)
ᶜ qui
ᵈ prefectũ (aut ducẽ) siue pręsidem)
ᵉ abominabilis fuit (vel fœtuit) Isrl inter Philisthęos (vel corã Philisthęis.)
ᶠ coartatus
ᵍ munitionibus,
ʰ scdm tempus qd dixerat Samuel,
ⁱ veniebas ad tps dier. Heb. pro, tpe constituto, nempe septimo die.
ᵏ sum pcatus.
ˡ Roboraui me (vel, fortes animũ sumẽs)
ᵐ preceptum
ⁿ stabit.

inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin: porrò Philisthijm
consederant in Machmas. Et egressi sunt ad prçliandum de castris D
Philisthinorũ tres cunei. vnus cuneus pergebat cótra viam Ephraim
ad terrá Saul. porrò alius ingrediebatur per viam Bethhoron. tertius
autem verterat se ad iter termini imminentis valli Seboim contra
desertum. Porrò faber ferrarius nó inueniebatur in omni terra Israel.
cauerant enim Philisthijm, ne forte facerent Hebrçi gladium aut lan-
ceá. Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthijm, vt exacueret vnus-
quisq; vomerem suum, e ligonem, e securim, e sarculum. Retusç itaq;
erant acies vomerum, e ligonum, e tridentum, e securium, vsq; ad sti-
mulum corrigendum. Quumq; venisset dies prçlij, non est inuentus
ensis e lancea in manu totius populi qui erat cum Saule e Ionatha,
excepto Saul e Ionatha filio eius. Egressa est autẽ statio Philisthijm,
vt transcenderent in Machmas.

CAP. XIIII.

ET accidit in quadam die vt diceret Ionathas filius Saul ad adole- A
scentem armigerum suum, Veni, e transeamus ad stationem Phili
sthinorum, quç est trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsum non
indicauit. Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malo
granato, quç erat in agro Gabaa: e erat populus cum eo quasi sex-
centorum virorum. Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filij Phi
nees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote dñi in Silo, portabat ephod.
Sed e populus ignorabat quò isset Ionathas. Erat autem inter ascen
sus, per quos nitebatur Ionathas transire ad stationem Philisthinorũ,
eminentes petrç ex vtraq; parte, e quasi in modum dentium scopuli
hincinde prçrupti, nomen vni Boses, e nomen alteri Sene: vnus sco-
pulus prominens ad aquilonem ex aduerso Machmas, e alter ad me-
ridiem contra Gabaa. Dixit autem Ionathas ad adolescentem armige
rum suum, Veni, transeamus ad stationem incircuncisorum horum, si
fortè faciat dominus pro nobis: quia non est domino difficile sal-
uare vel in multis, vel in paucis. Dixitq; ei armiger suus, Fac omnia B
quç placent animo tuo: perge quò cupis, e ero tecum vbicunq; volue
ris. Et ait Ionathas, Ecce nos transimus ad viros istos. Quumq; ap-
paruerimus eis, si taliter loquuti fuerint ad nos, Manete, donec venia-
mus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. si autem di
xerint, Ascendite ad nos: ascẽdamus, quia tradidit eos dominus in ma-
nibus nostris, e hoc erit nobis signum. Apparuit igitur vterq; sta-
tioni Philisthinorum: dixeruntq; Philisthijm, En Hebrçi egrediuntur
de cauernis, in quibus absconditi fuerant. Et loquuti sunt viri de sta-
tione ad Ionathan, e ad armigerum suum, dixeruntq;, Ascendite ad
nos, e ostendemus vobis rem. Et ait Ionathas ad armigerum suum,
Ascendamus, sequere me: tradidit enim dominus eos in manus Israel.
Ascendit autem Ionathas manibus e pedibus reptans, e armiger eius
post eum. Itaq; quum vidissent faciem Ionathç, alij cadebant ante
Ionathan, alios armiger eius interficiebat sequens eũ. Et facta est pla-
ga prima, qua percussit Ionathas e armiger eius, quasi viginti virorũ
in media parte iugeris, quá par boum in die arare consueuit. Et fa- C
ctum est miraculum in castris per agros sed e omnis populus stationis
eorum, qui ierant ad prçdandum, obstupuit, e conturbata est terra, e
accidit quasi miraculum à deo. Et respexerunt speculatores Saul, qui
erant in Gabaa Beniamin, e ecce multitudo prostrata, e huc illucq;
diffugiens. Et ait Saul populo qui erat cum eo, Requirite, e videte
quis abierit ex nobis. Quumq; requisissent, repertũ est non adesse Io
nathan, e armigerũ eius. Et ait Saul ad Achiá, Applica arcá dei. Erat
enim ibi arca dei in die illa cũ filijs Israel. Quũq; loqueretur Saul ad
sacerdotẽ, tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorũ: cresce
batq; paulatim, e clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotẽ, Cótra-

vel castra ine
rabantur
qui vastarit
termini qó re
spicit ɔtra val
lem (vel, regio
nis vergens in
vallem)
Ruptç
acuendum.
vel, Egressi
sunt principes
exercitus

vel acie (aut
ɔfectũ siue du-
ces exercit⁹) e.j.
Magron:
quod
dens petrç in
trásitu hinc, &
dens petrç in
trásitu inde:
dens
LXX, aliqd
nobis: (alij ver
tunt, salutem
per nos)
Prohibitio
Heb.
prçfecti (vel
acici. i. ordiná
tes bellũ e sta-
tuentes pçlm.
Chald. interp.
custodiç i. q in
circuitu castra
custodiebant)
fere
paris (sub.
boũ. i. iugeris
qó par boũ in
die arare con-
sueuerat)
fuit pauor
prĩceps exer-
cit⁹ e vastator
expauerunt et
ipsi.
e fuit terror à
deo. Sũt q He
braismũ eẽ vo
lũt vertentes e
fuit in pauore
grandi)
dissoluebat se
vel nũerat

Philistçi de
scendunt có
tra Israeli-
tas
Astutia phi
listhinorũ
carent gla-
dijs e armis
Israelitç.

Fiducia in
deum, Iona
thas armi-
gero comi-
te profligat
Philisthços
Achias.
Supra. 4. a

Victoria,
dei est.

Signo vult
certificari
Ionathas
de victoria
dei.
Conspectu
Ionatha ex
territi diffu
giunt Phi-
listhijm.

Persequit
Saul Phi-
listhços.

vel nume-
rassent.
adhuc
multipli-
cabatur.

he manum suam. 'Conclamauit' ergo Saul, & omnis populus qui
erat cum eo, & venerunt vsq; ad locum certaminis: & ecce versus fuerat
gladius vniuscuiusq; ad proximum suum & cędes magna nimis. Sed
& Hebręi qui fuerant cum Philisthijm 'heri & nudiustertius,' ascende
rantq́; cum eis in castris, reuersi sunt vt essent cũ Israel qui erant cum
Saul & Ionatha. Omnes quoq; Israelitę qui se absconderant in mon-
D te Ephráim, audientes quòd fugissent Philisthęi, 'sociauerunt se cum
suis' in pręlio. Et saluauit dominus deus Israel in die illa. 'pugna au
tem peruenit' vsq; ad Bethauen. Et viri Israel 'sociati sunt sibi' in die
illa: adiurauit autẽ Saul populum, dicens, Maledictus vir qui come-
derit panem vsque ad vesperum, donec vlciscar de inimicis meis. Et
non manducauit vniuersus populus panem: omneq́; terrę vulgus ve
nit in saltum, in quo erat mel super faciem agri. Ingressus est itaq; po-
pulus saltum, & apparuit fluens mel, nullusq́; applicuit manum ad os
suum. timebat enim populus iuramentum. Porrò Ionathas non au-
dierat cũ adiuraret pater eius populum: extenditq́; summitatem vir
gę, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & cõuertit ma
num suam ad os suum, & 'illuminati sunt oculi eius.' Respondensq́;
vnus de populo, ait, Iureiurando constrinxit pater tuus populum, di-
cens, Maledictus vir qui comederit panem hodie. defecerat autem po
E pulus. Dixitq́; Ionathas, Turbauit pater meus terram: vidistis ipsi qa
illuminati sunt oculi mei, eo quòd gustauerim paululũ de melle isto:
quanto magis si comedisset populus de pręda inimicorum suorum,
quam reperit? nonne maior plaga facta fuisset in Philisthijm? Percus-
serunt ergo in die illa Philisthęos à Machmis vsque in Aialon. De-
fatigatus est autem populus nimis, & versus ad prędam tulit oues, &
boues, & vitulos, & mactauerunt in terra: comeditq́; populus cum san-
guine. Nuntiauerunt aũt Sauli dicentes quòd populus peccasset do-
mino, comedens cũ sanguine. Qui ait, preuaricati estis: voluite ad me
iam nunc saxum grande. Et dixit Saul, Dispergimini in vulgus, & dici-
te eis vt adducat ad me vnusquisq; bouem suum & arietem, & occidite
super istud, & vescimini, & nõ peccabitis domino comedentes cum san
guine. Adduxit itaq; omnis populus vnusquisq; bouem in manu sua
vsque ad noctem, & occiderunt ibi. Aedificauit autem Saul altare do-
F mino: tuncq́; primum cœpit ędificare altare domino. Et dixit Saul,
Irruamus super Philisthęos nocte, & vastemus eos vsquedum illu-
cescat mane, nec relinquamus ex eis virum. Dixitq́; populus, Om-
ne quod bonũ videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos, Accedamus
huc ad deum. Et consuluit Saul dominum, Num persequar Phili-
sthijm? si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illa.
Dixitq́; Saul, Applicate huc vniuersos 'angulos' populi: & scitote, &
videte per quem acciderit peccatum hoc hodie. Viuit dominus salua-
tor Israel, quia si per Ionathan filium meum factum est, absque retra-
ctatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et
ait ad vniuersum Israel, Separamini vos in partem vnam, & ego cum
Ionatha filio meo ero in parte altera. Responditq́; populus ad Saul,
Quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et dixit Saul ad dominum
deum Israel, 'Domine deus da iudiciũ, quid est quòd non responderis
seruo tuo hodie. Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hęc,
da ostensionẽ: aut si hęc iniquitas est in populo tuo, 'da sanctitatẽ.'
Et deprehensus est Ionathas & Saul, populus autẽ exiuit. Et ait Saul,
Mittite sortẽ inter me, & inter Ionathan filium meũ. Et captus est Iona
thas. Dixit aũt Saul ad Ionathan, Indica mihi qd feceris. Et indicauit
G ei Ionathas, & ait, Gustans gustaui in summitate virgę, quę erat in
manu mea, paululũ mellis, & ecce ego 'morior.' Et ait Saul, Hęc faciat
mihi deus, & hęc addat, quia morte morieris Ionatha. Dixitq́; popu-

Victoria, deo tribuit.

Iuramento ꝯstringit Saul populũ, ne quicquã gustent ante victoriã.

Jonathas edicti patris ignarus, mel degustat.

Pplus fatigatus comedit cum sanguie, cõtra dei pręceptum. Deut. 12.

Altare dño ędificat Saul.

Saul ꝯsulit dñm cõtra Philisthęos

Ionathas a pře occidẽdus ob gustatũ mel, a populo liberatur.

'Congregatus est

'id est antea,

'ꝑsequuti sũt etiã ipsi illos

'bellatores autẽ transierunt

'astricti (vl, coartati erant)

'id est ꝯfortatus est & hilarior apparuit vultus eius, q deficiẽs corde humilior & tristis apparebat.

'id est maiores populi

' I

'da ꝑfectionẽ. (vel, fac quod rectũ ẽ. LXX, da manifestationes.)

'moriarẽ

lus ad Saul, Ergóne Ionathas morietur, q fecit salutẽ hãc magnã in Israel? ᶻhoc nefas est: ˀ viuit dñs, si ceciderit capillus de capite eius in terram, qa cum deo operatus est hodie. Liberauit ergo populus Ionathan, vt nõ moreret. Recessitq; Saul, nec psecutus est Philisthijm porrò Philisthijm abierũt in loca sua. Et Saul cõfirmato regno sup Israel, pugnabat pcircuitũ aduersum oẽs inimicos eius, cõtra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philisthęos: & quocũq; se verterat, ˢsuperabat. ˀ Cõgregatoq; exercitu pcussit Amalech, & eruit Israel de manu vastatorũ eius. Fuerunt aũt filij Saul, Ionathas, & Iessui, & Melchisua: & nomina duarũ filiarũ eius, nomen primogenitę Merob, & nomen minoris Michol. Et nomen vxoris Saul, Achinoam filia Achimaas: & nomẽ principis militię eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. Porrò Cis fuerat pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. Erat aũt bellum potens aduersum Philisthęos omnibus diebus Saul. Nam quemcunq; viderat Saul virum fortem, & aptum ᵗad prelium,ˀ sociebat eum sibi.

CAPVT XV.

Et dixit Samuel ad Saul, Me misit dominus, vt vngerẽ te in regẽ super populũ eius Israel: nunc ergo audi vocem *dñi. Hęc dicit dñs exercituum, ˢRecensui quęcunq; ˀfecit Amalec Israeli, ᵗquomodo restitit ˀ ei in via quum ascenderet de Aegypto. Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius: nõ parcas ei, ᶻ & non concupiscas ex rebus ipsius aliqd: ˡ sed interfice à viro vsq; ad mulierẽ, & paruulũ atq; lactentem, bouẽ & ouem, camelum & asinum. ᶻPręcepit itaq; Saul populo, ˀ & recensuit eos ᶻquasi agnos: ˀ ducenta millia peditum, & decẽ millia virorũ Iuda. Quũq; venisset Saul vsq; ad ciuitatẽ Amalec, tetendit insidias in torrẽte. Dixitq; Saul Cinęo, Abite, recedite, atq; discedite ab Amalec: ne forte ˢ inuoluã te ˀ cũ eo. tu enĩ fecisti misericordiã cũ omnibus filijs Israel, quũ ascenderent de Aegypto. Et recessit Cinęus de medio Amalec. Percussitq; Saul Amalec ab Heuila, donec venias ad Sur, quę est è regione Aegypti. Et apprehendit Agag regẽ Amalec viuũ: omne aũt vulgus interfecit in ore gladij. Et ᵗ pepercit Saul & populus, Agag, & optimis gregibus ouium & armẽtorũ, & ᶻvestibus, ˀ & arietibus, & vniuersis quę ᶻpulchra ˀerant, nec voluerũt disperdere ea. quicqd vero ᵗvile fuit & reprobũ, ˀ hoc demoliti sunt. Factum est autem verbum dñi ad Samuel, dicens, Poenitet me q constitu erim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contristatusq; est Samuel, & clamauit ad dñm tota nocte. Quumq; ᵗde nocte ˀ surrexisset Samuel, vt iret ad Saul mane, nuntiatum est Samueli, eo q venisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi ᶻfornicem triumphalẽ, ˀ & reuersus transisset: descẽdissetq; in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & ᶻ Saul offerebat holocaustum domino de initijs prędarum quę attulerat ex Amalec. Et quum venisset Samuel ad Saul, ˡ dixit ei Saul, Benedictus tu à domino, impleui verbum domini. Dixitq; Samuel, Et quę est hęc vox gregum quę resonat in auribus meis, & armentorum quam ego audio? Et ait Saul, De Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis vt immolarentur domino deo tuo, reliqua vero occidimus. Ait autem Samuel ad Saul, Sine me, & indicabo tibi quę loquutus sit dominus ad me nocte. Dixitq; ei, Loquere. Et ait Samuel, Nonne quũm paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? vnxitq; te dominus in regem super Israel, & misit te dominus in viam, & ait, Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis contra eos vsque ad internecionem eorum. Quare ergo non audisti vocem domini: sed versus ad prędam es, & fecisti malum in oculis domini? Et ait Saul ad Samuelem, Imò audiui vocem domini, & ambulaui in via per quam misit me dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci. Tulit

ˢ absit:
ˢ viriliter agebat (vel, intrepide se gerebat)
ˢ robustum,
* verborum
ˢ Recordatus sum eorũ quę
ˢ insidiarum quas posuit.
ˢCongregauit itaq; Saul populuz (LXX, Et nuntiauit Saul populo.)
ˢ in Talaim:
ˢvel disperdam te
ˢ pinguibus, (id est optimis pecoribus)
ˢ vel bona
ˢ cõtemptibile & dissolutum,
ˢ mane
ˢ locum

Operatᵘ est deo Ionathas dicitur p quem deᵘ occiderat Philisthęos
Saulis bella
Saulis filij.
Achinoam
Abner.
Saul viros robustos sibi adiũgit.
A
Iubet Saul deleri Amalec vsq; ad ĩternecionẽ
Exo. 17. c.
B
Cinęo misericordi fit misericordia.
Peccat Saul pdam ex Amalecitis reseruans & regẽ Agag, contra dei C pceptũ.
Poenitere dei.
Orat Samuel p Saule.
Samuel cũ Saulo expostulat quod cõtra pręceptũ dei prędã reseruas D set & regẽ Agag.
Supra. 13. c.

autem de præda populus oues & boues primitias eorũ quę cęsi sunt,
B vt immolet domino deo tuo in Galgalis. Et ait Samuel, Nunqd vult
Obediri q̃ dominus holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci do
ceptis suis mini? MELIOR EST ENIM OBEDIENTIA QVAM
mauult de⁹ VICTIMAE: & auscultare, magis quàm offerre adipem arietum.
q̃ victimas quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus | vel, rebellar:
sibi offerri. idololatrię, nolle acquiescere. Pro eo ergo quòd abiecisti sermonem | tiq; teraphig.
Eccl.4.d. domini, abiecit te ne sis rex. Dixitq; Saul ad Samuelem, Peccaui, quia | (.i. imagines i
Osee.6.c. pręuaricatus sum sermonem domini, & verba tua, timens populum, & | qbus futura re
Mat.9.b. obediens voci eorum. Sed nunc porta quęso peccatum meum, & re | spiciebãt diui
F uertere mecum vt adorem dominum. Et ait Samuel ad Saul, Non re- | ni) trãsgredi.
Saul abijci- uertar tecum, quia proiecisti sermonem domini, & proiecit te domi- | vel, parce ob
tur a deo. nus ne sis rex super Israel. Et conuersus est Samuel vt abiret: ille autẽ | secro peccato
Saul cõfitet apprehendit summitatem pallij eius, quę & scissa est. Et ait ad eum | meo,
pctm̃ suũ. Samuel, Scidit dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud pro- | etiam
Auferl re- ximo tuo meliori te. Porrò triumphator in Israel non parcet, & | fortitudo
gnũ Israel pœnitudine non flectetur: neque enim homo est vt agat pœnitentia. | mentietur,
Sauli: & da At ille ait, Peccaui: sed nũc honora me coram senioribus populi mei, | (vel, fallet,)
tur Dauidi. & coram Israel, & reuertere mecum, vt adorem dominũ deum tuum.
G Reuersus ergo Samuel sequutus est Saulem: & adorauit Saul domi-
Deũ nunq̃ num. Dixitq; Samuel, Adducite ad me Agag regem Amalec. Et obla
pœnitet, & tus est ei Agag pinguissimus. Et dixit Agag, Siccine separat ama- | delicatissim⁹.
immotũ est ra mors? Et ait Samuel, Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus, | Vere venit
qđ statuit. sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta concidit eum | amaritudo
Samuel de- Samuel coram domino in Galgalis. Abijt autem Samuel in Rama- | mortis.
cidit Agag tha, Saul vero ascendit in domum suam in Gabaa *. Et non vidit Sa- | * Saulis.
rege amalec muel vltrà Saul vsque ad diem mortis suę: veruntamen lugebat Sa-
Samuel lu- muel Saulem, quoniam dominum pœnitebat quòd constituisset re-
get Saulem. gem Saul super Israel.

CAPVT XVI.

A Dixitq; dominus ad Samuelem, Vsquequo tu luges Saul, quum
Samuelẽ ti- ego proiecerim eũ ne regnet super Israel? imple cornu tuũ oleo,
midũ mit- & veni, & mittam te ad Isai Bethlehemitem: prouidi enim in filijs eius
tit deus ad mihi regem. Et ait Samuel, Quomodo vadam? audiet enim Saul, &
vngendum interficiet me. Et ait dominus, Vitulũ de armento tolles in manu tua,
Dauidem. & dices, Ad immolandum domino veni. Et vocabis Isai ad victimã,
Prętextu sa & ego ostendam tibi qui facias: & vnges quemcunq; monstrauero | dicam
crificij vn- tibi. Fecit ergo Samuel sicut loquutus est ei dominus. Venitq; in
git Samuel Bethlehem, & admirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei, dixe- | moti sunt
Dauidem. runtq;, Pacificus ne est ingressus tuus? Et ait, Pacificus: ad immolan-
dum domino veni, sanctificamini, & venite mecum vt immolem. | Chal. interp.
B Sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium. | Pręparate
Quumq; ingressi essent, vidit Eliab & ait, Num coram domino est | vos,
Christus eius? Et dixit dominus ad Samuelem, Ne respicias vultum | certe
Hoies iux- eius, neque altitudinem staturę eius: quoniam abieci eum, nec iuxta | Chald. iterp.
ta faciem iu intuitum hominis ego iudico, homo enim videt ea quę parent, do- | quia nõ quem
dicant. minus autem intuetur cor. Et vocauit Isai Abinadab, & adduxit | admodũ vidẽt
Psal.7.c. eum coram Samuele. Qui dixit, Nec hunc elegit dominus. Adduxit | filij hominũ.
Cor intuet autem Isai Samma, de quo ait, Etiam hunc non elegit dominus. Ad- | quę sunt in
deus. duxit itaq; Isai septem filios suos corã Samuele: & ait Samuel ad Isai, | corde.
Dauid pul- Non elegit dominus ex istis. Dixitq; Samuel ad Isai, Nunquid iam
cher vngi- cõpleti sunt filij? Qui respondit, Adhuc reliquus est paruulus, & pascit
tur. C oues. Et ait Samuel ad Isai, Mitte, & adduc eum: nec enim discumbe-
2.Reg.7.b mus prius, q̃ huc ille veniat. Misit ergo & adduxit eum. Erat aũt ru- | vel, rubens,
Psal.77.d. fus, & pulcher aspectu, decoraq; facie, & ait dominus, Surge, & vnge
&.88.b. eũ, ipse est enim. Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio
Act.7.&13.d fratrũ eius: & directus est spiritus domini à die illa in Dauid, & dein- | vel, mansit

ceps: surgensq; Samuel abijt in Ramátha. Spiritus aūt domini recesſit à Saul, & ʼexagitabatʼ eū spiritus nequam à dño. Dixeruntq; serui Saul ad eū, Ecce spiritus domini malus exagitat te. Iubeat* dñs noster, & serui tui qui coram te sunt, quęrent hoiem scienté psallere cithara: vt qn̄ arripuerit te spiritus dn̄i malus, psallat manu sua, & ʼleuius te ras.ʼ Et ait Saul ad seruos suos, Prouidete ergo mihi aliquē bene psallentem, & adducite eū ad me. Et respondens vnus de ʼpueris,ʼ ait, Ecce vidi filiū Isai Bethlehemitem scienté psallere, & fortissimū robore, & virū bellicosum, & prudenté in verbis, & virū pulchrū: & dñs est cū eo. Misit ergo Saul nuntios ad Isai dicens, Mitte ad me Dauid filiū tuū, q est in pascuis. Tulit ergo Isai ʼasinū plenū panibus,ʼ & lagenam vini, & hœdum de capris vnū, & misit per manū Dauid filij sui Sauli. Et venit Dauid ad Saul, & stetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger. Misitq; Saul ad Isai, dicens, Stet* Dauid in conspectu meo: inuenit enim gratiā in oculis meis. Igitur qn̄cunq; spiritus domini arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & ʼleuiusʼ habebat. recedebat enim ab eo spiritus malus.

CAPVT XVII.

Congregantes aūt Philisthijm agmina sua in prelium, conuenerūt in Socho Iudę: & castrametati sunt inter Socho & Azeca in finibus Dommim. Porro Saul & filij Israel congregati venerunt in vallem ʼTerebinthi,ʼ & direxerunt aciem ad pugnandū contra Philisthijm. Et Philisthijm stabant super monté ex parte hac, & Israel stabat supra monté ex altera parte: vallisq; erat inter eos. Et egressus est vir ʼspuriusʼ de castris Philisthinoꝝ nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorū & palmi: & cassis ęrea super caput eius: & lorica squamata induebatur. porrò pondus loricę eius, quinq; millia siclorum ęris erat. & ʼocreas ęreasʼ habebat in cruribus: & clypeus ęreus tegebat humeros eius. hastile aūt ʼhastęʼ eius erat quasi liciatorium texentium. ipsum autem ferrū hastę eius sexcentos siclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eum. Stansq; clamabat aduersum phalangas Israel, & dicebat eis, Quare venistis parati ad prelium? nunquid ego non sum Philisthęus, & vos serui Saul? Eligite ex vobis virū, & descendat ad ʼsingulare certamen.ʼ si quiuerit pugnare mecū, & percusserit me, erimus vobis serui: si autem ego preualuero, & percussero eum, vos serui eritis, & seruietis nobis. Et aiebat Philisthęus, Ego ʼexprobraui agminibus Israelʼ hodie, Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul, & omnes Israelitę sermones Philisthęi huiuscemodi, stupebant, & metuebant nimis. Dauid autem erat filius viri Ephrathęi, de quo suprà dictum est, de Bethlehem Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios & erat vir in diebus Saul senex, & ʼgrandęuusʼ inter viros. Abierunt autem tres filij eius maiores post Saul in prelium: & nomina trium filiorum eius qui perrexerunt ad bellū, Eliab primogenitus, & secundus Abinadab, tertius quoque Samma. Dauid autem erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis Saulem, abijt Dauid, & reuersus est à Saul, vt pasceret greges patris sui in Bethlehem. Procedebat vero Philisthęus mane & vespere, & stabat quadraginta diebus. Dixit aūt Isai ad Dauid filium suum, Accipe fratribus tuis ʼephiʼ polentę, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decē ʼformellas casei hasʼ deferes ad tribunū: & fratres tuos visitabis, ʼsi recte agant,ʼ & cum quibus ordinati sunt, disce.ʼ Saul autem, & illi, & omnes filij Israel, in valle ʼTerebinthiʼ pugnabant aduersum Philisthijm. Surrexit itaq; Dauid mane, & ʼcommendauitʼ gregem custodi: & onustus abijt, sicut preceperat ei Isai. Et venit ad locum Magala, & ad exercitum qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine. Direxerat enim aciem Israel, sed & Philisthijm ex aduerso

Marginal notes (left): terrebat (vel, turbabat) — * quęsumus — bene sit tibi. — seruis, — aeruum panū: vel, asinus ferenté panes, — * obsecro — bene — Ela (id est quercus,) — stans inter ambos (vel, inter duas acies. LXX. potés) — vel, laminas ęreas — vel lanceę — ad me — probris affeci acies Israelis — veniés Heb. — vel, modiū — caseos lacteos hos — pacifice (vel, cum salutatione) Heb. — & pignus eorū tolles. (mos militū est vt deficiéte pecunia mutuo illā capiant, dato pignore) — Ela (.i. qrcus) — reliquit

Marginal notes (right): Spūs sctūs Dauide. Deus immittit spm̄ malū in Saulē. Psaltes qritur pro Saule. D — Dauid laudatur. Dauid armiger Saulis. Fide psallit cithara laudes deo: & recedit spūs mal' a Saule. — A Philisthijm congregantur cōtra Israelem. Goliath qualis, & arma ipsius. — B — Goliath sibi pbus suos vocat ad singulare certamen. Timidi Israelitę. C — Tres filij Isai bellatores. Supra. 16. a — Dauid humilis & abiectus. Dauid pascit greges patris. Dei prouidētia mittitur D Dauid ab Isai ad fratres.

David cursit ad castra. so fuerant præparati. Derelinquens ergo David vasa, quæ attulerat sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locū certaminis, & [a]interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos.[b] Quumq; adhuc ille loqueretur eis, [c]apparuit vir ille spurius ascendens, [d] Goliath nomine, Philisthæus, de Geth, de castris Philisthinorū: & loquente eo hæc eadē verba, audiuit David. Omnes autem Israelitę, quū vidissent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valde. Et dixit vnus quispiā de Israel, Num vidistis virum hunc qui ascendit? ad explorandum enim Israeli ascendit. Virum ergo qui percusserit eum, ditabit rex diuitijs magnis, & filiam suā dabit ei, & domū patris eius faciet absq; tributo in Israel. Et ait David ad viros qui stabāt secum, dicens, Quid dabitur viro qui percusserit Philisthæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? quis est enim hic Philisthæus incircūcisus qui exprobrauit aciem dei viuentis? Referebat autem ei populus eundem sermonem, dicens, Hęc dabuntur

Premium percutienti Goliath.

David spū tractus quærit occasiones vt à rege vocet cōtra Goliath.

D viro qui percusserit eum. Quod quū audisset Eliab frater eius maior, loquente eo cum alijs, iratus est contra David, & ait, Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium, descendisti. Et dixit David, Quid feci? nunquid non [e]verbum [f]est? Et declinauit paululum ab eo ad alium: dixitq; eundem sermonē. Et respondit ei populus verbum sicut prius. Audita sunt autem verba quę loquutus est David, & annuntiata in conspectu Saul. Ad quem quū fuisset adductus, loquutus est ei, Non concidat cor cuiusquā [g]in eo: [h] ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philisthæū. Et ait Saul ad David, Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eū: quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. Dixitq; David ad Saul, Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: & persequebar [i]eos, [k] & percutiebam, eruebamq; de ore [l]eorū. [m] & [n]illi consurgebant [o]aduersum me, & apprehendebam [p]mentum eorū, & suffocabam, [q]interficiebamq; eos. Nam & leonē & vrsum interfeci ego seruus tuus: erit igitur & Philisthæus hic

David, fris inuidias & cōtumelias cōtemnit.

Dauidis fides, & Saulis diffidentia.

David fides experta dei adiutorium cōtra leonē & vrsum nō diffidit adfuturū cōtra Goliath

E incircumcisus, quasi vnus ex eis. [r] Nunc vadam & auferā opprobrium populi: quoniam quis est iste Philisthæus incircūcisus? [s] quia [t]ausus est maledicere exercitui dei viuentis. Et ait David, Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrsi, ipse me liberabit de manu Philisthęi huius. Dixit autem Saul ad [u]David, [x] Vade, & dominus tecū sit.

Eccli. 47. a

David reiectis armis Saulis, de spotētia cōfisus pcedit cōtra Philisthæū cū baculo & lapidibus.

Et induit Saul David vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & vestiuit eū lorica. Accinctus ergo David gladio eius super vestem suam, [y]cœpit tentare si armatus posset incedere: non enim habebat consuetudinem. [z] Dixitq; David ad Saul, Non possum sic incedere, quia non [a]vsum habeo. [b] Et deposuit ea, & tulit baculum suum quem semper habebat in manibus: & elegit sibi quinque [c]limpidissimos [d] lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem quā habebat secum, & fundā manu tulit: & processit aduersum Philisthæum. Ibat autem Philisthæus incedens, & appropinquans aduersum David, & armiger eius ante eum. Quumq; inspexisset Philisthæus, & vidisset David, despexit eum. Erat autem adolescens rufus, & pulcher aspectu. Et dixit Philisthæus ad David, Nunquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthæus David in dijs suis: dixitq; ad

Maledicit Goliath David.

Arma David potētia dei.

F David, Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli, & bestijs terrę. Dixit autem David ad Philisthæum, Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine domini exercituum dei agminū Israel, [e]quibus exprobrasti hodie, & [f] dabit te dominus in manu mea, & percutiam te, & auferā caput tuum à te: & dabo cadauera castrorum Philisthijm hodie volatilibus cœli, & bestijs terrę: vt sciat omnis terra quia est deus [g]in Israel. [h] Et nouerit vniuersa ecclesia hęc

Osa agit David vt glorificet deū Israel et in gentibus.

quia non

[a] salutauit fratres suos pacifice. Heb.
[c] Ecce vir stās inter duas acies ascendebat.
[e] id est caussa
[g] vel, pp eum: (sub. Goliath)
[i] eum,
[l] eius.
[n] ille consurgebat
[p] barbā eius, & percutiebā eū,
[s] probris affecit acies
[u] Dauidem
[y] cœpit (vel voluit) ire: nō.n. antea tentauerat (siue, periculū fecerat)
[a] periculū feci.
[c] leues
[e] quē pbris affecisti. Dic hac
[g] Israeli.

quia non in gladio nec in hasta saluat dñs: ipsius enim est bellũ, e tradet vos in manus nostras. Quum ergo surrexisset Philisthęus, & veniret, & appropinquaret ctra Dauid, festinauit Dauid, & cucurrit ad pugnã ex aduerso Philisthęi. Et misit manum suã in perã, tulitq; vnum lapidẽ, & funda iecit, e percussit Philisthęum in fronte: & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciẽ suã super terrã. Pręualuitq; Dauid aduersum Philisthęum in funda & lapide, percussumq; Philisthęum interfecit. Quũq; gladium nõ haberet in manu Dauid, cucurrit, e stetit super Philisthęũ, & tulit gladium eius, e eduxit eũ de vagina sua, e interfecit eũ, pręciditq; caput eius. Videtes autẽ Philisthęi quòd mortuus esset fortissimus eorũ, fugerunt. Et cõsurgentes viri Israel & Iuda vociferati sunt, e persecuti sunt Philisthęos vsquedum venirent in vallẽ, & vsq; ad portas Accaron: cecideruntq; vulnerati de Philisthijm in via Saraim, & vsq; ad Geth, & vsq; ad Accaron. Et reuertentes filij Israel postquã persecuti fuerant Philisthęos, inuaserunt castra eorũ. Assumẽs autẽ Dauid caput Philisthęi, attulit illud in Ierusalẽ: arma verò eius posuit in tabernaculo suo. Eo autem tẽpe quo viderat Saul Dauid egredientem cõtra Philisthęum, ait ad Abner principem militię, De qua stirpe descendit hic adolescens, Abner? Dixitq; Abner, Viuit anima tua, rex, si noui. Et ait rex, Interroga tu, cuius filius sit iste puer. Quumq; regressus esset Dauid, percusso Philisthęo, tulit eum Abner, e introduxit coram Saule, caput Philisthęi habentem in manu sua. Et ait ad eum Saul, De qua progenie es ò adolescens? Dixitq; Dauid, Filius serui tui Isai Bethlehemitę ego sum.

CAPVT XVIII.

ET factum est: quum cõplesset loqui ad Saul, aĩa Ionathę cõglutinata est animę Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi aĩam suam. Tulitq; eum Saul in die illa, e nõ cõcessit ei vt reuerteretur in domũ patris sui. Inierunt autẽ Dauid e Ionathas fœdus: diligebat.n. eum q̃si aĩam suam. Nam expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid, e reliqua vestimenta sua vsq; ad gladium e arcum suum, & vsq; ad baltheum. Egrediebatur quoq; Dauid ad oĩa quęcũq; misisset eum Saul, & prudenter se agebat: posuitq; eum Saul sup viros belli, e acceptus erat in oculis vniuersi populi, maximeq; in conspectu famulorũ Saul. Porrò cum reuerteretur percusso Philisthęo Dauid, egressę sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes, chorosq; ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lętitię & in sistris. Et pręcinebant mulieres ludentes, atq; dicentes, Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus est autem Saul nimis, e displicuit in oculis eius sermo iste: dixitq;, Dederunt Dauid decẽ millia, e mihi mille dederunt: quid ei superest, nisi solum regnum? Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa e deinceps. Post diem autẽ alteram, inuasit spiritus dei malus Saul, e prophetabat in medio domus suę: Dauid autem psallebat manu sua, sicut per singulos dies. Tenebatq; Saul lanceã, & misit eã, putans quòd configere posset Dauid cum pariete: & declinauit Dauid à facie eius secundò. Et timuit Saul Dauid: eo quòd dominus esset cum eo, & à se recessisset. Amouit ergo eum Saul à se, & fecit eum tribunum super mille viros: & egrediebatur, e ingrediebatur in conspectu populi. In omnibus quoque vijs suis Dauid prudenter agebat, & dominus erat cum eo. Vidit itaque Saul quòd prudens esset nimis, e cœpit cauere eum. Omnis autem Israel & Iuda diligebat Dauid: ipse autem egrediebatur & ingrediebatur ante eos. Dixitq; Saul ad Dauid, Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem: tantummodo esto vir fortis, e pręliare bella domini. Saul autem reputabat, dicens, Non sit manus mea in eum, sed sit super eum manus Philisthinorum. Ait autem Dauid ad Saul

fortis
diripuerunt
Dauidem
Filius cuius est iste puer, (id est an filius sit viri fortis e potentis)
Filius cuius es puer?
e etiam
reuerterentur ipsi, dum reuerteretur a percutiendo
vel canticis. (LXX, cymbalis)
Dauidem
a facie
timuit a facie eius.

Deus absq; gladio saluat.
Interficit Goliath, & caput eius abscindit. 1. mach. 4. d Psal. 77. d
Fugientes G Philisthęi occiduntur ab Israelitis.
Caput Goliath i Ierusalẽ delatũ.
Dauid corã Saule
Ineunt fœdus Dauid e Ionathas amicissimi.
Dauid prudẽs pfectus A militię Saulis amat a populo.
Mulieres cãtates occurrũt Sauli & Dauidi cum B tipanis.
Eccli. 47. a
Inuidus Saul, irascit laudi victorię Dauidi tributę.
Inuaditur Saul a spũ C malo.
Psallit Dauid.
Saul tentat occidere Dauidẽ q̃re.
Dauid prudẽs, cũ q̃ de9 erat, diligit D a pplo.
Promissam Dauidi Merob, alteri dat Saul.
Hipocrita Saul

Saul, Quis ego sum, aut quae est vita mea, aut cognatio patris mei in
B Israel, vt fiam gener regis? Factum est autem tempus quo deberet dari
Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitae vxor. Dilexit
autem Michol filia Saul altera, Dauid. Et nuntiatum est Saul, & pla-
cuit ei. Dixitq; Saul, Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum, & sit super
eum manus Philisthinorum. Dixitq; Saul ad Dauid, In duabus rebus
gener meus eris hodie. Et mandauit Saul seruis suis, Loquimini ad Da-
uid clam me, dicentes, Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt
te. Nunc ergo esto gener regis. Et loquuti sunt serui Saul in auribus
F Dauid oia verba haec: & ait Dauid, Num parum videtur vobis generum
esse regis? ego autem sum vir pauper & tenuis. Et renuntiauerunt ser-
ui Saul, dicentes, Huiuscemodi verba loquutus est Dauid. Dixit au-
tem Saul, Sic loquimini ad Dauid, Non habet rex sponsalia necesse,
nisi tantum centum praeputia Philisthinorum, vt fiat vltio de inimicis
regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manibus Philisthinorum.
Quumq; renuntiassent serui eius Dauid verba quae dixerat Saul, placuit
G sermo in oculis Dauid, vt fieret gener regis. Et post paucos dies sur-
gens Dauid, abijt cum viris qui sub eo erant. Et percussit ex Philisthijm
ducentos viros: & attulit eorum praeputia, & annumerauit ea regi, vt
esset gener eius. Dedit itaq; Saul ei Michol filiam suam vxorem. Et vi-
dit Saul, & intellexit quod dns esset cum Dauid. Michol autem filia
Saul, diligebat eum. Et Saul magis coepit timere Dauid: factusq; est
Saul inimicus Dauid cunctis diebus. Et egressi sunt principes Phili-
sthinorum. A principio autem egressionis eorum, prudentius se gerebat Da-
uid, quam oes serui Saul, & celebre factum est nomen eius nimis.

Callid' Saul permittit dare Dauidi Michol filiam suam alteram.

Saul petit a Dauide .100. pputia Philisthinorũ, vt ab eis occidatur.

Affert ea Dauid ad regé, & accipit Michol vxorem.

Deus cũ Dauide, vñ timetur a Saule.

ipse

desyderat rex dotem,

mori facere dauidem per manus

plene tradidit (vel cõpleuit .i. tot dedit quot petierat Saul)

vel, prosperatus est Dauid pre olb' seruis

CAPUT XIX.

A Loquutus est autem Saul ad Ionathan filium suum, & ad omnes
seruos suos, vt occiderent Dauid. Porro Ionathas filius Saul, di-
ligebat Dauid valde. Et indicauit Ionathas Dauid, dicens, Quaerit
Saul pater meus occidere te: quapropter obserua te quaeso mane, & ma-
nebis clam, & absconderis. Ego autem egrediens, stabo iuxta patrem
meum in agro, vbicunque fueris: & ego loquar de te ad patrem meum,
& quodcunque videro, nuntiabo tibi. Loquutus est ergo Ionathas
de Dauid bona, ad Saul patrem suum: dixitq; ad eum, Ne peccet rex
in seruum suum Dauid, quia nõ peccauit tibi, & opera eius bona sunt
tibi valde. Et posuit animam suam in manu sua: & percussit Phili-
sthaeum, & fecit dominus salutem magnam vniuerso Israeli. vidisti, &
B laetatus es. quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens Dauid,
qui est absque culpa? Quod quum audisset Saul, placatus voce Iona-
thae, iurauit, Viuit dominus, quia non occidetur. Vocauit itaque Io-
nathas Dauid, & indicauit ei omnia verba haec: & introduxit Iona-
thas Dauid ad Saul, & fuit ante eum, sicut erat heri & nudiustertius.
Motum est autem rursum bellum: & egressus Dauid, pugnauit aduer-
sum Philisthijm: percussitque eos plaga magna, & fugerunt à facie
eius. Et factus est spiritus domini malus in Saul: sedebat autem in do-
mo sua, & tenebat lanceam, porrò Dauid psallebat manu sua. Nisusq;
est Saul configere Dauid lancea in pariete: & declinauit Dauid à fa-
cie Saul: lancea autem casso vulnere perlata est in parietem, & Da-
uid fugit, & saluatus est nocte illa. Misit ergo Saul satellites suos
C in domum Dauid, vt custodirent eum, & interficeretur mane. Quod
quum annuntiasset Dauid Michol vxor sua, dicens, Nisi saluaueris te
nocte hac, cras morieris: deposuit eum per fenestram, porrò ille abijt
& aufugit, atque saluatus est. Tulit autem Michol statuam, & posuit eã
super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, & ope-
ruit eam vestimentis. Misit autem Saul apparitores qui raperent Da-
uid: & responsum est quod aegrotaret. Rursumq; misit Saul nuntios

Saul iubet occidi Dauidem.

Ionathas indicat Dauidi patris insidias.

Oratione Ionathe iurat Saul se non occisurum Dauidem.

Dñs percutit Philistheos. Saul nititur cõfodere Dauidem psallentem.

Fugit Dauid. Michol pudentia Dauidem seruat, p fenestrá illũ demittẽs, & patré decipit. Psal. 58.

Heb. pro obiecit se periculo mortis.

nuntios

ipsum

pannũ caprarum (.i. puluinare lana aut pilis caprarum)

vt viderent Dauid, dicens, Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur.
Quumq; venissent nuntij, inuentum est simulachrum super lectum,
& pelles caprarum ad caput eius. Dixitq; Saul ad Michol, Quare sic
illusisti mihi, & dimisisti inimicum meum, vt fugeret? Et respondit
Michol ad Saul, Quia ipse loquutus est mihi, Dimitte me, alio-
quin interficiam te. Dauid autem fugiens, saluatus est, & venit ad
Samuel in Ramátha, & nuntiauit ei omnia quę fecerat sibi Saul: &
abierunt ipse & Samuel, & morati sunt in Naioth. Nuntiatum
est autem Sauli à dicentibus, Ecce Dauid in Naioth in Ramátha.
Misit ergo Saul lictores, vt raperent Dauid: qui quum vidissent cœ-
neum prophetarum vaticinantium, & Samuelem stantem super
eos, factus est etiam spiritus domini in illis, & prophetare cœperunt
etiam ipsi. Quod quum nuntiatum esset Sauli, misit & alios nuntios:
prophetauerunt autem & illi. Et rursum misit Saul tertios nuntios:
qui & ipsi prophetauerunt. Abijt etiam ipse in Ramátha, & venit
vsque ad cisternam magnam quę est in Socho, & interrogauit, & di-
xit, In quo loco sunt Samuel & Dauid? Dictumq; est ei, Ecce in Na-
ioth sunt in Ramátha. Et abijt in Naioth in Ramátha, & factus est
etiam super eum spiritus domini, & ambulabat ingrediens, & prophe-
tabat vsquedum veniret in Naioth in Ramátha. Et expoliauit etiá
ipse se vestimentis suis, & prophetauit cum cęteris coram Samuele, &
cecinit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit prouerbiú, Num
& Saul inter prophetas?

CAPVT XX.

FVgit autē Dauid de Naioth quę est in Ramátha, veniensq; lo-
quutus est coram Ionatha, Quid feci? quę est iniquitas mea, &
quod peccatum meum in patrem tuum, quia quęrit animam meá?
Qui dixit ei, Absit, non morieris: neque enim faciet pater meus
quicquam grande vel paruum, nisi prius indicauerit mihi: hunc
ergo celauit à me pater meus sermonem tantummodo? nequaquam
erit illud. Et iurauit rursum Dauidi: & ille ait, Scit profectò pa-
ter tuus quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicet, Nesciat hoc Io-
nathas, ne forte tristetur. Quinimò viuit dominus, & viuit ani-
ma tua, quia vno tantum (vt ita dicam) gradu, ego morsq; diui-
dimur. Et ait Ionathas ad Dauid, Quodcunque dixerit mihi
anima tua faciam tibi. Dixit autem Dauid ad Ionatham, Ecce calen-
dę sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescen-
dum: dimitte ergo me vt abscondar in agro vsque ad vesperam diei
tertię. Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei, Ro-
gauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethléhem ciuitatem suam: quia
victimę solennes ibi sunt vniuersis contribulibus suis. Si dixerit,
Bene: pax erit seruo tuo. si autem fuerit iratus, scito quia completa
est malitia eius. Fac ergo misericordiam in seruum tuum: quia fœ-
dus domini me famulum tuum tecum inire fecisti. si autem est ini-
quitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introdu-
cas me. Et ait Ionathas, Absit hoc à te: neque enim fieri potest,
vt si certe cognouero completam esse patris mei malitiam contra te,
non annuntiem tibi. Respondítq; Dauid ad Ionathan, Quis re-
nuntiabit mihi, si quid forte responderit tibi pater tuus durè? Et ait
Ionathas ad Dauid, Veni, & egrediamur foras in agrum. Quumq;
exissent ambo in agrum, ait Ionathas ad Dauid: Domine deus Israel,
si inuestigauero sententiam patris mei crastino vel perendie: & ali-
quid boni fuerit super Dauid, & non statim misero ad te, & notum
tibi fecero, hęc faciat dominus Ionathan, & hęc augeat. Si au-
tem perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem
tuam, & dimittam te, vt vadas in pace, & sit dominus tecum, sicut

Left margin notes:
saluaretur
vel, societatē stantē, & docē tē eos (vel, psi dētēq; illis)
cecidit (.i. orabat cū eis, ipsisq; cadentib ad terrá, cadebat & ipse.)
cur aūt abscōderit mihi res hanc, non est mihi cognitū. LXX, & cur abscōdet pr me ę me rē hanc? non est hoc.
verum
tāquā passus vnus est inter me & mortem (.i. pa⁊ distat vt occidar qd ad volūtatem pris tui attiet)
id est, prim dies mēsis qui Iudęis erat celebris. e.j.
recordādo te cordat fuerit mei (vl mētio nē de me fecerit)
sacrificiū annuū est ibi toti familię.
in tpe hoc cras die tertia: (hic cras, de die tertio dr.)
aperuero aurē tuá, Hebr. e.j.
addat
placuerit patri meo vt adducat malum

Right margin notes:
Dd fugiens, venit ad Samuelem.
Nuntiatum Saul, & missi ministri ipsius quętes Dauid, cōuersi a deo, pphetant cū prophetis.
Saul pphetat.
Prouerbiū. Supra. 10. c
A
Dauid sanguisijs apperit cū Ionata fideli.
Rursus init fœdus Ionathas cum Dauide.
Fallit Dauid Saulē.
B
Signo triū sagittaꝝ, pmittit Ionathas Dauidi se indicaturū volūtatē patris.
C

fuit cũ patre meo. Et si vixero, facies mihi misericordiã dñi: si vero
mortuus fuero, nõ auferes misericordiã tuã à domo mea vsq; in sem
piternum qñ eradicauerit dñs inimicos Dauid, vnumquẽq; de terra.
Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid: & requisiuit dñs de
manu inimicorũ Dauid. Et addidit Ionathas deierare Dauid, eo qđ
D diligeret illum: sicut. n. aĩam suam, ita diligebat eum. Dixitq; ad eũ
Ionathas, Cras calendę sunt, & requireris, requiretur. n. sessio tua vsq;
perẽdie. Descendes ergo festinus, & venies in locũ vbi celandus es in
die qñ operari licet, & sedebis iuxta lapidem cui nomẽ est Ezel. Et ego
tres sagittas mittã iuxta eum, & iaciam q̃si exercens me ad signũ. Mit
tam quoq; & puerum, dicens ei, Vade, & affer mihi sagittas. Si dixero
puero, Ecce sagittę intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, qa pax tibi
est, & nihil est mali, viuit dñs: Si autẽ sic loquutus fuero puero, Ecce sa
gittę vltra te sunt: vade in pace, quia dimisit te dñs. De verbo autẽ
quod loquuti sumus ego & tu, sit dñs inter me & te, vsq; in sempiter
num. Absconditus est ergo Dauid in agro, & venerunt calẽdę, & se
dit rex ad comedendum panẽ. Quumq; sedisset rex super cathedrã suã
sm consuetudinẽ, quę erat iuxta parietẽ, surrexit Ionathas, & sedit Abner
E ex latere Saul, vacuusq; apparuit locus Dauid. Et nõ est loquut' Saul
quicquã in die illa: cogitabat. n. qđ forte euenisset ei vt nõ esset mun
dus: nec purificatus. Quumq; illuxisset dies scđa post calẽdas, rursus
apparuit vacuus locus Dauid. Dixitq; Saul ad Ionathan filiũ suum,
Cur nõ venit filius Isai nec heri, nec hodie ad vescẽdum? Rñditq; Io
nathas Sauli, Rogauit me obnixe, vt iret in Bethlẽhem, & ait, Dimitte
me qm sacrificium solẽne est in ciuitate, vnus ẽ fratribus meis accer
siuit me: nunc ergo si inueni gratiã in oculis tuis, vadam cito, & vide
bo fratres meos. ob hanc cãm nõ venit ad mensam regis. Iratus autẽ
Saul aduersum Ionathan dixit ei, Fili mulieris virum vltro rapien
tis, nunquid ignoro qa diligis filium Isai in confusionẽ tuam, & in
cõfusionẽ ignominiosę matris tuę? Oibus. n. diebus q̃bus filius Isai vi
F xerit super terrã, nõ stabiliẽris tu, neq; regnũ tuũ itaq; iam nũc mitte, &
adduc eũ ad me: qa filius mortis est. Rñdens aũt Ionathas Sauli patri
suo, ait, Quare morietr? qd fecit? Et arripuit Saul lanceã, vt pcuteret eũ.
Et intellexit Ionathas qđ definitũ esset à patre suo vt interficeret Da
uid. Surrexit ergo Ionathas à mẽsa in ira furoris, & non comedit in
die calendarũ scđa panem. Contristatus est. n. super Dauid, eo qđ confu
disset eũ pater suus. Quũq; illuxisset mane, venit Ionathas in agrum
iuxta placitũ Dauid, & puer paruulus cum eo. Et ait ad puerũ suum,
Vade, & affer mihi sagittas quas ego iacio. Quũq; puer cucurrisset,
iecit aliã sagittã trans puerũ. Venit itaq; puer ad locũ iaculi, qđ mise
rat Ionathas: & clamauit Ionathas post tergũ pueri, & ait, Ecce ibi est
G sagitta porrò vltra te. Clamauitq; iterũ Ionathas post tergum pueri,
dicens, Festina velociter, ne steteris. Collegit autẽ puer Ionathę sagit
tas, & attulit ad dñm suum: & qd ageret, penitus ignorabat, tãtũmo
do enim Ionathas & Dauid rem nouerãt. Dedit ergo Ionathas arma
sua puero, & dixit ei, Vade, & defer in ciuitatem. Quumq; abijsset
puer, surrexit Dauid de loco qui vergebat ad austrum, & cadens pro
nus in terram, adorauit tertio: & osculantes se alterutrum, fleuerunt
pariter, Dauid autem amplius. Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Va
de in pace: quęcũque iurauimus ambo in nomine domini, dicentes,
Dominus sit inter me & te, & inter semen tuũ, & semẽ meũ vsq; in sem
piternũ. Et surrexit Dauid, & abijt: sed & Ionathas igressus est ciuitatẽ.

Absconsus Dauid, regritur a Saule.

Ionathã excusantẽ Dauidem vult Saul occidere.

Definita Dauid morte, Ionathas cũ trib' missis sagittis liberat.

Post oscula data Ionathę aufugit Dauid.

Et nõ si adhuc me viuente, & nõ facies mecũ misericordiã dñi & nõ moriar: sed & (.i. nõ postulo a te si adhuc viuerẽ tpe quo regnabis, nõ postulo mi quã a te vt facias mecũ misericordiã dñi, vt nõ moriar: qa hoc spero te facturũ: sed postulo a te, si nõ viuã qñ regnatur' es, vt non succidas misericordiam tuam a domo mea, & nõ cũ succiderit dñs inimicos Dauid, succidat domũ meã a facie tua. Alij sic vertunt, Si nõ fecero, nõ facias mecum misericordiã dñi dũ viuo, nec cum mortuus fuero, & auferas misericordiam &c.
& auferat Dauid Ionathan cum domo: & requirat (LXX, auferet Ionathas a domo Dauid, & requirat
de te fiet mentio: deficiet
Et tertio die descendes festinus,
Inuenias
citra

obsecro, familię nrę pcepit mihi (sub, vt illuc me pferã) peruersę (sub mẽtis) rebellionis. i. filij matris peruersę & rebellis. Alij, Fili nequã & peruersę ignominia affecisset: (vel, dolore affecisset) ad tps pstitutũ Dauidi. inueias sagittas pueri, & .f. pace.

CAPVT XXI.

VEnit autẽ Dauid in Nobe ad Achimélech sacerdotẽ: & obstupuit Achimélech, eo quòd venisset Dauid. Et dixit ei, Quare tu solus, & nullus est tecum? Et ait Dauid ad Achimélech sacerdotem, Rex præcepit mihi sermonem, & dixit, Nemo sciat rem, propter quã missus es à me, & cuiusmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris meis condixi in illum & illum locũ. Nunc ergo si quid habes ad manum vel quinque panes, da mihi, aut quicquid inueneris. Et respondens sacerdos ad Dauid, ait illi, Non habeo laicos panes ad manũ, sed tantum panem sanctum: si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus? Et respondit Dauid sacerdoti, & dixit ei, Equidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta. porrò via hæc, polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatũ panẽ. neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositiõis, qui sublati fuerant à facie domini, vt ponerentur panes calidi. Erat autem ibi vir quidam de seruis Saul, in die illa intus in tabernaculo dñi: & nomen eius Doeg Idumæus, potentissimus pastorũ Saul. Dixit autem Dauid ad Achimélech, Si habes hic ad manum hastam aut gladium? quia gladium meũ, & arma mea non tuli mecum. sermo enim regis vrgebat. Et dixit sacerdos, Ecce gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti in valle terebinthi, est inuolutus pallio post ephod: si istuz vis tollere, tolle. neque enim hic est alius absq; eo. Et ait Dauid, Non est huic alter similis: da mihi eum. Surrexit itaque Dauid, & fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis regẽ Geth, dixeruntq; serui Achis ad eum, Nunquid non iste est Dauid rex terræ? nonne huic cantabant per choros, dicentes, Percussit Saul mille, & Dauid decem millia? Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis regis Geth. Et immutauit os suum coram Achis, & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in ostia portæ, defluebantq; saliuæ eius in barbam. Et ait Achis ad seruos suos, Vidistis hominem insanum: quare adduxistis eũ ad me? An desunt nobis furiosi, quòd itroduxistis istũ, vt fureret me præsente? hiccine ĩgredietur domũ meã?

CAPVT XXII.

ABijt ergo Dauid inde, & fugit in speluncham Odollam. Quod quum audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descẽderũt ad eum illuc. Et conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum princeps: fueruntq; cum eo quasi quadringenti viri. Et profectus est Dauid inde in Maspha, quæ est Moab: & dixit ad regẽ Moab, Maneat oro pater meus & mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi deus. Et reliquit eos ante faciem regis Moab: manseruntq; apud eum cunctis dieb' qb' Dauid fuit in præsidio. Dixitq; Gad ꝓpheta ad Dauid, Noli manere in præsidio, proficiscere, & vade in terrã Iuda. Et profectus est Dauid, & venit in saltũ Hareth. Et audiuit Saul quòd apparuisset Dauid, & viri qui erant cũ eo, Saul autẽ cũ maneret in Gabaa, & esset in nemore qđ est in Rama, hastam manu tenens, cunctiq; serui eius circũstarent eum, ait ad seruos suos qui assistebant ei, Audi-

vel, timuit. & venit. in occursum. Ipse. aliquid, indicaui eis quo irent añ me, ad talem locum. qđ est sub manu tua, quinq; (LXX, si habes ad manuz quinq;) vel, ꝓphanos (aut cõmunes q. bus liceat vesci omnibus) custodiuerit se. prohibita est a me mulier (vel continui me a muliere) vt nõ esset mecum sicut heri. porro via hæc, ꝓphana est (vel cõis & ꝓphani) q̃to magis sanctificabit in vase? .i. panis iste amotus a mẽsa dñi, more ꝓphani panis est, quo vesci licitũ est: & quãto magis hodie sanctificabit in vasis? .i. licebit nobis vesci eo q corpus nr̃m custodiuimus ab vxoribus, ne imũdũ esset? Alij sic, via hæc polluta est, sed sanctificabit in vasis. i. in via nõ nihil imunditiæ contrarimus, videlicet vel nocturna pollutione, vel alio contactu scđm legẽ imũdo: sed hoc leue est, statim purgabi' qa ꝯtinuimus vasa nr̃a ab vxoribus.) sanctificatis (.i. gratiaꝝ actionis) faciẽꝫ (.i. q ante cõspectũ dñi ponebant) retardatus (vel inclusus. s. vt oraret) corã dño: vel negotiũ. Si nõ est. mille suos. sermonẽ suũ (alij ꝯsiliũ, alij gest' suos vertũt) eis. isanibat (siue isanũ se simulabat)

seruauit se. Egrediatur &. adduxit. arce. ferret (vel cognitũ esset vbi esset)

A Dauid fugiens venit I Nobe ad Achimelech. Laicus pañ. B Vas p corpore dauid cõcedit pães C ꝓpositiõis. exponit loc' iste a Christo matth. 12. Doeg. Arma regerit dauid q D sub ꝓtectione dei erat. Ephod. Dauid apđ regẽ Achis isaniã simulat. psal. 33.

A. Ad dauidẽ latitantem, ære alieno oppressi cõgregant. Fuit ad regẽ Moab, cũ quo habitauerunt parẽtes ipsi' B Gad ꝓphetæ monitu fugit in Hareth.

Sauli vos ac te me nunc filij Iemini: nunqd oibus vobis dabit filius Isai agros, & vineas, & vniuersos vos faciet tribunos, & centuriones: qm coniurastis oës aduersum me, & non est qui mihi renuntiet, maxime quum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai? Non est qui vicem meaș doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi: eo quod suscitauerit filius meus seruum meū aduersum me, insidiantem mihi vsq; hodie. Rñdens aūt Doeg Idumęus qui assistebat, & erat primus inter seruos Saul, Vidi, inquit, filium Isai in Nobe apud Achimelech filium Achitob. Qui consuluit pro eo dñm, & cibaria dedit ei: sed & gladium Goliath Philisthęi dedit illi. Misit ergo rex ad accersendum Achimelech sacerdotem filium Achitob, & oēm domum patris eius sacerdotū, q erant in Nobe. qui vniuersi venerunt ad regeș. Et ait Saul, Audi fili Achitob. Qui respondit, Presto sum domine. Dixitq; ad eum Saul, Quare coniurastis aduersum me tu & filius Isai, & dedisti ei panes & gladiū, & consuluisti pro eo deum, vt cōsurgeret aduersum me insidiator vsq; hodie permanens? Rñdensq; Achimelech regi, ait, Et quis in oibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua? Num hodie cœpi pro eo consulere dñm? absit hoc à me: ne suspicet rex aduersus seruum suum rē huiuscemodi, in vniuersa domo patris mei. non.n. sciuit seruus tuus quicquam super hoc negotio, vel modicū vel grande. Dixitq; rex, Morte morieris Achimelech, tu, & omnis domus patris tui. Et ait rex emissarijs, qui circūstabant eum, Conuertimini, & interficite sacerdotes dñi: nam manus eoꝝ cum Dauid est: scientes qd fugisset, & non indicauerunt mihi. Noluerunt autē serui regis extendere manus suas in sacerdotes dñi. Et ait rex ad Doeg, Conuertere tu, & irrue in sacerdotes. Cōuersusq; Doeg Idumęus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octog inta quinq; viros vestitos ephod lineo. Nobe autē ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros & mulieres, & paruulos, & lactētes, bouemq; & asinum, & ouē in ore gladij. Euadens autē vnus filius Achimelech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid, & annuntiauit ei quòd occidisset Saul sacerdotes domini. Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam in die illa, qd quū ibi esset Doeg Idumęus, procul dubio annuntiaret Sauli: ego sum reus omnium animarum domus patris tui. Mane mecum, ne timeas: si quis quęsierit animā meam, quęret & animam tuam, mecumq; seruaberis.

Margin notes (left): Doeg dauidis innocētus pditor. — C — Accersitus Achimelech, accusatus coniurationis a saule impio. — D — Occidunt sacerdotes, qd suscepissent dauidē. Nobe pcutitur a saule. Fuga Abiathar ad dauidem.

Margin notes (right): aperiat aurem meam, Hebr. — constitus erat super — scdm diem hanc (vel, vt hodie palam sit) — vt tibi obediat, — imponat — cursoribus, — dauidi — occasionē pbui vt interficerēt ois hō.

CAPVT. XXIII.

A — ET annuntiauerunt Dauid, dicētes, Ecce Philisthijm oppugnant Ceilam & diripiunt areas. Consuluit ergo Dauid dñm, dicens, Nū vadam, & percutiam Philisthęos istos? Et ait dñs ad Dauid, Vade, & percuties Philisthęos, & Ceilam saluabis. Et dixerunt viri qui erant cū Dauid, ad eum, Ecce nos hic in Iudęa consistentes timemus: quanto magis si iẽrimus in Ceilam aduersum agmina Philisthinoꝝ? Rursum ergo Dauid consuluit dñz, Qui rñdens, ait ei, Surge, & vade in Ceilā: ego.n. tradam Philisthęos in manu tua. Abijt ergo Dauid, & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduersum Philisthęos, & abegit iumenta eorū, & percussit eos plaga magna: & saluauit Dauid habitatores Ceilę. Porrò eo tpe, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad Dauid in Ceilam, ephod secum hñs descenderat. Nuntiatum est autem Sauli quòd venisset Dauid in Ceilam: & ait Saul, Tradidit eum dñs in manus meas, conclususq; est introgressus vrbē in qua portę & serę sunt. Et precepit Saul omni pplo vt ad pugnā descēderet in Ceilā, & obsideret Dauid & viros eius. Quod quū Dauid rescisset qa pararet ei Saul clām malum, dixit ad Abiathar sacerdotē, Applica ephod. Et ait Dauid, Dñe deus Israel, audiuit famā seruus tuus qd disponat Saul venire in Ceilā, vt euertat vrbem propter me. Si tradent me viri Ceilę

Margin notes (left): Dauid cōsulto bis dño, liberat Ceilā a Philisthęis. Abiathar cū ephod ī Ceilā. Saul descendit cōtra dauid ī Ceilā. Consult a B dauid eo dñs, rñdet eos quos ipse liberasset, traditurus ipsū sauli, nisi fugeret.

Margin note (right): maiores e

in manus eius? et si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Dñe deus
Israel indica seruo tuo. Et ait dñs, Descendet. Dixitq; Dauid, Si tradent
me viri Ceilę, et viros qui sunt mecum, in manus Saul? Et dixit dñs, Tra-
dent. Surrexit ergo Dauid et viri eius quasi sexcenti, et egressi de Ceila,
huc atq; illuc vagabantur incerti: nuntiatumq; est Saul ꝙ fugisset Da-
uid de Ceila, et saluatus esset: quã ob rem dissimulauit exire. Mora-
batur autem Dauid in deserto in locis firmissimis, mansitq; in monte so-
litudinis Ziph, quęrebat eũ tamen Saul cunctis diebus: et non tradidit
eum dñs in manus eius. Et vidit Dauid ꝙ egressus esset Saul vt quę-
reret animã eius. Porrò Dauid erat in deserto Ziph in sylua. Et surre-
xit Ionathas filius Saul, et abijt ad Dauid in syluã, et cõfortauit manus
eius in deo, dixitq; ei, Ne timeas: neq; enim inueniet te manus Saul pa-
tris mei: et tu regnabis super Israel, et ego ero tibi secundus: sed et Saul
pater meus scit hoc. Percussit ergo vterq; foedus coram dño: mansitq;
Dauid in sylua, Ionathas reuersus est in domũ suam. Ascenderunt
autem Ziphęi ad Saul in Gabaa, dicentes, Nõnne Dauid latitat apud
nos in locis tutissimis syluę, in colle Hachile, quę est ad dexterã deserti?
Nunc ergo sicut desyderauit anima tua vt descẽderes, descende: nostrũ
autem erit vt tradamus eum in manus regis. Dixitq; Saul, Benedicti
vos à dño, quia doluistis vicem meã. Abite ergo oro, et diligẽtius prę-
parate, et curiosius agite, et consyderate locũ vbi sit pes eius, vel quis
viderit eũ ibi. recogitat enim de me, ꝙ callide insidier ei. Consydera-
te, et videte omnia latibula eius, in quibus absconditur: et reuertimini
ad me ad rem certã, vt vadam vobiscum. ꝙ si etiam in terrã se ob-
struxerit, perscrutabor eũ in cunctis millibus Iuda. At illi surgentes
abierunt in Ziph ante Saul: Dauid autem et viri eius erant in deserto
Maon, in campestribus ad dexterã Iesimon. Iuit ergo Saul et socij eius
ad quęrendũ eum: et nuntiatum est Dauid, statimq; descendit ad petrã,
et versabatur in deserto Maon. quod cũ audisset Saul, persequutus est
Dauid in deserto Maon. Et ibat Saul ad latus montis ex parte vna,
Dauid autem et viri erãt in latere montis ex parte altera: porrò Dauid
desperabat se posse euadere à facie Saul: itaq; Saul, et viri eius in mo-
dum coronę cingebant Dauid, et viros eius, vt caperent eos. Et nũtius
venit ad Saul, dicens, Festina et veni, quoniam infuderunt se Phili-
sthijm super terram. Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid, et
perrexit in occursum Philisthinorum. propter hoc vocauerunt locum
illum Petram diuidentem.

CAP. XXIIII.

Ascendit ergo Dauid inde: et habitauit in locis tutissimis Engad-
di. Cumq; reuersus esset Saul, postq; persequutus est Philisthęos,
nuntiauerũt ei, dicentes, Ecce, Dauid in deserto est Engaddi. Assumens
ergo Saul tria millia electorũ virorũ ex omni Israel, perrexit ad vesti-
gandũ Dauid et viros eius, etiã super abruptissimas petras, quę solis
ibicibus peruię sunt. Et venit ad caulas ouiũ, quę se offerebant vianti,
eratq; ibi spelunca, quã ingressus est Saul, vt purgaret ventrem: porrò
Dauid et viri eius in interiore parte spelũcę latebant. Et dixerũt serui
Dauid ad eũ, Ecce dies de qua loquutus est dñs ad te, Ego tradã tibi
inimicũ tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo
Dauid, et prędcidit oram chlamydis Saul silenter. Post hęc percussit cor
suum Dauid, eo ꝙ abscidisset oram chlamydis Saul. Dixitq; ad viros
suos, Propitius sit mihi dñs, ne faciam hanc rem dño meo christo do-
mini, vt mittã manum meã in eum, quia christus domini est. Viuit
dñs, quia nisi dñs percusserit eũ, aut dies eius venerit vt moriatur, aut
descendens in pręlium perierit: propitius mihi sit dñs vt non mittam
manum meam in christum domini. Et confregit Dauid viros suos
sermonibus, et non permisit eos vt consurgerent in Saul: porrò Saul
exurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit autem Dauid

Left margin notes: desinauit | misertũ estis | videte, | dictum est.n. mihi qd maxime callid⁹ sit. | re bene comperta, | terra fuerit, | festinabat | impetum fecerunt | arietibus syluestribus | lateribus | in man⁹ tuas

Right margin notes: C | Morat Dauid in solitudine Ziph. | Consolatur Ionathas Dauidem. | Percutit fœdus cũ Ionatha. | Proditur à Ziphęis. | Benedicit Saul qui Dauidẽ prodebant. | D | Persequitur Saul Dauidem. | Immissis Philisthęis cõtra Saul, liberat deus Dauidem. | Dauid habitat in Engaddi. | A | Ipsum persequit Saul. | Latet Dauid in spelũca, cum suis. | Dauid timens deũ, pro malo reddit bonũ inimico Saul. | In B man⁹ eius à deo tradita. | Verbis blandis phibuit Dauid ne Saul occideret à suis.

David ostēdit misericordiā suam Sauli.

post eum: & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens, Domine mi rex. Et respexit Saul post se. & inclinans se David pronus in terram, adorauit; dixitq; ad Saul, Quare audis verba hominū loquentium, David quęrit malū aduersum te? Ecce hodie viderunt oculi tui quod tradiderit te dominus in manu mea in spelunca: & ʼcogitauiʼ vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus: dixi enim, Non extendam

C manum meam in dominū meum, quia christus domini est. Quin potius pater mi, vide & cognosce orā chlamydis tuę in manu mea: quoniam quum prescinderem summitatem chlamydis tuę, ʼnolui extēdere manum meam in te.ʼ animaduerte, & vide quoniam non est in manu mea malū, neq; iniquitas, neq; peccaui in te: tu autem insidiaris animę męę vt auferas eam. Iudicet dominus inter me & te, & vlciscatur me dominus ex te: manus autem mea non sit in te. Sicut & in prouerbio antiquo dicitur, AB IMPIIS egredietur impietas: manus ergo mea non sit in te. Quem persequeris rex Israel? quem persequeris? canem mortuū persequeris, & pulicem vnum. Sit dominus iudex, & iudicet inter me & te: & videat, & iudicet caussam meā, & eruat me de ma-

D nu tua. Quum autem cōplesset David loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul, Nunquid vox hęc tua est fili mi David? Et leuauit Saul vocem suam, & fleuit, dixitq; ad David, Iustior tu es, quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti hodie quę feceris mihi bona: quomodo tradiderit me dominus in manum tuam, & non occideris me. Quis enim quum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed dominus reddat tibi ʼvicissitudinem hanc,ʼ pro eo quod hodie operatus es in me. Et nunc quia scio quòd certissime regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel: iura mihi in domino ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. Et iurauit David Sauli. Abijt ergo Saul in domum suam: & David, & viri eius ascenderunt ʼad tutiora loca.ʼ

Vindictam deo reseruat David.

Prouerbiū.

Saul cū fletu agnoscit dei manū, Davidis innocentiam suamq; iniquitatem.

Iurat David Sauli.

ʼdixit quispiamʼ

ʼnō occidi te.ʼ

ʼbonum,ʼ

ʼad munitionem. (vel, pręsidia.)ʼ

CAP. XXV.

A MOrtuus est autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Consurgensq; David descendit in desertum Pharan. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, & ʼpossessioʼ eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erantq; ei oues tria millia, & mille capre, & accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo. Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen vxoris eius, Abigàil. eratq; mulier illa prudentissima & speciosa: porrò vir eius durus, & pessimus, & malitiosus: erat autem de genere Caleb. Quum autē audisset David in deserto quod tonderet Nabal gregem suū, misit decē iuuenes, & dixit eis, Ascendite in Carmelū, & venietis ad Nabal, & salutabitis eum ex nomine meo pacifice. Et sic dicetis. ʼSit fratribus meis,ʼ & tibi pax, & domui tuę pax, & omnibus quęcunq; habes, sit pax. Audiui quod ʼtonderēt pastores tui qui erātʼ nobiscū ʼin deserto: ʼnunq; ʼeis molesti fuimus, ʼnec aliqñ defuit quicq; eis ʼde grege ʼomni tēpore quo fuerunt nobiscū in Carmelo. Interro-

B ga pueros tuos, & indicabūt tibi. Nunc ergo inueniant pueri tui gratiā in oculis tuis: in die enim bona venimus. quodcūq; inuenerit manus tua, da* seruis tuis, & filio tuo David. Quūq; venissent pueri David, loquuti sunt ad Nabal omnia verba hęc ex nomine David: & siluerūt. Respondens autē Nabal pueris David, ait, Quis est David? & quis est filius Isai? hodie increuerūt serui qui ʼfugiunt dños suos.ʼ Tollā ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quę occidi tonsoribus meis, & dabo viris quos nescio vnde sint? Regressi sunt itaq; pueri David per viam suā, & reuersi venerunt, & annūtiauerunt ei omnia verba quę dixerat Nabal. Tūc ait David pueris suis, Accingatur vnusquisq; gladio suo. Et accincti sunt singuli gladijs suis, accinctusq; est

Moritur Samuel.
Eccli. 46. d
Nabal ipse.
Abigail sapiēs & pulchra.
David mittit seruos suos ad Nabal pro cibis.

Superba Nabal responsio seruis Davidis.
Descendit David vt vlciscatur se de impio Nabal.

ʼopus eius (Id est, ille erat pecudes & boues erga quę se exercere solet homo)ʼ

ʼvino. i. magno vel forti viro. Alij sic vertūt ad vitā meā. Alij, Viuere. Alij, per viuentem)ʼ

ʼtondeas greges tuos: porrò pastores tui fuerunt ʼignominia affecimus eos,

* obsecro

ʼdefecit à dominis suis;

& Dauid ense suo: & sequuti sunt Dauid quasi quadringenti viri, porrò ducenti remanserunt ad sarcinas. Abigail autē vxori Nabal nūtiauit vnus de pueris suis, dicens, Ecce Dauid misit nūtios de deserto, ⁽vt benedicerent⁾ dño nostro, & ⁽auersatus est eos.⁾ homines isti, boni ⁽satis⁾ fuerunt nobis, & non molesti: nec quicquā aliquando ⁽perijt⁾ omni tempore quo fuimus conuersati cū eis in deserto. pro muro erant nobis tam in nocte q̃; in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quā ob rem considera, & recogita quid facias: quoniam cōpleta est malitia aduersum ⁽virum tuū,⁾ & aduersum domum ⁽tuā, & ipse est filius Belial, ita vt nemo possit ei loqui. Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinq; arietes coctos, & quinq; sata polentæ, & centū ligaturas vuæ ⁽passæ,⁾ & ducentas massas caricarū, & imposuit super asinos, dixitq; pueris suis, Præcedite me, & ecce, ego post tergū sequar vos. viro autem suo Nabal non indicauit. Quum ergo *ascendisset asinū, & descenderet ⁽ad radicem⁾ montis, Dauid & viri eius descendebant in occursum eius: quibus & illa occurrit.

D Et ait Dauid, Verè frustra seruaui omnia quæ huius erant in deserto, & non ⁽perijt⁾ quicq̃; de cunctis quæ ad eum pertinebāt: & reddidit mihi malum pro bono. Hæc faciat deus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent vsq; mane mingentē ad parietem. Quū autem vidisset Abigail Dauid: festinauit, & descendit de asino, & procidit corā Dauid super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius, & dixit, *In me sit dñe mi hæc iniquitas: loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. Ne ponat oro dñs meus ⁽rex⁾ cor suū super virum istum ⁽iniquū⁾ Nabal: quia secūdum nomen suum ⁽stultus est,⁾ & stultitia est cum eo: ego autē ancilla tua non vidi pueros tuos dñe mi, quos misisti. Nunc ergo dñe mi viuit dñs, & viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguinem, & saluauit manum tuā tibi: & nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt dño meo malum. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi dño meo: & da pueris qui sequuntur te dñm meū.

E Aufer iniquitatē famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi dño meo domum ⁽fidelem⁾ quia prælia Domini dñe mi tu prælians: malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. Si enim surrexerit aliquādo homo persequens te & quærens animam tuā, erit anima domini mei ⁽custodita quasi⁾ in fasciculo viuentium apud dominū deum tuum: porrò inimicorū tuorum anima ⁽rotabitur, quasi in impetu, & circulo fundæ.⁾ Quum ergo fecerit Dominus tibi dño meo omnia hæc quæ loquutus est bona de te, & cōstituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc ⁽in singultū, & in scrupulum⁾ cordis dño meo, q̃ effuderis sanguinem ⁽innoxium,⁾ ⁽aut ipse te vltus fueris:⁾ & quū benefecerit Dominus dño meo, recordaberis ancillæ tuæ.

F Et ait Dauid ad Abigail, Benedictus dñs deus Israel, qui misit hodie te in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & ⁽vlciscerer me manu mea.⁾ Alioquin viuit dñs deus Israel qui prohibuit me ne malum facerem tibi: nisi cito venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal vsq; ad lucem matutinam mingens ad parietem. Suscepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitq; ei, Vade pacifice in domum tuā: ecce, audiui vocem tuā, & ⁽honoraui⁾ faciem tuam.

Venit autem Abigail ad Nabal: & ecce erat ei conuiuiū in domo eius quasi conuiuium regis, & cor Nabal iucūdum, erat enim ebrius nimis: & non indicauit ei verbum pusillum aut grande vsq; mane. Diluculo autem quum digessisset vinū Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc, & emortuū est cor eius ⁽intrinsecus,⁾ & factus est quasi lapis. Quumq; pertransissent *decem dies, percussit Dominus Nabal, & mortuus est. G

vel, vt salutarent
inuectus ē in eos. (vel, increpauit eos, aut expulit)
valde
defuit
dñm nostrū,
eius,
vel siccæ,
illa
per absconditū
defuit
Obsecro
impium
sic est: Nabal nomen eius,
vel stabiles, (aut securā,)
colligata
funda iaculabitur ī medio sedis fundæ. LXX, Et aīas inimicorū tuorū funda iaculaberis in medio fundæ. Chald. interp. Et aīas inimicorū tuorū volare faciet quēadmodū volare faciūt (sub. fundibularij) lapidē fundæ.
offensio & offendiculum
frustra
aut fecerit sibi salutem dñs meus: Heb.
& seruarē manū meā mihi. Heb.
LXX, reueritus sum
in medio ei⁹.
sex

C Iustitia Dauidis, ā reb⁹ fratrū etiā ī necessitate abstinētis.
Abigail fit obuiam Dauidi cum cibarijs.
Humanus Dauidis affectus.
Oratio Abigail ad Dauid.
Deus obstitit ne Dauid occideret Nabal.
Bñdictio ꝓ munerib⁹.
Peccatū viri trāsfert in se Abigail.
Gras agit deo ipse Dauid qđ eum ꝓhibuerit ne Nabal occideret.
Nabal ebri⁹
Nabal occidit ā deo

Gratiarum actio Dauidis, ob mortuû Nabal.

David duxit Abigail in vxorem.

Quod quum audisset Dauid mortuû Nabal, ait, Benedictus dominus qui iudicauit caussam opprobrij mei de manu Nabal, & seruum suum custodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit dominus in caput eius. Misit ergo Dauid, & loquutus est ad Abigáil, vt sumeret eam sibi in vxorem. Et venerunt pueri Dauid ad Abigáil in Carmelû, & loquuti sunt ad eam, dicentes, Dauid misit nos ad te, vt accipiat te sibi in vxorem. Quę consurgens adorauit prona in terrã, & ait. Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorû domini mei. Et festinauit, & surrexit Abigáil, & ascendit super asinum, & quinq; puellę ierunt cum ea, pedisequę eius, & sequuta est nuntios Dauid: & facta est illi vxor. Sed & Achinoam accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtraq; vxor eius. Saul autem dedit Michol filiam suam vxorem Dauid, Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

CAPVT XXVI.

A — Achinoam Michol vxor Dauid, dat Phalti. Ziphęi produnt Dauidê Sauli. Saul Dauidê psequitur.

ET venerunt Ziphęi ad Saul in Gabaa, dicentes, Ecce, Dauid absconditus est in ²colle³ Hachilę, quę est ex aduerso ²solitudinis.³ Et surrexit Saul, & descendit in desertû Ziph, & cum eo tria millia virorû de electis Israel, vt quęreret Dauid in deserto Ziph. Et castrametatus est Saul in Gabaa Hachilę, quę ²erat ³ex aduerso solitudinis in via: Dauid autem habitabat in deserto. Videns autem q̃ venisset Saul post se in desertum, misit exploratores, & didicit q̃ venisset certissime. Et surrexit Dauid, & venit ad locû vbi erat Saul: quumq; vidisset locum in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner princeps militię eius, & Saulem dormientem in tentorio, & reliquû vulgus per circuitû eius, ait Dauid ad Achimélech Hethęum, & Abisai filium Saruię, fratrê Ioab, dicens,

² Gabaa ² Iesimon & infra. ² castrametatus erat

B — Parcit secûdo Dauid inimico Sauli dormienti, hastã & scyphum eius auferens.

Quis descendet mecû ad Saul in castra? Dixitq; Abisai, Ego descendã tecum. Venerunt ergo Dauid & Abisai ad populû nocte, & inuenerût Saul iacentem & dormientem in tentorio, & hastã fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populû dormientes in circuitu eius. Dixitq; Abisai ad Dauid, Conclusit deus inimicû tuum hodie in manus tuas: nûc ergo perfodiã cum lancea in terra semel, & secûdo opus non erit. Et dixit Dauid ad Abisai, Ne interficias eum: quis enim extêdet manû suam in christû domini, & innocens erit? Et dixit Dauid, Viuit dominus, quia nisi dñs percusserit eû, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in pręlium descendens perierit, ²propitius sit mihi dñs³ ne extendã manum meam in christum ²domini.³ nunc igitur tolle hastam quę est ad

² absit mihi à dño (.i. auertat hoc deus à me ne &c.)

C — Prouidêtia dei opprimit somno Saul cum suis.

caput eius, & scyphum aquę, & abeamus. Tulit igitur Dauid hastã, & scyphum aquę, qui erat ad caput Saul, & abierunt: & non erat quisquã qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor domini irruerat super eos. Quumq; transisset Dauid ex aduerso, & stetisset in vertice montis delonge, & esset grande interuallû inter eos, clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens,

² vel, à dño: (ali), vehemêter interpretâtur)

Dauid exprobrat Abner somnolentiã. D

Nónne respondebis Abner? Et respondens Abner, ait, Quis es tu qui clamas, ²& inquietas regem?³ Et ait Dauid ad Abner, Nunquid non vir tu es? & quis alius similis tui in Israel? quare ergo nõ custodisti dominum tuû regem? ingressus est enim vnus de turba vt interficeret regem dñm tuum. Non est bonum hoc quod fecisti: viuit dñs quoniam ²filij mortis³ estis vos, qui non custodistis dominû vestrum christum domini. nûc ergo vide vbi sit hasta regis, & vbi sit scyphus aquę, qui erat ad caput eius. Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit, Nunquid vox hęc tua fili mi Dauid? Et ait Dauid, Vox mea dñe mi rex. Et ait, Quã ob caussam dñs meus persequitur seruum suum? Quid feci? aut quod est malû in manu mea? Nunc ergo audi oro domine mi rex verba serui tui, Si dominus incitat te aduersum me, ²odoretur sacrificium.

² ad regê? (.i. qui tuo clamore excitas regem?)

² Heb. pro digni morte

² (.i. signo manifesto ostêdat iniustitiã meã, sicut in sacrificio Cain.)

E — Si autem filij hominû: maledicti sunt in conspectu domini, quia eiecerunt me hodie, vt non habitem in hęreditate domini, dicentes, Vade, serui dijs alienis. Et nunc non effundatur sanguis meus in terra

coram domino: quia egressus est rex Israel vt quęrat pulicem vnum,
sicut persequitur perdix in montibus. Et ait Saul, Peccaui, reuertere
fili mi Dauid: nequaquã enim vltrà tibi malefaciam, eo quòd pretiosa
fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim q stulte egerim, &
ignorauerim multa nimis. Et respõdens Dauid, ait, Ecce hasta regis:
transeat vnus de pueris regis, & tollat eam. Dominus autem retribuet
vnicuiq; secundum iustitiã suam & fidem: tradidit enim te dominus
hodie in manum meam, & nolui extendere manum meam in christum
domini. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic
magnificetur anima mea in oculis domini, & liberet me de omni an-
gustia. Ait ergo Saul ad Dauid, Benedictus tu fili mi Dauid: equidem
faciens facies, & potens poteris. Abijt autem Dauid in viam suam, &
Saul reuersus est in locum suum.

CAP. XXVII.

ET ait Dauid in corde suo, Aliquando incidam vna die in manus
Saul, nónne melius est vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorũ,
desperet Saul, cesset'q; me quęrere in cunctis finibus Israel: fugiã ergo
manus eius. Et surrexit Dauid, & abijt ipse, & sexcenti viri cum eo, ad
Achis filium Maoch regem Geth. Et habitauit Dauid cum Achis in
Geth, ipse & viri eius, vir & domus eius, Dauid & duę vxores eius,
Achinoam Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmelitis. Et nũtia-
tum est Saul q fugisset Dauid in Geth, & nõ addidit vltrà quęrere eũ.
Dixit autẽ Dauid ad Achis, Si inueni gratiã in oculis tuis, detur mihi
locus in vna vrbium regionis huius, vt habitẽ ibi: cur enim manet ser-
uus tuus in ciuitate regis tecũ? Dedit itaq; ei Achis in die illa Sicelег:
propter quã caussam facta est Siceleg regum Iuda, vsq; in diem hanc.
Fuit autem numerus dierũ quibus habitauit Dauid in regione Phili-
sthinorũ, quatuor mensium. Et ascendit Dauid, & viri eius, & age-
bant prędas de Gessuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim pagi ha-
bitabantur in terra antiquitus, euntibus Sur vsq; ad terrã Aegypti. Et
percutiebat Dauid omnem terrã, nec relinquebat viuentem virum &
mulierem: tollens'q; oues, & boues, & asinos, & camelos, & vestes, re-
uertebatur, & veniebat ad Achis. Dicebat autẽ ei Achis, In quẽ irrui-
sti hodie? Respondebat Dauid, Contra meridiem Iudę, & contra meri-
diem Ierameel, & contra meridiem Ceni. Virum & mulierem non vi-
uificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens, ne fortè loquãtur ad-
uersum nos. Hęc fecit Dauid: & hoc erat decretũ illi omnibus diebus
quibus habitauit in regione Philisthinorum. Credidit ergo Achis
Dauid, dicens, Multa mala operatus est contra populum suũ Israel:
erit igitur mihi seruus sempiternus.

CAP. XXVIII.

FActum est autem in diebus illis, congregauerunt Philisthijm ag-
mina sua, vt prępararentur ad bellum contra Israel: dixit'q; Achis
ad Dauid, Sciens nunc scito quoniam mecum egredieris in castra tu &
viri tui. Dixit'q; Dauid ad Achis, Nunc scies quę facturus est seruus
tuus. Et ait Achis ad Dauid, Et ego custodem capitis mei ponam te
cunctis diebus. Samuel autẽ mortuus est, planxit'q; eũ omnis Israel,
& sepelierunt eũ in Ramatha vrbe sua. Et Saul abstulit magos & ario-
los de terra. Congregati'q; sunt Philisthijm, & venerunt, & castrame-
tati sunt in Sunam: cõgregauit autem & Saul vniuersum Israel, & ve-
nit in Gelboe. Et vidit Saul castra Philisthijm, & timuit, & expauit cor
eius nimis. Consuluit'q; dominum, & non respondit ei, neq; per som-
nia, neq; per sacerdotes, neq; per prophetas. Dixit'q; Saul seruis suis,
Quęrite mihi mulierem habentem pythonem, & vadã ad eam, & sci-
scitabor per illam. Et dixerunt serui eius ad eum, Est mulier pytho-
nem habens in Endor. Mutauit ergo habitum suũ, vestitus'q; est alijs
vestimentis, & abijt ipse, & duo viri cum eo, veneruntq; ad mulierem
nocte, & ait illi, Diuina mihi in pythone, & suscita mihi quem dixero

Marginal notes (left):

gr. pulicem perdicẽ

errauerim supra modum.

consumar vna die manibus

seruã ergo me de manibus

annus, cum quatuor mẽsibus. Chald. interp. Dies aliquot cũ quatuor mensibus.

impetũ fecerunt in Gessuritas, & Gerzitas, & Amalecitas. hi. n. inhabitabãt terrã q fuit à seculo.

quo iuistis ad prędam

Heb. p relinquebat viuũ.

Abominãdo abominat' est

Profectò ego

Saul

Vrim (noster interpr. doctrinã interptat, Exo. 28.)

vel, fac ascendere ad me

Marginal notes (right):

A Agnoscit Saul peccatũ & misericordiam à Dauide sibi factam.

B

A Dauid in angustia cordis constitutus, fugit ad Achis regẽ Geth.

B

Siceleg ciuitas data Dauidi inhabitationem.

C Dauid excurrit ad prędam, Philisthęos occidens.

D Dauid fallit regem Achis.

A Dauid constituit custos regis Achis in bello.

Samuel mortuus. Supra. 25. a

Saul aufert magos & ariolos.

B Saul Philisthęis cõtra se cõgregatis nihil sibi rñdente deo pythonissã cõsulit.

tibi. Et ait mulier ad eum, Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo erasferit magos, & ariolos de terra: quare ergo insidiaris animę meę, vt occidar? Et iurauit ei Saul in domino, dicẽs, Viuit dominus quia non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem. Dixitq; ei mulier, Quem suscitabo tibi? Qui ait, Samuelem mihi suscita. Quum autem vidisset mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul, Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul. Dixitq; ei rex, Noli timere: quid vidisti? Et ait mulier ad Saul, Deos vidi ascẽdentes de terra. Dixitq; ei, Qualis est forma eius? Quę ait, Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul quod Samuel esset, & inclinauit se super faciem suã in terra, & adorauit. Dixit autẽ Samuel ad Saul, Quare inquietasti me vt suscitarer? Et ait Saul, Coartor nimis: siquidem Philisthijm pugnant aduersum me, & deus recessit à me, & exaudire me noluit, neq; in manu prophetarum, neq; per somnia: vocaui ergo te, vt ostenderes mihi quid faciã. Et ait Samuel, Quid interrogas me, quũ dominus recesserit à te, & transierit ad ęmulũ tuũ? Faciet eniz tibi dominus sicut loquutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid: quia nõ obedisti voci domini, neq; fecisti iram furoris eius in Amalec. idcirco quod pateris, fecit tibi dominus hodie. Et dabit dominus etiam Israel tecum in manus Philisthijm: cras autem tu & filij tui mecum eritis: sed & castra Israel tradet dominus in manus Philisthijm. Statimq; Saul cecidit porrectus in terrã: extimuerat enim valde verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa. Ingressa est itaq; mulier illa ad Saul, & vidit (conturbatus enim erat valde) dixitq; ad eum, Ecce obediuit ancilla tua voci tuę, & posui animam meã in manu mea: & audiui sermones tuos quos loquutus es ad me. Nunc igitur audi & tu vocem ancillę tuę, & ponam corã te bucellam panis, vt comedens conualescas, & possis iter agere. Qui renuit, & ait, Non comedam. Coegerunt autem eũ serui sui & mulier, & tandem audita voce eorum surrexit de terra, & sedit super lectum. Mulier autem illa habebat vitulũ pascualẽ in domo, & festinauit, & occidit eũ: tollensq; farinã, miscuit eã, & coxit azyma, & posuit ante Saul, & ante seruos eius. Qui quũ comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctẽ illã.

Suscitat Samuel annũtiat Sauli mortem, & Philisthęos victoria potituros.

C

Eccl. 46. d.

1. Reg. 15. f.

Saul quare abiectus a deo.

Ira furoris dei.

Saulis angustia & desperatio.

D

Marginal glosses: ponis laqueũ (.i. quare das operã vt ipsonas laqueũ mihi quo interficiar?) — mori faciar me — punitio — mulier — Diuum vidi ascendentem terra — cõmouisti — Angustijs afficior valde — inimicum — & tota nocte — pinguem

CAP. XXIX.

A

Congregata sunt ergo Philisthijm vniuersa agmina in Aphec: sed & Israel castrametatus est super fontem qui erat in Iezrael. Et satrapę quidem Philisthijm incedebant in centurijs & millibus: Dauid autem & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis. Dixeruntq; principes Philisthijm, Quid sibi volunt Hebręi isti? Et ait Achis ad principes Philisthijm, Nunquid ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multis diebus vel annis, & non inueni in eo quicquam, ex die qua transfugit ad me, vsq; ad diem hãc. Irati sunt autem aduersus eum principes Philisthijm, & dixerunt ei, Reuertatur vir, & sedeat in loco suo, in quo constituisti eum: & non descẽdat nobiscum in pręlium, ne fiat nobis aduersarius, quũ pręliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris? Nõnne iste est Dauid cui cantabant in choris, dicẽtes, Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis? Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei, Viuit dominus, quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris & non inueni in te quicquam mali ex die qua venisti ad me, vsque in diem hanc: sed satrapis non places. Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendes oculos satraparum Philisthijm. Dixitq; Dauid ad Achis, Quid enim feci, & quid inuenisti in me seruo tuo à die qua fui in conspectu tuo vsq; in diem hanc, vt non veniã, & pugnem contra inimicos domini mei regis? Respondens autẽ Achis, loquutus

Dauid cũ Philisthęis cõtra Saulem pugnaturus, ab exercitu remittitur prouidẽtia dei.

B

1. Par. 12. d

Dauid laudatur ab Achis.

C

Marginal glosses: castra — Nõnne iste est — virorũ horũ — mille suos, & Dauid decem millia suos

est ad Dauid, Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus dei: sed principes Philisthinorum dixerunt, Nó ascendet nobiscum in prelium. Igitur consurge mane, tu & serui dñi tui, qui venerunt tecũ: & quũ [a](de nocte)[b] surrexeritis, & coeperit dilucescere, pergite. Surrexit itaq; de nocte Dauid ipse & viri eius, vt proficiscerentur mane, & reuerterentur ad terrã Philisthijm: Philisthijm autem ascẽderunt in Iezrael.

CAP. XXX.

Qvumq; venissent Dauid, & viri eius in Sicelег die tertia, Amalecitę [a]impetum fecerant[b] ex parte australi in Siceleg, & percusserant Siceleg, & succenderãt eam igni. Et captiuas duxerant mulieres ex ea à minimo vsq; ad magnũ: & nó interfecerãt quenquã, sed secum duxerãt, & pergebant itinere suo. Quũ ergo venisset Dauid & viri eius ad ciuitatẽ, & inuenissent eã succẽsam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas, leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eo, voces suas, & planxerunt donec deficerẽt in eis [a]lachrymę.[b] Siquidem & duę vxores Dauid captiuę ductę fuerant, Achinoam Iezraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. Et contristatus est Dauid valde: volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima vniuscuiusq; viri super filijs suis, & filiabus: confortatus est autẽ Dauid in dño deo suo. Et ait ad Abiathar sacerdotẽ filiũ Achimelech, Applica ad me ephod. Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid, & consuluit Dauid dominũ, dicẽs, Persequar [a]latrunculos hos,[b] & cõprehẽdam eos an nó? Dixitq; ei dominus, Persequere: absq; dubio enim cõprehẽdes eos, & excuties prędã. Abijt ergo Dauid ipse & sexcẽti viri qui erant cum eo, & venerunt vsq; ad torrentẽ Besor: [a]& lassi quidam[b] substiterunt. Persequutus est autẽ Dauid ipse & quadringẽti viri: substiterant enim ducenti, qui lassi transire nó poterant torrentẽ Besor. Et inuenerunt virum Aegyptiũ in agro, & adduxerunt eum ad Dauid: dederuntq; ei panem vt comederet & biberet aquã, sed & fragmen massę caricarũ, & duas ligaturas vuę passę. Quę quũ comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est: non enim comederat panẽ, neq; biberat aquam tribus diebus & tribus noctibus. Dixit itaq; ei Dauid, Cuius es tu? vel vnde? Qui ait, Puer Aegyptius ego sum, seruus viri Amalecitę: dereliquit autẽ me dñs meus, quia ęgrotare coepi nudiustertius. Siquidẽ nos [a]erupimus[b] ad australes plagam Cerethi, & [a]cõtra Iudam,[b] & ad meridiem Caleb, & Siceleg succendimus igni. Dixitq; ei Dauid, Potes me ducere ad [a]cuneũ[b] istum? Qui ait, Iura mihi per deum, quod non occidas me, & nó tradas me in manus domini mei, & ego ducã te ad cuneum istũ. Qui quum duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem vniuersę terrę comedentes & bibentes, & [a]quasi festum celebrantes diem,[b] pro cuncta pręda, & spolijs quę ceperant de terra Philisthijm, & de terra Iuda. Et percussit eos Dauid à vespere vsq; ad vesperam alterius diei, & non euasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri adolescẽtes, qui ascenderant camelos, & fugerant. Eruit ergo Dauid omnia quę tulerant Amalecitę, & duas vxores suas eruit. Nec defuit quicquam à paruo vsq; ad magnum, tam de filijs quàm de filiabus, & de spolijs: & quęcunq; rapuerant, omnia reduxit Dauid. Et tulit vniuersos greges & armenta, & minauit ante faciem suam: dixeruntq;, Hęc est pręda Dauid. Venit autem Dauid ad ducentos viros, qui lassi substiterant, nec sequi poterant Dauid, & residere eos iusserat in torrẽte Besor: qui egressi sunt obuiam Dauid, & populo qui erat cum eo. Accedens autem Dauid ad populum, salutauit eos pacifice. Respondensq; omnis vir pessimus, & iniquus de viris qui ierant cũ Dauid, dixit, Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quicquam de pręda quam eruimus: sed sufficiat vnicuiq; vxor sua & filij, quos quum acceperint, recedant. Dixit autem Dauid, Nó sic facietis fratres mei de his quę tradidit nobis dominus, & custodiuit nos, & dedit [a]latrunculos[b] qui eruperant aduersum nos, in manus nostras, nec audiet

[a] mane
[a] vel inerãt ad prędam
[a] vires ad flendum.
[a] Dauid
[a] exercitũ hũc,
[a] reliqui vero
[a] Iuimus ad prędam
[b] ad id quod est Iudę,
[a] exercitum
[a] tripudiantes
[a] exercitum

D Gẽtilis hic meminit dei veri, & angeli.
A Dauid remissus, Siceleg succensam inuenit.
Vxores Dauidis captę.
B Lapidare.
Confortatus Dauid in dño.
Dauid, applicato sibi ephod, & consulto dño persequitur Amalecitas.
C Prouidẽtia dei occurrit suus Amalecitę, quod Dauidem ducit ad eos qui succenderãt Siceleg.
D Aegyptius meminit dei veri.
Dauid, occisis Amalecitis, reducit prędam.
E
Salutare pacifice.
F Prędam ex ęquo diuidi iubet Dauid fratres.

vos quisquam super sermone hoc? qua enim pars erit descendentis
ad prelium, & remanentis ad sarcinas, e similiter diuident. Et factum
est hoc ex die illa, e deinceps constitutum e prefinitum, & quasi lex in Is/ ius (vel mos)
G raeli vsq; in diem hanc. Venit ergo Dauid in Siceleg, & misit dona
Ex preda gratificat Dauid omnibus amicis. de preda senioribus Iuda proximis suis, dicens, Accipite benedictio vel, amicis
nem de preda hostium domini: His qui erant in Bethel, & qui in Ra
moth ad meridiem, & qui in Gether, e qui in Aroer, & qui in Sepha
moth, e qui in Esthamo, e q in Rachal, e q in vrbibus Ierameel, e q in
vrbibus Ceni, e qui in Harama, e qui in lacu Asan, e qui in Athach, Bor
e qui in Hebron: e reliquis qui erant in his locis in quibus commora
tus fuerat Dauid ipse & viri eius. CAPVT XXXI.

A Philisthijm vincunt Israelitas. 1. Par. 10. a. Saul e filij eius occiduntur. Ionathas moritur. Saul seipsum occidit. Armiger Saulis se ipsum occidit. Israelitę fugientes. Philisthijm spoliato Saule, deferrunt caput in terram suam.

PHilisthijm autem pugnabant aduersum Israel: & fugerunt viri Israel
ante faciem Philisthijm, e ceciderunt interfecti in monte Gelboe. Ir Persequutiq;
rueruntq; Philisthijm in Saul & in filios eius, & percusserunt Iona fuit Philisthijm
than e Abinadab & Melchisua filios Saul, totumq; pondus prelij ver Saulem e filios
sum est in Saul: & consequuti sunt eum viri sagittarij, & vulneratus expauit
est vehementer a sagittarijs. Dixitq; Saul ad armigerum suum, euagina gladium tuum, e percute me: ne forte veniant incircuncisi isti, e in
B terficiant me illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim ni
mio terrore perterritus. arripuit itaq; Saul gladium suum, e irruit super
eum. Quod quum vidisset armiger eius, videlicet quod mortuus esset Saul,
irruit etiam ipse super gladium suum, e mortuus est cum eo. Mortuus
est ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, e vniuersi viri eius in
die illa pariter. Videntes autem viri Israel qui erant trans vallem &
trans Iordanem, quod fugissent viri Israelitę, & quod mortuus esset Saul, &
filij eius, reliquerunt ciuitates suas & fugerunt: veneruntq; Philisthijm,
C & habitauerunt ibi. Facta autem die altera, venerunt Philisthijm vt
expoliarent interfectos, & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in
monte Gelboe. Et preciderunt caput Saul, e expoliauerunt eum armis: e
miserunt in terram Philisthinorum per circuitum, vt annuntiaretur in
templo idolorum, & in populis. Et posuerunt arma eius in templo fixerunt
Astaroth, corpus vero eius suspenderunt in muro Bethsan. Quod

D Habitatores Iabes Galaad comburunt Saulem, & ossa sepeliunt. 2. Reg. 2. a. Sepultura Ieiunium.

quum audissent habitatores Iabes Galaad, quecunq; fecerant Phili
sthijm Saul, surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulauerunt tota
nocte, e tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Beth
san: veneruntq; Iabes Galaad, & combusserunt ea ibi: & tulerunt os
sa eorum, e sepelierunt in nemore Iabes, e ieiunauerunt septem diebus.

SECVNDVS LIBER SAMVELIS,

QVEM NOS SECVNDVM REGVM DICIMVS.

A Vestis scissa, & puluis super caput, signa luctus. Annuntiat Dauidi mors Saulis e Ionathe.



FACTVM EST autem postquam mor
tuus est Saul, vt Dauid reuerteretur a cęde A
malec, & maneret in Siceleg duos dies. In
die autem tertia apparuit homo veniens de
castris Saul veste conscissa, & puluere consper
sus caput. & vt venit ad Dauid, cecidit su
per faciem suam, e adorauit. Dixitq; ad eum
Dauid, Vnde venis? Qui ait ad eum, De ca
stris Israel fugi. Et dixit ad eum Dauid, Quod
est verbum, quod factum est? indica mihi. Qui
ait, Fugit populus ex prelio, & multi corruentes e populo mortui
sunt: sed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. Dixitq; Dauid ad
adolescentem qui nuntiabat ei, Vnde scis quia mortuus est Saul e Iona
thas filius eius? Et ait adolescens qui nuntiabat ei, Casu veni in mont

tem Gelbóe, & Saul incumbebat super hastam suam: porrò currus & equites ²appropinquabant ei.) e cõuersus post tergum suum, vidésq; me vocauit. Cui quum respondissem, Adsum: dixit mihi, Quisnã es tu? Et aio ad eum. Amalecites ego sum. Et loquutus est mihi, Sta * super me, & interfice me: quoniã tenent me angustiæ, e adhuc tota anima mea in me est. Stansq; super eum, occidi illum: sciebam enim q̃ viuere non poterat ²post ruinam:) & tuli diadema quod erat in capite eius, e armillam de brachio illius, e attuli ad te dominum meum huc.

² vel, persequebatur eũ,
* quæso
² postquã cecidisset ipse,

B

Apprehendens autem Dauid vestimenta sua scidit, omnesq; viri qui erant cũ eo, & planxerunt, & fleuerunt, e ieiunauerunt vsq; ad vesperã super Saul, & super Ionathan filiũ eius, & super populũ domini, & super domum Israel, eo q̃ corruissent gladio. Dixitq; Dauid ad iuuenem qui nuntiauerat ei, Vnde es tu? Qui respõdit, Filius hominis aduenę Amalecitę ego sum. Et ait ad eum Dauid, Quare non timuisti mittere manum tuam vt occideres christum domini? Vocansq; Dauid vnum de pueris suis, ait, Accedens irrue in eum. Qui percussit illum, & mortuus est. Et ait ad eum Dauid,

Dauidis tristitia ob mortẽ Saulis inimici, & Ionathę amici.
Fletus.
C
Ieiunium.

Sanguis tuus super caput tuum: os enim tuũ loquutum est aduersum te, dicens, Ego interfeci christum domini.

Occidi iubet Dauid eũ q̃ mentitus fuerat se occidisse Saulem.

Planxit aũt Dauid planctũ huiuscemodi sup Saul, e sup Ionathan filium eius: e pręcepit vt docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro ²iustorum)

² rectorum.

▶Et ait, Cõsydera Israel ꝓ his qui mortui sunt sup excelsa tua vulnerati.) ²Inclyti Israel) sup mõtes tuos iterfecti sũt: quõo ceciderunt fortes.
Nolite annuntiare in Geth, neq; annuntietis in cõpitis Ascalonis: ne fortè lętentur filię Philisthijm, ne exultent filię incircuncisorum.
Mõtes Gelbóe, nec ros, nec pluuia veniãt sup vos, neq; sint agri ²primitiarum:) quia ibi abiectus est clypeus fortiũ, clypeus Saul quasi non esset vnctus oleo.
A sanguine interfectorũ, ab adipe fortium, sagitta Ionathę nunquam rediịt retrorsum, e gladius Saul non est reuersus inanis.
Saul e Ionathas amabiles, e decori valde in vita sua, in morte quoq; non sunt diuisi: aquilis velociores, leonibus fortiores.
Filię Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delicijs, qui ²pręebat ornamenta aurea cultui vestro.)
Quomodo ceciderũt fortes in ꝑlio Ionathas i excelsis tuis occisus est.
Doleo super te frater mi Ionathan ²decore nimis, & ²amabilis super amorem ²mulierum.
▶Sicut mater vnicũ amat filium suum, ita ego te diligebam.)
Qũo ceciderunt robusti, e perierunt arma bellica.

² O desyderate Israel
² oblationũ:
² id est ornabat vos aureis ornamentis.
² vel, Angustijs afficior
² iucundus (vel amabilis fuisti mihi valde)
² mirabilior (vel arctior) fuit mihi amor tu' amor ▶)

Psal. 104. b
Lamẽtatio Dauidis sup Saulẽ, e Ionathan.

CAP. II.

A

IGitur post hęc ɔsuluit Dauid dominum, dicens, Num ascendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait dominus ad eũ, Ascende. Dixitq; Dauid, Quò ascendã? Et respõdit ei, In Hebron. Ascendit ergo *Dauid, & duę vxores eius, Achinoem Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli: sed & viros qui erant cũ eo, duxit Dauid singulos cũ domo sua: & mãserunt in oppidis Hebron. Veneruntq; viri Iuda, e vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret super domum Iuda. Et nuntiatum est Dauid quòd viri Iabes Galaad sepelissent Saul. Misit ergo Dauid nuntios ad viros Iabes Galaad, dixitq; ad eos, Benedicti vos à domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis quidem dominus misericordiam & veritatem: sed & ego reddam ²gratiam,) eo quod fecistis ²verbum istud.) Confortentur manus vestrę, & estote filij fortitudinis: licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me vnxit domus Iuda in regem sibi. Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saul, & circunduxit eum per castra

* illue
² bonum,
² tem hanc,

Dauid ɔsulto dño, ascẽdit Hebrõ.
Vngit i rege sup Iudã.
1. Mach. 1. A
Bñdicũtur Iabenitę a Dauide, qđ Saulẽ sepelissent.
B
1. Reg. 31. d
Isboseth cõstituitur rex sup Israelẽ.

regemq; constituit super Galaad, e super Assuri, e super Iezrahel, e su
per Ephraim, e super Beniamin, e super Israel vniuersum. Quadraginta
ta annorum erat Isboseth filius Saul, quum regnare coepisset super Is
rael, e duobus annis regnauit: sola autem domus Iuda sequebatur da
uid. Et fuit numerus dierum quos commoratus est dauid, imperans
C in Hebron super domum Iuda, septem annorum, e sex mensium. Egres
susq; est Abner filius Ner, e pueri Isboseth filii Saul de castris in Ga
baon. Porrò Ioab filius Saruiç, e pueri dauid egressi sunt, & occurre
runt eis iuxta piscinam Gabaon. Et quum in vnum conuenissent, e regio
ne sederunt, hi in vna parte piscinç, & illi ex altera. Dixitq; Abner ad
Ioab, Surgant pueri, e ludant coram nobis. Et respondit Ioab, Surgât.
Surrexerunt ergo, e trâsierunt numero duodecim de Beniamin, ex par
D te Isboseth filij Saul, e duodecim de pueris dauid. Apprehensoq; vnus
quisq; capite côparis sui, defixit gladiû in latus contrarij, e ceciderunt si
mul: vocatumq; est nomen loci illius, Ager robustorû, in Gabaon. Et
ortû est bellû durum [a] satis in die illa: [b] fugatusq; est Abner e viri Is
rael [c] â pueris dauid. Erant autem ibi tres filij Saruiç, Ioab, e Abisai,
& Asael: porrò Asael cursor velocissimus fuit, quasi vnus de capreis
quç morantur in [d] syluis. Persequebatur autem Asael * Abner, e non
declinauit ad dexteram neq; ad sinistram omittens persequi Abner. Re
spexit itaq; Abner post tergû suû, e ait, Tune es Asael? Qui respôdit,
E Ego sum. Dixitq; ei Abner, Vade ad dexteram, siue ad sinistram, e ap
prehende vnû de adolescentibus, e tolle tibi [e] spolia eius. Noluit autê
Asael omittere quin vrgeret eum. Rursumq; loquutus est Abner ad
Asael, Recede, e noli me sequi, ne fortè côpellar [f] confodere te in ter
ram, e leuare non potero faciem meâ ad Ioab fratrê tuû. Qui audire
contêpsit, e noluit declinare: percussit ergo eum Abner [g] auersa hasta
in inguine, e transfodit, e mortuus est in eodem loco: omnesq; qui
transibant per locû in quo ceciderat Asael, e mortuus erat, subsistebât.
Persequentibus autê Ioab e Abisai fugientê Abner, sol occubuit: &
F venerunt vsq; ad collê [h] aqueductus, qui est ex aduerso [i] vallis, [k] itine
ris deserti in Gabaon. Côgregatiq; sunt filij Beniamin ad Abner: e cô
globati in vnû cuneum, steterunt in summitate [l] tumuli vnius. Et ex
clamauit Abner ad Ioab, e ait, Nû [m] vsq; ad internecionê tuus mucro
desçuiet? an ignoras quod [n] periculosa sit desperatio? vsquequo non di
ces populo vt omittat persequi fratres suos? Et ait Ioab, Viuit domi
nus, [o] si loquutus fuisses, mane recessisset populus persequens fratrem
suû. Insonuit ergo Ioab buccina, e stetit omnis exercitus, nec persequuti
sunt vltrà Israel, neq; iniere certamen. Abner autê & viri eius abierût
G per campestria, tota nocte illa: e transierunt Iordanem, e lustrata om
ni Bethhoron, venerût ad castra. Porrò Ioab reuersus omisso Abner,
cogregauit omnê populum: e defuerunt de pueris dauid decem e nouê
viri, excepto Asaele. Serui autem dauid percusserunt de Beniamin, e de
viris qui erant cum Abner trecentos sexaginta viros, qui & mortui
sunt. Tuleruntq; Asael, e sepelierunt eum in sepulchro patris sui in
Bethlêhem: & ambulauerût tota nocte Ioab, e viri qui erât cû eo, e in
ipso crepusculo peruenerunt in Hebron.

CAP. III.

A FActa est ergo longa concertatio inter domum dauid, e inter do
mû Saulis. Dauid proficiens e semper seipso robustior, domus autê
Saul decrescês quotidie. Natiq; sunt [a] sex filij dauid in Hebron: fuitq;
primogenitus eius Amnon de Achinoam Iezrahelitide. Et post eum
Chelcab de Abigail vxore Nabal Carmeli: porrò tertius Absalom fi
lius Maacha filiç Tholmai regis Gessur. Quartus autem Adonias, fi
lius Haggith: e quintus Saphatia, filius Abital. Sextus quoq; Iethra
am de Egla vxore dauid. hi nati sunt dauid in Hebron. Quum ergo
esset prçlium inter domum Saul e domum dauid, Abner filius Ner

regebat

David quâdiu regnauit sup Iudam.

Ducû exercitus temeritas

Vincunt viri exercitus dauidis.

Abner fugatur.

Asael psequitur ipsum Abner.

Asael velocitate sua pulsus occiditur.

Ioab e Abisai psequunt ipsum Abner.

Sepelitur Asael.

Sors regni Saulis e Dauidis.

Filij dauid in Hebron. 1. para. 3. a.

[a] valde
[b] cçsusq; corâ seruis
* agris
* ipsum
[e] vestem (vel arma)
[f] percutere te,
[g] cuspide lanceç in quinta costa
[h] Amma,
[i] Giah,
[k] per viam
[l] collis
[m] in seculû (vel perpetuo) gladius
[n] amaritudo sit in nouissimo?
[o] nisi loquutus fuisses (scilicet Surgant pueri & ludant &c.) tunc

regebat domū Saul. Fuerat autem Sauli concubina nomine Respha, filia Aia. Dixitq; Isbóseth ad Abner, Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Isbóseth, ait, Nunqd caput canis ego sum aduersum Iudā hodie, qui feceram misericordiam super domū Saul patris tui, & super fratres & proximos eius, & nō tradidi te in manus Dauid, & tu requisisti in me qd argueres pro muliere hodie? Hęc faciat deus Abner, & hęc addat ei, nisi quomodo iurauit dn̄s Dauid, sic faciā cum eo, vt transferatur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid super Israel, & super Iudam, à Dan vsq; Bersabee. Et non potuit respondere ei quicq̄: quia metuebat illū. Misit ergo Abner nuntios ad Dauid pro se dicentes, Cuius est terra? & vt loquerentur, Fac mecū amicitias, & erit manus mea tecum, & reducā ad te vniuersum Israel. Qui ait, Optime: ego faciam tecū amicitias: sed vnā rem peto à te, dicens, Non videbis faciem meā antequā adduxeris mihi Michol filiam Saul: & sic venies, & videbis me. Misit autem Dauid nuntios ad Isbóseth filium Saul, dicens, Redde vxorem meā Michol quā despondi mihi centum preputijs Philisthijm. Misit ergo Isbóseth, & tulit eā à viro suo Phaltiel, filio Lais. Sequebaturq; eam vir suus, plorans vsq; Bahurim: & dixit ad eū Abner, vade, & reuertere. Qui reuersus est. Sermonem quoq; intulit Abner ad seniores Israel, dicens, Tam heri q̄; nudiustertius quęrebatis Dauid, vt regnaret super vos. Nunc ergo facite: quoniā dominus loquutus est ad Dauid, dicens, In manu serui mei Dauid saluabo populū meū Israel de manu Philisthijm, & omnium inimicorū eius. Loquutus est autē Abner etiā ad Beniamin. Et abijt vt loqueretur ad Dauid in Hebron omnia quę placuerant Israeli & vniuerso Beniamin. Venitq; ad Dauid in Hebron cum viginti viris: & fecit Dauid Abner, & viris eius qui venerāt cum eo, conuiuium. Et dixit Abner ad Dauid, Surgam, vt cōgregem ad te dominū meum regem omnē Israel, & ineam tecū fœdus, & imperes omnibus, sicut desyderat anima tua. Quum ergo deduxisset Dauid Abner, & ille isset in pace, statim pueri Dauid & Ioab venerunt cęsis latronibus, cū preda magna nimis: Abner autem nō erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimiserat eum, & profectus fuerat in pace. Et Ioab & omnis exercitus qui erant cum eo, postea venerant: nūciatum est itaq; Ioab narrantibus, Venit Abner filius Ner ad regē, & dimisit eum, & abijt in pace. Et ingressus est Ioab ad regem, & ait, Quid fecisti? ecce venit Abner ad te: quare dimisisti eum, & abijt & recessit? ignoras Abner filium Ner, quoniā ad hoc venit vt deciperet te, & sciret exitum tuum & introitū tuum, & nosset omnia quę agis? Egressus itaq; Ioab à Dauid, misit nūtios post Abner, & reduxit eum à cisterna Sira, ignorāte Dauid. Quumq; redijsset Abner in Hebron, seorsum adduxit eū Ioab ad medium portę, vt loqueretur ei in dolo: & percussit illū ibi in inguine, & mortuus est in vltionē sanguinis Asael fratris eius. Quod quū audisset Dauid rem iam gestam, ait, Mundus ego sum, & regnum meum apud deū vsq; in sempiternū à sanguine Abner filij Ner, & veniat super caput Ioab, & super omnem domū patris eius: nec deficiat de domo Ioab fluxū seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum, & cadens gladio, & indigens pane. Igitur Ioab & Abisai frater eius interfecerūt Abner, eo q̄ occidisset Asael fratrem eorū in Gabaon in prælio. Dixit autē Dauid ad Ioab, & ad omnem populū qui erat cum eo, Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. Porro rex Dauid sequebatur feretrū. Quumq; sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex vocem suā, & fleuit super tumulum Abner: fleuit autem & omnis populus. Plangensq; rex Abner, ait, Nequaquā vt mori solent ignaui, mortuus est Abner. Manus tuę ligatę nō sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggrauati: sed sicut solent cadere

tenebat se p domo (vel, stabat à parte domus)
qui
visitasti sup me iniquitatē mulieris (id est mētionē fecisti iniquitatis quā commisi cum muliere)
fœdus,
e castris,
vel, pacifice:
quinta costa,
pp sanguinē
cadat
super
stulti,
in compedes æneos illati:

B
Isbóseth irascitur in Abner.
Abner sensit pro Dauide.
Abner trāsfugit ad Dauid.
C [illegible]
Dauid repetit Michol vxorē suā.
1. Re. 18. g
Abner reducit Michol Dauidi
Hortatur Israelitas vt suscipiant Dauidem
D [illegible]
Conuiuium ei celebrat Dauid [illegible]
Ioab occidit ipsum Abner.
3. Reg. 2. a
[illegible]
Dauid maledicit ipsi Ioab, ob occisum Abner
F
Occisū Abner plangit Dauid cum populo.

G corã filijs iniquitatis, sic corruisti. Congeminansq; oĩs populus fleuit
sup eum. Quumq; venisset vniuersa multitudo cibum capere cum Da-
uid, clara adhuc die, iurauit Dauid, dicẽs, Hęc faciat mihi deus, & hęc
addat, si ante occasum solis gustauero panẽ vel aliud quicquã. Oĩsq;
populus audiuit, & placuerunt eis cuncta quę fecit rex in cõspectu to-
tius populi. Et cognouit oẽ vulgus, & vniuersus Israel in die illa quõ
non actum fuisset à rege vt occideret Abner filius Ner. Dixit quoq;
rex ad seruos suos, Num ignoratis quõ princeps & maximus cecidit ho-
die in Israel? Ego aũt adhuc delicatus & vnctus rex: porrò viri isti fi-
lij Saruię duri sunt mihi: retribuat dominus faciẽti malum iuxta ma-
litiam suam.

CAPVT IIII.

A AVdiuit aũt filius Saul qđ cecidisset Abner in Hebron, & dissolu-
tę sunt manus eius, omnisq; Israel perturbatus est. Duo aũt viri
principes latronũ erant filio Saul, nomen vni Baana, & nomen alteri
Rechab, filij Remmon Berothitę de filijs Beniamin: siquidẽ & Beroth
reputata est in Beniamin. & fugerunt Berothitę in Gethaim, fueruntq;
ibi aduenę vsq; ad tẽpus illud. Erat aũt Ionathę filij Saul filius debilis
B pedibus: quinquẽnis enim fuit, quũ venit nuntius de Saul & Ionatha
ex Iezrahel. tollens itaq; eum nutrix sua, fugit: quumq; festinaret vt fu-
geret, cecidit, & claudus effectus est: habuitq; vocabulũ Miphiboseth.
Venientes igitur filij Remmon Berothitę, Rechab & Baana, ingressi
sunt feruente die domum Isboseth: qui dormiebat super stratum suũ
meridie. Et ostiaria domus purgans triticum, obdormiuit. Ingres-
si sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici, & percusse-
runt eũ in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt. Quum
C autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in
conclaui, & percutientes interfecerunt eum: sublatoq; capite eius, abie-
runt per viam deserti tota nocte, & attulerunt caput Isboseth ad Da-
uid in Hebron: dixeruntq; ad regem, Ecce caput Isboseth filij Saul ini-
mici tui, qui quęrebat animam tuam: & dedit Dñs domino meo regi
vltionem hodie de Saul, & de semine eius. Rñdens aũt Dauid Rechab,
& Baana fratri eius filijs Remmon Berothitę, dixit ad eos, Viuit domi-
nus qui eruit animam meã de omni angustia: quõ eum qui annuntia-
D uerat mihi, & dixerat, Mortuus est Saul: qui putabat se prospera nun-
tiare, tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro
nuntio: Quanto magis nunc quum homines impij interfecerint virũ
innoxium, in domo sua, super lectum suũ, non quęram sanguinem
eius de manu vestra, & auferam vos de terra? Pręcepit itaq; Dauid pue-
ris suis, & interfecerunt eos: pręcidentesq; manus & pedes eorum, sus-
penderunt eos super piscinam in Hebron: caput autem Isboseth tule-
runt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

CAP. V.

A ET venerunt vniuersę tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicentes,
Ecce nos os tuum, & caro tua sumus. Sed & heri & nudiustertius
quum esset Saul rex super nos, tu eras educens & reducens Israel: dixit
autem dominus ad te, Tu pasces populum meum Israel, & tu eris
dux super Israel. Venerunt quoque & seniores Israel ad regem in He-
bron, & percussit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron coram domi-
no: vnxeruntq; Dauid in regem super Israel. Filius triginta annorũ
erat Dauid, quum regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit.
In Hebron regnauit super Iudam septem annis, & sex mensibus: in Ie-
rusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel &
Iudam. Et abijt rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Ierusalẽ ad
B Iebusęum habitatorem terrę: dictumq; est Dauid ab eis, Non ingre-
dieris huc, nisi abstuleris cęcos & claudos, dicentes, Non ingredie-
tur Dauid huc. Cepit autem Dauid arcem Sion, hęc est ciuitas Da-
uid. Proposuerat enim Dauid in die illa pręmium, qui percussisset

Iurat.
Israel turbat ob mortẽ abner.
Baana.
Rechab.
Beroth.
Miphiboseth filius Ionathę.
Baana & Rechab occidunt Isboseth.
Caput Isboseth afferũt ad dauidẽ, cuius iussu occiduntur.
Liberator deus
Supra. 1. b
Suspendere
Sepelitur. Isboseth.
Vngit dđ in regẽ sup Israelẽ.
1. para. 11. a
Pascere populũ.
Dđ capit arcẽ Sion.
Pręmiũ occidẽti Iebusęũ, cũ cęcis & claudis.
Prouerbiũ.
Ciuitas dđ.
Deus cũ Dauide

vt comederet ipse da uid panem,
cognouit
t ener
LXX, duriores sunt me (vel fortiores)
turmarum (vel militum)
quũ incalesceret dies
in cubiculo meridiano.
emptores frumentorum, (Chald. iterp. tanquã ẽptores frumẽtorũ, nẽ. s. agnoscerentur)
quinta costã
LXX, quę ad occasum
qui putabat qđ daturus essem mercedẽ
iustum,
Heb. i. ppinqui tui
vel, sed abigent te cęci & claudi (putabant enim) dauidẽ eo nõ ingressurum.
LXX, ita ut surrexerunt claudi & cęci.)
dixerat
qui possessi

Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas, & abstulisset cæcos & clau-
dos odientes animam Dauid: ideirco dicitur in prouerbio, Cæcus &
claudus non intrabunt in templum. Habitauit autem Dauid in ar-
ce, & vocauit eam, Ciuitatem Dauid: & ædificauit per gyrum à Mello
& intrinsecus. Et ingrediebatur proficiens atque succrescens, & domi-
nus deus exercituum erat cum eo. Misit quoque Hiram rex Tyri nun-
tios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificesque lapi-
dum ad parietes: & ædificauerunt domum Dauid. Et cognouit Dauid
quoniam confirmasset eum dñs regem super Israel, & quoniam exal-
tasset regnum eius super populum suum Israel. Accepit ergo Dauid
adhuc concubinas & vxores de Ierusalem, postquam venerat de He-
bron: natique sunt Dauid & alij filij & filiæ: & hæc nõia eorum qui nati sunt
ei in Ierses, Samua & Sobab & Natã & Salomõ & Iebahar & Elisua & Ne
pheg & Iaphia & Elisama & Elioda & Eliphalet. Audierunt ergo
Philisthijm quòd vnxissent Dauid in regem super Israel: & ascende-
runt vniuersi vt quærerent Dauid. quod cùm audisset Dauid, descendit
in præsidium. Philisthijm autem venientes, diffusi sunt in valle Ra
phaim. Et consuluit Dauid dñm, dicens, Si ascendam ad Philisthijm?
& si dabis eos in manu mea? Et dixit dominus ad Dauid, Ascende, quia
tradens dabo Philisthijm in manu tua. Venit ergo Dauid in Baalpha
rasim, & percussit eos ibi, & dixit, Diuisit dominus inimicos meos corã
me, sicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius
Baalpharasim. Et reliquerunt ibi sculptilia sua: quæ tulit Dauid, & viri
eius. Et addiderunt adhuc Philisthijm vt ascenderent, & diffusi sunt
in valle Raphaim. Consuluit autẽ Dauid dñm, Si ascendam contra
Philisthæos, & tradas eos in manus meas? Qui respondit, Non ascen-
das contra eos, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex ad-
uerso pyrorum. Et cùm audieris sonitum gradientis in cacumine pirorum,
tunc inibis prælium: quia tunc egredietur dominus ante faciem tuam,
vt percutiat castra Philisthijm. Fecit itaque Dauid sicut præceperat ei
dominus, & percussit Philisthijm de Gabaa, vsque dum venias Gezer.

CAPVT VI.

Congregauit autem rursum Dauid omnes electos ex Israel trigin-
ta millia. Surrexitque Dauid, & abijt, & vniuersus populus qui erat
cum eo de viris Iuda, vt adducerent arcam dei, super quam inuocatũ
est nomen domini exercituũ sedentis in cherubim super eam. Et impo-
suerunt arcam dei super plaustrum nouum: tuleruntque eam de domo
Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autem, & Ahio filij Abinadab, mi
nabant plaustrum nouũ. Quumque tulissent eam de domo Abinadab,
qui erat in Gabaa custodiens arcam dei, Ahio præcedebat arcã. Dauid
autem, & omnis Israel ludebant coram domino in omnibus lignis fa
brefactis, & citharis, & lyris & tympanis & sistris & cymbalis. Post
quam autem venerunt ad aream Nachon, extendit Oza manum ad
arcam dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues. Iratusque est
indignatione dominus contra Ozam, & percussit eum super temerita
te: qui mortuus est ibi iuxta arcam dei. Contristatus est autem Dauid
eo quòd percussisset dñs Ozam, & vocatum est nomen loci illius, Per-
cussio Ozæ: vsque in diẽ hãc. Et extimuit Dauid dñm in die illa, dicens,
Quomodo ingredietur ad me arca domini? Et noluit diuertere ad
se arcam dñi in ciuitatem Dauid: sed diuertit eã in domũ Obededom
Gethæi. Et habitauit arca domini in domo Obededom Gethæi tribus
mensibus: & benedixit dominus Obededom, & omnẽ domum eius.
Nuntiatumque est regi Dauid quòd benedixisset dominus Obededom, &
omnia eius propter arcam dei. Abijt ergo Dauid, & adduxit arcam
dei de domo Obededom in ciuitatem Dauid cum gaudio: & erant
cum Dauid septem chori, & victima vituli. Quumque transcen-

Iebusæum, & attigerit tecto rũ canalẽ, & abstulerit cæcos & claudos odio habitos ab aĩa Dauid. (subaudi erit dux, vt legit. 1. paral. 11. a. b)

dicebant,

domum.

arcem.

combussit

mororum

abiegnis,

nablis

declinabant boues (vel impellebant, aut mouebãt, sub arcam)

vel, errore:

Hebraice ad verbum legit, diuisit dñs diuisionem in Oza,

diuisio

1. par. 14. a

domus dauidi confirmatio ædificatur.

ducit vxores.

Filij eius in Ierusalem

C nati.

1. para. 3. b.

consulto dño profligat philisthæos

1. para. 14. b c. d

Isa. 28. f.

Rursũ consulto domino percutit philisthæos

D

Deus instruit dauidem ad prælium & philisthæos ipse percutit.

A

Reducit dd arcã de domo Abinadab, neglectã à Saule.

1. par. 13. b

1. Reg. 7. a

Ludit dd corã dño in instrũs.

Oza occidit a deo, quòd ac eã nõ ferret a Leuitis iuxta præceptũ suũ: vt vidẽ 1. par. 15. b

Ducit arcã in domum Obededom

Bñd? deus

Ducit dauid arcam ad se cũ gaudio.

1. Par. 15. d

C dissent, qui portabant arcam domini sex passus, imolabat bouē, & arie
tem, & Dauid percutiebat in organis armigatis, & saltabat totis viri
bus, ante dominum: porrò Dauid erat accinctus ephod lineo. Et Da
uid, & oīs domus Israel ducebant arcā testamenti domini in iubilo,
& in clangore buccinę. Cūq; intrasset arca domini in ciuitatem Da
uid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid
subsilientem, atque saltantē coram dño: & despexit eū in corde suo.
Et introduxerunt arcam dñi, & imposuerunt eam in loco suo in me
dio tabernaculi, qd tetenderat ei Dauid: & obtulit Dauid holocausta,
& pacifica coram dño. Cūq; complesset offerens holocaustū & paci
fica, benedixit populo in nomine dñi exercituū. Et partitus est vniuer
sę multitudini Israel tam viro quàm mulieri singulis collyridas pa
nis vnam, & assaturam bubalę carnis vnā, & similam frixam oleo:
& abijt oīs populus vnusquisq; in domū suam. Reuersusq; est Da
uid vt benediceret domui suę: & egressa Michol filia Saul in occursum
Dauid, ait, Quā gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante
ancillas seruorū suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scur
ris. Dixitq; Dauid ad Michol, Ante dñm qui elegit me potius, quā
patrem tuū, & quā omnem domū eius, & pręcepit mihi vt essem dux su
per populū dñi in Israel, & ludam, & vilior fiam plus quàm factus
sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus loquuta
es, gloriosior apparebo. Igitur Michol filię Saul non est natus filius
vsque in diem mortis suę.

CAPVT VII.

Factum est autem quū sedisset rex in domo sua, & dñs dedisset ei re
quiem vndiq; ab vniuersis inimicis suis, dixit ad Nathan prophe
tam, Vidésne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca dei posita
sit in medio pellium? Dixitq; Nathan ad regē, Omne qd est in cor
de tuo, vade fac, quia dñs tecū est. Factū est aūt in illa nocte: & ecce
sermo dñi ad Nathan, dicens, Vade, & loquere ad seruū meum Dauid,
Hęc dicit dñs, Nunqd tu ędificabis mihi domū ad habitandū? Neque
enim habitaui in domo ex die illa, q eduxi filios Israel de terra Aegy
pti, vsq; in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio,
per cuncta loca quę transiui cum omnibus filijs Israel: nunqd loquēs
loquutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui pręcepi vt pasceret po
pulum meum Israel, dicens, Quare non ędificastis mihi domum cedri
nam? Et nunc hęc dices seruo meo Dauid, Hęc dicit dñs exercituum,
Ego tuli te de pascuis sequentem greges, vt esses dux super populum
meū Israel: & fui tecum in omnibus vbicūq; ambulasti, & interfeci vni
uersos inimicos tuos à facie tua, feciq; tibi nomen grande iuxta nomē
magnorum qui sunt in terra. Et ponam locum populo meo Israel, & plā
tabo eum, & habitabit sub eo, & non turbabitur amplius: nec addent
filij iniquitatis vt affligant eum sicut prius ex die qua constitui iudi
ces super pplm meum Israel: & requiem dabo tibi ab omnibus inimi
cis tuis. prędicitq; tibi dñs, quòd domum faciat tibi dñs. Cūq; com
pleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen
tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius.
Ipse ędificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius
vsque in sempiternum. EGO ERO EI IN PATREM, & ipse
erit mihi in filium: qui si iniquè aliquid gesserit, arguā eum in virga vi
rorum, & in plagis filiorum hoīum. Misericordiam autem meam non
auferam ab eo sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie tua. Et fidelis
erit domus tua, & regnum tuū vsq; in ęternum ante faciem tuā, & thro
nus tuus erit firmus iugiter. Scdm omnia verba hęc, & iuxta vniuersam
visionem istam, sic loquutus est Nathan ad Dauid. Ingressus est au
tem rex Dauid, & sedit coram dño, & dixit, Quis ego sum dñe deus, &
quę domus mea, quia adduxisti me hucusque? Sed & hoc parum visum

Dauidē psal
lanti despi
cit michol.
Holocausta
Bndicit da
uid populo
Michol ar
guit dauidē
qd coram
dño sal D
taucit.

Dauid bōa
intētiōe, co
gitat ędifi
care domū
dño. A
1. par 17. a
Dauid phi
bet per Na
than. ędifi
care domum
domino.
Nihil vult
deus agi, si
ne vbo suo

B
Cōmemora
tiōe bñficio
rū ondit ds
se oia ho
bus pręsta
re, n accipe.
2. Reg. 16. c
4. Reg. 8. c
3. Reg. 5. a
paca. 12. c
C
Promittit
CHRI
STVS q
ędificatur
erat ecclīam.
Heb. 1. b
Peccata po
puli, pecca
ta xpi oñs.
Psal. 88. a

Viriliter agēte.
vel, placētam, aut tortam
partem pulchram (vel, frustram)
lagenā (tanquam vini)
fatuus.
super
vel, contemptibilior
vel, cortinarū (i. pannorū quę expanduntur in tabernaculorum compositiōe.
e tugurio
in loco suo.
vel, statuam
vel, firma aut stabilis

est in conspectu tuo domine deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum. Ista est enim lex Adam domine deus? Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te? tu enim scis seruum tuum domine deus. Propter verbum tuum, & secundum cor tuum fecisti omnia magnalia hæc, ita vt notum faceres seruo tuo. Idcirco magnificatus es Domine deus, quia non est similis tui, neque est Deus extra te, in omnibus quæ audiuimus auribus nostris. Quæ est autem vt populus tuus Israel, gens in terra, propter quam iuit deus vt redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen, faceretque eis magnalia, & horribilia super terram a facie populi tui, quem redemisti tibi ex Aegypto, gentibus, & dijs eius? Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum: & tu domine deus factus es eis in deum. Nunc ergo domine deus, verbum quod loquutus es super seruum tuum, & super domum eius, suscita in sempiternum: & fac sicut loquutus es, & magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum, atque dicatur, Dominus exercituum, deus super Israel. Et domus serui tui Dauid erit stabilita coram domino, quia tu domine exercituum deus Israel reuelasti auriculam serui tui, dicens, Domum ædificabo tibi: propterea inuenit seruus tuus cor suum vt oraret te oratione hac. Nunc ergo domine deus, tu es deus: & verba tua erunt vera: loquutus es enim ad seruum tuum bona hæc. Incipe ergo, & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum coram te: quia tu domine deus loquutus es, & benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

CAPVT VIII.

Factum est autem post hæc percussit Dauid Philisthijm, & humiliauit eos, & tulit Dauid frenum tributi de manu Philisthijm. Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo coæquans terræ: mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum: factusque est Moab Dauid seruiens sub tributo. Et percussit Dauid Adarézer filium Rohob regem Soba, quando profectus est vt dominaretur super flumen Euphráten. Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus, & viginti millibus peditum, subneruauit omnes iugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus. Venit quoque Syria Damasci, vt præsidium ferret Adarézer regi Soba: & percussit Dauid de Syria vigintiduo millia virorum. Et posuit Dauid præsidium in Syria Damasci: factaque est Syria Dauid seruiens sub tributo: seruauitque dominus Dauid in omnibus ad quæcunque profectus est. Et tulit Dauid arma aurea, quæ habebant serui Adarézer, & detulit ea in Ierusalem. Et de Bete, & de Beroth ciuitatibus Adarézer tulit rex Dauid æs multum nimis, de quo fecit Salomon omnia vasa ærea in templo: & mare æneum, & columnas, & altare. Audiuit autem Thou rex Emath, quòd percussisset Dauid omne robur Adarézer, & misit Thou Ioram filium suum ad regem Dauid, vt salutaret eum congratulans, & gratias ageret: eo quòd expugnasset Adarézer, & percussisset eum. Hostis quippe erat Thou Adarézer, & in manu eius erant vasa aurea, & vasa argentea, & vasa ærea: quæ & ipsa sanctificauit rex Dauid domino cum argento & auro, quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus quas subegerat, de Syria, & Moab, & filijs Ammon, & Philisthijm, & Amalec, & de manubijs Adarézer filij Rohob regis Soba. Fecit quoque sibi Dauid nomen, cum reuerteretur capta Syria in valle Salinarum, cæsis decem & octo millibus: & posuit in Idumæa custodes, statuitque præsidium: & facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid. & seruauit dominus Dauid in omnibus ad quæcunque profectus est. Et regnauit Dauid super omnem Israel: faciebat quoque Dauid iudicium, & iustitiam omni populo suo. Ioab autem filius Saruiæ erat super exercitum: porrò Iosaphat filius Ahilud, erat à commentarijs: & Sadoc filius Achitob, & Achimélech filius Abiathar, erant sacerdotes: & Saraias, scriba: Banaias autem filius Ioiadæ super Cerethi & Phelethi: filij autem Dauid sacerdotes erant.

Marginal notes (left): hominum. — te. — aquæductus (i. ciuitatis aquæductus, per quam aquæductus transibat. Chald. interp. vertit dispositionem aquæductus.) — plenum funiculum (phrasis est Hebraica, quæ significat vix tertiam partem Moabitarum superstitem mansisse, quæ seruiret Dauidi sub tributo. Sic legas, Percussit quoque Moabitas, ita vt duas partes occideret, & vnam partem viuamque seruaret.) — omnes currus: id est seruauit sibi — ipsius. — salutaret eum pacifice (vel munus offerret ei) a benedicendo ex hebraice ad verbum, monefactor, qui negotia gerenda commemorat, & a libellis est. — & cerethi (erat vna ex familijs Israel) — & filij principes (vel primarij ad latus regis. LXX. aulæ principes)

Marginal notes (right): Laudat filium in benignitatem dei, ob promissum sibi Christum. D Beneficia dei tribuenda verbo & promissioni & bonæ voluntati eius Misericordia dei, propterea Israel factus est dei populus, vt promissiones suas impleat, orat Dauid dominum

A Dauid vicit philisthæos, quos facit sibi tributarios

B 1. par. 18. a Percutitur Adarezer. Syria Dauidi tributaria.

C Thou rex Emath, petit a Dauide pacem.

D Idumæa seruit Dauidi. Dauid iudicium facit, & officiarios instituit.

CAPVT IX.

A

Siba seruus Saul.

Misericordia dei hoc est, eiusq; propter deum.

ET dixit Dauid, Putásne est aliquis qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiã propter Ionathan? Erat autẽ de domo Saul, seruus, nomine Siba: quẽ quum vocasset rex ad se, dixit ei, Tunc es Siba? Et ille respondit, Ego sum seruus tuus. Et ait rex, Nunquid superest aliquid de domo Saul: vt faciam cũ eo misericordiã dei? Dixitq; Siba regi, Superest filius Ionathan debilis pedibus. Vbi, inquit, est? Et Siba ad regẽ, Ecce, ait, in domo est Machir filij Ammiel in Lodabar.

B

Dauid Miphibóseth filio Ionathę oẽs Saulis agros restituit, iuxta promissio nẽ Ionathę amico suo factam.

Misit ergo rex Dauid, & tulit eũ de domo Machir filij Ammiel de Lodabar. Quũ autẽ venisset Miphibóseth filius Ionathan filij Saul ad Dauid, corruit in faciẽ suã, & adorauit. Dixitq; Dauid, Miphibóseth: Qui respondit, Adsum seruus tuus. Et ait ei Dauid, Ne timeas, quia faciens faciã in te misericordiã propter Ionathan patrem tuũ, & restituã tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper.

C

Qui adorans eum, dixit, Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti super canẽ mortuum similẽ mei? Vocauit itaq; rex Siban puerũ Saul, & dixit ei, Omnia quęcunq; fuerunt Saul, & vniuersam domum eius, dedi filio domini tui. Operare igitur ei terram tu, & filij tui, & serui tui: & inferes filio domini tui cibos, vt alatur: Miphibóseth autẽ filius domini tui comedet semper panem super mensam meã. Erant autẽ Sibę quindecim filij, & viginti serui. Dixitq; Siba ad regẽ,

D

Sicut iussisti dñe mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus: & Miphibóseth comedet super mensam meã quasi vnus de filijs regis. Habebat autem Miphibóseth filium paruulũ noie Micha, [a]omnis vero cognatio domus Sibę seruiebat Miphibóseth. Porrò Miphibóseth habitabat in Ierusalem: quia [b]de mensa regis iugiter vescebatur: & erat claudus vtroq; pede.

Micha.

[a]oẽs vero habitatores

[b]super mẽsam

CAPVT X.

A

Mittit oõ seruos ad consolandum Hanon.

FActum est autem post hęc, vt moreretur rex filiorum Ammon, & regnauit Hanon filius eius pro eo. Dixitq; Dauid, Faciam misericordiam cũ Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecũ misericordiam. Misit ergo Dauid consolans eũ per seruos suos super patris interitu.

1.par. 19.a

Misericordia.

Consolari.

Ignominia affecti remittunt.

Quũ autem venissent serui Dauid in terram filiorum Ammon, dixerunt principes filiorũ Ammon ad Hanon dñm suũ, Putas quòd propter honorem patris tui miserit Dauid ad te consolatores, & non ideò vt te inuestigaret, & exploraret ciuitatem, & euerteret eam, misit Dauid seruos suos ad te? Tulit itaq; Hanon seruos Dauid, rasitq; dimidiam partẽ barbę eorum, & pręscidit vestes eorum medias vsq; ad nates, & dimisit eos.

B

Quod quũ nunciatũ esset Dauid, misit in occursum eorum: erant enim viri cõfusi turpiter valde: & mãdauit eis Dauid, Manete in Iericho, donec crescat barba vestra, & tunc reuertimini. Videntes aũt filij Ammõ, quòd [c]iniuriã [d]fecissent Dauid, miserunt, & conduxerũt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba viginti milia peditũ, & à rege Maacha mille viros, & ab Istob [e]decẽ millia virorum. Quod quũ audisset Dauid, misit Ioab & oẽm exercitũ bellatorum. Egressi sunt ergo filij Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum portę: Syrus aũt Soba, & Rohob, & Istob, & Maacha seorsum erant in cãpo. Videns igitur Ioab quòd pręparatũ esset aduersum se pręliũ, & ex aduerso & post tergũ, eligit sibi ex omnib[?] electis

Ammonitę cũ Syris cõgregant in pręliũ contra Dauidem: quos debellat Dauid.

[c]abominatione (vel, recordam)

[e]duodecim

C

Israel, & instruxit aciẽ contra Syrũ: reliquã autẽ partem populi tradidit Abisai fratri suo: qui direxit aciẽ aduersus filios Ammon. Et ait Ioab, Si prȩualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium: si aũt filij Ammon prȩualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & [f]ciuitate dei nostri: dñs aũt faciet quòd bonũ est in conspectu suo. Inijt itaq; Ioab & populus qui erat cũ eo, certamẽ contra Syros: qui statim fugerũt à facie eius. Filij aũt Ammon videntes quia fugissent Syri, fugerũt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatem: reuersusq; est Ioab à filijs Ammon, & venit Ierusalẽ. Videntes igitur Syri quoniam corruis-

[f]ciuitatibus

Sobhac princeps exercitus

sent coram Israel, congregati sunt pariter. Misitq; Adarezer, & eduxit Syros qui erant trans fluuium, & adduxit eorum exercitum: Sobach autem magister militię Adarezer, erat *principes eorum.* Quod quum nuntiatum esset Dauid, contraxit omnem Israelem, & transiuit Iordanem, venitq; in Helam: & direxerunt acies Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerunt contra eum. Fugeruntq; Syri à facie Israel, & occidit Dauid de Syris septingentos currus, & quadraginta millia equitum: & Sobach principem militię percussit, qui statim mortuus est. Videntes aūt vniuersi reges *qui erant in presidio* Adarezer, se victos esse ab Israel, fecerunt pacem cum Israel: & seruierunt eis, timueruntq; Syri auxilium prębere vltrà filijs Ammon.

Margin: *ante eos.* — *Israel* — tus Adarezer, occidit cum exercitu. D — Syri seruiunt Dauidi.

CAP. XI.

FActum est autem, vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab, & seruos suos cum eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt Rabba: Dauid autem remansit in Ierusalem. Dum hęc agerentur, accidit quadam die vt surgeret Dauid de strato suo *post meridiem,* & deambularet in *solario* domus regię: viditq; mulierem se lauantem *ex aduerso super solarium* suum: erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex, & requisiuit quę esset mulier. Nuntiatumq; est ei quòd ipsa esset Bethsabee filia Eliam, vxor Vrię Hethęi. Missis itaq; Dauid nuntijs tulit eam: quę quum ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea: statimq; *sanctificata* est ab immunditia sua, & reuersa est in domum suam concepto foetu. Mittensq; nuntiauit Dauid, & ait, Concepi. Misit autem Dauid ad Ioab, dicens, Mitte ad me Vriam Hethęum. Misitq; Ioab Vriam ad Dauid. Et venit Vrias ad Dauid: quęsiuitq; Dauid *quàm rectè ageret Ioab, & populus, & quomodo administraretur bellum.* Et dixit Dauid ad Vriam, Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de domo regis, *sequutusq; est eum cibus regius.* Dormiuit autem Vrias ante portam domus regię, cum alijs seruis domini sui, & non descendit ad domum suam. Nuntiatumq; est Dauid à dicentibus, Non iuit Vrias in domum suam. Et ait Dauid ad Vriam, Nunquid non de via venisti? quare non descendisti in domum tuam? Et ait Vrias ad Dauid, Arca, & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem terrę manent: & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore mea? per *salutem* tuam, & per salutem animę tuę non faciam rem hanc. Ait ergo Dauid ad Vriam, Mane hic etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit autem Vrias in Ierusalem in die illa & altera, & vocauit eum Dauid vt comederet coram se & biberet, & inebriauit eum: qui egressus vespere, dormiuit in strato suo cum seruis domini sui, & in domum suam non descendit. Factum est ergo mane, & scripsit Dauid epistolam ad Ioab: misitq; per manum Vrię, scribens in epistola, Ponite Vriam ex aduerso belli, vbi fortissimum est prelium: & derelinquite eum, vt percussus intereat. Igitur quum Ioab obsideret vrbem, posuit Vriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos. Egressiq; viri de ciuitate, bellabant aduersum Ioab, & ceciderunt de populo seruorum Dauid, & mortuus est etiam Vrias Hethęus. Misit itaq; Ioab, & nuntiauit Dauid omnia verba prelij, precepitq; nuntio, dicens, Quum compleueris vniuersos sermones belli ad regem, si eum videris indignari, & dixerit, Quare accessistis ad *murum,* vt pręliaremini? an ignorabatis quòd multa desuper ex muro tela mittantur? Quis percussit Abimélech filium Ierobéseth? nonne mulier misit super eum fragmen molę de muro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta murum accessistis? dices, etiam seruus tuus Vrias Hethęus occubuit. Abijt ergo nuntius, & venit, & narrauit Dauid omnia quę ei pręceperat Ioab. Et dixit nuntius ad Dauid, Pręualuerunt aduersum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum: nos autem *facto impetu* persequuti eos sumus vsque ad portam ciuitatis.

Margin notes (left): *tpe vespertino,* — *vel, tecto* — *e tecto:* — *vel, purificata. i. cessauerit menstrua illa fœminarum: id quod est signum fœminas concepisse.* — *de pace Ioab & de pace populi, & de pace belli.* Heb. — *sequutumq; est cum domum regium.* — *vitam* — *ciuitatem,*

Margin notes (right): A Rabba obsidetur. 1. Par. 20. a — Dauidis adulterium cum Bethsabee. — B — Vriam ab exercitu reuocat Dauid vt cum vxore dormiens, celaretur adulterium suum. — C — Vrias portat literas suę mortis. — Ioab ipsius timet perdere principis gratiam. — Mors Vrię. — Nuntius a Ioab nuntiat Dauidi mortem Vrię. — Iudi. 9. g. — D

uitatis. Et direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro desuper: mortuiq; sunt de seruis regis, quinetiam seruus tuus Vrias Hethæus mortuus est. Et dixit Dauid ad nuntium, Hęc dices Ioab, Non [a]te frangat ista res: [b]varius enim euentus est belli, [c]& nunc hunc, & nūc illum consumit gladius: cōforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt destruas eam, & exhortare eos. Audiuit autem vxor Vriç, quòd mortuus esset Vrias vir suus, & planxit eum. Transactoq; luctu misit Dauid, & introduxit eam in domū suam, & facta est ei vxor, peperitq; filiū: & displicuit [d]verbum hoc qd fecerat Dauid, coram dn̄o.

CAP. XII.

A Misit ergo dominus Nathan ad Dauid qui quū venisset ad eum, dixit ei, Duo viri erāt in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues habebat oues & boues plurimos valde. Pauper autē nihil habebat omnino, pręter ouem vnā paruulam quā emerat & nutrierat, & quę creuerat apud eū cum filijs eius simul, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens, eratq; illi sicut filia. Quum autem [e]peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus, & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & pręparauit cibos homini illi qui venerat ad se. Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem

B illum nimis, dixit ad Nathan, Viuit dominus, quoniā [f]filius mortis est vir qui fecit hoc. Ouem reddet in quadruplū, eò q fecerit [g]verbū istud, & non pepercerit. Dixit autem Nathan ad Dauid, Tu es ille vir. Hęc dicit dominus deus Israel, Ego vnxi te in regē super Israel, & ego eruui te de manu Saul & dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo, dediq; tibi domum Israel & Iuda: & si parua sunt ista, adijciam tibi multo maiora. Quare ergo contempsisti verbū domini, vt faceres malū in conspectu [h]meo? Vriam Hethęum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eum gladio

C filiorum Ammon. Quā ob rem non recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternum, eò q despexeris me, & tuleris vxorem Vriç Hethęi, vt esset vxor tua. Itaq; hęc dicit dominus, Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollā vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciam verbum istud in cōspectu omnis Israel, & in conspectu solis. Et dixit Dauid ad Nathan, Peccaui domino. Dixitq; Nathan ad Dauid, Dominus quoq; transtulit peccatū tuum: non

D morieris. Veritamen quoniam [i]blasphemare fecisti inimicos nomen domini: propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. Et reuersus est Nathan in domū suam. Percussit quoq; dominus paruulum quem pepererat vxor Vrię Dauid, & [k]desperatus est. Deprecatusq; est Dauid dominum pro paruulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum [l]iacuit super terrā. Venerunt autem seniores domus eius, [m]cogentes eum vt surgeret de terra, qui noluit, nec comedit cū eis cibum. Accidit autem die septima vt moreretur infans: timueruntq; serui Dauid nuntiare ei q mortuus esset paruulus. dixerunt enim, Ecce quum paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eum, & non audiebat

E vocem nostrā: quantomagis si dixerimus, Mortuus est puer: se affliget? Quum ergo Dauid vidisset seruos suos mussitantes, intellexit q mortuus esset infantulus: dixitq; ad seruos suos, Nū mortuus est puer? Qui responderunt ei, Mortuus est. Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus vnctusq; est: quūq; mutasset vestes, ingressus est domū domini: & adorauit, & venit in domum suā, petiuitq; vt ponerent ei panem, & comedit. Dixerunt autem ei serui sui, [n]Quis est sermo quem fecisti? propter infantem, quum adhuc viueret, ieiunasti & flebas: mortuo autem puero surrexisti, & comedisti panem? Qui ait, Propter infantem dū adhuc viueret, ieiunaui & fleui: dicebam enim, Quis scit [o]si fortè donet eū mihi

Bethsabee post luctus viri accipit à Dauide in vxorem.

Similitudine proposita pauperis & diuitis, Nathan à Dauide extorquet sniam proprio ore se cōdēnantē.

Rex. Cōtemnere verbū dei.

Pœna & error Dauidis, imposita à deo.

Dauidē pœnitet pc̄ti.

Eccli. 47. b Pc̄tm cōdonat, reseruata cruce.

Aegrotat infans.

Orat, & ieiunat Dauid.

Moritur infans.

[a] displiceat in oculis tuis.

[d] factum

[e] vel, viator

[f] Heb. pro dignus morte ē.

[g] rem hanc, & infra.

[h] eius?

[i] vel, cōtēnere

[k] LXX, ęgrotabat.

[l] pnoctauit, &

[m] vt surgere facerent eum

[n] Quid est hoc quod

[o] vel, miserebitur mei

F

dominus, & viuet infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiu⁊
no? numquid potero reuocare eum amplius? ego vadam magis ad eũ:
ille verò non reuertetur ad me. Et consolatus est Dauid Bethsabee
vxorem suã, ingressusq; ad eam, dormiuit cum ea: quę genuit filium,
⁊ vocauit nomen eius Salomon, ⁊ dominus dilexit eum. Misitq; eum
in manu Nathan prophethe, ⁊ vocauit nomen eius ᵃAmabilis dño:⁾
eò q diligeret eum dominus. Igitur pugnabat Ioab contra Rab⁊
bath filiorum Ammon, ⁊ expugnabat vrbem regiam. Misitq; Ioab
nuntios ad Dauid, dicens, Dimicaui aduersum Rabbath, ⁊ ᵇcapienda
est vrbs aquarũ. Nunc igitur congrega reliquã partem populi, ⁊ obsi⁊
de ciuitatem, ⁊ cape eam: ne quum à me ᶜvastata fuerit vrbs, ᵈnomini
meo ascribatur victoria. Congregauit itaq; Dauid omnem populũ, ⁊
profectus est aduersum Rabbath: quumq; dimicasset, cepit eam. Et tu⁊
lit diadema regis eorũ de capite eius pondo auri talentum, habens gẽ⁊
mas pretiosissimas, ⁊ impositum est super caput Dauid. Sed ⁊ prędam
ciuitatis asportauit multam valde, populũ quoq; eius ᵉadducens⁾ ser⁊
rauit, ⁊ ᶠcircũegit sup eos ferrata carpenta: diuisitq; cultris, ⁊ traduxit in
typo laterũ:⁾ sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorũ Ammon: ⁊ reuersus
est Dauid, ⁊ omnis exercitus in Ierusalem.

CAP. XIII.

FActum est autem post hęc, vt Absalom filij Dauid sororem specio⁊
sissimã vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid, &
deperiret in eam valde: ita vt propter amorẽ eius ęgrotaret: quia quũ
esset virgo, difficile ei videbatur vt quippiã inhoneste ageret cum ea.
Erat autem ᵃAmnon amicus, nomine Ionadab filius Semmaa fratris
Dauid, vir prudens valde. Qui dixit ad eum, Quare sic ᵇattenuaris ma⁊
cie fili regis per singulos dies, cur nõ indicas mihi? Dixitq; Amnon,
Thamar sororem fratris mei Absalom amo. Cui respondit Ionadab,
Cuba super lectum tuũ, & languorem simula: quumq; venerit pater
tuus vt visitet te, dic ei, Veniat oro Thamar soror mea: vt det mihi ci
bum, & faciat ᶜpulmentũ,⁾ ᵈ& comedã de manu eius. Accubuit itaq;
Amnon, & ᵉquasi ęgrotare cœpit:⁾ quumq; venisset rex ad visitandũ
eum, ait Amnon ad regem, Veniat obsecro Thamar soror mea, vt fa⁊
ciat in oculis meis ᶠduas sorbitiunculas,⁾ & cibũ capiam de manu eius.
Misit ergo Dauid ad Thamar domũ, dicens, Veni ᵍin domũ Amnon
fratris tui, & fac ei pulmentum. Venitq; Thamar in domum Amnon
fratris sui: ille autem iacebat: quę tollens farinam cõmiscuit, & liquefa
ciens in oculis eius coxit ʰsorbitiunculas.⁾ Tollensq; ⁱquod coxerat,⁾
effudit & posuit coram eo, & noluit comedere: dixitq; Amnon, Eijcite
vniuersos à me. Quumq; eiecissent omnes, dixit Amnon ad Thamar,
Infer cibum in cõclaui, vt vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sor
bitiunculas quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem suum in cõcla⁊
ui. Quumq; obtulisset ei cibũ, apprehendit eam, & ait, Veni, cuba me⁊
cum soror mea. Quę respondit ei, Noli frater mi, noli opprimere me:
neq; enim hoc fas est in Israel, noli facere stultitiã hanc. Ego enim ᵏfer⁊
re non potero opprobriũ meum,⁾ & tu eris quasi vnus de insipienti⁊
bus in Israel: quin potius loquere ad regem, & nõ negabit me tibi. No
luit autẽ acquiescere precibus eius, sed pręualens viribus oppressit eã,
& cubauit cũ ea. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis:
ita vt maius esset odium quo oderat eam, amore quo antè dilexerat.
Dixitq; ei Amnon, Surge, & vade. Quę respondit ei, Maius est hoc ma
lum quod nunc agis aduersum me, q̃ quod antè fecisti, expellens me.
Et noluit audire eam: sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit, Eijce
hanc à me foras: & claude ostiũ post eam. Quę induta erat ˡtalari⁾ tu⁊
nica: huiuscemodi enim filię regis virgines vestibus vtebantur. Eiecit
itaq; eam minister illius foras; clausitq; fores post eam. Quę aspergens
cinerem capiti suo, scissa talari tunica, impositisq; manibus sup caput

Marginal notes (left):
Heb.
ᵃ Iedidia pp dñm: (.i. dilectam à dño:)
ᵇ etiã cepi vrbẽ
ᶜ capta
ᵈ vocet nomẽ meũ sup eam. Heb.
ᵉ educens
ᶠ ⁊ posuit sup eos serras fer⁊ reas, & trahas ferreas ⁊ secu⁊ res ferreos: trã sireq; fecit eos per fornacẽ la⁊ terum:
ᵃ ipsi
ᵇ ęgrotus es
ᶜ vel, cibum,
ᵈ in oculis meis, vt videam
ᵉ finxit se ęgrotare:
ᶠ laganũ vnum aut duo,
ᵍ obsecro,
ʰ lagana, & infra.
ⁱ sartaginem,
ᵏ quo abite faciam, (vel, quo feram) opprobrium meum?
ˡ polymita & infra.

Marginal notes (right):
Nascitur Salomon Mat. 1. a
Expugnat Rabbath. 1. Par. 20. a
G
Ammonitas pgrauis afflictio.
A
Incest[a] Amnon filij Dauid cũ Thamar sorore Absalom.
B
C
Amnon expellit ipsã Thamar cũ ingẽti odio

Thamar dolens, cinere aspersa caput manet apud Absalom. Absaló conuiuio celebrato in tõsione ouiũ, occidit fratrem suum Amnon.

D suum ibat ingrediens, & clamans. Dixit autẽ ei Absalom frater suus, Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecum? sed nunc soror tace, frater tuus est: neq; affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaq; Thamar contabescens in domo Absalom fratris sui. Quum autem audisset rex Dauid verba hęc, contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Amnon filij sui, quoniã diligebat eũ, quia primogenitus erat ei. Porrò non est locutus Absalom ad Amnon, nec malũ, nec bonum: oderat enim Absalom Amnon, eo q violasset Thamar sororem suã. Factum est autem post tempus biennij, vt tonderentur oues Absalom in Baalhasor, quę est iuxta Ephráim: & vocauit Absalom omnes filios regis, venitq; ad regem, & ait ad eum, Ecce tondentur oues serui tui: veniat oro rex cum seruis suis ad seruũ suum. Dixitq; rex ad Absalom, Noli fili mi, noli rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. Quum autem cogeret eum, & noluisset ire, benedixit ei. Et ait Absalom, Si nõ vis venire, veniat obsecro nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitq; ad eum rex, Non est necesse vt vadat tecũ. Coegit itaq; Absalom eum, & dimisit cũ eo Amnon & vniuersos filios regis. Pręceperat autẽ Absalom pueris suis, dicens, Obseruate quũ temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis: percutite eum, & interficite, nolite timere, ego enim sum qui pręcipio vobis: roboramini, & estote viri fortes. Fecerũt ergo pueri Absalom aduersum Amnon, sicut pręceperat eis Absalom:

F surgentesq; omnes filij regis ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt. Quumq; adhuc pergerent in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicens, Percussit Absalom omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem vnus. Surrexit itaq; rex, & scidit vestimenta sua: & cecidit super terram: & omnes serui illius qui assistebant ei, sciderũt vestimenta sua. Respondens autem Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit, Ne ęstimet dominus meus rex q omnes pueri filij regis occisi sint: Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus ex die qua oppressit Thamar sororem eius. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbũ istud, dicens, Omnes filij regis occisi sunt: quoniam Amnon solus mortuus est.

G Fugit autem Absalom, & eleuauit puer speculator oculos suos, & aspexit: & ecce populus multus veniebat per iter deuium ex latere montis. Dixit autem Ionadab ad regẽ, Ecce filij regis adsunt: iuxta verbum serui tui, sic factum est. Quumq; cessasset loqui, apparuerunt & filij regis: & intrantes leuauerũt vocem suam, & fleuerunt: sed & rex & omnes serui eius fleuerunt ploratu magno nimis. Porrò Absalom fugiens, abijt ad Tholomai filium Amiud regem Gessur. Luxit ergo Dauid filium suũ multis diebus. Absalom autem quum fugisset, & venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis. Cessauitq; rex Dauid persequi Absalom, eo quòd consolatus esset super Amnon interitu.

Tristis Dauid ob mortem Amnonis.

Fugit Absalom.

CAP. XIIII.

A INtelligens autem Ioab filius Saruię, quòd cor regis versum esset ad Absalom, misit Thecuam, & tulit inde mulierem sapientem, dixitq; ad eam, Lugere te simula*, & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier plurimo iam tempore lugens mortuũ: & ingredieris ad regem, & loqueris ad eũ sermones huiuscemodi. Posuit autem Ioab verba in ore eius. Itaq; quum ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regem, cecidit* coram eo super terram, & adorauit, & dixit, Serua me rex. Et ait ad eã rex, Quid causse habes? Quę respondit, Heu, mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus. Et ancillę tuę erant duo filij: qui rixati sunt aduersum se in agro, nullusq; erat qui eos prohibere posset: & percussit alter alterũ, & interfecit eum.

B Et ecce cõsurgens vniuersa cognatio aduersum ancillã tuam, dicit, Trade eum qui percussit fratrem suũ, vt occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit, & deleamus hęredem: & quęrunt extinguere scintillam meã quę

Astu mulieris Thecuitidis reuocatur Absalom.

eundo, ponas cor suum ad hoc. desolata

incalduerit cor

post montẽ

Et desyderauit asa Dauid regis egredi pter Absalom (vel, Et desyderauit mẽ Absalom Dauides, vt egrederet e loco suo ad filiũ suũ. LXX. Et cessauit spiritus regis Dauid vt egrederetur ɔtra Absalom)

* obsecro,

* sup faciẽ suã

Profecto

relicta eſt, vt non ſuperſit viro meo nomen, & reliquię ſuper terrã.
Et ait rex ad mulierem, Vade in domũ tuam, & ego iubebo pro te. Di
xitq; mulier Thecuitis ad regem. In me domine mi rex ſit iniquitas,
& in domum patris mei: rex autem & thronus eius ſit innocens. Et ait
rex, Qui cõtradixerit tibi, adduc eum ad me, & vltrà non addet vt tan
gat te. Quę ait, Recordetur rex domini dei ſui, vt non multiplicentur C
proximi ſanguinis ad vlciſcendũ, & nequaquã interficiant filium meũ.
Qui ait, Viuit dominus quia non cadet de capillis filij tui ſuper terrã.
Dixit ergo mulier, Loquatur ancilla tua ad dominũ meum regem ver
bum. Et ait, Loquere. Dixitq; mulier, Quare cogitaſti huiuſcemodi rẽ
contra populũ dei, & loquutus eſt rex verbum iſtud vt peccet, & nõ re
ducat eiectum ſuũ? Omnes morimur, & quaſi aquę dilabimur in ter- Eze.18.g
ram quę non reuertuntur: nec vult deus perire animã, ſed retractat 33.c
cogitans, ne penitus pereat qui abiectus eſt. Nunc igitur veni vt lo-
quar ad dominũ meum regem verbum hoc pręſente populo. Et dixit
ancilla tua, Loquar ad regem, ſi quo modo faciat rex verbum ancillę
ſuę. Et audiuit rex, vt liberaret ancillam ſuã de manu omniũ qui vo D
lebant de hereditate dei delere me, & filium meum ſimul. Dicat ergo
ancilla tua, vt fiat verbũ domini mei regis ſicut ſacrificiũ. Sicut enim
angelus domini, ſic eſt dñs meus rex, vt nec benedictione, nec maledi
ctione moueatur: vnde & dominus deus tuus eſt tecũ. Et reſpondens
rex, dixit ad mulierem, Ne abſcondas à me verbum quod te interrogo.
Dixitq; ei mulier, Loquere dñe mi rex. Et ait rex, Nunquid manus
Ioab tecũ eſt in omnibus iſtis? Reſpondit mulier, & ait, Per ſalutem
animę tuę dñe mi rex, nec ad ſiniſtrã, nec ad dexteram eſt ex omnibus E
his quę loquutus eſt dñs meus rex: ſeruus enim tuus Ioab, ipſe pręce-
pit mihi, & ipſe poſuit in os ancillę tuę omnia verba hęc. Vt verterẽ
figurã ſermonis huius, ſeruus tuus Ioab pręcepit iſtud: tu autem dñe
mi rex, ſapiens es, ſicut habet ſapientiã angelus dei, vt intelligas omnia
ſuper terrã. Et ait rex ad Ioab, Ecce placatus feci verbũ tuum: vade
ergo, & reuoca puerum Abſalom. Cadensq; Ioab ſuper faciem ſuam
in terrã, adorauit, & benedixit regi: & dixit Ioab, Hodie intellexit ſer-
uus tuus quia inueni gratiã in oculis tuis domine mi rex: feciſti enim
ſermonem rex ſerui tui. Surrexit ergo Ioab, & abijt in Geſſur, & addu
xit Abſalom in Ieruſalem. Dixit autem rex, Reuertatur in domũ ſuã: F
& faciem meam non videat. Reuerſus eſt itaq; Abſalom in domum David renuit videre Abſalom.
ſuam, & faciem regis non vidit. Porrò ſicut Abſalom, vir non erat
pulcher in omni Iſrael, & decorus nimis: à veſtigio pedis vſque ad Pulcher Abſalom.
verticem, non erat in eo macula. Et quando tondebat capillũ (ſemel
autem in anno tondebatur, quia grauabat eũ cęſaries) ponderabat ca- Cęſaries et Thamar filia Abſalõ.
pillos capitis ſui ducentis ſiclis pondere publico. Nati ſunt autem
Abſalom filij tres: & filia vna, nomine Thamar, elegantis formę. Man
ſitq; Abſalom in Ieruſalem duobus annis, & faciem regis non vidit.
Miſit itaq; ad Ioab, vt mitteret eũ ad regem: qui noluit venire ad eũ. G
Cumq; ſecũdo miſiſſet: & ille noluiſſet venire ad eũ, dixit ſeruis ſuis,
Scitis agrum Ioab iuxta agrum meũ, habentem meſſem hordei: ite igi
tur, & ſuccendite eũ igni. Succenderunt ergo ſerui Abſalom ſegetem
igni. Et venientes ſerui Ioab, ſciſſis veſtibus ſuis, dixerũt, Succenderũt
ſerui Abſalom partem agri igni. Surrexitq; Ioab, & venit ad Abſalõ Abſalom
in domũ eius, & dixit, Quare ſuccenderunt ſerui tui ſegetem meã igni? meſſẽ Ioab
Et reſpondit Abſalom ad Ioab, Miſi ad te obſecrãs vt venires ad me, ſuccendit.
& mitterem te ad regem, vt diceres ei, Quare veni de Geſſur? melius
mihi erat ibi eſſe: obſecro ergo vt videam faciem regis: q; ſi memor
eſt iniquitatis meę, interficiat me. Ingreſſus itaq; Ioab ad regem, Abſalõ in-
nunciauit ei omnia: vocatusq; eſt Abſalom, & intrauit ad regem, & troductus, à
adorauit ſuper faciem terrę coram eo: oſculatusq; eſt rex Abſalom. pre oſculat.

ponam
reſiduum
vel pœna iniquitatis (ſub / audi, ſi qd cõtra legẽ feceris ignoſcendo)
obſecro,
quę defluunt (vel, decurrũt)
congregant:
accipere
is q abiectus eſt, à ſe quoq; expellatur.
quod
cũ eſt, qa terruit me popul⁹ (ſub. dicẽs: qđ non pderit clamor me⁹ corã te de hac re.)
Audiet enim rex vt liberet
volunt
Dixit (vel, cogitauit)
fiet
vt audiat bonum & malũ:
id eſt cõſilium
Id eſt, rem ipſam vt eſt, dixiſti.
fecit rẽ hanc:
ſplendidus
egregio.
ſi eſt in me iniquitas,
ſuã, in terrã,

CAPVT XV.

A

Absalom animos populi sibi conciliat, volens regnare.

IGitur post hęc fecit sibi Absalom currus & equites, & quinquaginta viros qui precederent eum. Et mane consurgens Absalom, stabat iuxta introitum portę in via, & omnem virum qui habebat negotium vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absalom ad se, & dicebat, De qua ciuitate es tu? Qui respondens aiebat, Ex vna tribu Israel ego sum seruus tuus. Respondebatq; ei Absalom, Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat constitutus à rege. Dicebatq; Absalom, Quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iustè iudicem? Sed & quum accederet ad eum homo vt salutaret illum, extendebat manū suam, & apprehendens, osculabatur eum. Faciebatq; hoc omni Israel venienti ad iudicium vt audiretur à rege, & sollicitabat corda virorum Israel. Post quadraginta autem annos, dixit Absalom ad regē Dauid, Vadam, & reddam vota mea quę voui domino in Hebron. Vouens enim vouit seruus tuus, quum esset in Gessur Syrię, dicens, Si reduxerit me dominus in Ierusalem, sacrificabo domino. Dixitq; ei rex Dauid, Vade in pace. Et surrexit, & abijt in Hebron. Misit autem Absalom exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens, Statim vt audieritis clangorem buccinę, dicite, Regnauit Absalom in Hebron. Porrò quum Absalom ierunt ducenti viri de Ierusalem vocati, euntes simplici corde, & caussam penitus ignorantes. Accersiuit quoq; Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium Dauid de ciuitate sua Gilo, quum immolaret victimas: & facta est coniuratio valida, populusq; concurrens augebatur cum Absalom.

B

Absalom menti sacrificiū & votū, dum hypocrisi & fraude regnū quęrit.

Coniuratio Absalom.

[margin:] iudiciū & iustitiā faciā eis. & incuruabat se illi, furabat Absalom (.i. specie iustitię, ipsis ignorantibus auferebat eis corda, vt decepti, pro eo sentirent) obsecro, seruiam

C

Venit igitur nuntius ad Dauid, dicens, Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom. Et ait Dauid seruis suis qui erant cum eo in Ierusalem, Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom: festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, & impellat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij. Dixeruntq; serui regis ad eum, Omnia quęcunq; precoperit dominus noster rex, libenter exequimur serui tui. Egressus est ergo rex, & vniuersa domus eius pedibus suis: & dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendā domū. Egressusq; rex & omnis Israel pedibus suis, stetit procul à domo: & vniuersi serui eius ambulabant iuxta eū, & legiones Cerethi & Phelethi, & omnes Gethęi pugnatores validi sexcenti viri qui secuti eum fuerant de Geth pedites, precedebant regem.

Fugit Dauid a facie Absalom.

[margin:] elegerit

D

[margin:] omnes

Dixit autem rex ad Ethai Gethęum, Cur venis nobiscum? reuertere, & habita cū rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo. Heri venisti, & hodie compelleris nobiscū egredi? ego autem vadam quo iturus sum: reuertere, & reduc tecum fratres tuos, & dominus faciet tecū misericordiam & veritatem, quia ostendisti gratiam & fidem. Et respondit Ethai regi, dicens, Viuit dominus, & viuit dominus meus rex: quoniā in quocunq; loco fueris domine mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. Et ait Dauid Ethai, Veni, & transi. Et transiuit Ethai Gethęus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo. Omnesq; flebāt voce magna, & vniuersus populus trāsibat: rex quoq; transgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam quę respicit ad desertū.

Ethai proselitus, sequitur Dauidē fugientem.

E

[margin:] vagus eas ad locum tuum. demigrare faciam te, vt nobiscum eas? tecum sit misericordia & veritas.

Venit autem & Sadoc sacerdos, & vniuersi Leuitę cum eo, portantes arcam fœderis dei, & deposuerunt arcam dei: & ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de ciuitate. Et dixit rex ad Sadoc, Reporta arcam dei in vrbem: si inuenero gratiā in oculis domini, reducet me, & ostendet mihi eam & tabernaculum suum. Si autem dixerit mihi, Non places: prestò sum, faciat mihi quod bonū est corā se. Et dixit rex ad Sadoc sacerdotē, O videns reuertere in ciuitatē in pace, & Achimaas filius tuus & Ionathan filius Abiathar duo filij vestri, sint vobiscum. Ecce ego abscondar

Sadoc sacerdotē cū arca sequentē, remittit Dauid in vrbē.

[margin:] egrediebatur

F

Vera sui mortificatio, & abnegatio.

ᵃ quo abscondar — dar in cāpestribus deserti, donec veniat sermo à vobis, ᵃindicās mihi. Reportauerunt ergo Sadoc ꝛ Abiathar arcam dei in Ierusalem, ꝛ mā-
ᵇ per ascensū — serunt ibi. Porrò Dauid ascendebat ᵃcliui ᵇoliuarū, scandens & flens, nudis pedibus incedens, ꝛ operto capite, sed ꝛ omnis populus qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans. Nuntiatū est autē Dauid q̄ Achitóphel esset in coniuratione cum Absalom, dixitq; Dauid, Infatua quęso domine consilium Achitóphel. Quumq; ascenderet Dauid summitatem montis in quo adoraturus erat deum, ecce occurrit ei
ᵃ super caput suum — Chusai Arachites, scissa veste, ꝛ terra ᵃpleno capite, ᵇEt dixit ei Dauid, Si veneris mecum, eris mihi oneri: si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom, Seruus tuus sum ego rex, sicut fui seruus patris tui,
ᵃ mihi — sic ero seruus tuus: dissipabis ᵃconsilium Achitóphel. Habes autem tecum Sadoc & Abiathar sacerdotes: ꝛ omne verbum quodcunq; audieris de domo regis, indicabis Sadoc ꝛ Abiathar sacerdotibus. Sunt enim cum eis duo filij eorum Achimaas filius Sadoc, ꝛ Ionathan filius Abiathar: ꝛ mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis. Veniente ergo Chusai amico Dauid in ciuitatem, Absalom quoque ingressus est Ierusalem.

Oratio Dauidis contra Achitophel. G

Chusai remittit Dauidi Ierusalem.

CAPVT XVI.

A

Quumq; Dauid transisset paululū montis verticem, apparuit Siba puer Miphibóseth, in occursum eius, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, ꝛ centum alligaturis vuę passę, & centum
ᵃ ficis siccis, — ᵃmassis palatarū, ᵇ ꝛ vtre vini. Et dixit rex Sibę, Quid sibi volunt hęc?
ᵃ ficus siccę — Respònditq; Siba, Asini, domestici regis vt sedeant, & panes ꝛ ᵃpalatę ᵇ ad vescendū pueris, vinum autem vt bibat si quis defecerit in deserto. Et ait rex, Vbi est filius dñi tui? Respònditq; Siba regi, Remansit in Ierusalem, dicens, Hodie restituet mihi dominus Israel regnū patris mei. Et ait rex Sibę, Tua sint omnia quę fuerūt Miphibóseth. Dixitq;
ᵃ incuruans se, — Siba, ᵃOro vt ᵇ inueniā gratiam apud te dñe mi rex. Venit ergo rex Dauid vsq; Bahurim: ꝛ ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebat egrediens, ꝛ maledicebat. Mittebatq; lapides cōtra Dauid, ꝛ contra vniuersos seruos regis Dauid: omnis aūt populus, ꝛ vniuersi bellatores à dextro & à sinistro latere regis incedebant. Ita aūt loquebatur Semei quū malediceret regi, Egredere, egredere vir sanguinū, ꝛ vir belial. Reddidit tibi dñs vniuersum sanguinē domus Saul: quoniā inuasisti regnum pro eo; & dedit dominus regnū in manu Absalom filij tui: ꝛ ecce premunt te mala tua, quoniā vir sanguinum es. Dixit autem Abisai filius Saruię, re-
ᵃ mortuus — gi, Quare maledicit canis hic ᵃmoriturus ᵇ dño meo regi? vadā ᵃ, ꝛ am-
ᵃ obsecro — putabo caput eius. Et ait rex, Quid mihi & vobis est filij Saruię? dimit-
ᵃ dixit — tite eum vt maledicat: dominus enim ᵃpręcepit ᵇ ei vt malediceret Dauid: & quis est qui audeat dicere quare sic fecerit? Et ait rex Abisai, & vniuersis seruis suis, Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo, quęrit animā meam: quantò magis hic filius Iemini? dimittite eum vt maledicat iuxta pręceptum domini, si fortè respiciat dominus afflictionē meā, & reddat mihi dominus bonū pro maledictione, hac die hodierna. Ambulabat itaq; Dauid, ꝛ socij eius per viam cū eo: Semei autem
ᵃ latus — per ᵃiugum ᵇmontis ᵃex latere, ᵇ contra illū gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduersum eum, terramq; spargens. Venit itaq; rex
ᵃ requieuerunt — Dauid, & vniuersus populus cum eo lassus, & ᵃrefocillati sunt ᵇ ibi.
Absalom autē ꝛ omnis populus eius ingressi sunt Ierusalem, sed & Achitóphel cum eo. Quum aūt venisset Chusai Arachites amicus
ᵃ Viuat rex, viuat rex. — Dauid ad Absalom, loquutus est ad eum. ᵃSalue rex, salue rex. ᵇ Ad quem Absalom, Hęc est, inqt, gratia tua ad amicū tuū? quare non iuisti cū amico tuo? Respònditq; Chusai ad Absalom, Nequaquā, quia illius ero quē elegit dominus, ꝛ omnis hic populus ꝛ vniuersus Israel, & cū eo manebo. Sed vt & hoc inferā, cui ego seruiturus sum? nonne filio

Sibę mēdaci, Dauidi occurrēti, dantur bōa Miphibóseth.

Infra. 19. C.

B

Semei maledicit Dauidi fugienti.

4. Reg. 2. b.

Mortificata voluntas.

Fides.

C

Dauid iniuriā, quod a deo esset, nō vlciscitur.

Afflictio

Chusai iuxta Dauidis pręceptū, accedit ad Absalom.

D

regis: sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. Dixit aūt Absalom ad
Absaló cū Achitóphel, Inite ɔsiliū, qd agere debeamus. Et ait Achitóphel ad
Absalom, Ingredere ad ɔcubinas patris tui, quas dimisit ad custodien-
dá domū: vt quum audierit omnis Israel q̄ foedaueris patrem tuū, ro-
borentur ²tecum manus eo℞.) Tetenderunt ergo Absalom taberna-
culum in solario, ingressusq̄; est ad ɔcubinas patris sui coram vniuerso
Israel. Cósilium aūt Achitóphel, qđ dabat in diebus illis, quasi si quis
cósuleret ²deum:) sic erat omne ɔsilium Achitóphel, & quum esset cū
Dauid, ²& quum esset cum Absalom.)

Absaló cū concubinis patris cō-cumbit.

Cósiliū Achitóphel.

² manus oīum q̄ sunt tecum.
² verbum dei: ipsi Dauidi, & etiā ipsi Absalom.

CAP. XVII.

A

Dixit ergo Achitóphel ad Absalom, Eligam mihi duodecim millia viro℞, & ɔsurgens persequar Dauid hac nocte. Et irruens super eum (quippe qui lassus est, & solutis manibus) ²percutiā) eum: quūq̄; fugerit omnis populus qui cum eo est, ꝑcutiam regem ²desolatum.) Et reducam vniuersū ꝑp̄lm*, quomodo ²vnus) homo reuerti solet, vnū eni vi℞ tu quęris: & omnis populus erit in pace. Placuitq̄; sermo eius Absalom, & cunctis maioribus natu Israel. Ait autē Absalom, Vocate & Chusai Arachiten, & audiamus qđ etiam ipse dicat. Quūq̄; venisset Chusai ad Absalom, ait Absalō ad eum, Huiuscemodi sermonē locutus est Achitóphel: facere debemus an nō? quod das ɔsilium? Et dixit Chusai ad Absalom, Nō est bonum ɔsilium qđ dedit Achitóphel hac vice. Et rursum intulit Chusai, Tu nosti patrem tuum, & viros qui cum eo sunt esse fortissimos & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sęuiat: sed & pater tuus vir bellator est, nec ²morabitur) cū populo. Forsitan nunc latitat in foueis, aut in vno quo voluerit loco: & quum ceciderit vnus quilibet in principio, audiet quicunq; audierit, & dicet, Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom. Et fortissimus ipse, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur: scit enim omnis Israel fortem esse patrē tuum, & robustos oēs qui cum eo sunt. Sed

Cósiliū Achitóphel.

² terrebo
² solum.
* ad te
² omnis

B Dissipat a deo ɔsiliū Achitóphel per Chusai.

² pernoctabit

C

hoc mihi videtur rectum esse ɔsilium, Cógregetur ad te vniuersus Israel, à Dan vsq; Bersabee, quasi arena maris innumerabilis: & tu eris in medio eo℞. Et irruemus sup eum in quocunq; loco inuentus fuerit: & ²operiemus) eum, sicut cadere solet ros super terrā: & nō relinquemus de viris qui cum eo sunt, ne vnum quidem. Quòd si vrbem aliquam fuerit ingressus, circūdabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, vt nō reperiatur nec ²calculus) qdem ex ea. Dixitq̄; Absalom, & omnes viri Israel, Melius est ɔsilium Chusai Arachitę, có-

² castrametabimur aduersus
² lapis

D

silio Achitophel. Dominus autem ²nutu) dissipatum est ɔsilium Achitóphel vtile, vt induceret dñs super Absalom malum. Et ait Chusai Sadoc & Abiathar sacerdotibus, Hoc & hoc modo ɔsilium dedit Achitóphel Absalom, & senioribus Israel: & ego tale & tale dedi consilium. Nunc ergo mittite cito, & nuntiate Dauid, dicentes, Ne moreris nocte hac in campestribus deserti, sed absq; dilatione transgredere: ne fortè absorbeatur rex, & omnis populus qui cum eo est. Ionathan autem & Achimaas stabāt iuxta fontem Rogel: abijt ancilla, & nuntiauit eis: & illi profecti sunt, vt referrent ad regem Dauid nuntium: nō enim poterant videri, ²aut) introire ciuitatem. Vidit autē eos qdam puer, & indicauit Absalom: illi verò concito gradu ingressi sunt domum cuiusdā viri in Bahurim, qui habebat puteū in vestibulo suo, & descenderunt in eū. Tulit āt mulier, & expandit velamen sup os putei, ²quasi siccans ptisanas) & sic latuit res. Quumq̄; venissent serui Absalom in domū ad mulierē, dixerunt, Vbi est Achimaas & Ionathan? Et respondit eis mulier, Transierunt ²festinanter, gustata paululum aqua.) At hi qui quęrebant, quum nō reperissent, reuersi sunt in Ierusalem. Quumq̄; abijssent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes nuntiauerunt regi Dauid, & dixerunt, Surgite, & transite cito fluuium: quoniā huiuscemodi dedit ɔsilium contra vos Achitóphel. Surrexit ergo Dauid, & omnis

Chusai memor pcepti Dauidis, ɔsilio Achitophel indicato ɔsulit ipsi fugam.

² pręcepto

E

Achimaas & Ionathā absconsis ī puteo, falluntur serui Absalom.

F

² expandens super illud frumēta cōfusa: ² vadum aquę (vel aquilam hanc)

populus qui cum eo erat, & transierunt Iordanem, donec dilucesceret: & ne vnus quidem residuus fuit, qui nō transisset fluuiū. Porrò Achitophel videns q̄ nō fuisset factū cōsilium suū, strauit asinū suum, surrexitq́; & abijt in domū suā & in ciuitatē suā: & ᵃdisposita domo sua,ᵃ suspendio interijt, & sepultus est in sepulchro patris sui. Dauid aūt venit in castra, & Absolom trāsijt Iordanem, ipse & oēs viri Israel cum eo. Amasam verò cōstituit Absalom pro Ioab sup exercitum: Amasa aūt erat filius cuiusdā viri, qui vocabatur Ietra de Iesraeli, qui ingressus est ad Abigail filiā Naas, sororē Saruię quę fuit mater Ioab. Et castrametatus est Israel cū Absalom in terra Galaad. Quumq́; venisset Dauid in ᵇcastra,ᵇ Sobi filius Naas de Rabath filiorū Ammon, & Machir filius Amihel de Lodabar, & Berzelai Galaadites de Rogelim, obtulerunt ei ᶜstratoria & tapetia,ᶜ & vasa fictilia, frumentū & hordeum & farinā & polentā & fabā & lentem, & ᵈfrixum oleo cicer,ᵈ & mel & butyrū, oues & ᵉpingues vitulos.ᵉ dederuntq́; Dauid, & populo qui cum eo erat, ad vescendum: suspicati enim sunt populum fame & siti fatigari in deserto.

ᵃ datis pceptis familię suę,
ᵇ Mahanaim
ᶜ lectū & cratetes (vł pelues)
ᵈ far tostum in fornace,
ᵉ caseos vaccinos.

Achitophel laqueo se suspendit: Absalom psequitur Dauidem. Amasa. G

Prouidētia dei, cibi afferuntur ad Dauidem in desertum.

CAPVT XVIII.

IGitur ᵃcōsyderatoᵃ Dauid populo suo cōstituit sup eos tribunos & centuriones, & dedit populi tertiā partem sub manu Ioab, & tertiā partē sub manu Abisai filij Saruię fratris Ioab, & tertiā partem sub manu Ethai, q erat de Geth: dixitq́; rex ad populū, Egrediar & ego vobiscū. Et respōdit populus, Non exibis: siue enim fugerimus, nō ᵇmagnopere ad eos de nobis pertinebit:ᵇ siue media pars ceciderit è nobis, nō satis curabunt: ᶜqaᶜ tu vnus solus pro decem millibus cōputaris: melius est igitur vt sis nobis in vrbe pṡidio. Ad quos rex ait, Quod vobis videtur rectū, hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portam: egrediebaturq́; populus per turmas suas centeni & milleni. Et pcepit rex ᵈIoab & Abisai & Ethāi, dicens, ᵉSeruate mihi puerūᵉ Absalom. Et oīs populus audiebat pręcipientem regem cunctis principibus pro Absalom. Itaq; egressus est populus in cāpum cōtra Israel, & factum est pṙlium in saltu Ephraim. Et cęsus est ibi ppl̄s Israel ab exercitu Dauid, factaq́; est plaga magna in die illa viginti millium. Fuit aūt ibi pṙlium dispersū super faciem oīs terrę, & multò plures erant quos saltus cōsumpserat de populo, q̄ hi quos vorauerat gladius in die illa. Accidit autem vt occurreret Absalom seruis Dauid, sedens mulo: quūq́; ingressus fuisset mulus subter cōdensam quercum & magnam, adhęsit caput eius quercui: & illo suspenso inter cœlum & terrā, mulus cui insederat, pertransiuit. Vidit autem hoc qspiam, & nuntiauit Ioab, dicens, Vidi Absalom pendere de quercu. Et ait Ioab viro qui nuntiauerat ei, Si vidisti, quare non cōfodisti eum cum terra? & ego dedissē tibi decem argēti siclos, & vnum baltheū. Qui dixit ad Ioab, Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manū meā in filium regis: audientibus enim nobis pcepit rex tibi, & Abisai, & Ethai, dicēs, Custodite mihi puerū Absalom. Sed & si fecissem cōtra animā meā ᶠaudacter,ᶠ nequaquā hoc regē latere potuisset, & tu stares ex aduerso. Et ait Ioab, ᵍNon sicut tu vis, sed aggrediar eumᵍ coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom: quūq́; adhuc ʰpalpitaretʰ hęreret in quercu, cucurrerunt decē iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eū. Cecinit aūt Ioab buccinā, & retinuit populū, ne psequeretur fugientē Israel, volens parcere multitudini. Et tulerunt Absalom, & proiecerunt eū in saltu in foueā grandem, & cōportauerunt sup eum aceruū lapidum magnum nimis: omnis aūt Israel fugit in tabernacula sua. Porrò Absalom erexerat sibi, quū adhuc viueret, ⁱtitulū,ⁱ qui est in valle regis: dixerat enim, Nō habeo filiū, & hoc erit monimentū nominis mei. Vocauitq́; titulū noīe suo, & ᵏappellatur, Manusᵏ Absalom: vsq; ad hanc diem. Achimaas autē filius

ᵃ numerato
ᵇ ponent super nos cor Heb. q, nō curabūt
ᶜ nunc autem
ᵈ ipsi
ᵉ Quiete ppter me puero (sub. habetote vos)
ᶠ nequiter, (LXX, iniquum)
ᵍ nō sic expectabo (.i. nō ēbo num vt morer corā te, & expectem vt eas ad occidēdū eū)
ʰ viueret
ⁱ monumētū (statuā) & ifra.
ᵏ vocatum est illud Locus

A Pręparat Dauid exercitum cōtra Absalom.

B Dauid pcepit ne occidat Absalō. Vincit exercitus Absalom.

Absalom è quercu pendēs cōfoditur a Ioab. C

D Monumētū Absalō.

E Sador, ait, Curram, & nuntiabo regi quia iudiciū fecerit ei dominus de manu inimicorum eius. Ad quem Ioab dixit, Nō eris nuntius in hac die, sed nuntiabis in alia: hodie nolo te nuntiare, filius enim regis est mortuus. Et ait Ioab Chusi, Vade, & nūtia regi quę vidisti. Adorauit Chusi Ioab, & cucurrit. Rursus aūt Achimaas filius Sador dixit ad Ioab, ᵃQuid impedit si ᵇetiā ego curram post Chusi? Dixitq; ei Ioab, Quid vis currere fili mi? ᵃVeni huc, non eris boni nuntij baiulus. ᵇQui respōdit, ᶜQuid enim si cucurrero?ᵇ Et ait ei, Curre. Currēs ergo Achimaas per viam ᵃcompendij, ᵇtransiuit Chusi. Dauid aūt sedebat inter duas portas: speculator verò qui erat in fastigio portę sup murū, eleuās oculos,

F vidit hoiem currentem solū. Et exclamans indicauit regi: dixitq; rex, Si solus est, ᵃbonus ᵇ est nuntius in ore eius. Properante aūt illo, & accedente ppius, vidit speculator hominem alterū currentem, & ᵃvociferans in culmine, ᵇait, Apparet mihi alter homo currens solus. Dixitq; rex, Et iste bonus est nuntius. Speculator aūt, Contemplor, ait, cursum prioris, quasi cursum Achimaas filij Sador. Et ait rex, Vir ᵃbonus ᵇ est: & nuntium portans bonū, venit. Clamans autem Achimaas, dixit ad regem, ᵃSalue rex. ᵇ Et adorans regem corā eo pronus in terrā, ait, Benedictus dominus deus tuus, qui ᵃconclusitᵇ homines qui leua-

G uerunt manus suas cōtra dñm meum regem. Et ait rex, Estne pax puero Absalom? Dixitq; Achimaas, Vidi tumultum magnum, quum mitteret Ioab ᵃseruus tuus, o rex, ᵇ me seruum tuum: nescio aliud. Ad quē rex, Transi, ait: & sta hic. Quumq; ille transisset, & staret, apparuit Chusi: & veniens ait, ᵃBonum apporto nuntium domine mi rex: indicauit enimᵇ pro te dominus hodie de manu omnium qui surrexerunt ɔtra te. Dixit autē rex ad Chusi, Estne pax puero Absalom? Cui respōdens Chusi, fiant, inqt, sicut puer, inimici dñi mei regis: & vniuersi qui ɔsurgunt aduersus ᵃeumᵇ in malum. Contristatus itaq; rex, ascendit cœnaculū portę, & fleuit. Et sic loquebatur, vadens, Fili mi Absalom, Absalom fili mi: ᵃquis mihi tribuatᵇ vt ego moriar pro te? ᵃAbsalom fili mi, ᵇfili mi Absalom.

Chusi nunciat Dauidi victoriā, & mortuū Absalom.

Dauid deflet pro nuntio mortis Absalom, plangit.

CAPVT XIX.

A Nvntiatum est autem Ioab quòd rex fleret, & lugeret filium suum: & versa est victoria in luctum in die illa omni populo: audiuit enim populus in die illa dici, Dolet rex super filio suo. Et ᵃdeclinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare solet populus versus, & fugiens de prœlio.ᵇ Porrò rex operuit ᵃcaput suum, ᵇ & clamabat voce magna, fili mi Absalom, Absalom fili mi*. Ingressus ergo Ioab ad regem in domū, dixit, Cōfudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum qui saluam fecerunt animā tuā, & animā filiorū tuorū & filiarū tuarum, & animā vxorum tuarum, & animā concubinarum tuarum. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te, & ostendisti hodie quia non curas de ducibus tuis, & de seruis tuis: & verè cognoui modò, quia si

B Absalom viueret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. Nūc igitur surge, & procede: & ᵃalloquens satisfac seruis tuis ᵇ iuro enim tibi per dominum, quòd si non exieris, ne vnus quidem remansurus sit tecū nocte hac: & peius erit hoc tibi, quàm omnia mala quę venerunt sup te ab adolescentia tua vsq; in pſens. Surrexit ergo rex, & sedit in porta: & omni populo nuntiatum est, qđ rex sederet in porta: venitq; vniuersa multitudo coram rege, Israel autem fugit in tabernacula sua. Omnis quoq; populus certabat in cunctis tribubus Israel, dicens, Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse saluauit nos de manu Philisthinorum: & nunc fugit de terra pꝑter Absalom. Absalom aūt quem vnximus super nos mortuus est in bello: vsquequo siletis, & non reducitis regem? Rex verò Dauid misit ad Sador & Abiathar sacerdotes, dicens, Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes, Cur venitis nouissimi ad

C reducendū regem in domū suam? Sermo aūt omnis Israel peruenerat ad regem,

Iacob cōsolatur regem flentem Absalom filiū.

Dauid sedet in porta ciuitatis, in signum luctꝰ deposi̅ti. Increpat populus stultitiā sui, qđ Absalō ɔstituisset regē.

ᵃ Quicqd fit, ᵇ nō erit (vel ɔtinget, aut dabitur) merces tibi p nuntio.
ᵃ Quicqd fit, curram.
ᵃ planitiei,
ᵃ clamans ad ianitorem,
ᵃ Pax.
ᵃ vel, tradidit
ᵃ seruū regiū, & ᵃ nuntiat dño meo regi qđ indicauit
ᵃ te
ᵃ fili mi, fili mi Absalom:
ᵃ id est vtinam ego &c.
ᵃ furtim (vel clā) iuit pplus vt ingrederet vrbem, quēadmodū furtim (vel clā) pgit populus erubescens dū fugit e prelio.
ᵃ faciem suam,
* fili mi.
ᵃ loqre ad cor seruorū tuorū (Heb. pro, blā de alloquere seruos tuos:)

ad regem,in domum eius,[h] qa dixerat rex, Hęc dicetis ad ppl'm Iuda,[i]
Fratres mei vos,os meum,& caro mea vos:quare nouissimi reduci-
tis regē? Et Amasę dicite, Nōne os meum, & caro mea es? Hęc faciat
mihi deus,& hęc addat: si non magister militię fueris corā me omni
tpe pro Ioab. Et inclinauit cor oīum virorum Iuda,quasi viri vnius:
miseruntq; ad regem,dicentes,Reuertere tu,& oēs serui tui. Et reuer-
sus est rex:& venit vsq; ad Iordanem,& oīs Iuda venit vsq; in Galga-
la, vt occurreret regi,& traduceret eū Iordanē. Festinauit autē Semei
filius Gera filij Iemini de Bahurim,& descendit cum viris Iuda in oc-
cursum regis David cum mille viris de Beniamin,& Siba puer de do-
mo Saul:& quindecim filij eius,ac viginti serui erant cum eo:& irrum-
pentes Iordanē,ante regem transierunt vada,vt traducerent domum D
regis,& facerent[a] iuxta iussionē eius: Semei autē filius Gera prostratus
corā rege,quum iam transisset Iordanē,dixit ad eū,Ne reputes mihi
domine mi iniquitatem,neq; memineris iniuriarum serui tui in die qua
egressus es dn̄e mi rex de Ierusalē,neq; ponas rex in corde tuo. Agno-
sco n.seruus tuus peccatum meum:& idcirco hodie primus veni de
omni domo Ioseph,descendiq; in occursum domini mei regis. Re-
spondens verò Abisai filius Saruię,dixit, Nunquid pro his verbis nō
occidetur Semei,quia maledixit christo domini? Et ait David, Quid
mihi & vobis filij Saruię? cur efficimini mihi hodie[a] in satan? ergōne
hodie interficietur vir in Israel? an ignoro hodie me factum regem sup
Israel? Et ait rex Semei,Nō morieris. Iurauitq; ei. Miphiboseth quo-
que filius Saul descendit in occursum regis illotis pedibus,& intonsa
barba:vestesq; suas non lauerat à die qua egressus fuerat rex, vsq; ad
diem reuersionis eius in pace. Quumq; Ierusalē occurrisset regi, dixit E
ei rex,Quare non venisti mecum Miphiboseth? Et rn̄dens ait, Domi-
ne mi rex,seruus meus[a] contēpsit me: dixiq; ei ego famulus tuus, vt
sterneret mihi asinum,& ascendens abirem cū rege:claudus enim sum
seruus tuus. Insuper & accusauit me seruū tuum ad te dn̄m meum re-
gem:tu autem domine mi rex,sicut angelus dei es,fac qd̄ placitum est
tibi. Neq; enim fuit domus patris mei,nisi morti obnoxia dn̄o meo re-
gi:tu autem posuisti me seruum tuū inter conuiuas mensę tuę:quid er-
go habeo[b] iustę querelę? aut quid possum vltrà vociferari ad regem?
Ait ergo ei rex Quid vltrà loqueris? fixum est quod loquutus sum:
tu,& Siba diuidite possessiones. Rn̄ditq; Miphiboseth regi. Etiam
cuncta accipiat,postquam reuersus est dn̄s meus rex pacifice in domum
suam. Berzellai quoq; Galaadites, descendens de Rogelim traduxit F
regem Iordanē,paratus etiam vltra fluuium prosequi eum. Erat autē
Berzellai Galaadites senex valde,id est octogenarius,& ipse prębuit ali-
menta regi,quum moraretur in[a] castris: fuit quippe vir[a] diues nimis.
Dixit itaq; rex ad Berzellai, Veni mecum,[a] vt requiescas securè mecum
in Ierusalem. Et ait Berzellai ad regem,Quot sunt dies annorū vitę
meę,vt ascendam cum rege in Ierusalē? Octogenarius sum hodie:nūquid
vigent[a] sensus mei ad discernendum suaue aut amarum? aut de-
lectare potest seruum tuum cibus & potus? vel audire possum vltrà
vocem cantorum atq; cantatricum? quare seruus tuus sit[*] oneri domi-
no meo regi? Paululum procedat famulus tuus ab Iordane tecū:[a] non
indigeo hac vicissitudine, sed obsecro vt reuertar seruus tuus,& mo-
riar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum pr̄is mei & mr̄is meę.
Est autē seruus tuus Chamaam,ipse vadat tecum dn̄e mi rex, & fac ei G
qcquid tibi bonum videt. Dixit itaq; rex, Mecum transeat Chamaam,
& ego faciā ei qcquid tibi placuerit:& oē qd̄ petieris à me,ipetrabis.
Quumq; trāsisset vniuersus ppl's & rex Iordanē,osculatus est rex Ber-
zellai, & benedixit ei:& ille reuersus est in locum suum. Transiuit er-
go rex in Galgalam,& Chamaam cum eo:oīs autem populus Iuda

[a] qd̄ bonū eēt in oculis eius (vel,qd̄ ei bonum videret) — [a] aduersarij — [a] decepit — [b] iuris? vel iustitię?) — [a] Mahanaim. — [a] magnus — [a] & alam te — [a] discernere possum inter suaue & amarum? aut gustare pōt seruus tuus cibum & potum? — [a] adhuc — [a] & vt qd retribuet mihi rex retributionem istam?

[i] Iudā hortatur Dauid ne in reducendo ipso sint postremi. — Amasa constituit princeps pro Ioab. — Iuda reducit regem. — 3.Reg.2.b. — Veniam rogat Semei, & iurat ei rex se nō necisurum eum. — Supra.16.c — Miphiboseth regi occurrit. — Supra.16.a — Supra.16.a — 3.Reg.2.b. — Berzellai vir nobilis & diues nō vult sibi qc retribui pro bn̄ficijs suis erga regem. — Supra.17.g — Chamaā comitatur regē. — Osculum.

Israel cū Iuda cōtendit qd non fuerit vocatus ad reducendum regē.

traduxerāt regem, & media tantū pars affuerat de populo Israel. Itaq; omnes viri Israel cōcurrētes ad regē, dixerunt ei, Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem & domū eius Iordanē, omnesq; viros Dauid cū eo? Et respōdit oīs vir Iuda ad viros Israel, Quia mihi propior est rex: cur irasceris super hac re? nunqd comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt? Et respondit vir Israel ad viros Iuda, & ait, Decem partibus maior ego sum apud regem, magisq; ad me pertinet Dauid, quàm ad te: cur fecisti mihi iniuriā, & non mihi nuntiatū est priori, vt reducerem regem meū? Durius autem responderunt viri Iuda viris Israel.

dedit? & ēt apud Dauid quā tu: vilipendisti me,

vltra tps vel, vēit añ eos. tunica vestimēti sui (Chal. iter. cīgulo vestimēti sui. LXX, tunica, veste sua super se)

CAPVT XX.

A

Seba separat Israelē à Dauide. Cōcubinas suas decem includit Dauid.

ACcidit quoq; vt ibi esset vir belial nomine Seba filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait, Non est nobis pars in Dauid, neq; hereditas in filio Isai: reuertere in tabernacula tua Israel. Et separatus est omnis Israel à Dauid, sequutusq; est Seba filium Bochri: viri autem Iuda adheserunt regi suo à Iordane vsque Ierusalē. Quūq; venisset rex in domum suam in Ierusalē, tulit decem mulieres cōcubinas suas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis prębens: & non est ingressus ad eas, sed erāt clausę vsq; in diem mortis suę in viduitate viuentes. Dixit autem rex

B

Amasa conuocat Iudā cōtra Sebā. Abisai psequit Sebā.

Amasę, Cōuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto pręsens. Abijt ergo Amasa vt cōuocaret Iudam, & moratus est extra placitū quod ei cōstituerat. Ait autem Dauid ad Abisai, Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri, quàm Absalom: tolle igitur seruos domini tui, & persequere eum, ne forte inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. Egressi sunt ergo cū eo viri Ioab, Cerethi quoq;, &

C

Ioab dolose interficit Amasam.

Phelethi: & omnes robusti exierunt de Ierusalem ad persequendū Seba filium Bochri. Quumq; illi essent iuxta lapidem grandem qui est in Gabaon Amasa veniens occurrit eis. Porro Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensurā habitus sui, & desuper accinctus gladio depēdente vsque ad ilia in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere. Dixit itaq; Ioab ad Amasam, Salue mi frater. Et tenuit manu dextera mentum Amasę, quasi osculans eū. Porrò Ama-

D

sa non obseruauit gladium, quem habebat Ioab, qui percussit eū in latere, & effudit intestina eius in terram, & mortuus est, nec secundum vulnus apposuit. Ioab autem, & Abisai frater eius persequuti sunt Seba filium Bochri. Interea quidā viri qui steterant iuxta cadauer Amasę de socijs Ioab, dixerūt, Ecce qui esse voluit pro Ioab comes Dauid. Amasa autem cōspersus sanguine, iacebat in media via. Vidit hoc quidam vir quòd subsisteret omnis populus ad videndum, & amouit Amasam de via in agrum: operuitq; eum vestimento, ne subsisterent transeūtes, propter eū. Amoto ergo illo de via, transibat omnis vir

E

Sebam persequit Ioab. Obsidetur Abela.

sequens Ioab ad persequendum Seba filium Bochri. Porrò ille transierat per oēs tribus Israel vsq; in Abelam, & Bethmaacha: oésq; viri electi congregati fuerunt ad eum. Venerunt itaque, & oppugnabant eum in Abela, & in Bethmaacha, & circundederunt munitionibus ciuitatem, & obsessa est vrbs: omnis autem turba quę erat cum Ioab, moliebatur destruere muros. Et exclamauit mulier sapiens de ciuitate, Audite audite, dicite Ioab, Appropinqua huc, & loquar tecum. Qui

F

In Abela viri spū dei docti, qbus psultis Israel agere solitus erat.

quum accessisset ad eam, ait illi, Tu es Ioab? Et ille respondit, Ego sum. Ad quem sic loquuta est, Audi sermones ancillę tuę. Qui respōdit, Audio. Rursumq; illa, Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio, QVI INTERROGANT, interrogent in Abela: & sic perficiant. Nōnne ego sum quę respōdeo veritatem in Israel, & tu quęris subuertere ciuitatem, & euertere matrem in Israel? quare

Nū salus est? vt oscularet in manu illo in qua costa. & oia loca Berim: cōgregatiq; venerunt post Ioab. effuderūt bastā (vl aggere) ptra ciuitatē: & steterunt (sub. viri ciuitatis) (in añ muralī: (LXX, & iecerūt vallum ptra ciuitatē: & stetit (sub. ppls ciuitatis in valle, i. fossa quā replerāt viri Ioab vt murum diruerent.) pfecta sūt (.i. succedebat.) inter pacificas & fideles (vel, integra & fidelis vrbs. Chal. interp. nos sumus pfecti in fide eius Israel. i. q seruamus fidē regi, & pplo)

Et ipse (sub. Ioab) egressus est: & cecidit (sub. gladius) LXX, & egressus est gladius, & cecidit.)

præcipitas hæreditatē dñi? Rñdēsq; Ioab, ait, Absit, absit hoc à me. nō præcipito, neq; demolior. Non sic se hę res, sed hō de mōte Ephraim Seba filius Bochri cognomine, leuauit manū suā ɔtra regē Dauid, tradite illū solū, & recedemʼ à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab, Ecce caput eiʼ mittet ad te p murū. Ingressa est ergo ad oēm ppłm, & loquuta est eis sapiēter: q abscissuʒ caput Sebę filij Bochri piecerūt ad Ioab. Et ille cecinit tuba, & recesserūt ab vrbe, vnusqsq; i tabernacula sua: Ioab aūt reuersus est Ierusalē ad regē. Fuit ergo Ioab sup oēm exercitū Israel: Banaias aūt filiʼ Ioiadę sup Cerethęos & Phelethęos: Adurā verò sup tributa: porrò Iosaphat filiʼ Ahilud, à cōmētarijs: Siua aūt, scriba: Sadoc verò & Abiathar, sacerdotes: Ira autem Iairites erat sacerdos Dauid.

CAPVT XXI.

FActa est quoq; fames in diebʼ Dauid tribʼ annis iugiter: & ɔsuluit Dauid oraculū dñi. Dixitq; dñs, Propter Saul, & domū eius sanguinū, qz occidit Gabaonitas. Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos. (Porrò Gabaonitę nō erāt de filijs Israel, sed reliquię Amorrhęorū: filij qppe Israel iurauerāt eis, & voluit Saul pcutere eos zelo, q̄si p filijs Israel, & Iuda.) Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas, Quid faciā vobis? & qd erit vestri piaculū, vt bñdicatis hęditati dñi? Dixeruntq; ei Gabaonitę, Nō est nobis sup argento & auro qō, sed ɔtra Saul, & ɔtra domū eiʼ: neq; volumʼ vt interficiat hō de Israel. Ad quos ait, Quid ergo vultis vt faciā vobis? Qui dixerūt regi, Virū qui attriuit nos & oppressit inique, ita delere debemus, vt ne vnus qdē residuus sit de stirpe eius in cūctis finibus Israel. Dent nobis septem viri de filijs eius, & crucifigamus eos dño in Gabaa Saul quōdā electi dñi. Et ait rex, Ego dabo. Pepercitq; rex Miphiboseth filio Ionathę filij Saul, pp iusiurādū dñi qd fuit inter Dauid, & inter Ionathan filium Saul. Tulit itaq; rex duos filios Respha filię Aia, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphiboseth: & qnq; filios Michol filię Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi, & dedit eos in manus Gabaonitarū: q crucifixerunt eos in mōte corā dño: & ceciderūt hi septē simul occisi in diebus messis primis, incipiēte messione hordei. Tollens aūt Respha filia Aia, cilicium, substrauit sibi supra petrā ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cœlo: & nō dimisit aues lacerare eos per dies, neq; bestias per noctē. Et nūtiata sunt Dauid quę fecerat Respha filia Aia cōcubina Saul. Et abijt Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa Ionathan filij eius à viris Iabes Galaad, q furati fuerāt ea de platea Bethsan, in q̄ suspēderant eos Philisthijm quū iterfecissent Saul in Gelboe, & asportauit inde ossa Saul, & ossa Ionathę filij eius: & colligētes ossa eorū, qui affixi fuerāt, sepelierūt ea cum ossibus Saul, & Ionathan filij eius in terra Beniamin, in latere, in sepulchro Cis patris eius: feceruntq; oīa quę pręceperat rex, & repropitiatus est deus terrę post hęc. Factū est autē rursus prēliū Philisthinorū aduersus Israel, & descēdit Dauid & serui eiʼ cū eo, & pugnabant ɔtra Philisthijm. Deficiente aūt Dauid, Iesbibenob, q fuit de genere Arapha, cuius hasta trecentas vncias appēdebat, & accinctus erat ense nouo, nisus est pcutere Dauid. Pręsidioq; ei fuit Abisai filius Saruię, & pcussum Philisthęū interfecit. Tūc iurauerunt viri Dauid, dicētes, Iā nō egredieris nobiscū in bellū, ne extinguas lucernā Israel. Scdm quoq; bellū fuit in Gob ɔtra Philistheos: tūc percussit Sobochai de Husathi, Saph de stirpe Arapha. Tertiū quoq; fuit bellū i Gob ɔtra Philisthęos, i quo pcussit Adeodatʼ filiʼ Saltʼ polymitariʼ Bethlehemites Goliath Gethęū, cuiʼ hastile hastę erat q̄si liciatoriū textriū. Quartū bellū fuit i Geth: i quo vir fuit excelsus, q senos i manibʼ pedibusq; hēbat digitos .i. xxiiij. & erat de origine Arapha. Et blasphemauit Israel: pcussit aūt eū Ionathā filiʼ Samaa fratris Dauid. Hi quatuor nati sūt de Arapha i Geth, & ceciderūt i māu Dauid, & suorū eiʼ. Goliath

dissipas
deuoro (vel, dissipo)
mulier
in sapientia sua (.i. ɔsulens eis sapiēter)
ɔsiliarius (vł princeps ipsi. sic vtit Chal. interpres .i. primus & magnʼ in ɔsilijs Dauid.)

faciem
loquutus est
qñ zelatus est
quo expiabo (sub peccatū)
cū Saul & cū familia eius:
qui ɔdixerit
cōsumpsit & succidit
perdemus,
saccum,
maioribus
Sela (nomen est loci)
lanceę ferruʒ appendebat trecētos siclos ęris,
Elhanan filiū Iahere Oregim
vel, probris affecit

Caput Sebę tradit Ioab
G
Ordinatio aulę Dauidis.
Supra. 8. d.
A
Fames triū annorū, ob violatam a Saule cum Gabaonitis fidē: sedatur morte septē filio p Saulis
Iosue. 9. e
B
Dauid pstat iuramētum qd Ionathę iurauerat
1. reg. 18. a
Septem filij Saulis suspēduntur.
Resphę materna viscera.
C
Pluuia immissa declarat deus famē remissā.
Dauid sepelit ossa Saulis & Ionathę.
I
1. reg. 31. c
Quatuor Insignia bella Dauid cōtra philisthęos
D
II
III
Iesbibenob interficit.
IIII
1. para. 20. c
Saph.

CAPVT XXII.

Cātícū Dauid p liberatione ab omnib⁹ inimicis.

A LOquutus est autem Dauid domino verba carminis huius, in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. Et ait,

Psal. 17.a

Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus.
Deus fortis meus sperabo in eū: scutū meū & cornu salutis meę: eleuator meus, & refugiū meū: saluator meus, de iniqtate liberabis me.
Laudabilē inuocabo dñm, & ab inimicis meis saluus ero,
Quia circundederunt me contritiones mortis: torrentes belial terruerunt me.
Funes inferi circundederunt me: pręuenerunt me laquei mortis.
A In tribulatione mea inuocabo dominum, & ad deum meum clamabo: & exaudiet de templo suo vocem meam, & clamor meus veniet ad aures eius.
Commota est, & contremuit terra, & fundamēta montium concussa sunt, & commota, quoniam iratus est eis.
Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorabit: carbones succensi sunt ab eo.
Et inclinauit cœlos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.
Et ascendit super cherubim, & volauit: & lapsus est super pennas venti.
B Posuit tenebras in circuitu suo latibulum: cribrans aquas de nubibus cœlorum.
Pre fulgore in conspectu eius, succensi sunt carbones ignis.
Tonabit de cœlo dominus, & excelsus dabit vocem suam.
Misit sagittas, & dissipauit eos: fulgur, & consumpsit eos.
Et apparuerunt effusiones maris, & reuelata sunt fundamēta orbis ab increpatione domini, ab inspiratione spiritus furoris eius.
Misit de sūmo & assumpsit me, & extraxit me de aquis multis.
Liberauit me ab inimico meo potentissimo, & ab his qui oderāt me: quoniam robustiores me erant.
Pręuenit me in die afflictionis meę, & factus est dominus firmamētū meū, & eduxit me in latitudinem: liberauit me, qa cōplacui ei.
Retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum mūditiam manuum mearum reddet mihi.
Quia custodiui vias domini, & non egi impie à deo meo,
Omnia enim iudicia eius in conspectu meo, & pręcepta eius non amoui à me.
Et ero perfectus coram eo, & custodiam me ab iniquitate mea.
C Et restituet mihi dominus secundum iustitiam meam: & secundū mūditiam manuum mearum, in conspectu oculorum suorum.
Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus.
Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.
Et populum pauperem salui facies, oculisq́; tuis excelsos humiliabis.
Quia tu lucerna mea domine, & tu domine illuminabis tenebras meas.
In te enim curram accinctus, in deo meo transiliam murum.
Deus immaculata via eius, eloquium domini igne examinatum: scutum est omnium sperantium in se.
Quis est deus pręter dominum: & quis deus fortis, pręter deum nostrum?
Deus qui accinxit me fortitudine, & complanauit perfectam viam meam.
Coęquans pedes meos ceruis, & super excelsa mea statuens me.
Docens manus meas ad pręlium, & componens quasi arcum ęreum brachia mea.

id est virtus & potentior quā seruor.
vel, a rapina (aut iniuria)
vel laudans, aut laudatum
impij
dolores
vel, iplacuerāt
cœli cōmota
cherub
apparuit
tabernacula sua
collectionem aquarum nubes (id est densas aq̄s, nubes)
Tonauit
dedit
Pręuenerunt
bacul⁹ mihi, non recedam ab eo.
meam,
pio pius
viro pfecto
mūdo mūd⁹
puersus eris.
conteras cortitum,
perfecta (.i. facta dei incorrupta)
Quoniam
fortitudo mea in exercitu (vel, fortificauit me fortitudine)
soluit (.i. expeditam fecit)
cōtritus est arcus ęreus brachijs meis.

Dedisti mihi clypeum salutis tuę, & mansuetudo tua multiplicauit me.
Dilatasti gressus meos subtus me, & non deficient tali mei.
Persequar inimicos meos, & conterã, & non reuertar donec consumã eos.
Consumam eos & confringam, vt non consurgant: cadent sub pedibus meis.
Accinxisti me fortitudine ad prelium, incuruasti resistentes mihi subtus me.
Inimicos meos dedisti mihi dorsum: odientes me, & disperdã eos.
Clamabunt, & non erit qui saluet: ad dominum, & non exaudiet eos.
Delebo eos vt puluerem terrę: quasi lutum platearum comminuam eos atque confringam.
Saluabis me à contradictionibus populi mei: custodies ME IN CAPVT GENTIVM: populus quem ignoro, seruiet mihi.
Filij alieni resistent mihi, auditu auris obedient mihi.
Filij alieni defluxerunt, & contrahentur in angustijs suis.
Viuit dominus, & benedictus deus meus, & exaltabitur deus fortis salutis meę.
Deus qui das vindictas mihi, & deijcis populos sub me.
Qui educis me ab inimicis meis, & à resistentibus mihi eleuas me: à viro iniquo liberabis me.
Propterea confitebor tibi domine in gentibus, & nomini tuo cantabo.
Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiam CHRISTO SVO DAVID, & semini eius in sempiternum.

Dauidis. Dixit qui constitutus est excelsus super (vel, qui constitutus est in xps m. i. regem sup Israelē) in lingua mea. id est de me, hoc est, dixit Sauli quod essem dominator &c. vel quod de semine meo exiret Messias qui dominaretur &c. Hebraica sic habent ad verbum. Et sicut lux matutina oriente sole cum mane est absque nubibus, nunc a splendore, nunc a pluuia herba de terra (sub. oritur) sic non erit domus mea cum deo (subaudi obnubilata, sed semper lucens) quia pactum ęternum iniit mecum, dispositum in omnibus, & seruatum. (vel firmum.) Cuncta. n. salus mea & omnis volūtas vt non germinet (.i. vt non sit sicut germen agri quod arescit) Impij autē tanquam spinę amouebunt vniuersi, quę manu non amouentur. Sed si quis tāgere

CAPVT XXIII.

HAEC autem sunt verba nouissima quę dixit David filius Isai: Dixit vir cui constitutum est de Christo dei Iacob, egregius psaltes Israel. Spiritus domini loquutus est per me, & sermo eius per linguam meam. Dixit deus Israel, mihi loquutus est fortis Israel: dominator hominum, iustus dominator in timore dei. Sicut lux aurorę oriente sole, mane absque nubibus rutilat, & sicut pluuijs germinat herba de terra. Nec tanta est domus mea apud deum, vt pactum ęternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum: cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quicquam ex ea quod non germinet. Pręuaricatores autē quasi spinę euellentur vniuersi: quę non tolluntur manibus. Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato, igneque succensę comburentur vsque ad nihilum. Hęc nomina fortium Dauid. Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. Post hunc Eleazar filius patrui eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Dauid quando exprobrauerunt Philisthijm, & congregati sunt illuc in prelium. Quumque ascendissent viri Israel, ipse stetit & percussit Philisthęos donec deficeret manus eius, & obrigesceret cum gladio: fecitque dominus salutem magnam die illa: & populus qui fugerat, reuersus est ad cęsorum spolia detrahenda. Et post hunc, Semma filius Age de Arari. congregati sunt Philisthijm in statione, erat quippe ibi ager lente plenus. Quumque fugisset populus à facie Philisthijm, stetit ille in medio agri, & tutatus est eum, percussitque Philis-

Left margin glosses:
festinauerunt
insurgentes in me, & s.
ceruicē (.i. vertisti mihi inimicos meos in fugam)
vel excidi.
vl, respicient
distēdi eos,
mentiti sunt
contremiscent
a clausuris suis (.i. in locis munitis in quibus absconderūt se)
fortitudo mea,
id est, qui magnam fecit salutem regi suo
in habitaculo (.i. loco vbi euelluntur)
Sedēs in cathedra sapiēs caput magnorum, ipse Hadino Hesnita, qui
Dodo filij Ahohi
probris affecerunt Philisthęos (vel, exposuerūt se diseri mini cum Philisthęis)
post eum, ad
villa,
liberauit

Right margin notes:
D
Abiectio Iudęorum, & Gentium electio.
Laus dei inter gentes, post prędicatum Christum. Rom. 15.b
Christus Dauid dictus.
A
Nouissima verba Dauid
Spūs dei loquutus est per Dauidem.
Catalogus fortium Dauid. 1. para. 11. b
B
Eleazar percutit Philisthęos.
Semma.
Victoria deo tribuitur.

Dauid sitiés nó vult biberẽ aquá quá principes cũ vitę piculo hauserát inter Philisthęos.

sthęos: & fecit dominus salutem magná. Necnon & antè descenderant tres,[a] qui erant principes inter triginta, & venerant tempore messis ad Dauid in speluncá Odollam: castra autem Philisthinorũ erant posita in valle Gigantum. Et Dauid erat in pręsidio: porrò statio Philisthinorum tunc erat in Bethlehem. Desyderauit ergo Dauid, & ait, O si quis mihi daret potũ aquę de cisterna quę est in Bethléhẽ iuxta portá. Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorũ, & hauserunt aquá de cisterna Bethlehem, quę erat iuxta portá, & attulerunt ad Dauid: at ille noluit bibere, sed libauit eam dño, dicens, Propitius sit mihi dñs, ne faciam hoc: num sanguinem hominũ istorum qui profecti sunt,[b] & animarum periculũ bibam? Noluit ergo bibere. hęc fecerũt tres robustissimi.

[a] ex triginta principibus.

[b] cum periculo animarũ (vel vitę)

Abisai. Abisai quoq; frater Ioab filius Saruię, princeps erat de tribus: ipse est qui leuauit hastam suá contra trecentos, quos interfecit, nominatus in tribus, & inter tres nobilior, eratq; eorũ princeps, sed vsq; ad tres primos non peruenerat.

Banaias. Et Banaias filius Ioiadę viri fortissimi magnorum operũ de Cabseel: ipse percussit duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit leoné in media cisterna in diebus niuis. Ipse quoq; interfecit virũ Aegyptium, virum dignũ spectaculo, habenté in manu hastá: itaq; quũ descendisset ad eũ in virga, vi extorsit hastá de manu

D Aegyptij, & interfecit eũ hasta sua. hęc fecit Banaias filius Ioiadę. Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erát inter triginta nobiliores: verũtamen vsq; ad tres non peruenerat: fecitq; eũ sibi Dauid auricularium á secreto. Asael frater Ioab inter triginta, Elehanan filius[c] patrui eius de Bethléhem, Semma de Harodi, Elica de Harodi, Heles de Phalti, Hira filius Acces de Therua, Abiezer de Anathoth, Mobónai de Husathi, Selmon Ahohites, Maharái Netophathites, Heled filius Baana, & ipse Netophathites, Ithai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin, Banáia Pharathonites, Heddai de torrente Gaas, Abialbon Arbathites, Azmáueth de Beromi, Eliaba de Salaboni. Filij Iassen, Ionathá. Semma de Orori, Ahiam filius Sarar Arantes, Eliphélet filius Aasbai filij Machati, Eliá filius Achitóphel Gelonites, Hesrái de Carmelo, Pharái de Arbi, Igaal filius Nathá de Soba. Bani de Gadi, Selec de Ammoni, Naharái Berothites armiger Ioab filij Saruię. Ira Iethrites, Gareb & ipse Iethrites, Vrias Hethęus, Omnes triginta septẽ.

[c] Dodo

CAPVT XXIIII.

A Cómouet Dauid á deo vt numeret pplm, vñ puniat ppls, contra quẽ iratus erat ipse de°.

ET addidit furor dñi irasci cõtra Israel, cómouitq; Dauid in eis[d] dicenté ad Ioab, Vade, & numera Israel & Iudá. Dixitq; rex ad Ioab principẽ exercitus sui, Perámbula oés tribus Israel á Dan vsq; Bersabee, & numerate populũ, vt sciaɜ numerũ eius. Dixitq; Ioab regi, Adaugeat dñs deus tuus ad populũ tuũ, quátus nũc est, iterũq; cétuplicet in cóspectu dñi mei regis: sed qd sibi dñs meus rex vult in re huiuscemodi?[e] Obtinuit autẽ sermo regis verba Ioab, & principũ exercitus: egressusq; est Ioab, & principes militum á facie regis, vt numerarent populũ Israel. Quumq; pertrásissent Iordané, venerũt in Aroer ad dexterá vrbis, quę est in valle Gad & per Iazer tráfierunt in Galaad, & in terrá inferiorem Hadsi, & venerũt in Dan[f] syluestria. Circũeuntes q; iuxta Sidoné transierũt prope mœnia Tyri, & omné terrá Heuęi & Chananęi, venerũtq;

B ad meridié Iuda in Bersabee: & lustrata vniuersa terra affuerũt post nouem méses & viginti dies in Ierusalé. Dedit ergo Ioab numerũ descriptionis populi regi, & inuenta sunt de Israel octingenta millia virorũ fortium, qui educerent gladiũ: & de Iuda quingenta millia pugnatorum. Percussit autẽ cor Dauid eum, postquá numeratus est populus: & dixit Dauid ad dominũ, Peccaui valde in hoc facto: sed precor domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. Surrexit itaq; Dauid mane, & sermo domini factus est ad Gad prophetá &[g] videntẽ Dauid, dicens, Vade, & loquere ad Dauid, Hęc dicit dominus. tribus

800000 viri Israel.
500000 viri Iuda.

Pœnitet eũ Dauidé numerati populi,

[d] dicendo,

[e] vel, Vicit

[f] Iaan.

[g] videntẽ Dauidis

Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex his, vt faciam ti bi. Quumq; venisset Gad ad Dauid, nuntiauit ei, dicens, Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide quem respondeam ei qui me misit, sermonem. Dixit autem Dauid ad Gad, Coarctor nimis: sed melius est vt incidam in manus domini (multę enim misericordię eius sunt) quàm in manus hominum. Immisitq; dominus in pestilentiam in Israel, de mane vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo à Dan vsque ad Bersabee septuaginta millia virorum. Quumq; extendisset manum suam angelus domini super Ierusalem vt disperderet eam, *misertus est dominus super afflictionem, & ait angelo percutienti populum, Sufficit, nunc contine manum tuam. erat autem angelus domini iuxta aream Areuna Iebusęi. Dixitq; Dauid ad dominum quum vidisset angelum cędentem populum, Ego sum qui peccaui, & ego inique egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei Ascende, & constitue altare domino in area Areuna Iebusęi. Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, quem pręceperat ei dominus. Conspiciensq; Areuna, animaduertit regem & seruos eius transire ad se: & egressus *adorauit regem prono vultu in terram, & ait, Quid causę est vt veniat dominus meus rex ad seruum suum? Cui Dauid ait, Vt emam à te aream, & ędificem altare domino, & cesset interfectio quę grassatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid, Accipiat, & offerat dominus meus rex, sicut placet ei: habes boues in holocaustum, & plaustrum & *iuga boum in vsum ligno rum. Omnia dedit Areuna regi: dixitq; Areuna ad regem, Dominus deus tuus *suscipiat votum tuum. Cui respondens rex, ait, Nequaquam vt vis, sed emam pretio à te, & non offeram domino deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid aream & boues, argenti siclis quinquaginta: & ędificauit ibi Dauid altare domino, & obtulit holocausta & pacifica: & propitiatus est dominus terrę, & cohibita est plaga ab Israel.

*pœnituit dominum super malo,
*incuruauit se regi,
*Instrumenta
*cóplaceat tibi (vel, placeatur tibi.)

I pi tria pœnap gña proponuntur, Fames. G Bellum. Pestis. Pesté eligit. 70. millia virorp cadűt peste. Dolet Dauid, pp se occidi pplm cũ ipse sit q peccauerit. Cessat pestis oblatione a Dauide fcã. D Gratis non accipit Dauid, aut auffert qđ offert rapto.

LIBER REGVM TERTIVS. SECVNDVM HEBRAEOS, PRIMVS MELACHIM.



ET REX DAVID senuerat, habebatq; ętatis plurimos dies: quumq; operiretur vestibus, non calefiebat. Dixerũt ergo ei serui sui, Quęramus domino nostro regi adolescentulam virginem, & stet coram rege, & foueat eũ, dormiatq; in sinu tuo, & calefaciat dominum nostrum regem. Quęsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem. Erat autem puella pulchra nimis, *dormiebatq; cum rege, & ministrabat ei, rex verò non cognouit eam. Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicẽs, Ego regnabo. Fecitq; sibi currum & equites, & quinquaginta qui currerent ante eum. Nec *corripuit eum pater suus aliquando, dicens, Quare hoc fecisti? Erat autem & ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom. Et sermo eius cum Ioab filio Saruię, & cum Abiathar sacerdote, qui adiuuabant partes Adonię. Sados verò sacerdos, & Banaias filius Ioiadę, & Nathan

*fouebatq; eũ,
*ptristauit (vl, dolore affecit)

A Seni Dauidi frigido datur Abisag puella, q eũ calefaciat. Adonias sibi regnũ usurpat. Adonias occupat regnũ, imolatis victimis.

propheta, & Semei, & Rei, & [z]omne robur exercitus Dauid non erat [z]fortes Dauidis non erant.
B cum Adonia. Immolatis ergo Adonias arietibus, & vitulis, & vniuersis pinguibus iuxta lapidem Zoheleth, qui erat vicinus fonti Rogel, vocauit vniuersos fratres suos filios regis, & omnes viros Iuda seruos regis. Nathan autem prophetã, & Banaiam, & robustos quosq;, & Salomonem fratrem suum non vocauit. Dixit itaq; Nathan ad Bethsabee matrem Salomonis. Num audisti q regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noster Dauid hoc ignorat? Nũc ergo veni, accipe consilium à me, & salua animam tuam, filijq; tui Salomonis. Vade, & ingredere ad regem Dauid, & dic ei, Nóne tu domine mi rex iurasti mihi ancillę tuę, dicens, Quòd Salomõ filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam post te, & cõplebo sermones tuos. Ingressa est itaq; Bethsabee ad regem in cubiculo: rex autem senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei. Inclinauit se Bethsabee, & adorauit regem. Ad quã rex, Quid tibi, inquit, vis? Quę respondens ait, Domine mi, tu iurasti per dominũ deum tuũ ancillę tuę,

Cõsilio Nathan, Bethsabee indicat Dauidi Adoniã regnare.

C Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo. Et ecce nunc Adonias regnat, te domine mi rex ignorante. Mactauit boues & pinguia quęq;, & arietes plurimos, & vocauit omnes filios regis, Abiathar quoq; sacerdotem, & Ioab principem militię, Salomonem autem seruũ tuum non vocauit. Veruntamen domine mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis quis sedere debeat in solio tuo domine mi rex post te. Eritq;, quum dormierit dominus meus rex cũ patribus suis, erimus ego & filius meus Salomon [z]peccatores. [z](Id est, videbimur peccasse aliquid contra te, cũ priuabimur regno)
Adhuc illa loquente cum rege, Nathan propheta venit. Et nuntiauerunt regi, dicentes, Adest Nathan propheta. Quumq; introisset in conspectum regis, & adorasset eum pronus in terrã, dixit Nathan, Domine mi rex, tu dixisti, Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronũ
D meum: Quia descendit hodie, & immolauit boues & pinguia & arietes plurimos, & vocauit vniuersos filios regis, & principes exercitus, Abiathar quoq; sacerdotem: illisq; vescentibus & bibentibus coram eo, & dicentibus, Viuat rex Adonias. Me seruũ tuum & Sadoc sacerdotem, & Banaiam filium Ioiadę, & Salomonem famulũ tuum non vocauit. Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbũ, & mihi non indicasti seruo tuo quis sessurus esset super thronũ domini mei regis post eum? Et respõdit rex Dauid, dicens, Vocate ad me Bethsabee. Quę quũ fuisset ingressa corã rege, & stetisset ante eũ, iurauit rex, & ait, Viuit dominus, qui eruit animã meam de omni angustia, quia sicut iuraui tibi per dñm Deum Israel, dicens, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meũ pro me: sic faciã hodie. Sũmissoq; Bethsabee in terrã vultu, adorauit regem, dicẽs, Viuat dñs meus rex Dauid in ęternũ. Dixit quoq; rex Dauid, Vocate mihi Sadoc sacerdotẽ, & Nathan prophetã, & Banaiam filium Ioiadę. Qui quũ ingressi fuissent coram rege, dixit ad eos, Tollite vobiscũ seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meũ super mulam meã, & ducite eũ in Gihon. Et vngat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta in regem super Israel: & canetis buccina, atq; dicetis, Viuat rex Salomon. Et ascendetis post eũ, & veniet, & sedebit super solium meũ, & ipse regnabit pro me: illiq; pręcipiã vt sit dux super Israel & super Iudam. Et respondit Banaias filius Ioiadę, regi, dicens, Amen: sic loquatur Dominus deus domini mei regis. Quomodo fuit Dominus cũ domino meo rege, sic sit cum Salomone, & sublimius faciat solium eius à solio domini mei regis Dauid. Descendit ergo Sadoc sacerdos & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadę, & Cerethi, & Phelethi: & imposuerunt Salomonem super mulam regis Dauid, & adduxerunt eum in Gihon. Sũm-

Dauid pręcipit Salomonẽ vngi in regẽ super Iudã & Israelem.

E

Salomõ vngitur in regẽ.

psitq; Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonẽ: & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus, Viuat rex Salomon. Et ascendit vniuersa multitudo post eum, & populus canentium tibijs, & lętantium gaudio magno, & [a]insonuit terra à clamore eorũ. Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo: iamq; conuiuiũ finitum erat: sed & Ioab, audita voce tubę, ait, Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuãtis? Adhuc illo loquente, Ionathan filius Abiathar sacerdotis venit: cui dixit Adonias, Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuntians. Responditq; Ionathan Adonię, [b]Nequaquã: dominus enim noster rex Dauid regem constituit Salomonem: misitq; cum eo Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetã, & Banaiam filium Ioiadę, & Cerethi, & Phelethi, & imposuerunt eũ super mulã regis. Vnxeruntq; eum Sadoc sacerdos, & Nathan propheta regem in Gihon: & ascenderunt inde lętantes, & insonuit ciuitas. hęc est vox quã audistis. Sed & Salomon sedet super solium regni. Et ingressi serui regis, benedixerũt domino nostro regi Dauid, dicentes, Amplificet deus nomen Salomonis [c]super nomen tuum, & magnificet thronum eius super thronum tuũ. Et adorauit rex Dauid in lectulo suo, insuper & hęc loquutus est, Benedictus dominus deus Israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis. Territi sunt ergo, & surrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnusquisq; in viam suã. Adonias autem timens Salomonem surrexit, & abijt in tabernaculum domini, [1]tenuitq; cornu altaris. Et nuntiauerũt Salomoni, dicentes, Ecce Adonias timens regem Salomonem, tenuit cornu altaris, dicens, Iuret mihi rex Salomon hodie quod nõ interficiat seruũ suum gladio. Dixitq; Salomon, Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram: sin autem malum inuentũ fuerit in eo, morietur. Misit ergo rex Salomon, & eduxit eũ ab altari, & ingressus [d]adorauit regem Salomonem: dixitq; ei Salomon, Vade in domũ tuam.

F

Fugit Adonias, audiẽs Salomonẽ vnctũ in regem.

G

[a] scindebatur

[b] Profecto dñs noster

[c] vel, magis quam

[d] incuruauit se regi

CAP. II.

APpropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, pręcepitq; Salomoni filio suo, dicens, Ecce ego ingredior viam vniuersę terrę: confortare, & esto vir. Et obserua vt custodias mandata domini dei tui, vt ambules in vijs eius, & custodias [e]ceremonias eius, & pręcepta eius, & iudicia & testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi: vt intelligas vniuersa quę facis, & quocunq; te verteris. Vt confirmet dominus sermones suos, quos loquutus est de me, dicens, Si custodierint filij tui viam suam, & ambulauerit corã me in veritate, in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel. Tu quoque nosti quę fecerit mihi Ioab filius Saruię, quę fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, & Amasę filio Iether, quos occidit, & effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem pręlij in baltheo suo, qui erat circa lumbos eius, & in calceamẽto suo quod erat in pedibus eius. Facies ergo iuxta sapientiam tuã, & non deduces canitiem eius pacifice ad inferos. Sed & filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiã, eruntq; comedentes in mensa tua: occurrerunt enim mihi, quãdo fugiebam à facie Absalom fratris tui. Habes quoq; apud te Semei filium Gera filij Iemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessima, quando ibam ad castra: sed quia descendit mihi in occursum quum transirem Iordanem, & iuraui ei per dominũ, dicens, Non te interficiam gladio: tu noli pati eum esse innoxiũ. Vir autem sapiens es, & scies quę facies ei, deducesq; canos eius cũ sanguine ad inferos. Dormiuit igitur Dauid cũ patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid. Dies autem quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni sunt: in Hebron regnauit septem annis: in Ierusalem, triginta tribus. Salomon autem sedit super thronum Dauid patris sui, & firmatum est regnum eius nimis. Et ingressus est Adonias filius Haggith ad

A

Pręcepta Dauid filio Salomoni. Ioab occidi pręcipit.

3. Reg. 3. e

2. Reg. 20. c

Berzellai filijs reddi gratiã pręcipit.

B

2. Reg. 19. f

Semei occidi pręcipit.

2. Reg. 16. b

2. Reg. 19. c

Morit dd.

Act. 2. e. & 13. e.

1. Para. 29. f

Adonias petit Abisag in vxorem.

C

[e] decreta

Bethsabee matrem Salomonis. Quę dixit ei, Pacificusne est ingressus
tuus? Qui respondit, Pacificus. Addiditq;, Sermo mihi est ad te. Cui
ait, Loquere. Et ille, Tu, inquit, nosti quia meum erat regnum, & me
pręposuerat omnis Israel sibi in regem: sed translatum est regnum, &
factum est fratris mei: à domino enim constitutú est ei. Nunc ergo pe-
titionem vnam deprecor à te: ne ²confundas⁾ faciem meá. Quę dixit ² auertere fa-
ad eum, Loquere. Et ille ait, Precor vt dicas Salomoni regi (neq; enim cias & infra
³negare tibi quicquá potest)⁾ vt det mihi Abisag Sunamitidem vxo- ³ auertere fa-
rem. Et ait Bethsabee, Bene, ego loquar pro te regi. Venit ergo Beth- ciet faciẽ tuam
sabee ad regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia: & surrexit (vel ꝓlundet)
rex in occursum eius, adorauitq; eam, & sedit super thronú suum: po-
D situsq; est thronus matri regis, quę sedit ad dexteram eius. Dixitq;
ei, Petitionem vná paruulam ego deprecor à te, ne confundas faciem
meam. Et dixit ei rex: Pete mater mea: neq; enim fas est vt auertam fa-
ciem tuá. Quę ait, Detur Abisag Sunamitis Adonię fratri tuo vxor.
Responditq; rex Salomon, & dixit matri suę, Quare postulas Abisag
Sunamitidem Adonię? postula ei & regnum: ipse est enim frater meus
maior me, & habet Abiathar sacerdotem, & Ioab filium Saruię. Iura-
uit itaq; rex Salomon per dominú, dicens, Hęc faciat mihi deus, & hęc
addat, quia contra animá suam loquutus est Adonias verbum hoc. Et
nunc viuit dominus, qui firmauit me, & collocauit me super soliú Da-
uid patris mei, & qui fecit mihi domum, sicut loquutus est, quia hodie
occidetur Adonias. Misitq; rex Salomon per manú Banaię filij Ioia-
Occiditur Adonias. dę, qui interfecit eum, & mortuus est. Abiathar quoq; sacerdoti dixit
rex, Vade in Anathoth ad agrum tuum, es quidem vir mortis: sed ho-
Abiathar priuatur sacerdotio. die te non interficiá, quia portasti arcam domini dei cora David patre
meo, & ²sustinuisti laborem⁾ in omnibus, in quibus ³laborauit⁾ pater ² afflictus es
E meus. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos domini, vt ³ afflictus fuit
impleretur sermo domini quem loquutus est super domú Heli in Silo.
1.Reg.2.f Venit autem ²nuntius ad Salomonem⁾ q Ioab declinasset post Ado- ² fama vsq; ad
Interficitur Ioab. niam, & ³post Salomonem⁾ non declinasset: fugit ergo Ioab in taber- Ioab (Sic legi
naculum domini, & apprehendit cornu altaris. Nuntiatumq; est regi tur el veterib.
Salomoni q fugisset Ioab in tabernaculú domini, & esset iuxta altare: exempl.
misitq; Salomon Banaiam filium Ioiadę, dicens, Vade, interfice eum.
Et venit Banaias ad tabernaculú domini, & dixit ei, Hęc dicit rex, Egre- ³ post Absalō
dere. Qui ait, Non egrediar, sed hic moriar. Renuntiauit Banaias regi
sermonem, dicens, Hęc loquutus est Ioab, & hęc respódit mihi. Dixitq;
ei rex, Fac sicut loquutus est: & interfice eú, & sepeli: & amouebis sangui-
nem innocentem, qui effusus est à Ioab, à me, & à domo patris mei. Et
reddet dominus sanguinem eius super caput eius, quia interfecit duos
viros iustos, melioresque se: & occidit eos gladio, patre meo David
F ignorante: Abner filium Ner principem militię Israel, & Amasam fi-
2.Reg.3.e lium Iether principem exercitus Iuda: & reuertetur sanguis illorum in
2.Reg.20.e caput Ioab, & in caput seminis eius in sempiternú: Dauid autem & se-
mini eius, & domui & throno illius sit pax vsq; in ęternum à domino.
Ascendit itaq; Banaias filius Ioiadę, & egressus eum interfecit, sepul-
tusq; est in domo sua in deserto. Et constituit rex Banaiam filiú Ioia-
dę pro eo super exercitum, & Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.
Misit quoq; rex, & vocauit Semei, dixitq; ei, Aedifica tibi domum in
Semei interfectus. Ierusalem, & habita ibi: & non egredieris inde huc, atq; illuc. Quacunq;
autem die egressus fueris, & transieris torrentem Cedron, scito te interfi-
ciendum: sanguis tuus erit super caput tuum. Dixitq; Semei regi, Bo-
nus sermo: sicut loquutus est dominus meus rex, sic faciat seruus tuus.
Habitauit itaq; Semei in Ierusalem diebus multis. Factum est autem
G post annos tres vt fugerent serui Semei ad Achis filiú Maacha regem
Geth; nuntiatumq; est Semei q serui eius issent in Geth, Et surrexit

Semei, e strauit asinum suum, iuitq; ad Achis in Geth ad requirendũ seruos suos, e adduxit eos de Geth. Nuntiatũ est autem regi Salomoni q isset Semei in Geth de Ierusalem, e redijsset. Et mittens vocauit eum, dixitq; illi, Nõne* testificatus sum tibi per dominum, & prędixi tibi, Quacũq; die egressus fueris huc & illuc, scito te esse moriturum? & respondisti mihi, Bonus sermo quem audiui. Quare ergo non custodisti iusiurandum domini, & pręceptum quod pręceperã tibi? Dixitq; rex ad Semei, tu nosti omne malum, cuius tibi conscium est cor tuum, quod fecisti Dauid patri meo: reddiditq; dominus ²malitiam tuam` in caput tuũ. Et rex Salomon benedictus, & thronus Dauid ²erit` stabilis coram domino vsq; in sempiternũ. Iussit itaq; rex Banaię filio Ioiadę: qui egressus, percussit eum, & mortuus est.

*iuraui tibi e
*malũ tuum
*sit

CAP. III.

Confirmatum est igitur regnũ in manu Salomonis, & affinitate cõiunctus est Pharaoni regi Aegypti: accepit nãq; filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec cõpleret ędificans domũ suam, & domum domini, & murũ Ierusalem per circuitũ. Attamen populus immolabat in excelsis: non enim ędificatũ erat templum nomini domini vsq; in diem illum. Dilexit autem Salomon dominũ, ambulans in pręceptis Dauid patris sui, excepto q in excelsis immolabat, & accendebat thymiama. Abijt itaq; Salomon in Gabaon, vt immolaret ibi: illud quippe erat excelsum maximũ: mille hostias in holocaustũ obtulit Salomon super altare illud in Gabaon. Apparuit autem dominus Salomoni per somnium nocte, dicens, Postula quod vis vt dem tibi. Et ait Salomon, Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiã magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo in veritate & iustitia, & recto corde tecum: custodisti enim ei misericordiã *grandem, & dedisti ei filium sedentem super thronũ eius, sicut est hodie. Et nunc domine deus meus, tu regnare fecisti seruum tuum pro Dauid patre meo: ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum & introitũ meum. Et seruus tuus in medio est populi, quem elegisti, populi infiniti, qui numerari & supputari non potest pre multitudine. Dabis ergo seruo tuo cor ²docile,` vt populũ tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum. quis enim potest iudicare populũ istum, populum tuũ hunc multum? Placuit ergo sermo coram domino, q Salomon postulasset huiuscemodi rem. Et dixit dominus Salomoni, Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorũ tuorum, sed postulasti tibi sapientiã ad discernendũ iudicium: ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed & hęc quę non postulasti dedi tibi, diuitias scilicet & gloriam, vt nemo fuerit similis tui in regibus cunctis ²retro` diebus. Si autem ambulaueris in vijs meis, ²& custodieris` pręcepta mea & mandata mea, sicut ambulauit Dauid pater tuus, longos faciam dies tuos. Igitur euigilauit Salomon, & intellexit q esset somnium: cumq; venisset Ierusalem, stetit coram arca fœderis domini, & obtulit holocausta, & fecit victimas pacificas & grande conuiuium vniuersis famulis suis. Tunc venerunt duę mulieres meretrices ad regem, steterúntque coram eo, quarum vna ait, Obsecro mi domine, ego & mulier hęc habitabamus in domo vna, & peperi apud eam in cubiculo. Tertia autem die postquam ego peperi, peperit & hęc: & eramus simul, nullusq; alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte, dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens ²intempestę noctis silentio,` tulit filium meũ de latere meo ancillę tuę dormientis, & collocauit in sinu suo: suũ autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Cumq; surrexissem, mane vt darem lac filio meo, apparuit mortuus: quẽ diligentius intuens clara luce, deprehendi

A
1. Par. 1. e
Salomõ ducit filiã Pharaonis in vxorem.
Excelsa.
Dilectio dei.
Orõ Salomonis, quã petit à deo sapientiam sibi dari.
*istam
B
*intelligens,
Exponit B qd Mat. 6. primũ quęrite regnũ dei &c.
*tuis
*vt custodias
Sapien. 7. b
C
Iudiciũ eius de duabus meretricibus.
*media nocte,

non esse meum quem genueram. Respondit{q}; altera mulier, Non est ita vt dicis, sed filius tuus mortuus est, meus aût viuit. E contrario illa dicebat, Mentiris: filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. Non?

D Atq; in hunc modû contendebant corá rege. Tûc rex ait, Hęc dicit, Filius meus viuit, & filius tuus mortuus est: Et ista respondit, Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Dixit ergo rex, Afferte mihi gladium. Quum{q}; attulissent gladium coram rege, Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiâ partem vni, & dimidiam partem alteri. Dixit aût mulier cuius filius erat viuus, ad regem (cómota sunt quippe viscera eius sup filio suo) Obsecro domine, date illi infantem viuû, & nolite interficere eû. Ecótrario illa dicebat, Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur. Respondit rex, & ait, Date huic infanté viuû, & non occidatur. hęc est enim mater eius. Audiuit itaq; omnis Israel iudicium quod iudicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam dei esse in eo ad faciendum iudicium.

CAP. IIII.

A Salomonis principes & pręfecti.

ERat autem rex Salomon regnâs super oém Israel: & hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc, sacerdos: Elihóreph & Ahia filij Sisa, scribę: Iosaphat filius Ahilud, à cómentarijs: Banaias filius Ioiadę, super exercitû: Sadoc autem & Abiathar, sacerdotes: Azarias filius Nathan, sup eos qui assistebát regi: Zabud filius Nathan sacerdos amicus regis: & Ahisar ꝑpositus domus: & Adoniram filius Abda super tributa. Habebat aût Salomon duodecim pręfectos super oém Israel qui prębebant annoná regi, & domui eius: per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant. Et hęc nomina eoꝝ: Benhur, in monte Ephràim. Bendécar, in Macces, & in Salebim, & in Bethsámes & in Elon, & in Bethhaná. Benhésed in Aruboth: ipsius enim

B erat Socho, & oís terra Epher. Benabinadab, cuius oís Nephathdor, Tapheth filiam Salomonis habebat vxoré. Bana filius Ahilud regebat Thanach & Mageddo, & vniuersam Bethsan, quę est iuxta Sarthána subter Iezrahel, à Bethsan vsq; Abelmehula e regióe Iecmaam. Bengaber in Ramothgalaad: habebat Auothiair filij Manasse in Galaad, ipse ꝑerat in omni regione Argob, quę est in Basan, sexaginta ciuitatibus magnis, atq; muratis, quę habebát seras ęreas. Abinadab filius Addo pręerat in Manaím. Achimaas in Nephthali: sed & ipse habebat Basemath filiá Salomonis in coniugio. Báana filius Husi, in Aser, & in Baloth. Iosaphat filius Pharue, in Issachar. Semei filius Ela, in Beniamin. Gaber filius Vri, in terra Galaad, & in terra Sehon re-

C gis Amorrhęi, & Og regis Basan *super oía quę erant in illa terra. Iuda & Israel innumerabiles, sicut arena maris in multitudine comedentes, & bibentes, atq; lętantes. Salomon aût erat in ditione sua, habens

Eccli. 47. c oía regna, à flumine terrę Philisthijm vsq; ad terminû Aegypti: offerentium sibi munera, & seruientium ei cunctis diebus vitę eius. Erat autem cibus Salomonis per dies singulos triginta cori similę, & sexa-

Apparatus ciborum Salomonis. ginta cori farinę, decem boues pingues, & viginti boues pascuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearû, atq; bubalorû, & auium altilium. Ipse enim obtinebat oém regionem quę erat trans

Pax sub ipso Nullus timor. flumen, à Thaphsa vsq; ad Gazam, & cunctos reges illarum regionû: & habebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitabat{q}; Iuda & Israel absque timore vllo, vnusquisq; sub vite sua, & sub ficu sua à Dan vsque Bersabee cunctis diebus Salomonis. Et habebat Salomon qua-

D Numerus equorum. draginta millia pręsepia equorum currilium, & duodecim millia equestrium. Nutriebant{q}; eos supradicti regis pręfecti: sed & necessa-

Dona dei sua mensę regis Salomonis cum ingenti cura prębebant in tempore suo. Hordeum quoque, & paleas equorum & iumentorum deferebant in locum vbi erat rex, iuxta constitutum sibi. Dedit quo-

Salomoni collata. Eccli. 47. c que deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, &

Marginal notes: Non? — filius Hur, — filius Decar, — filius Hesed, — filius Abinadab, — terminus (vel prouincia) Dor, — filius Gaber, — villas Iair — *, solus pręfectus erat — regé Salomonem quando pfecti isti, & oém quę mésa regis vtebatur suo, quisq; mése, nec quâ deerat. Hordeum Mulorum

latitudinem cordis, quasi arenã quę est in littore maris. Et pcedebat sapientia Salomonis sapientiã oĩum orientaliũ, & Aegyptiorũ, & erat sapientior cunctis hoĩbus: sapientior Ethan Ezrahite, & Hema & Chalcol, & Dorda filijs Mahol: & erat nominatus in vniuersis gentibus per circuitum. Loquutus est quoq; Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinq; millia. Et disputauit sup lignis à cedro, quę est in Libano, vsq; ad hyssopum quę egreditur de pariete: & disseruit de iumentis & volucribus & reptilibus & piscibus. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab vniuersis regibus terrę qui audiebant sapientiam eius.

Sapiĕtia Salomonis.

Numerus parabolarũ.

CAP. V.

Misit quoq; Hiram rex Tyri seruos suos ad Salomonem: audiuit enim q ipsum vnxissent regem pro patre eius: qa amicus fuerat Hiram Dauidi omni tẽpore. Misit autem Salomon ad Hiram, dicens, Tu scis voluntatem Dauid patris mei, & qđ nõ potuit ędificare domum nomini dñi dei sui ppter bella iminentia per circuitum, donec daret dominus eos sub vestigio pedum eius. Nunc autem requiem dedit deus meus mihi per circuitum: & non est satan, neq; occursus malus. Quã ob rem cogito ędificare templum nomini domini dei mei, sicut loquutus est dominus Dauid patri meo, dicens, Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse ędificabit domum nomini meo. Pręcipe igitur vt pcidant mihi serui tui cedros de Libano, & serui mei sint cum seruis tuis; mercedẽ autem seruorum tuorũ dabo tibi quamcunq; petieris: scis enim quomodo nõ est in populo meo vir qui nouerit ligna cędere sicut Sidonij. Quum ergo audisset Hirã verba Salomonis, lętatus est valde, & ait, Benedictus dominus deus hodie, qui dedit Dauid filium sapientissimũ super populũ hunc plurimum. Et misit Hirã ad Salomonẽ, dicens, Audiui quęcunq; mandasti mihi: ego faciã oẽm voluntatẽ tuã in lignis cedrinis & abiegnis. Serui mei deponent ea de Libano ad mare: & ego cõponã ea in ratibus in mari, vsq; ad locum quẽ significaueris mihi, & applicabo ea ibi, & tu tolles ea: prębebisq; necessaria mihi, vt detur cibus domui meę. Itaq; Hirã dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna, iuxta omnẽ voluntatem eius. Salomon autem pbebat Hirã viginti millia coros tritici in cibum domui eius, & viginti coros purissimi olei: hęc tribuebat Salomõ Hiram per singulos annos. Dedit quoq; dominus sapientiã Salomoni, sicut loquutus est ei: & erat pax inter Hirã & Salomonẽ, & percusserunt ambo fœdus. Elegitq; rex Salomon operarios de omni Israel, & erat indictio triginta millia virorum. Mittebatq; eos in Libanum decem millia per menses singulos vicissim, ita vt duobus mensibus essent in domibus suis: & Adonirã erat super huiuscemodi indictionem. Fuerunt itaq; Salomoni septuaginta millia eorũ qui onera portabant: & octoginta millia latomorũ in monte: absq; prępositis qui pręerant singulis operibus, numero triũ milliũ, & trecentorũ pręcipientiũ populo, & his qui faciebant opus. Pręcepitq; rex vt tollerẽt lapides grãdes, lapides pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos: quos dolauerunt cęmentarij Salomonis, & cęmentarij Hiram: porrò Giblij pręparauerunt ligna & lapides ad ędificandam domum.

quod Dauid pater meus,

aduersarius,

cedentes ligna

lapicidę (alij dicunt viros fuisse Gebal q cędebant lapides)

A Hirã mittit suos vt gratulentur Salomoni.

Salomõ petit ligna ab Hirã i ędificationẽ tẽpli.

B 3.Reg.7.b. 2.Par.2.a.

Hiram gentilis agnoscit nomen dei.

C

Numerus artificum.

D

C

CAPVT VI.

Factum est ergo quadringẽtesimo & octogesimo anno egressionis filiorũ Israel de terra Aegypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secũdus) regni Salomonis sup Israel, ędificare cœpit domũ domino. domus aũt quam ędificabat rex Salomon dño, habebat sexaginta cubitos in lõgitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. Et porticus erat ante templũ viginti cubitorũ longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi: & habebat decem cubitos latitudinis ante faciẽ tẽpli. Fecitq; in tẽplo fenestras obliquas.

(idest, Aprili)

(corrupte vulgo dicitur)

latas intrinsecus, & angustas extrinsecus.

A 2.Par.3.a.

Fabrica & forma tẽpli.

Et ędificauit ²super² parietem templi ²tabulata² per gyrum ²in pa
rietibus² domus per circuitum templi & oraculi, & fecit ²latera²
in circuitu. Tabulatum quod subter erat, quinq; cubitos habebat latitu-
dinis, & mediū tabulatū sex cubitorū latitudinis, & tertium tabulatū se-
ptem habens cubitos latitudinis. ²Trabes aūt² posuit in domo per cir-
cuitum forinsecus, vt nō hęrerent muris templi. Domus aūt quum
ędificaretur, de lapidibus ²dolatis atq; pfectis² ędificata est: & malleus,
& securis, & omne ferramentū nō sunt audita in domo quum ędificare-
tur. Ostium ²lateris² medij in parte erat domus dextrę: & per cochleā
ascendebant in mediū cœnaculum, & ā medio in tertiū. Et ędificauit

B domū, & ↄsumauit eā: texit quoq; domū ²laquearibus cedrinis.² Et ędi-
ficauit ²tabulatū super omnem domum² quinq; cubitis altitudinis, &
operuit domū lignis cedrinis. Et factus est sermo dñi ad Salomonē,
dicens, Domus hęc quam ędificas: si ambulaueris in pręceptis meis, &
iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea, gradiens per
ea, firmabo sermonem meum tibi, quem loquutus sum ad Dauid pa-
trem tuum. Et habitabo in medio filiorum Israel, & non derelin-
quam populum meum Israel. Igitur ędificauit Salomon domum,
& consummauit eam. Et ędificauit parietes domus intrinsecus, tabu-
latis cedrinis: ā pauimento domus vsq; ad ²summitatem parietum, &
vsque ad laquearia,² operuit lignis cedrinis intrinsecus: & texit paui-
mentum domus tabulis abiegnis. Aedificauitq; viginti cubitorū ad
posteriorem partem templi tabulata cedrina, ā pauimento vsque ad
superiora: & fecit interiorem domum oraculi in sanctum sanctorum.
Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus ora-
culi. Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens ²tornatu-
ras, & iuncturas suas fabrefactas, & cęlaturas eminentes,² omnia cedri-
nis tabulis vestiebantur: nec omnino lapis apparere poterat in parie-

C te. Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat, vt po-
neret ibi arcam fœderis domini. Porrò oraculum habebat viginti
cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubi-
tos altitudinis: & operuit illud atque vestiuit auro purissimo. sed &
altare vestiuit cedro. Domum quoque ²ante oraculum² operuit au-
ro purissimo, & ²affixit laminas clauis aureis.² Nihilq; erat in tem-
plo quod non auro tegeretur: sed & totum altare oraculi texit auro.
Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarum decem cubito-
rum altitudinis. Quinque cubitorum ala cherub vna, & quinque cu-
bitorum ala cherub altera: id est decem cubitos habentes, ā summita-
te alę vnius vsque ad alę alterius summitatem. Decem quoque cubi-
torum erat cherub secundus in mensura pari, & ²opus vnum² erat in
duobus cherubim, id est altitudinem habebat vnus cherub decem cu-
bitorum, & similiter cherub secundus. Posuitq; cherubim in medio
templi interioris: extendebant autem alas suas cherubim, & tangebat
ala vna parietem, & ala cherub secundi tangebat parietem alterum:
alę autem alterę in media parte templi se inuicem contingebant. Te-
xit quoque cherubim auro. Et omnes parietes templi per circuitum

D ²sculpsit varijs cęlaturis,² & torno. Et fecit in eis cherubim, & palmas,
& picturas ²varias,² ²quasi prominentes de pariete, & egredientes.²
Sed & pauimentum domus texit auro intrinsecus & extrinsecus. Et in
ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum, postesq; angulorum
quinque. Et duo ostia de lignis oliuarum: & sculpsit in eis ²pictu-
ram² cherubim, & palmarum ²species, & anaglypha valde prominen-
tia,² & texit ea auro: & operuit tam cherubim, quàm palmas, & cęte-
ra, auro. Fecitq; in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrā-
gulatos. Et duo ostia de lignis abiegnis ²altrinsecus: & vtrunque
ostium duplex erat, & se inuicē tenens aperiebatur.² Et ²sculpsit² che-

Salomonē ambulantē per viā mādatorū suorū non derelicturus de⁹

Oraculum. Sanctum sanctorum.

² vel iuxta
² thalamū (vel deābulatoriū) & infra.
² iuxta parietes
² thalamos (vel deābulatoria)
² Interstitia āt i muro istructo vbi capita ponerent trabiū
² perfectis (vel integris) quos adduxerant (sub e mōte)
² thalami (vel deābulatorij)
² tignis (.s. excauatis instar fossa: vel tabulis strictis instar costarum)
² tabulata (vel ordinē tabularū aut trabiū) cedris.
² thalamū cum omni domo
² parietes contignationis.
² picturas instar fundę, & colocyntidas, & cęlaturas instar florum.
² intrinsecus
² clausit postis aureis parteq; erat ante oraculū, & texit illū auro.
² incisio vna
² texit picturis instar fundę & cęlaturis.
² florum.
² intrinsecus & extrinsecus.
² cęlaturas instar fundarū
² cęlaturas florum
² & duo latera vtriusq; ostij rotūda (.i. ō columnis rotūdis)
² cęlauit cęlaturas istas fūdę

tubim, e palmas, e cęlaturas valde eminentes: opervitq; omnia la
minis aureis opere quadro ad regulam. Et ędificauit atrium interius
tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum ce
dri. Anno quarto fundata est domus domini in mense Zio: e in
anno vndecimo, mense Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est do
mus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus suis: ędificauitq;
eam annis septem.

CAPVT VII.

Domum autem suam ędificauit Salomon tredecim annis, e ad per A
fectum vsq; perduxit. Aedificauit quoq; domũ saltus Libani cen
tum cubitorum longitudinis, e quinquaginta cubitorum latitudinis, &
triginta cubitorum altitudinis, e quatuor deambulatoria inter colũnas
cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas. Et tabulatis ce
drinis vestiuit totam camerã, quę quadraginta quinq; columnis su
stentabatur. Vnus autem ordo habebat columnas quindecim con
tra se inuicem positas, & e regione se respicientes, ęquali spatio inter
columnas, e super colũnas quadrangulata ligna in cũctis ęqualia. Et
porticũ columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, e trigin
ta cubitorum latitudinis: e alterã porticũ in facie maioris porticus: e co
lũnas, e epistylia super colũnas fecit. Porticũ quoq; solij, in qua tri
bunal est, fecit: e texit lignis cedrinis à pauimento vsq; ad summita
tem. Et domuncula in qua sederetur ad iudicandum, erat in media
porticu simili opere. Domũ quoq; fecit filię Pharaonis (quã vxorẽ du
xerat Salomon) tali opere, quali e hanc porticũ. Omnia lapidibus pre
tiosis, qui ad normam quandam atq; mensuram tam intrinsecus quàm
extrinsecus serrati erant: à fundamento vsq; ad summitatem parietũ,
e intrinsecus vsque ad atrium maius. Fundamenta aũt de lapidibus
pretiosis, lapidibus magnis decem siue octo cubitorum. Et desuper lapi
des ptiosi ęqualis mensurę secti erant, similiterq; de cedro. Et atriũ
maius rotundũ triũ ordinum de lapidibus sectis, & vnius ordinis de
dolata cedro: necnon e in atrio domus domini interiori, e in porticu
domus. Misit quoq; rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro, filiũ mulie
ris viduę de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem ęrariũ, e plenum sa
pientia, e intelligentia, e doctrina ad faciendũ omne opus ex ęre. Qui
quum venisset ad regẽ Salomonẽ, fecit omne opus eius. Et finxit duas
colũnas ęreas, decẽ e octo cubitorum altitudinis columnã vnã: e linea
duodecim cubitorum ambiebat columnã vtrãq;. Duo quoq; capitella
fecit quę ponerentur super capita columnarum fusilia ex ęre: quinq; cubi
torum altitudinis capitellum vnum, e quinq; cubitorum altitudinis
capitellũ alterũ: e quasi in modũ retis, e catenarum sibi inuicẽ miro ope
re contextarum. Vtrunq; capitellũ columnarũ fusile erat: septena ver
suũ retiacula in capitello vno, e septena retiacula in capitello altero.
Et pfecit colũnas, e duos ordines per circuitũ retiaculorũ singulorũ, vt
tegerent capitella quę erant sup summitatem malorum granatorum. eo
dem modo fecit e capitello secundo. Capitella aũt quę erant sup capi
ta columnarũ, quasi opere lilij fabricata erant in porticu, quatuor cu
bitorum. Et rursum alia capitella in summitate columnarum desu
per iuxta mensuram columnę contra retiacula: malorum granatorum
autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi. Et statuit
duas columnas in porticu templi: quumq; statuisset columnam dex
teram, vocauit eam nomine Iachin: similiter erexit columnam
secundam, & vocauit nomen eius Booz. Et super capita co
lumnarum opus in modum lilij posuit: perfectumq; est opus colum
narum. Fecit quoque mare fusile decem cubitorum à labio vsque
ad labium rotundum in circuitu: quinque cubitorum altitudo
eius, & resticula triginta cubitorum cingebat illud per circui
tum. Et sculptura subter labium circuibat illud, decem cubitis

Left margin notes:

floruũ
auro directo quod erat sculpta.
trabium
idest Aprili,
idest Octobri
igitur (vel, scilicet)
sup quatuor ordines colũnarũ cedrinarũ ędificauit eã: trabes aũt cedrinę erant su p colũnas. Et
tecta est supra trabes,
sustentabant.
fenestrarum erãt tres ordines: fenestra erat e regioẽ fenestrę in tribus parietibus. Omes autẽ portę e postes quadrati erãt, e sic fenestella quę erat supra portã e fenestra erãt regione fenestrę in tribus parietibus. Et porticũ
trabes
iudicaret,
hoc ẽ, porticũ iudicij,
in domo sua atriũ aliud,
mensurã quatuor digitorum (.i. vsq; ad lapides supra quos capita trabiũ ponebãt, q erãt ad mensurã palmi) e extrinsec
secũdũ mẽsuras lapidũ dolatorum,
filum
duarum
e regione lo ri mediq; erat retiaculũ:
sinistram,
filum,

Right margin notes:

A Aedificatio domus Salomonis in saltu.
Domus filię Pharaonis.
B
Hiram artifex fundit p Salomõe Forma columnarum ęnearum.
C
Mare fusile
D
tubercula instar colocyntidarum.

ambiens mare: duo ordines [a]sculpturarũ hiſtriatarum erant fuſiles. Et ſtabat ſuper duodecim boues, è quibus tres reſpiciebant ad aquilonem, & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad orientem: & mare ſuper eos deſuper erat: quorum poſteriora vniuerſa intrinſecus latitabant Groſſitudo autem [b]lateris, trium vnciarum erat: labiumq́; eius, quaſi labium calicis, & folium repandi lilij: duo millia batos capiebat.

Bases ęneę. Et fecit decem baſes ęneas, quatuor cubitorum longitudinis baſes ſingulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis. Et ipſum opus baſium, [a]interraſile erat: & ſculpturę inter iuncturas. Et [b]inter coronulas & plectas, leones & boues & cherubim: & [c]in iuncturis ſimiliter deſuper: & ſubter leones & boues [d]quaſi lora ex ęre dependentia. Et quatuor rotę per baſes ſingulas, & axes ęrei:

E e per quatuor partes quaſi humeruli ſubter luterem fuſiles, contra ſe inuicem reſpectantes. Os quoq; luteris intrinſecus erat in capitis ſummitate: e [e]quod forinſecus apparebat, [f]vnius cubiti erat, totum rotundum, pariterque habebat vnum cubitum e dimidium: [g]in angulis autem columnarum varię cęlaturę erant: e [h]media intercolumnia, quadrata non rotunda. Quatuor quoq; rotę, quę [i]per quatuor angulos baſis erant, [k]cohęrebant ſibi ſubter baſim: vna rota habebat altitudinis cubitum e ſemis. Tales autem rotę erant quales ſolent in curru fieri: e axes earum, e radij, e canthi, e modioli, omnia fuſilia. Nã e humeruli illi quatuor per ſingulos angulos baſis vnius, ex ipſa baſi fuſiles e coniuncti erant. In ſummitate autem baſis erat quędam rotunditas [l]vnius e [m]dimidij cubiti, [n]ita fabrefacta, vt luter deſuper poſſet imponi, habens cęlaturas ſuas, variasq́; ſculpturas ex ſemetipſa. Sculpſit quoque in tabulatis [o]illis quę erant ex ęre, e in angulis cherubim, e leones, e palmas, [p]quaſi in ſimilitudinem hominis ſtantis, vt non cęlata, ſed appoſita per circuitum viderentur.

F In hunc modum fecit decem baſes, fuſura vna, e menſura, ſculpturáque conſimili.

Luteres. Fecit quoq; decẽ luteres ęneos: quadraginta batos capiebat luter vnus, eratq́; quatuor cubitorum: ſingulos quoque [q]luteres per ſingulas, id eſt decem baſes, poſuit. Et conſtituit decem baſes, quinque ad dexteram partem templi, e quinque ad ſiniſtram: mare autem poſuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem. Fecit quoque Hiram lebetes, e [r]ſcutras, e amulas, e perfecit omne opus regis Salomonis in templo domini. Columnas duas, e [s]funiculos capitellorum ſuper capitella columnarum [t]duos: e retiacula duo, vt operirent [u]duos funiculos, qui erant ſuper capita columnarum. Et mala granata quadringenta in duobus retiaculis: duos verſus malorum granatorum in retiaculis ſingulis, ad [x]operiendos funiculos capitellorum qui erant ſuper capita columnarum. Et baſes decem, e lu-

G teres decem ſuper baſes. Et mare vnum, e boues duodecim ſubter mare. Et lebetes, e [y]ſcutras, e amulas. omnia vaſa quę fecit Hiram regi Salomoni in domum domini, de [z]aurichalco erant. In campeſtri regione Iordanis fudit ea rex in argilloſa terra inter Sochoth e Sarthã. Et [a]poſuit Salomon omnia vaſa: propter multitudinem autem nimiã non erat pondus ęris. Fecitq́; Salomon omnia vaſa in domo domini: altare aureum, e menſam ſuper quam ponerentur panes propoſitionis auream: e candelabra, quinque ad dexteram, e quinque ad ſiniſtram [b]contra oraculum ex auro puro: e quaſi lilij flores, e lucernas deſuper aureas: e forcipes aureos, e hydrias, e [c]fuſcinulas, e [d]phialas, e mortariola, e thuribula de auro puriſſimo: e cardines oſtiorum domus interioris ſanctificatorũ, e oſtiorum domus templi, ex auro erant.

3. Para. 5. a Et perfecit omne opus quod faciebat rex Salomon in domo domini, e intulit quę ſanctificauerat Dauid pater ſuus, argentum, e aurum, e vaſa, repoſuitq́; in theſauris domus domini.

Caput

[a] tubculorũ fuſorum
[b] eius, palmi vnius

[a] hẽbat clauſuras, q̃ erãt inter vectes, qui erant vt ſcalarum gradus.
[b] ſup ipſas clauſuras erant
[c] ſuper vectes baſis,
[d] copulationes opere extenſo
[e] ſup os ãt ei⁹
[f] clauſurę earũ quadratę erãt, non rotũdę.
[g] ſubter clauſuras
[h] axes rotarũ erant in baſi:
[i] e ſup verticẽ baſis erãt axes eius, e clauſurę eius ex ea. Sculpſit.
[k] cardinũ ei⁹, e
[l] clauſuris ei⁹
[m] ex latere vniuſcuiuſq; ꝑ circuitũ. In hunc
[n] vel, conchas (aut lauacra)
[o] ſcopas, e pelues,
[p] vaſa rotũda inſtar craterarũ capitellorũ quę erant
[q] duarum:
[r] duo illa vaſa rotunda quę
[s] operiẽda duo illa vaſa capitellorum quę
[t] ſcopas, e crateras.
[u] ęre limato
[x] noluit Salomon vt põderarent oĩa vaſa: pp multitudinẽ nimiã nõ eſt exploratum pondus ęris.
[y] ante
[z] pſalteria.
[a] vel, peluers e cochlearia.

CAPVT VIII.

TVnc congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus A
tribuum, & duces familiarum filiorum Israel ad regem Salomo- 2.par.5.a
nem in Ierusalem: vt deferrent arcam foederis domini de ciuitate Da- Collocatur
uid, id est de Sion. Conuenitq; ad regem Salomonem vniuersus Israel arca i têplo
ª id est, Septê-bri, in mense ªEthanim, in solêni die, ipse est mensis septimus. Veneruntq;
cuncti senes de Israel, & tulerunt arcam sacerdotes, & portauerunt ar-
cam domini, & tabernaculû foederis, & omnia vasa sanctuarij q erant
in tabernaculo: & ferebant ea sacerdotes & Leuitę. Rex autê Salomon,
& omnis multitudo Israel quę conuenerat ad eû, gradiebatur cum illo
ante arcam, & immolabant oues & boues absque ęstimatione & nume-
ro. Et intulerunt sacerdotes arcam foederis domini in locum suum, in
oraculum têpli, in sanctum sanctorû subter alas cherubim. Siquidê che-
rubim expandebant alas super locum arcę, & protegebant arcam, & ve-
ctes eius desuper. Quumq; eminerent vectes, & apparerent summita-
tes eorum foris sanctuarium ante oraculum, non apparebant vltrà extrin-
secus, qui & fuerunt ibi vsq; in pręsentem diem. In arca autê non erat Quid erat
aliud nisi duę tabulę lapideę quas posuerat in ea Moyses in Horeb, qn̄ in arca.
pepigit dominus foedus cû filijs Israel, quû egrederêtur de terra Aegy-
pto. Factum est autem, quum exissent sacerdotes de sanctuario, nebu- B
la impleuit domû domini, & non poterat sacerdotes stare & ministra- Exo.14.d
re propter nebulam: impleuerat enim gloria domini domum domini. Nebula im-
ª habitâculum in quo habi-tares Tunc ait Salomon, Dominus dixit vt habitaret in nebula. Aedifi- plet têplum.
cans ędificaui domû in habitaculû tuum, ªfirmissimû solium tuum in 2.para.6.a
sempiternum. Conuertitq; rex faciem suam, & benedixit omni ecclesię Salomô bñ
ᵇ manibus suis (.i. potentia sua) Israel: omnis enim ecclesia Israel stabat. Et ait, Benedictus dñs deus dicit côgre-
Israel qui loquutus est ore suo ad Dauid patrem meum, & ᵇin manibus gatiôi, post
eius perfecit, dicens, A die qua eduxi populum meû Israel de Aegy- gratias agit
pto, nô elegi ciuitatem de vniuersis tribubus Israel, vt ędificaret do- deo.
mus, & esset nomen meû ibi: sed elegi Dauid vt esset super populû meû
Israel. Voluitq; Dauid pater meus ędificare domum nomini domini Electus Da-
dei Israel: & ait dominus ad Dauid patrê meum, Quòd cogitasti in uid.
corde tuo ędificare domum nomini meo, bene fecisti hoc ipsum men- 2.reg.7.a
te tractans. Veritamen tu nô ędificabis domum, sed filius tuus q egre-
dietur de renibus tuis, ipse ędificabit domum nomini meo. Confirma-
uit dominus sermonem suum, quem loquutus est: stetiq; pro Dauid Promissio-
patre meo, & sedi super thronû Israel, sicut loquutus est dominus: & nes suas im-
ędificaui domum nomini dñi dei Israel. Et constitui ibi locum arcę, in plet deus
qua foedus domini est, quod percussit cum patribus nostris qn̄ egressi
sunt de terra Aegypti. Stetit autem Salomon ante altare domini in C
conspectu ecclesię Israel, & expandit manus suas in coelum, & ait, Do- Orô salo-
mine deus Israel, non est similis tui deus in coelo desuper, & super ter- monis vt
ram deorsum: qui custodis pactum & misericordiâ seruis tuis qui am- exaudiatur
bulant coram te in toto corde suo. Qui custodisti seruo tuo Dauid pa- orantes in
tri meo, quę loquutus es ei: ore loquutus es, & manibus pfecisti, vt hęc templo.
dies probat. Nunc igitur domine deus Israel, conserua famulo tuo Da- 1.mac.1.b
uid patri meo quę loquutus es ei, dicens, Non auferetur de te vir coram 2.reg.7.b.c
me, qui sedeat super thronû Israel: ita tamen si custodierint filij tui viâ
suâ, vt ambulent coram me sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et
nunc dñe deus Israel firmentur verba tua quę loquutus es seruo tuo
Dauid patri meo. Ergône putandum est qd̄ verè deus habitet super
ª quisto minus terrâ? si enim coelum, & coeli coelorum te capere nô pñt, ªquantomagis
domus hęc quâ ędificaui? Sed respice ad orationê serui tui, & ad pręces
ᵇ clamorem eius domine deus meus: audi ᵇhymnû & orationem quam seruus tuus
orat corâ te hodie. Vt sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac
die: super domum de qua dixisti, Erit nomen meum ibi: vt exaudias Deu.12.b

orationem, quam orat in loco isto ad te seruus tuus. Vt exaudias deprecationem serui tui & populi tui Israel, quodcunque orauerint in loco isto, & exaudies in loco habitaculi tui in cœlo: & quum exaudieris, propitius eris. Si peccauerit homo in proximum suum, & habuerit aliquod iuramentum quo teneatur astrictus: & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in cœlo: & facies, & iudicabis seruos tuos, condemnans impium, & reddens viam suam super caput eius, iustificansque iustum, & retribuens ei secundum iustitiam suam. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, (quia peccaturus est tibi) & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac: exaudi in cœlo, & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cœlum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco isto pœnitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionem suam: exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata seruorum tuorum, & populi tui Israel: & ostende eis viam bonam per quam ambulent, & da pluuiam super terram quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obsidens, omnis plaga, vniuersa infirmitas, cuncta deuotatio, & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel: si quis cognouerit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis & facies vt des vnicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor eius (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum) vt timeant te cunctis diebus quibus viuunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, quum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audiet enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique.) Quum venerit ergo, & orauerit in hoc loco, tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt discant vniuersi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & probent quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam ædificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam, quocunque miseris eos, orabunt te contra viam ciuitatis quam elegisti, & contra domum quam ædificaui nomini tuo, & exaudies in cœlo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum. Quòd si peccauerint tibi (non est enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum longè vel propè, & egerint pœnitentiam in corde suo in loco captiuitatis, & conuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua, dicentes, Peccauimus, inique egimus, impie gessimus: & reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo, & tota anima sua in terra inimicorum suorum, ad quam captiui ducti fuerint: & orauerint te contra viam terræ suæ quam dedisti patribus eorum, & ciuitatis quam elegisti, & templi quod ædificaui nomini tuo: exaudies in cælo in firmamento solij tui orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum: & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum quibus præuaricati sunt in te: & dabis misericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint, vt misereantur eis.

F Populus enim tuus est, & hereditas tua, quos eduxisti de terra Aegypti, de medio fornacis ferreæ. Vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui, & populi tui Israel, & exaudias eos in vniuersis pro quibus inuocauerint te. Tu enim separasti eos tibi in hereditatem de vniuersis populis terræ, sicut loquutus es per Moysen seruum tuum, quando eduxisti patres nostros de Aegypto domine deus. Factum est autem

Left margin: Iuramentum. D. Bellum. Pluuia. Aerugo. Fames. Pestis. Corda deus solus nouit. E. Alienigena. Nomen dei vbique auditum. Bellatores orantes victoriam. Populus captiuus ductus. Peccatores omnes. 2. para. 6. g. 1. Io. 1. d. Ecclia. 7. c. Confessio.

Right margin: qui; vel parcens; & leuauerit alter contra eum iuramentum, vt faciat iurare eum (i. & alter fecerit eum iurare); cæsus fuerit populus tuus Israel ab inimicis suis.; conuersi fuerint ad te,; confessi fuerint; vel, doce; ariditas (vel æstus); bruchus,; parces,; reuersi fuerint ad cor suum; parces; omni tempore quo

quum complesset Salomon orans dominum omnem orationem, &
deprecationē hanc, surrexit de cōspectu altaris domini: vtrūq; enim ge Salomon
nu in terrā fixerat, & manus expanderat in cœlū. Stetit ergo, & benedi- rursum bñ
xit omni ecclesię Israel voce magna, dicens, Benedictus dominus qui dedit omnē
dedit requiē populo suo Israel, iuxta omnia quę loquutus est: nō ceci- Israel.
dit ne vnus quidē sermo ex omnibus bonis quę loquutus est p Moy-
sen seruū suum. Sit dominus deus noster nobiscū, sicut fuit cum patri-
bus nostris, non derelinquens nos, neq; proijciens. Sed inclinet corda
nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius, & custodiamus mā-
data eius, & ceremonias eius, & iudicia quęcūq; mādauit patribus no-
stris. Et sint sermones mei isti quibus deprecatus sum corā domino, ap-
propinquātes domino deo nostro die ac nocte, vt faciat iudiciū seruo
suo, & populo suo Israel per singulos dies: & sciant omnes populi ter-
rę quia dominus ipse est deus, & nō est vltrā absq; eo. Sit quoq; cor no-
strū perfectū cum domino deo nostro, vt ambulemus in decretis eius
& custodiamus mandata eius, sicut & hodie. Igitur rex & oīs Israel
cum eo, imolabant victimas coram domino. Mactauitq; Salomon ho-
stias pacificas, quas immolauit domino, boum vigintiduo millia, &
ouium centū viginti millia: & dedicauerunt templū domini rex & om-
nes filij Israel. In die illa sanctificauit rex medium atrij quod erat ante
domū domini: fecit quippe holocaustū ibi, & sacrificiū, & adipē pacifi-
corum: quoniā altare ęreū quod erat coram domino, minus erat, & ca-
pere non poterat holocaustū, & sacrificiū, & adipē pacificorū. Fecit er-
go Salomon in tēpore illo festiuitatē celebrē, & omnis Israel cum eo
multitudo magna ab introitu Emath vsq; ad riuum Aegypti coram
domino deo nostro, septē diebus & septē diebus, id est quatuordecim
diebus. Et in die octaua dimisit populos: qui benedicētes regi, profecti
sunt in tabernacula sua lętantes, & alacri corde super omnibus bonis
quę fecerat dominus Dauid seruo suo, & Israel populo suo.

Margin: [1] deferens. [2] decreta — G — Mactant victimę. — Dedicatur templum. — Fit ingēs celebritas.

CAPVT IX.

A. Deus secūdo apparet Salomoni, adhortās eū vt simplici corde ambulet, ne reijciat cum populo.

FActum est autē quum perfecisset Salomon ędificium domus domi-
ni, & ędificiū regis, & oē quod optauerat & voluerat facere, appa-
ruit ei dñs secūdo sicut apparuerat ei in Gabaon. Dixitq; dñs ad eum,
Exaudiui orationē tuam & deprecationē tuā, quā deprecatus es coram
me: sanctificaui domū hanc quam ędificasti, vt ponerem nomē meum
ibi in sempiternū, & erunt oculi mei & cor meū ibi cunctis diebus. Tu
quoq; si ambulaueris corā me, sicut ambulauit Dauid pater tuus, in
simplicitate cordis, & in ęquitate: & feceris omnia quę pręcepi tibi, &
legitima mea & iudicia mea seruaueris, Ponam thronū regni tui sup
Israel in sempiternū sicut loquutus sum Dauid patri tuo, dicēs, Non
auferetur vir de gñe tuo de solio Israel. Si autē auersiōe auersi fueritis
vos & filij vestri, non sequētes me, nec custodiētes mādata mea, & cere-
monias quas pposui vobis, sed abieritis & colueritis deos alienos, &
adoraueritis eos: auferā Israel de supficie terrę quā dedi eis, & templū
qđ sanctificaui nomini meo proijciam à cōspectu meo, eritq; Israel in
prouerbiū, & in fabulā cunctis populis. Et domus hęc erit in exēplū:
oīs qui transierit per eā, stupebit & sibilabit, & dicet, Quare fecit dñs
sic terrę huic & domui huic? Et rńdebunt, Quia dereliquerunt dominū
deum suum, qui eduxit patres eorū de terra Aegypti, & sequuti sunt
deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt eos: idcirco induxit do-
minus super eos omne malū hoc. Expletis autem annis viginti post
quam ędificauerat Salomon duas domos, id est domum domini & do-
mum regis, Hiram rege Tyri prębente Salomoni ligna cedrina &
abiegna, & aurum iuxta omne quod opus habuerat: tunc dedit Salo-
mon Hiram viginti oppida in terra Galilęę. Et egressus est Hiram
de Tyro, vt videret oppida quę dederat ei Salomon, & non plac

Margin: vel, perfectione — decreta — decreta quę — quę est altissima: — ipsū — B — 2.para. 7.c — Supra. 6.b. — 2.reg. 7.b.c — Deu. 29.d — Iere. 22.c — Salomon dat oppida Hirā regi. — 2.para. 8.a. — C

cierunt ei, & ait, Hęccine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater? Et ap-
210. talenta auri. pellauit eas Terram Chabul, vsq; in diem hanc. Misit quoq; Hiram
ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. Hęc est summa ex-
Gazer succēdit, Chananęo occiso. pensarum, quam obtulit rex Salomon ad ędificandum domum dñi &
domum suam, & Mello, & murum Ierusalem, & Heser, & Mageddo, &
Gazer. Pharao rex Aegypti ascendit, & cepit Gazer, succēditq; eam
Gazer, Bethorō, Baalath, Palmira. igni: & Chananęum qui habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eam
[f]in dotem filię suę vxori Salomonis. Aedificauit ergo Salomon Ga- [f]pro muneribus
zer, & Bethhoron inferiorem, & Baalath & Palmiras in terra solitudi- [g]vrbes thesaurorum
nis. Et omnes [g]vicos qui ad se pertinebant, [h]& erant absq; muro, mu-
niuit [i], & ciuitates curruum, & ciuitates equitum, & quodcūq; ei placuit
D vt ędificaret in Ierusalem & in Libano & in omni terra potestatis suę.
Facit Salomon Chananęos & reliquos tributarios. Vniuersum pplm qui remanserat de Amorrhęis, & de Hethęis, & Phe
rezęis, & Heuęis, & Iebusęis, qui nō sunt de filijs Israel: horum filios,
qui remanserant in terra, quos scilicet nō potuerant filij Israel exter-
minare: fecit Salomon tributarios vsque in diem hanc. De filijs autē
Israel non constituit Salomon seruire quēquā, sed erant viri bellato-
550. pfecti. res, & ministri eius & principes & duces, & pręfecti curruum & equorū.
Erant autem principes super omnia opera Salomonis prępositi, quin
genti quinquaginta qui habebant subiectum populum, & statutis ope
Mello. ribus imperabant. Filia autem Pharaonis ascendit de ciuitate Da-
Salomonis oblatiōes. uid in domū suam quā ędificauerat ei Salomon: tunc ędificauit Mel
lo. Offerebat quoq; Salomon tribus vicibus per annos singulos holo
Mittit classē p auro. causta, & pacificas victimas super altare qđ ędificauerat dño, & adole
bat thymiama coram domino: perfectumq; est templum. Classem
quoq; fecit rex Salomon in Asiongaber, quę est iuxta Ahilam in lito
re maris rubri, in terra Idumęę. Misitq; Hirā in classe illa seruos suos
420. talēta auri. viros nauticos & gnaros maris, cum seruis Salomonis. Qui quum ve
nissent in Ophir, sumptum inde aurum quadringentorū viginti talen
torum, detulerunt ad regem Salomonem.

CAPVT X.

A Regina Saba venit ad audiendū sapientiam Salomonis. Sed & regina Saba audita fama Salomonis in noīe domini, venit
tentare eum in ęnigmatibus. Et ingressa Ierusalem multo cum co-
mitatu, & diuitijs, camelis portantibus aromata, & aurum infinitū ni-
mis, & gēmas pretiosas, venit ad Salomonem, & loquuta est ei vniuer
sa quę habebat in corde suo. Et docuit eam Salomon oīa verba quę
proposuerat: nō fuit sermo qui regem posset latere, & non rñderet ei.
2. para. 9. a Mat. 12. d Luc. 11. d Videns autem regina Saba oēm sapientiam Salomonis, & domum
quam ędificauerat, & cibos mensę eius, & habitacula seruorum, & or-
dines ministrantium, vestesq; eorum, & pincernas, & [k]holocausta quę [k]& cœnaculū eius p qđ ascēdebat i domū
offerebat in domo domini: non habebat vltrà spiritum, dixitq; ad
regem, Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus
tuis, & super sapientia tua: & non credebā narrantibus mihi, donec ipsa
veni, & vidi oculis meis, & probaui quod media pars mihi nuntiata
B non fuerit: maior est sapientia & opera tua, quàm rumor quem audi-
ui. Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te semper, & au-
diunt sapientiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus, cui com-
placuisti, & posuit te super thronū Israel, eo quòd dilexerit dñs Israel
Dat Salomoni munera. in sempiternum: & constituit te regem, vt faceres iudicium & iustitiam.
Dedit ergo regi centū viginti talenta auri, & aromata multa nimis, &
gēmas pretiosas: non sunt allata vltrà aromata tam multa, quàm ea
quę dedit regina Saba regi Salomoni. Sed & classis Hiram, quę porta-
bat aurū de Ophir, attulit ex Ophir [l]ligna thina multa nimis, & gem [l]vel, coralia. alij hebenū putant esse. & ij.
mas pretiosas. Fecitq; rex de lignis thinis fulcra domus dñi, & domus
regię, & citharas lyrasq; cantoribus: nō sunt allata huiuscemodi ligna
thina, neque visa vsq; in pręsentem diē. Rex autē Salomon dedit Re
D ginę Saba omnia quę voluit, & petiuit ab eo: exceptis his quę vltrò

C

obtulerat ei munere regio. Quę reuersa est, & abijt in terrā suam cū ser
uis suis. Erat autē pondus auri quod afferebatur Salomoni per an
nos singulos, sexcentoꝝ sexaginta sex talentoꝝ auri: excepto eo quod
afferebant viri, qui super vectigalia erant, & negotiatores, vniuersiq;
scuta vendentes, & oēs reges Arabię, ducesq; terrę. Fecit quoq; rex
Salomon ducenta scuta de auro purissimo: sexcentos auri siclos dedit
in laminas scuti vnius. Et trecentas peltas ex auro probato: trecētęq;
minę auri vnam peltam vestiebant: posuitq; eas rex in domo saltus
Libani. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem: & ve
stiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus: & summitas thro
ni rotunda erat in parte posteriori: & duę manus hinc atque inde te
nentes sedile: & duo leones stabant iuxta manus singulas. Et duode
cim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde: non est factum
tale opus in vniuersis regnis. Sed & omnia vasa, de quibus potabat
rex Salomon, erant aurea: & vniuersa supellex domus saltus Libani
de auro purissimo: non erat argentū, nec alicuius pretij putabatur in
diebus Salomonis, quia classis regis per mare cum classe Hiram semel
per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum & argentum, & den
tes elephantorū, & simias, & pauos. Magnificatus est ergo rex Salomō
super omnes reges terrę diuitijs & sapientia. Et vniuersa terra desyde
rabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius, quam dederat
deus in corde eius. Et singuli deferebant ei munera, vasa argentea &
aurea vestes & arma bellica, aromata quoq;, & equos, & mulos per an
nos singulos. Congregauitq; Salomon currus & equites, & facti sunt
ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & disposuit
eos per ciuitates munitas, & cum rege in Ierusalem. Fecitq; vt tan
ta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & Lapidum: & cedro
rū prębuit multitudinem quasi sycomoros, quę nascuntur in campe
stribus*. Et educebātur equi Salomoni de Aegypto & de Coa. Nego
tiatores enim regis emebant de Coa, & statuto pretio perducebant.
Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argenti, &
equus centum quinquaginta, Atque in hunc modū cuncti reges He
theorum & Syrię equos venundabant.

C Census pecunię Salomonis annuus. 666. talēta auri. 200. scuta. Thron' Salomonis.

Oīa vasa aurea.

D Argentū nihili ęstimatū tpe Salomonis

1400. currꝰ 12000. equites.

preter viros mercatores, & negotiationē aromatarioꝝ, (LXX, absq; tributis subditorū & mercatorū q negotiabantur)
LXX, lanceas. (Alij hastas trāstulerūt.)
aureos
tresq;
obrizo (vel depurato. LXX, pbato)
duo fulcra
curruum,
in multitudine.
Et exitꝰ equorū erat ipsi Salomoni, & cōgregatio negotiatoꝝ regis capiebant netū (.i. filiū linetū) ꝑtio. Egrediebatur (.i. Netū accipiebant ꝑtio: equos *o nō educebāt oatoꝑtio: qa Pharau dederat ipsi Salomoni exitū equorū, vt posset educere equos p volūtate: & qsqs regum terrę educebat equos ex Aegypto, Salomonis permissu educebat, cui dabant quod antea p equoꝝ exitu dari solebat Pharaoni. Alij sic interꝑtantur, Et exitus equorū q erat Salomoni, & ꝯgregationē pdictus exitus, negotiatores accipiebant ꝑtio(.i. ꝓuētū illū quē dederat Pharao Salomoni, ipse Salomon vendebat mercatoribus.) per manum eorū educebant (.i. autoritate mercatorū regis Salomonis, quibus persoluenda erat certa pecunia p exitu eq ɔ̄ Aegypto.)

CAPVT XI.

A

REx aūt Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam
quoq; Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumeas, &
Sidonias, & Cetheas: de gētibus sup quibus dixit dominus filijs Israel,
Non ingrediemini ad eas, neq; de illis ingredient ad vestras: certissi
me.n. auertent corda vestra vt sequamini deos eaꝝ. His itaq; copulatꝰ
est Salomon ardentissimo amore. Fueruntq; ei vxores quasi reginę se
ptingentę, & cōcubinę trecentę: & auerterunt mulieres cor eius, Cumq;
iam esset senex, deprauatū est cor eius per mulieres vt sequeretur deos
alienos: nec erat cor eius perfectū cum dn̄o deo suo, sicut cor Dauid pa
tris eius. Sed colebat Salomon Astarthen deā Sidoniorum, & Moloch
idolū Ammonitaꝝ. Fecitq; Salomon quō nō placuerat corā domino,
& non impleuit vt sequeretur dominum, sicut Dauid pater eius. Tūc
ędificauit Salomon phanum Chamos idolo Moab, in monte qui est
contra Ierusalem, & Moloch idolo filioꝝ Ammon, Atque in hunc
modū fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis quę adolebant thura &

Amore idololatraꝝ captꝰ Salomō auertit a deo & idola colit
Eccli. 47. e
Deut. 17. d
Exo. 34. b
700 vxores Salomonis. 300. concubinę.
B
Astarthen.
Chamos.
Moloch.

malum

Iratus deus Salomoni qđ cōtra præcepta fecerit supra. 9. b — immolabant dijs suis. Igitur iratus est dominus Salomoni, qđ auersa esset mens eius à domino deo Israel, qui apparuerat ei secundo, & præceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos, & non custodiuit quę mandauit ei dominus. Dixit itaq; dominus Salomoni, Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea quę mādaui tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo.

Salomonis regnum diuidēdū. C — Verūtamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuū; de manu filij tui scindam illud, nec totum regnum auferam, sed tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid seruū meum, & *Ierusalem quam elegi. Suscitauit autem dominus aduersarium Salomoni Adad Idumęum de semine regio, qui erat in Edom. Quum enim esset Dauid in Idumęa, & ascendisset Ioab princeps militię ad sepeliendū eos q fuerant interfecti, & occidisset omne masculinum in Idumęa (sex.n.mensibus ibi moratus est Ioab, & omnis Israel, donec interimeret oē masculinum in Idumęa) fugit Adad ipse, & viri Idumęi de seruis patris eius cum eo, vt ingrederetur Aegyptū: erat autem Adad puer paruulus.

*propter

Suscitat dominus Adad aduersarius Salomoni. 2. reg. 8. d

Adad fugit a facie Dauidis vastātis Idumęā

Quumq; surrexissent de Madian, venerunt in Pharan: tuleruntq; secum viros de Pharan, & introierunt Aegyptum ad Pharaonem regem Aegypti: qui dedit ei domum, & cibos cōstituit, & terram delegauit. Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valde, intantum vt daret ei vxorem, sororem vxoris suę germanam Taphnes reginę. Genuitq; ei soror Taphnes Genubath filium, & *nutriuit cum Taphnes in domo Pharaonis: eratq; Genubath habitans apud Pharaonē cū filijs eius. Quumq; audisset Adad in Aegypto dormisse Dauid cum patribus suis, & mortuum esse Ioab principē militię, dixit Pharaoni, Dimitte me, vt vadam in terrā meam. Dixitq; ei Pharao, Qua enim re apud me indiges, vt quęras ire ad terram tuam? At ille rñdit, Nulla: sed obsecro te vt dimittas me. Suscitauit quoq; ei deus aduersarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adadezer regem Soba dñm suum: & congregauit contra eum viros, & factus est princeps *latronum quum interficeret eos Dauid: abieruntq; Damascū, & habitauerunt ibi, & cōstituerunt eū regē in Damasco, eratq; aduersarius Israeli cunctis dieb' Salomonis: & *hoc est malum Adad, & odium contra Israel, *regnauitq; in Syria.

D

*ablactauit

Razon aduersarius Dauidi suscitatus a deo.

E

*exercitus

*mali qđ fecit Adad, angustijs affecit Israelē. Chald. interp. rebellauit cōtra Israelē. Alij, angustijs afficiebat pter Israelē. (qa.s.nō poterat qđ volebat in ipsum exercere.)

Ieroboā rebellis Salomoni.

Ieroboam quoq; filius Nabat, Ephrathęus, de Sareda, seruus Salomonis, cuius mater erat nomine Serua, mulier vidua: leuauit manus ɔtra regē. Et hęc est caussa rebellionis aduersus eū, quia Salomon ędificauit Mello, & *coęquauit vorągines ciuitatis Dauid patris sui. Erat autē Ieroboam, vir fortis & potens: vidensq; Salomon adolescentē bonę indolis & industrium, constituerat eū pręfectum sup *tributa vniuersę domus Ioseph. Factum est igitur in tpe illo, vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inueniret eum Ahias Silonites propheta, in via, opertus pallio nouo: erant autē *duo tantū in agro. Apprehendensq; Ahias pallium suū nouum, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes. Et ait ad Ieroboā, Tolle tibi decē scissuras: hęc enim dicit dñs deus Israel, Ecce ego scindā regnū de manu Salomonis, & dabo tibi decē tribus. Porrò vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & propter Ierusalem ciuitatem quā elegi ex omnibus tribubus Israel: eo quod *dereliquerit me, & adorauerit Astarthen deam Sidoniorū, & Chamos deum Moab, & Moloch deum filiorū Ammon: & nō ambulauerit in vijs meis vt faceret *iustitiā corā mea, & pręcepta mea, & iudicia sicut Dauid pr̄ eius. Nec auferā oē regnū de manu eius, sed ducē ponā eum cunctis diebus vitę suę, ppter Dauid seruū meum quē elegi, qui custodiuit mādata mea & pręcepta mea. Auferā autem regnū de manu filij eius, & dabo tibi decē tribus: filio autem eius dabo tribum vnā, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalē ciuitate quā elegi vt esset nomen meum ibi. Te autē

Ahias propheta tradit decē tribus Ieroboam.

F

*clausit disruptionē (vel, nōdum munitam partem)

*onera (.i. vt illic princeps esset & curaret omnia)

*ambo

*pluralr I Hebreo leguntur hęc verba.

*qđ rectum est

assumam, & regnabis super omnia quę desyderat anima tua, erisq; rex G
super Israel. Si igitur audieris omnia quę pręcepero tibi, & ambulaue-
ris in vijs meis, & feceris quod rectum est corā me, custodiens mandata
mea, & pręcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus: ero tecum, & ędifi-
cabo tibi domum ᵃfidelem,ᵃ quomodo ędificaui Dauid domū, & tra-
dam tibi Israel: & affligam semen Dauid super hoc, veruntamen non
cunctis diebus. Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam: qui sur-
rexit & aufugit in Aegyptū ad Sesac regem Aegypti, & fuit in Aegy-
pto vsq; ad mortem Salomonis. ᵇReliquum autem verborumᵇ Salo-
monis, & omnia quę fecit, & sapientia eius: ecce vniuersa scripta sunt
in libro verborum Salomonis. Dies autem quos regnauit Salomon
in Ierusalem super omnes Israel, quadraginta anni sunt. Dormiuitq;
Salomon cū patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid patris sui,
regnauitq; Roboam filius eius pro eo.

ᵃ vel firmā aut permanentem,

ᵇ vel, Reliqua autem acta

Fugit Ieroboam Salomonem.

Moritur Salomon.

Regnat Roboam.

CAP. XII.

VEnit autem Roboam in Sichem: illuc enim congregatus erat om- A
nis Israel ad constituendū eum regem. At verò Ieroboam filius
Nabath, quū adhuc esset in Aegypto *profugus à facie regis Salomo-
nis, audita morte eius reuersus est de Aegypto. Miseruntq;, & voca-
uerunt eum: venit ergo Ieroboam, & omnis multitudo Israel, & lo-
quuti sunt ad Roboā, dicentes, Pater tuus durissimū iugum imposuit
nobis: tu itaq; nunc imminue paululū de imperio patris tui durissimo,
& de iugo grauissimo, qd imposuit nobis, & seruiemus tibi. Qui ait eis,
Ite vsq; ad tertiū diem, & reuertimini ad me. Cumq; abijsset populus,
iniit cōsilium rex Roboā cum senioribus qui assistebāt corā Salomone
patre eius, quū adhuc viueret, & ait, Quod datis mihi consilium, vt re- B
spondeam populo huic? Qui dixerunt ei, Si hodie ᶜobedierisᶜ populo
huic, & seruiens, & petitioni eorū cesseris, loquutusq; fueris ad eos ver-
ba lenia, erunt tibi serui cunctis diebus. Qui dereliquit consilium senū
quod dederant ei, & ᵈadhibuitᵈ adolescentes qui nutriti fuerant cū eo,
& assistebant illi, dixitq; ad eos, Quod mihi datis consilium, vt respon-
deam populo huic, qui dixerunt mihi, Leuius fac iugū quod imposuit
pater tuus super nos? Et dixerūt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo,
Sic loquere populo huic, qui loquuti sunt ad te, dicentes, Pater tuus
aggrauauit iugū nostrū, tu releua nos. Sic loqueris ad eos, Minimus C
digitus meus grossior est ᵉdorsoᵉ patris mei. Et nūc pater meus *posuit
super vos iugum graue, ego autem addam super iugum vestrū: pater
meus ᶠcecidit vos flagellis, ego autem cędā vos scorpionibus. Venit
ergo Ieroboam, & omnis populus ad Roboam die tertia, sicut loqu-
tus fuerat rex, dicens, Reuertimini ad me die tertia. Responditq; rex po-
pulo dura, derelicto consilio seniorū quod ei dederant, & loquutus est
eis secūdum consilium iuuenū, dicens, Pater meus aggrauauit iugum
vestrum, ego autem addam iugo vestro: pater meus cecidit vos flagel-
lis, ego autem cędam vos scorpionibus. Et non acquieuit rex populo: D
quoniam ᵍauersatus fuerat eum dominus,ᵍ vt ʰsuscitaretʰ verbū suum
quod loquutus fuerat in manu Ahię Silonitę ad Ieroboam filiū Na-
bath. Videns itaq; populus quòd noluisset eos audire rex, respondit
ei, dicens, Quę nobis pars in Dauid? vel quę hęreditas in filio Isai? in
tabernacula tua Israel, nunc vide domū tuā Dauid. Et abijt Israel in ta-
bernacula sua. Super filios autem Israel, quicūq; habitabant in ciuita-
tibus Iuda, regnauit Roboam. Misit ergo rex Roboam Adurā qui
erat super tributa: & lapidauit eū omnis Israel, & mortuus est. Porrò E
rex Roboam ⁱfestinusⁱ ascendit currum, & fugit in Ierusalem, recessitq;
Israel à domo Dauid, vsque in pręsentem diem. Factum est autem
quum audisset omnis Israel quòd reuersus esset Ieroboam, miserunt,
& vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum regem su-
per omnem Israel, nec sequutus est quispiam domū Dauid, pręter tri-

* vbi habitabat

ᶜ seruus fueris

ᵈ consuluit

ᵉ vel, lumbis

* onus

ᶠ vel corripuit, uel castigauit & infra

ᵍ LXX, à dño erat auersio. (Alij, sic verterat dñs. Alij, caussa fuerit à domino)

ʰ vel, firmaret

ⁱ roborauit se, &

Roboam.

Roboā cōstituitur rex à populo.

1. Par. 10. a

Ieroboā ad ppło, petit à Roboam, sibi ď iugo Salomonis remitti.

Consilium senum.

Consilium iuuenum.

Eccli. 47. d

Roboā sequut consiliū iuuenū, populo dura loquitur.

Supra. 11. f

Scissio regni Israel.

Roboā regnat super Iudam.

Adurā lapidatur.

Ieroboā regnat super Israelem.

bum Iuda solam. Venit autem Roboam Ierusalem, & congregauit
vniuersum domũ Iuda, & tribum Beniamin centum octoginta millia
electorum virorum, & bellatorũ, vt pugnarent contra domum Israel,
& reducerent regnum Roboam filio Salomonis. Factus est autem ser
mo domini ad Semeiam virũ dei, dicens, Loquere ad Roboam filium
F Salomonis regem Iuda, & ad omnem domum Iuda, & Beniamin, &
Roboã dehortat deus, ne bellet cõtra fratres Israelitas. 2.Para.11.a Sichem. reliquos de populo, dicens, Hęc dicit dominus, Non ascendetis, neque
bellabitis cõtra fratres vestros filios Israel: reuertatur[a] vir in domum
suam. à me enim factum est[b] verbum hoc. Audierunt sermonem do-
mini, & reuersi sunt de itinere sicut eis pręceperat dominus. Aedificauit
autem Ieroboam Sichem in monte Ephraim, & habitauit ibi: & egres
sus inde ędificauit Phanuel. Dixitq́; Ieroboam in corde suo, Nunc re-
uertetur regnum ad domũ Dauid, si ascenderit populus iste vt faciat sa
crificia in domo domini in Ierusalem: & conuertetur cor populi huius
ad dominũ suum Roboam regem Iuda, interficientq́; me, & reuerten-
tur ad eum. Et excogitato consilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit
G eis, Nolite vltrà ascendere in Ierusalem, Ecce dij tui Israel, qui te eduxe
Ieroboã p. missiõe dei abiecta, facit vitulos quib' sacrificat, quosq; adorent Israelitę. Supra.11.f Exo.32.b runt de terra Aegypti. Posuitq́; vnũ in Bethel, & alterũ in Dan: &[c]fa
ctum est verbum hoc[d] in peccatũ: ibat enim populus ad adorandũ vi-
tulum, vsque in Dan. Et fecit phana in excelsis, & sacerdotes de[e] extre-
mis populi[f] qui non erant de filijs Leui. Constituitq́; diem solennem in
mense octauo, quintadecima die mensis, in similitudinem solennitatis
quę celebrabatur in Iuda.[g] Et ascẽdens, altare similiter[h] fecit in Bethel,
vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat: constituitq́; in Bethel sa-
seruus tuus fuit, timens dominum: e ecce creditor venit vt tollat duos viduę dat
filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Eliseus, Quid vis vt faciam deus oleum
tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit, Non ha- p Eliseum,
beo ancilla tua quicquā in domo mea, nisi 'parum olei quo vngar.) quo illa sol
'vas olei. Cui ait, Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nō pau uit credito-
ca. Et ingredere, e claude ostiū tuum, quum intrinsecus fueris tu e filij ribus suis.
tui: e mitte inde in omnia vasa hęc: e quum plena fuerint, tolles. Iuit
itaq; mulier, e clausit ostium super se e super filios suos: illi offerebant

vasa, & illa infundebat. Quumq́; plena fuissent vasa, dixit ad filium
B suũ, Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit, Non habeo. Stetitq́; oleũ.
Venit autem illa, & indicauit homini dei. Et ille, Vade, inquit, vende
oleum, & redde creditori tuo: tu autem, & filij tui viuite de reliquo.

Mulier diues suscipit hospitio Eliseum.

Facta est autem quędã dies, & transibat Eliseus per Sunã: erat autem
ibi mulier magna quę tenuit eum vt comederet panem: quumq́; fre-
quenter inde trãsiret, diuertebat ad eam vt comederet panem. Quę di-
xit ad virum suum, Animaduerto ꝙ vir dei sanctus est iste, qui transit
per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruũ, & ponamus
ei in eo lectulũ, & mensam, & sellam, & candelabrum, vt quum venerit
ad nos, maneat ibi. Facta est ergo dies quędam, & veniens diuertit in
cœnaculũ, & requieuit ibi. Dixitq́; ad Giezi puerũ suum, Voca Suna-
C mitidem istam. Qui quũ vocasset eam, & illa stetisset corã eo, dixit ad

Eliseus hospitę sterili impetrat à deo filiũ ꝑ ministerio.

puerum suũ, Loquere ad eam, Ecce, sedule in omnibus ministrasti no-
bis, quid vis vt faciam tibi? nunquid habes negotium & vis vt loquar
regi, siue principi militię? Quę respondit, ⸢In medio populi mei habi-
to.⸣ Et ait, Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitq́; Giezi, ⸢Ne quęras: fi-
lium enim⸣ non habet, & vir eius senex est. Pręcepit itaq; vt vocaret
eam: quę quũ vocata fuisset, & stetisset ante ostium, dixit ad eam, In tẽ-
pore isto, ⸢in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in vtero fi-
lium.⸣ At illa respondit, Noli quęso domine mi vir dei, noli mentiri
ancillę tuę. Et cõcepit mulier, & peperit filium in tempore, ⸢& in hora
eadem qua⸣ dixerat ei Eliseus. Creuit autem puer. Et quũ esset quędam
dies, & egressus isset ad patrem suum, ad messores, ait patri suo, Caput
D meum, caput meũ. At ille dixit puero, Tolle, duc eum ad matrem suã.

Filio mortuo hospita currit ad Eliseum.

Qui quũ tulisset, & duxisset eum ad matrem suã, posuit eum illa super
genua sua vsq; ad meridiem, & mortuus est. Ascendit autem, & collo-
cauit eum super lectulum hominis dei, & clausit ostium: & egressa vo-
cauit virum suũ, & ait, Mitte mecũ obsecro vnum de pueris, & asinã,
vt excurram vsq; ad hominem dei, & reuertar. Qui ait illi, Quam ob
caussam vadis ad eum? hodie non sunt Calendę, neq; Sabbathũ. Quę
respondit, ⸢Vadam.⸣ Strauitq́; asinã, & pręcepit puero, Mina, & pro-
pera, ne mihi morã facias in eundo, ⸢& hoc age quod pręcipio tibi.⸣
Profecta est igitur, & venit ad virum dei in montem Carmeli: quumq́;
vidisset eam vir dei ècontra, ait ad Giezi puerũ suum, Ecce Sunamitis
illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei, Rectène agitur circa te, &
circa virum tuũ, & circa filium tuum? Quę respondit, Recte. Quumq́;
E venisset ad virũ dei in mõtem, apprehendit pedes eius, & accessit Giezi
vt amoueret eam. Et ait homo dei, Dimitte illam: anima enim eius in

Giezi cum baculo suo mittit Eliseus ad suscitandum puerum.

Nemini per viã salutat. Luc. 10.

amaritudine est, & dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Quę
dixit illi, Nunquid petiui filium à domino meo? nunquid nõ dixi tibi,
Ne illudas me? Et ille ait ad Giezi, Accinge lumbos tuos, & tolle bacu-
lum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes
eum: & si salutauerit te quispiã, non respondeas illi, & pones baculum
meum super faciem pueri. Porrò mater pueri ait, Viuit dominus, & vi-
uit anima tua, non dimittã te. Surrexit ergo, & sequutus est eã. Giezi
autem pręcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri: &
non erat vox, neq; ⸢sensus:⸣ reuersusq́; est in occursum eius, & nuntia-
uit ei, dicens, Non surrexit puer. Ingressus est ergo Eliseus domũ, &
F ecce, puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusq́; clausit ostium su-

Orone Elisei suscitatur filius hospitę.

per puerũ: & orauit ad dominũ. Et ascendit, ⁊ incubuit super puerum:
posuitq́; os suum super os eius, ⁊ oculos suos super oculos eius, ⁊ ma-
nus suas super manus eius: ⁊ incuruauit se super eũ, ⁊ calefacta est caro
pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo semel huc atque illuc: ⁊
ascendit, ⁊ incubuit super eum: ⁊ oscitauit puer septies, aperuitq́; ocu-
los. Et ille vocauit Giezi, ⁊ dixit ei, Voca Sunamitidem hanc. Quę vo-

(id est sum cõtenta meis rebus, nihil est mihi negotij in aula, quiete satis inter vicinos ago)

Equidẽ filiũ viuẽte te amplexaberis filium.

ipso, ipsa viuente, quod

Pax (.i. oĩa bene habent.)

nisi dixero tibi

vel attentio

cata, ingressa est ad eum. Qui ait, Tolle filium tuū. Venit illa, & corruit
ad pedes eius, & adorauit super terrā: tulitq; filium suum, & egressa est,
& Eliseus reuersus est in Galgala. Erat autē fames in terra, & filij pro/
phetarū habitabant coram eo, dixitq; vni de pueris, Pone ollam gran
dem, & coque pulmentū filijs prophetarū. Et egressus est vnus in agrum
vt colligeret herbas agrestes: inuenitq; quasi vitem syluestrem, & col
legit ex ea colocyntidas agri, & impleuit pallium suū, & reuersus con
scidit in ollam pulmenti: nesciebat enim quid esset. Infuderunt ergo
sociis, vt comederent: quumq; gustassent de coctione, exclamauerūt,
dicentes, Mors in olla vir dei. Et non potuerunt comedere. At ille: Af
ferte, inquit, farinam. Quumq; tulissent, misit in ollam, & ait, Infunde
turbę, vt comedant. Et non fuit amplius quicquam amaritudinis in
olla. Vir autem quidam venit de Baalsalisa deferens viro dei panes
primitiarum, & viginti panes hordeaceos, & frumentum nouū in pera
sua. At ille dixit, Da populo, vt comedat. Respoditq; ei minister eius,
Quantum est hoc, vt apponam coram centum viris? Rursum ille ait,
Da populo, vt comedat: hęc enim dicit dominus, Comedent, & super/
erit. Posuit itaq; coram eis: qui comederunt, & superfuit iuxta verbum
domini.

Elise° amaricū pulmentum dulce reddit.

G

vl, syluestres.

viris,

Multiplicat panes in fame.

spicas virides plenas in veste

CAPVT V.

A

NAaman autem princeps militię regis Syrię, erat vir magnus apud
dominū suum, & honoratus: per illū enim dedit dominus salutem
Syrię: erat autem vir fortis & diues, sed leprosus. Porrò de Syria egressi
fuerant latrunculi, & captiuā duxerant de terra Israel puellam paruulā,
quę erat in obsequio vxoris Naaman, quę ait ad dominā suam. Vti/
nam fuisset dominus meus ad prophetam qui est in Samaria: profectò
curasset eum à lepra quā habet. Ingressus est itaq; Naaman ad dominū
suum, & nuntiauit ei, dicens, Sic & sic loquuta est puella de terra Israel.
Dixitq; ei rex Syrię, Vade, & mittam literas ad regem Israel. Qui quū
profectus esset, & tulisset secū decem talenta argenti, & sex millia aureos,
& decem mutatoria vestimentorū: detulit literas ad regem Israel, in hęc
verba, Quum acceperis epistolam hanc, scito quòd miserim ad te Naamā
seruum meū, vt cures eum à lepra sua. Quumq; legisset rex Israel lite
ras, scidit vestimenta sua, & ait, Nunquid deus ego sum, vt occidere pos
sim, & viuificare: quia iste misit ad me, vt curem hominem à lepra sua?
animaduertite, & videte quòd occasiones quęrat aduersum me. Quod quū
audisset Eliseus vir dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua,
misit ad eū, dicens, Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me, & sciat
esse prophetam in Israel. Venit ergo Naaman cū equis & curribus, &
stetit ad ostium domus Elisei: misitq; ad eum Eliseus nūtium, dicens,
Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque
mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicens, Putabā quòd egrederetur
ad me, & stans inuocaret nomen domini dei sui, & tangeret manu sua
locum lepręe, & curaret me. Nunquid nō meliores sunt Amana & Phar
phar fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, & munder?
Quum ergo vertisset se, & abiret indignans, accesserunt ad eum serui
sui, & loquuti sunt ei. Pater, si rem grandem dixisset tibi propheta, certe
facere debueras: quāto magis quia nunc dixit tibi, Lauare: & mundabe
ris? Descendit, & lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri dei, & re
stituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mūdatus est. Reuersusq;
ad virum dei cum vniuerso comitatu suo venit, & stetit corā eo, & ait,
Verè scio quòd non sit deus in vniuersa terra, nisi tantū in Israel. Obse
cro itaq; vt accipias benedictionem à seruo tuo. At ille respondit, Vi/
uit dominus ante quem sto, quia non accipiam. Quumq; vim faceret,
penitus non acquieuit. Dixitq; Naaman, Vt vis: sed obsecro cōcede
mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonū de terra: non enim
faciet vltrà seruus tuus holocaustū, aut victimam dijs alienis, nisi dño.

Naamā Syrus per Eliseū curatur à lepra, ad glorias dei Israel.

potēs robore
exercitus
ante vxorem Heb.

B

Captiua ser[uit] gloriā dei.

C

Lauat Naaman in Iordane, & sanat. lu. 4. & Cōfitet deū Israel, & adorat.

D

Eliseus non accipit munera, ne videat dei donū vēdere.

E

mulorum

[a]Hoc autem solum est de quo deprecetis dñm pro [b]seruo tuo, Quando ingreditur dñs meus templum Remmon, vt adoret: & illo innitente super manum meá, si adorauero in templo Remmon, adorante [c]eo in eodem loco, vt ignoscat mihi dñs seruo tuo pro hac re. Qui dixit ei, vade in pace. Abijt ergo ab eo [d]electo terrę tempore.) Dixitq; Giezi

F puer viri dei, Pepercit dñs meus Naaman Syro isti, vt nó acciperet ab eo quę attulit: viuit dominus, quia currá post eum, & accipiam ab eo aliquid. Et sequutus est Giezi post tergũ Naaman: quem quũ vidisset ille currentem ad se, desilijt de curru in occursum eius, & ait, Rectène sunt omnia? Et ille ait, Rectè: dñs meus misit me ad te, dicens, Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephraim ex filijs prophetarum: da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices. Dixitq; Naaman, [e]Melius est vt accipias duo talenta. Et coegit eum, ligauitq; duo talenta argenti in duobus saccis, & duplicia vestimenta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portauerũt coram eo.

G Quumq; venisset [f]iam vesperi, tulit de manu eorũ, & reposuit in domo, dimisitq; viros, & abierunt: ipse autem ingressus, stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus, Vnde venis Giezi? Qui respondit, Non iuit seruus tuus quoquá. At ille ait, Nonne cor meũ [g]in pręsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? [h]Nunc igitur accepisti argentũ, & accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas & oues & boues & seruos & ancillas. Sed & lepra Naaman adhęrebit tibi, & semini tuo vsque in sempiternũ. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

Giezi mẽdacijs munera accipit, q̃ renuerat dñs eius in gloriam dei.

Giezi cũ tota posteritate lepra percutitur.

CAP. VI.

A Dixerunt autem filij prophetarũ ad Eliseum, Ecce, locus in quo habitamus corá te, angustus est nobis. Eamus vsq; ad Iordanem, & tollant singuli de sylua materias singulas, vt ędificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit, Ite. Et ait vnus ex illis, [i]Veni ergo & tu cum seruis tuis. Respondit, Ego veniam. Et abijt cum eis. Quumq; venissent ad Iordanem, cędebant ligna. Accidit autem, vt quũ vnus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquá: exclamauitq; ille, & ait, Heu heu heu domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo dei, Vbi cecidit? At ille monstrauit ei locũ: pręcidit ergo lignum, & misit illuc: natauitq; ferrum, & ait, Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud.

Eliseus ferri natare facit, virtute verbi dei.

B Rex autem Syrię pugnabat contra Israel, consiliumq; iniit cum seruis suis, dicens, In loco [k]illo & illo [l]ponamus insidias.) Misit itaq; vir dei ad regem Israel, dicens, Caue ne transeas in locum illũ: quia [m]ibi Syri in insidijs sunt.) Misit itaq; rex Israel ad locũ quem dixerat ei vir dei, & [n]pręoccupauit eum, & obseruauit se ibi non semel neq; bis. Conturbatumq; est cor regis Syrię pro hac re: & conuocatis seruis suis, ait, Quare non indicatis mihi quis [o]proditor mei sit apud regem Israel? Dixitq; vnus seruorũ eius, Nequaquá domine mi rex, sed Eliseus propheta qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quęcunq; loquutus fueris in conclaui tuo.

Syri suadũt Israelẽ: qđ indicat de° regi Israel p̃ pphetá. Mittit rex Syrię q̃ capiát Eliseũ.

C Dixitq; eis, Ite, & videte vbi sit, vt mittam & capiam eum. Annuntiaueruntq; ei, dicentes, Ecce in Dothain. Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui quum venissent nocte, circũdederunt ciuitatem. Consurgens autem diluculo minister viri dei, egressus est, viditq; exercitũ in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nũtiauitq; ei, dicens, Heu heu heu domine mi, quid faciemus? At ille respondit, Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis. Quũq; orasset Eliseus, ait, Domine, aperi oculos huius, vt videat.

Eliseus fidens nihil timet. Protegitur Eliseus à deo.

D Et aperuit dñs oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorũ, & curruum igneorũ in circuitu Elisei. Hostes verò descenderunt ad eum: porrò Eliseus orauit ad dominũ, dicens, Percute obsecro gentem hanc cęcitate. Percussitq; eos dominus, ne viderent, iuxta verbum Elisei. Dixit autem ad eos Eliseus, Non est hęc via, neq; ista est ciuitas: sequimini me, & ostendam vobis virum quem quęritis, Duxit

Syri percussi cęcitate, introducuntur in mediam Samariam.

[a] Pro re hac parcat dñs me
[b] milliare (vel, stadium) terrę
[c] Cóplace (vel, acquiesce) & accipe
[d] ad arces (vel turris.) (Chal. interp. in locũ occultum vel obscurum)
[e] ambulabat tecum.
[f] An nó nõ tps quo abijsti vt acciperes.
[g] Cóplace (vel acqesce) obsecro, & veni tu
[h] talis & talis (vel, illius & illius)
[i] erit mansio mea (alij castra ponemus)
[k] illuc Syri descendunt.
[l] monuerat
[m] inter nos sit regis

ergo eis in Samariam. Quumq; ingressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus, Domine aperi oculos istorũ, vt videant. Aperuitq; dñs oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samariç. Dixitq; rex Israel ad Eliseum, quũ vidisset eos, Nunquid percutiā eos pater mi? Et ille ait, Non percuties: neq; enim cepisti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias: sed pone panem, & aquā coram eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad dominum suũ. Appositaq; est eis ciborũ magna pręparatio, & comederunt, & biberunt, & dimisit eos, abieruntq; ad dominũ suum. Et vltrà non venerunt latrones Syrię in terrā Israel. Factum est autem post hęc, congregauit Benadad rex Syrię vniuersum exercitum suũ, & ascendit & obsidebat Samariā. Factaq; est fames magna in Samaria: & tandiu obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum quinq; argenteis. Quumq; rex Israel transiret per murum, mulier quędā exclamauit ad eum, dicens, Salua me dñe mi rex. Qui ait, Nō te saluet Dominus: vnde te possum saluare? de area, vel de torculari? Dixitq; ad eā rex, Quid tibi vis? Quę respondit, Mulier ista dixit mihi, Da filium tuum, vt comedamus eum hodie, & filium meũ comedemus cras. Coximus ergo filium meum, & comedimus. Dixiq; ei die altera, Da filium tuũ vt comedamus eum. Quę abscondit filium suũ. Quod quum audisset rex, scidit vestimenta sua, & transibat per murum. Viditq; omnis populus cilicium, quo vestitus erat rex ad carnem intrinsecus. Et ait rex, Hęc mihi faciat deus, & hęc addat, si steterit caput Elisei filii Saphat super ipsum hodie. Eliseus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo. Pręmisit itaq; virum: & antequā veniret nuntius ille, dixit ad senes, Nunquid scitis q misit filius homicidę hic, vt pręcidatur caput meum? videte ergo, quũ venerit nuntius, claudite ostium, & nō sinatis eũ introire: ecce enim sonitus pedum domini eius post eũ est. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius, qui veniebat ad eum, & ait, Ecce, tantũ malum à domino est: quid amplius expectabo à domino?

CAP. VII.

DIxit autem Eliseus, Audite verbũ domini, Hęc dicit dñs, In tempore hoc cras modius similę vno statere erit, & duo modii hordei statere vno in porta Samarię. Respōdens vnus de ducibus, super cuius manum rex incūbebat, homini dei ait, Si dñs fecerit etiam cataractas in cœlo, nunquid poterit esse qd loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portę: qui dixerũt adinuicem, Quid hic esse volumus donec moriamur? Siue ingredi voluerimus ciuitatē: fame moriemur: siue mãserimus hic, moriendũ nobis est: venite ergo, & trāsfugiamus ad castra Syrię. si pepercerint nobis, viuemus: si autē occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerũt ergo vesperi vt venirent ad castra Syrię. Quũq; venissent ad principium castrorũ Syrię, nullũ ibidem repererũt. Siquidem dñs sonitum audiri fecerat in castris Syrię curruũ, & equorum, & exercitus plurimi: dixeruntq; adinuicem, Ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges Hethęorũ, & Aegyptiorũ, & venerunt super nos. Surrexerunt ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos & asinos in castris, fugeruntq; animas tantũ suas saluare cupientes. Igitur quũ venissent leprosi illi ad principium castrorũ, ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederunt & biberunt: tuleruntq; inde argentum, & aurũ, & vestes, & abierunt, & absconderunt: & rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum, & inde similiter auferentes absconderunt. Dixeruntq; adinuicem, Non rectè facimus: hęc enim dies boni nuntii est. Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare vsque mane, sceleris arguemur: venite, eamus, & nuntiemus in aula regis. Quumq; venissent ad portā ciuitatis, narrauerunt eis, dicentes, Iuimus ad castra Syrię, & nullũ ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alliga-

Marginal notes (left): exercitus — secum, — rex — opprimite eum in ostio: — siclo & infra — in crepusculo (vel, diluculo) — extremũ & I. — diluculo — vel, puniemur: — portarium

Marginal notes (right): E Rex Israel non cibat inimicũ, & dimittit, vincēs in bono malum. Panis pro oĩ gñe ciborum. F Syri obsident Samariam. Fames in Samaria. Caput asini quāti emptũ. G Stercus columbinum comeditur. Mulier comedit filiũ. Premisit quit (?) Iorā minatur mortem Eliseo. Afflictionē à deo fatetur Ioram. A Eliseus pdicit Samariã abũdantiam. Incredulus dux verbo dei. B Fugant Syros sine hostis manu dñs, & liberat Israelem. Desperantes leprosi annuntiant prouidentiam dei Israelitis. C

Dei ordinationem nō agnoscunt.

tos, & fixa tentoria. Ierunt ergo portarij, & nuntiauerunt in palatio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos, Dico vobis qd fecerint nobis Syri. Sciũt qa fame laboramus, & idirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes, Quum egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit autem vnus seruorũ eius, Tollamus quinq; equos, qui remanserunt in vrbe (qa ipsi tantũ sunt in vniuersa multitudine Israel, alij enim ɔsumpti sunt) & mittentes, explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos, misitq; rex in castra Syrorũ, dicens, Ite, & videte. Qui abierunt post eos vsq; ad Iordanem: ecce autẽ omnis via plena erat vestibus, & vasis, quę ꝓiecerant Syri quũ turbarentur: reuersiq; nuntij indicauerũt

D regi. Et egressus populus diripuit castra Syrię factusq; est [a]modius similę statere vno,[b] & duo modij hordei statere vno iuxta verbum dñi. Porrò rex ducem illum, in cuius manu incumbebat, constituit ad portam: quem conculcauit turba in introitu portę, & mortuus est, iuxta quod loquutus fuerat vir dei, quãdo descenderat rex ad eum. Factũq; est secundum sermonem viri dei, quem dixerat regi, quando ait, Duo modij hordei statere vno erunt, & modius similę statere vno, hoc eodem tempore eras in porta Samarię: quando responderat dux ille viro dei, & dixerat, Etiã si dominus fecerit cataractas in cœlo, nunquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Euenit ergo ei sicut prędictum erat, & conculcauit eum populus in porta, & mortuus est.

Dux q verbo dei incredulus fuerat cóculcatur a turba.

[a] Satum similę siclo.

CAPVT VIII.

A Eliseus autẽ loquutus est ad mulierem cuius viuere fecerat filium, dicens, Surge, & vade, tu & domus tua, & peregrinare vbicunq; repereris: vocauit enim dominus famẽ, & veniet sup terram septem annis. Quę surrexit, & fecit iuxta verbum hominis dei: & vadens cum domo sua, peregrinata est in terra Philisthijm [a]diebus multis.[b] Quumq; finiti essent anni septem, reuersa est mulier de terra Philisthijm: & egressa est vt interpellaret regem pro domo sua & pro agris suis. Rex autẽ

B loquebatur cum Giezi puero viri dei, dicens, Narra mihi omnia magnalia quę fecit Eliseus. Quumq; ille narraret regi quomodo mortuũ suscitasset, apparuit mulier cuius viuificauerat filium, clamans ad regem pro domo sua, & pro agris suis: dixitq; Giezi, Domine mi rex: hęc est mulier, & hic est filius eius quem suscitauit Eliseus. Et interrogauit rex mulierem: quę narrauit ei. Deditq; ei rex eunuchum vnum, dicens, Restitue ei omnia quę sua sunt, & vniuersos redditus agrorum à die qua reliquit terrã, vsq; ad pręsens. Venit quoq; Eliseus Damascũ,

Prędicẽti Eliseo famẽ septẽ annorũ, Sunamitis credula fugit in Aegyptũ. Supra. 4.f. Reuersę mulieri traduntur possessiones propter Eliseum.

[a] septẽ annis.

C & Benadad rex Syrię ęgrotabat: nuntiaueruntq; ei, dicentes, Venit vir dei huc. Et ait rex ad Hazael, Tolle tecum munera, & vade in occursũ viri dei, & consule dominũ per eum, dicens, Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igitur Hazael in occursũ eius, habens secũ munera, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. Quumq; stetisset coram eo, ait, Filius tuus Benadad rex Syrię, misit me ad te, dicens, Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitq; ei Eliseus, vade,

Benadad infirmus ɔsulit Eliseũ.

D dic ei, Sanaberis porrò ostendit mihi dominus quia morte morietur. [a]Stetitq; cum eo, & cõturbatus est vsq; ad suffusionem vultus: [b]fleuitq; vir dei. Cui Hazael ait, Quare dominus meus flet? At ille dixit, Quia scio quę facturus sis filijs Israel mala, ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & pregnantes diuides. Dixitq; Hazael, Quid enim tu, & sum seruus tuus canis, vt faciam rem istam magnam? Et ait Eliseus, Ostendit mihi dominus te regem Syrię fore. Qui quum recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum: qui ait ei, Quid dixit tibi Eliseus? At ille respondit, Dixit mihi, Recipies sanitatẽ. Quumq;

E venisset dies altera, tulit [c]stragulum,[d] & infudit aquam, & expandit super

Flet Eliseus Hazaeli pdicit q mala facturus est Israeli ipse Hazael. Hazael suffocat Benadad, & p eo regnat.

[a] Stareq; fecit faciem suam, donec tardauit. [a]Leoz pit eẽ tristi vultu, ɔfundi.) [b] vel, pannum densum. Chal. interp. linteũ, vel, opertorium.

regnauit Hazael pro eo. Anno quinto
per faciem eius: quo mortuo regnauit Hazael pro eo. Anno quinto Regnat Io
Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iu ram filius Io
da. Triginta duorum annorum erat quum regnare coepisset, & octo an saphat sup
nis regnauit in Ierusalem. Ambulauitque in vijs regum Israel, sicut am Iudam.
bulauerat domus Achab: filia enim Achab erat vxor eius: & fecit quod 2.Par.21.b.
malum est in conspectu domini. Noluit autem dominus disperdere F
Iudam propter Dauid seruum suum, sicut promiserat ei, vt daret illi lu 2.Reg.7.b
cernam, & filijs eius cunctis diebus. In diebus eius recessit Edom, ne es Edom rece
set sub Iuda, & constituit sibi regem. Venitque Ioram Seira, & omnis dit a Iuda,
currus cum eo: & surrexit nocte, percussitque Idumeos qui eum circunde constituitq;
derant, & principes curruum, populus autem fugit in tabernacula sua. sibi rege.
Recessit ergo Edom, ne esset sub Iuda, vsque ad diem hanc. Tunc reces Lobna.
sit & Lobna in tempore illo. Reliqua autem sermonum Ioram, & vni
uersa que fecit, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum re
gum Iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepultusque est cum
eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Anno G
duodecimo Ioram filij Achab regis Israel regnauit Ochozias filius Mortuo Io
Ioram regis Iude. Viginti duorum annorum erat Ochozias, quum re ram succedit
gnare coepisset, & vno anno regnauit in Ierusalem: nomen matris Ochozias fi
eius Athalia filia Amri regis Israel. Et ambulauit in vijs domus A lius impius.
chab: & fecit quod malum est coram domino, sicut domus Achab: ge 2.Par.22.a.
ner enim domus Achab fuit. Abijt quoque cum Ioram filio Achab, Belli Iora
ad prelíandum contra Hazael regem Syrie in Ramoth Galaad, & vul & Ochozie
nerauerunt Syri Ioram. qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel: quia contra Ha
vulnerauerant eum Syri in Ramoth prelíantem contra Hazael regem Sy zael.
rie. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit inuisere Ioram
filium Achab in Iezrahel, quia egrotabat ibi.

CAP. IX.

A

ELiseus autem propheta vocauit vnum de filijs prophetarum, & Iehu vngit
ait illi, Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in ma in regem Is
nu tua, & vade in Ramoth Galaad. Quumque veneris illuc, videbis rael.
Iehu filium Iosaphat filij Namsi: & ingressus suscitabis eum de medio 3.Reg.19.c
fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum. Tenensque lenti Fuga.
culam olei, fundes super caput eius, & dices, Hec dicit dominus, Vnxi
te regem super Israel. Aperiesque ostium, & fugies, & non ibi subsistes.
Abijt ergo adolescens puer prophete in Ramoth Galaad, & ingressus
est illuc: ecce autem principes exercitus sedebant, & ait, Verbum mihi
* derelictum ad te ô princeps. Dixitque Iehu, Ad quem ex omnibus nobis? At ille di B
* eloquium ei*. xit, Ad te ô princeps. Et surrexit, & ingressus est cubiculum: at ille fudit
LXX, garruli oleum super caput eius, & ait, Hec dicit dominus deus Israel, Vnxi te
tatem eius (.i. qd regem super populum domini Israel, & percuties domum Achab do Iezabel.
soleat effutire) mini tui: & vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum, & san 3.Reg.21.e
* subter eum sup guinem omnium seruorum domini de manu Iezabel. Perdamque om Achab.
fastigium gradu nem domum Achab: & interficiam de Achab mingentem ad parie 3.Reg.15.g
um (.i. supmum tem, & clausum, & *nouissimum* in Israel. Et dabo domum Achab, si 3.Reg.16.a
e gradib* mo cut domum Ieroboam filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Ahia. Ie
re regio vice zabel quoque comedent canes in agro Iezrahel, nec erit qui sepeliat eam.
throni vestib* Aperuitque ostium & fugit. Iehu autem egressus est ad seruos domi
superpositus. ni sui: qui dixerunt ei, Recténe sunt omnia? quid venit insanus iste ad
Chald. interp. te? Qui ait eis, Nostis hominem, & *quid locutus sit.* At ille respon C
subter eum ad derunt, Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis, Hec & hec lo Iehu interfi
gradum hora qutus est mihi: & ait, Hec dicit dominus, Vnxi te regem super Israel. cit Ioram re
.i. horologium Festinauerunt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum posuerunt *sub gem Israel, &
solare) pedibus eius, in similitudinem tribunalis,* & cecinerunt tuba, atque dixe Ochoziam re
* seruauerat runt, Regnauit Iehu. Coniurauit ergo Iehu filius Iosaphat filij gem Iuda.
(ne caperetur Namsi contra Ioram: porrò Ioram *obsederat* Ramoth Galaad, ip Supra 8.g.
ab Hazael) se & omnis Israel contra Hazael regem Syrie: & reuersus fuerat, vt cu

raretur in Iezrahel, propter vulnera, quæ percusserant eũ Syri, præliantẽ contra Hazael regem Syriæ. Dixitq; Iehu, Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nuntiet in Iezrahel. Et ascen-
D dit, & profectus est in Iezrahel: Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex
Supra. 8. g. Iuda descenderat ad visitandũ Ioram. Igitur speculator qui stabat super turrim Iezrahel, vidit globũ Iehu venientis, & ait, Video ego globũ. Dixitq; Ioram, Tolle currũ, & mitte in occursus eorum, & dicat vadẽs, Rectene sunt oĩa? Abiit ergo qui ascenderat currum, in occursum eius, & ait, Hæc dicit rex, Paccatáne sunt oĩa? Dixitq; Iehu, Quid tibi & paci? transi, & sequere me. Nuntiauit quoq; speculator, dicens, Venit nuntius ad eos, & non reuertitur. Misit etiã currũ equorum secundũ: venitq; ad eos, & ait, Hæc dicit rex, Nunquid pax est? Et ait Iehu, Quid tibi & paci? transi, & sequere me. Nuntiauit aũt speculator, dicens, Venit vsq; ad eos, & nõ reuertit: est aũt incessus quasi incessus Iehu filij Nãsi,
E præceps enĩ gradit. Et ait Ioram, Iũge currũ. Iũxitq; currũ eius, & egressus ẽ Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda, singuli in curribus suis, egressiq; sunt in occursum Iehu, & inuenerunt eũ in agro Naboth Iezrahelitæ. Quumq; vidisset Ioram Iehu, dixit, Pax est Iehu? At ille respondit, Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. Cõuertit aũt Ioram manũ suam, & fugiens ait ad Ochoziã, Insidiæ Ochozia. Porrò Iehu tetendit arcũ manu, & percussit Ioram inter scapulas: & egressa est sagitta per cor eius, statimq; corruit in curru suo. Dixitq; Iehu ad Badacer ducem, Tolle, projice eum in agro Naboth Iezrahelitæ: memini enim quñ ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem huius, quod dñs onus hoc leuauerit super
F eum, dicens, Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius,
3. Reg. 21. f quem vidi heri, ait dominus, reddã tibi in agro isto dicit dñs. Nunc ergo tolle, & projice eum in agrum iuxta verbũ dñi. Ochozias aũt rex Iuda videns hoc, fugit per viam domus horti: persecutusq; est eum Iehu, & ait, Etiam hunc percutite in curru suo. Et percusserunt eũ in ascensu Gur qui est iuxta Ieblaam: qui fugit in Mageddo, & mortuus ẽ ibi. Et imposuerunt eum serui eius super currum suum, & tulerunt in Ierusalem: sepelierũtq; eum in sepulchro cũ patribus suis in ciuitate Dauid. Anno vndecimo Iorã filij Achab regis Israel, regnauit Ochozias super Iudam venitq; Iehu in Iezrahel. Porro Iezabel introitu
Præcipitata Iezabel, moritur. eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suũ, & respexit per fenestrã ingredientem Iehu per portam, & ait, Nunquid pax pôt esse
G Zambri, qui interfecit dominum suum? Leuauitq; Iehu faciem suam
3. Reg. 16. c ad fenestram, & ait, Quæ est ista? Et inclinauerunt se ad eũ duo vel tres eunuchi. At ille dixit eis, Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam, aspersusq; est sanguine paries, & equorũ vngulæ conculcauerunt eam. Quumq; introgressus esset vt comederet, biberetq;, ait, Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam: quia filia regis est. Quumq;
Comedit a canibus iuxta vbũ dei. issent, vt sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariã, & pedes, & summas manus. Reuersiq; nuntiauerunt ei. Et ait Iehu, Sermo domini
3. Reg. 21. f. est, quem loquutus est per seruũ suum Eliam Thesbiten, dicens, In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel, & erunt carnes Iezabel, sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes dicãt,
A Hæccine est illa Iezabel?

CAPVT X.

Iehu occidit. 70. filios Achab, & omnem domus Achab vt cõpleret vbũ domini.

Erant aũt Achab septuaginta filij in Samaria: scripsit ergo Iehu literas, & misit in Samariam ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens, Statim vt acceperitis literas has, qui habetis filios domini vestri, & currus & equos, & ciuitates firmas, & arma, eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filijs dñi vestri, & eum ponite super solium patris sui, & pugnate pro domo dñi vestri. Timuerunt illi vehementer, & dixerunt, Ecce duo reges nõ potuerũt

transfuga
equitantem
Num ẽ pax?
equum,
Num ẽ pax?
equitatem
furiose
impleuit manũ suam arcu. Heb. p, traxit arcũ totis viribus suis.
partem agri
vel, mom. tu
equitabam⁹ copulati (vel sociati & adhærẽtes) ipsi
vel prophetiam hanc
pax zambri (.i. nunqd bñ cessit zabri &c.)
Quis mecũ? quis? .i. qs a me stat & mihi fauet?
respexerunt
aspersitq; sanguine parietẽ & equos, & conculcauit
palmas manuum
nõ (.i. nõ poterit agnosci.)
(.i. q nutriebãt Achab ab infantia, hoc ẽ consiliarios qui erant sup negotia regni)

Miserunt ergo
stare coram eo, & quomodo nos valebimus resistere?
go prepositi domus, & prefecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritij, ad
Iehu, dicentes, Serui tui sumus, quecunque iusseris faciemus, nec consti- B
tuemus nobis regem: quecunque tibi placent, fac. Rescripsit autem eis
literas secundò, dicens, Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita fi-
liorum domini vestri, & venite ad me hac eadem hora cras in Iezrahel.
Porrò filij regis septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutrieban-
tur. Quumque venissent litere ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt
septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt
ad eum in Iezrahel. Venit autem nuntius, & indicauit ei, dicens, Attu-
lerunt capita filiorum regis. Qui respondit, Ponite ea ad duos aceruos
iuxta introitum porte vsque mane. Quumque diluxisset egressus est, &
stans dixit ad omnem populum, Iusti estis: si ego coniuraui contra do- 4.Reg.11.g
minum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos? Videte ergo C
nunc quoniam non cecidit de sermonibus domini in terram, quos lo-
cutus est dominus super domum Achab, & dominus fecit quod lo-
cutus est in manu serui sui Elie. Percussit igitur Iehu omnes qui re-
liqui erant de domo Achab in Iezrahel, & vniuersos optimates eius &
notos & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquie. Et surre- Occidit & 42. fres Ochozię regis.
xit, & venit in Samariam: quumque venisset ᵃad cameram pastorum,ᵃ
in via inuenit fratres Ochozie regis Iuda, dixitque ad eos, Quinam
estis vos? Qui responderunt, Fratres Ochozie regis sumus, & descen-
dimus ad salutandos filios regis, & filios regine. Qui ait, Comprehen
dite eos viuos. Quos quum comprehendissent viuos, iugulauerunt
eos in cisterna ᵇiuxta cameram,ᵇ quadragintaduos viros, & non reli-
quit ex eis quenquam. Quumque abijsset inde, inuenit Ionadab fi-
lium Rechab in occursum sibi, & benedixit ei. Et ait Iehu ad eum, D
Nunquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? Et ait
Ionadab, Est. Si est, inquit: da mihi manum tuam. Qui dedit ei ma-
num suam. At ille leuauit eum ad se in currum, dixitque ad eum, Ve-
ni mecum, & vide zelum meum pro domino. Et impositum curru
suo, duxit in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de A-
chab in Samaria, ᶜvsque ad vnum,ᶜ iuxta verbum domini quod lo-
cutus est per Eliam. Congregauit ergo Iehu omnem populum, &
dixit ad eos, Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum am-
plius. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & vniuersos seruos eius, &
cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me: nullus sit qui non veniat, sa-
crificium enim grande est mihi Baal: quicunque defuerit, non viuet.
Porrò Iehu faciebat hoc insidiose, vt disperderet cultores Baal. Et di-
xit, Sanctificate diem solennem Baal. ᵈVocauitque,ᵈ & misit ᵉin vni-
uersos terminos Israel, & venerunt cuncti serui Baal: non fuit residuus
ne vnus quidem qui non veniret. Et ingressi sunt templum Baal: &
repleta est domus Baal, à summo vsque ad summum. Dixitque his qui
preerant super vestes, Proferte vestimenta vniuersis seruis Baal. Et
protulerunt eis vestes. Ingressusque Iehu, & Ionadab filius Rechab tem
plum Baal, ait cultoribus Baal, Perquirite, & videte ne quis fortè vo-
biscum sit de seruis domini, sed vt sint serui Baal soli. Ingressi sunt igi
tur vt facerent victimas & holocausta: Iehu autem preparauerat si-
bi foris octoginta viros, & dixerat eis, Quicunque fugerit de homi-
nibus his quos ego adduxero in manus vestras, aia eius erit pro ani-
ma illius. Factum est autem: quum completum esset holocaustum, F
precepit Iehu ᶠmilitibusᶠ & ducibus suis, Ingredimini, & percutite
eos, nullus ᵍeuadat.ᵍ Percusseruntque eos in ore gladij, & proiecerunt
milites & duces: & ierunt in ciuitatem templi Baal, & protulerunt sta-
tuam de phano Baal, & combusserunt, & comminuerunt eam. De-
struxerunt quoque edem Baal, & fecerunt pro ea latrinas vsque in hodiernum diem. Iehu.

ᵃ ad domũ alligationis pastorũ (.i. vbi pastores alligatas pecudes tondebant. LXX, & ipse erat in via Bethacad pastorũ, & inuenit &c.)
ᵇ vbi domus tonsionis (vide paulo añ)
ᶜ donec deleret eum
ᵈ & vocate,
ᵉ Iehu
ᶠ cursoribus (vl satellitib⁹) & infra.
ᵍ egrediatur.

Ionadab filius Rechab pius, insigit ipi Iehu ad delẽdã idololatriam.

Oẽs sacerdotes Baal, astutia Iehu interficiunt
3.Reg.16.g
B.

Deus Baal cõminuitur & eius templo cloacas facit Iehu.

diem hanc. Deleuit itaq; Iehu Baal de Israel: veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, nõ recessit, nec ²dereliqt vitulos aureos⁾ qui erant in Bethel & in Dan. Dixit autem dominus ad Iehu, Quia studiose egisti qđ rectum erat & placebat in oculis meis, ²& omnia⁾ quę erant in corde meo fecisti contra domum Achab: filij
G tui vsq; ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Porrò Iehu non custodiuit vt ambularet in lege domini dei Israel in toto corde suo: non enim recessit à peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Israel. In diebus illis cœpit dominus ²tędere⁾ super Israel: percussitq; eos Hazael in vniuersis finibus Israel, à Iordane cõtra orientalem plagam, omnem terram Galaad & Gad & Ruben & Manasse, ab Aroer quę est super torrentem Arnon, & Galaad & Basan. Reliqua autem verborum Iehu, & vniuersa quę fecit, & fortitudo eius, nónne hęc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? Et dormiuit Iehu cum patribus suis, sepelieruntq; eum in Samaria: & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies autem quos regnauit Iehu super Israel, viginti & octo anni sunt in Samaria.

CAPVT XI.

A Athalia verò mater Ochozię, videns mortuũ filiũ suum, surrexit, & interfecit omne semẽ regium. Tollens aũt Iosába filia regis Iorã, soror Ochozię, Ioas filiũ Ochozię, furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebãtur, & nutricem eius de triclinio: & abscõdit eum à facie Athalię, vt nõ interficeretur. Eratq; cum ea sex annis clam in domo dñi: porrò Athalia regnauit sup terram. Anno aũt septimo misit Ioiada, & assumens cẽturiones, *& ²milites⁾ introduxit ad se in templum dñi, pepigitq; cũ eis fœdus: & adiurãs eos in domo dñi, ostendit eis filium regis, & pcepit illis, dicẽs, ²Iste est sermo,⁾ quem facere debetis. Tertia pars vestrum introeat sabbatho, & obseruet excubias domus regis. Tertia aũt pars sit ad portã Sur: & tertia pars sit ad portã quę est post ²habitaculũ scutariorum:⁾ & custodietis excubias domus Messa. Duę verò
B rò partes è vobis oẽs egredientes sabbatho custodiãt excubias domus dñi circa regem. Et vallabitis eum, habentes arma in manibus vestris: si qs aũt ingressus fuerit ²septũ templi,⁾ interficiatur: eritisq; cum rege introeunte, & egrediente. Et fecerunt centuriones iuxta oĩa quę pręceperat eis Ioiada sacerdos: & assumentes singuli viros suos, qui ingrediebãtur ad sabbathum cũ his qui egrediebantur è sabbatho, venerunt ad Ioiadam sacerdotem. Qui dedit eis hastas, & arma regis Dauid, q erant in domo dñi. Et steterunt singuli habentes ²arma⁾ in manu sua à parte templi dextera, vsque ad partem sinistram altaris, & ędis circum regem. Produxitq; filium regis, & posuit super eum diadema &
C ²testimonium:⁾ feceruntq; eum regem, & vnxerunt: & plaudentes manu dixerunt, Viuat rex. Audiuit autem Athalia vocem populi currentis: & ingressa ad turbas in templum domini, vidit regem stantem ²super tribunal⁾ iuxta morem, & ²cantores⁾ & tubas prope eum, omnemq; populum terrę lętantem, & canentem tubis: & scidit vestimenta sua, clamauitq;, Cõiuratio, coniuratio. Pręcepit aũt Ioiada sacerdos centurionibus qui erant super exercitum, & ait eis, Educite eam extra septa templi, & quicunq; eam sequutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos, Non occidatur in templo domini. ²Imposueruntq; ei manus,⁾ ²& impegerunt eam⁾ per viam introitus equorum, ²iuxta palatium,⁾ & interfecta est ibi. Pepigit ergo Ioiada fœdus inter domi-
D num & regem, & inter populum, vt esset populus domini, & inter regem & populum. Ingressusq; est omnis populus terrę templum Baal, & destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt valide: Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo domini. Tulitq; centuriones, & ²Cerethi & Phelethi legiones,⁾ & omnem populum terrę, deduxeruntq; regem de domo domini

Mercedẽ temporalẽ dat deus ipsi Iehu.
Infra. 15.c.
Israel percutitur ab Hazael.
Iehu morit. Succedit Ioachaz.
Athalia interficit oẽ semen regiũ.
2. Par. 22. d.
Ioas filius Ochozię, absconditur.
Ioas fit rex.
2. Par. 23. a.
Occidit Athalia.
Fœdus iter deũ, & Ioas, & pplm qđ colituri eẽnt posthac deum. Mathã sacerdos Baal, iterficit.

² a vitulis aureis
² secundũ oĩa
² excidere (vel, excisionẽ facere,) Chald. interp. irasci
* duces
² cursores (vel, satellites)
² Istud est qđ
² cursores (vel, satellites)
² septa (vel àcies. Chal. ĩterp. in mediũ ordinis. i. in mediũ ordinis custodię vestrę.) & infra.
² vel clypeos
² vel ornamentum:
² iuxta columnam
² principes
² vel, dederunt ei locum,
² & venit
² domus regię,
² duces, & cursores,

mo domini: & venerunt per viam portæ scutariorum in palatium, & sedit super thronum regum. Lætatusq; est omnis populus terræ, & ciuitas conquieuit. Athalia autem occisa est gladio in domo regis. Septemque annorum erat Ioas, quum regnare cœpisset.

CAPVT XII.

A

Anno septimo Iehu regnauit Ioas: quadraginta annis regnauit in Ierusalē. nomen matris eius Sebia de Bersabee. Fecitq; Ioas rectū coram domino cunctis diebus quibus docuit eum Ioiada sacerdos. Verumtamen excelsa non abstulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excelsis incensum. Dixitq; Ioas ad sacerdotes, Omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerat in templum domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum domini: accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suum, & instaurent sartatecta domus, si quid necessarium viderint instauratione. Igitur vsque ad vicesimumtertiū annum regis Ioas, non instaurauerunt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitq; rex Ioas Ioiadam pontificem & sacerdotes, dicens eis, Quare sartatecta non instauratis templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam. Prohibitiq; sunt sacerdotes vltrà accipere pecuniā à populo, & instaurare sartatecta domus.

B

Et tulit Ioiada pontifex gazophylacium vnum, aperuitq; foramen desuper, & posuit illud iuxta altare ad dextram ingredientium domū domini, mittebantq; in eo sacerdotes qui custodiebāt ostia, omnem pecuniam quæ deferebatur ad templum domini. Quūq; viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendebat scriba regis & pontifex, effundebantq;, & numerabant pecuniam quæ inueniebatur in domo domini: & dabant eam iuxta numerum atque mensuram in manu eorum qui præerant cæmentarijs domus domini: qui impendebant eam in fabris lignorum, & in cæmētarijs ijs qui operabātur in domo domini, & sartatecta faciebant: & in ijs qui cædebant saxa, & vt emerent ligna & lapides qui excidebantur: ita vt impleretur instauratio domus domini in vniuersis quæ indigebant expensa ad muniendam domum. Verūtamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi domini, & fuscinulæ & thuribula & tubæ, & omne vas aureum & argenteum, de pecunia quæ inferebatur in templum domini: ijs enim qui faciebant opus, dabatur, vt instauraretur templum domini: & non fiebat ratio ijs hominibus qui accipiebant pecunias vt distribuerent eam artificibus, sed in fide tractabant eam. Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis, non inferebant in templum domini, quia sacerdotum erat.

C

D

Tunc ascendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat contra Geth, cepitq; eam: & direxit faciem suam vt ascenderet in Ierusalem. Quam ob rem tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quæ consecrauerant Iosaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipse obtulerat: & vniuersum aurum quod inueniri potuit in thesauris templi domini, & in palatio regis: misitq; Hazaeli regi Syriæ, & recessit ab Ierusalem. Reliqua autem sermonum Ioas, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Surrexerunt autē serui eius, & coniurauerunt inter se, percusseruntq; Ioas in domo Mello in descensu Sella. Iozachar nanque filius Semaath, & Iozabad filius Somer serui eius, percusserunt eum & mortuus est: & sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid, regnauitq; Amasias filius eius pro eo.

CAPVT XIII.

A

Anno vicesimotertio Ioas filij Ochoziæ regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu super Israel in Samaria decē & septem annis. Et fecit malum coram domino, secutusq; est peccata Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, & non declinauit ab eis. Iratusq; est furor

Ioas pius, quæ docet Ioiada sacerdos.

Iubet Ioas sacerdotes instaurare diruta templi.

Ioas, sacerdotibus nō curātib' templū instaurari curat ipse.

Hazael, accepta grādi pecunia à Ioas, recedit ab Ierusalem

Ioas interficitur a duob' seruis suis. Succedit Amasias.

Ioachas est pplo Israel tradit autem in manus Syrorum.

cursorum

id est, quæ sanctificabat & dicabat in vsus templi dñi)

vel, singuli a noto suo,

rimas (vel loca fracta & diruta) &c.

Consenserūtque sacerdotes non

arcaȝ cuiusdā (vnius) &c.

ligabant (vel signabāt id est argēti qd no erat signatū, curabant illud signari, quo possent artifices emere ligna & cætera necessaria)

domini

cratereȝ argenteȝ

psalteria, pelues

exposcebatur ratio ab

domini contra Israel, & tradidit eos in manu Hazahel regis Syriç, &
Orante rege in manu Benadad filij Hazael cunctis diebus. Deprecatus est autem
ge, liberat Ioachaz faciem domini, & audiuit eum dominus: vidit enim angu-
eos deus. stiam Israel, quia attriuerat eos rex Syriç: & dedit dominus saluatorem
Israeli, & liberatus est de manu regis Syriç: habitaueruntq; filij Israel in
tabernaculis suis, sicut heri & nudiustertius. Veruntamen non recesserũt
à peccatis domus Ieroboam, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambu-
B laueruntsiquidem & lucus permansit in Samaria. Et non sunt derelĩ-
cti Ioachaz de populo, nisi quinquaginta equites, & decem currus, &
decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriç, & redegerat quasi
puluerem in tritura areç. Reliqua autem sermonum Ioachaz, & vni-
Mortuo uersa quę fecit, & fortitudo eius, nónne hęc scripta sunt in libro sermo-
Ioachaz, num dierum regum Israel? Dormiuitq; Ioachaz cum patribus suis, &
succedit Io- sepelierunt eum in Samaria: regnauitq; Ioas filius eius pro eo. An-
as filius. no tricesimoseptimo Ioas regis Iuda regnauit Ioas filius Ioachaz
super Israel in Samaria sedecim annis, & fecit quod malum est in con-
Ioas more spectu domini: nõ declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Na-
suo regnat bat, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauit. Reliqua autem ser-
Ieroboam. monum Ioas, & vniuersa quę fecit, & fortitudo eius, quomodo pugna-
C uerit contra Amasiam regem Iuda, nónne hęc scripta sunt in libro ser-
Eliseº ęgro monum dierum regum Israel? Et dormiuit Ioas cum patribus suis:
tus pdicit re Ieroboam autem sedit super solium eius. Porrò Ioas sepultus est in
gi Ioas quo Samaria cum regibus Israel. Eliseus autem ęgrotabat infirmitate,
ties victor qua & mortuus est: descenditq; ad eum Ioas rex Israel, & flebat coram
futurus est eo, dicebatq;, Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Et ait illi
ptra Syros. Eliseus, Affer arcum & sagittas. Quumq; attulisset ad eum arcum &
sagittas, dixit ad regem Israel, Pone manum tuã super arcum. Et quũ
posuisset ille manum suã, superposuit Eliseus manus suas manibus re-
gis, & ait, Aperi fenestram orientalem. Quumq; aperuisset, dixit Eli-
seus, Iace sagittam. Et iecit. Et ait Eliseus, Sagitta salutis domini, & sa-
gitta salutis contra Syriam: percutiesq; Syriam in Aphec, donec consu-
mas eam. Et ait, Tolle sagittas. Qui quum tulisset, rursum dixit ei, Per-
D cute iaculo terrã. Et quum percussisset tribus vicibus, & stetisset, iratus
Moritur est vir dei contra eũ, & ait, Si percussisses quinquies, aut sexies, siue se-
Eliseus. pties, percussisses Syriã vsque ad cõsummationẽ: nunc autem tribus vici-
Ad ptactuz bus percuties eũ. Mortuus est ergo Eliseus, & sepelierunt eũ. Latrun- Castra (vel exercitus)
ossiũ Eliç, culi autem de Moab venerunt in terrã in ipso anno. Quidã autem sequenti
suscitatur sepelientes hominem, viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in Sic legunt ve-
mortuus. sepulchrum Elisei. Quod quum tetigit ossa Elisei, reuixit homo, & tera psentientia.
Eccli. 48.b stetit super pedes suos. Igitur Hazael rex Syriç afflixit Israel cun- bus hebręis.
Promissio- ctis diebus Ioachaz: & misertus est dominus eorum, & reuersus est ad qđ ambulauit,
nũ suarũ me eos propter pactum suum quod habebat cum Abrahã & Isaac & Ia- & tetigit ossa
mor miseretur deus. cob: & noluit disperdere eos, neque proijcere penitus vsq; in pręsens tẽ- Elisei, & reuixit.
pus. Mortuus est autem Hazael rex Syriç, & regnauit Benadad filius
Hazael rex eius pro eo. Porrò Ioas filius Ioachaz, tulit vrbes de manu Benadad
Syriç morit filij Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure pręlij: tribus
regnat Be- vicibus percussit eum Ioas, & reddidit ciuitates Israel.
nadad pro eo.

CAPVT XIIII.

A IN anno secundo Ioas filij Ioachaz regis Israel regnauit Amasias
Amasias filius Ioas regis Iuda. viginti quinque annorum erat quũ regnare
rex Iuda cœpisset: viginti autẽ & nouẽ annis regnauit in Ierusalẽ. nomen matris
interficit oc eius Ioadã de Ierusalem. Et fecit rectũ corã dño, verũtamẽ non vt Da-
cisores pa- uid pater eius, iuxta oĩa quę fecit Ioas pater suus fecit: nisi hoc tantum
tris sui. qđ excelsa nõ abstulit: adhuc.n. populus adolebat & immolabat in excel- abstulerant
4.par.25.a. sum in excelsis. Quũq; obtinuisset regnũ, percussit seruos suos qui inter-
B fecerant regẽ patrem suũ: filios autem eorum qui occiderant, nõ occi-

in quo — dit, iuxta quod scriptum est in libro legis Moysi, sicut præcepit domi Deu.24.c
nus, dicens, Non morientur patres pro filijs, neque filij morient pro pa Ezech.18.c
tribus: sed vnusquisq; in peccato suo morietur. Ipse percussit Edom in Amasias B
Sela (nomen vrbis.) — valle Salinarum decem millia, & apprehendit Petram in prælio, vo- tulit Edom
cauitq; nomen eius Iectheel, vsq; in præsentem diem. Tūc misit Ama Capitur a
sias nuntios ad Ioas filium Ioachaz, filij Iehu regis Israel, dicens, Ioa rege
Veni, & videamus nos. Remisitq; Ioas rex Israel ad Amasiam regem Israel.
Iuda, dicens, Carduus Libani misit ad cedrum, qui est in Libano, di- C
cens, Da filiam tuam filio meo vxorem. Transieruntq; bestiæ saltus,
quę sunt in Libano, & conculcauerunt carduum. Percutiēs inualuisti su
per Edom, & subleuauit te cor tuū: contentus esto gloria, & sede in do
mo tua: quare prouocas malum, vt cadas tu & Iudas tecum? Et nō ac-
quieuit Amasias: ascēditq; Ioas rex Israel, & viderunt se, ipse & Ama
sias rex Iuda in Bethsámes oppido Iudę. Percussusq; est Iuda coram
Israel, & fugerunt vnusquisq; in tabernacula sua. Amasiam verò re-
gem Iuda filium Ioas filij Ochozię cepit Ioas rex Israel in Bethsā-
mes, & adduxit eum in Ierusalem: & interrupit murum Ierusalē, à por D
ta Ephráim vsq; ad portam anguli, quadringentis cubitis. Tulitq; Diripitur a
omne aurum & argentum, & vniuersa vasa quę inuenta sunt in domo Ioa tēplum
filios — domini, & in thesauris regis, & obsides, & reuersus est in Samariam. domini.
Reliqua aūt verborum Ioas quę fecit, & fortitudo eius qua pugnauit Ioas moritur.
contra Amasiam regem Iuda, nōnne hęc scripta sunt in libro sermo- Succedit Ie
num dierū regū Israel? Dormiuitq; Ioas cū patribus suis, & sepultus roboā filius
est in Samaria cum regibus Israel: & regnauit Ieroboam filius eius p eius.
eo. Vixit autē Amasias filius Ioas rex Iuda, postquam mortuus est E
quindecim — Ioas filius Ioachaz regis Israel viginti quinque annis. Reliqua aūt
sermonum Amasię, nōnne hęc scripta sunt in libro sermonum dierū
regum Iuda? Factaq; est contra eum coniuratio in Ierusalem: at ille Occiditur
fugit in Lachis. Miseruntq; post eum in Lachis, & interfecerunt eum Amasias.
ibi. Et asportauerunt in equis, sepultusq; est in Ierusalem cum patri- Azarias fi-
bus suis in ciuitate Dauid. Tulit autē vniuersus populus Iudę Azariam lius ei9 cōsti
annos natum sedecim, & constituerunt eum regem pro pre eius tuitur rex
Amasia. Ipse ędificauit Ailam, & restituit eam Iudę, postquam dor- F
miuit rex cum patribus suis. Anno quintodecimo Amasię filij Ioas 2.par.26.a.
regis Iuda, regnauit Ieroboā filius Ioas regis Israel in Samaria qua Per Iero-
draginta & vno anno: & fecit quod malū est coram dn̄o. Non recessit boā libera-
ab omnibus peccatis Ieroboā filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Ipse uit de9 Israe
restituit terminos Israel ab introitu Emath, vsque ad mare solitudi- lem ab affli
nis, iuxta sermonem domini dei Israel, quem loquutus est per seruum ctionibus.
vel, Gethhepher. — suum Ionam filium Amathi prophetam qui erat de Geth quę est in
Hepher. Vidit.n. dominus afflictionem Israel amaram nimis, & qd G
derelictos, — consumpti essent vsq; ad clausos carcere & extremos, & non esset qui
auxiliaretur Israeli. Nec loquutus est dn̄s vt deleret nomē Israel de sub
cœlo, sed saluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas. Reliqua autē ser
monum Ieroboā, & vniuersa quę fecit, & fortitudo eius qua prœliatus
est, & quomodo restituit Damascum, & Emath Iudę in Israel: nōnne Zacharias
hęc scripta sunt in libro sermonū dierum regum Israel? Dormiuitq; succedit Ie-
Ieroboam cum patribus suis regibus Israel, & regnauit Zacharias fi- roboam pa-
lius eius pro eo. tri suo.

CAPVT X.

ANno vicesimoseptimo Ieroboam regis Israel regnauit Azarias fi A
lius Amasię regis Iuda. Sedecim annorū erat, cū regnare cœpis- Azarias rex
set, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem: nomen ma- Iuda, lepro
rectum — tris eius Iechelia de Ierusalem. Fecitq; quod erat placitum coram do- sus.
mino, iuxta omnia quę fecit Amasias pater eius. Verūtamen excelsa
abstulerunt; — non est demolitus: adhuc populus sacrificabat, & adolebat incensum
in excelsis. Percussit autem dominus regem, & fuit leprosus vsque 2.par.26.d.

B in diem mortis suę, & habitabat in domo ['] libera seorsum: Ioatham
vero filius regis gubernabat palatium, et iudicabat populum terrę.
Reliqua autem sermonum Azarię, & vniuersa quę fecit, nonne hęc
scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Et dormiuit Aza-
rias cum patribus suis: sepelieruntq; eum cum maioribus suis in ciui-
tate Dauid, et regnauit Ioathã filius eius pro eo. Anno tricesimoocta-
uo Azarię regis Iudę, regnauit Zacharias filius Ieroboa3 sup Israel
in Samaria sex mensibus: et fecit qđ malũ est corã dño, sicut fecerãt pres
eius: nõ recessit à peccatis Ieroboã filij Nabat qui peccare fecit Israel.
Coniurauit autẽ contra eum Sellum filius Iabes: percussitq; eum ['] pa-
C lam, et interfecit, regnauitq; pro eo. Reliqua autem verborũ Zacha-
rię, nonne hęc scripta sunt in libro sermonum dierũ regum Israel? Iste
est sermo dñi quem loquutus est ad Iehu, dicens. Filij tui vsq; ad quar-
tam generationẽ sedebunt de te super thronum Israel. Factumq; est
ita. Sellum filius Iabes regnauit tricesimonono anno Azarię regis
Iudę: regnauit autem vno mense in Samaria. Et ascendit Manahem
filius Gadi de Thersa: venitq; in Samariam, & percussit Sellum filium
Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnauitq; pro eo. Reliqua autem
verborum Sellum, et coniuratio eius, ['] per quã tetendit insidias: nõne
hęc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Tunc percus-
D sit Manahẽ Thapsa, et omnes qui erant in ea, et terminos eius de Ther-
sa, noluerant enim aperire ei: et interfecit oẽs pręgnantes eius, & scidit
eas. Anno tricesimonono Azarię regis Iudę regnauit Manahem fi-
lius Gadi super Israel decem annis in Samaria. Fecitq; quod erat ma-
lum coram dño: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui pec-
care fecit Israel, cunctis diebus eius. Veniebat Phul rex Assyriorum in
terram, et dabat Manahem * Phul mille talẽta argẽti, vt esset ei in au-
xilium, & firmaret regnum eius. Indixitq; Manahem argentum super
Israel cunctis potentibus, et diuitibus, vt daret regi Assyriorum quin-
quaginta siclos argenti per singulos. reuersusq; est rex Assyriorum, &
E non est moratus in terra. Reliqua autem sermonũ Manahem, & vni-
uersa quę fecit, nõnne hęc scripta sunt in libro sermonum dierum re-
gum Israel? Et dormiuit Manahem cũ patribus suis: regnauitq; Pha-
ceia filius eius pro eo. Anno quinquagesimo Azarię regis Iudę
regnauit Phaceia filius Manahem super Israel in Samaria biennio: et
fecit quod erat malum coram domino: non recessit à peccatis Iero-
boam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Coniurauit autem aduersus
eum Phacee filius Romelię dux eius, et percussit eu3 in Samaria in ['] tur-
re domus regię iuxta Argob, et iuxta Arie: & cum eo quinquaginta
viros de filijs Galaaditarum, et interfecit eum, regnauitq; pro eo. Re-
liqua autem sermonum Phaceia, et vniuersa quę fecit, nõnne hęc scri-
pta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Anno quinqua-
gesimo secundo Azarię regis Iudę, regnauit Phacee filius Romelię
F super Israel in Samaria viginti annis. Et fecit quod erat malum corã
domino: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit
Israel. In diebus Phacee regis Israel vẽit Theglathphalasar rex Assur,
et cepit Aion, et Abel, ['] domum Maacha, et Ianoe, et Cedes, et Asor, &
Galaad, et Galilęam, et vniuersam terram Nephthali: & transtulit eos
in Assyrios. Coniurauit autem, et tetendit insidias Osee filius Ela con-
tra Phacee filium Romelię, et percussit eum, et interfecit: regnauitq; p
eo vicesimo anno Ioatham filij Ozię. Reliqua autem sermonũ Pha-
cee, & vniuersa quę fecit, nõnne hęc scripta sunt in libro sermonum
dierum regum Israel? Anno secundo Phacee filij Romelię regis
Israel, regnauit Ioatham filius Ozię regis Iuda. Viginti quinque
annorum erat, quum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in
G Ierusalem: nomen matris eius, Ierusa filia Sadoc. Fecitq; quod erat

Mortuo Azarias, pro quo regnat Ioatham.
Zacharias occiditur a Sellum.
Promissio facta Iehu, impleta.
Supra.10.f.
Sellum regnat p Zacharia.
Sellum interficit a Manahem.
Thapsa ciuitas percutitur.
Pregnãtes occisę.
Manahem rex Israel.
Mortuo Manahem succedit Phaceia
Phaceia interficitur a Phacee.
Phacee rex Israel.
Phacee interficit ab Osee.
Ioathã rex Iuda.
2.par.27.a

['] id est, solitaria et separata ab alijs domibus.
['] coram pplo
['] qua coniurauit
* ipsi
['] palatij
['] Bethmaacha

placitum coram domino: iuxta omnia quę fecerat Ozias pater suus, operatus est. Verumtamen excelsa non abstulit: adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis: ipse ędificauit portam domus domini sublimissimam. Reliqua autem sermonum Ioatham, & vniuersa quę fecit, nonne hęc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? In diebus illis cœpit dominus mittere in Iudam Rasin regem Syrię, & Phacee filium Romelię. Et dormiuit Ioatham cum patribus suis, sepultusq; est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, & regnauit Achaz filius eius pro eo.

A Mortuo Ioathā succedit Achaz.

CAPVT XVI.

Anno decimoseptimo Phacee filij Romelię, regnauit Achaz filius Ioatham regis Iuda. Viginti annorum erat Achaz, quum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem: non fecit qđ erat placitum in conspectu domini dei sui, sicut Dauid pater eius. Sed ambulauit in via regum Israel: insuper & filium suum consecrauit, transferens per ignem secundum idola gentium, quę dissipauit dominus coram filijs Israel. Immolabat quoq; victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno ᵃfrondoso.) Tunc ascendit Rasin rex Syrię, & Phacee filius Romelię rex Israel in Ierusalem ad pręliandum: quumq; obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum. In tempore illo restituit Rasin rex Syrię Ailam Syrię, & eiecit Iudęos de Aila: & Idumęi venerunt in Ailam, & habitauerunt ibi vsque in diem hanc. Misit autem Achaz nuntios ad Theglathphalasar regem Assyriorum, dicens, Seruus tuus, & filius tuus ego sum: ascēde, & saluum me fac de manu regis Syrię, & de manu regis Israel, qui consurrexerunt aduersum me. Et quum collegisset Achaz argentum & aurum quod inueniri potuit in domo domini, & in thesauris regis, misit regi Assyriorum munera. Qui & acquieuit voluntati eius: ascēdit enim rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam: & transtulit habitatores eius Cyrenen, Rasin autem interfecit. Perrexitq; rex Achaz in occursum Teglathphalasar regi Assyriorum in Damascū. quumq; vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Vriam sacerdotem exemplar eius, & similitudinem iuxta omne opus eius. Extruxitq; Vrias sacerdos altare: iuxta omnia quę ᵇpręceperat rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos Vrias, donec veniret rex Achaz de Damasco. Quumq; venisset rex de Damasco, vidit altare, & ᶜveneratus est illud: ascenditq;, ᵈ& immolauit holocausta, & sacrificium suum, & libauit libamina, & fudit sanguinem pacificorum, quę obtulerat super altare. Porrò altare ęreum, quod erat coram domino, ᵉtranstulit de facie templi, & de loco altaris & de loco tēpli domini: ᶠposuitq; illud ex latere altaris ad aquilonem. Pręcepit quoque rex Achaz Vrię sacerdoti, dicens, Super altare maius offer holocaustum matutinum, & sacrificium vespertinum, & holocaustum regis, & sacrificium eius, & holocaustum vniuersi populi terrę, & sacrificia eorum, & libamina eorum: & omnem sanguinem holocausti, & vniuersum sanguinem victimę super illud effundes: altare vero ęreum erit ᵍparatum ad voluntatem meam.) Fecit igitur Vrias sacerdos iuxta omnia quę pręceperat rex Achaz. Tulit autem rex Achaz cęlatas bases, & luterem, qui erat desuper: & mare deposuit de bubus ęreis, qui sustentabant illud, & posuit super pauimentum stratum lapide. ʰMusach quoque sabbathi, quod ędificauerat in templo: & ingressum regis exterius, conuertit in templum domini propter regem Assyriorum. Reliqua autem verborum Achaz quę fecit, nonne hęc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Dormiuitq; Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.

A Achaz idololatra consecrat filiū in igne. 2.par.28.a.

Ierusalē obsidet Rasin & Phacee. Isa.7.a

B Achaz petit auxiliū regis Assyriorum.

Damascus vastatur. Rasin interficitur.

C Achaz in gratiā regis Assyriorū, ablato dei cultu, dijs Syrię sacrificat.

D

Moritur Achaz. Regnat Ezechias.

ᵃviridi.

ᵇmiserat

ᶜaccessit ad

ᵈobtulitq; super illud,

ᵉHebręa sic habēt ad verbū, appropinquare fecit a facie eius illud: domus dei inter altare & domū dñi(.i. amouit a tēplo, ne staret inter altare & domū dñi.)

ᶠerit mihi ad qrendū (.i. qñ placuerit mihi inqrere, vel, vt dero qd faciā)

ʰ.i. tegmen, tectorū, siue locus tectus in quo custodes manebāt, qui sabbatho custodiebant, functi officio.)

CAPVT XVII.

A Nno duodecimo Achas regis Iuda, regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israel nouem annis. Fecitq; malum coram domino: sed non sicut reges Israel qui ante eum fuerunt. Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum, & factus est ei ⁽Osee⁾ seruus, reddebatq; illi tributa. Quumq; deprehendisset rex Assyriorum Osee, quod rebellare nitens, misisset nuntios ad Sua regẽ Aegypti, ne prestaret tributa regi Assyriorum sicut singulis annis solitus erat, ᵃobsedit⁾ eum, & vinctũ misit in carcerem. Peruagatusq; est* omnem terram: & ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis. Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariã, & transtulit Israel in Assyrios. posuitq; eos in Hala, & in Habor ᵇiuxta fluuium⁾ Gozan, in ciuitatibus Medorum. Factũ est enim, quum peccassent filij Israel domino deo suo, qui eduxerat eos de terra Aegypti de manu Pharaonis regis Aegypti coluerunt deos alienos. Et ambulauerunt iuxta ritum gentium quas consumpserat dominus in conspectu filiorum Israel, & regum Israel: quia similiter fecerãt. Et ᶜirritauerunt filij Israel verbis non rectis⁾ dominum deum suum: & ędificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis à turre custodum vsq; ad ciuitatem munitam. Feceruntq; sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignum ᵈnemorosum:⁾ & adolebant ibi incensum super ᵉaras⁾ in morem gentium quas transtulerat dominus à facie eorum: feceruntq; verba pessima irritantes dominum, & coluerunt immunditias de quibus preceperat eis dominus ne facerent ᶠverbum⁾ hoc. Et testificatus est dominus in Israel & in Iuda per manum ᵍomnium prophetarum & videntium,⁾ dicens, Reuertimini à vijs vestris pessimis, & custodite pręcepta mea & ʰceremonias,⁾ iuxta omnẽ legem quam pręcepi patribus vestris: & ⁱsicut⁾ misi ad vos in manu seruorum meorum prophetarum. Qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam iuxta ceruicem patrum suorũ qui ᵏnoluerunt obedire⁾ domino deo suo. Et ˡabiecerunt legitima⁾ eius, & pactũ quod pepigit cũ patribus eorum, & testificationes quibus testificatus est eos: sequutiq; sunt vanitates, & vane egerunt: & sequuti sunt gentes quę erant per circuitum eorum, super quibus pręceperat dñs eis vt non facerent sicut & illę faciebant. Et dereliquerunt omnia pręcepta dñi dei sui: feceruntq; sibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuersam militiã cœli: seruieruntq; Baal, & consecrauerunt filios suos, & filias suas per ignem: & diuinationibus inseruiebant & auguriis: & tradiderũt se vt facerent malũ coram dño, vt irritarent eum. Iratusq; est dñs vehementer Israeli, & abstulit eos à conspectu suo, & non remãsit nisi tribus Iuda tantũmodo. Sed nec ipse Iuda custodiuit mandata domini sui: verum ambulauit in ᵐerroribus Israel, quos operatus fuerat.⁾ Proiecitq; dñs omne semen Israel, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientium, donec proiiceret eos à facie sua: ⁿex eo iam tẽpore, quo scissus est⁾ Israel à domo Dauid, & constituerũt sibi regem Ieroboã filiũ Nabat: separauit enim Ieroboam Israel à dño, & peccare eos fecit peccatũ magnum. Et ambulauerunt filij Israel in vniuersis peccatis Ieroboã quę fecerat: non recesserunt ab eis, vsquequo dñs auferret Israel à facie sua, sicut loquutus fuerat in manu omnium seruorũ suorum prophetarũ: translatusq; est Israel de terra sua in Assyrios vsq; in diẽ hanc. Adduxit autẽ rex Assyriorũ de Babylone, & de Cutha, & de Aua, & de Emath, & de Sepharuaim: & collocauit eos in ciuitatibus Samarię pro filijs Israel: quĩ possederunt Samariã, & habitauerunt in vrbibus eius. Quumq; ibi habitare cœpissent, non timebant dominum: & immisit in eos dominus leones qui interficiebant eos. Nuntiatumq; est regi Assyriorum, & dictum, Gentes quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samarię, ignorant ᵒlegitima⁾ dei terrę, & immisit in eos dominus leones; & ecce

Margin (left): A Osee rex Israel captus, vna cum regno trãsfertur in Assyrios. — Samaria capitur à rege Assur. — Infra. 18. c — B Cã captiuitatis Israel, idololatria. — Iere. 15. b — C — Vituli aurei. — Filios cõsecrãt p ignẽ. Diuinationes. — D — 3. Reg. 12. e Ieroboam. — Iere. 25. b — Assyrijs habitantibus Samariã p Israelitis, immittit deus leones. — E

Margin (right): ᵃ clausit — * rex Assur — ᵇ flumine (LXX, fluuijs) — ᶜ occulta fecerunt filij Isrl quę non erãt recta ante (vetera latina exẽplaria legunt operuerunt) — ᵈ vel, viride: — ᵉ oĩa excelsa — ᵍ oẽm visionẽ, — ʰ decreta mea — ⁱ quam — ᵏ non crediderunt — ˡ contẽpserunt decreta — ᵐ decretis Isrl quę fecerunt — ⁿ nã abscissus fuerat — ᵒ iudicia (vel, ritum)

terrę, interficiunt eos, eo q; ignorent ritum dei terrę. Precepit aūt rex
Assyriorum, dicens, Ducite illuc vnū de sacerdotibus, quos inde captiuos
ritum — adduxistis, & vadat, & habitet cum eis: & doceat eos 'legitima' dei ter-
rę. Igitur quū venisset vnus de sacerdotibus his qui captiui ducti fue-
rant de Samaria, habitauit in Bethel, & docebat eos quō colerent do-
minum. Et vnaqueq; gens fabricata est deum suum: posueruntq; eos Varię gen
i. singulę gentes — in phanis excelsis quę fecerant Samaritę 'gens & gens' in vrbibus suis tium dij.
in qbus habitabant. Viri enim Babylonij fecerunt Sochothbenoth: vi-
ri aūt Cuthęi fecerunt Nergel: & viri de Emath fecerunt Asima. Porrò F
Heuęi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi aūt qui erāt de Sepharuáim, Socothbe-
comburebant filios suos igni, Adramélech & Anamélech dijs Sepha- noth.
timebant — ruáim, & nihilominus 'colebant' dñm. Fecerunt aūt sibi de nouissimis Nergel.
vel, sacrificabant eis — sacerdotes excelsos, & 'ponebant eos' in phanis sublimibus. Et quum Nebahaz.
dñm 'colerent,' dijs quoq; suis seruiebant iuxta cōsuetudinem gentiū, Tharthac.
timerent, — de qbus translati fuerant Samariam. Vsq; in pręsentem diem mores se- Adrame-
decreta — quuntur antiquum: non timent dñm, neque custodiunt 'ceremonias' lech.
eius, atq; iudicia & legem & mandatū qđ pręceperat dñs filijs Iacob, Anaélech.
quem cognominauit Israel: & percusserat cum eis pactū, & mandauerat Deo & dei
eis, dicens, Nolite timere deos alienos, & nō adoretis eos, neq; colatis montib⁹ fue
eos, & nō imoletis eis. Sed dñm deum vestrum qui eduxit vos de terra runt.
Aegypti in fortitudine magna, & in brachio extento: ipsum timete, & G
statuta — illum adorate, & ipsi imolate. 'Ceremonias' quoq; & iudicia & legem Gen.32.f.
& mandatum qđ scripsit vobis, custodite, vt faciatis cunctis diebus: & Deus time-
non timeatis deos alienos. Et pactū qđ percussit vobiscum, nolite obli- dus, adoran
uisci: nec colatis deos alienos, sed dominum deum vestrum timete, & dus, ei imo
ipse eruet vos de manu oīum inimicorum vestrorum. Illi verò nō au- landus.
dierunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. Fue- Pacti dei
runt igitur gentes istę timentes quidem dominum, sed nihilominus & memores.
idolis suis seruientes: nam filij eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres Deo & ido-
sui, ita faciunt vsque in pręsentem diem. lis seruiūt.

CAPVT XVIII.

ANno tertio Osee filij Ela regis Israel, regnauit Ezechias filius A- A
chaz regis Iuda. Vigintiquinq; annorum erat quum regnare cœ- Regnat Eze
pisset: & vigintinouem annis regnauit in Ierusalem: nomen matris chias pius
eius Abi filia Zacharię. Fecitq; quod erat bonum coram domino, post impiū
iuxta omnia quę fecerat Dauid pater eius. Ipse dissipauit excelsa, & con- Achaz pręs
triuit statuas, & succidit lucos, confregitq; serpentem ęneum, quem 1.Par.29.a
fecerat Moyses: siquidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant Serpēs Moy
ei incensum: vocauitq; nomen eius Nehestan. In domino deo Israel si ęneus cō-
sperauit: itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Iuda, B fringit
sed neque in his qui ante eum fuerunt: & adhęsit domino, & non re- quē adora-
cessit à vestigijs eius, fecitq; mandata eius quę pręceperat dominus bat ppls.
Moysi. Vnde & erat dominus cum eo, & in cunctis ad quę procede- Num.21.c.
bat, sapienter se agebat. Rebellauit quoque contra regem Assyrio- Laus Eze-
rum, & non seruiuit ei. Ipse percussit Philisthęos vsque ad Gazam, & chię.
omnes terminos eorum, à turre custodum vsque ad ciuitatem muni- Salmanasar
tam. Anno quarto regis Ezechię, qui erat annus septimus Osee fi- capta Sama
lij Ela regis Israel, ascendit Salmanásar rex Assyriorum in Samariam, ria transfert
& oppugnauit eam, & cepit. Nam post annos tres, anno sexto Eze- C Israelē
chię, id est nono anno Osee regis Israel, capta est Samaria: & trans- ī Assyrios.
tulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocauitq; eos in Hala, & Supra.17.a
in Habor fluuijs Gozan in ciuitatibus Medorum: quia non audie- Israel quā-
runt vocem domini dei sui, sed prętergressi sunt pactum eius: omnia re captiuus.
quę pręceperat Moyses seruus domini, non audierunt, neque fece- Ezechias se
runt. Anno quartodecimo regis Ezechię, ascendit Sennacherib rex submittit re
Assyriorum, ad vniuersas ciuitates Iuda munitas: & cepit eas. Tunc gi Assyrio-
misit Ezechias rex Iuda nuntios ad regem Assyriorum in Lachis, di-

2.Par.32.a cens, Peccaui, recede à me, & omne quod imposueris mihi feram. Indi
Isa.36.a xit itaq; rex Assyriorum Ezechię regi Iudę, trecenta talenta argenti, &
Eccli.48.c triginta talenta auri. Dedit'q; Ezechias omne argentum quod repertũ
D fuerat in domo domini, & in thesauris* regis. In tempore illo cõfregit * domus
Ezechias valuas templi domini, & laminas auri quas ipse affixerat, &
Sennache- dedit eas regi Assyriorum. Misit autem rex Assyriorum Tharthan, & colũnas quas
rib minatur Rabsaris, & Rabsacen de Lachis ad regem Ezechiam cũ manu valida, obtexerat.
Ezechię. Ierusalem: qui cũ ascendissent, venerunt Ierusalem, & steterunt iuxta (Chal. interp.
aquęductum piscinę superioris, quę est in via agri fullonis. Vocaue- limina vel po
runtq; regem: egressus est autem ad eos Eliacim filius Helcię prępositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentarijs. Di- stes habẽt. alij trabes vertũt.)
xit'q; ad eos Rabsaces, Loquimini* Ezechię, Hęc dicit rex magnus rex * obsecro
Assyriorum, Quę est ista fiducia qua niteris? Forsitan inisti cõsilium,
vt prępares te ad prelium: in quo confidis, vt audeas rebellare*? An dixisti (aliũ, ista
speras in baculo arũdineo atq; confracto Aegypto? super quem si incu puto) cõsiliũ &
buerit homo, cõminutus ingreditur manũ eius, & perforabit eam: sic est vis tua ad prę
E Pharao rex Aegypti, omnibus qui confidunt in se. Quòd si dixeritis liũ, tantũmo-
mihi, In domino deo nostro habemus fiduciam: nónne iste est cuius do est in labijs
Blasphe- abstulit Ezechias excelsa & altaria: & pręcepit Iudę, & Ierusalẽ, Ante tuis:
mia. altare hoc adorabitis in Ierusalem? Nunc igitur transite ad dominũ * contra me
meum regem Assyriorũ, & dabo vobis duo millia equorum, & videte fideiussorẽ da
an habere valeatis ascensores eorũ. Et quomodo potestis resistere ante (vel, da vades
vnum satrapam de seruis domini mei minimis? An fiduciaz habes in domino meo
Aegypto propter currus & equites? Nunquid sine Domini volũtate regi)
ascendi ad locũ istum, vt demolirer eum? dominus dixit mihi, Ascende vertere facies
ad terrã hanc, & demolire eam. Dixerunt autem Eliacim filius Helcię, faciem ducis
& Sobna scriba, & Ioahe, Rabsaci, Precamur vt loquaris nobis seruis Heb. pro, resi-
tuis Syriace, siquidem intelligimus hanc linguã: & non loquaris nobis stere poteris &
Iudaice audiente populo qui est super murum. Respondit'q; eis Rab- vertere i fugã)
saces, dicens, Nunquid ad dominum tuum, & ad te misit me dominus sine Dño
F meus, vt loquerer sermones hos, & non potius ad viros qui sedent su-
Sennache- per murum, vt comedant stercora sua, & bibant vrinã suam vobiscũ?
rib blasphe- Stetit itaq; Rabsaces, & exclamauit voce magna Iudaice, & ait, Audite
mus pbris verba regis magni, regis Assyriorum. Hęc dicit rex, Non vos seducat
afficit deuz Ezechias: non enim poterit eruere vos de manu mea. Neq; fiduciam eius.
viuentem. vobis tribuat super dominũ, dicens, Eruens liberabit nos dominus, &
non tradetur ciuitas hęc in manu regis Assyriorum. Nolite audire Eze-
chiam. Hęc enim dicit rex Assyriorum, Facite mecum quod vobis est bñdictionem
vtile, & egredimini ad me: & comedet vnusquisq; de vinea sua, & de (.i. pacẽ vel sa
ficu sua: & bibetis aquas de cisternis vestris, donec veniam, & transferã lutationẽ, vel
vos in terram quę similis est terrę vestrę, in terram fructiferam, & ferti- fœdus)
lem vini, terram panis & vinearum, terram oliuarũ, & olei ac mellis: qui suadet
& viuetis, & non moriemini. Nolite audire Ezechiam, qui vos deci- vobis,
G pit, dicens, Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerũt dij gentium
terram suam de manu regis Assyriorum? Vbi est deus Emath, & Ar-
phad? Vbi est deus Sepharuáim, Ana & Aua? Nunquid liberauerunt
Samariam de manu mea? Quinam illi sunt in vniuersis dijs terrarũ,
qui eruerunt regionem suam de manu mea, vt possit eruere dominus
Ierusalẽ de manu mea? Tacuit itaq; populus, & non respondit ei quic-
quam: siquidem pręceptum regis acceperant vt non responderent ei.
Venit'q; Eliacim filius Helcię, prępositus domus, & Sobna scriba, &
Ioahe filius Asaph à commentarijs, ad Ezechiam scissis vestibus, &
nunciauerunt ei verba Rabsacis.

CAP. XIX.

A QVę cum audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & opertus est
Mittit Eze- sacco, ingressus'q; est domũ domini. Et misit Eliacim prępositum
chias nun- domus, & Sobnam scribam, & senes de sacerdotibus opertos saccis, ad

Isaiam prophetam filium Amos. Qui dixerunt ei, Hęc dicit Ezechias, dies ad Isa/
Dies tribulationis, & increpationis, & blasphemię dies iste: venerunt iam, ob Sen
filij vsq; ad partum, & vires non habet parturiens. Si fortè audiat dñs nacherib.
deus tuus vniuersa verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorũ dominus Isa.37 A
suus, vt exprobraret deum viuentem, & argueret verbis quę audiuit
dominus deus tuus: & fac orationem pro reliquijs, quę repertę sunt.
Venerunt ergo serui regis Ezechię ad Isaiam. Dixitq; eis Isaias, Hęc B
dicetis dño vestro, Hęc dicit dominus, Noli timere à facie sermonum Promittit
quos audistis quibus blasphemauerũt pueri regis Assyriorũ me. Ecce deus victo/
ego immittam ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur in terram riã Ezechię
suam, & deijciam eum gladio in terra sua. Reuersus est ergo Rabsa & regis As
ces, & inuenit regem Assyriorum expugnantem Lobná: audierat enim syrię morti
q recessisset de Lachis. Quumq; audisset de Tharáca rege Aethiopię, prędicit.
dicentes, Ecce, egressus est vt pugnet aduersum te: & iret contra eum,
misit nuntios ad Ezechiam, dicens, Hęc dicite Ezechię regi Iuda, Non
te seducat deus tuus, in quo habes fiduciam: neq; dicas, Non trade/ Blasphe/
tur Ierusalem in manus regis Assyriorum. Tu enim ipse audisti quę fe mia Senna
cerunt reges Assyriorum vniuersis terris, quomodo vastauerunt eas: cherib.
tu ergo solus poteris liberari? Nunquid liberauerunt dij gentium sin C
gulos, quos vastauerunt patres mei, Gozan videlicet, & Haran, & Re/ Orat Eze/
seph, & filios Eden, qui erant in Thelassar? vbi est rex Emath, & rex Ar/ chias auxi/
phad, & rex ciuitatis Sepharuáim, Ana, & Aua? Itaq; quum accepisset liũ cótra re
Ezechias literas de manu nuntiorũ, & legisset eas, ascendit in domũ do/ gẽ Assur vt
mini, & expandit eas coram domino, & orauit in cóspectu eius, dicens, cognoscat
Domine deus Israel, qui sedes super cherubin, tu es deus solus regum deus Israel
omnium terrę: tu fecisti coelum & terram. Inclina* aurem tuam & audi: esse deus su
aperi domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sénacherib, qui lus.
misit vt exprobraret deum viuentem. Verè domine dissipauerunt re/
ges Assyriorũ gentes, & terras earum. Et miserunt deos eorũ in ignem: D
non enim erant dij, sed opera manuum hominum ex ligno & lapide, &
perdiderũt eos. Nunc igitur domine deus noster, saluos nos fac de ma/
nu eius, vt sciant omnia regna terrę quia tu es dominus deus solus.
Misit autem Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hęc dicit domi Isaias cóso/
nus deus Israel, Quę deprecatus es me super Sennacherib rege Assy/ lat Ezechiã,
riorũ, audiui. Iste est sermo quem loquutus est dominus de eo, Spreuit victoriã nũ
te, & subsannauit te virgo filia Sion, post tergum tuũ caput mouit filia tians.
Ierusalem. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? contra quẽ exaltasti
vocem tuã, & eleuasti in excelsum oculos tuos? contra sanctum Israel.
Per manum seruorũ tuorum exprobrasti domino, & dixisti, In multitu
dine curruum meorũ ascendi excelsa montium in summitate Libani, E
& succidi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. Et ingressus sum
vsq; ad terminos eius, & saltum Carmeli eius ego succidi. Et bibi
aquas alienas, & siccaui vestigijs pedum meorum omnes aquas clau/
sas. Nunquid audisti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plas
maui illud, & nunc adduxi: eruntq; in ruinã collium compugnantium
ciuitates munitę. Et qui sedent in eis, humiles manu: contremue/
runt & confusi sunt, facti sunt velut foenũ agri, & virens herba tecto/
rum, quę arefacta est antequã veniret ad maturitatem. Habitaculum
tuum, & egressum tuũ, & introitum tuũ, & viam tuam ego prę sciui,
& furorem tuũ contra me. Insanisti in me, & superbia tua ascendit in F
aures meas: ponam itaq; circulũ in naribus tuis, & chamũ in labijs tuis, Signũ futu
& reducã te in viam per quã venisti. Tu autem Ezechia hoc erit signũ, rę victorię.
Comede hoc anno quę reperceris: in secũdo autem anno quę sponte
nascuntur:) porrò in tertio anno seminate & metite: plantate vineas,
& comedite fructum earum. Et quodcunq; reliquum fuerit de domo Iu
da, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum. De Ierusalem

probris affi/ecit
probris affe/cerunt
dicendo,
domine
probris affi/ceret & infra.
latera
habitaculum finis eius (vel extrema altitu dinis, vsq; ad finem eius)
Ego fodi vsq; ad venam, & riuos muni/tos (vel, muni/tionũ aut fos/satarũ ciuita/tum)
Nũqd nõ au disti qđ longe anñ, illa fecerã, à dieb antiqs (vel, ab initio, aut iam olim plasmaueram il/lud, vel para/ueram aut dispo sueram) & nũc in effectũ pduxi, vt desolent vt bes munitę in aceruos lapi/dum? Et
habitant
abbreuiati (.i. erunt sine vi/ribus)
& herba vi/rens, & herba
vel, tumultus tuus
spóte nascen tia (.i. sine ara tióe & semine)
qđ pullulat (siue germi/nat) è radicib seminis;

quippe egredientur reliquię, & ²quod saluetur¹ de monte Sion: zelus ³ domini exercituum faciet hoc. Quá ob rem hęc dicit dominus de rege Assyriorum, Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam sagittá, nec occupabit eam clypeus, nec ²circundabit eam munitio.¹ Per viam qua venit, reuertetur: & ciuitatem hác non ingredietur, dicit dominus. G Protegamq; vrbem hanc, & saluabo eam propter me & propter Dauid seruum meum. Factum est igitur in nocte illa, venit angelus domini, & percussit in castris Assyriorú centum octogintaquinq; millia. Quúq; diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorú: & recedens abijt, & reuersus est Sennacherib rex Assyriorú, & mansit in Niniue. Quumq; adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntq; in terram Armeniorú, & regnauit Asorhaddon filius eius pro eo.

CAP. XX.

A IN diebus illis ęgrotauit Ezechias vsq; ad mortem: & venit ad eum Isaias filius Amos propheta, dixitq; ei, Hęc dicit dominus, Precipe domui tuę: morieris enim tu, & non viues. Qui conuertit faciem suam ad parietem, & orauit dominú, dicens, Obsecro domine, memento quęso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est corá te fecerim. Fleuit itaq; Ezechias fletu magno.

Et antequá egrederetur Isaias mediam partem atrij, factus est sermo domini ad eum, dicens, Reuertere, & dic Ezechię duci populi mei, Hęc dicit dominus deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, vidi lachrymam tuam: ecce, sanaui te, die tertio ascendes templú domini. Et addam diebus tuis quindecim annos: sed & de manu regis Assyriorú liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegá vrbem istam propter me, & propter Dauid seruum meú. B Dixitq; Isaias, Afferte massam ficorú. Quam quum attulissent, & posuissent super vlcus eius, curatus est. Dixit autem Ezechias ad Isaiam, Quod erit signú quia dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia templú domini? Cui ait Isaias, Hoc erit signú à domino, quod facturus sit dominus sermoné, quem loquutus est: vis vt ascendat vmbra decem ¹lineis,¹ an vt reuertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias, Facile est vmbrá ²crescere¹ decem lineis: nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus. Inuocauit itaque Isaias propheta dominú, & reduxit vmbrá per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus. C In tépore illo misit Berodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorú, literas, & munera ad Ezechiam: audierat enim quod ęgrotasset Ezechias. Lętatus est autem in aduentu eorú Ezechias, & ostendit eis domú ²aromatum,¹ & aurum, & argentú, & pigmenta varia, vnguenta quoq;, & domú vasorum suorú, & omnia quę habere poterat in thesauris suis. Non fuit ⁶ verbum¹ quod non monstraret eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Venit autem Isaias propheta ad regem Ezechiam, dixitq; ei, Quid dixerunt viri isti? aut vnde venerunt ad te? Cui ait Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me de Babylone. At ille respódit, Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias, Omnia quęcunq; sunt in domo mea, viderunt: nihil est quod non monstrauerim eis in thesauris meis. D Dixit itaq; Isaias Ezechię, Audi sermonem domini, Ecce dies venient, & auferentur omnia quę sunt in domo tua, & quę condiderunt patres tui vsq; in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quicquam, ait dñs. Sed & de filijs tuis qui egredientur ex te, quos generabis, tollent, & erút eunuchi in palatio regis Babylonis. Dixitq; Ezechias ad Isaiá, Bonus sermo dñi, quem loquutus es: sit pax & veritas in diebus meis. Reliqua autem sermonú Ezechię, & omnis fortitudo eius, & quomodo fecerit piscinà, & aquęductú, & introduxerit aquas in ciuitatem, nónne hęc scripta sunt in libro sermonú dierum regum Iuda? Dormiuitq; Ezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo.

CAP. XXI.

Left margin notes:

Propter se ipsum saluat deus: & promissiones suas.
Angelus dñi occidit exercitú Sennacherib.
Iob. 1. d
Eccli. 48. d
Isa. 37. g
2. Mac. 7. f
1. Mac. 8. e
Occidit Sennacherib à filijs suis.
Aegrotanti Ezechię prędicit Isaias mortem.
2. Par. 32. f
Isa. 38. a
Eccli. 48. d
Oro Ezechię Ambulare in veritate.
Fletus.
Tépus vitę prolongatur Ezechię.
Propter se & promissa sal uat de⁹.
Signú sanitatis accipit Ezechias in horoscopo.
Recipit munera à rege Berodach.
Isa. 39. a
Increpatur ab Isaia ob ostentatos thesauros.
Captiuitaté Babylonicá prędicit ei.
Pacé, & promissus vitę spaciú 15. annorum petit.
Moritur.
Succedit Manasses.

Right margin notes:

³ emulator (quod emulaverunt)
² circundabit eam aggere.
¹ gradibus,
² declinare
² desyderabilium suorum. Chald. interp.
⁶ omné domum gazę suę,
⁶ quicquam

DVodecim annorũ erat Manasses quum regnare cœpisset, & quin- A
quagintaquinq; annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Impi⁹ Ma-
Haphsiba. Fecitq; malũ in conspectu dñi, iuxta idola gentiũ, quas dele- nasses instau
uit dominus à facie filiorũ Israel. Conuersusq; est, & ędificauit excelsa ratidola.
quę dissipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras Baal, & fecit lucos si- 2.Par.33.a
cut fecerat Achab rex Israel: & adorauit omnem militiã cœli, & coluit
eam. Extruxitq; aras in domo domini, de quã dixit dominus, In Ierusa
lem ponam nomen meum. Et extruxit altaria vniuersę militię cœli in 2.Re.7.b
duobus atrijs templi domini. Et traduxit filium suũ per ignem: & ario-
• vel, obseruauit tempora latus est, ᵃ & obseruauit auguria, & fecit pythones, & aruspices multiplic-
cauit, vt faceret malum corã domino, & irritaret eũ. Posuit quoq; ido- 2.Reg.7.b
lum luci, quem fecerat in templo domini, super quo loquutus est dñs 3.Reg.8.b
ad Dauid, & ad Salomonem filium eius, In templo hoc & in Ierusa- B
lem quã elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meũ in sempi
ternum. Et vltrà non faciam commoueri pedem Israel de terra quã dedi
patribus eorum: si tamen custodierint opere omnia quę pręcepi eis, &
vniuersam legem quã mandauit eis seruus meus Moyses. Illi verò nõ
audierunt: sed seducti sunt à Manasse, vt facerent ᵃmalũ superᵃ gentes
• peius quam quas contriuit dominus à facie filiorũ Israel. Loquutusq; est domi-
nus in manu seruorũ suorum prophetarũ, dicens, Quia fecit Manasses
rex Iuda abominationes istas pessimas super omnia quę fecerũt Amor Iere.15.a
rhęi ante eum, & peccare fecit etiam Iudam in ᵃimmũditijsᵃ suis: pro-
• vel, idolis pterea hęc dicit dominus deus Israel, Ecce ego inducã mala super Ieru
salem, & Iudam: vt quicũq; audierit, tinniant ambę aures. Et extendã
super Ierusalem funiculũ Samarię, & pondus domus Achab: & ᵃdele- C
• abstergam bo Ierusalem, sicut ᵃdeleri solent tabulę: delens vertam, & ducam cre-
• abstergit quispiã scutellã, & tersas vertit super faci: suã. brius stylum super faciem eius.ᵃ Dimittam verò reliquias hęreditatis
meę, & tradam eas in manus inimicorũ eius: eruntq; in vastitatem, &
in rapinã cunctis aduersarijs suis: eò q fecerint malũ coram me, & per-
seuerauerint irritantes me ex die qua egressi sunt patres eorũ ex Aegy-
pto, vsq; ad hanc diem. Insuper & sanguinem innoxiũ fudit Manasses
multum nimis, donec impleret Ierusalem ᵃvsque ad osᵃ absq; peccatis
• ore ad os (quidã de latere ad latus interpretati sunt, alij vndique:) suis quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malũ coram domino. Reli-
qua autem sermonũ Manasse, & vniuersa quę fecit, & peccatũ eius qđ Moritur
peccauit: nõnne hęc scripta sunt in libro sermonũ dierum regũ Iuda? Manasses.
Dormiuitq; Manasses cũ patribus suis, & sepultus est in horto domus
suę, in horto Osa: & regnauit Amon filius eius pro eo. Viginti duo- D
rum annorũ erat Amon quũ regnare cœpisset: duobus quoq; annis re- Amon sp-
gnauit in Ierusalẽ. nomen matris eius Messalémeth filia Harus de Ia- pris impius
teba. Fecitq; malũ in conspectu dñi, sicut fecerat Manasses pater eius. fili⁹, regnat
Et ambulauit in omni via per quã ambulauerat pater eius: seruiuitq; pro Manas-
immunditijs, quibus seruierat pater eius, & adorauit eas, & dereliquit se.
dñm deum patrum suorũ, & non ambulauit in via dñi. Tetenderuntq; A seruis in-
ei insidias serui sui, & interfecerunt regem in domo sua. Percussit autem terficitur
populus terrę omnes qui coniurauerant contra regem Amon: & con- Amon.
stituerunt sibi regem Iosiam filium eius pro eo. Reliqua autem sermo- Iosias filius
num Amon quę fecit, nõnne hęc scripta sunt in libro sermonum die- Amon, con
rum regum Iuda? Sepelieruntq; eum in sepulchro suo in horto Osa: stituit rex.
& regnauit Iosias filius eius pro eo.

CAP. XXII.

OCto annorum erat Iosias quum regnare cœpisset, & triginta vno A
anno regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Idida, filia Adaia Iosias pius.
de Besecath. Fecitq; quod placitum erat coram domino, & ambulauit 2.Par.34.a
per omnes vias Dauid patris sui: non declinauit ad dexteram, siue ad
sinistram. Anno autem octauodecimo regis Iosię, misit rex Saphan Iosię cura
filium Aslia, filij Messulam scribã templi domini, dicens, Vade ad Hel in instauran-
ciam sacerdotem magnũ, vt confletur pecunia quę illata est in templũ do templo.

domini, quam collegerunt ianitores à populo, detur[que] fabris per præpositos in domo dñi: qui & distribuant eã his qui operãtur in tẽplo dñi, ad instauranda 'sartatecta' templi: tignarijs videlicet & cæmẽtarijs, & ijs [rimas (loca] qui interrupta cõponũt: & vt emãtur ligna, & lapides 'de lapicidinis' [fracta & diru] ad instaurandũ templũ dñi. Veruntamen nõ supputetur eis argentum [ta)]

B

quod accipiunt, sed in 'potestate habeãt, & in fide.' Dixit aũt Helcias põtifex ad Saphan scribam, Librũ legis reperi in domo dñi. Deditq; Helcias volumen Saphan, qui & legit illud. Venit quoque Saphan scriba ad regem, & renuntiauit ei 'quod præceperat,' & ait, Cõflauerunt serui tui pecuniã, quæ reperta est in domo dñi: & dederunt vt distribueretur fabris à præfectis operum templi dñi. Narrauit quoq; Saphan scriba regi, dicens, Librũ dedit mihi Helcias sacerdos. Quẽ cũ legisset Saphan corã rege, & audisset rex verba libri legis dñi, scidit vestimenta sua. Et

Deuteronomiũ reperit.

[excisi] [fide faciant.] [tem]

C

præcepit 'Helciæ sacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Michaia, & Saphan scribæ, & Asaiæ seruo regis, dicens, Ite, & cõsulite dñm super me, & super populo, & super omni Iuda, de verbis voluminis istius quod inuentum est: magna enim ira dñi succensa est cõtra nos: quia non audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne quod scriptum est nobis. Ierunt itaq; Helcias sacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Asaia ad Holdam prophetidem vxorem Sellũ filij Thecuæ, filij Araas custodis vestium, quæ habitabat in Ierusalem, 'in Secunda:' locutiq; sunt ad eam. Et illa respondit eis, Hæc dicit dñs deus Israel. Dicite viro qui misit vos ad me, Hæc dicit dñs, Ecce, ego adducam mala super locũ istum, & super habitatores eius, oĩa verba legis quæ legit rex Iuda: quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, irritantes me in cunctis operibus manuũ suarũ: & 'succendetur' indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur. Regi aũt Iuda qui misit vos vt cõsuleretis dñm, sic dicetis, Hæc dicit dñs deus Israel, Pro eo quod audisti verba voluminis, & 'perterritum' est cor tuũ, & humiliatus es corã dño, auditis sermonibus contra locũ istum, & habitatores eius, quod videlicet fierẽt in 'stuporem' & in maledictũ: & scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, & ego audiui, ait dñs: idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuũ in pace, vt non videant oculi tui omnia mala quæ inducturus sum super locum istum.

Iosias cõsulit dñm per Holdam prophetissas, de libro Deuteronomij neglecto a patribus.

[rex] [id est in domo] [Midras, hoc est, scholæ. Chald. interp. in domo doctrinæ.] [succensa] [mollitum] [desolationem]

D

Iosias credulus verbis dei, exaudit.

Fletus.

CAP. XXIII.

A

ET renuntiauerunt regi quod dixerat. Qui misit: & congregati sunt ad eũ omnes senes Iuda & Ierusalem. Ascenditq; rex templũ dñi, & omnes viri Iuda, vniuersiq; qui habitabant in Ierusalem cũ eo sacerdotes & prophetæ, & oĩs populus à paruo vsq; ad magnum: legitq; cunctis audientibus oĩa verba libri fœderis, qui inuentus est in domo dñi. Stetitq; rex super 'gradum:' & fœdus percussit coram dño, vt ambularent post dñm, & custodirent præcepta eius, & testimonia, & 'ceremonias' in omni corde, & in tota aĩa, & suscitarẽt verba fœderis huius, quæ scripta erant in libro illo: acquieuitq; populus pacto. Et præcepit rex Helciæ pontifici, & sacerdotibus secũdi ordinis, & ianitoribus, vt proijcerent de templo dñi oĩa vasa quæ facta fuerant Baal, & luco, & vniuersæ militiæ cœli: & cõbussit ea foris Ierusalem in conualle Cedron, & tulit puluerem eorũ in Bethel. Et deleuit 'aruspices' quos posuerant reges Iuda ad sacrificandũ in excelsis per ciuitates Iuda, & in circuitu Ierusalem: & eos qui adolebant incensũ Baal, & Soli & Lunæ, & 'duodecim signis,' & omni militiæ cœli. Et efferri fecit lucum de domo domini foras Ierusalem in cõualle Cedron: & combussit eum ibi, & redegit in puluerem, & proiecit super sepulchra 'vulgi.' Destruxit quoq; ædiculas 'effeminatorum,' quæ erant in domo domini, 'pro quibus' mulieres texebant 'quasi domunculas luci.' Congregauitq; omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda: & 'contaminauit' excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa vsque Bersabee: & destruxit aras portarum in introitu ostij Io-

Iosias legit Deuteronomiũ coram populo.
2. Par. 34. f
Fœdus percutit cum dño suadę legis.
Demolitur idola.
Vasa dicata Baal. B
Eccli. 49. a
Sacerdotes Baal.
Sol.
Luna.
Lucus.
Excelsa.

[columnam] [decreta religiosos.] [LXX, sacerdotes.] [planetis (vel, Mazaloth vt sit nomen planetæ.)] [filiorum populi.] [Heb. scortorũ masculorum,] [in quibus cortinas luco.] [id est, immũda esse declarauit & infra.]

sue principis ciuitatis, quod erat ad sinistram portę ciuitatis. Veruntamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare domini in Ierusalem: sed tantum comedebant azyma in medio fratrum suorum. Contaminauit quoque Thopheth, quod est in conualle filii Ennom: vt nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem, Moloch. Abstulit quoque equos quos dederant reges Iudę, Soli, in introitu templi dñi, iuxta exedram Nathanmelech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autem Solis combussit igni. Altaria quoque quę erant super tecta cœnaculi Achaz, quę fecerant reges Iuda, & altaria quę fecerat Manasses in duobus atriis templi dñi destruxit rex: et cucurrit inde, & dispersit cinerem eorum in torrentem Cedron. Excelsa quoque quę erant in Ierusalem ad dexteram partem montis Offensionis, quę ędificauerat Salomon rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum, et Chamos offensioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex. Et contriuit statuas, & succidit lucos: repleuitque loca eorum ossibus mortuorum. Insuper & altare quod erat in Bethel, et excelsum quod fecerat Ieroboam filius Nabat, qui peccare fecit Israel: et altare illud et excelsum destruxit atque combussit, & comminuit in puluerem, succenditque etiam lucum. Et conuersus Iosias, vidit ibi sepulchra quę erant in monte: misitque, et tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud iuxta verbum domini quod locutus est vir dei, qui prędixerat verba hęc. Et ait, Quis est titulus ille quem video? Responderuntque ei ciues vrbis illius, Sepulchrum est hominis dei, qui venit de Iuda, et prędixit verba hęc quę fecisti super altare Bethel. Et ait, Dimittite eum, nemo commoueat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius cum ossibus prophetę qui venerat de Samaria. Insuper & omnia phana excelsorum, quę erant in ciuitatibus Samarię, quę fecerant reges Israel ad irritandum dñm, abstulit Iosias: & fecit eis secundum omnia opera quę fecerat in Bethel. Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi, super altaria: & combussit ossa humana super ea: reuersusque est Ierusalem. Et pręcepit omni populo, dicens, Facite phase domino deo vestro, secundum quod scriptum est in libro fœderis huius. Nec enim factum est phase tale à diebus iudicum, qui iudicauerunt Israel, & omnium dierum regum Israel, & regum Iuda, sicut in octauodecimo anno regis Iosię factum est phase istud dño in Ierusalem. Sed & pythones & ariolos, & figuras idolorum, et immunditias, & abominationes quę fuerant in terra Iuda, & Ierusalem, abstulit Iosias: vt statueret verba legis, quę scripta sunt in libro quem inuenit Helcias sacerdos in templo domini. Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad dñm in omni corde suo, et in tota anima sua, et in vniuersa virtute sua iuxta omnem legem Moysi: neque post eum surrexit similis illi. Veruntamen nó est auersus dñs ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam: propter irritationes quibus prouocauerat eum Manasses. Dixit itaque dñs, Etiam Iudam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel: et proiiciam ciuitatem hanc quam elegi Ierusalem, et domum de qua dixi, Erit nomen meum ibi. Reliqua verò sermonum Iosię, et vniuersa quę fecit, nonne hęc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? In diebus eius ascendit Pharao Nechao rex Aegypti contra regem Assyriorum ad flumen Euphraten: & abiit Iosias rex in occursum eius: & occisus est in Mageddo quum vidisset eum. Et portauerunt eum serui sui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Ierusalem, et sepelierunt eum in sepulchro suo. Tulitque populus terrę Ioachaz filium Iosię: & vnxerunt eum, & constituerunt eum regem pro patre suo. Viginti trium annorum erat Ioachaz quum regnare cœpisset, et tribus mensibus regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Amital, filia Ieremię de Lobna. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia quę fecerant patres eius. Vinxitque eum Pharao Ne-

(Left margin:) erat locus eo- … vbi le- … filii Ennom, pollutus, quia proiiciebant cadauera & oia immunda. cœnaculum (vel, cubiculum) id est in suburbanis, hoc est quod erat propositum in suburbanis vrbium atque villarum: vel cófregit. Corruptionis (aut perditionis, id est montis Oliueti, sic appellati in vituperium, ob ędificium quod illic ędificauerunt ad colendum idola.) abominationi & Immunda eo est … osse. aspiciebantur. occidit eum.

(Right margin:) C. Thopheth. Equi et currus Solis. Altaria idolorum. Excelsa. 3. Reg. 11. b. 3. Reg. 12. g. Altare Ieroboam. D. Ossa mortuorum. Ossa prophetę dei seruantur. 3. Reg. 13. a. Occidit oés sacerdotes Baal. Celebrat phase. E. 2. Par. 35. a. 3. Esdr. 1. a. Pythones. Arioli. Laus Iosię. Toto corde cōuersus ad eum. Ablatum se regnū Iudę et sacerdotium pronuntiat dñs. F. Occidit Iosias. 2. Par. 35. d. Succedit filius eius Ioachaz. 2. Par. 36. a. Capit Ioachaz a Pharaone. Substituit Eliacim filium Ioacim.

G chao in Rebla, quę est in terra Emath, ne regnaret in Ierusalem: & imposuit mulctam terrę centum talentis argenti, & talento auri. Regemq; constituit Pharao Nechao Eliacim filium Iosię, pro Iosia patre eius, vertitq; nomen eius Ioacim: porrò Ioachaz tulit, & duxit in Aegyptum*. Argentum autem, & aurum dedit Ioacim Pharaoni, quũ indixisset terrę per singulos, vt cõferretur* iuxta pręceptum Pharaonis: & vnumquenq; iuxta vires suas exegit, tam argentum q̃ aurũ de populo terrę: vt daret Pharaoni Nechao. Vigintiquinq; annorũ erat Ioacim quum regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Zebda filia Phadaia de Ruma. Et fecit malũ corã dño iuxta oĩa quę fecerãt patres eius.

* , & mortuus est ibi.

* argentum

CAP. XXIIII.

A Ioacim fit seruus regi Babylonis.

D dum. Iuxta precepta quoque Dauid nouissima supputabitur numerus filiorum Leui à viginti annis & supra. Et erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus domini, in vestibulis & in exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerij templi dei. Sacerdotes autem, super panes propositionis, & ad simile sacrificium, & ad lagana & azyma & sartaginem, & ad torrendum & super omne pondus atque mensuram. Leuitę verò, vt stent mane ad confitendum, & canendum domino: similiterq; ad vesperam, tam in oblatione holocaustorum domini, quàm in Sabbathis & Calendis & solennitatibus reliquis iuxta numerum & ceremonias vniuscuiusq; rei iugiter coram domino. Et custodiant obseruationes tabernaculi fœderis, & ritum sanctuarij, & obseruationem filiorum Aaron fratrum suorũ, vt ministrent in domo domini.

Fuit
Et ministerium (vel officium) eorũ erat ad manũ (id est, secũdum qđ iussissent filij &c.)
ori, & super
& vt
ordinem

CAPVT XXIIII.

Assignat Dauid officia filijs Aaron.
Leui. 10. a
Sors.

A Porrò filijs Aaron hę partitiões erãt. Filij Aaron, Nadab & Abiu & Eleázar & Ithamar. Mortui sunt aũt Nadab & Abiu ante patrem suum absq; liberis: sacerdotioq; functus est Eleázar & Ithamar. Et diuisit eos Dauid & Sadoc de filijs Eleazari, & Abimélech de filijs Ithamar secundum vices suas & ministerium. Inuentiq; sunt multo plures filij Eleázar in principibus viris, quàm filij Ithamar. Diuisit autẽ eis, hoc est filijs Eleázar principes per familias sedecim & filijs Ithamar per familias & domus suas octo. Porrò diuisit vtrasq; inter se familias sortibus: erãt enim principes sanctuarij, & principes dei tam de filijs Eleázar, quã de filijs Ithamar.

numerationẽ eorũ in ministerio eorum.

B Descripsitq; eos Semeias filius Nathanael scriba Leuites coram rege & principibus, & Sadoc sacerdote, & Abimelech filio Abiathar, principibus quoq; familiarum sacerdotalium & Leuiticarum: vnam domum, quę cęteris pręerat, Eleázar: & alteram domum, quę sub se habebat cęteros, Ithamar. Exiuit autẽ sors prima Ioiarib, secunda Iedeie, tertia Harim, quarta Seorim, quinta Melchia, sexta Maiman, septima Acos, octaua Abia, nona Iesua, decima Sechenia, vndecima Eliasib, duodecima Iacim, tredecima Hoppha,

C decimaquarta Isbaab, decimaquinta Belga, decimasexta Emmer, decimaseptima Hezir, decimaoctaua Aphses, decimanona Phetheia, vicesima Hezeciel, vicesimaprima Iachin, vicesimasecunda Gamul, vicesimatertia Dalaiáu, vicesimaquarta Maaziáu. Hę vices eorum secundum ministeria sua, vt ingrediantur domum domini iuxta ritum suum sub manu Aaron patris eorũ: sicut pręcepit dominus deus Israel.

Hęc numeratio
ordinem

Porrò filiorum Leui, qui reliqui fuerant: de filijs Amram erat Subael: & de filijs Subael, Iehedeia. De filijs quoque Rohobię princeps Iesias. Isaari verò filius Salemoth: filiusq; Salemoth Iahath, filiusq;

D eius Ieriáu primus, Amarias secũdus, Iahaziel tertius, Iecmáam quartus. Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir. Frater Micha, Iesia: filiusq; Iesię, Zacharias. Filij Merari: Moholi & Musi. filius Oziau: Benno. Filius quoque Merari: Oziau & Soam & Zacchur & Hebri. Porrò Moholi filius, Eleazar: qui non habebat liberos. Filius verò Cis, Ierameel. Filij Musi: Moholi, Eder & Ierimoth. isti filij Leui secundum domos familiarum suarum. Miseruntq; & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron coram Dauid rege, & Sadoc, & Abimelech, & principibus familiarum sacerdotalium & Leuiticarum, tam maiores, quã minores, omnes sors equaliter diuidebat.

Sors.

CAPVT XXV.

Ordinãtur cãtores, eorũque vices & sortes.
Asaph.
Idithun.

A Igitur Dauid & magistratus exercitus segregauerũt in ministerium filios Asaph & Heman & Idithun: qui pphetarent in citharis, & psalterijs, & cymbalis secundũ numerũ suum dedicato sibi officio seruientes. De filijs Asaph: Zachur & Ioseph & Nathania & Asarela, filij Asaph: sub manu Asaph prophetantis iuxta regem. Porrò Idithun: filij Idithun, Godolias, Sori, Iesaias, & Hasabias, & Mathathias,

id est, ad iussum Asaph
ad manũ regis (.i. iuxta pceptũ regis)

ᵃ ad cõtendũ, sex, sub manu patris sui Idithun, qui in cithara prophetabat ᵇsuper & laudandum confitentes & laudantes ᶜdominum. Heman quoq;: filij Heman, Boc-
(LXX, cõfessio ciau, Mathaniau, Oziel, Subuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Elia-
nem & laudem tha, Gedelthi, & Romemthiézer, Iesbacassa, Mellóthi, Othir, Maha-
domino.) zioth: omnes isti, filij Heman videntis regis in sermonibus dei, vt exal
taret cornu: deditq; deus Heman filios quatuordecim, & filias tres. Vniuersi sub manu patris sui ad cantandum in templo domini distributi erant in cymbalis, & psalterijs, & citharis, in ministeria domus dei, iux-
ᵈ sub manu re ta regem: ᵈ Asaph videlicet, & Idithun & Heman. Fuit autem nume-
gis (.i. qñ rex rus eorum cum fratribus suis, ᵉqui erudiebant canticum ᶠdomini, cun
iuberet:) cti doctores ducenti octogintaocto. Miseruntq; sortes per vices suas,
ᵉ doctis in can ex æquo tam maior quàm minor, doctus pariter, & indoctus. Egressaq;
tico est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph. Secunda Godoliæ, ipsi & fratribus eius & filijs eius, & fratribus eius duodecim. Tertia Zachur, filijs & fratribus eius duodecim. Quarta Isari, filijs & fratribus eius duodecim. Quinta Nathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Sexta Bocciau, filijs & fratribus eius duodecim. Septima Isreela, filijs & fratribus eius duodecim. Octaua Iesaiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Nona Mathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Decima Semeiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Vndecima Azareel, filijs & fratribus eius duodecim. Duodecima Hasabiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Tertiadecima Subael, filijs & fratribus eius duodecim. Quartadecima Mathathiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Quintadecima Ierimoth, filijs & fratribus eius duodecim. Sextadecima Hananiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Septimadecima Iesbacasse, filijs & fratribus eius duodecim. Octauadecima Hanani, filijs & fratribus eius duodecim. Nonadecima Mellóthi, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesima Eliátha, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimaprima Othir, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimasecunda Geddelthi, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimatertia Mahazioth, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimaquarta Romemthiézer, filijs & fratribus eius duodecim.

CAP. XXVI.

Diuisiones autem ianitorum, de coritis Meselemia, filius Core, de filijs Asaph. Filij Meselemiæ: Zacharias primogenitus, Iadihel secundus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, Aelam quintus, Iohanan sextus, Elioenai septimus. Filij autem Obededom: Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Ammiel sextus, Issachar septimus, Phollathi octauus: quia benedixit illi dominus. Semeiæ autem filio eius nati sunt filij, præfecti familiarum suarum: erant enim viri fortissimi. Filij ergo Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius viri fortissimi: Eliu quoq;, & Samachias. omnes hi, de filijs Obededom: ipsi & filij, & fratres eorum fortissimi ad ministrandum, sexagintaduo de Obededom. Porrò Meselemiæ filij, & fratres eorum robustissimi, decem & octo. De Hosa autem, id est de filijs Merari: Semri princeps, (non enim habuerat primogenitum, & idcirco posuerat eũ pater eius in principem:) Helcias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi filij, & fratres Hosa, tredecim. Hi diuisi sunt in ianitores, vt semper principes cu-
ᶠ e regione fra stodiarum, ᵍsicut & fratres eorum ʰ ministrarent in domo domini. Mi-
trum suorum sę sunt ergo sortes ex æquo, & paruis & magnis per familias suas in
ᵍ intelligenti vnamquanq; portarũ. Cecidit ergo sors orientalis, Selemiæ. Porrò Zachariæ filio eius, viro prudentissimo, & ᵍ eruditi, ʰ sortitò obtigit plaga
ʰ & erat domus septentrionalis. Obededom verò, & filijs eius, ad austrum: ⁱin qua parte domus, erat seniorum cõcilium. ᵏ Sephim, & Hosa, ad occidentẽ iuxta
cõgregationũ. portã quæ ducit ad viã ascensionis: custodia cõtra custodiam. Ad orien-
ᵃ vel, p singu- tem verò, Leuitæ sex, & ad aquilonem, quatuor per diem: atq; ad meridiem similiter in die, quatuor: & vbi erat cõcilium, ᵇbini & bini. ᶜIn cellulis
la loca duo;

Heman.
B

C

Ordinãt ianitores templi: & quę porta cuiq; obtigerit, sorte.

D

A

B

Sortes.

D

C

quoq; ianitorum ad occidentem, quatuor in via: bini (q; per cellulas. *instrumẽtorũ*
Pręfecti thesaurorum. Hę sunt diuisiones ianitorũ filiorum Core, e Merari. Porro Achias *Leuitę:*
erat super thesauros domus dei, e vasa sanctorũ. Filij quoq; Ledã, filii *sanctificationum,*
Gersonni: de Ledan principes familiarum, Ledan e Gersonni, Iehieli.
Filii Iehieli: Zatham, e Ioel fratres eius super thesauros domus dñi,
Amramitis, e Isaaritis, e Hebronitis e Ozihelitis. Subael autem filius
Gersom, filii Moysi, prępositus thesauris. Fratres quoq; eius Eliézer,
cuius filius Rahabia, e huius filius Isaias, e huius filius Ioram, huius
quoq; filius Zechri, e huius filius Selemith. ipse Selemith, e fratres eius
super thesauros sanctorũ, quę sanctificauit Dauid rex, e principes fami-
D liarum, e tribuni, e centuriones, e duces exercitus, de bellis, e manubiis
pręliorum quę consecrauerant ad instaurationem e supellectilem tẽpli
domini. Hęc autem vniuersa sanctificauit Samuel videns, e Saul filius
Cis, e Abner filius Ner, e Ioab filius Saruię: omnes qui sanctificauerãt
Isaaritę. ea per manũ Selemith, e fratrum eius. Isaaritis vero pręerat Chone-
nias, e filii eius ad opera forinsecus super Israel ad docendum, e iudi- *pręfecti e iudices.*
Hebronitę. candum eos. Porro de Hebronitis Hasabias, e fratres eius viri for-
tissimi, mille septingenti pręerant Israeli trans Iordanem contra occi-
dentem, in cunctis operibus domini, e in ministerio regis. Hebronitarũ
autem princeps fuit Ieria secundum familias, e cognationes eorum.
Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt: e inuenti sunt viri
fortissimi in Iazer Galaad, fratres q; eius robustioris ętatis, duo millia
septingenti principes familiarum. Pręposuit autem eos Dauid rex Ru-
benitis e Gadditis, e dimidię tribui Manasse, in omne ministerium dei
e regis.

CAPVT XXVII.

A Filii autem Israel secundum numerum suum, principes familiarum,
De pfectis e principibus ministrantibus regi Dauidi. tribuni e centuriones, e pręfecti, qui ministrabãt regi iuxta turmas
suas, ingredientes e egredientes per singulos menses in anno: viginti-
quatuor millibus singuli pręerant. Primę turmę in primo mense Ies- *millium turmę singulę.*
boam pręerat filius Zabdiel: e sub eo vigintiquatuor millia. De filiis
Phares, princeps cunctorũ principum exercitus mense primo. Secundi
mensis habebat turmam Dudia Ahohites, e post se alter nomine Ma-
celloth, qui regebat partem exercitus vigintiquatuor millium. Dux
quoq; turmę tertię in mẽse tertio, erat Banaias filius Ioiadę sacerdos:
e in diuisione sua viginti quatuor millia. Ipse est Banaias fortissimus
inter triginta, e super triginta. pręerat autem turmę ipsius Amizabad
filius eius. Quartus mẽse quarto, Asahel frater Ioab, e Zabadias filius
eius post eum: e in turma eius vigintiquatuor millia. Quintus, mense
quinto, princeps Samaoth Iezerites: e in turma eius vigintiquatuor
B millia. Sextus, mẽse sexto, Hira filius Acces Thecuites: e in turma eius
vigintiquatuor millia. Septimus, mẽse septimo, Helles Phallonites de
filiis Ephráim: e in turma eius vigintiquatuor millia. Octauus, mense
octauo, Sobochai Husathites de stirpe Zarahi: e in turma eius viginti-
quatuor millia. Nonus, mense nono, Abiezer Anathothites de filiis Ie-
mini: e in turma eius vigintiquatuor millia. Decimus, mense decimo,
Marai, e ipse Netophathites de stirpe Zarahi: e in turma eius viginti-
quatuor millia. Vndecimus, mense vndecimo, Banaias Pharathonites
de filiis Ephráim: e in turma eius vigintiquatuor millia. Duodecimus,
mense duodecimo, Holdai Netophathites de stirpe Gothoniel: e in tur-
ma eius vigintiquatuor millia. Porro tribubus pręerant in Israel,
Rubenitis, dux Eliezer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias filius
C Maacha: Leuitis, Hasabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc: Iudaitis,
Eliu frater Dauid: Issacharitis, Amri filius Michael: Zabulonitis, Ies-
maias filius Abdię: Nephthalitibus, Ierimoth filius Ozriel: filiis
Ephráim, Osée filius Ozaziu: dimidię tribui Manasse, Ioel filius Pha-
daię: e dimidię tribui Manasse in Galaad, Iaddo filius Zacharię: Be-

niamin autem, Iasiel filius Abner: Dan vero, Ezriel filius Ieroham. Hi principes filiorũ Israel. Noluit autem Dauid numerare eos à viginti annis inferius: quia dixerat dominus vt multiplicaret Israel quasi stellas cœli. Ioab filius Saruię cœperat numerare, nec cõpleuit: quia super hoc ira irruerat in Israel: & idcirco numerus eorũ qui fuerant recensiti, non est relatus in *fastos regis Dauid. Super thesauros autem regis fuit Azmoth filius Adiel. his autem thesauris qui erant in vrbibus, & in vicis, & in turribus pręsidebat Ionathan filius Ozię. Operi autem rustico, & agricolis qui exercebant terrã, pręerat Ezri filius Chelub. Vinearum{q́;} cultoribus, Semeias Ramathites: cellis autem vinariis, Zabdias Saphonites. Nam super oliueta & *ficeta, quę erant in campestribus, Balanan Gaderites: super apothecas autem olei, Ioas. Porrò armentis quę pascebantur in Saron, prępositus fuit Setrai Saronites: & super boues in vallibus, Saphat filius Adli: super camelos verò, Vbil Ismahelites: & super asinos, Iadias Meronathites: super oues quoque Iaziz Agarenus. omnes hi, principes substantię regis Dauid. Ionathan autem patruus Dauid consiliarius, vir prudens & literatus: ipse & Iahiel filius Hachamoni, erant cum filijs regis. Achitophel etiam consiliarius regis, & Chusai Arachites amicus regis. Post Achitophel fuit Ioiada filius Banaię, & Abiathar. Princeps autem exercitus regis erat Ioab.

Præfecti substantiæ Dauidis.

D

*numerũ verborum dierũ.

*sycomoros

Officiarij Dauidis.

CAPVT XXVIII.

A

CONuocauit igitur Dauid omnes principes Israel, duces tribuũ, & prępositos turmarũ, qui ministrabant regi: tribunos quoq; & centuriones, & qui pręerãt substantię, & possessionibus regis: filios{q́;} suos cum eunuchis, & potentes, & robustissimos quosq; in exercitu, Ierusalem. Cumq; surrexisset rex, & stetisset, ait, Audite me fratres mei, & populus meus: Cogitaui vt ędificarem domũ in qua requiesceret arca fœderis domini, & scabellũ pedum dei nostri: & ad ędificãdum omnia preparaui. Deus autem dixit mihi, Non ędificabis domũ nomini meo: eò q sis vir bellator, & sanguinem fuderis. Sed & elegit dominus deus Israel me de vniuersa domo patris mei, vt essem rex super Israel in sempiternũ: de Iuda enim elegit principẽ: porrò de domo Iuda, domũ patris mei: & de filijs patris mei, placuit ei vt me eligeret regẽ super cũctum Israel. Sed & de filijs meis (filios enim mihi multos dedit dñs) elegit Salomonem filium meũ, vt sederet in throno regni domini super Israel, dixit{q́;} mihi, Salomon filius tuus ędificabit domũ meam, & atria mea: ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem. Et firmabo regnum eius vsq; in ęternum, si perseuerauerit facere pręcepta mea & iudicia, sicut & hodie. Nunc ergo corã vniuerso cœtu Israel audiente deo nostro, custodite & perquirite cuncta mãdata dñi dei vestri: vt possideatis terram bonã, & *relinquatis eam filijs vestris post vos vsq; in sempiternũ. Tu autem Salomon fili mi, scito deum patris tui, & serui ei corde perfecto, & animo volũtario: Omnia enim corda scrutatur dominus, & *vniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quęsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proijciet te in ęternum. Nunc ergo quia elegit te dominus vt ędificares domũ sanctuarij, cõfortare & perfice. Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & cellariorũ, & cœnaculi, & cubiculorũ in adytis, & domus propitiationis, necnon & omniũ quę cogitauerat atriorum, & *exedrarum per circuitum in thesauros domus dei & in thesauros sanctorum: diuisionum{q́;} sacerdotalium & Leuiticarum in omnia opera domus domini & in vniuersa vasa ministerij templi domini. Aurũ in pondere per singula vasa ministerij. Argenti quoq; pondus pro vasorum & operum diuersitate. Sed & ad candelabra aurea, & ad lucernas eorum, aurũ pro mensura vniuscuiusq; candelabri & lucernarũ. Similiter & in candelabra argentea, & in lucernas eorũ, pro diuersitate mensurę

Dauid hortat pplm & Salomonẽ filiũ ad ędificationem templi dei.

Frater.

1.Reg.7.b

Sapien.9.b

B

*hęreditare faciatis eã filios vestros

Deũ corde perfecto seruiendum.

*omnem imaginationem

Cordiũ scrutator ẽ de⁹.

C

Psal.7.

Quęrẽ deũ.

*cubiculorum

Dat descriptionẽ tẽpli & necessaria ad ędificationem.

furę, pondus argenti tradidit. Aurum quoq; dedit in mensas propositionis pro diuersitate mensarũ: Similiter & argentũ in alias mensas argenteas.

D Ad fuscinulas quoq; & phialas, & thuribula ex auro purissimo, & leunculos aureos pro qualitate mensurę pondus distribuit in leunculum & leunculũ. Similiter & in leones argenteos diuersum argenti pondus separauit. Altari autem in quo adoletur incensum, aurum purissimum dedit: & vt ex ipso fieret similitudo quadrigę cherubim extendentium alas, & velantium arcam fœderis domini. Omnia (inquit) venerunt scripta manu domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo, Viriliter age, & confortare, & fac: ne timeas & ne paueas. Dominus enim deus meus tecum erit, & non dimittet te, nec derelinquet, donec perficias omne opus ministerij domus domini. Ecce diuisiones sacerdotum & Leuitarum, in omne ministerium domus dei assistunt tibi, & parati sunt, & nouerunt tam principes quàm populus facere omnia pręcepta tua.

Dauidi oĩa ostẽsa à deo in ędificatione tẽpli.

Singulis mensis: vel crateras, crateres (vel scyphos aut pelues) & infra argenti pondus pro singulis crateribus. prompti (vel spõtanei, ad faciẽdũ oia opa, & docti in oi arte: principes sili & ois pp̃ls parati ad oia quę dixeris.

CAPVT XXIX.

A Loquutusq; est Dauid rex ad omnem ecclesiam, Salomonem filium meum vnum elegit deus, adhuc puerum & tenellum: opus enim grande est, neq; enim homini pręparatur habitatio, sed domino deo. Ego autem totis viribus meis pręparaui impẽsas domus dei mei. Aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, ęs in ęnea, ferrũ in ferrea, ligna ad ligna: & lapides onychinos, & quasi stibinos, & diuersorũ colorum, omnemq; pręciosum lapidem, & marmor parium abundantissime. & super hęc quę obtuli in domum dei mei, de peculio meo aurum & argentum do in templum dei mei, exceptis his quę pręparaui in ędem sanctã. Tria millia talenta auri de auro Ophir: & septem millia talentorum argenti probatissimi, ad deaurandos parietes templi.

Quę dauid eiusq; principes obtulerunt in tẽpli ędificationem.

e gẽmas, e lapides stibinos, (aliq carbũculos vertunt)

B Et vbicunq; opus est aurum de auro, & vbicunq; opus est argentum de argento, opera fiant per manus artificum: & si quis sponte offert, impleat manum suam hodie, & offerat quod voluerit domino. Polliciti sunt itaq; principes familiarum, & proceres tribuũ Israel, tribuni quoq; & centuriones, & principes possessionũ regis. Dederuntq; in opera domus dei auri talenta quinq; millia, & solidos decem millia: argenti talenta decem millia, & ęris talenta decem & octo millia: ferri quoq; centum millia talentorum. Et apud quęcunq; inuenti sunt lapides, dederunt in thesauros domus domini per manum Iahiel Gersonitis. Lętatusq; est populus, quum vota sponte promitterent: quia corde toto offerebant ea domino: sed & Dauid rex lętatus est gaudio magno.

Sponte itaq; obtulerunt

C Et benedixit domino corã vniuersa multitudine: & ait, Benedictus es domine deus Israel patris nostri ab ęterno in ęternũ. Tua est domine magnificentia, & potentia, & gloria, atq; victoria, & tibi laus: cũcta enim quę in cœlo sunt, & in terra, tua sunt, tuum domine regnum, & tu es super omnes principes. Tuę diuitię, & tua est gloria: tu dominaris omnium: in manu tua virtus & potentia, in manu tua magnitudo & imperium omnium. Nunc igitur deus noster confitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum.

Dauidis gratiarũ actio, & oratio. Deo damus quod ab eo prius accepimus.

quum sponte offerrent ipsi perfecto spõte obtulerunt

D Quis ego, & quis populus meus, vt possimus hęc tibi vniuersa promittere? tua sunt omnia: & quę de manu tua accepimus, dedimus tibi. Peregrini enim sumus corã te & aduenę, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora Domine deus noster, omnis hęc copia, quam parauimus vt ędificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & tua sunt omnia. Scio deus meus quod probes corda, & simplicitatem diligas, vnde & ego in simplicitate cordis mei lętus obtuli vniuersa hęc: & populum tuum, qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Domine deus Abraham, & Isaac, & Israel patrum nostrorũ: custodi in ęternũ hanc voluntatem cordis eorũ, & semper in venerationem

Dies nostri. Sapi. 2. b

Cor rectum & simplex aspicit de⁹. Vt cor pp̃li sui trahat ad se, orat Dauid deũ.

in pp̃te tua ẽ magnificare ẽ fortificare oia. vel, gloriosum. spõte offerre. rectitudinem rectitudine. sponte imaginationem cogitationũ cordis pp̃li tui, & para cor eorum tibi.

E

ne hæc mens ista permaneat. Salomoni quoq; filio meo da cor perfectum, ut custodiat mádata tua, testimonia tua, & ceremonias tuas, & faciat vniuersa: & ædificet ædem, cuius impensas paraui. Præcepit autem Dauid vniuersæ ecclesiæ, Benedicite *domino deo vestro. Et benedixit omnis ecclesia domino deo patrum suorum: & inclinauerunt se, & adorauerunt dominum, & deinde regem. Immolaueruntq; victimas domino: & obtulerunt holocausta die sequenti tauros mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus suis, & vniuerso ritu abundantissime in omnem Israel. Et comederunt, & biberunt coram domino in die illo cum grandi lætitia. Et vnxerunt secundò Salomonem filium Dauid. Vnxerunt autem eum domino in principem, & Sadoc in pontificem. Seditq; Salomon super solium domini in regem pro Dauid patre suo, & cunctis placuit: & paruit illi omnis Israel. Sed & vniuersi principes & potentes, & cuncti filij regis Dauid dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomoni regi. Magnificauit ergo dominus Salomonem *super omnem Israel: & dedit illi gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum rex Israel. Igitur Dauid filius Isai regnauit super vniuersum Israel. Et dies quibus regnauit super Israel, fuerunt quadraginta anni: in Hebron regnauit septem annis, & in Ierusalem annis trigintatribus. Et mortuus est in senectute bona, plenus dierum, & diuitijs, & gloria. Et regnauit Salomon filius eius pro eo. Gesta autem Dauid regis priora & nouissima scripta sunt in libro Samuelis videntis, & in libro Nathan prophetæ, atq; in volumine Gad videntis: vniuersiq; regni eius & fortitudinis, & temporum quæ transierút sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrarum.

Margin: statuta tua, — quæso — victimas — prospera oía successerút ei: — excellenter

Margin: Vt laudet hortat dauid pplз. Comedé & bibere corá dño in lætitia. F Scdo vngit Salomon. 3.Reg.1.e Tṗs regni Dauidis. 3.Reg.1.A G Morit Dauid cui succedit Salomon. Libri Nathá & Gad prophetaṗ.

SECVNDVS LIBER PARALIPOMENON EBRAICE, DIBRE HAIAMIM.



CONFORTATVS est ergo Salomon filius Dauid in regno suo, & dominus deus eius erat cum eo, & magnificauit eum in excelsum. Præcepitq; Salomon vniuerso Israeli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis Israel, & principibus familiarú: & abijt cú vniuersa multitudine in excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculum fœderis dei, quod fecit Moyses famulus dei in solitudine. Arcá autem dei adduxerat Dauid de Cariathiarim in locú quem præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculú, hoc est in Ierusalé. Altare quoq; æneum, qđ fabricatus fuerat Beseléel filius Vri filij Vr, ibi erat corá tabernaculo domini. qđ & requisiuit Salomó, & omnis ecclesia. Ascenditq; Salomon *ad altare æneum corá tabernaculo fœderis domini, & obtulit in eo mille hostias. Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei deus, dicens, Postula quod vis, vt dem tibi. Dixitq; Salomon deo, Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnam: & constituisti me regem pro eo. Nunc ergo domine deus impleatur sermo tuus, quem pollicitus es Dauid patri meo: tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui tam innumerabilis est, quàm puluis terræ. Da mihi sapientiam & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo: quis enim potest hunc populum tuú digne, qui tam grandis est, iudicare? Dixit autem deus ad Salomonem, Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias, & substantiam, & gloriam, neq; animas eorum qui te oderunt, sed nec dies vitæ plurimos: petisti autem sapientiam & scientiam, vt iudicare possis populum

Margin: illuc — dño, qđ erat in tabernaculo fœderis: — sicut

Margin: A Oblatio Salomonis in Gabaon. 3.Reg.3.a Tabnaculú in Gabaó. B Exo 38.a Deus hortatur Salomoné, vt à se petat qđ velit. Salomó petit à deo sapiétiá & sciétiá ad iudiciú pplmá. C 1.Par.18.b Sapi.9.b

meum, super quem constitui te regem. Sapientia & scientia data sunt
tibi: diuitias autem, & substantiam, & gloriam dabo tibi, ita vt nullus
3.Reg.10.d in regibus nec ante te, nec post te fuerit similis tui. Venit ergo Salo-
D mon ab excelso Gabaon in Ierusalem coram tabernaculo foederis, & re-
Numerus currũ et equitũ Salomonis. gnauit super Israel. Congregauitq; sibi currus & equites: & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & fecit eos esse in vrbibus quadrigarum, & cum rege in Ierusalem. Praebuitq; rex
Argentũ nihili ęstimatum tpe Salomõis. argentum & aurum in Ierusalem quasi lapides, & cedros quasi syco- moros, quę nascuntur in campestribus multitudine magna. (Adduce- bantur aũt ei equi de Aegypto, & de Coa à negotiatoribus regis, qui ibant, & emebant pretio quadrigam equorum sexcentis argenteis, & equum centum quinquaginta: similiter de vniuersis regnis Hethęorũ, & à regibus Syrię emptio celebrabatur.) *Eadem sunt hic verba Hebraica quę in tertij libri regũ capite decimo, in fine capitis, idcirco vide quę illic annotatũ sit.

CAP. II.

A
Artifices Salomõis.
DEcreuit aũt Salomon ędificare domũ nomini dñi, & palatium si-
bi. Et numerauit septuaginta millia virorum portantiũ humeris, &
octoginta millia qui cęderent lapides in montibus, ꝓpositosq; eorum
Mittit Salomon ad Hirã regẽ Tyri pro lignis & artificibus.
tria millia sexcentos. Misit quoque ad Hirã regem Tyri, dicens, Sicut
egisti cũ Dauid patre meo, & misisti ei ligna cedrina, vt ędificaret sibi
domũ, in qua (et habitauit:) sic fac mecum vt ędificem domũ nomini *habitaret
dñi dei mei, vt consecrem eam ad adolendũ incensum corã illo, & fumi-
ganda aromata, & ad propositionem panũ sempiternã, & ad holocau-
3.Reg.5.a. stomata mane & vespere, sabbathis quoque, & neomenijs, & solẽnitati-
bus dñi dei nostri in sempiternũ, quę mãdata sunt Israeli. Domus enĩ
quã ędificare cupio, magna est: magnus est enim deus noster sup om-
B nes deos. Quis ergo poterit (preualere, vt ędificet) ei dignam domum? *ędificare
Templũ ędificatũ, vt incensus deo incenderet.
si coelũ, & coeli coelorũ capere eum nequeunt: quantus ego sum, vt pos-
sim ędificare ei domum: sed ad hoc tantũ*, vt adoleatur incensum co- *ędifico domũ
rã illo. Mitte ergo mihi virũ eruditũ, q nouerit operari in auro & argen
to, & ęre & ferro, purpura, coccino, & hyacintho, & qui sciat sculpere cę-
laturas cum his artificibus quos mecũ habeo in Iudęa & Ierusalẽ, quos
pręparauit Dauid pater meus. Sed & ligna cedrina mitte mihi, & (ar- *abiegna,
ceuthina,) & (pinea) de Libano: scio enim q serui tui nouerint cędere *algumim (ge
ligna de Libano, & erunt serui mei cum seruis tuis, vt parentur mihi li nus ligni est q
gna plurima. Domus enim quã cupio ędificare, magna est (nimis & in dã dicunt quo
clyta.) Pręterea operarijs qui cęsuri sunt ligna seruis tuis dabo in ciba- qd tingi, bre-
C ria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidem, & vini viginti uil. alij coralia
Hirã pmittit ligna Salomoni.
millia (metretas,) oleiq; (sata) viginti millia. Dixit aũt Hirã rex Ty- interpretant)
ri per līas, quas miserat Salomoni, Quia dilexit dñs pplm suũ, idcirco *mirabilis.
te regnare fecit super eum. Et addidit, dicens, Benedictus dñs deus Is- *bathos,
Regẽ sapiẽtem cõstituit sup populũ a se dilectũ deus.
rael, qui fecit coelum & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem *bathos
& eruditum & sensatum atque prudentem, vt ędificaret domum domi-
ni, & palatium sibi. Misi ergo tibi virum prudentem, & scientissimum
(Hiram patrem meum,) filium mulieris de filiabus Dan: cuius pater *Hiram Abi,
fuit Tyrius, qui nouerit operari in auro & argento, ęre & ferro, & (mar (vel, Hirã pris
more,) & lignis, in purpura quoq & hyacintho, & bysso & coccino: & mei, subaudis fra
qui sciat cęlare omnem sculpturam, & adinuenire prudenter quodcunq trum)
D in opere necessariũ est cũ (artificibus tuis, & cũ artificibus) domini mei *lapidibus,
Dauid patris tui. Triticum ergo, & ordeũ, & oleũ, & vinum, quę pol- *sapientibus &
licitus es domine mi, mitte seruis tuis. Nos aũt cędemus ligna de Liba sapientibus
no, quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in
Numerus artificum.
Ioppe: tuum aũt erit transferre ea in Ierusalem. Numerauit igitur Sa
lomon omnes viros (proselytos) qui erant in terra Israel, post dinu- *peregrinos
merationem quã dinumerauit Dauid pater eius: & inuenti sunt centũ
quinquaginta tria millia et sexcenti. Fecitq; ex eis septuaginta millia, *q solicitarent
qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de mon- populum ad
tibus cęderent: tria aũt millia, et sexcentos (pręppositos operũ populi.) operandum.

CAPVT III.

ET cœpit Salomon ędificare domū domini in Ierusalem,in monte A
Moria,qui demonstratus fuerat Dauidi patri eius,in loco quē pa Templum
rauerat Dauid in area Ornan Iebusęi.Cœpit autem ędificare mense ędificatur.
secundo,anno quarto regni sui. Et hęc sunt fundamenta quę iecit Sa 3.Reg.6.a.
lomon,vt ędificaret domū dei,longitudinis cubitos in mensura pri
ma sexaginta,latitudinis cubitos viginti. Porticū verò ante frontem,
quę tendebatur in longū iuxta mensurā latitudinis domus cubitorum
viginti:porrò altitudo centū viginti cubitorum erat:et deaurauit eam B
intrinsecus auro mundissimo.Domū quoq; maiorem texit tabulis li
gneis abiegnis,et laminas auri obrizi affixit per totū : sculpsitq; in ea
palmas,et quasi catenulas se inuicem cōplectentes.Strauit quoq; paui
mentū templi pretiosissimo marmore decore multo . Porrò aurum
erat probatissimū, de cuius laminis texit domum,et trabes eius,et po
stes,et parietes,et ostia:et cęlauit cherubim in parietibus . Fecit quoq;
domū sancti sanctorum:longitudinem iuxta latitudinem domus,cubi
torum viginti:et latitudinem similiter viginti cubitorum.et laminis
aureis texit eam, quasi talentis sexcentis. Sed et clauos fecit aureos,
ita vt singuli claui siclos quinquagenos appenderent:cœnacula quoq; C
texit auro. Fecit etiam in domo sancti sanctorū cherubim duos, opere
statuario: et texit eos auro. Alę cherubim viginti cubitis extendeba
tur,ita vt vna ala haberet cubitos quinq;,et tangeret parietem domus:
et altera quinq; cubitos habens,alam tangeret alterius cherub.Simili
ter cherub alterius ala,quinq; habebat cubitos,et tangebat parietem:
et ala eius altera quinq; cubitorum,alam cherub alterius contingebat.
Igitur alę vtriusq; cherubim expansę erant,et extendebantur per cubi
tos viginti:ipsi autem stabant erectis pedibus,et facies eorū erant ver D
sę ad exteriorem domum. Fecit quoq; velum ex hyacintho, purpu
ra , cocco,& bysso:et intexuit ei cherubim. Ante fores etiā templi duas
columnas,quę triginta & quinq; cubitos habebant altitudinis: por
rò capitella earum,quinq; cubitorum. Necnon & quasi catenulas in ora
culo,et superposuit eas capitibus columnarū:mala granata etiam cen
tum,quę catenulis interposuit. Ipsas quoq; columnas posuit in vesti
bulo templi,vnam à dextris,et alteram à sinistris:eā quę à dextris erat,
vocauit Iachin:& quę ad leuam,vocauit Booz.

CAP. IIII.

A

FEcit quoq; altare ęneū viginti cubitorum longitudinis & viginti cu Fabricatio
bitorū latitudinis,et decem cubitorum altitudinis. Mare etiā fusile altaris.
decem cubitis à labio vsq; ad labium,rotundū per circuitū:quinq; cubi 3.Reg.7.c
tos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambiebat gy d.e.
rum eius. Similitudo quoq; boum erat subter illud: & decem cubi Maris.
tis quędā extrinsecus cęlaturę, quasi duobus versibus labium maris cir Boum.
cuibant. Boues autem erant fusiles:& ipsum mare super duodecim
boues impositum erat,quorum tres respiciebant ad aquilonem, & alij
tres ad occidentem,porrò tres alij meridiem , & tres qui reliqui erant,
orientem,habentes mare superpositum:posteriora aūt boum erant in B
trinsecus sub mari. Porrò vastitas eius habebat mensurā palmi,et la
bium illius erat quasi labium calicis,vel repandi lilij : capiebatq; tria
millia metretas. Fecit quoq; conchas decem: & posuit quinque à Concharū
dextris,et quinq; à sinistris,vt lauarent in eis omnia quę in holocaustū Candelabro
oblaturi erant:porrò in mari sacerdotes lauabantur. Fecit autem & rum.
candelabra aurea decem,secundū speciem quā iussa erant fieri : & po
suit ea in templo,quinq; à dextris,& quinque à sinistris. Necnon &
mensas decem:et posuit eas in templo,quinq; à dextris,et quinq; à sini Mensarū
stris. Phialas quoq; aureas centū. Fecit etiā atriū sacerdotū, et ba Phialarū
silicā grandem: et ostia in basilica,quę texit ęre. Porrò mare posuit Atrij.
in latere dextro contra orientem ad meridiem. Fecit aūt Hiram lebe C

Marginal notes (left margin):

die secunda,
hę sunt dispo
sitiōes (vel mę
surę) secundū
quas ǫsultū
ēt ipsi Salomo
ni ędificare

lapide
et Phanaim
(nomen loci)

auro bono

instar puerorum

longitudinis

per circuitum
circunditiū il
lud,decē cubi
tis ambiebant
mare p circuitū

Duo autem
ordinis

densitas (vel
crassitudo)

bathos.

vel,Crateras

atriū grāde:
(loc° erat vbi
stabāt sacerdo
tes sanctificatus
et sup altare,e
erat pauimēto
p gradum al
tior.) et infra.

tes, & (creagras,) & phialas: & cõpleuit omne opus regis in domo dei: B Hoc est, columnas duas: & epistylia, & capita, & quasi quędã retiacula, quę capita tegerent super epistylia. Mala granata quoq; quadringenta, & retiacula duo, ita vt bini ordines malorum granatorum singulis retiaculis iungerentur, quę protegerent (epistylia,) & capita columnarum. Bases etiam fecit, & conchas, quas superposuit basibus: mare vnũ, boues quoque duodecim sub mari. Et lebetes, & creagras, & (phialas.) Omnia vasa fecit Salomoni Hiram (pater eius) in domo domini ex ęre mũdissimo. In regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter D Socoth, & Saredátha. Erat aũt multitudo vasorũ innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus ęris. Fecitq; Salomon omnia vasa domus dei, & altare aureum, & mensas, & super eas panes propositionis. Candelabra quoque cum lucernis suis vt lucerent (ante oraculum) iuxta ritum, ex auro purissimo: & florentia quędam, & lucernas, & forcipes aureos. omnia de auro mundissimo facta sunt. (Thymiamateria) quoque, & thuribula, & (phialas, & mortariola) ex auro purissimo. Et ostia (cęlauit) templi interioris, id est in sanctosanctorum: & ostia templi forinsecus aurea. Sicq; completum est omne opus quod fecit Salomon in domo domini.

Marg.: scopas, & illa ... funiculos, & infra. vel tridentes. Abi (vel, pris sui, subaudi fa bex) ... in oraculo. Psalteria vel, pelues & cochlearia.

CAPVT V.

A Intulit igitur Salomon omnia quę (vouerat) Dauid pater suus, argentum, & aurum, & vniuersa vasa posuit in thesauris domus dei. Post quę congregauit maiores natu Israel, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filijs Israel, in Ierusalem: vt adducerent arcam foederis domini de ciuitate Dauid, quę est Sion. Venerunt itaq; ad regem omnes viri Israel in die solenni mensis septimi. Quumq; venissent cuncti seniorũ Israel, portauerunt Leuitę arcam, & intulerunt B eam & (omnem paraturam tabernaculi.) Porrò vasa sanctuarij, quę erant (in) tabernaculo, portauerunt sacerdotes cum Leuitis. Rex autem Salomon, & vniuersus coetus Israel, & omnes qui fuerunt congregati ante arcã, immolabant arietes & boues absq; vllo numero, tanta enĩ erat multitudo victimarũ. Et intulerunt sacerdotes arcã foederis domini in locũ suum, id est ad oraculum templi in sancta sanctorũ subter alas cherubim: ita vt cherubim expãderent alas suas super locum in quo posita erat arca, & ipsam arcam tegerent cum vectibus eius. (Vectium aũt C quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebant ante oraculum:) si verò quis paululum fuisset extrinsecus, eos videre non poterat. Fuit itaq; arca ibi vsq; in pręsentem diem. Nihilq; erat aliud in arca nisi duę tabulę, quas posuerat Moyses in Horeb, (quãdo legem dedit) dominus filijs Israel egredientibus ex Aegypto. Egressis aũt sacerdotibus de sanctuario (omnes enim sacerdotes qui ibi potuerant inueniri, sanctificati sunt: nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos diuisus erat) tam Leuitę, quã cantores, id est & qui sub Asaph erant, & qui sub Heman, & qui sub Idithun, D filij, & fratres eorum vestiti byssinis, cymbalis, & psalterijs, & citharis concrepabant, stantes ad orientalem plagam altaris, & cum eis sacerdotes centum viginti canentes tubis. Igitur cunctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & (organis, & diuersi generis musicorum) concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, (longe sonitus audiebatur: ita vt quũ) dominum laudare coepissent, & dicere, Confitemini domino quoniã bonus, quoniã in ęternũ misericordia eius: (impleretur) domus domini nube, (ne) possent sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Cõpleuerat enim gloria domini domũ dei.

Marg.: Salomon infert quę dicauerat pater, in templum dei, & arcã in locum suum. 3.Reg.7.g 8.a. Arca infert in templum. Quid in arca. Gloria dñi templũ replet. Bonus & misericors de⁹.

Marg.: sanctificauerat (vel, dicauerat) tabernaculũ foederis consecrata Quid sic verunt, prolõgauerunt vectes (.i. fecerunt alios arcę vectes pręter illos quos fecerat Beseleel, & fecerit lõgiores illis; ita vt aspicerentur ante oraculum, &c.) quasi excideret instris musicis laudãdo & cõfitẽdo dño, ita vt oium vox, tanquã vnius audiretur, cum impleta est non.

CAP. VI.

A Tunc Salomon ait, Dominus pollicitus est vt habitaret in caligine: ego autem ędificaui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum. Et conuertit rex faciem suam, & benedixit vniuersę multitudini Israel (nam omnis turba stabat intenta) & ait, Benedictus do-

Marg.: Salomõ bñdicit cõgregationi. 3.Reg.8.b.

minus deus Israel, qui quod loquutus est David patri meo, opere eō/ Gras agit
pleuit, dicens, A die qua eduxi populū meum de terra Aegypti, nō ele deo qō pro/
gi ciuitatem de cunctis tribubus Israel vt ędificaretur in ea domus no missionem
mini meo: neq; elegi quenquam alium virum, vt esset dux in populo Dauidi fa/
meo Israel: sed elegi Ierusalem vt sit nomen meum in ea, & elegi Da/ ctā cōpleuit
uid, vt constituerem eum super populum meum Israel. Quumq; fuis/ set.
set voluntatis David patris mei, vt ędificaret domum nomini domi/
ni dei Israel, dixit dominus ad eum, Quia hęc fuit voluntas tua, vt ędi/
ficares domum nomini meo, bene quidem fecisti huiuscemodi habere
voluntatem: sed non tu ędificabis mihi domum, Verumtamen filius
tuus qui egredietur de lumbis tuis, ipse ędificabit domū nomini meo.
Compleuit ergo dominus sermonem suum, quem loquutus fuerat: &
ego surrexi pro patre meo David, & sedi super thronū Israel, sicut lo/
quutus est dns: & ędificaui domum nomini dñi dei Israel. Et posui in
ea arcam, in qua est pactum dñi quod pepigit cum filijs Israel. Stetit
ergo coram altari domini ex aduerso vniuersę multitudinis Israel, & ex/
tendit manus suas. Siquidem fecerat Salomon basim ęneam, & posue/
rat eam in medio basilicę, habentem quinq; cubitos longitudinis, & Orō Salo/
quinq; latitudinis, & tres cubitos altitudinis: stetitq; super eam, & de/ mōis vt exā
inde flexis genibus contra vniuersam multitudinē Israel, et palmis in udiant orā
cœlum leuatis, ait, Domine deus Israel, non est similis tui deus in cœ tes in tēplo.
lo et in terra: qui custodis pactum et misericordiam cū seruis tuis qui 2. Mac. 2. b.
ambulant coram te in toto corde suo. Qui pręstitisti seruo tuo Da/ C
uid patri meo quęcunq; loquutus fueras ei: et quę ore promiseras, ope
re complesti, sicut et pręsens tempus probat. Nunc ergo domine deus
Israel imple seruo tuo patri meo Dauid quęcūq; loquutus es, dicens,
Nō deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tā Promissio/
si custodierint filij tui viā suā, et ambulauerint in lege mea, sicut et tu nes & mise/
ambulasti corā me. Et nunc dñe deus Israel firmetur sermo tuus quem ricordię dei
loquutus es seruo tuo David. Ergone credibile est vt habitet deus cū diligentib⁹
hōibus super terrā? Si cœlum et cœli cœlorū nō te capiunt: quāto ma ipsum.
gis domus ista quā ędificaui? Sed ad hoc tm̄ facta est, vt respicias ora/
tionē serui tui, et obsecrationē eius dñe deus meus: et audias preces quas
fundit famulus tuus corā te: vt aperias oculos tuos sup domum istam D
diebus ac noctibus, super locū in quo pollicitus es vt inuocetur nomē
tuū: et exaudires orationem quā seruus tuus orat in eo, et exaudias pre
ces famuli tui, & populi tui Israel. Quicunq; orauerit in loco isto, exau
di de habitaculo tuo, id est de cœlis, & propitiare. Si peccauerit quis/
piam in proximum suum, & iurare contra eum paratus venerit, seq; male Iuramētum.
dicto constrinxerit coram altari in domo ista: tu audies de cœlo, & fa/
cies iudicium seruorū tuorū, ita vt reddas iniquo viam suam in caput Bellum.
proprium, & vindices iustum, retribuens ei sm̄ iustitiam suam. Si su/
peratus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi)
& conuersi egerint pœnitentiam, & obsecrauerint nomen tuum, & fue/
rint deprecati te in loco isto, tu exaudies de cœlo, & propitiare pecca/ E
to populi tui Israel, & reduc eos in terram quam dedisti eis, & patribus Pluuia.
eorum. Si clauso cœlo pluuia nō fluxerit propter peccata populi tui,
& deprecati te fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo, & conuersi
à peccatis suis, quum eos afflixeris: exaudi de cœlo domine, & dimit/
te peccata seruis tuis & populi tui Israel, & doce eos viā bonā per quā Doctos de
ingrediantur, & da pluuiā terrę quam dedisti populo tuo ad possiden/ Fames.
dum. Fames si orta fuerit in terra, & pestilentia, ęrugo & aurugo, Pestilentia.
& locusta, & bruchus, & hostes vastatis regionibus, portas obsederint ci/ Infra. 20. b.
uitatis, omnisq; plaga, & infirmitas presserit: si quis de populo tuo Is/
rael fuerit deprecatus, cognoscens plagā, & infirmitatem sui, & expāde/
rit manus suas in domo hac: tu exaudies de cœlo, de sublimi s. habi

Marginal notes (left):
* nōnulli ver/ tunt, suggestū ęneum instar conchę.
* parce
* iurauerit al/ ter iuramentū contra ipsum, vt faciat cū iu rare, seq; iura/ mento
* cessi fuerit ser ui tui
* confessi fuerint
* parce
* ariditas
* vel, ad do/ mum istam.

Corda sol⁹ deus nouit. taculo tuo, & propitiare, & redde vnicuiq; secundũ vias suas quas no- parce
sti eum habere in corde suo: tu enim solus nosti corda filiorũ hominũ.
Alienigena Vt timeant te, & ambulent in vijs tuis cunctis diebus qbus viuunt sup
F faciem terrę quã dedisti patribus nostris. Externũ quoq; qui nõ est de
populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua, ꝓpter nomen tuum
magnum, & ꝓpter manũ tuam robustã, & brachium tuum extentum, &
adorauerit i loco isto: tu exaudies de cęlo firmissimo habitaculo tuo,
& facies cũcta pro qbus inuocauerit te ille peregrinus: vt sciant omnes
populi terrę nomen tuũ, & timeant te sicut populus tuus Israel, & co-
Bellatores orantes vi- ctoriam. gnoscant qa nomen tuũ inuocatum est super domũ hanc quã ędifica-
ui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellũ ꝯtra aduersarios suos per
viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam in qua ciuitas hęc
Pctõres oẽs 3. Reg. 8. e. Eccles, 7. c. 1. Iohã. 1. d est quã elegisti, & domus quã ędificaui nomini tuo: & exaudies de cœ-
lo preces eorũ, & obsecrationem, & vlciscaris. Si autem peccauerint ti- faciem iudiciũ eorum.
bi (neq; enim est homo qui nõ peccet) & iratus fueris eis, & tradideris
hostibus, & captiuos duxerint eos in terrã longinquã vel certe quę iux
G ta est: & reuersi in corde suo in terra ad quam captiui ducti fuerant, ege
Confessio. rint pœnitentiã, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suę, dicentes,
Peccauimus iniq; fecimus, iniuste egimus: & reuersi fuerint ad te in to-
to corde suo, & in tota anima sua, in terra captiuitatis suę ad quam du-
cti sunt, adorabunt te ꝯtra viam terrę suę quam dedisti patribus eorũ,
& vrbis quam elegisti, & domus quã ędificaui nomini tuo: tu exaudies
de cœlo, hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorũ, & facias iudiciũ,
& dimittas populo tuo quamuis peccatori. Tu es enim deus meus, vel, Nunc
Psal. 131. c. aperiantur quęso oculi tui, & aures tuę intentę sint ad orationem quę
Salus. fit in loco isto. Nunc igitur ꝯsurge domine deus in requiem tuã, tu &
Misericor- diæ. arca fortitudinis tuę: Sacerdotes tui dñe deus induantur salutem, & san-
cti tui lętentur in bonis. Domine deus meus ne auerteris faciem Chri-
sti tui: memento misericordiarum Dauid serui tui. CAP. VII.
A QVumq; complesset Salomon fundens preces, ignis descendit de cœ-
Ignis deuo rat sacrifi- ciũ in dedi- catiõe tẽpli. 2. Mach 2. c lo, & deuorauit holocausta & victimas: & maiestas domini imple-
uit domum. Nec poterant sacerdotes ingredi templũ domini, eo quod
impleuisset maiestas domini templum domini. Sed & omnes filij Israel
videbant descendentem ignem, & gloriam domini super domum: &
corruentes proni in terram super pauimentum stratum lapide, adora-
Bon⁹ & mi sericors de⁹ uerunt: & laudauerunt dominũ quoniam bonus, quoniam in secu-
lum misericordia eius. Rex autem, & omnis populus immolabant vi- confitebãtur domino.
ctimas coram domino. Mactauit igitur rex Salomon hostias, boum vi
gintiduo millia, arietum centum viginti millia: & dedicauit domum
dei rex & vniuersus populus. Sacerdotes aũt stabant in officijs suis: &
B Leuitę in organis carminum domini, quę fecit Dauid rex ad laudan
Misericor- dia dei. dum dominum quoniã in ęternũ misericordia eius, hymnos Dauid instrumentis musicis.
canentes per manus suas: porrò sacerdotes canebant tubis ante eos,
cunctusq; Israel stabat. Sanctificauit quoq; Salomon medium atrij an- vel, dum laudaret Dauid in manũ eorum;
te templũ domini: obtulerat enim ibi holocausta & adipes pacificorũ:
Fit ingens solennitas. quia altare æneum quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sa
crificia & adipes. Fecit ergo Salomon solennitatem in tempore illo se-
ptem diebus, & omnis Israel cum eo, ecclesia magna valde, ab introi-
tu Emath vsq; ad torrentem Aegypti. Fecitq; die octauo collectam,
eo quòd dedicasset altare septem diebus, & solennitatem celebrasset die
bus septem. Igitur in die vicesimotertio mensis septimi, dimisit popu
3. Reg. 9. a lus ad tabernacula sua lętantes atq; gaudentes super bono quod fece-
C rat dominus Dauidi, & Salomoni, & Israeli populo suo. Compleuitq;
Exauditiõis orõnem Sa lomonis, Salomon domũ domini, & domum regis, & omnia quę disposuerat in
corde suo vt faceret in domo domini, & in domo sua, & prosperatus est.
Apparuit autem ei dominus nocte, & ait, Audiui orationem tuam, &
elegi

elegi locum istum mihi in domũ sacrificii. Si clausero cœlum, & plu/ Pluuia.
uia non fluxerit, e mandauero & pręcepero locustę vt deuoret terras, Locusta.
& misero pestilentiam in ppl'm meũ: conuersus autem populus meus, Pestilentia.
super quos inuocatum est nomen meũ, deprecatus me fuerit, & exqui/
sierit faciem meam, e egerit pœnitentiã à vijs suis pessimis: e ego exau
diam de cœlo & propitius ero peccatis eorum e sanabo terrã eorum.
Oculi quoq; mei erunt aperti, & aures meę erectę ad orationẽ eius qui
in loco isto orauerit. Elegi enim, & sanctificaui locum istum, vt sit no Pœnitẽtia.
men meũ ibi in sempiternũ, e permaneant oculi mei, e cor meũ ibi cũ/ Sanare ter
ctis diebus. Tu quoq; si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Da/ ram.
uid pater tuus, & feceris iuxta oĩa quę pręcepi tibi, &'iustitias meas,' D
iudiciaq; seruaueris: suscitabo thronũ regni tui, sicut pollicitus sum
Dauid patri tuo, dicẽs, Nõ auferetur de stirpe tua vir, qui non sit prin
ceps in Israel. Si autẽ auersi fueritis, e dereliqueritis iustitias meas, &
pręcepta mea quę proposui vobis, e abeuntes seruieritis dijs alienis, Cõuersi ad
e adoraueritis eos: euellam vos de terra mea quã dedi vobis, e domũ idola.
hanc quam sanctificaui nomini meo, proijciam à facie mea, e tradam
eam in parabolam, & in exemplũ cunctis populis. Et domus ista'erit
in prouerbium vniuersis transeuntibus: & dicent stupentes,' Quare
fecit dominus sic terrę huic, e domui huic? Respõdebuntq;, Quia dere
liquerunt dominum deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra
Aegypti, e apprehenderunt deos alienos, e adorauerunt eos, & colue/
runt: idcirco'venerũt super eos vniuersa hęc mala. CAP. VIII.

'statuta mea.

'quę fuit excel sa, oĩ trãseunti p eã erit stupo r, & dicent,

'adduxit

Expletis autẽ viginti annis postq; ędificauit Salomon domus dñi A
e domũ suam: ciuitates quas dederat Hiram Salomoni, ędificauit, A edificauit
& habitare ibi fecit filios Israel. Abijt quoq; in Emath Suba, e obti/ ciuitates R
nuit eam. Et ędificauit Palmiras in deserto, e alias ciuitates 'munitissi Salomonẽ.
mas' ędificauit in Emath. Extruxitq; Bethoron superiorem, e Bethoron 3.reg.9.b.
inferiorẽ, ciuitates muratas hñtes portas e vectes e seras. Balaath etiã e oẽs
vrbes'firmissimas,' quę fuerunt Salomonis, cunctasq; vrbes q̃drigarũ, e
vrbes equitũ. Oĩa quęcũq; voluit, fecit rex Salomon atq; disposuit: ędifi
cauit in Ierusalẽ & in Libano, & in vniuersa terra potestatis suę. Oẽm
populũ qui derelictus fuerat de Hethęis, e Amorrhęis, & Pherezęis, & B
Heuęis, & Iebusęis, qui non erant de stirpe Israel, de filijs eorũ. Et q̃ po Populi fa/
sterius quos nõ interfecerant filij Israel, subiugauit Salomon in tributa cti Salomo
rios, vsq; in diẽ hanc. Porro de filijs Israel nõ posuit vt seruirent operi ni tributa/
bus regis: ipsi.n. erant viri bellatores, e duces primi & principes qua/ rij.
drigarũ e equitũ eius. Oẽs autem principes exercitus regis Salomonis
fuerũt ducenti quinquaginta, qui'erudiebant pplm. 'Filiã vero Pha/
raonis transtulit de ciuitate Dauid in domũ quã ędificauerat ei. Dixit
enim, Nõ habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, eo quod C
sanctificata sit: qa ingressa est in eã arca dñi. Tũc obtulit Salomõ ho
locausta dño super altare dñi, quod extruxerat ante porticũ, vt p singu
los dies offerretur in eo iuxta pręceptum Moysi in sabbathis, e in calẽ
dis, e in festis dieb' ter per annũ, id est in solẽnitate azymorũ & solẽni
tate hebdomadarũ, & in solẽnitate tabernaculorũ. Et constituit iuxta
dispositionẽ Dauid patris sui officia sacerdotum in ministerijs suis: &
Leuitas in'ordine suo', vt laudarent, & ministrarent coram sacerdoti/
bus iuxta ritũ vniuscuiusque diei: e ianitores in diuisionibus suis per
portã & portã: sic enim pręceperat Dauid homo dei. Nec prętergressi D
sunt de mãdatis regis tam sacerdotes, quã Leuitę, ex oĩbus quę pręce/ Dauid ho/
perat, & in custodijs thesaurorũ. Oẽs impensas pręparatas habuit Salo mo dei
mon, ex eo die quo fundauit domũ dñi, vsq; in diẽ quo perfecit eam.
Tũc abijt Salomõ in Asiongaber, & in Ailath ad orã maris' rubri,' Mittit Salo
quę est in terra Edom. Misit ergo ei Hiram per manus seruorũ suorũ mon in
naues, e nautas gnaros maris, & abierũt cũ seruis Salomõis in Ophir. Ophir.

'vel, thesaurorum,
'vel, thesaurorum,

'dominabant populo.

'custodijs suis

AA

tuleruntq; inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerūt
ad regem Salomonem.

CAPVT IX.

A Regina Saba venit ad audiēdā sapientiā Salomonis. 3.Re.10.a. Mat.12.d. Luc.11.d.

Regina quoq; Saba quum audisset famā Salomonis, venit vt ten-
taret eum in ęnigmatibus in Ierusalē: cū ²magnis opibus ³& ca-
melis, q portabāt aromata ⁊ auri plurimū, gemasq; pretiosas. Quūq;
venisset ad Salomonē, loquuta est ei quecūq; erant in corde suo. Et ex-
posuit ei Salomon oīa quę ꝓposuerat: nec quicquā fuit qd̄ nō ꝑspi-
cuū ei fecerit. Quę postq; vidit, sapiētiā s. Salomonis, ⁊ domū quā
ędificauerat, necnō & cibaria mēsę eius, & habitacula seruoꝝ, ⁊ officiū
ministroꝝ eius & vestimēta eoꝝ, pincernas quoq; & vestes eoꝝ, et ²vi-
ctimas quas imolabat in domo dn̄i: nō erat prę stupore vltrà in ea spi-
ritus. Dixitq; ad regē, Verus est sermo quē audierā in terra mea de ³vir-
tutibus & sapiētia tua. Nō credebā narrantibus, donec ipsa venissem,
& vidissent oculi mei: & probassem vix medietatē sapiētię tuę mihi fuis-
se narratā: vicisti famam ²virtutibus tuis. Beati viri tui, & beati serui
tui, hi qui assistunt corā te oī tpe, ⁊ audiunt sapientiā tuā. Sit dn̄s deus
tuus bn̄dictus, qui voluit te ordinare sup thronū suū regē dn̄i dei tui.
Quia diligit deus Israel, & vult seruare eū in ęternū: idcirco posuit
te sup eū regē, vt facias iudicia atq; iustitiā. Dedit autē regi centū vi-
ginti talēta auri, & aromata multa nimis, & gēmas ꝑtiosissimas: non
fuerunt aromata talia, vt hęc quę dedit regina Saba regi Salomoni.

Right margin: ²exercitu grā-ui valde · ³cœna cultum eius per quod ascendebat in domum · ²rebus tuis · ²quā audiui.

B

C Regē sapiētē dat deus populo a se dilecto. Regina Saba dat Salomoni munera.

Sed & serui Hirā cū seruis Salomonis attulerunt aurū de Ophir, &
ligna ²thina, et gēmas pretiosissimas. De qbus fecit rex, de lignis s. thi-
nis, ²gradus in domo dn̄i et in domo regia: citharas quoq; et psalte-
ria cantoribus: nūq; visa sunt in terra Iuda ligna talia. Rex autē Sa-
lomon dedit reginę Saba cuncta quę voluit, et q postulauit, et multo
plura quā attulerat ad eum: q reuersa, abijt in terrā suā cū seruis suis.

Right margin: ²algumim (quidā putāt corallia esse, alij hebenū) et 3. ²vel, tigna

D Salomon dat reginę munera. Census annuus pecunię Salomonis

Erat autē pondus auri qd̄ afferebat Salomoni ꝑ singulos annos, sexcē-
ta sexaginta sex talēta auri: excepta ea sūma quā ²legati diuersarum gē-
tium, et negotiatores afferre consueuerant, oēsq; reges Arabię, et sa-
trapę terraꝝ, qui cōportabant auꝝ et argētū Salomoni. Fecit igitur
rex Salomon ducentas hastas aureas de sūma sexcentoꝝ aureoꝝ, q in
singulis hastis expendebant. Trecenta quoq; scuta aurea trecentorum
aureoꝝ quibus tegebant singula scuta: posuitq; ea rex ²in armamenta-
rio, qd̄ erat cōsitus nemore. Fecit quoq; rex soliū eburneū grāde: et
vestiuit illud auro mundissimo. Sex quoq; gradus, quibus ascēdebat ad
solium: et scabellū aureum, et ²brachiola duo altrinsecus, et duos leo-
nes stantes iuxta brachiola: sed et alios duodecim leunculos stātes sup
sex gradus ex vtraq; parte. nō fuit tale solium in vniuersis regnis.

Right margin: ²mercatores. ²vel, du centa scuta ex auro ductili. et 3. ²in domo saltus Libani. ²gradus erant aurei, ²vel, manus

E 300. scuta aurea.

Oīa quoq; vasa conuiuij regis erant aurea: et vasa domus saltus Liba-
ni ex auro purissimo. Argentū.n. in diebus ²illis pro nihilo reputaba-
tur. Siquidē naues regis ibant in Tharsis cum seruis Hiram, semel in
annis tribus: et deferebant inde aurū et argentū, et ebur, et simias, et
pauos. Magnificatus est igit Salomon sup oēs reges terrę prę diui-
tijs, et ²gloria. Oēsq; reges terraꝝ desyderabant videre faciē Salomo-
nis: vt audirent sapientiam quā dederat deus in corde eius. Et defere-
bant ei munera, vasa argētea et aurea, et vestes, et arma, et aromata,
equos et mulos ꝑ singulos annos. Habuit quoq; Salomon ²quadra-
ginta millia equoꝝ in stabulis, et curruū, equitūq; duodecim millia:
cōstituitq; eos in vrbibus quadrigaꝝ, et vbi erat rex in Ierusalē. Exer-
cuit et potestatē super cunctos reges à flumine Euphrāte vsq; ad terrā
Philisthinoꝝ, et vsq; ad terminos Aegypti. Tantāq; copiā pręb uit ar-
genti in Ierusalē quasi lapidum: et cedroꝝ tantā multitudinē velut syco-
moꝝ q gignunt in cāpestribus ². Adducebant autē ei equi de Aegy-
pto, cunctisq; regionibus. Reliqua autē opa Salomonis prioꝝ et no-
uissimoꝝ scripta sunt in verbis Nathan ꝓphetę, et in libris Ahię Si-

Right margin: ²duas · ²Salomonis · ²sapientia · ²quatuor · ²in multitudine · ²prophetia

Vasa aurea. Argētū tpe Salomonis nihili fiebat.

F Equi et equites Salomonis.

G

lonitis, in visione quoq; Addo videntis, cōtra Ieroboam filiū Nabat. Morit Salomon, cuisuc
Regnauit autē Salomon in Ierusalē sup oēm Israel quadraginta an- cedit Roboam.
nis. Dormiuitq; cū patribus suis: & sepelierunt eū in ciuitate Dauid: CAP. X.
regnauitq; Roboā filius eius pro eo.

A

PRofectus est autē Roboam in Sichem: illuc.n. cunctus Israel cōue Roboam
nerat, vt cōstitueret eū regem. Quod quū audisset Ieroboam fili⁹ constituit rex.
Nabat, qui erat in Aegypto (fugerat quippe illuc ante Salomonē) statī Ieroboam
reuersus est, Vocaueruntq; eū, ✝ venit cum vniuerso Israel, ✝ loquu- cū pplo, pe
ti sunt ad Roboam, dicētes, Pater tuus durissimo iugo nos pressit: tu tunt sibi re
leuiora ipera patre tuo, qui nobis iposuit graue seruitutem, & paulu- mitti de iu
lum de onere subleua, vt seruiamus tibi. Qui ait, Post tres dies reuerti go Salomo
mini ad me. Quumq; abisset ppls, iniit cōsilium cum senibus qui stete- nis.
B
rant corā patre eius Salomone, dū adhuc viueret, dicens. Qd datis cō Consilium
silium, vt rñdeam populo? Qui dixerunt ei, Si placueris pplo huic, & senum.
leniēris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tpe. At ille reliqt Consilium
consiliū senum, ✝ cum iuuenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti iuuenum.
fuerant, ✝ erant in comitatu illius. Dixitq; ad eos, Quid vobis videt?
vel quid rñdere debeo populo huic, qui dixit mihi, Subleua iugū qd
imposuit nobis pater tuus? At illi rñderunt iuuenes, & nutriti cum eo
in delicijs, atq; dixerunt, Sic loqueris populo qui dixit tibi, Pater tuus
C
aggrauauit iugum nrm, tu subleua: & sic rñdebis eis, Minimus digit⁹
meus grossior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis graue
iugum, ✝ ego maius pondus apponā: pater meus cecidit vos flagellis,
ego verò cędam vos scorpionibus. Venit ergo Ieroboam, ✝ vniuer
sus populus ad Roboam die tertio, sicut preceperat eis. Rñditq; rex Relicto cō
dura, derelicto cōsilio seniorum, loquutusq; est iuxta iuuenum volun silio senorū
tatem, Pater meus graue vobis imposuit iugū, quod ego grauius fa rñdet pplo
ciam: pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cędā vos scorpionib⁹. dura, ita vo
Et non acquieuit populi precibus: erat.n. voluntatis dei, vt comple lente deo.
D
retur sermo eius, quē loquutus fuerat per manū Ahię Silonitis ad Ie-
roboam filium Nabat. Populus autē vniuersus rege duriora dicēte, sic Scissio re
loquutus est ad eum, Nō est nobis pars in Dauid, neq; hęreditas in fi- gni Israel.
lio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel, tu autē pasce domū tuā Aduram la
Dauid. Et abijt Israel in tabernacula sua. Super filios autē Israel, q ha pidatur.
bitabāt in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. Misitq; rex Roboam
Aduram, qui pręerat tributis, ✝ lapidauerunt eum filij Israel, & mor-
tuus est: porrò rex Roboam currum festinauit ascēdere, & fugit in Ie-
A
rusalē. Recessitq; Israel à domo Dauid vsq; ad diē hāc. CA. XI. Roboam
VEnit autē Roboam in Ierusalem, ✝ conuocauit vniuersam domum cōtra Iero
Iuda & Beniamin centū octoginta millia electoꝝ, atq; bellantiū, boam pu
vt dimicaret cōtra Israel, ✝ conuerteret ad se regnum suum. Factusq; est gnaturus, a
sermo dñi ad Semeiā hoiem dei, dicens, Loquere ad Roboam filiū Sa dño p Seme
lomonis regem Iuda, ✝ ad vniuersum Israel qui est in Iuda & Benia- iam desistere
min: Hęc dicit dñs, Non ascendetis, neq; pugnabitis contra fratres ve- pugna ad
stros: reuertat vnusquisq; in domū suas, quia mea hoc gestū est volun monetur.
tate. Qui quū audissent sermone dñi, reuersi sunt, nec perrexerunt cōtra 3. Reg. 12. c
B
Ieroboam. Habitauit autē Roboam in Ierusalē, & ędificauit ciuitates Voluntate
muratas in Iuda. Extruxitq; Bethlehem, & Etam, ✝ Thecue, Bethsur dei diuisū re
quoq;, & Socho, & Odollam, necnon & Geth, & Maresa, ✝ Ziph: sed gnū Israel.
& Aduram, ✝ Lachis, ✝ Azecha: Saraa quoq;, & Aialon, ✝ Hebron, q Ciuitates a
erāt in Iuda ✝ Beniamin ciuitates munitissimas. Quūq; clausisset eas Roboam
muris, posuit in eis pncipes, ciboriūq; horrea, hoc est olei, & vini. ędificatę.
Sed ✝ in singulis vrbib⁹ fecit armamētaria scutoꝝ, ✝ hastaꝝ: firmauitq; Roboam i-
eas sūma diligētia, & iperauit sup Iudā, ✝ Beniamin. Sacerdotes autē, perat super
✝ Leuitę q erāt in vniuerso Israel, venerūt ad eū de cūctis sedib⁹ suis Iudam &
relinquentes suburbana, ✝ possessiones suas, ✝ trāseuntes ad Iudam, ✝ Beniamin.

✝ Ieroboam
✝ placueris in bono, & (i. bene egeris populo isti)
✝ alloquutus
✝ consuluit iuuenes,
✝ cōsiliū, dicēs,
✝ caussa a deo. LXX, subuersio a deo,
✝ prouide domui
✝ roborauit se, ✝ ascēdit currū
✝ roborasset munita,
✝ & oleum, & vinum.

C Ierusalem: eò qd abiecisset eos Ieroboam, & posteri eius, ne sacerdotio dñi fungerentur. Qui constituit sibi sacerdotes excelsorũ, & dæmoniorũ, vitulorũq; quos fecerat. Sed & de cunctis tribubus Israel, quicunque dederant cor suũ vt quærerent dñm deũ Israel, venerunt in Ierusalẽ ad imolandũ victimas suas coram dño deo patrũ suorũ. Et roborauerunt regnũ Iuda: & confirmauerunt Roboã filiũ Salomõis per tres annos: ambulauerunt.n. in vijs Dauid, & Salomõis annis tñ trib'. Duxit aũt Roboã vxorẽ Mahalath, filiã Ierimoth filij Dauid: Abihail quoq; filiã

D Eliab filij Isai, quæ peperit ei filios Ieus, & Somoriã, & Zoom. Post hanc quoq; accepit Maacha filiã Absalom, quæ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Salomith. Amauit aũt Roboã Maacha filiam Absalom sup oẽs vxores suas, & concubinas: nã vxores decẽ & octo duxerat, concubinas autẽ sexaginta: & genuit vigintiocto filios, & sexaginta filias. Constituit verò in capite, Abiã filiũ Maacha ducẽ super oẽs fratres suos: [a] ipsum enim regem facere cogitabat, [b] quia sapientior fuit, & [c] potẽtior super oẽs filios eius, & [d] in cunctis finibus Iuda, & Beniamin, & in vniuersis ciuitatib' muratis: præbuitq; eis escas plurimas, & multas petiuit vxores.

Ieroboã cõstituit sacerdotes dæmoniorum.

Quærere dominum.

Vxores Roboam

[a] vt eũ regnare faceret.

[d] dispersit de cũctis filijs suis

CAPVT. XII.

A QVumq; roboratũ fuisset regnũ Roboã, & confortatum, dereliquit legem dñi, & oẽs Israel cũ eo. Anno aũt quinto regni Roboam ascendit Sesac rex Aegypti in Ierusalẽ (quia peccauerãt dño) cũ mille ducẽtis curribus, & sexaginta millibus equitũ: nec erat numerus vulgi qd venerat cũ eo ex Aegypto, Libyes scilicet, & Troglodytæ, & Aethiopes. Cepitq; ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsq; in Ierusalem. Semeias autẽ propheta ingressus est ad Roboã, & principes Iuda, qui

B cõgregati fuerãt in Ierusalẽ, fugiẽtes Sesac: dixitq; ad eos, Hæc dicit dominus, Vos reliquistis me, & ego reliqui vos in manu Sesac. Consternatiq; principes Israel, & rex, dixerunt, Iustus est dñs. Cũq; vidisset dñs quod humiliati essent, factus est sermo dñi ad Semeiã, dicẽs, Quia humiliati sunt, nõ disperdã eos: daboq; eis pauxillũ auxilij, & nõ stillabit furor meus sup Ierusalẽ per manum Sesac. Verũtamẽ seruiẽt ei: vt sciant distantiã seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarũ. [a] Recessit itaq; Sesac rex Aegypti ab Ierusalẽ, sublatis thesauris [b] domus dñi, & domus

C regis, oĩaq; secũ tulit: & clypeos aureos quos fecerat Salomon, pro quibus fecit rex * æneos, & tradidit illos principibus [c] scutariorũ [d] qui custodiebant vestibulũ palatij. Cũmq; introiret rex domum dñi, veniebant [e] scutarij, [f] & tollebant eos: iterumq; referebant eos ad armamentarium suũ. Verũtamen quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira dñi, nec deleti sunt penitus: siquidẽ in Iuda [g] inuenta sunt opera bona. [h] Confortatus est ergo rex Roboam in Ierusalẽ, atq; regnauit: quadraginta autem & vnius anni erat quũ regnare cœpisset: & decẽ & septẽ annis regnauit in

D Ierusalẽ vrbe quã elegit dñs vt [i] cõfirmaret [k] nomẽ suum ibi de cunctis tribubus Israel: nomẽ autẽ matris eius Naama Ammanitis. Fecitq; malum, & non præparauit cor suũ vt quæreret dñm. Opa verò Roboam prima & nouissima scripta sunt in libris Semeiæ prophetæ, & Addo videntis, [l] & diligẽter exposita: [m] pugnaueruntq; aduersum se Roboam & Ieroboam cunctis diebus. Et dormiuit Roboam cũ patribus suis: sepultusq; est in ciuitate Dauid. Et regnauit Abia filius eius pro eo.

Tradit dñs Iudã in manus Sesac quod eũ dereliquissent.

Semeias cõmone facit populũ peccati.

Humiliatio populi auertit irã dei.

Quare Israel seruierit Sesac regi.

Sesac diripit domũ dei. 3.reg.14.f.

Cor nõ quærẽs deum.

Morit Roboã cui succedit Abia.

[a] Ascẽdit itaq; Sesac rex Aegypti cõtra Ierusalẽ, & abstulit thesauros

* Roboam

[c] cursorum

[e] cursores

[g] LXX, fuerũt sermones bõi.

[i] poneret

[l] dum recẽsent senẽ gñonũ:

CAPVT XIII.

A ANno octauodecimo regis Ieroboam, regnauit Abia super Iudam. Tribus annis regnauit in Ierusalẽ: nomenq; matris eius Michaia, filia Vriel de Gabaa: & erat bellũ inter Abiam & Ieroboam. Quumq; iniisset Abia certamen, & haberet bellicosissimos viros, & electorũ quadringenta millia: Ieroboam instruxit ecõtra acies octingẽta millia virorũ, qui & ipsi electi erant, & ad bella fortissimi. Stetit ergo Abia super montem Semeron, qui erat in Ephraim, & ait, Audi Ieroboam, & oẽs

Abia pugnat cõtra Ieroboam, 3.Reg.15.a

Abia õhor

Nōne vestra interest scire — Israel, Num ignoratis quod dñs deus Israel dederit regnum David su tal exercitū
per Israel in sempiternū, ipsi & filiis eius in pactū salis? (Et surrexit Ie- Ieroboā a
roboam filius Nabat, seruus Salomonis filij David: & rebellauit contra bello cōtra
impij: — dñm suum. Congregatiq; sunt ad eū viri vanissimi, & filij belial: & B se, qui
puer, — preualuerunt cōtra Roboā filium Salomonis: porrò Roboam erat rudē ducem
tenero, (.i. pauido,) — dis, & corde pauido, nec potuit resistere eis.) Nūc ergo vos dicitis qd̄ sitēt, quem
resistere possitis regno domini, quod possidet per filios David: habe- abiecisset.
tisq; grandem populi multitudinē, atq; vitulos aureos quos fecit vo-
bis Ieroboam in deos. Et eiecistis sacerdotes dñi, filios Aaron, atq; Le- Sacerdotes
uitas: & fecistis vobis sacerdotes sicut oēs populi terrarū: quicūq; ve- Ieroboam,
consecrauerit — nerit, & initiauerit manū suā in tauro de bobus, & in arietibus septem, quales.
fit sacerdos eorū qui nō sunt dij. Noster autē dominus deus est, quē nō 3.Re.12.g.
relinquimus: sacerdotesq; ministrāt dño de filijs Aaron: & Leuitę sunt C
in ordine suo. Holocausta quoq; offerunt dño per singulos dies mane
& vespere: & thymiama iuxta legis precepta confectū, & proponuntur
panes in mēsa mūdissima, estq; apud nos candelabrū aureū, & lucerne
eius, vt accendantur semper ad vesperā: nos quippe custodimus precepta
domini dei nostri, quē vos reliquistis. Ergo in exercitu nostro dux deus
est, & sacerdotes eius qui clangunt tubis, & resonāt cōtra vos: filij Israel
prospere succedet — nolite pugnare contra dñm deum patrū vestrorū, quia nō vobis expe-
dit. Hęc illo loquēte, Ieroboam retro moliebatur insidias. Cūq; ex
aduerso hostiū staret, ignorantem Iudā suo ambiebat exercitu. Respi-
ciensq; Iudas, vidit instare bellum ex aduerso & post tergum, & clama-
uit ad dñm: ac sacerdotes tubis canere cęperunt. Omnesq; viri Iuda
vociferati sunt: & ecce, illis clamantibus, terruit deus Ieroboam, & D
percussit — oēm Israel qui stabat ex aduerso Abia & Iuda. Fugeruntq; filij Israel Orantibus
Iudam, & tradidit eos deus in manu eorum. Percussit ergo eos Abia, & exercitibus
populus eius plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Israel quingen- Abię, deus
ta millia virorum fortiū. Humiliatiq; sunt filij Israel in tempore illo: perculit exer-
innixi essent domino — & vehementissime confortati filij Iuda, eò quòd sperassent in domi- citum Iero-
no deo patrum suorum. Persequutus est autem Abia fugientem Ie- boam.
.i. villas eius — roboam: & cepit ciuitates eius, Bethel & filias eius: & Iesana cū filiab- Abia spe-
gesta — suis: Ephron quoq; & filias eius. Nec valuit vltrà resistere Ieroboam in rans i dño
in Midras (.i. in libro i quo — diebus Abia: quē percussit dominus, & mortuus est. Igitur Abia, con- victos euas-
digerūtur gesta — fortato imperio suo, accepit vxores quatuordecim: procreauitq; vigin- dit.
regū, q ingrā — tiduos filios, & sedecim filias. Reliqua autem sermonum Abia, via- Ierobo. de-
ibidē pōt quis — rumq; & operum eius, scripta sunt diligentissime in libro Addo pro- cisus a deo.
inuenire.) — phetę.

CAPVT XXIIII. A

Dormiuit autem Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciui- Moritur
tate David: regnauitq; Asa filius eius pro eo, in cuius diebus quie- Abia: cui
uit terra annis decē. Fecit ergo Asa quod bonum & placitum erat in succedit Asa
conspectu dei sui, & subuertit altaria peregrini cultus, & excelsa, & con- 3.Re.15.b.
fregit statuas, lucosq; succidit. Et pręcepit Iudę vt quęreret domi- Asa subuer-
num deum patrum suorum, & faceret legem, & vniuersa mandata. Et tit excelsa,
abstulit de cunctis vrbibus Iuda aras & phana, & regnauit in pace. pręcipiens
Aedificauit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nul- Iudę vt qrē-
la temporibus eius bella surrexerant, pacem domino largiente. Dixit B ret dñm
autem Iudę, Aedificemus ciuitates istas, & vallemus muris, & robore- Pax, qrēti-
mus turribus, & portis, & seris: donec à bellis quieta sunt omnia, eò bus deum.
quòd quęsierimus dominum deum patrum nostrorum, & dederit no- Exercitus
bis pacem per gyrum. Aedificauerunt igitur, & nullum in extruen- Asa.
e prospera oia — do impedimentum fuit.) Habuit autem Asa in exercitu suo portan- Zara rex
successerūt eis. — tium scuta & hastas, de Iuda trecenta millia: de Beniamin verò scuta- Aethiops
riorum, & sagittariorum, ducenta octoginta millia: omnesq; isti viri inuadit Asa
fortissimi. Egressus est autem contra eos Zara Aethiops cum exer- C
citu suo decies centena millia, & curribus trecentis: & venit vsq; Ma-

resa. Porrò Asa perrexit obuiam ei,& instruxit aciem ad bellũ in valle
Sephátha,quę est iuxta Maresa. Et inuocauit dominũ deum,& ait, Do
mine non est [a]apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, an in
pluribus: [b]adiuua nos domine deus noster:in te enim, & in tuo nomi-
ne habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem. Domine,
deus noster tu es,non [c]pręualeat contra te [d]homo. [e]Exterruit [f]itaq; do-
D minus Aethiopes coram Asa & Iuda:fugeruntq; Aethiopes. Et perse
quutus est eos Asa, & populus qui cum eo erat, vsq; Gérara:& ruerũt
Aethiopes vsq; ad internecionem, quia domino cędente cótriti sunt,
& exercitu illius pręliante:tulerunt ergo spolia multa. Et percusserunt
ciuitates omnes per circuitum Gérare : grandis quippe cunctos terror
[*]inuaserat:& diripuerunt [g]vrbes,& multã prędam asportauerũt. [h]Sed
& caulas ouium destruentes,tulerunt pecorũ infinitam multitudinem,
& camelorum:reuersiq; sunt in Ierusalem.

CAP. XV.

A AZarias autem filius Oded facto in se spiritu dei egressus est in oc-
cursum Asa, & dixit ei, Audite me Asa, & omnis Iuda & Benia-
min,Dominus vobiscũ,quia fuistis cũ eo. Si quęsieritis eũ,inuenietis:
si autem dereliqueritis,derelinquet vos. Transibunt autem multi dies
in Israel absq; deo vero,& absq; sacerdote doctore,& absq; lege. Quũq;
reuersi fuerint in angustia sua ad dñm deum Israel,& quęsierint eum,
reperient eũ. In tempore illo nó erit pax egredienti, & ingredienti:sed
[a]terrores [b]vndiq; in cunctis habitatoribus terrarum. [c]Pugnabit [d]enim
gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem: quia dñs conturbabit
B eos in omni angustia. Vos ergo cófortamini,& non dissoluantur ma-
nus vestrę:erit enim merces operi vestro. Quod quũ audisset Asa, ver
ba scilicet, & prophetiam Azarię filij Oded prophetę,cófortatus est,&
abstulit idola de omni terra Iuda, & de Beniamin, & ex vrbibus quas
ceperat montis Ephráim:& dedicauit altare domini qđ erat ante por-
ticum domini. Congregauitq; vniuersum Iudam,& Beniamin,& ad-
uenas cum eis de Ephráim,& de Manasse,& de Simeon:[e]plures enim [f]
ad eum cófugerant ex Israel,videntes q̃ dominus deus illius esset cum
C eo. Quumq; venissent in Ierusalem mense tertio,anno decimoquin
to regni Asa,immolauerunt domino in die illa de manubijs & pręda
quam adduxerant,boues septingentos,& arietes septem millia. Et [g]in-
trauit ex more ad corroborandum fœdus [h]vt quęrerent dominũ deum
patrum suorum in toto corde,& in tota anima sua. Si quis autem,in-
quit,non quęsierit dominũ deum Israel,moriatur, à minimo vsq; ad
maximum,à viro vsq; ad mulierem. Iurauerũtq; domino voce ma-
gna in iubilo,& in clangore tubę, & in sonitu buccinarum [i]omnes qui
erant in Iuda cum execratione: [k]in omni enim corde suo iurauerunt,
& in tota voluntate quęsierunt eum, & inuenerunt : pręstititq; eis do-
D [l]minus requiem per circuitum. Sed & Maacham matrem Asa regis ex
[m]augusto [n]deposuit imperio,eo q̃ fecisset in luco simulachrũ [o]Priapi: [p]
quod omne contriuit,& in frusta cómminuens combussit in torrente Ce-
dron. Excelsa autem derelicta sunt in Israel:attamen cor Asa erat per-
fectum cunctis diebus eius. Eaq; quę [q]vouerat [r]pater suus,& ipse,intu-
lit in domum domini:argentum & aurum,vasorumq; diuersam supel-
lectilem. Bellum vero non fuit vsq; ad tricesimumquintum annum re-
gni Asa.

CAPVT XVI.

A ANno autem tricesimosexto regni eius ascendit Baasa rex Israel in
Iudam,& [s]muro circundabat [t]Rama,vt nullus [u]tute [x]posset egre-
di,& ingredi de regno Asa. Protulit autem Asa argentum & aurum de
thesauris domus domini,& de thesauris regijs:misitq; ad Benadad re-
gem Syrię,qui habitabat in Damasco,dicens,Fœdus inter me & te est,
pater quoq; meus & pater tuus habuere concordiam:quã ob rem misi
tibi argentum & aurum,vt rupto fœdere quod habes cum Baasa rege

Oratio Asa plena fiduciæ.
1.Re.14.a
Dño pliãte vincit Aethiopes.
Terret deus aduersarios
Azarias pdicit regnũ Isrł futurũ absq; deo vero, sacerdote doctore, & lege.
Bella & terrores à deo nó qręntibus eum.
Merces.
Asa aufert Idola, ad quẽ ɔfugiũt multi ex Israel, qđ deꝰ cũ eo ẽẽt.
Iurat ppłs se deũ quęsiturũ ex toto corde.
Maacham matrẽ imperio priuat Asa,qđ idola coleret.
Asa,metu Baasa regis Israel init fœdus cum Benadad rege Syrię.

[a] opus apud te vt i multis auxilieris et cũ nõ ẽ fortitudo:
[c] dñet (vel regnet) tecũ (.i. prohibe ne tecũ qspiaʒ aut dñe quicqʒ sine tua licentia agat)
[e] percussit
[*] domini
[g] oẽs vrbes:q̃ pręda multa erat in eis.
[a] vel,occisiões
[c] Concidet,
[e] magna enim multitudo
[g] venerunt in fœdus (.i. pepigerũt fœdus se qsituros &c.)
[i] & lętati sunt oẽs q̃ erant in Iuda ob iuramentum:
[q] sanctificauerat(vel,dedicauerat)
[s] ędificabat

Quo cōperto Benadad misit princi/ B
Israel, facias eum ā me recedere. Quo cōperto Benadad misit princi/ Benadad pe
per exercituum suorum ad vrbes Israel: qui percusserunt Ahion, & Dan, cutit vrbes
* oēs thesauros & Abelmaim, & * vniuersas vrbes Nephthali muratas.) Quod cum au Israel.
vrbium Neph dísset Baasa, desijt ędificare Rama, & intermisit opus suum. Porrò Asa Arguit Asa
thali, rex assumpsit vniuersum Iudam, & tulerunt lapides de Rama, & ligna qd humano auxilio
quę ędificationi pręparauerat Baasa: ędificauitq; ex eis Gabaa, & Maspha. In tempore illo venit Hanani propheta ad Asam regem Iuda, & dixit ei, Quia habuisti fiduciā in rege Syrię, & nō in domino deo magis cōfisus sit q; diuino.
tuo: idcirco euasit Syrię regis exercitus de manu tua. Nónne Aethiopes & Libyes multo plures erant quadrigis & equitibus, & multitudine C
Supra. 14. c.
* inisus fuisses ne nimia: quos, cum domino *credidisses,) tradidit in manu tua? Oculi enim domini cōtemplantur vniuersam terram, & prębent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum. Stulte igitur egisti, & propter hoc ex pręsenti tempore aduersum te bella consurgent. Iratusq; 1. Mac. 9. a.
Cor perfectus cum deo & fidei.
* domū carceris (in carcerē) Asa aduersus videntem, iussit eum mitti in *neruum:) valde quippe super hoc fuerat indignatus: & interfecit de populo in tēpore illo plurimos. Opera autē Asa prima & nouissima scripta sunt in libro regum Ioan. 7. b.
D
Iuda & Israel. Aegrotauit etiam Asa anno tricesimonono regni sui, dolore pedum vehementissimo, * & nec in infirmitate sua quęsiuit dominum, sed magis in medicorum arte confisus est. Dormiuitq; cum patribus suis: & mortuus est anno quadragesimo primo regni sui. Et sepelierūt eū in sepulchro suo qd foderat sibi in ciuitate Dauid: posuerūtq; eum super lectum suū plenū aromatibus, & *vnguentis meretricijs,) quę erant pigmentariorū arte confecta, & cōbusserunt *super eum ambitione) nimia.
Prophetam arguētē se incarcerat Asa.
* vsq; ad verticem fuit ęgritudo ipsius,
Aegrotans Asa, nō quęrit dnm, sed fidit medicis.
* speciebus (sub. varij odoris)
* cū cōbustiōe

CAPVT XVII.

A

Regnauit autē Iosaphat filius eius pro eo, & inualuit cōtra Israel. Cōstituitq; militū numeros in cunctis vrbibus Iuda, quę erant vallatę muris. Pręsidiaq; disposuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim quas ceperat Asa pater eius. Et fuit dominus cum Iosaphat, quia ambulauit in vijs Dauid patris sui primis: & non *sperauit in Baalim, sed in deo patris sui,) & perrexit in pręceptis illius, & non iuxta peccata Israel. Confirmauitq; dominus regnum in manu eius: & dedit omnis Iuda munera Iosaphat: factęq; sunt ei infinitę diuitię, & multa gloria.
Asę succedit Iosaphat.
Iosaphat fidit deo.
* quęsiuit Baalim, sed deum patris sui,

B

Cumq; *sumpsisset cor eius audaciam propter) vias domini, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit. Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis Benhail, & Obdiam, & Zachariā, & Nathanael, & Micheam, vt docerent in ciuitatibus Iuda: & cū eis Leuitas, Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam, Asahel quoq; & Semiramoth & Ionathan, Adoniamq; & Tobiam & Thobadoniam Leuitas: & cū eis Elisama & Ioram sacerdotes: docebantq; populū in Iuda, habentes librum legis domini: & circuibāt cunctas vrbes Iuda, atq; erudiebant populū. Itaq;
* leuasset cor suum in
Diuitię & gloria fidelibus deo.

C

factus est pauor domini super omnia regna terrarū quę erant per gyrū Iuda: nec audebant bellare cōtra Iosaphat. Sed & Philisthęi, Iosaphat munera deferebant, & vectigal argenti: Arabes quoq; adducebant pecora arietū septem millia septingentos, & hircos totidem. Creuit ergo Iosaphat, & magnificatus est vsq; in sublime: atq; ędificauit in Iuda *domos ad instar turrium, vrbesq; muratas.) Et multa opa patrauit in vrbibus Iuda: viri quoq; bellatores, & robusti erant in Ierusalem, quorū iste numerus p domos atq; familias singulorū. In Iuda principes *exercitus) Ednas dux, & cū eo robustissimi viri trecēta millia. Post hūc, Iohanan princeps, & cū eo ducēta octoginta millia. Post istū quoq; Amasias filius Zechri, cōsecratus dño, & cū eo ducenta millia virorū fortium. *Hunc sequebatur robustus ad pręlia) Eliada, & cū eo tenentiū arcū & clypei ducenta millia. Post istū etiā, Iozabad: & cū eo centū octoginta millia *expeditorū militū.) Hi omnes *erant ad manū regis,) exceptis alijs quos posuerat in vrbibus muratis, in vniuerso Iuda.
Iosaphat mittit pdicatores per vniuersum Iudā, habētes librum legis.
* palatia (vel habitationes) & vrbes thesaurorum.

D

* militum
* Et de filijs Beniamin potens viribus
* robusti ad pręlium.
* ministrabāt regi.

CAPVT XVIII.

A FVit ergo Iosaphat diues & *inclytus multum, & affinitate coniun- *gloria abundans
ctus est Achab. Descenditq; post annos ad eum in Samariā: ad cu-
ius aduentū mactauit Achab arietes, & boues plurimos ipsi & populo
qui venerant cū eo: persuasitq; illi vt ascenderet in Ramoth Galaad.
Dixitq; Achab rex Israel ad Iosaphat regem Iuda, Veni mecū in Ra
moth Galaad. Cui ille respondit, Vt ego, & tu: sicut populus tuus, sic
& populus meus: tecumq; erimus in bello. Dixit Iosaphat ad regem
Israel, Consule obsecro *impręsentiarū sermonem domini. Congre- *hodie
gauit igitur rex Israel prophetarum quadringentos viros, & dixit ad
eos, In Ramoth Galaad ad bellandū ire debemus, an quiescere? At illi,
B Ascende, inquiunt, & tradet deus in manu regis. Dixitq; Iosaphat,
Nunquid non est hic propheta domini, vt ab illo etiam requiramus?
Et ait rex Israel ad Iosaphat, Est vir vnus à quo possumus quęrere do
mini volūtatem: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum,
sed malum omni tempore est autem Michęas filius Iemla. Dixitq; Io
saphat, Ne loquaris rex hoc modo. Vocauit ergo rex Israel vnum de
eunuchis, & dixit ei, Voca cito Michęam filiū Iemla. Porrò rex Israel,
& Iosaphat rex Iuda vterq; sedebant in solio suo, vestiti cultu regio.
sedebant autem in area iuxta portam Samarię, omnesq; prophetę va
ticinabātur coram eis. Sedecias verò filius Chanaana fecit sibi cornua
C ferrea, & ait, Hęc dicit dominus, His ventilabis Syriam, donec conteras
eam. Omnesq; prophetę similiter prophetabant, atq; dicebant, Ascen
de in Ramoth Galaad, & prosperaberis, & tradet eos dominus in ma-
nu regis. Nuntius autem qui ierat ad vocandū Michęam, ait illi, En,
verba omnium prophetarū vno ore bona regi annūtiant: quęso ergo
te vt & sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisq; prospera. Cui re-
spondit Michęas, Viuit dominus, quia quodcunq; dixerit mihi deus
meus, hoc loquar. Venit ergo ad regē. Cui rex ait, Michęa, ire debemus
D in Ramoth Galaad ad bellandū, an quiescere? Cui ille respondit, Ascē
dite: cuncta enim prospera euenient, & tradentur hostes in manus ve-
stras. Dixitq; rex, Iterum atq; iterū te adiuro, vt mihi non loquaris, nisi
quod verū est in nomine domini. At ille ait, Vidi vniuersum Israel di
spersum in montibus, sicut oues absq; pastore: & dixit dominus, Non
habent isti dominos, reuertatur vnusquisq; in domū suam in pace. Et
ait rex Israel ad Iosaphat, Nonne dixi tibi ꝙ nō prophetaret iste mihi
quicquā boni, sed ea quę mala sunt? At ille, Idcirco, ait, audite verbū
domini, Vidi dominū sedentem in solio suo, & omnem exercitū coeli
E assistentem ei à dextris & à sinistris. Et dixit dominus, Quis decipiet
Achab regem Israel, vt ascēdat & corruat in Ramoth Galaad? Cumq;
diceret vnus hoc modo, & alter alio: processit spiritus, & stetit corā do-
mino, & ait, Ego decipiam eū. Cui dominus, In quo, inquit, decipies?
At ille respondit, Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omniū pro-
phetarū eius. Dixitq; dominus, Decipies, & pręualebis: egredere, & fac
ita. Nunc igitur ecce dominus dedit spiritū mendacij in ore omnium
prophetarum tuorū: & dominus loquutus est *de te mala. Accessit au *contra
tem Sedecias filius Chanaana, & percussit Michęę maxillā, & ait, Per
quam viam transiuit spiritus domini à me, vt loqueretur tibi? Dixitq;
F Michęas, Tu ipse videbis in die illo, quādo ingressus fueris cubiculum
de cubiculo, vt abscondaris. Pręcepit autē rex Israel, dicens, Tollite Mi
chęam, & ducite eum ad Amon principem ciuitatis, & ad Ioas filium
Amelech. Et dicetis, Hęc dicit rex, Mittite hunc in carcerem, & date ei
*panis modicū, & aquę pauxillum, donec reuertar in pace. Dixitq; Mi *panem affli
chęas, Si reuersus fueris in pace, nō est loquutus dominus in me. Et ait, ctionis, & aquā
Audite omnes populi. Igitur ascenderunt rex Israel, & Iosaphat rex tribulationis,
Iuda in Ramoth Galaad. Dixitq; rex Israel ad Iosaphat, Mutabo ha (vel, angustię.)

Iosaphat affinitate coniungitur Achab. 3. Reg. 22. a

Iosaphat cum Achab ascendit cōtra Ramoth Galaad.

400. pseudoprophetę.

Iosaphat requirit verbum dei.

Michęas solus dei propheta, accersitur.

Propheta dei verbū dei loquitur.

Ironia Michęę & imitatio pseudoprophetarum.

Adiurare.

Predicit populū dispergendum, & Achab occidendum.

Deus per spūs erroris in ore pseudo prophetarum, seducit iterdū eos qui verbum suū oderūt.

Percutitur Michęas à pseudopropheta.

Michęas incarceratur.

Conatur Achab euitarē voluntatem dei, suo cōsilio.

bitum, e sic ad pugnam vadam: tu autem induere vestibus tuis. Mu/
tatoq; rex Israel habitu, venit ad bellum. Rex autem Syrię pręceperat
ducibus equitatus sui, dicens, Ne pugnetis contra minimū, aut contra C
maximum, nisi contra solum regem Israel. Itaq; quum vidissent prin/ Iosaphat
cipes equitatus Iosaphat, dixerunt, Rex Israel est iste. Et circundede/ clamat ad
runt eum dimicantes: at ille clamauit ad dominum, e auxiliatus est ei, dñm, q ab
atq; auertit eos ab illo. Quū enim vidissent duces equitatus quòd non illo hostes
esset rex Israel, reliquerunt eum. Accidit autem vt vnus è populo sa/ auertit.
gittam in incertum iaceret, e percuteret regem Israel inter ceruicem Percussus
e scapulas: at ille aurigę suo ait, Conuerte manum tuam, e educ me Achab mo
de acie, quia vulneratus sum. Et finita est pugna in die illo: porrò rex ritur iuxta
Israel stabat in curru suo contra Syros vsque ad vesperam, e mortuus verbū dei.
est occidente sole.

curruum e infra.
in simplicitate sua
iuncturas e loricam:

CAPUT XIX.

A Iosaphat increpat à propheta Iehu qd auxiliū pręstiterit impio Achab.

REuersus est autem Iosaphat rex Iuda in domum suam pacifice in
Ierusalem. Cui occurrit Iehu filius Hanani videns, e ait ad eum,
Impio prębes auxilium, e his qui oderunt dominum amicitia iunge/
ris: e idcirco iram quidem domini merebaris: sed bona opera inuen/
ta sunt in te, eò quòd abstuleris lucos de terra Iuda, e pręparaueris cor
tuum vt requireres deum. Habitauit ergo Iosaphat in Ierusalem: B
rursumq; egressus est ad populum de Bersabee vsq; ad montem Ephrā/ Fides.
im, e reuocauit eos ad dominum deum patrum suorum. Constituitq; Opera.
iudices terrę in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per singula loca, e prę/ Reuocat
cipiens iudicibus, Videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exerce/ populū ad
tis iudicium, sed domini: e quodcunq; iudicaueritis, in vos redunda/ deū.
bit. Sit timor domini vobiscum: e cum diligentia cuncta facite: nō est C
enim apud dominum deum nostrum iniquitas, nec personarum acce/ Exhortatio
ptio, nec cupido munerum. In Ierusalem quoque constituit Iosaphat Iosaphat
Leuitas, e sacerdotes, e principes familiarum ex Israel, vt iudiciū e cau/ ad iudices.
sam domini iudicarent habitatoribus eius. Pręcepitq; eis, dicens, Sic age/ Deute.10.d
tis in timore domini fideliter, e corde perfecto. Omnem causam quę Roma.2.b
venerit ad vos fratrum vestrorum qui habitant in vrbibus suis, inter D Gal.2.b
cognationem e cognationem, vbicunq; quęstio est de lege, de manda/ Ephe.6.b
to, de ceremonijs, de iustificationibus: ostendite eis, vt non peccent Colos.3.d
in dominum, e ne veniat ira super vos e super fratres vestros: sic ergo Act.10.d
agentes non peccabitis. Amarias autem sacerdos e pontifex vester, in 1.Pe.1.e
his quę ad deum pertinent, pręsidebit: porrò Zabadias filius Ismahel, Eiusdem ex/
qui est dux in domo Iuda, super ea opera erit quę ad regis officium hortatio ad
pertinent: habetisq; magistros Leuitas coram vobis, confortamini, e Leuitas.
agite diligenter: e erit dominus cum bonis.

ira quidem dñi erat super te:
hoš iudicabitis: sed dño:
statutis,
iudicijs:

CAP. XX.

A Ammon et Moab insurgunt cōtra Iosaphat.

POst hęc congregati sunt filij Moab, e filij Ammon, e cum eis de
Ammonitis ad Iosaphat, vt pugnarent contra eum. Veneruntq;
nuntij, e indicauerunt Iosaphat, dicentes, Venit contra te multitudo
magna de his locis quę trans mare sunt, e de Syria, e ecce cōsistunt in
Asasonthamar, quę est Engaddi. Iosaphat autem timore perterritus, Iosaphat im
totum se contulit ad rogandum dominum: e prędicauit ieiunium plorat auxi
vniuerso Iuda. Congregatusq; est Iudas ad deprecandum dominum: lium dei.
sed e omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrādum eum. Quumq;
stetisset Iosaphat in medio cœtu Iudę, e Ierusalem in domo domini
ante atrium nouum, ait, Domine deus patrum nostrorum, tu es deus B
in cœlo, e dominaris cunctis regnis gentium: in manu tua est fortitu/
do, et potentia, nec quisquā tibi potest resistere. Nonne tu deus noster
interfecisti omnes habitatores terrę huius coram populo tuo Israel, et Oratio e ie
dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternū? Habitaueruntq; iunium.
in ea, et extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo, dicentes, Si irrue/ Oratio Io/
rint super nos mala, gladius iudicij, pestilentia, et fames, stabimus coram saphat.
domo hac in conspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum: et cla/ Supra.6.d

querendum et infra.

mabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos, saluosq; facies. Nunc igitur ecce filij Ammon, & Moab, & mons Seir, per quos nõ concessisti filijs Israel vt transirent quãdo egrediebantur de Aegypto, sed declinauerunt ab eis, & non interfecerũt illos: ecõtrario agunt, & nituntur ejicere nos de possessione quã tradidisti nobis. Deus noster, ergo non iudicabis eos? In nobis quidẽ non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quę irruit super nos. Sed quum ignoremus quid agere debeamus, ²hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.³Omnis vero Iuda stabat coram dño cum paruulis, & vxoribus, & liberis suis. Erat autẽ Iahaziel filius Zacharię, filij Banaię, filij Iehiel, filij Mathánię, Leuites de filijs Asaph, super quem factus est spiritus domini in medio turbę, & ait, Attendite omnis Iuda, & qui habitatis Ierusalem, & tu rex Iosaphat: hęc dicit dñs vobis, Nolite timere, nec paueatis hãc multitudinẽ: non est enim vestra pugna, sed dei. Cras descendetis cõtra eos: ascensuri enim sunt per cliuũ nomine Sis, & inuenietis illos in summitate torrentis, qui est cõtra solitudinẽ Ieruel. Non enim ²eritis vos qui dimicabitis, sed tantũmodo cõfidenter state, & videbitis ³auxilium ³dñi super vos, o Iuda, & Ierusalem: nolite timere, nec paueatis: cras egredimini cõtra eos, & dñs erit vobiscũ. Iosaphat ergo, & Iuda, & omnes habitatores Ierusalem ceciderũt proni in terrã coram dño, & adorauerunt eum. Porrò Leuitę de filijs Caath, & de filijs Core laudabant dñm deum Israel voce magna in excelsum. Quũq; mane surrexissent, egressi sunt per desertũ Thecua: profectisq; eis, stans Iosaphat in medio eorum, dixit, Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: credite in dño deo vestro, & ²securi eritis: ³credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. Deditq; consiliũ populo, & statuit cantores domini, vt laudarent eũ ²in turmis suis, ³& antecederent exercitũ, ac voce consona dicerent, Confitemini dño quoniam in ęternũ misericordia eius. Quumq; cœpissent laudes canere, vertit dñs insidias eorũ in semetipsos, filiorũ scilicet Ammon, & Moab, & mõtis Seir, qui egressi fuerant vt pugnarent contra Iudam, ²percussi sunt. ³Nanq; filij Ammon, & Moab cõsurrexerunt aduersum habitatores montis Seir, vt interficerent, & delerent eos: quumq; ²hoc opere perpetrassent, ³etiã in semetipsos versi, mutuis cõcidere vulneribus. Porro Iuda quũ venisset ad speculã quę respicit solitudinẽ, vidit procul omnẽ late regionem plenã cadaueribus, nec superesse quẽquã qui necẽ potuisset euadere. Venit ergo Iosaphat, & omnis populus cũ eo ad detrahenda spolia mortuorum: inueneruntq; inter cadauera, variã supellectilem, vestes quoq; & vasa pretiosissima: & diripuerũt, ita vt omnia portare non possent ²nec per tres dies spolia auferre prę prędę magnitudine. ³Die autem quarto congregati sunt in Valle benedictionis: etenim quoniã ibi benedixerãt dño, vocauerunt locum illum Vallis benedictionis, vsq; in pręsentem diem. Reuersusq; est omnis vir Iuda, & habitatores Ierusalem, & Iosaphat ante eos in Ierusalem cũ lętitia magna, eò q dedisset eis dñs gaudium de inimicis suis. Ingressiq; sunt in Ierusalem cũ psalterijs, & citharis, & tubis in domũ domini. Irruit autem pauor dei super vniuersa regna terrarũ, quum audissent q pugnasset dñs contra inimicos Israel. Quieuitq; regnũ Iosaphat, & prębuit ei deus pacem per circuitum. Regnauit igitur Iosaphat super Iudã, & erat trigintaquinq; annorũ quum regnare cœpisset: viginti autem & quinq; annis regnauit in Ierusalẽ: & nomen matris eius Azuba filia Selahi. Et ambulauit in via patris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciens quę ²placita ³erant coram dño. Verũtamen excelsa non ²abstulit, ³& adhuc populus non direxerat cor suũ ad deum patrum suorũ. Reliqua autem gestorũ Iosaphat priorum, & nouissimorũ scripta sunt in verbis Iehu filij Hanani, quę digessit in libro regum Israel. Post hęc inijt amicitias Iosaphat rex Iuda cũ Ochoria

Deut. 2. a

C

Iosaphat ppriç virtuti diffidẽs, soli deo fidit.

Iahaziel propheta pmittit auxilium à deo.

D

Dei promissionib⁹ credendum.

E

Laudem canũt deo in pręlio evincunt.

Ammon, Moab, & Seir mutuis se conficiũt vulnerib⁹.

Iosaphat cum suis cõuertitur ad spolia.

F

Vallis bñdictionis.

Gaudiũ de inimicis.

Gratiar actio de victoria.

Timor dei contra inimicos.

Excelsa non oblata.

G

Init Iosaphat amicitias cum ochoria pp qđ reprẽdit

² oculos nrõs ad te dirigimus.

² vobis erit pugnãdũ in hoc. ³ salutem

² roboramini ³ in decore sanctuarij.

² percusserunt seipsos. ³ consumpsissent habitatores Seir.

² & p tres dies spolia abstulerũt, quia multa erant.

² recta ³ abstulerunt.

rege Israel, cuius opera fuerunt impiissima. Et particeps fuit vt facerent
naues quę irent in Tharsis: feceruntq; classem in Asiongaber. Prophe-
tauit autem Eliezer filius Dodau de Maresa ad Iosaphat, dicens, Quia
habuisti fœdus cum Ochozia, *percussit dominus opera tua, contritęq;
sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.

*dimisit (LXX, dissipauit)

Propheta re.

CAP. XXI.

A Moritur Iosaphat.

Dormiuit autem Iosaphat cũ patribus suis, & sepultus est cũ eis in
ciuitate Dauid: regnauitq; Ioram filius eius pro eo. Qui habuit
fratres filios Iosaphat, Azariam, & Iahiel, & Zachariã, & Azariã, &
Michael, & Saphatiã: omnes hi, filij Iosaphat regis Iuda. Deditq; eis
pater suus multa munera argenti, & auri, & *pensationes cũ ciuitati-
bus munitissimis in Iuda, regnũ autem tradidit Iorã, eo q̃ esset primo
genitus. Surrexit autẽ Ioram super regnũ patris sui: quumq; se cõfir-
masset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus
Israel. Trigintaduorũ annorum erat Ioram, quũ regnare cœpisset: &
octo annis regnauit in Ierusalẽ. Ambulauitq; in vijs regũ Israel, sicut
egerat domus Achab: filia quippe Achab erat vxor eius: & fecit malũ
in conspectu dñi. Noluit autem dñs disperdere domuz Dauid propter
pactũ quod inierat cũ eo: & quia promiserat vt daret ei lucernã, & fi-
lijs eius omni tẽpore. In diebus illius rebellauit Edom, ne esset sub-
ditus Iudę, & cõstituit sibi regem. Quumq; transiret Ioram cũ princi-
pibus suis, & cuncto equitatu qui erat secum, surrexit nocte, & percussit
Edom qui se circũdederat, omnes duces equitatus eius. Attamẽ rebella-
uit Edom, ne esset sub ditione Iuda vsq; ad hanc diẽ: eo tẽpore & Lob-
na recessit, ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim dñm deũ patruz
suorũ, insuper & excelsa fabricatus est in vrbibus Iuda, & fornicari fecit
habitatores Ierusalẽ, & pręuaricari Iudã. Allatę sunt autẽ ei literę ab
Elia propheta, in quibus scriptum erat, Hęc dicit dñs deus Dauid patris
tui, Quoniã non ambulasti in vijs Iosaphat patris tui, & in vijs Asa
regis Iuda, sed incessisti per iter regũ Israel, & fornicari fecisti Iudã, &
habitatores Ierusalẽ, imitatus fornicationẽ domus Achab: insuper &
fratres tuos domũ patris tui meliores te occidisti: ecce dñs percutiet te
*plaga magna cũ populo tuo, & filijs, & vxoribus tuis, vniuersaq; sub-
stantia tua. Tu autẽ ęgrotabis pessimo languore vteri tui, donec egre-
diantur vitalia tua *paulatim per singulos dies. Suscitauit ergo dñs
contra Ioram spiritũ Philisthinorũ, & Arabũ, qui cõfines sunt Aethio-
pibus. & ascenderũt in terrã Iuda, & vastauerũt eam: diripueruntq; cun-
ctam substantiã quę inuenta est in domo regis, insuper & filios eius, &
vxores: nec remãsit ei filius, nisi Ioachaz, qui minimus natu erat. Et su-
per hęc omnia percussit eũ dñs *alui languore insanabili. Quumq; dies
succederet dies, & temporũ spatia voluerentur, duorũ annorũ expletus
est circulus: *& sic longa cõsumptus tabe, ita vt egereret etiam viscera
sua, languore pariter, & vita caruit. Mortuusq; est in infirmitate pessi-
ma, & nõ fecit ei populus *secũdum morẽ cõbustionis exequias, sicut fece-
rat maioribus eius. Trigintaduorũ annorũ fuit, quũ regnare cœpisset, &
octo annis regnauit in Ierusalẽ. Ambulauitq; *nõ recte, & sepelierũt
eũ in ciuitate Dauid: verũtamẽ nõ in sepulchro regũ.

*optimorum (vel, preciosorum)

*plaga magna populum tuum, &c.

*per infirmitate

*intestinorum infirmitate

*egressa sunt viscera eius sĩ cũ infirmitate.

*cõbustionem sm cõbustionẽ patrum eius.

*absq; desyderio (id est post mortẽ nõ desy rabatur à pplo pp. impietatẽ. LXX, mortuusq; est sine laude,

Moritur Iosaphat. Filij Iosaphat. Regnat Ioram primo genitus Iosaphat.

B Occidit fratres.

Vxor Iorã abducit eũ ad idola.

2.Reg.7.b Edom rebellis Iudę, & vincitur.

C Lobna rebellis Iudę.

Elias missis ad Iorã & ei pdicit interitum, & quare.

D Deus excitat Philisthios cõtra Iorã.

Ioram alui languore interit.

CA. XXII.

A Ochozias Iorę succedit.

Constituerunt autem habitatores Ierusalem Ochoziam filiuz eius
minimum regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eũ
fuerant, interfecerunt *latrones Arabum, qui irruerant in castra: re-
gnauitq; Ochozias filius Ioram regis Iuda. Quadragintaduorũ an-
norum erat Ochozias quum regnare cœpisset, & vno anno regnauit
in Ierusalem: & nomen matris eius Athalia filia Amri. Sed & ipse in-
gressus est per vias domus Achab: mater enim eius impulit eũ vt impie
ageret. Fecit igitur malũ in conspectu dñi, sicut domus Achab: ipsi enim
fuerũt ei cõsiliarij post mortẽ patris sui in interitũ eius. Ambulauitq;
in cõsilijs eorũ. Et perrexit cũ Iorã filio Achab rege Israel in bellũ cõ-

*vel exercitus

4.Reg.8.f Ochozias impius.

B

Bellū Ochozię & Iorā ꝯtra Hazael regē Syrię.

tra Hazael regem Syrię in Ramoth Galaad: vulnerauerūtq; Syri Ioram. Qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel: multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Ioram rex Iuda descendit vt inuiseret Ioram filium Achab in Iezrahel ęgrotantē.

C Voluntate dei visitat Ochozias Iorā vt occidatur. Iehu Ochoziā occidit.

Voluntatis quippe fuit dei [a]aduersus Ochoziam[\] vt veniret ad Iorā: & quum venisset, egrederetur cum eo aduersum Iehu filiū Namsi, quem vnxit dominus vt deleret domum Achab. Quum ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochozię, qui ministrabant ei, & interfecit illos. Ipsum quoq; perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria: adductumq; ad se, occidit, & sepelierunt eum, eo q̄ esset filius Iosaphat, qui quęsierat dominū in toto corde suo. nec erat vltra [b]spes aliqua vt de stirpe quis regnaret Ochozię.[\]

[a] conculcatio Ochozię (.i. vt veniēs ad Iorā conculcaretur a Iehu)

[b] domui Ochozię tanta potētia, vt regnum posset retinere.

D Athalia mater Ochozię occidit semen regium. 4.reg.11.a Ioas filius Ochozię absconditur.

Siquidē Athalia mater eius videns q̄ mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit oēm stirpem regiam domus Iuda. Porrò Iosabeth filia regis tulit Ioas filium Ochozię, & furata est eum de medio filiorū regis, quū interficerentur: abscondit q; cum cū nutrice sua in cubiculo lectulorū: Iosabeth autem quę absconderat eum, erat filia regis Iorā, vxor Ioiadę pontificis, soror Ochozię, & idcirco Athalia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.

CAPVT XXIII.

A Ioas filius Ochozię vngitur in regem. 4.reg.11.a.

Anno aūt septimo ꝯfortatus Ioiada, assumpsit centuriones, Azariā videlicet filiū Ieroham, & Ismahel filium Iohannan, Azariā quoque filium Obed, & Maasiam filiū Adaię, & Elisaphat filium Zechri: & iniit cum eis fœdus. Qui circūeuntes Iudam, ꝯgregauerūt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarū Israel: veneruntq; in Ierusalem. Iniit ergo ōis multitudo pactū in domo dñi cū rege: dixitq; ad eos Ioiada, Ecce filius regis regnabit, sicut loquutus est dominus super filios Dauid. Iste est ergo sermo quē facietis: Tertia pars vestrū qui veniunt ad sabbathum, [a]sacerdotum, & Leuitarū, & ianitorū erit[\] in portis: tertia verò pars ad domum regis: & tertia ad portā quę appellatur Fundamenti. omne verò reliquum vulgus sit in atriis domus dñi. Nec quispiam alius ingrediatur domum dñi, nisi sacerdotes, & qui ministrāt de

[a] eritis cum sacerdotibus & Leuitis & ianitoribus

stium: quę habitabat in Ierusale in Secunda: & loquuti sunt ei verba
quę suprà narrauimus. At illa respondit eis, Hęc dicit dominus deus
Israel, dicite viro qui misit vos ad me, Hęc dicit dominus, Ecce, ego
inducam mala super locum istum, & super habitatores eius: cunctaq;
maledicta quę scripta sunt in libro hoc, quem legerūt corā rege Iuda:
quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, vt me ad iracun-
diam prouocarent in cunctis operibus manuū suarum: idcirco stillabit
furor meus super locū istum, & non extinguetur. Ad regem autem Iu-
F da, qui misit vos pro domino deprecando, sic loquimini, Hęc dicit do-
minus deus Israel, Quoniam audisti verba voluminis, atq; emollitum
est cor tuum: & humiliatus es in conspectu dei super his quę dicta sunt
contra locū hunc, & habitatores Ierusalem, reueritusq; faciem meam,
scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me: ego quoq; exaudiui te, di-
Fletus regis. cit dominus. Iam enim colligam te ad patres tuos, & inferéris in sepul
Iosias legit Deuteronomium corā oī populo. 4.Re.23.a chrum tuum in pace: nec videbunt oculi tui omne malū quod ego in-
ducturus sum super locū istum, & super habitatores eius. Retulerunt
itaq; regi cuncta quę dixerat. At ille conuocatis vniuersis maioribus
natu Iuda, & Ierusalem, ascendit in domū domini, vnaq; omnes viri
Iuda & habitatores Ierusalem, sacerdotes & Leuitę, & cunctus popu-
lus à minimo vsq; ad maximū. Quibus audientibus in domo domini,
G legit rex omnia verba voluminis. Et stans in tribunali suo, percussit
Percutit fœdus coram domino. fœdus coram domino, vt ambularet post eum, & custodiret pręcepta,
& testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo, & in tota anima
sua, faceretq; quę scripta sunt in volumine illo quod legerat. Adiura-
uit quoq; super hoc omnes qui reperti fuerant in Ierusalem & Benia-
min: & fecerunt habitatores Ierusalem iuxta pactum domini dei pa-
trum suorum. Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuer-
sis regionibus filiorum Israel: & fecit omnes qui residui erāt in Israel,
seruire domino deo suo. Cunctis diebus vitę eius non recesserunt à do
mino deo patrum suorum.

CAP. XXXV.

A
Iosias celebrat phase. 4.Re.23.c 3.Esdr.1.a FEcit autem Iosias in Ierusalem phase domino, quod immolatum
est quartadecima die mensis primi. Et constituit sacerdotes in offi-
cijs suis: hortatusq; est eos vt ministrarent in domo domini. Leuitis
quoq; ᵃad quorū eruditionem omnis Israel sanctificabatur domino, — ᵃ vel, docentib⁹ vniuersum Israelē, qui sanctificati erant.
loquutus est, Ponite arcam in sanctuario templi quod ędificauit Salo-
mon filius Dauid, rex Israel: nequaquam enim eam vltrà portabitis:
nunc ergo ministrate domino deo vestro, & populo eius Israel. Et pręe-
parate vos per domos & cognationes vestras in diuisionibus singulo-
rum, sicut ᵇpręcepit Dauid rex Israel, & descripsit Salomon filius eius. — ᵇ scripsit
Et ministrate in sanctuario eius per familias turmasq; Leuiticas, & san
ctificati immolate phase: fratres etiam vestros, vt possint iuxta verba
quę loquutus est dominus in manu Moysi facere, pręparate. Dedit prę
terea Iosias omni populo qui ibi fuerat inuentus in solemnitate phase,
agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum
quoq; tria millia. hęc de regis vniuersa substantia. Duces quoque eius
sponte quod vouerant, obtulerunt, tam populo, quàm sacerdotibus &
B Leuitis. Porrò Helcias & Zacharias & Iahiel principes domus domi-
ni dederunt sacerdotibus ad faciendum phase pecora ᶜcommixtim ᵈduo
millia sexcenta, & boues trecentos. Chonenias autem, & Semeias, etiā
& Nathanael fratres eius: necnon Hasabias, & Iehiel, & Iozabad prin
cipes Leuitarum, dederunt cęteris Leuitis ad celebrandū phase quinq;
millia pecorum, & boues quingentos. Pręparatumq; est ministerium,
& steterunt sacerdotes in officio suo: Leuitę quoq; in turmis iuxta re-
gis imperium. Et immolatū est phase: asperseruntq; sacerdotes manu
sua sanguinem: & Leuitę detraxerunt pelles holocaustorū. Et separaue

uerunt ea, & darent per domos & familias singulorũ, & offerentur domino, sicut scriptum est in libro Moysi. de bobus quoq; fecerunt similiter. Et assauerunt phase super ignem, iuxta quod in lege præceptum est: *pacificas vero hostias* coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis: & festinato distribuerunt vniuersę plebi. Sibi autem, & sacerdotibus postea parauerũt. nam in oblatione holocaustorũ & adipum, vsq; ad noctem sacerdotes fuerunt occupati: vnde Leuitę sibi, & sacerdotibus filijs Aaron parauerunt nouissimis. Porro cantores filij Asaph stabant in ordine suo, iuxta præceptũ Dauid, & Asaph, & Heman, & Idithun prophetę regis Dauid: ianitores verò per portas singulas obseruabant, ita vt nec puncto quidem discederent à ministerio: quã ob rem & fratres eorũ Leuitę parauerũt eis cibos. Omnis igitur cultura domini rite cõpleta est in die illa, vt facerent phase, & offerrent holocausta super altare domini, iuxta præceptũ regis Iosię. Feceruntq; filij Israel qui reperti fuerant ibi, phase in tempore illo, & solẽnitatem azymorũ septem diebus. Non fuit phase simile huic in Israel, à diebus Samuelis prophetę: sed nec quisquã de cunctis regibus Israel fecit phase sicut Iosias *sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudę,* & Israel qui repertus fuerat, & *habitantibus* in Ierusalem. Octauodecimo anno regni Iosię, hoc phase celebratum est. Postquã instaurauerat Iosias templũ, ascendit Nechao rex Aegypti ad pugnandum in Charcamis iuxta Euphráten: & processit in occursum eius Iosias. At ille missis ad eũ nuntijs, ait, Quid mihi & tibi est rex Iuda? non aduersum te hodie venio, sed cõtra aliam pugno domum, ad quã me deus festinatò ire præcepit: desine aduersum deũ facere, qui mecũ est, ne interficiat te. Noluit Iosias reuerti, sed *præparauit contra eum bellũ:* nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore dei: verũ perrexit, vt dimicaret in campo Mageddo. Ibiq; vulneratus à sagittarijs, dixit pueris suis, Educite me de prælio, qa oppidò vulneratus sum. Qui transtulerunt eum de curru in alterũ currum, qui sequebatur eum more regio: & asportauerunt eum in Ierusalem, mortuusq; est: & sepultus in mausoleo patrum suorum: & vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum, Ieremias maxime: *cuius* omnes cantores atque cantatrices vsq; in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in lamentationibus. Reliqua autem sermonum Iosię & misericordiarum eius, quę lege præcepta sunt domini, opera quoq; illius prima & nouissima, scripta sunt in libro regum Iuda & Israel.

Margin: *sancta quoq; — *& sacerdotes & Leuitę, & ois Iuda, — *habitatores — *mutauit se vt pugnaret contra eum: — *& — Iosias noleus acquiescere Nechao regi verba dei loquẽti, vulnerat, interit. 4.Reg.23.f Zach.12.d Populus luget Iosiã. Succedit Ioachaz, q ducit in Aegyptum. 4.Reg.23.f

CAP. XXXVI.

Tulit ergo populus terrę Ioachaz filiũ Iosię: & constituit regem pro patre suo in Ierusalem. Vigintitrium annorũ erat Ioachaz quum regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Ierusalẽ. Amouit autẽ eum rex Aegypti quũ venisset in Ierusalem, & condemnauit terrã centum talentis argenti, & talento auri. Constituitq; pro eo regẽ, Eliacim fratrem eius, super Iudã & Ierusalem: & vertit nomen eius Ioacim. Ipsum verò Ioachaz tulit secũ, & abduxit in Aegyptũ. Vigintiquinq; annorum erat Ioacim quũ regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: fecitq; malum coram dño deo suo. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldęorũ: & vinctum catenis duxit in Babylonem. Ad quã & vasa domini transtulit, & posuit ea in templo suo. Reliqua autem verborũ Ioacim, & abominationũ eius, quas operatus est, & quę inuentę sunt in eo, cõtinentur in libro regum Iuda & Israel. Regnauit autẽ Ioachin filius eius pro eo. Octo annorũ erat Ioachin quũ regnare cœpisset: & tribus mensibus, ac decem diebus regnauit in Ierusalem: fecitq; malũ in conspectu dñi. Quumq; anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex nuntios, qui & adduxerunt eũ in Babylonẽ, asportatis simul pretiosissimis vasis domus dñi. Regem verò constituit Sedeciam *patruũ* eius super Iudam & Ierusalem. Viginti & vnius

Margin: A Dimouetur è regno. Cõstituitur Eliacim q & Ioacim. Matth.1.b Abducitur ĩ Babilonẽ. Ioachin filius ei substituitur. B Ioachin abducto ĩ Babylonẽ surrogatur Sedechias. 4.Re.24.d Ier.37.a — *fratrem

Iere.38.a anni erat Sedecias, quũ regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in
Ierusalem. Fecitq; malum in oculis dñi dei sui: nec *erubuit faciem Ie *humiliauit se
C remię prophetę loquentis ad se ex ore dñi. A rege quoq; Nabuchodo- à facie
nosor recessit, qui adiurauerat eum per deũ: & indurauit ceruicem suã
& cor ut non reuerteretur ad dñm deum Israel. Sed & vniuersi princi
pes sacerdotũ & populus pręuaricati sunt inique iuxta vniuersas abo-
Deũ solicite minationes gentiũ: & polluerunt domum dñi, quã sanctificauerat sibi
monẽtem p in Ierusalem. Mittebat autem dñs deus patrum suorũ ad illos per ma-
nũtios, cõtẽ- num nunciorũ suorum, de nocte consurgens, & *quotidie cõmonens: *mittendo:
nit ppls. eo q parceret, populo & habitaculo suo. At illi subsannabant nũtios
Ierusalẽ & dei, & paruipendebant sermones eius, illudebantq; prophetis: donec
tẽplum de- ascenderet furor domini in populũ eius, & esset nulla curatio. Adduxit
struuntur, & enim super eos regem Chaldęorũ, & interfecit iuuenes eorum gladio in
ppls ducit ĩ domo sanctuarij sui. non est misertus adolescentis, & virginis, & senis,
Babylonẽ. nec decrepiti quidem: sed omnes tradidit in manibus eius. Vniuersaq;
D vasa domus dñi tam maiora, q̃ minora, & thesauros templi, & regis &
principum transtulit in Babylonem. Incenderunt hostes domum dei,
destruxeruntq; murũ Ierusalem: vniuersas turres cõbusserunt, & quic-
quid pretiosum fuerat, demoliti sunt. Si quis euaserat gladiũ, ductus
in Babylonem seruiuit regi & filiis eius, donec imperaret rex Persarum.
Cyrus remit- Ut cõpleretur sermo domini ex ore Ieremię: *& celebraret terra sabba *donec persol-
tit pplm in tha sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbathũ, vsquedum cõ- ueret
Ierusalem. plerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri regis Persarũ,
Iere.25.c.& ad explendũ sermonem domini, quem loquutus fuerat per os Ieremię,
29.c suscitauit dñs spiritum Cyri regis Persarũ: qui iussit prędicari in vni-
1.Esdr.1.a uerso regno suo, etiam per scripturã, dicens, Hęc dicit Cyrus rex Persa-
rum, Omnia regna terrę dedit mihi dominus deus cœli: & ipse pręcepit
mihi ut ędificarem ei domũ in Ierusalem, quę est in Iudęa: quis ex vo-
bis est in omni populo eius? sit dñs deus suus cum eo, & ascendat.

ORATIO MANASSES REGIS IVDA,

Quum captus teneretur in Babylone. Quę neq;
in Hebręo, neq; in Gręco habetur.

DOMINE DEVS omnipotens patrum nostrorum Abrahã, Isaac, & Iacob, & semini eorum iusto, qui fecisti cœlum & terram cum omni ornatu eorum, qui signasti mare verbo pręcepti tui, qui cõclusisti abyssum, & signasti terribili & laudabili nomini tuo quod omnes pauent & tremunt à vultu virtutis tuę: & insustentabilis ira super peccatores cõminationis tuę, immensa verò & inuestigabilis misericordia promissionis tuę: quoniam tu es dominus deus altissimus super omnem terram, longanimis, & multum misericors, & pœnitens super malitiam hominum. Tu autem domine secundum bonitatem tuam promisisti pœnitentiam remissionis peccatorum, & tu deus iustorum non posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, Isaac, & Iacob, his qui tibi non peccauerunt: quoniam peccaui super numerum arenę maris, multiplicatę sunt iniquitates meę, incuruatus sum multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi, quia excitaui iracũdiam tuam, & malum coram te feci, statuens abominationes, & multiplicans offensiones. Et nunc flecto genua cordis mei, precans à te bonitatem domine. Peccaui domine, peccaui, & iniquitatem meam agnosco. Peto rogans te domine, remitte mihi, remitte mihi: ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neq; in ęternum reserues mala mihi, quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam, & laudabo te semper omnibus diebus vitę meę: quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, & tibi est gloria in sęcula sęculorum. Amen.

B. HIERONYMVS AD DOMNIONEM ET RO gatianum, in Esdram & Nehemiam Præfatio.

VTRVM difficilius sit, facere quod poscitis, an negare, necdũ statui. Nam neq; vobis aliquid imperãtibus abnuere, sententiæ est: & magnitudo oneris impositi ita ceruices premit, vt antè sub fasce ruendũ sit, q̃ leuandũ. Accedunt ad hoc inuidorũ studia, qui omne q̃d scribimus reprehendendũ putant. Et interdũ contra se ɔscientia repugnãte, publice lacerant q̃ occulte legũt, intantũ vt clamare cõpellar, & dicere, Dñe, libera animã meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Tertius annus est q̃ semper scribitis atq; rescribitis vt Esdræ libri, & Esther vobis de Hebræo transferã: quasi non habeatis Græca & Latina volumina: aut quicquid illud est q̃d à nobis vertitur, nõ statim ab oĩbus conspuendũ sit. Frustra autem (vt ait quidã) niti, neq; aliud fatigando nisi odium quærere, extremæ dementiæ est. Itaq; obsecro vos mi Domnion & Rogatiane charissimi, vt priuata lectione ɔtenti, librũ non efferatis in publicũ, nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetisq; eorũ superciliũ qui iudicare tantũ de alijs, & ipsi facere nihil nouerũt. Si qui aũt fratrũ sunt quibus nostra nõ displicent, his tribuatis exẽplar: admonẽtes vt Hebræa nõia, quorũ grãdis in hoc volumine copia est, distincte & per interualla trãscribant. Nihil.n. ꝓderit emendasse librũ, nisi emẽdatio, librariorũ diligentia cõseruetur. Nec quẽq̃; moueat q̃ vnus à nobis liber editus est: nec apocryphorũ tertij & quarti libri somnijs delectetur: q̃a & apud Hebræos Esdræ Nehemiæq; sermones in vnũ volumen coartantur: & quæ nõ habentur apud illos, nec de vigintiquatuor senibus sunt, procul abijcienda. Si quis aũt septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorũ exẽplaria varietas ipsa lacerata & inuersa demõstrat: nec põt vtiq; verũ asseri q̃d diuersum est: mittite eũ ad Euangelia: in q̃bus multa ponũtur quasi de veteri testamento, quæ apud septuaginta interpretes non habentur. velut illud, Quoniã Nazaræus vocabitur: &, Ex Aegypto vocaui filium meũ: &, Videbũt in quem cõpunxerunt: multaq̃; alia, quæ latiori operi reseruamus: & quærite ab eo vbi scripta sunt. Quũq; proferre nõ potuerit, vos legite de his exẽplaribus quæ nuper à nobis edita, maledicorũ quotidie linguis cõfodiuntur. Sed vt ad cõpendium veniam, certe q̃d illaturus sum, æquissimũ est. Edidi aliq̃d q̃d nõ habetur in Græco, aut aliter habetur q̃ à me versum est. Quid interpretẽ laniãt? Interrogent Hebræos: & ipsis authoribus, trãslationi meæ vel arrogẽt vel derogent fidẽ. Porrò aliud est si clausis (q̃d dicitur) oculis mihi volunt maledicere, & nõ imitãtur Græcorũ studiũ & beneuolentiã, qui post septuaginta translatores, iam CHRISTI Euãgelio coruscante, Iudæos & Hebionitas legis veteris interpretes, Aquilã videlicet & Symmachũ, & Theodotionẽ, & curiose legunt, & per Origenis laborem in hexaplis, ecclesijs dedicarunt. Quãtomagis Latini grati esse deberent, q̃ exultãtem cernerent Græciam à se aliquid mutuari? Primum enim magnorum sumptuũ est & infinitæ difficultatis, exẽplaria posse habere omnia: deinde etiã qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt, ignorãtes quis è multis verius dixerit. Quod etiã sapientissimo cuidã nuper apud Græcos accidit, vt interdũ scripturæ sensum relinquens, vniuscuiuslibet interpretis sequeretur errorem. Nos autẽ qui Hebrææ linguæ saltem paruã habemus scientiam, & Latinus nobis vtcunq; sermo non deest, & de alijs magis possumus iudicare, & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua promere. Itaq; licet hydra sibilet, victorq; Sinon incendia iactet: nunquã meũ, iuuante CHRISTO, silebit eloquiũ: etiã præcisa lingua balbutiet. Legant qui volunt: qui nolunt abijciant. Euentilent apices: literas calũnientur. Magis vestra charitate prouocabor ad studium, q̃ illorũ detractione & odio deterrebor,

A Cyrus a deo inspirat⁹ remittit pp̄l'ʒ in Ierl̄m ad ędificandū templum.

B Iere. 25. c. & 29. c. 2. Par. 36. d 3. Esd. 2. a.



IN ANNO primo Cyri regis Persarum, vt compleretur verbum domini ex ore Ieremię, suscitauit dominus spiritum Cyri regis Persarum: & traduxit vocem in omni regno suo, etiam per scripturam dicens, Hęc dicit Cyrus rex Persarum, Omnia regna terrę dedit mihi dominus deus cœli, & ipse pręcepit mihi vt ędificarem ei domum in Ierusalē, quę est in Iudęa. Quis est ī vobis de vniuerso populo eius? Sit deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem quę est in Iudęa, & ędificet domum domini dei Israel, ipse est deus qui est in Ierusalem. Et omnes reliqui *in cunctis locis vbicunq; habitant, adiuuent eum viri de loco suo, argento & auro, & substantia, & pecoribus, 'excepto' quod voluntarie offerunt templo dei, quod est in Ierusalem. Et surrexerunt principes patrum de Iuda & Beniamin, & sacerdotes & Leuitę, & omnis cuius deus suscitauit spiritum vt ascēderet ad ędificandum templum domini, quod erat in Ierusalem. Vniuersiq; qui erant in circuitu, adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis & aureis, in substantia & iumentis, in supellectili, exceptis his quę sponte obtulerant. Rex quoq; Cyrus protulit vasa templi domini, quę tulerat Nabuchodonosor de Ierusalē, & posuerat ea in tēplo dei sui. Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manum Mithridatis 'filij' Gazabar, '& annumerauit ea Sassabasar principi Iudę. Et hic est numerus eorum, 'Phialę aureę' triginta, phialę argenteę mille, cultri viginti nouē, scyphi aurei triginta, scyphi argentei secundi quadringenti decem: vasa alia mille. Omnia vasa aurea & argentea, quinq; millia quadringenta: vniuersa tulit Sassabasar cum his qui ascendebant de trāsmigratione Babylonis in Ierusalem.

* Iudęi

' cum eo

' thesaurarij

' vel, Pollubra aurea

C Ascendunt ad ędificatione tēpli, quorū deus corda mouit.

D Reddit Cyrus vasa tēpli q̄ abstulerat Nabuchodonosor.

CAP. II.

A Numer⁹ reuertētiū e captiuitate. 2. Esd. 7. b. 3. Esd. 5. a.

HI sunt autem prouincię filij, qui ascenderunt de captiuitate quā transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reuersi sunt in Ierusalem & Iudęam vnusquisq; in ciuitatem suā. Qui venerunt cū Zorobabel, Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Rehum, Baana. Numerus virorū populi Israel: Filij Pharos duo millia centum septuagintaduo. Filij Sephatia, trecenti septuagintaduo. Filij Area, septingēti septuagintaquinq;. Filij Phahathmoab, filiorū Iosue Ioab duo millia octingenti duodecim. Filij Aelam, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filij Zethua, nōgenti quadragintaquinq;. Filij Zacchai, septingenti sexaginta. Filij Bani, sexcenti quadragintaduo. Filij Bebai, sexcenti viginti tres. Filij Azgad, mille ducēti vigintiduo. Filij Adonicā, sexcēti sexagintasex. Filij Beguai, duo millia quinquagintasex. Filij Adin, quadringenti quinquaginta quatuor. Filij Ater, qui erant ex Ezechia, nonagintaocto. Filij Besai, trecenti vigintitres. Filij Iora, centum duodecim. Filij Hasum, ducenti vigintitres. Filij Gebbar, nonagintaquinq;. Filij Bethlehem, centū vigintitres. Viri Netupha, quinquagintasex. Viri Anathoth, centum vigintiocto. Filij Azmaueth, quadragintaduo. Filij Cariathiarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadragintatres. Filij Rama & Gabaa, sexcenti vigintivnus. Viri Machmas, centum vigintiduo. Viri Bethel & Hai, ducenti vigintitres. Filij Nebo, quinquagintaduo. Filij Megbis, centum quinquagintasex. Filij Aelam alterius, mille ducenti quinquagitaquatuor. Filij Harim, trecenti viginti. Filij Lodhadid & Ono, septingenti vigintiquinq;. Filij Iericho, trecenti quadragintaquinq;. Filij Senaa, tria millia sexcenti triginta.

B

Sacerdotes

Sacerdotes; Filij Iadaia in-

domo Iesue, nongenti septuaginta tres. Filij Emmer, mille quinquaginta duo. Filij Pheshur, mille ducenti quadragintaseptem. Filij Harim, mille decem & septem. Leuitę: Filij Iesue & Cedmiel filiorum Odouię septuagintaquatuor. Cantores: Filij Asaph, centum vigintiocto. Filij Ianitorum: filij Sellum, filij Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: vniuersi centū trigintanouem. Nathinęi: filij Siha, filij Hasupha, filij Tabbaoth, filii Ceros, filij Siaa, filij Phadon, filij Lebana, filij Hagaba, filij Accub, filii Hagab, filii Semlai, filij Hanan, filij Gaddel, filij Gaher, filij Raaia, filij Rasin, filij Necoda, filii Gazam, filij Aza, filij Phasea, filij Besee, filij Asena, filij Munim, filij Nephusim, filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur, filij Besluth, filii Mahida, filii Harsa, filii Bercos, filii Sisara, filii Thema, filii Nasia, filii Hatipha, filii seruorum Salomonis, filii Sotai, filii Sophereth, filii Pharuda, filii Iala, filii Dercon, filii Geddel, filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erant de Asebaim filii Ami. omnes nathinęi, & filii seruorum Salomonis, trecenti nonagintaduo. Et hi qui ascenderunt de Thelmela, Thelharsa, Cherub, & Adon, & Emer: & nō potuerunt indicare domum patrum suorum & semen suum, vtrum ex Israel essent. Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, sexcenti quinquagintaduo. Et de filiis sacerdotum: Filii Hobia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem, & vocatus est nomine eorum. hi quęsierunt scripturā genealogię suę, & nō inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit Athersátha eis vt non comederent de sanctosanctorum, donec surgeret sacerdos 'doctus atque perfectus.' Omnis multitudo quasi vir vnus quadragintaduo millia trecenti sexaginta: exceptis seruis eorum & ancillis, qui erant septem millia trecenti trigintaseptē: & in ipsis cantores atque cantatrices ducenti. Equi eorum septingenti trigintasex. muli eorum, ducenti quadragintaquinque. cameli eorum, quadringēti trigintaquinque. asini eorum, sex millia septingenti viginti. Et de principibus patrū quum ingrederentur templum dñi qđ est in Ierusalem, sponte obtulerunt in domū dei ad extruendā eam in loco suo. Secundum vires suas dederunt impensas operis, auri 'solidos' sexaginta millia & mille, argenti mnas quinque millia, & vestes sacerdotales centum. Habitauerunt ergo sacerdotes, & Leuitę, & de populo, & cantores, & ianitores, & nathinęi in vrbibus suis, vniuersusque Israel in ciuitatibus suis.

Leuitę. C Cantores. Ianitores. Nathinęi. A Genealogię. D

* in Vrim & thummim, (vide Exo. 28. e.)

* drachmas

CAP. III.

IAmque venerat mensis septimus, & erāt filij Israel in ciuitatibus suis: congregatus est ergo populus quasi vir vnus in Ierusalem. Et surrexit Iosue filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ędificauerūt altare dei Israel, vt offerrent in eo holocaustomata, sicut scriptū est in lege Moysi viri dei. Collocauerunt aūt altare dei 'super bases suas,' deterrentibus eos per circuitum populis terrarum: & obtulerunt super illud holocaustum dño mane & vespere. Feceruntque solennitatem tabernaculorum, sicut scriptum est: & holocaustum diebus singulis 'per ordinem secundum pręceptum, opus diei in die suo.' Et post hęc holocaustum iuge, tam in Calendis, quam in vniuersis solēnitatibus dñi quę erant consecratę, & in oībus in quibus vltro offerebatur munus dño. A primo die mēsis septimi cœperunt offerre holocaustum dño: porrò templū dei nondum fundatū erat. Dederunt aūt pecunias latomis, & cęmentarijs: cibū quoque, & potū, & oleum Sidonijs, Tyrijsque, vt deferrent ligna cedrina de Lybano ad mare Ioppen, iuxta qđ pręceperat Cyrus rex Persarum eis. Anno aūt secundo aduentus eorum ad templū dei in Ierusalē mense secundo cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorum sacerdotes, & Leuitę, & oēs qui venerant de captiuitate in Ierusalē: & constituerunt Leuitas à viginti annis, & suprà, vt vrgerent opus dñi. Stetitque Iosue & filij eius & fratres eius, Cedmihel & filij eius, filij Iuda, quasi vir vnus,

A. Iosue & Zorobabel ędificāt altare. 3. Esd. 5. e. Celebratur solennitas tabernaculorum. B Instauratur templum. C.

* in locū suum,

* in numero secundum consuetudinem per singulos dies.

vt instarent super eos qui faciebãt opus in templo dei: filii Henadad,
Laus & gratiarum actio populi ob fundatũ teplũ. & filii eorum, & fratres eorum Leuitę. Fundato igitur à cęmentariis teplo
dñi, steterunt sacerdotes in ornatu suo cũ tubis: & Leuitę filii Asaph in
cymbalis, vt laudarent deum per manus Dauid regis Israel. Et concine
bant in hymnis, & confessione dño, quoniã bonus, quoniam in ęternum
D misericordia eius super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur
clamore magno in laudando dñm, eò quod fundatum esset templum do
mini. Plurimi etiã de sacerdotibus & Leuitis & principes patrum, & se
niores qui viderant templũ prius quum fundatum esset, & hoc templũ
in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lętitia, ele
uabant vocem. Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lę
tantium, & vocem fletus populi: commixtim enim populus vociferabatur
clamore magno, & vox audiebatur procul.

CAP. IIII.

A Impeditur ędificatio templi. 3.Esd.5.g.

AVdierunt aũt hostes Iudę & Beniamin quia filii captiuitatis ędifi
carent templũ dño deo Israel. Et accedentes ad Zorobabel, & ad
principes patrum, dixerunt eis, Aedificemus vobiscum, quia ita vt vos,
quęrimus deum vestrum: ecce nos immolauimus victimas à diebus
Asorhaddan regis Assur, qui adduxit nos huc. Et dixit eis Zorobabel,
& Iosue, & reliqui principes patrum Israel, ʼNon est vobis & nobisˋ vt ʼvel, Nõ vra,
ędificemus domum deo nostro: sed nosipsi soli ędificabimus dño deo sed nra interest.
nostro Israel, sicut pręcepit nobis Cyrus rex Persarum. Factum est igitur
vt populus terrę impediret manus populi Iudę, & turbaret eos in ędi
ficando. Conduxerunt quoque aduersus eos consiliatores, vt destruerent
3.Esd.2.d. consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & vsque ad regnum
B Darii regis Persarum. In regno autem Assueri in principio regni eius,
scripserunt accusationem aduersus habitatores Iudę & Ierusalem. Et in
diebus Artaxerxis scripsit ʼBeselamˋ Mithridates, & Tabeel, & reliqui ʼLXX, in pa
qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum. epistola aũt ac ce (vel, verbis
cusationis scripta erat Syriace, & legebatur sermone Syro. Reum Beel pacificis)
Reum Beelteem & Samsai epla ad regem Artaxerxem. teem, & Samsái scriba scripserunt epistolã vnam de Ierusalem Artaxer
xi regi, huiuscemodi, REVM BEELTEEM, & Samsái scriba, &
reliqui cõsiliatores eorum, Dinęi, & Apharsathachęi, Terphalęi, Aphar
sęi, Erchuęi, Babylonii, Susanechęi, Dieui, & Aelamitę: & cęteri de gen
tibus quas transtulit Asenaphar magnus & gloriosus: & habitare eas fe
cit in ciuitatibus Samarię, & in reliquis regionibus trans flumen ʼin pa ʼ& Cheeneth
ce:ˋ (Hoc est exemplar epistolę, quam miserunt ad eum) Artaxerxi re
C gi serui tui viri qui sunt trans fluuium, ʼsalutem dicunt.ˋ Notum sit re ʼ& Cheeneth.
gi quia Iudęi qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Ierusalem ciuita
tem rebellem & pessimam, quam ędificant extruentes muros eius, & pa
rietes cõponentes. Nunc igitur notũ sit regi quia si ciuitas illa ędificata
fuerit, & muri eius instaurati, tributũ, & vectigal, & annuos redditus nõ
dabũt, & ʼvsque ad reges hęc noxa perueniet.ˋ Nos aũt memores salis quod ʼtributum re
in palatio comedimus, & quia ʼlęsionesˋ regis videre nefas ducimus: gum lędetur.
idcirco misimus & nuntiauimus regi, vt recenseas in libris historiarum ʼcontemptus
patrum tuorum, & inuenies scriptũ in cõmentariis: & scies quoniã vrbs
illa, vrbs rebellis est, & nocens regibus, ʼ& prouinciis, & bella concitan ʼ& defectiones
turˋ in ea ex diebus antiquis, quam ob rem & ciuitas ipsa destructa est. factes fuerũt.
D Nuntiamus nos regi quoniã si ciuitas illa ędificata fuerit, & muri ip
sius instaurati, *possessionem trans fluuium nõ habebis. Verbum mi
sit rex ad Reum Beelteem, & Samsái scribam, & ad reliquos ʼqui erant * pro vice illa
in consilio eorumˋ habitatores Samarię, & cęteris trans fluuiũ, ʼsalutẽ di ʼsocios & istra.
cens & pacẽˋ ʼACCVSATIONEMˋ quã misistis ad nos manifeste le ʼSela & Cheeth
cta est corã me. & à me pręceptum est: & recẽsuerunt, inueneruntque quia ciui ʼEpistola
tas illa à diebus antiquis aduersum reges rebellat, & seditiones & pręlia cõ
citantur in ea. Nã & reges fortissimi fuerunt in Ierusalẽ: qui & domina
ti sunt omni regioni quę trans fluuiũ est. Tributum quoque, & vectigal,

& redditus accipiebant. Nunc ergo audite sententiã, Prohibeatis viros illos, vt vrbs illa nõ ędificetur, donec si forte à me iussum fuerit. Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges. Itaq; exemplum edicti Artaxerxis regis lectũ est coram Reum & Samsai scriba, & cõsiliarijs eorũ, & abierũt festini in Ierusalẽ ad Iudęos, & phibuerunt eos in brachio & robore. Tunc intermissum est opus domus dei in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum.

* ponite edictũ

CAPVT V.

A

PRophetauerunt aũt Aggęus ppheta, & Zacharias filius Addo pphetantes ad Iudęos qui erant in Iuda & Ierusalem, in nomine dei Israel. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec: & coeperunt ędificare templũ dei in Ierusalẽ, & cũ eis pphetę dei adiuuãtes eos. In ipso aũt tẽpore venit ad eos Thathanai qui erat dux trãs flumen, & Stharbuzanai, & cõsiliarij eorũ: sicq; dixerunt eis, Quis dedit vobis cõsilium vt domũ hanc ędificaretis, & muros eius instauraretis? Ad qđ respõdimus eis quę essent nomina hominũ authorũ ędificationis illius. Oculus aũt dei eorũ factus est super senes Iudęorũ, & nõ potuerunt inhibere eos. Placuitq; vt res ad Darium referretur, & tũc satisfacerẽt aduersus accusationẽ illã. Exẽplar epistolę quã misit Thathanai dux regionis trans flumen, & Stharbuzanai, & cõsiliatores eius Arphasachęi qui erant trans flumen, ad Dariũ regẽ. Sermo quẽ miserant ei, sic scriptus erat, DARIO REGI pax oĩs. Notum sit regi isse nos ad Iudęã prouinciam, ad domũ dei magni, quę ędificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus: opusq; illud diligenter extruitur, & crescit in manibus eorũ. Interrogauimus ergo senes illos, & ita diximus eis, Quis dedit vobis potestatẽ vt domũ hanc ędificaretis, & muros hos instauraretis? Sed & nomina eorũ quęsiuimus ab eis, vt nuntiaremus tibi: scripsimusq; nomina eorũ virorũ qui sunt principes in eis. Huiuscemodi aũt sermonem respõderunt nobis, dicentes, Nos sumus serui dei coeli & terrę, & ędificamus templũ qđ erat extructũ ante hos annos multos: quodq; rex Israel magnus ędificauerat & extruxerat. Postq; aũt ad iracundiam prouocauerunt patres nostri deũ coeli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldęi: domũ quoq; hanc destruxit, & populum eius transtulit in Babylonem. Anno aũt primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum vt domus dei ędificaretur. Nam & vasa tẽpli dei aurea & argentea, quę Nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in Ierusalem, & asportauerat ea in templũ Babylonis: protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principem cõstituit, dixitq; ei, Hęc vasa tolle, & vade: & pone ea in templo qđ est in Ierusalem, & domus dei ędificetur in loco suo. Tunc itaq; Sassabasar ille venit, & posuit fundamenta templi dei in Ierusalem, & ex eo tempore vsque nũc ędificatur, & necdum completum est. Nunc ergo si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quę est in Babylone, vtrumnam à Cyro rege iussum fuerit vt ędificaretur domus dei in Ierusalem, & voluntatem regis super hac re mittat ad nos.

Adhortatione Aggęi & Zacharię reędificatur templum.
1. Esd. 6. a.
* socij & infra.
* vel, pceptum
Dux Thathanai conatur inhibere ędificatione, sed frustra.
* donec
* responderent
B
Per epistolam ad hęc.
Oculus dei.
Epla Thathanai ad Dariũ regẽ: qua cõ cõsulit sup ędificatione templi.
* festinanter
C
D
* in domo thesaurorum

CAP. VI.

A

TVnc Darius rex pręcepit: & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inuentum est in Ecbatanis, qđ est castrum in Medena prouincia, volumen vnum, talisq; scriptus erat in eo commentarius, ANNO PRIMO Cyri regis, Cyrus rex decreuit vt domus dei ędificaretur, quę est in Ierusalem, in loco vbi immolant hostias, & vt ponant fundamenta supportantia altitudinẽ cubitorũ sexaginta, & latitudinẽ cubitorũ sexaginta, ordines de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis: sumptus aũt, de domo regis dabuntur. Sed & vasa tẽpli dei aurea & argẽtea, quę Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalem, & attulerat ea in Babylonem, red-

* thesaurorũ
* vel, taleq; scriptus erat in eo memoriale,
Darius Cyri decretũ de tẽplo extruendo inueniẽs, iubet & ipse tẽplum extrui.
* marmoreis
* paries
1. Esd. 6. e.

vt instarent super eos qui faciebāt opus in templo dei: filii Henadad,
& filii eorum, et fratres eorum Leuitæ. Fundato igitur à cæmentariis tēplo
dñi, steterunt sacerdotes in ornatu suo cū tubis: et Leuitæ filii Asaph in
cymbalis, vt laudarent deum per manus Dauid regis Israel. Et decine
bant in hymnis, et cōfessione dño, quoniā bonus, quoniam in æternum
misericordia eius super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur
clamore magno in laudando dñm, eò q fundatum esset templum do
mini. Plurimi etiā de sacerdotibus et Leuitis et principes patrum, et se
niores qui viderant templū prius quum fundatum esset, et hoc templū
in oculis eorum, flebant voce magna: et multi vociferantes in lætitia, ele
uabant vocem. Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris læ
tantium, et vocem fletus populi: cōmixtim enim populus vociferabat
clamore magno, et vox audiebatur procul. CAP. IIII.

Laus & gratiarum actio populi ob fundatū tēplū. D

A Vdierunt aūt hostes Iudæ & Beniamin quia filii captiuitatis ædifi
carent templū dño deo Israel. Et accedentes ad Zorobabel, & ad
principes patrum, dixerunt eis, Aedificemus vobiscum, qa ita vt vos,
quærimus deum vestrum: ecce nos immolāuimus victimas à diebus
Asorhaddan regis Assur, qui adduxit nos huc. Et dixit eis Zorobabel,
& Iosue, & reliqui principes patrum Israel, [a]Non est vobis et nobis vt
ædificemus domum deo nostro: sed nosipsi soli ædificabimus dño deo
nostro Israel; sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum. Factum est igitur
vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ædi
ficando. Conduxerunt quoq; aduersus eos cōsiliatores, vt destruerent
cōsilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & vsq; ad regnum
Darii regis Persarum. In regno autē Assueri in principio regni eius,
scripserunt accusationem aduersus habitatores Iudæ et Ierusalē. Et in
diebus Artaxerxis scripsit [b]Beselam Mithridates, et Tabeel, & reliqui
qui erant in cōsilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum. epistola aūt ac
cusationis scripta erat Syriace, et legebatur sermone Syro. Reum Beel
teem, et Samsāi scriba scripserunt epistolā vnam de Ierusalem Artaxer
xi regi, huiuscemodi, REVM BEELTEEM, et Samsāi scriba, &
reliqui cōsiliatores eorum, Dinæi, & Apharsathachæi, Terphalæi, Aphar
sæi, Erchuæi, Babylonii, Susanechæi, Dieui, et Aelamitæ: & cæteri de gen
tibus quas transtulit Asenaphar magnus et gloriosus: et habitare eas fe
cit in ciuitatibus Samariæ, et in reliquis regionibus trans flumen [c]in pa
ce: (Hoc est exemplar epistolæ, quam miserunt ad eum) Artaxerxi re
gi serui tui viri qui sunt trans fluuium, [d]salutem dicunt. Notum sit re
gi qa Iudæi qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Ierusalem ciuita
tem rebellem et pessimam, quam ædificant extruentes muros eius, et pa
rietes cōponentes. Nunc igitur notū sit regi qa si ciuitas illa ædificata
fuerit, et muri eius instaurati, tributū, et vectigal, & annuos redditus nō
dabūt, et [e]vsq; ad reges hæc noxa perueniet. Nos aūt memores salis qd
in palatio comedimus, et quia [f]læsiones regis videre nefas ducimus:
idcirco misimus et nuntiauimus regi, vt recenseas in libris historiarum
patrum tuorum, & inuenies scriptū in cōmentariis: & scies quoniā vrbs
illa, vrbs rebellis est, & nocens regibus, [g]et prouinciis, & bella concitan
tur in ea ex diebus antiquis, quam ob rem et ciuitas ipsa destructa est.
Nuntiamus nos regi quoniā si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ip
sius instaurati, [h]possessionem trans fluuium nō habebis. Verbum misit
rex ad Reum Beelteem, & Samsāi scribam, & ad reliquos [i]qui erant
in consilio eorum habitatores Samariæ, et cæteris trans fluuiū, [k]salutē di
cens et pacē. [l]ACCVSATIONEM quā misistis ad nos manifestè le
cta est corā me. et à me præceptum est: et recēsuerunt, inueneruntq; qm̄ ciui
tas illa à diebus antiqs aduersum reges rebellat, et seditiones et prælia cō
citantur in ea. Nā et reges fortissimi fuerunt in Ierusalē: qui et dominati
ti sunt omni regioni quæ trans fluuiū est. Tributum quoq;, et vectigal,

Impeditur ædificatio tēpli. 1.Esd.5.g.

1.Esd.2.d. B

C

D

Reum Beelteem et Samsai epistola ad regem Artaxerxem.

[a] vel, Nō vra, sed nra interest.

[b] LXX, in pace (vel, verbis pacificis)

[c] et Cheeneth

[d] et Cheeneth.

[e] tributum regum lædetur.

[f] contemptus

[g] et defectiones facientes fuerūt.

[h] pro vice illa

[i] socios et istra.

[k] Sela et Cheeth

[l] Epistola

& redditus accipiebant. Nunc ergo audite sententiam, Prohibeatis vi
ponite edictũ — ros illos, vt vrbs illa nõ ędificetur, donec si forte à me iussum fuerit. V i
dete ne negligenter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra re
ges. Itaq; exemplum edicti Artaxerxis regis lectũ est coram Reum &
Samsai scriba, & cõsiliarijs eorum, & abierũt festini in Ierusalẽ ad Iudęos,
& phibuerunt eos in brachio & robore. Tunc intermissum est opus do
mus dei in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni

CAPVT V. — A

Darij regis Persarum.
PRophetauerunt aũt Aggeus ppheta, & Zacharias filius Addo p — Adhortatio
phetantes ad Iudęos qui erant in Iuda & Ierusalem, in nomine dei — one Aggęi
Israel. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Io — & Zacharię
sedec: & coeperunt ędificare templũ dei in Ierusalẽ, & cũ eis pphetę dei — reędificatur
adiuuãtes eos. In ipso aũt tẽpore venit ad eos Thathanai qui erat dux — templum.
trãs flumen, & Stharbuzanai, & consiliarij eorum: sicq; dixerunt eis, Quis — 1. Esd. 6. a.
socij & infra. — dedit vobis consilium vt domũ hanc ędificaretis, & muros eius instau — Dux Tha
vel, pceptum — raretis? Ad qđ respõdimus eis quę essent nomina hominũ authorum ędi — thanai eos
ficationis illius. Oculus aũt dei eorum factus est super senes Iudęorum, & nõ — nai inhibe
potuerunt inhibere eos. Placuitq; vt res ad Darium referretur, & tũc — reędificatio
donec — satisfacerent aduersus accusationẽ illã. Exemplar epistolę quã misit Tha — B nẽ, sed
respõderent — thanai dux regionis trans flumen, & Stharbusanai, & consiliatores eius — frustra.
per epistolam — Arphasachęi qui erant trans flumen, ad Dariũ regẽ. Sermo quẽ mise — Oculus dei.
ad hęc. — rant ei, sic scriptus erat, DARIO REGI pax oĩs. Notum sit regi isse — Epla Tha
nos ad Iudęã prouinciam, ad domũ dei magni, quę ędificatur lapide im — thanai ad
festinanter — polito, & ligna ponuntur in parietibus: opusq; illud diligenter ex — Dariũ regẽ:
struitur, & crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo senes illos, & — qua cũ osul
ita diximus eis, Quis dedit vobis potestatẽ vt domũ hanc ędificaretis, — lit sup ędifi
& muros hos instauraretis? Sed & nomina eorum quęsiuimus ab eis, vt — catione tẽ
nunciaremus tibi: scripsimusq; nomina eorum virorum qui sunt principes — pli.
in eis. Huiuscemodi aũt sermonem respõderunt nobis, dicentes, Nos su — C
mus serui dei cœli & terrę, & ędificamus templũ qđ erat extructũ ante
hos annos multos: quodq; rex Israel magnus ędificauerat & extruxe
rat. Postq; aũt ad iracundiam puocauerunt patres nostri deũ cœli, tra
didit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldęi: domũ
quoq; hanc destruxit, & populum eius transtulit in Babylonem. Anno
aũt primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum vt do
mus dei ędificaretur. Nam & vasa tẽpli dei aurea & argentea, quę Na
buchodonosor tulerat de templo quod erat in Ierusalem, & asportaue
rat ea in templũ Babylonis: protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & — D
data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principem cõstituit, dixitq; ei,
Hęc vasa tolle, & vade: & pone ea in templo qđ est in Ierusalem, & do
mus dei ędificetur in loco suo. Tunc itaq; Sassabasar ille venit, & po
suit fundamenta templi dei in Ierusalem, & ex eo tempore vsque nũc
ędificatur, & necdum completum est. Nunc ergo si videtur regi bonũ,
In domo the — recenseat in bibliotheca regis, quę est in Babylone, vtrumnam à Cy
saurorum — ro rege iussum fuerit vt ędificaretur domus dei in Ierusalem, & volun

CAP. VI.

tatem regis super hac re mittat ad nos.
thesaurorum — TVnc Darius rex pręcepit: & recensuerunt in bibliotheca librorum — A
qui erant repositi in Babylone, & inuentum est in Ecbatanis, qđ — Darius Cy
vel, taleq; scri — est castrum in Medena prouincia, volumen vnum, talisq; scriptus — ri decretũ đ
ptus erat in eo — erat in eo commentarius, ANNO PRIMO Cyri regis, Cyrus rex — tẽplo extru
memoriale, — decreuit vt domus dei ędificaretur, quę est in Ierusalem, in loco vbi im — endo inue
molant hostias, & vt ponant fundamenta supportantia altitudinẽ cu — niẽs, iubet &
bitorũ sexaginta, & latitudinẽ cubitorum sexaginta, ordines de lapidibus — ipse tẽplum
marmoreis — impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis: sumptus aũt, de domo re — extrui.
paries — gis dabuntur. Sed & vasa tẽpli dei aurea & argẽtea, quę Nabuchodono — 1. Esd. 6. e.
sor tulerat de templo Ierusalem, & attulerat ea in Babylonem, red

dantur, e referantur in templum Ierusalem in locum suũ, quę e posita
B súnt in templo dei. Nunc ergo Thathanái dux regionis quę est trans
flumen, Stharbuzanai, e ꝯsiliarij vestri Apharsachęi, qui estis trans flu-
men, ꝑcul recedite ab illis, e dimittite fieri templũ dei illud à duce Iu-
dęoꝝ e à senioribus eoꝝ, & domum dei illã ędificent in loco suo. Sed
& à me ꝑceptum est qd oporteat fieri à p̄sbyteris Iudęoꝝ illis, vt ędifi-
cetur domus dei, scilicet vt de 'arca' regis, id est de tributis quę dantur ᵃ vel, substãtia
de regione trans flumen, studiose sumptus dentur viris illis, ne ĩpediat
opus. Quod si necesse fuerit, e vitulos, e agnos, e hœdos in holocau-
stum deo cœli, frumentũ, sal, vinũ, e oleum, s̃m ritum sacerdotum qui
sunt in Ierusalẽ, detur eis per singulos dies: ne sit 'in aliquo querimo-
nia.' Et offerant oblationes dei cœli, orentq; pro vita regis, & filioꝝ ᵇ error
eius. A me ergo positum est decretum, vt oẽs homo qui hanc muta-
uerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, e erigatur, e configa-
tur in eo, domus aũt eius 'publicetur.' Deus autem qui habitare fecit ᶜ sterquilinium
C nomen suum ibi, dissipet oĩa regna, e populum qui extenderit manum fiat pp.h uc.
Templum absoluitur. 3. Esd. 7. a.
suam vt repugnet, e dissipet domum dei illam quę est in Ierusalem.
Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri volo. Igitur Tha-
thanái dux regionis trans flumen, e Stharpuzanai, e ꝯsiliarij eius, secũ-
dum quod ꝑceperat Darius rex, sic diligẽter exequuti sunt. Seniores au-
tem Iudęoꝝ ędificabant, e prosperabantur iuxta prophetiã Aggęi ꝓ-
phetę, e Zacharię filij Addo: e ędificauerunt e ꝯstruxerunt iubẽte deo
Israel, e iubente Cyro e Dario, e Artaxerxe regibus Persaꝝ: e comple-
uerunt domũ dei istam, vsq; ad diẽ tertium mensis Adar, qui est annus
sextus regni Darij regis. Fecerunt aũt filij Israel sacerdotes & Leuitę,
Dedicatur templum.
e reliqui filiorum trãsmigrationis dedicationẽ domus dei in gaudio.
Et obtulerunt in dedicatione domus dei, vitulos centũ, arietes ducen-
tos, agnos quadringentos, hircos capraꝝ pro peccato totius Israel duo-
decim, iuxta numerũ tribuum Israel. Et statuerunt sacerdotes in ordinĩ-
D bus suis, e Leuitas in vicibus suis super opera dei in Ierusalẽ, sicut scri-
ptum est in libro Moysi. Fecerunt aũt filij Israel transmigrationis pa-
Celebratur pascha.
scha, quartadecima die mensis primi. Purificati enim fuerant sacerdo-
tes e Leuitę quasi vnus: oẽs mundi ad immolandũ pascha vniuersis fi-
lijs trãsmigrationis, e fratribus suis sacerdotibus, e sibi. Et comederunt
filij Israel qui reuersi fuerant de transmigratione, e oẽs qui se separaue-
rant à coinquinatione gentiũ terrę ad eos vt quęrerẽt dñm deũ Israel.
Cor Darii ꝯuersum a deo in auxiliũ Israelis.
Et fecerunt solennitatẽ azymoꝝ septẽ diebus in lętitia, quoniã lętificaue-
rat eos dominus, e cõuerterat cor regis Assur ad eos, vt adiuuaret ma-
nus eoꝝ in opere domus domini dei Israel. CAP. VII.

POst hęc autem verba in regno Artaxerxis regis Persarum, Esdras fi-
A lius Saraię, filij Azarię, filij Helcię, filij Sellũ, filij Sadoc, filij Achi-
Esdras edicto regis Artaxersis cum ꝑtis comitibus ascẽdit Ierusalem. 3. Esd. 8. a.
tob, filij Amarię, filij Azarię, filij Maraioth, filij Zarahię, filij Ozi, fi-
lij Bocci, filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron sacerdotis
'ab initio.' Ipse Esdras ascendit de Babylone, e ipse scriba velox in le- ᵈ primi.
ge Moysi, quam dominus deus dedit Israel: e dedit ei rex secundũ ma-
num domini dei eius super eum, omnem petitionẽ eius. Et ascenderũt
de filiis Israel, & de filiis sacerdotum, e de filiis Leuitarũ, & de canto-
ribus, & de ianitoribus, e de nathinęis in Ierusalem anno septimo Ar-
taxerxis regis. Et venerunt in Ierusalem mense quinto, ipse est annus
septimus regis. Quia in primo die mensis primi cœpit ascẽdere de Ba-
bylone, e in primo die mensis quinti venit in Ierusalem, iuxta manum
B dei sui bonam super se. Esdras autem parauit cor suum, vt inuestigaret
Esdras doctor legis. Edictũ Artaxerxis.
legem domini, e faceret e doceret in Israel pręceptum e iudiciũ. Hoc
est autem exemplar epistolę edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdrę sa-
cerdoti, scribę erudito in sermonibus & pręceptis domini, & 'cęremo- ᵉ statutorum
niis' eius in Israel. ARTAXERXES rex regum Esdrę sacer-
doti,

doti, scribę legis dei cœli doctissimo, salutem. A me decretum est, vt
cuicunq; placuerit in regno meo de populo Israel, & de sacerdotibus
eius, & de Leuitis ire in Ierusalē, tecū vadat. A facie enim regis, & septē
consiliatorū eius missus es, vt visites Iudęā & Ierusalē in lege dei tui,
quę est in manu tua: vt feras argentū & aurum quod rex & cōsiliatores
eius sponte obtulerūt deo Israel, cuius in Ierusalē tabernaculū est. Et C
omne argentū & aurum quodcūq; inueneris in vniuersa prouincia Ba-
bylonis, & populus offerre voluerit, & de sacerdotibus qui sponte obtu-
lerint domui dei sui quę est in Ierusalē, libere accipe, & studiose eme de
hac pecunia vitulos, arietes, agnos, & sacrificia & libamina eorū, & offer
ea super altare tēpli dei vestri qđ est in Ierusalē. Sed & si quid tibi & fra-
tribus tuis placuerit de reliquo argento & auro vt faciatis, iuxta volun-
tatē dei vestri facite. Vasa quoq; quę dantur tibi in ministeriū domus
dei tui, trade in conspectu dei tui in Ierusalē. Sed & cętera quibus opus
fuerit in domo dei tui quantūcūq; necesse est vt expendas, dabis de the-
sauro, & de fisco regis, & ā me. Ego Artaxerxes rex statui atque decreui
omnibus custodibus arcę publicę, qui sunt trans flumen, vt quodcunq;
petierit ā vobis Esdras sacerdos scriba legis dei cœli, absq; mora detis,
vsq; ad argenti talenta centū, & vsq; ad frumenti coros centū, & vsq; ad
vini batos centū, & vsq; ad batos olei centum, sal verò absq; mensura.
Omne qđ ad ritum dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo dei D
cœli: ne fortè irascatur contra regnum regis, & filiorū eius. Vobis quoq;
notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus, & ia-
nitoribus, nathinęis, & ministris domus dei huius, vt vectigal, & tribu-
tum, & annonas non habeatis potestatē imponendi super eos. Tu autē
Esdra secūdum sapientiā dei tui, quę est in manu tua, constitue iudices
& pręsides, vt iudicent omni populo qui est trans flumen, his videlicet
qui nouerūt legem dei tui, sed & imperitos docete liberè. Et omnis qui
non fecerit legem dei tui, & leges regis diligenter, iudicium erit de eo, — & cito fiat iu[illegible] cium
siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationē substantię eius,
vel certe in carcerem. Benedictus dominus deus patrum nostrorum, — Grās agit
qui dedit hoc in corde regis vt glorificaret domum domini quę est in deo Es-
Ierusalem, & in me inclinauit misericordiam suam coram rege & con- dras.
siliatoribus eius, & vniuersis principibus regis potentibus: & ego con-
fortatus manu domini dei mei quę erat in me, congregaui de Israel
principes qui ascenderent mecum.

CAP. VIII.

HI sunt ergo principes familiarū & genealogia eorū qui ascenderūt A
mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone. De filijs Phinees, Qui cū Es-
Gersom. De filijs Ithamar, Daniel De filijs Dauid, Hattus. De filijs Se dra ascen-
chenię, & de filijs Pharos, Zacharias: & cū eo numerati sunt viri centū derint Iero-
quinquaginta. De filijs Phahathmoab, Elioenai filius Zarehe: & cum solymam.
eo ducenti viri. De filijs Sechenię, filius Ezechiel: & cū eo trecenti viri. 1. Esd. 8. c
De filijs Adan, Abed filius Ionathan: & cū eo quinquaginta viri. De
filijs Alam, Isaias filius Athalię: & cū eo septuaginta viri. De filijs Sa-
phatię, Zebedia filius Michael: & cū eo octoginta viri. De filijs Ioab, B
Obedia filius Iahiel: & cū eo ducenti decem & octo viri. De filijs Selo-
mith, filius Iosphię: & cum eo centū sexaginta viri. De filijs Bebai, Za-
charias filius Bebai: & cū eo vigintiocto viri. De filijs Azgad, Ioha-
nan filius Eccetan: & cū eo centū & decē viri. De filijs Adonicam, qui
erant nouissimi, & hęc nomina eorū, Eliphelet, & Iehiel, & Samaias: &
cū eo sexaginta viri De filijs Begui, Vthai, & Zachur: & cū eis septua-
ginta viri. Congregaui autem eos ad fluuiū qui decurrit ad Ahaua, &
mansimus ibi tribus diebus: quęsiuiq; in populo, & in sacerdotibus de C
filijs Leui, & nō inueni ibi. Itaq; misi Eliezer, & Ariel, & Semeiam, &
Elnathan, & Iarib, & alterū Elnathan, & Nathan, & Zachariā, & Mo-
sollā principes: & Ioiarib, & Elnathan sapientes. Et misi eos ad Eddo,

qui eſt primus in Chaſphię loco: & poſui in ore eorum verba quę lo-
querentur ad Eddo, ⁊ ad fratres eius nathinęos in loco Caſphię, vt ad
ducerent nobis miniſtros domus dei noſtri. Et adduxerunt nobis per
manum dei noſtri bonam ſuper nos, virum doctiſſimū de filijs Mo-
holi filij Leui filij Iſrael, & Sarabiam ⁊ filios eius, & fratres eius decē
lonites. omnes hi, filij Phares, qui habitauerunt in Ierusalem, quadrin-
B gētī sexagintaocto viri fortes. Hi sunt aūt filij Beniamin: Sellu filius
Mosollā, filius Ioed, filius Phadaia, filius Colaia, filius Masia, filius
Etheel, filius Isaia, & post eū Gebbai, Sellai: nongenti vigintiocto. & Io-
el filius Zechri prępositus eorum, & Iudas filius Senua sup ciuitatē secun-
dus. Et de sacerdotibus, Idaia filius Ioarib, Iachin, Saraia filius Hel-
cię, filius Mosollam, filius Sadoc, filius Meraioth, filius Achitob prin-
ceps domus dei, & fratres eorum facientes opera tēpli: octingenti viginti-
duo. Et Adaia filius Ieroham, filius Phelelia, filius Amsi, filius Za-
charię, filius Phelshur, filius Melchię, & fratres eius principes patrū: du-
centi quadragintaduo. Et Amassai filius Azreel, filius Ahazi, filius
Mosollamoth, filius Emmer, & fratres eorum potentes nimis: centū vigin-
tiocto. & prępositus eorum Zabdiel filius 'potentiū.' Et de Leuitis Seme- 'Hagedolim
C ia filius Hasub, filius Azaricam, filius Hasabia, filius Boni, & Sabathai,
& Iozabed, sup oīa opera quę erant forinsecus in domo dei ā principi-
bus Leuitarū. Et Mathania filius Micha, filius Zebedei, filius Asaph
princeps ad laudandū, & ad confitendum in oratione, & Becbecia secun-
dus de fratribus eius, & Abda filius Sammua, filius Galal, filius Idi-
thun. oēs Leuitę in ciuitate sancta, ducenti octogintaquatuor. Et ian-
tores, Accub, Telmon, & fratres eorum, qui custodiebant ostia: centum se-
ptuagintaduo. Et reliqui ex Israel sacerdotes & Leuitę in vniuersis ci-
uitatibus Iuda, vnusquisq; in possessione sua. Et nathinęi qui habita-
bant in Ophel, & Siaha, & Gaspha de nathinęis. Et episcopus Leuitarum
in Ierusalē, Azzi filius Bani, filius Hasabię, filius Mathanię, filius Mi-
chę. De filijs Asaph, cantores in ministerio domus dei. Pręceptū quippe
D regis sup eos erat, & 'ordo in 'cātoribus per dies singulos, & Phatha- 'constitutum
hia filius Mesezebel de filijs Zara filij Iuda ī manu regis iuxta omne (.i. cibus con-
verbum populi, & in domibus per omnes regiones eorum. De filijs Iu- stitutus et quo
da habitauerunt in Cariatharbe & in filiabus eius, & in Dibon & in 'fi- tidianus can-
liabus' eius, & in Cabseel & in viculis eius, & in Iesue, & in Molada, & toribus)
in Bethphalet, & in Hasersual, & in Bersabee & in filiabus eius: & in Si- ' id est viculis
celeg, & in Mochona, et in filiabus eius, & in Remmon, et in Saraa, & in et infra.
Ierimuth, Zanoa, Odollam et in villis earum, Lachis et in regioni-
bus eius, Azeca et in filiabus eius. Et manserunt in Bersabee vsque ad
vallem Ennom. Filij autem Beniamin, ā Geba, Mechmas, et Hai, et
Bethel, et filiabus eius: Anathoth, Nob, Anania, Asor, Rama, Ge-
thaim, Hadid, Seboim, et neballat, Lod, et Ono valle artificum. et de
Leuitis portiones Iudę et Beniamin. CAP. XII.

A Hi sunt aūt sacerdotes et Leuitę qui ascenderunt cū Zorobabel fi-
lio Salathiel, et Iesue: Saraia, Ieremias, Esdras, Amaria, Melluch,
Hattus, Sebenias, Rehū, Merimuth, Addo, Genthon, Abia, Miamin,
Madia, Belga, Semeia, et Ioiarib, Idaia, Sellum, Amoc, Helcias, Idaia.
Isti principes sacerdotū, et fratres eorum in diebus Iosue. Porrò Leuitę,
Iesua, Bennui, Cedmiel, Serebia, Iuda, Mathanias, super hymnos ipsi
et fratres eorum: et Becbecia atque Hani, et fratres eorum vnusquisque in officio
suo. Iosue aūt genuit Ioacim, et Ioacim genuit Eliasib, et Eliasib ge- * ipsi
nuit Ioiada, et Ioiada genuit Ionathan, et Ionathan genuit Ieddoa. et sic in singu-
In diebus aūt Ioacim erāt sacerdotes et principes familiarum: * Saraia, lis astericis: vt
Maraia: * Ieremia, Hanania: * Esdra, Mosollam: * Amaria, Iohanan: * primus sit dati
Milico, Ionathan: * Sebenię, Ioseph. * Haram, Edna: * Maraioth, Hel- ui casus, alter
ci: * Adaia, Zacharia: * Genthon, Mosollā: * Abia, Zechri: * Miamin nominatiui.

Numeran-
tur sacerdo-
tes et Leui-
tę qui cum
Zorobabel
venerūt Ie-
rusalem.

Moadia, Pheldi: Belga, Sammua: Semaia, Ionathan: Ioiarib, Mathanai: Iodaia, Azzi: Sellai, Celai: Amoc, Heber: Helcie, Hasebia: Idaia, Nathanael. Leuitę in diebus Eliasib, et Ioiada, et Iohanan, et Ieddoa scripti principes familiarum, et sacerdotes 'in regno' Darij Persę. Filij Leui principes familiarum, scripti in libro verborum dierum, et usque ad dies Ionathan filij Eliasib. Et principes Leuitarum, Hasebia, Serebia et Iesue filius Cedmiel: et fratres eorum per vices suas, ut laudarent et confiterentur iuxta praeceptum Dauid viri dei, et obseruarent ęque per ordinem. Mathania, et Becbecia, Obedia, Mosollam, Telmon, Accub, custodes portarum, et vestibulorum ante portas. Hi in diebus Ioacim filij Iosue, filij Iosedec, et in diebus Nehemię ducis, et Esdrę sacerdotis scribęque. In dedicatione autem muri Ierusalem requisierunt Leuitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Ierusalem et facerent dedicationem, et lętitiam in actione gratiarum, et cantico, et in cymbalis, psalterijs, et citharis. Congregati sunt autem filij cantorum, de campestribus circa Ierusalem, et de villis Netuphati, et de domo Galgal, et de regionibus Geba et Azmaueth: quoniam villas ędificauerunt sibi cantores in circuitu Ierusalem. Et mundati sunt sacerdotes et Leuitę, et mundauerunt populum, et portas, et murum. Ascendere autem feci principes Iuda super murum, et statui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinij. Et iuit post eos Osaias, et media pars principum Iudę, et Azarias, Esdras, et Mosollam, Iuda, et Beniamin, et Semeia, et Ieremias. Et de filijs sacerdotum in tubis Zacharias filius Ionathan, filius Semeię, filius Mathanię, filius Michaię, filius Zechur, filius Asaph, et fratres eius Semeia et Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, et Iuda, et Hanani, in vasis cantici Dauid viri dei: et Esdras scriba ante eos in porta Fontis. Et contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis Dauid in ascensu muri super domum Dauid, et usque ad portam Aquarum ad orientem. Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso, et ego post eum, et media pars populi super murum et super turrim furnorum, et usque ad murum latissimum, et super portam Ephraim, et super portam antiquam, et super portam piscium et turrim Hananeel, et turrim Emath, et usque ad portam gregis: et steterunt in porta custodię. steteruntque duo chori laudantium in domo dei, et ego, et dimidia pars magistratuum mecum. Et sacerdotes Eliacim, Maasia, Miamin, Michea, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis, et Maasia, et Semeia, et Eleazar, et Azzi, et Iohanan, et Melchia, et Aelam, et Ezer. Et clare cecinerunt cantores, et Iezraia praepositus: et immolauerunt in die illa victimas magnas, et lętati sunt: deus enim lętificauerat eos lętitia magna. Sed et vxores eorum et liberi gauisi sunt, et audita est lętitia Ierusalem procul. Recensuerunt quoque in die illa viros super gazophylacia thesauri, 'ad libamina,' et ad primitias, et ad decimas, ut 'introferrent per eos principes ciuitatis in decore gratiarum actiones, sacerdotes et Leuitas:' quia lętificatus est Iuda in sacerdotibus, et Leuitis astantibus. Et custodierunt obseruationem dei sui, et obseruationem expiationis, et cantores, et ianitores iuxta praeceptum Dauid, et Salomonis filij eius. quia in diebus Dauid et Asaph ab exordio erant principes constituti cantorum in carmine laudantium, et confitentium deo. Et omnis Israel in diebus Zorobabel, et in diebus Nehemię dabant partes cantoribus, et ianitoribus per dies singulos, et sanctificabant Leuitas, et Leuitę sanctificabant filios Aaron.

Margin: ' vsque ad regnum — B — Dedicatur murus. — C — D — Recensent custodes thesaurorum. — ' super donata. ' ad coaceruandum ' in ea ex agris ciuitatum partes legis sacerdotibus et Leuitis.

CAP. XIII.

In die autem illo lectum est in volumine Moysi audiente populo: et inuentum est scriptum in eo, quod non debeant introire Ammonites et Moabites in ecclesiam dei, usque in ęternum: eo quod non occurrerint filijs Israel cum pane et aqua: et conduxerint aduersum eos Balaam ad maledicendum eis, et conuertit deus noster maledictionem in benedictionem. Factum est autem, quum audissent legem, separauerunt omnem alienigenam ab Israel. Et super hoc erat Eliasib sacerdos qui fuerat praepositus in

Margin: A — Iuxta leges Deuteronomij separantur alienigenę. Deu. 23. a.

gazophylacio domus dei nostri, et proximus Tobię. Fecit ergo sibi ga
zophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus,
& vasa, & decimā frumēti, vini & olei, partes Leuitarum, & cantorum, & ia-
nitorum, & [a]primitias[a] sacerdotales. In omnibus aūt his nō fui in Ie- [a] oblationis
rusalem, qa anno tricesimosecundo Artaxerxis regis Babylonis veni
ad regem: & in fine dierum rogaui regem. Et veni in Ierusalem, & in-
tellexi malum qđ fecerat Eliasib Tobię vt faceret ei thesaurum in vestibu
lis domus dei. Et malum mihi visum est valde. Et proieci vasa domus
B Tobię foras de gazophylacio. Pręcepiq;, & emūdauerunt gazophyla
Dantur Le cia: & retuli ibi vasa domus dei, [b]sacrificiū,[b] & thus. Et cognoui qđ [b] oblationem,
uitis ptes. partes Leuitarū nō fuissent datę: & fugisset vnusquisq; in regionem
suam de Leuitis, & cantoribus, & de his qui ministrabant: & egi cau-
sam aduersum magistratus, & dixi, Quare dereliquimus domum dei?
Et cōgregaui eos: & feci stare in stationibus suis. Et omnis Iuda appor-
tabat decimā frumenti, vini & olei in horrea. Et [c]constituimus super [c] posui thesau
horrea[c] Selemiam sacerdotē, & Sadoc scribam, & Phadaiam de Leuitis, rarios sup the
& iuxta eos Hanan filium Zachur, filium Mathanię: quoniā fideles cō sauros
probati sunt, & ipsis creditę sunt partes fratrum suorum. Memento mei
deus meus pro hoc, & ne deleas miserationes meas quas feci in domo
Nehemias dei mei, & in [d]ceremonijs[d] eius. In diebus illis vidi in Iuda calcantes [d] vel, obserua-
reprehēdit torcularia in sabbatho, portantes aceruos, & onerantes super asinos vi tionibus.
transgresso- num, & vuas, & ficus, & omne onus: & inferentes in Ierusalem die sab-
res sabbathi bathi. Et contestatus sum vt in die qua vendere liceret, venderent. Et
C Tyrij habitauerunt in ea, inferentes pisces, & omnia venalia: & vende-
bant in sabbathis filijs Iuda & Ierusalem: & obiurgaui optimates Iu-
da, & dixi eis, Quę est hęc res mala quam vos facitis, & prophanatis die
sabbathi? Nunquid non hęc fecerunt patres nostri, & adduxit deus no-
ster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem hanc? Et vos addi-
tis iracundiam super Israel violando sabbathū. Factū est autem, [e]quū [e] quū inūbrauis
quieuissent portę[e] Ierusalem in die sabbathi, dixi: & clauserunt ianuas, sent portę (.i.
& pręcepi vt non aperirent eas vsq; post sabbathum: & de pueris meis quū peruenisset
cōstitui super portas, vt nullus inferret onus in die sabbathi. Et manse- vmbrę vesper
runt negotiatores, & vendentes vniuersa venalia foris Ierusalem se- tinę ad por-
mel & bis. Et contestatus sum eos, & dixi eis, Quare manetis ex aduerso tas &c.)
muri? si secundo hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaq; ex tempo-
re illo non venerunt in sabbatho. Dixi quoq; Leuitis vt mūdarentur,
Increpat Iu & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam diem sabbathi: &
dęos ducen pro hoc ergo memento mei deus meus, & parce mihi secundum multi
tes vxores tudinem miserationum tuarum. Sed & in diebus illis vidi Iudęos ducentes
alienigenas vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas. Et filij eorum ex media
D parte loquebantur Azotice, & nesciebant loqui Iudaice, & loquebantur
iuxta linguam [f]populi & populi.[f] Et obiurgaui eos, & maledixi. Et ce- [f] vel, cuiuslibet
cidi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui in deo vt non darent fi- populi.
3. Reg. 3. b. lias suas filijs eorum, & non acciperent de filiabus eorum filijs suis, & sibi-
metipsis, dicens, Nunquid non in huiuscemodi peccauit Salomon rex
Israel? & certe in gentibus multis non erat rex similis ei: & dilectus deo
3. Reg. 11. a suo erat, & posuit eum deus regem super omnem Israel: & ipsum ergo [g] & vobis obe-
duxerūt ad peccatū mulieres alienigenę. Nunqđ [g]& nos inobedientes[g] diemus, &
faciemus omne malum grande hoc, vt pręuaricemur in deo nostro, &
ducamus vxores peregrinas? De filijs autem Ioiada filij Eliasib sacer-
dotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me.

Recordare domine deus meus aduersus eos qui polluunt sacerdotiū,
ius q; sacerdotale, & Leuiticum. Igitur mundaui eos ab omnibus alie-
nigenis: & cōstitui ordines sacerdotum, & Leuitarum, vnumquenq; in mi
nisterio suo: & in oblatione lignorum in temporibus constitutis, & in
primitijs: memento mei deus meus in bonū. [h] Amen.

Liber

LIBER ESDRAE TERTIVS, QVI INTER APOCRYPHA PONITVR.



ET FECIT Iosias pascha in Ierosolymis dño, e immo- A 4.reg.23.c
lauit phase q̃rtadecima luna primi mēsis, statuēs sacerdotes 2.par.35.a.
p vices dieꝝ stolis amictos in tēplo dñi: e dixit Leuitis sa-
cris seruis Israel, vt sanctificarent se dño in positiōe sanctę
arcę dñi, in domo quā ędificauit Salomō fili⁹ Dauid rex.
Nō erit vobis tollere sup humeros eā. Et nūc obseruite dño
vestro, & curā agite gētis illius Israel, ex pte scdm pagos e
tribus vestras, scdm scripturā Dauid regis Israel, e scdꝫ ma
gnificētiā Salomonis filij eius, oēs in tēplo, & scdꝫ pticulā
pricipatus paternā vestrā eoꝝ, q stant in ꝯspectu fratrū filioꝝ Israel. Immolate pa
scha, & sacrificia parate fratribus vestris, e facite scdm pceptū dñi, qđ datū est Moy
si. Et donauit Iosias in plebem quę inuenta est, ouium, agnoꝝ, & hœdorum & ca- B
prarū triginta millia, vitulos tria millia. hęc de regalibus data sunt secundum pro
missionem populo: e sacerdotibus in pascha, oues numero duo millia, ac vituli cē-
tum. Et Iechonias, e Semeias, e Nathanael fratres, e Hasabias, e Oziel, & Coraba
in phase, oues quinq; millia, vitulos qngentos. Et hęc quū fierent eleganter, stete-
runt sacerdotes, e Leuitę, hñtes azyma per tribus. Et scdm partes principatus pa-
trū in conspectu populi offerebant domino, secundū ea quę in libro Moysi scripta
sunt: e assauerunt phase igni, prout oportebat: & hostias coxerunt in emolis, & in
ollis cum beneuolentia: & attulerunt oibus qui erant ex plebe: & post hęc parauę-
runt sibi, e sacerdotibus. Sacerdotes enim offerebant adipes, vsq; dū finita esset ho
ra: e Leuitę parauerūt sibi, & fratribus suis filijs Aaron. Et sacri cātores filij Asaph
erant per ordinē scdm pręceptū Dauid, e Asaph, & Zacharias, & Ieddinus, qui
erat à rege. Et ostiarij per singulas ianuas, ita vt non pręuaricaret vnusquisq; suā.
fratres enim illorū parauerunt illis. Et consummata sunt quę pertinebant ad sacri- C
ficiū domini. In illa die egerunt phase, & offerebant hostias super domini sacrifi-
cium, secundū preceptum regis Iosię. Et egerunt filij Israel, qui inuenti sunt in tpe
illo, phase: & diem festū azymoꝝ per dies septem: & non est celebratum phase tale in
Israel, à tēporibus Samuel prophetę: e omnes reges Israel non celebrauerunt tale
pascha, quale egit Iosias, & sacerdotes, e Leuitę, e Iudęi, e omnis Israel, qui inuen
ti sunt in cōmoratione Ierosolymis Octauodecimo anno, regnante Iosia, celebra
tum est phase. Et directa sunt opera Iosię in conspectu domini sui in corde pleno
metuentia: e quę circa illum quidem conscripta sunt in pristinis tpibus de eis qui
peccauerunt, quiq; irreligiosi fuerunt in dñm pręter omnem gentem, e qui non quęsierūt
verba domini super Israel. Et post oēm actū hunc Iosię, ascendit Pharao rex Aegy
pti, veniens in Charcamis ab itinere sup Euphrátem, & exijt obuiā illi Iosias. Et
misit rex Aegypti ad Iosiā, dicens, Quid mihi & tibi est rex Iudę? Non sum mis-
sus à domino vt pugnē contra te: sup er Euphrátem .n. bellum meum est. festinans
descende. Et non est reuersus Iosias super currū: sed expugnare eū conabatur, non D
attendens verbū prophetę ex ore domini: sed constituit ad eum bellum in campo
Mageddo. Et descenderunt principes ad regē Iosiam. Et dixit rex pueris suis, Amo
uete me à prelio, infirmatus sum .n. valde. Et statim amouerunt eum pueri ipsius
de acie. Et ascendit super currū secundarium suū: e perueniens Ierosolymam, vita
functus est, & sepultus est in paterno sepulchro. Et in tota Iudęa lugebāt Iosiam:
e qui pręsidebant, cum vxoribus lamentabant eū vsq; in hunc diem. Et datum est
hoc fieri semper in omne genus Israel. Hęc autem pręscripta sunt in libro historia
rū regum Iudę: & singula gesta actus Iosię, & eius gloria, et intellectus eius in le-
ge domini: quęq; gesta sunt ab eo, e quę non scripta sunt in libro regum Israel, &
Iudę. Et assumentes, qui erant ex gente Iechoniā filium Iosię, cōstituerunt regē p
Iosia patre suo, quum esset annoꝝ trigintatriū. Et regnauit sup Israel mensibus tri E
bus. Et amouit eū rex Aegypti, ne regnaret in Ierosolymis: & mulctauit gētē argēti
talenta centū, e auri talentū vnū. Et ꝯstituit rex Aegypti Ioacim frēm ipsius, regē

Iudę & Ierusalem: & alligauit magistratus Ioacim, & Zaraceł fratrē suū, & appre
hendens reduxit in Aegyptū. Annorū erat Ioacim vigintiquinq;, quū regnare cœ
pisset in terra Iuda & Ierusalē: & fecit malum in cōspectu dñi. Post hunc autē ascen
A dit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligās eū in ęreo vinculo, perduxit in Ba
bylonią: & sacra vasa dñi accepit Nabuchodonosor, & tulit & cōsecrauit in templo
suo in Babylonia. Nam de immunditia illius, & irreligiositate scriptū est in libro tē
F porū regū. Et regnauit Ioachin filius eius pro eo. Quū autē cōstitutus esset rex, erat
annorū decē & octo. Regnauit autē menses tres, et dies decem in Ierusalem. & fecit
malū in conspectu dñi: & post annū mittens Nabuchodonosor, transmigrauit eum
in Babyloniā simul cum sacris vasis dñi. Et cōstituit Sedeciam regem Iuda, & Ieru
salem, quū esset annorū viginti vnius. Regnauit autē annis vndecim. Et fecit ma
lū in conspectu dñi, & nō est veritus à verbis quę dicta sunt ab Ieremia propheta ex
Ier.38. ore dñi: & adiuratus à rege Nabuchodonosor, periurans discessit: & indurata ceruī
ce sua, & corde suo, transgressus est legitima dñi dei Israel. Et duces populi domini
multa inique gesserunt, & impie egerunt super oēs immūditias gentiū: & polluerūt
E templū domini, qd̄ sanctum erat in Ierosolymis. Et misit deus patrū ipsorū per an
gelum suū reuocare eos, ꝓpter qd̄ parceret illis, & tabernaculo suo. Ipsi vero sub
G sannabāt in angelis suis: & qua die loquutus est dñs, erant illudentes ꝓphetis eius.
Qui vsq; ad iracundiā concitatus est super gentem suam, ꝓpter irreligiositatē suā,
& precepit ascendere reges Chaldęorū. Hi occiderunt iuuenes eorū in gladio, in cir
cuitu sancti templi eorū, & nō pepercerunt iuueni, & seni, & virgini, & adolescēti: sed
omnes traditi sunt in manus ipsorū, & omnia sacra vasa domini, & regales apothe
cas resumentes, tulerunt in Babyloniam, & incēderunt domum dñi, et demolierunt
muros Ierusalem: & turres eius incenderūt igne, et cōsummauerunt omnia honori
fica eius, et ad nihilum redegerunt, et reliquos à gladio duxerunt in Babylonem.
Et erant serui illius vsq; dū regnarent Persę ad repletionem verbi domini in ore Ie
Iere.25.c. et.29.c remię, quousq; benigne ageret terra sabbatha sua, omni tpe desertionis sue sabba
thizauit in applicatione annorum septuaginta septem.

CAPVT II.

A REgnante Cyro rege Persarum in consūmatione verbi domini in ore Ieremię,
2.par.36.d suscitauit dñs spiritum Cyri regis Persarum, et prędicauit in toto regno suo
1.Esd.1.a simul per scripturam, dicens, Hęc dicit Cyrus rex Persarum. Me constituit regē or
bi terrarum dominus Israel, dominus excelsus, & significauit mihi ędificare domū
sibi in Ierusalem, quę est in Iudęa. Si quis est ex genere vestro, dominus ipsius ascē
dat cum eo in Ierusalem. Quotquot ergo circa loca habitant, adiuuent eos qui
sunt in loco ipso, in auro, & argento, in dationibus cum equis et iumentis, cum q
aliis quę secundum vota apponunt in ędem dñi que est in Ierusalē. Et stantes prin
cipes tribuum, pagorū, et Iudęę ex tribu Beniamin, et sacerdotes, et Leuitę, quos ex
citauit dominus ascendere, et ędificare domum dñi, quę est in Ierusalem, et q erant
in circuitu eorum, adiuuerunt in omni auro et argento eius, et iumentis, et votis
B compluribus, multi quorum sensus excitatus est. Et Cyrus rex protulit vasa sacra
domini, quę transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis ex Ierusalem, et consecra
uit ea idolo suo, et proferens ea Cyrus rex Persarum, tradidit Mithridatho, q erat
C super thesauros ipsius. Per hunc autē tradita sunt Salmanasaro pręsidi Iudęę. Ho
rum autē hic numerus: Libatoria argentea duo millia quadringenta, athiscę argē
tę triginta, phialę aureę triginta, item argenteę, duo millia quadringentę, et alia va
sa mille. omnia autē vasa aurea et argentea, quinq; millia octingenta sexaginta.
Et enumerata sunt Salmanasaro simul cum his qui ex captiuitate Babylonię ve
1.Esd.4.a nerant in Ierosolymam. In Artaxerxis autem regis Persarū temporibus scripserūt
ei de his qui habitabant in Iudęa et Ierusalem, Balsamus, et Mithridathus, et Sa
bellius, et Rathimus, Balthemus, Samelius scriba, et reliqui habitantes in Sama
ria, et cęteris locis, subiectā epistolā regi Artaxerxi. DOMINE, pueri tui Rathi
E mus ab accidētibus, et Sabellius scriba, et reliqui curię tuę iudices in Cœlesyria et
Phœnice. Et nunc notū sit domino regi quoniā Iudęi qui ascenderūt à vobis ad
F nos, venientes in Ierusalē ciuitatē refugam et pessimā, ędificāt furnos eius, et stauūt
muros, et tēplum suscitāt. Quod si ciuitas ista, et muri cōsummati fuerint, non tm̄ tri
buta non sustinebūt pendere, sed et regibus resistēt. Et quia id agitur circa tēplū, recte

habere arbitrati sumus nō despicere hoc ipsum: sed notū facere dño regi, vt si vide
bit, rex, quęratur in libris patrū tuorū, & inuenies in admonitionibus scripta d' his,
& scies quoniam ciuitas ista fuit refuga, & reges & ciuitates concutiēs, & Iudęi refugę, & prę
lia cōmittentes in ea ab ęterno, ob quā caussam ciuitas ista deserta est. Nunc ergo
notū facimus dñe rex, quoniam si ciuitas hęc ędificata fuerit, & huius muri erecti fuerint,
descensus tibi nō erit in Cœlesyriā & Phœnicē. Tūc scripsit rex Rathimo, q scribe D
bat accidentia, & Balthemo, & Sabellio scribę, & cęteris cōstitutis, & habitantibus in
Syria & Phœnice, ea quę subiecta sunt. LEGI epistolā quā misistis mihi. Pręcepi
ergo inquiri, & inuentū est quoniam ciuitas illa est ab ęuo regibus resistens, & hoīes refu
gę, & prǽlia in ea efficientes, & reges fortissimi erant in Ierusalem dominantes, & tri
buta exigentes à Cœlesyria & Phœnice. Nunc ergo pręcepi phibere hoīes illos ędifi
care ciuitatem, & phibere ne qd vltra hęc fiat, sed nec procedant in plurimum, ex quo
sunt malitię, ita vt regibus molestia importetur. Tunc recitatis his quę à rege Arta
xerxe scripta fuerant, Rathimus, & Sabellius scriba, & qui cum his constituti erant
iungentes festinanter venerunt in Ierusalem cum equitatu, & turba, & agmine: cœ
peruntq; ędificantes prohibere, & vacabāt ab ędificatione templi in Ierusalem, vsq;
secundo anno regni Darij regis Persarum. CAPVT III. A
REx Darius fecit cœnā magnā oībus vernaculis suis, & oībus magistratibus Me
dię & Persidis, & oībus purpuratis, & prętoribus, & cōsulibus, & prefectis sub illo
ab India vsq; Aethiopiā, centū vigintiseptem prouincijs. Et quū māducassent & bibis
sent, & satiati reuerterent, tūc Darius rex ascendit in cubiculū suū, & dormiuit, & ex
perge factus est. Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, q custodiebant corpus re
gis dixerunt alter alteri. Dicamus vnusquisq; nīm sermonē qui pręcellat: & cuiuscū
que apparuerit sermo sapiētior alterius, dabit illi rex Darius dona magna, purpu
ra cooperiri, & in auro bibere, & sup aurū dormire, & currum aureo freno, & cidarim B
byssinā, & torquē circa collum: & scdo loco sedebit à Dario propter sapientiam suā, &
cognatus Darij vocabitur. Tūc scribētes singuli suum verbum signauerūt, & posuerūt
subtus ceruical Darij regis, & dixerunt, Quū surrexerit rex, dabimus illi scripta no
stra: & quēcūq; iudicauerit rex è tribus, & magistratus Persidis, quoniam verbum eius sa
pientius est, ipsi dabitur victoria sicut scriptum est. Vnus scripsit: Forte est vinum. C
Alius scripsit: Fortior est rex. Tertius scripsit: Fortiores sunt mulieres, sup omnia
autē vincit veritas. Et quum surrexisset rex, acceperunt scripta sua, & dederunt illi, & E
legit. Et mittens vocauit oēs magistratus Persarum, & Medorum, & purpuratos, & pręto
res, & pręfectos: & sederunt in concilio: & lecta sunt scripta corā ipsis. Et dixit, Vo
cate adolescentes, & ipsi indicabunt verba sua. Et vocati sunt, & introierunt. Et
dixit illis, Indicate nobis de his quę scripta sunt. Et cœpit prior, qui dixerat de
fortitudine vini, & dixit, Viri quā pręualet vinum oībus hominibus qui bibunt D
illud: seducit mentes. Itemq; regis & orphani facit mentem vanā. Item serui ac li
beri, pauperis ac diuitis & oēm mentem conuertit in securitatē & iucunditatem, &
non meminit oēm tristitiā & debitum, & oia pręcordia facit honesta, & nō meminit
regem, nec magistratum, & oia per talenta loqui facit. Et non meminerunt quū bi
berunt, amicitiam, nec fraternitatem: sed non multum post sumunt gladios: & quū
à vino mersi erint, & surrexerint, non meminerunt quę gesserunt. O viri, nū pręcellit E
vinum? quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto. CAPVT IIII. A
ET inchoauit sequens dicere, q dixit d' fortitudine regis. O viri, nū pcellūt hoīes,
qui terrā & mare obtinēt, & oia q̄ in eis sunt? Rex autē sup oia pcellit, & domi
natur eorū: & omne quodcūq; dixerit illis, faciunt. Et si miserit illos ad bellatores, vadūt,
& demoliunt mōtes, & muros, & turres. Iugulant, & iugulant, & regis verbum nō
prętereunt. nā si vicerint, afferunt regi oia quęcunq; prędati fuerint. Similr & alij
oēs, & quotquot nō militant, nec pugnant, sed colunt terram: rursum quum fuerint
metentes, afferunt tributa regi: & ipse vnus solus si dixerit, occidite, occidūt: dixerit
remittite, remittūt: dixerit percutite, percutiunt: dixerit exterminate, exterminant: dixe
rit ędificate, ędificant: dixerit excidite, excidunt: dixerit plātate, plātāt: & oīs plebs, & B
virtutes eū obaudiunt, & sup hoc ipse recumbit, & bibit, et dormit. Hi autem custo C
diunt in circuitu eum, & non possunt ire singuli, & facere opera sua, sed in dicto obe
audientes sunt ei. Viri, quō non pręcellit rex, qui sic pręceptum est? Et tacuit. Tertius

qui dixerat de mulieribus & veritate, hic est Zorobabel, cœpit loqui. Viri, nō ma
gnus rex, & multi hoīes, nec vinum præcellit. Quis ergo, qui dominatur eorum? Nō
ne mulieres genuerunt regē, & oēm populū, qui dominatur mari & terræ: & ex illis na
ti sunt, & ipsæ educauerunt eos qui plantauerunt vineas, ex quibus vinū fit? Et ipsæ
faciunt stolas omnium hoīum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non pñt hoīes
separari à mulieribus. Si congregauerint aurum & argentum, & oēm rem speciosam,
B & viderint mulierē vnā bono habitu, & bona specie, oīa hæc relinquentes in eam
C intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam alliciunt magis, quā aurum & argētū,
& oēm rem pretiosam. Homo patrē suū relinquit, qui enutriit illū, & suā regionem,
& ad mulierem se cōiungit. Et cū muliere remittit aīam: & neque patrē meminit, ne
que matrem, neque regionem. Et hinc oportet vos scire, quoniā mulieres dominan
tur vestri. Nōne doletis? Et accipit homo gladium suū: & vadit in viā facere furta,
& homicidia, & mare nauigare, & flumina, & leonē videt, et in tenebris ingreditur: &
quum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili suæ affert. Et iterum, diligit homo
vxorem suā magis, quàm patrem aut matrē. Et multi demētes facti sunt propter vxo
res suas: & serui facti sunt propter illas, & multi perierunt & iugulati sunt, & peccaue
runt propter mulieres. Et nūc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua: quoniā
omnes regiones verentur tangere eum. Videbam tñ Apemen filiam Bezacis, mirifici
concubinā regis sedentē iuxta regē ad dexterā, & auferentē diadema de capite eius,
D & imponentē sibi, & palmis cædebat regē de sinistra manu. Et super hæc aperto ore
intuebatur eam: & si arriserit ei, ridet. nā si indignata ei fuerit, blanditur, donec recō
ciliretur in gratiā. O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra, & excel
sum est cœlum: quis ista agit? Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrū. Et
inchoauit loqui de veritate. O viri, nōne fortes sunt mulieres? Magna est terra, &
excelsum est cœlum: & velox cursus solis, cōuertit in gyro cœlum in locum suum in
vna die. Nōnne magnificus est, qui hæc facit? Et veritas magna, & fortior præ om
nibus. Omnis terra veritatem inuocat, cœlum etiā ipsam benedicit, & omnia ope
ra mouentur & tremunt eam, & non est cum ea quicquā iniquū. Vinum iniquum,
iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui oēs filij hoīum, & iniqua illorum omnia ope
ra, & nō est in ipsis veritas, & in sua iniquitate peribunt: & veritas manet, & inuale
scit in æternum, & viuit, & obtinet in secula seculorum. Nec est apud eam accipere
personas, neque differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus, iniustis ac malignis
E & omnes benignantur in operibus eius. Et non est in iudicio eius iniquū, sed forti
tudo, & regnū, & potestas, & maiestas oīum æuorum. Benedictus deus veritatis. Et de
sijt loquendo. Et oēs populi clamauerunt, & dixerunt, Magna est veritas, & præua
let. Tunc rex ait illi, Pete, si quid vis amplius, quā quæ scripta sunt, & dabo tibi, se
cundum qđ inuentus es sapientior proximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus
meus vocaberis. Tunc ait regi, Memor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Ieru
salē, in die qua regnum accepisti: & oīa vasa quæ accepta sunt ex Ierusalē, remitte
re, quæ separauit Cyrus, qñ mactauit Babyloniā, & voluit remittere ea ibi. Et tu vo
uisti ædificare tēplum, qđ incenderunt Idumæi, qñ exterminata est Iudæa à Chal
dæis. Et nunc hoc est qđ postulo dñe, & quod peto, hoc est maiestas qđ à te postulo,
vt facias votum qđ vouisti regi cœli ex ore tuo. Tunc surgens Darius rex, oscula
F tus est illum: & scripsit epistolā ad oēs dispēsatores, & præfectos, & purpuratos, vt de
ducerent eum, et eos q cum illo erant, oēs ascendentes ædificare Ierusalē. Et omni
bus præfectis qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano scripsit epistolas, vt traherēt
ligna cedrina à Libano in Ierusalem, vt ædificarent cum eis ciuitatem. Et scripsit
omnibus Iudæis qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate, oēm potentē, &
magistratū, & præfectum nō superuenire ad ianuas ipsorum, et omnem regionē quam
obtinuerāt immunem esse eis, & Idumæi relinquant castella quæ obtinent Iudæorum,
et in structurā templi dare per singulos annos talenta viginti, vsque dum perædifi
caretur: et super sacrarium holocaustomata hostiare quotidie, sicut habent præce
ptum, alia talenta decē offerre per singulos annos, et omnibus qui procedunt à Ba
bylonia cōdere ciuitatē: vt esset libertas tam ipsis quàm filijs eorum, et oībus sacerdo
G tibus qui præcedunt. Scripsit autē et quātitatē, et sacrā stolā iussit dari in qua deser
uiunt, et Leuitis scripsit dare præcepta, vsque in diē qua cōsummabitur domus, et Ierusa

lem vtrotel:& oibus custodientibus ciuitatē,scripsit dari ei sortes & stipendia:Et oia.
misit oia vasa quecunq; separauerat Cyrus à Babylonia,& oia quecunq; dixit Cyrus,&
ipse precepit fieri,& mitti Ierusalē. Et quum processisset ille adolescens,eleuans faciem
in Ierusalem,benedixit regem cœli,& dixit, Abs te est victoria,& abs te est sapiētia
& claritas. Et ego seruus tuus sum.Benedictus es,qui dedisti mihi sapientiā,& tibi
confitebor dñe deus patrum nostrop.Et accepit epistolas,e profectus est in Baby-
loniam. Et venit,& nuntiauit fratribus suis oibus qui fuerunt in Babylonia:& be
nedixerunt deum patrum suop,qm dedit illis remissionem & refrigerium,vt ascen
derent & ędificarent Ierusalem,e tēplum vbi nominatum est nomē eius in ipso,& A
exultauerunt cum musicis e lętitia diebus septem. CAP. V.

POst hęc autē electi sunt,vt ascenderent principes pagop per domos,& tribus
suas,e vxores illorū,e filij & filię eop,e serui e ancillę ipsop,& pecora eorū.
Et Darius rex misit vnà cū eis equites mille,donec deducerent eos in Ierusalem
cum pace,e cum musicis,e cū tympanis e tibijs:e oēs fratres erāt ludētes,e fecit eos
ascendere simul cū eis. Et hęc sunt nomina virop,q ascēderunt per pagos suos in
tribus,e in partē principatus ipsop. Sacerdotes:Filij Phinees,filij Aaron,Iesus fi-
lius Iosedec,Ioacim filius Zorobabel filij Salathiel de domo Dauid,ex progenie
Phares,de tribu Iuda,qui loquutus est sub Dario rege Persap sermones mirificos
in scdo anno regni ipsius,mēse Nisan primo,Sunt autē hi,qui ascēderunt ex Iudęa
de captiuitate trāsmigrationis,quos transmigrauit Nabuchodonosor rex Babylo-
nię in Babylonē,& reuersus est in Ierusalē.Et requisiuit partē Iudęę vnusquisq; in
ciuitatē suā,q venerunt cū Zorobabel e Iesu,Nehemias,Arenes,Ehmeo,Emma
nio,Mardocheo,Beelsuro,Mechpsatochor,Olioro,Emonia vnus de principibus
eop. Et numerus à gentibus eop,et ppositus eorū filij Phares,duo millia centum B
septuagintaduo:filij Ares,tria millia centū quinquagintaseptē:filij Phoemo,cen-
tū quadragintaduo:in filijs Iesu e Ioabes,mille trecentiduo:filij Demu,duo mil-
lia quadringenti septuaginta:filij Choraba,ducentiquinq;.filij Banica,cētū sexa-
gintaocto:filij Bebech,qdringētitres:filij Archad,qdringēti vigintiseptē:filij Chā,
trigintaseptē:filij Zoroar,duo millia sexagintaseptē:filij Adinu,qdringēti sexagin
tavnus:filij Aderectis,cētūocto:filij Ciaso e Zelas,centūseptē:filij Arecoc,qdringē-
ti trigintanoue:filij Iedarbone,centū triginta duo:filij Ananię,centū triginta:filij
Asoni,nonaginta:filij Marsar,qdringenti vigintiduo:filij Zabarus,nonaginta-
quinque:filij Sepolemon,cētū vigintitres:filij Nepopas,qnquagintaquinq;:filij He-
chanatus,centū qnquagintaocto:filij Cebethamus,cētū trigintaduo:filij Crearpa
tros,q Enocadies,& Modię,qdringenti vigintitres:q ex Gramas e Gabea,centū
viginti vnus:q ex Bethlon,& Ceagge,sexagintaqnque:q ex Bastaro,cētū vigintis-
duo. Qui ex Bechenobes,qnquagintaqnque:filij Liptis,centū qnquagintaqnq;:fi
lij Labonni,trecēti qnquagintaseptē:filij Siché,trecenti septuaginta:filij Suadon,
e Chiomus,trecēti septuaginta octo:filij Ericus,duo millia centū qdragintaqnq;:fi C
lij Anaas,trecēti septuaginta. Sacerdotes:Filij Ieddus,filij Euther,filij Eliasib,tre
centi septuagintaduo:filij Emerus,ducēti qnquagintaduo:filij Phasurij,trecenti
qnquaginta septē:filij Caree,ducēti vigintiseptē.Leuitę. Filij Iesu in Caduhel,e Ba
nis,& Serebias,e Edias,septuagintaquatuor.ois numerus à duodecimo anno,tri-
ginta millia quadringenti sexagintaduo.Filij,& filię,e vxores,ois cōputatio,qua-
dringēta millia ducētiqdragintaduo. Filij sacerdotum,qui psallebāt in tēplo:filij
Asaph,centū vigintiocto.Ostiarij verò:filij Esmeni,filij Aser,filij Amon,filij Ac-
cuba,Topa filij Tobi,oēs centū trigintanoue. Sacerdotes seruiētes in tēplo:filij Sel,
filij Gaspha,filij Tobloch,filij Carie,filij Su,filij Hellu,filij Labana,filij Armacha,
filij Accub,filij Vtha,filij Cetha,filij Aggab,filij Obai,filij Anani,filij Cana,filij
Geddu,filij An,filij Radin,filij Desanon,filij Nachoba,filij Caseba,filij Gaze,filij
Ogui,filij Sinone,filij Attre,filij Hastem,filij Asiana,filij Manei,filij Nasisim,filij
Accusu,filij Agista,filij Azui,filij Fanon,filij Phasalon,filij Meedda,filij Phusa,
filij Caree,filij Barcus,filij Saree,filij Cocsi,filij Nasith,filij Agisti,filij Pedon.
Salomon filij eius filij Asophot,filij Phasida,filij Celi,filij Dedō,filij Gaddahel,
filij Sephegi,filij Aggia,filij Sachareth,filij Sabathen,filij Caroneth,filij Malsith, D
filij Ama,filij Sasus,filij Addus,filij Suba,filij Eura,filij Rabotis,filij Phasphat,

filij Malmon. oẽs sacro seruientes, & pueri Salomonis, quadringẽti octoginta duo.
Hi sunt filij qui ascẽderũt à Thelmela, Thelarsa: principes eorum, Carmellã, & Careth:
& nõ poterãt edicere ciuitates suas, & progenies suas, quẽadmodũ sint ex Israel. Filij
Dalari, filij Tubal, filij Nechodaici, ex sacerdotibus, qui fungebãtur sacerdotio: & nõ
sunt inuẽti filij Obia, filij Achisos, filij Addin, qui accepit vxorẽ ex filiabus Phar-
geleu: & vocati sunt in noĩe eius. & horum quęsita est generis scriptura in prędatura, &
nõ est inuẽta, & prohibiti sunt sacerdotio fungi. Et dixit illis Nehemias, & Atharias,
Ne participẽtur sancta, donec exurgat pontifex doctus in ostensionẽ, & veritatẽ. Oĩs
aũt Israel erat, exceptis seruis, & ancillis, quadragintaduo millia trecẽti quadragin-
A ta. Serui horum, & ancillę: septẽ millia trecẽti triginta septẽ. Cantores, & cantatrices: du-
cẽti sexagintaquinq;. Cameli, quadringẽti triginta quinq;. Equi, septẽ millia trigin-
B tasex. Muli, ducenta millia quadragintaquinq;. Subiugalia, quinq; millia viginti-
quinq;. Et de prępositis ipsis per pagos, dũ venirent in tẽplũ dei, qđ erat in Ierusalẽ,
innouare, et suscitare tẽplũ in loco suo, scđm suã virtutẽ: et dari in templũ thesaurũ
operũ sacrũ auri mnas duodecim millia, et mnas argẽti quinq; millia, et stolas sacer-
dotales centũ. Et habitauerũt sacerdotes, et Leuitę, et qui exierant de plebe in Ieru-
salẽ et in regione, et sacri cantores, et ostiarij, et oĩs Israel in regionibus suis. Instãte
1. Esdr. 3. a aũt septimo mẽse, quũ q; essent filij Israel vnusquisq; in suis rebus, cõuenerũt vna-
nimes in atriũ, qđ erat ante ianuã orientalẽ. Et stãtes Iesus filius Iosedec, et fratres
eius sacerdotes, et Zorobabel filius Salathiel, et huius fratres, parauerunt altare, vt
offerrẽt super illud holocaustomata, scđm qđ in libro Moysi hoĩs dei scripta sunt. Et
cõuenerũt ibi ex alijs nationibus terrę, et erexerũt sacrariũ in loco suo oẽs gẽtes ter-
rę, et offerebãt hostias, et holocaustomata dño matutina. Et egerunt scenopegiã, et
diẽ solẽnẽ, sicut preceptũ est in lege: et sacrificia quotidie, sicut oportebat: et post hęc
E oblationes institutas, et hostias sabbathorum, et neomeniarũ, et dierũ solẽnũ omnium
sanctificatorum. Et quotquot vouerãt dño à neomenia septimi mensis, cœperũt ho-
F stias offerre deo, et templũ dñi nõdum erat ędificatũ. Et dederũt pecuniã lapidarijs et
fabris, et potũ, et pabula cũ gaudio. Et dederũt carra Sidonijs, et Tyrijs, et trãsuehe-
rent illis de Libano trabes cedrinas, et facerent rates in Ioppę portu, scđm decretum
qđ scriptũ erat eis à Cyro rege Persarũ. Et in scđo anno venientes in templũ dei in
Ierusalẽ, mense scđo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, et Iosue filius Iosedec, et
fratres ipsorum, et sacerdotes, et Leuitę, et oẽs qui venerãt de captiuitate in Ierusalẽ: &
fundauerunt templũ dei nouilunio secũdi mensis secũdi anni, quum venissent in
Iudęã et Ierusalem. Et statuerunt Leuitas à viginti annis super opera dñi: et stetit
Iesus et filius eius, et fratres omnes Leuitę cõspirantes, et executores legis: facien-
tes opera in domo dñi. Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum tubis: et Leuitę
filij Asaph, habentes cymbala collaudantes dominũ, et benedicentes secũdum Da-
uid regẽ Israel. Et cantabant canticũ dño, quoniã dulcedo eius, et honor in secula
super omnem Israel. Et omnis populus tuba cecinerunt, et proclamauerunt voce
magna, collaudantes dominũ in suscitatione domus domini. Et venerunt ex sacer-
G dotibus, et Leuitis, et pręsidentibus secũdum pagos senioribus, qui viderant pri-
stinam domum: et ad huius ędificationẽ cum clamore et planctu magno, et multi
cum tubis et gaudio magno: intantum vt populus nõ audiret tubas propter plan-
ctum populi. Turba enim erat tubis canens magnificẽ, ita vt longe audiretur. Et
audierunt inimici tribus Iudę, et Beniamin, et venerunt scire quę esset vox tuba-
1. Esdr. 4. a rum. Et cognouerunt, Quoniã qui erant ex captiuitate, edificant templum domi-
no deo Israel. Et accedentes ad Zorobabel, et Iesum prępositos pagorum, dixerũt
eis, Aedificabimus vnà vobiscum: similiter enim audiuimus dominũ vestrum, et
ipsi pariter incedimus à diebus Asbazareth regis Assyriorum, qui transmigrauit
nos huc. Et dixit illis Zorobabel, et Iesus, et principes pagorum Israel, Non est no-
bis et vobis ędificare domum dei nostri. nos enim soli ędificabimus domino Israel
secundum ea quę pręcepit nobis Cyrus rex Persarum. Gentes autem terrę incũben-
tes his qui sunt in Iudęa, et leuantes opus ędificationis, et insidias, et populos ad-
ducentes, prohibebant eos ędificare, et aggressuras exercentes impedierunt, ne cõ-
summaretur ędificium omni tempore vitę Cyri regis, et protraxerunt structuram
G per biennium, vsque ad Darij regnum.

CAPVT VI.

IN secundo aūt anno regni Darij pphetauit Aggęus, e Zacharias filius Addin A
pphetę apud Iudęā e Ierlm in nomine dei Israel sup eos. Tūc stans Zorobabel
bel filius, Salathiel, e Iesus filius Iosedec, inchoauerūt ędificare domū dñi, quę est
in Ierlm: quū adessent eis prophetę dñi, e adiuuarent eos. In ipso tempore venit
ad illos Sisennes subregulus Syrię, e Phoenicis, e Satrabuzanes, & sodales eius, &
dixerunt eis, Quo pcipiente vobis domum hanc ędificatis, e tectū istud, e alia oia
perficitis? Et qui sunt structores, qui hęc ędificant? Et habuerunt gratiā visitatiōe
ne facta super eos, qui erant ex captiuitate à dño, seniores Iudęorum, & non sunt
impediti ędificare, donec significaretur Dario de oibus istis, e respōsum acciperet.
Exemplū epistolę quā miserunt Dario. SISENNES subregulus Syrię, & Phoenic
cis, e Satrabuzanes, e sodales eius in Syria e Phoenice psides, regi Dario salutem.
Omnia nota sint domino regi, q quum venissemus in regioné Iudęę, e introissemus in Ierusalem, inuenimus ędificantes domū dei magnā: e templū ex lapidibus
politis, e magnis, e pretiosis materijs in parietibus, e opera illa instanter fieri, e suf
fragare, e prosperare in manibus eorum, e in omni gloria q; diligentissime perfici.
Tunc interrogauimus seniores, dicentes, Quo permittente vobis ędificatis domū
istam, e opera hęc fundatis? Ideo aūt interrogauimus eos, vt notū faceremus tibi:
homines, e ppositos, e nominū scripturam ppositorum postulauimus illos. At illi re
sponderunt nobis, dicentes, Nos sumus serui dñi, qui fecit coelū & terrā, & ędifica
batur hęc domus ante annos istos multos à rege Israel magno e fortissimo, e con
summata est. Et qm patres nostri exacerbātes erant, e peccauerūt in deū Israel, tra
didit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonię, regis Chaldęorum, e domum
istā demolientes incenderūt, e pplm captiuū duxerūt in Babyloné. In primo an
no regnāte Cyro rege Babylonię, scripsit Cyrus rex domū hāc ędificare: & illa sa
cra vasa aurea e argentea quę extulerat Nabuchodonosor de domo quę est in Ie
rusalē, & consecrauerat ea in suo tēplo, rursus protulit ea Cyrus rex de tēplo qđ erat
in Babylonia, e tradita sunt Zorobabel, e Salmanasaro subregulo. e pcepti est eis, C
vt offerrent hęc vasa, e reponerēt in templo, qđ erat in Ierlm, e ipsum templū dei
ędificare in loco suo. Tunc Salmanasarus subiecit fundamenta domus dñi, quę est
in Ierusalē: & exinde vsq; nunc ędificatur, e nō accepit consummationē. Nūc ergo si
iudicatur à te ò rex, pquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis quę sunt in Ba
bylonia: e si inuentum fuerit consilio Cyri regis coeptam esse structurā domus dñi,
quę est in Ierusalem, & iudicabitur à dño rege nostro, scribat de his nobis. Tunc
Darius rex precepit inquiri in bibliothecis, e inuentus est in Ecbathanis oppido,
qđ est in media regione locus vnus, in quo scripta erant ista, ANNO PRIMO
regnāte Cyro rex Cyrus pcepit domū domini quę est in Ierusalē ędificare, vbi in
cendebāt igni assiduo, cuius altitudo sit cubitorū decem, e latitudo cubitorum sexa
ginta, quadratum lapidibus politis tribus, e meniano ligneo e eiusdem regionis, &
meniano vno nouo, e impēsa dari de domo Cyri regis: & sacra vasa domus dñi,
tam aurea q; argentea, quę extulit Nabuchodonosor in domum domini, quę est in
Ierusalem, vbi erant posita, vt ponantur illic: e pcepit curam agere Sisennem sube
regulum Syrię, e Phoenicis, e Satrabuzané, e sodales eius, e qui ordinati erant in
Syria e Phoenice psides, vt abstinerent se ab eodem loco. Et ego quoq; pcepi in to D
tum ędificare: e prospexi, vt adiuuent eos qui sunt ex captiuitate Iudęorum: dū
nec consummetur templum ędis domini: e à vexatione tributorum Coelesyrię &
Phoenicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium domini, Zo
robabel pfecto, ad tauros, e arietes, e agnos, similiter autem & frumentum, e sal, e
vinum, e oleum instanter per singulos annos, prout sacerdotes qui sunt in Ierusa
lem, declarauerunt consumi quotidie sine vlla dilatione, vt offerantur libationes sum
mo deo pro rege e pueris eius, e orent pro ipsorum vita: e denūtietur, vt quicunq;
transgressi fuerint aliquid ex his quę scripta sunt, aut spreuerint, accipiatur lignū
de suis proprijs, e suspendantur, e bona ipsorum regi ascribantur. Propter e domi
nus, cuius nomen inuocatum est ibi, exterminet omnem regem e gentem, qui ma
num suā extenderit prohibere, aut male tractare domū domini illam quę est in Ie
rusalem. Ego Darius rex decreui q; diligentissime secundum hęc fieri [illegible]

CAPVT VII.

A TVnc Sisennes subregulus Coelesyriç & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales
1.Esdr.6.a obsequuti his quç à Dario rege erát decreta, insistebát sacrosanctis operibus di
ligentissime, cooperátes cũ senioribus Iudęorũ principibus Syrię, & prosperata sunt
sacrosancta opera, prophetátibus Aggęo & Zacharia prophetis. Et consummaue
runt omnia per pręceptũ dñi dei Israel, & ex cõsilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis re
B gis Persarũ. Et consummata est domus nostra vsq; ad tertiá & vicesimá diem men
sis Adar, sexto anno Darij regis. Et fecerũt filij Israel, & sacerdotes & Leuitę, & cę
teri qui erát ex captiuitate, qui appositi sunt secũdum ea quę scripta sunt in libro
Moysi. Et obtulerũt in dedicationẽ templi dñi, tauros centũ, arietes ducẽtos, agnos
quadringentos, & hœdos pro peccatis vniuersi Israel duodecim, secũdum numerũ
C tribuũ Israel. Et steterũt sacerdotes, & Leuitę amicti stolis per tribus super omnia
opera dñi dei Israel secũdum librũ Moysi, & ostiarij per singulas ianuas. Et egerũt
filij Israel cũ his qui erant ex captiuitate illud phase quartadecima luna mensis pri
mi, quando sanctificati sunt sacerdotes & Leuitę. Omnes filij captiuitatis non sunt
simul sanctificati, quia Leuitę omnes simul sanctificati sunt. Et imolauerunt phase
D vniuersi filij captiuitatis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis. Et manduca
uerũt filij Israel, qui erát ex captiuitate omnes qui remáserant ab oĩbus execratio
nibus gentiũ terrę quęrentes dñm, & celebrauerunt diem festũ azymorũ septẽ diebus
epulantes in conspectu dñi, quoniam conuertit consilium regis Assyriorũ in eos,
confortare manus eorum ad opera domini dei Israel. CAP. VIII.

ET post hunc regnante Artaxerxe Persarũ rege accessit Esdras filius Azarię, filij
A Helcię, filij Solome, filij Sadoc, filij Achitob, filij Ameri, filij Azahel, filij Bocci,
2.Esdr.7.a filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazari, filij Aaron primi sacerdotis: hic Esdras ascen
dit de Babylonia, quum esset scriba & ingeniosus in lege Moysi, quę data est à dño
deo Israel docere & facere. Et dedit ei rex gloriá q inuenisset gratiam in omni di
gnitate & desyderio in cõspectu eius. Et ascenderunt simul cũ ipso ex filiis Israel, &
& sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus tẽpli, & ostiariis, & seruis tẽpli in Ie
rusalẽ. Anno septimo regnante Artaxerxe in quinto mense, hic annus septimus est
regni, exeuntes de Babylonia nouilunio quinti mensis, venerũt Ierosolymá iuxta
pręceptum illius secũdum prosperitatẽ itineris à domino ipsorum datá eis. In his
enim Esdras magnam disciplinã obtinebat, ne pręterm itteret quicquá eorum, quę
essent ex lege dñi & pręceptis: & docendo vniuersum Israel, omnem iustitiá & iu
dicium. Accedentes autẽ, qui scribebant scripta Artaxerxis regis, tradiderũt scriptũ
qđ obuenerat ab Artaxerxe rege ad Esdrá sacerdotem, & lectorẽ legis dñi, cuius exẽ
plum subiectũ est. REX Artaxerxes Esdrę sacerdoti & lectori legis dñi salutẽ.
Humanior ego iudicans in beneficiis pręcepi eis qui desyderant ex gente Iudęorũ
sua sponte, & ex sacerdotibus, & Leuitis, qui sunt in regno meo, comitari tecum in
B Ierusalem. Si qui ergo cupiunt ire tecum, conueniant, & proficiscátur sicut placuit
mihi & septẽ amicis meis cõsiliariis, vt visitent ea quę aguntur secũdum Iudęá &
Ierusalem, obseruátes sicut habes in lege dñi, & ferant munera dño deo Israel, quę
voui ego & amici Ierusalem: & omne aurũ & argentum, qđ inuentũ fuerit in re
gione Babylonię dño in Ierusalẽ cum illo, qđ est donatũ pro ipsa gente in templo
C dñi eorũ qđ est in Ierusalẽ: vt colligatur hoc aurũ & argentũ, & tauros, & arietes,
et agnos, & hœdos, & quę his sunt cõgruentia, vt offerant hostias dño super altare
domini ipsorũ, qđ est in Ierusalẽ. Et omnia quęcũq; volueris cũ fratribus tuis face
re auro & argento, perfice pro voluntate tua secũdum pręceptum dñi dei tui: & sa
crosancta vasa, quę data sunt tibi ad opera domus dñi dei tui, quę est in Ierusalẽ,
& cętera quęcunq; tibi subuenerint ad opera tẽpli dei tui, dabis de regali gazophy
lacio: quũ volueris cũ fratribus tuis facere auro & argento, perfice secũdum volun
tatem dñi. Et ego quidẽ rex Artaxerxes pręcepi custodibus thesaurorũ Syrię & Phœ
nicis, vt quęcũq; scripserit Esdras sacerdos, & lector legis dñi, diligenter detur ei vsq;
ad argenti talenta centũ, similiter & auri: & vsq; ad frumenti modios centũ, & vini
amphoras centũ, & alia quęcũq; abũdant sine taxatione. Omnia secũdum legẽ dei
fiant deo altissimo, ne forte exurgat ira in regno regis, & filii, & filiorũ eius. Vobis
autem dicitur, vt oĩbus sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus, & seruis tẽpli,


& scribis templi huius nullum tributũ, neq; vlla alia indictio irrogetur, nec habeat
quisquã potestatem obiicere eis quicquã. Tu autem Esdra secũdum sapientiam dei, C
constitue iudices, & arbitros in tota Syria & Phœnice: & omnes qui legem dei tui
non nouerũt, doce: vt quotquot transgressi fuerint leges, diligenter plectantur siue
morte, siue cruciatu, siue etiam pecuniæ multatione, vel abductione. Et dixit Esdras
scriba, Benedictus deus patrum nostrorũ, qui dedit hanc voluntatẽ in cor regis, cla-
rificare domum suã quæ est in Ierusalẽ, & me honorificauit in cõspectu regis, & cõ-
siliariorum, & amicorũ, & purpuratorũ eius, & ego cõstans animo factus sum secũ- 1
dum opitulationem dñi dei mei, & cõgregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent
mecũ. Et hi sunt præpositi secũdum suas patrias, & principatus portionales eorum
qui mecũ ascenderant de Babylonia in regno Artaxerxis. Et de filiis Phares, Gerso- 1.Esdr.8.a
mus: ex filiis Siemarith, Amenus: filiorũ Dauid Acchus filius Sceciliæ: ex filiis Pha-
res, Zacharias, & cũ eo reuersi sunt viri centũ quinquaginta: ex filiis ductoris Moa-
bilionis Zaraei, & cũ ipso viri ducenti quinquaginta: ex filiis Zachues, Iechonias
Zechoeli, & cũ ipso viri ducenti quinquaginta: ex filiis Sala, Maasias Gotholiæ, &
cũ ipso viri septuaginta: ex filiis Saphatiæ, Zarias Micheli, & cũ ipso viri octogin-
ta: ex filiis Iob, Abdias Iecheli, & cũ ipso viri ducenti duodecim: ex filiis Baniæ, Salĩ-
moth, filius Iosaphiæ, & cũ ipso viri centũ sexaginta: ex filiis Beer, Zacharias Bebei,
& cũ ipso viri ducentiocto: ex filiis Exead, Iohãnes Eccetan, & cũ ipso viri centũde-
cem: ex filiis Adonicã ipsis postremis, & hæc sunt noĩa eorũ, Eliphalã, filius Gebel,
& Semeias, & cũ ipso viri septuaginta. Et cõgregaui eos ad fluuiũ qui dicitur Thia,
& metati fuimus illic triduo, & recognoui eos. Et ex filiis sacerdotũ & Leuitarum
non inueni illic. Et misi ad Eleazarum, & Ecelon, & Masmã, & Maloban, & Enaa- D
thã, & Samea, & Ioribũ, Nathan, Enuagan, Zachariã, & Mosolamũ ipsos ductores
& peritos: & dixi eis vt venirent ad Loddeum, qui erat apud locũ gazophylacii. Et
mandaui eis vt dicerent Loddeo, & fratribus eius, & illis qui erant in gazophyla- 2
cio, vt mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerentur in domo dñi dei nostri, &
adduxerunt nobis secũdum manũ validã dñi dei nostri viros peritos: ex filiis Mo-
holi, filiũ Leui, filii Israel, Sebebian, & filios & fratres, qui erant decẽ & octo: Asbiã
& Amin ex filiis filiorũ Chananæi, & filii eorũ viri viginti. Et ex his qui tẽplo ser-
uiebant, quos dedit Dauid, & ipsi principes ad operationẽ Leuitis tẽplo seruientiũ
ducenti viginti. Omnia noĩa significata sunt in scripturis. Et voui illic ieiuniũ iu-
uenibus in conspectu dei, vt quærerẽ ab eo bonũ iter nobis, & qui nobiscũ erant, &
filiis, & pecoribus propter insidias. Erubui enim petere à rege pedites, & equites in
comitatu, tutelæ gratia cõtra aduersarios nostros. Diximus enim regi, quoniã vir-
tus dñi erit cum eis qui inquirũt eũ in omni affectu. Et iterũ deprecati sumus dñm
deum nostrũ secũdum hæc: quem & propitiũ habuimus, & cõpotes facti sumus deo
nostro. Et separaui ex plebis præpositis, & sacerdotibus tẽpli viros duodecim, & Se-
debiam, & Asannã, & cum eis ex fratribus eorũ viros decem. & appendi eis aurum, &
argentũ, & vasa sacerdotalia domus dei nostri, quæ donauerat rex, & cõsiliarii eius,
& principes, & oĩs Israel. Et quũ appẽdissem, tradidi argenti talenta centũ quinqua-
ginta, & vasa argentea talentoꝝ centũ, & auri talẽta centũ, et vasoꝝ aureoꝝ septies
viginti, et vasa ærea de bono æramẽto splẽdentia, duodecim, auri speciẽ redentia: et
dixit eis, Et vos sancti estis dño, et vasa sunt sancta, et aurũ, et argentũ votũ est dño
deo patrũ nostroꝝ. Vigilate, et custodite, donec tradatis ex plebis præpositis, et sa-
cerdotibus, et Leuitis, et principibus ciuitatũ Israel in Ierusalem, in pastoforio do- E
mus dei nostri. Et hi qui susceperũt sacerdotes et Leuitæ aurũ et argentũ et vasa, in-
tulerũt in Ierusalẽ in templũ dñi. Et ꝓmouimus à fluuio Thia, die duodecima mẽ-
sis primi, vsq; quo introiuimus in Ierusalem. Et quũ factus fuisset tertius dies, quarta
aũt die ponderatũ aurũ, et argentũ traditũ est in domo dñi dei nostri Marimoth fi-
lio Iori sacerdoti: et cũ ipso erat Eleazar filius Phinees: et erant cũ ipsis Iosadus fi-
lius Iesu, et Medias, et Bãni filius Leuitæ, ad numerũ, et ad pondus vniuersa. Et scri-
ptũ est pondus ipsoꝝ eadẽ hora. Qui aũt venerũt ex captiuitate, obtulerũt sacrificiũ
dño deo Israel, tauros duodecim, pro oĩ Israel, arietes octogintasex, agnos septua-
gintaduos, hircos pro peccato duodecim, et pro salute vaccas duodecim, oĩa in sa-
crificiũ dñi. Et relegerũt præcepta regis regalibus dispẽsatoribus, et subregulis Cœ-

Syrię, & Phœnicis: & honorificauerũt gentẽ, & templũ dñi. Et cõsummatis his, acces-
D ferũt ad me prępositi, dicentes, Nõ segregauerũt genus Israel, & principes, & sacerdo-
tes, & Leuitę, & alienigenę gẽtes, & nationes terrę immũditias suas à Chananęis & He-
thęis & Pherezęis, & Iebusęis & Moabitis & Aegyptijs & Idumęis. coniuncti.n. sunt
filiabus eorũ & ipsi, & filij eorũ: & mistũ est semẽ sanctũ alienigenis gẽtibus terrę, & par-
ticipes erãt prępositi, & magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius regni. Et mox
vt audiui ista, cõsciui vestimenta, & sacrã tunicã: & lacerans capillos capitis, & barbã,
E sedi dolens & mœstus. Et cõuenerunt quotquot tunc mouebantur in verbo dñi dei
Israel ad me lugentẽ super iniquitatẽ istam, & sedebã tristis vsq; ad sacrificiũ vesper-
tinũ. Et cõsurgens à ieiunio, cõscissa habens vestimenta, & sacrã tunicã, ingeniculis,
1.Esd.9.b & extẽdens manus ad dñm, dicebã, Dñe confusus sum, & reueritus sum ante faciem
tuã. Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & iniquitates nostrę
exaltatę sunt vsq; ad cœlũ, quoniã à temporibus patrũ nostrorũ sumus in magno
peccato vsq; ad diem hũc. Et propter peccata nostra, & patrũ nostrorũ sumus traditi
cũ fratribus nostris, & cũ sacerdotibus nostris regibus terrę in gladiũ & captiuitatẽ,
& deprędationẽ cum cõfusione vsq; in hodiernũ diem. Et nũc quantum est hoc qđ cõ-
tigit nobis misericordia abs te dñe deus, & relinque nobis radicẽ, & nomen in locum
sanctificationis tuę, detegere luminare nostrũ in domo dñi dei nostri, dare nobis ci-
bum in omni tẽpore seruitutis nostrę. Et quũ seruiremus, nõ fuimus derelicti à dño
deo nostro: sed cõstituit nos in gratia, ponens nobis reges Persarũ dare cibũ, & cla-
rificare tẽplum dñi dei nostri, & ędificare deserta Sion, dare nobis stabilitatem in Iu-
dęa & Ierusalẽ. Et nũc quid dicimus dñe habentes hęc? Transgressi enim sumus prę-
F cepta tua, quę dedisti in manus puerorũ tuorũ prophetarũ dicens, Quoniã terra, in
quã introitis possidere hęreditatẽ eius, terra polluta est coinquinationibus alieni-
genarũ terrę, & immunditię illorũ repleuerunt eam totã immũditia sua. Et nunc filias
G vestras non coniungetis filijs eorũ, & filias eorũ non accipietis filijs vestris, & non in-
quiretis pacem habere cũ illis omni tẽpore, vt inualescentes mãducetis optima ter-
rę, & hęreditatẽ distribuatis filijs vestris vsq; in ęuũ. Et quę cõtingunt nobis, omnia
fiunt propter opera nostra maligna, & magna peccata nostra. Et dedisti nobis talem
radicẽ, & rursum reuersi sumus transgredi legitima tua, vti cõmisceremur immũditię
alienigenarũ gentiũ terrę huius. Nõnulli irasceris nobis perdere nos, quoadusq; nõ
relinquatur radix, & nomen nostrũ? Dñe deus Israel verax es. Derelicta est enim ra-
dix vsq; in hodiernũ diem. Ecce, nũc sumus in cõspectu tuo in iniquitatibus nostris.
Non est enim adhuc stare ante te in his. Et quũ adorando cõfiteretur Esdras flens,
1.Esd.10.a humi prostratus ante templũ, congregati sunt ante eũ ex Ierusalẽ turba magna val-
de, viri & mulieres & iuuenes & iuuenculę. Fletus enim erat magnus in ipsa multi-
tudine. Et quũ clamasset, Iechonias Ieheli ex filijs Israel, dixit Esdrę, Nos in dñm
peccauimus qđ collocauimus nobis in matrimoniũ mulieres alienigenas ex genti-
bus terrę. Et nũc es super omnẽ Israel. In his ergo sit iusiurãdum à dño expellere
omnes vxores nostras, quę ex alienigenis sunt cum filijs earũ. Sicut tibi decretũ est
à maioribus secũdum legem domini exurgens explica. Ad te enim spectat negotiũ,
& nos tecũ sumus. viriliter fac. Et exurgens Esdras adiurauit principes sacerdotum,
& Leuitas, & omnem Israel facere secũdum hęc, & iurauerunt. CAP. IX.

A ET exurgens Esdras ab ante atriũ templi, abiit in pastophoriũ Ionathę filij Na-
1.Esd.10.a sabi, & hospitatus illic nõ gustauit panem, nec aquã bibit super iniquitatẽ mul-
titudinis. Et facta est prędicatio in omni Iudęa, & in Ierusalẽ omnibus qui erant ex
captiuitate in Ierusalem cõgregati, vt quicũq; non occurrerit biduo vel triduo dici
secũdum iudicium assidentiũ seniorũ, tollerentur facultates suę, & ipse alienus iudi-
caretur à multitudine captiuitatis. Et cõgregati sunt omnes qui erant ex tribu Iu-
da, & Beniamin in tribus diebus in Ierusalem. hic mensis est nonus, dies mensis vi-
cesimus. Et sedit omnis multitudo in area templi trementes propter hyemẽ pręsen-
tem. Et exurgens Esdras dixit illis, Vos inique fecistis collocantes vobis in matri-
moniũ vxores alienigenas, vt adderetis ad peccata Israel. Et nũc date cõfessionẽ, &
B magnificentiã dño deo patrũ nostrorũ: & perficite volũtatẽ ipsius, & discedite à gen-
tibus terrę, & ab vxoribus alienigenis. Et clamauit omnis multitudo, & dixerũt voce
magna, Sicut dixisti, faciemus. Sed quoniã multitudo magna est, & tẽpus hybernũ, &

non possumus insubsidiati stare: et hoc opus nō est nobis vnius diei, neq; bidui, mul
tum enim in his peccauimus: stent præpositi multitudinis, et oēs qui nobiscū inha-
bitant, et quotquot habēt vxores apud se alienigenas, et assistant accepto tēpore ex
omni loco presbyteri, et iudices, vsq; quo soluāt irā dñi negotij huius. Ionathas autē B
filius Ezeli, et Ozias Thecam susceperūt secūdū hæc: et Bosoramus, et Leuis, et Sabba
theus simul cooperati sunt cū illis. Et steterūt secūdū hæc oīa vniuersi, qui erant ex
captiuitate. Et elegit sibi viros Esdras sacerdos principes magnos de patribus eorū
secūdū noīa: et consederunt nouilunio mensis decimi examinare negotiū istud. Et de- C
terminatū est de viris, qui habebāt vxores alienigenas, vsq; ad neomeniā primi mē-
sis et inuenti sunt ex sacerdotibus permisti, qui habebant alienigenas vxores. Ex filijs
Iesu filij Iosedec, et fratribus eius: Maseas, et Elioretus, et Ioribus, et Ioadeus, et
iniecerūt manus, vt expellerent vxores suas: et ad litādum in exoratione arietē pro
ignorantia sua. et ex filijs Semeri: Maseas et Esses et Ieelech Azarias. et ex filijs Fo-
sere: Limosias, Hismaenis, et Nathanee, Iussio, Reddus, et Talsas, et ex Leuitis, Io-
zabdus, et Semeis, et Colnis, et Calitas, et Facheas, et Caluas, et Elionas. et ex sacris
cantoribus, Eliasib, Zaccarus, et ex ostiarijs, Salumus, et Tolbanes. et ex Israel: ex fi-
lijs Foro, Ori, et Remias et Geddias et Melchias et Michelus Eleazarus et Iamme
bias et Bannas. et ex filijs Iolamam: Chamas et Zacharias et Iezrelus et Ioddius D
et Erimoth et Helias. et ex filijs Zathoim: Eliadas et Liasumus, Zochias et Lari-
moth et Zabdis et Tebedias. et ex filijs Zebes: Iohānes, et Amanias et Zabdias et
Emeus. et ex filijs Bani: Olamus et Maluchus et Ieddeus et Iasub et Asabus et Ie-
rimoth. et ex filijs Addin: Naathus et Moosias et Caleus et Raanas, Maaseas, Ma-
thathias et Beseel et Bōnus et Manasses. et ex filijs Nuae: Noneas et Aseas et Mel-
chias et Sameas et Simon, Beniamin et Malchus et Marras et ex filijs Asom: Car-
nanus, Mathathias et Bānus et Eliphalach et Manasses et Semei, et ex filijs Bāni:
Ieremias et Moadias et Abramus et Iohel et Baneas et Pelias et Ionas et Mari-
moth et Eliasib et Mathaneus et Eliasis et Orizas et Dielus et Semedius et Zabris
et Iosephus. et ex filijs Nobei: Idelus et Mathathias et Sabadus et Zecheda, Sed- E
mi et Iessei, Baneas omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas, et dimiserūt
eas cum filijs. Et inhabitauerūt sacerdotes, et Leuitæ: et qui erant ex Israel in Ieru-
salem, et in tota vna regione nouilunio mensis septimi. Et erant filij Israel in cō-
morationibus suis. Et cōgregata est oīs multitudo simul in areā, quæ est ab oriente
portæ sacræ: et dixerūt Esdræ pontifici, et lectori, vt afferret legem Moysi, quæ tradita
est à dño deo Israel. Et attulit Esdras pontifex legem omni multitudini eorū à viro
vsq; ad mulierem, et omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mensis septi-
mi. Et legebat in area, quæ est ante sacram portā templi, à prima luce vsq; ad vespe-
ram corā viris, et mulieribus. Et dederūt omnes sensum ad legem. Et stetit Esdras
sacerdos, et lector legis super ligneū tribunal, quod fabricatū erat. Et steterūt ad eū F
Mathathias, et Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias, et Balsamus ad dexterā:
et ad sinistrā Faldeus, Misael, Malachias, Abusthas, Sabus, Nabadias, et Zacharias.
Et assumpsit Esdras librū corā omni multitudine: præsidebat enim in gloria in cō-
spectu omnium. Et cum absoluisset legem, omnes erecti steterūt: et benedixit Esdras
dñm deum altissimū, deum Sabaoth omnipotentem. Et respondit omnis populus,
Amen. Et eleuatis sursum manibus procidentes in terrā, adorauerunt dñm: Iesus
et Banaeus et Sarebias et Iaddinus et Accubus et Sabbatheus et Calites et Aza-
rias et Ioradus et Ananias et Philias Leuitæ, qui docebāt legem dñi, et in multitu-
dine legebāt legem dñi, et præferebāt singuli eos, qui intelligebāt lectionē. Et dixit G
Atharathes Esdræ pontifici, et lectori, et Leuitis, qui docebant multitudinē, dicens,
Dies hic sanctus est dño. Et omnes flebāt, quū audissent legem. Et dixit Esdras, Di-
gressi ergo manducate pinguissima quæq;, et bibite dulcissima quæq;, et mittite mu-
nera his qui nō habent. Sanctus enim est hic dies dñi, et nolite mœsti esse. Domi-
nus enim clarificabit vos. Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus, dicentes:
Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse. Et abierunt omnes manducare, et bibere, et
epulari, et dare munera his qui nō habebant, vt epularentur. Magnifice enim sunt
exaltati verbis, quibus edocti sunt. Et congregati sunt vniuersi in Ierusalem cele-
brare lætitiam, secundum testamentum domini dei Israel.

LIBER ESDRAE QVARTVS, QVI IN-
TER APOCRYPHA PONITVR.



A LIBER Esdrę prophetę secundus, filij Sarei, filij Azarei,
filij Helchię, filij Sadanię, filij Sadoc, filij Achitob, filij
Achię, filij Phinees, filij Heli, filij Amerię, filij Asiei, filij
Marimoth, filij Arna, filij Ozię, filij Borith, filij Abisei,
filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron ex tribu Leui, qui
fuit captiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis re-
gis Persarum. Et factum est verbum dñi ad me, dicens, Va-
de, & nuntia populo meo facinora ipsorum, & filiis eorum
iniquitates, quas in me admiserunt, vt nuntient filiis fi-
liorum: quia peccata parentũ ipsorum in illis creuerunt.
Obliti enim mei sacrificauerũt diis alienis. Nonne ego eduxi eos de terra Aegypti
de domo seruitutis? Ipsi aũt irritauerunt me, & cõsilia mea spreuerunt. Tu autem
excute comas capitis tui, & proiice omnia mala super illos: qm̃ non obedierunt le-
gi meę. Populus aũt est indisciplinatus. Vsquequo eos sustinebo, quibus tanta be-
B neficia cõtuli? Reges multos ꝓpter eos subuerti. Pharaonem cum pueris suis, & om-
nem exercitum eius percussi. Omnes gentes à facie eorũ perdidi, & in oriente prouin-
ciarum duarum populos Tyri, & Sydonis dissipaui, & omnes aduersarios eorum in-
terfeci. Tu verò loquere ad eos, dicens, Hęc dicit dominus: Nempe ego vos per
mare transmeaui, & plateas vobis initio munitas exhibui: ducem vobis dedi Moy-
sen, & Aaron sacerdotem: lucem vobis per columnã ignis pręstiti, & magna mirabi-
lia feci in vobis: vos aũt mei obliti estis, dicit dominus. Hęc dicit dñs omnipotens:
Coturnix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi, & illic murmurastis: &
non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorũ vestrorum, sed adhuc nũc
vsq; murmurastis. Vbi sunt beneficia, quę pręstiti vobis? Nonne in deserto quum
esurietis, proclamastis ad me, dicentes, Vt quid nos in desertum istud adduxisti inter-
ficere nos? melius nobis fuerat seruire Aegyptiis, q̃ mori in deserto hoc. Ego do-
lui gemitus vestros, & dedi vobis manna in escam. Panem angelorũ manducastis.
Nonne quum sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquę in saturitate? Propter ęstus
C foliis arborum vos texi. Diuisi vobis terras pingues: Chananęos, & Pherezęos, &
Philisthęos à facie vestra proieci, qd faciam vobis adhuc, dicit dñs? Hęc dicit do-
minus omnipotens: In deserto quũ essetis in flumine Amorrhęo sitientes, & bla-
sphemãtes nomen meũ, non ignẽ vobis pro blasphemiis dedi, sed mittens lignum
in aquã, dulce feci flumen. Quid tibi faciã Iacob? Noluisti obedire Iuda. Transferã
me ad alias gẽtes, & dabo eis nomen meũ, vt custodiãt legitima mea. Quoniam me
dereliquistis, & ego vos derelinquã. Petentibus vobis à me misericordiã, nõ misere-
bor. Quãdo inuocabitis me, ego nõ exaudiã vos. Maculastis enim manus vestras
sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad cõmittenda homicidia. Nõ quasi me de-
reliquistis, sed vosipsos dicit dñs. Hęc dicit dñs omnipotens: Nonne ego vos roga-
ui, vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix paruulos suos, vt essetis mihi in po-
pulũ, & ego vobis in deũ: & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem? Ita vos colle-
gi, vt gallina pullos suos sub alas suas. Modo aũt qd faciã vobis? Proiiciã vos à
D facie mea. Oblationẽ quũ mihi attuleretis, auertã faciẽ meã à vobis. Dies enim fe-
stos vestros, & neomenias & circuncisiones repudiaui. Ego misi pueros meos pro-
phetas ad vos, quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorũ, quorũ sanguinẽ
exquirã, dicit dñs. Hęc dicit dñs omnipotens: Domus vestra deserta est. Proiiciam
vos sicut ventus stipulã, & filii procreationem nõ facient: qm̃ mandatũ meũ neglexe-
runt, & qđ malũ est corã me, fecerunt. Tradã domos vestras pplo venienti, qui me
nõ audientes credũt, qbus signa nõ ostendi, faciẽt quę pręcepi. Prophetas non vide-
runt, & memorabunt iniqtatum eorũ. Testor populi venientis grãm, cuius paruuli
exultant cũ lętitia, me nõ videntes oculis carnalibus, sed spiritu credentes quę dixi.
Et nunc frater aspice, quę gloria: & vide populũ venientem ab oriente, quibus da-
bo ducatum Abrahã, Isaac, & Iacob, & Osee, & Amos, & Michęę, & Iohel, & Ab-

dię, & Ionę, & Naum, & Habacuc, Sophonię, Aggęi, Zacharię, & Malachię, qui
& angelus domini vocatus est.

CAPUT II.

HAec dicit dñs: Ego eduxi pplm istum de seruitute, qbus mādata dedi per pue A
ros meos pphetas quos audire noluerunt, sed irrita fecerunt mea ꝯsilia. Ma/
ter quę eos generauit, dicit illis: Ite filii, qa ego vidua sum & derelicta. Educaui vos
cum lętitia, & amisi vos cū luctu & tristitia, qm peccastis coram dño deo vestro, &
qd malum est corā eo fecistis. Modo aūt quid faciā vobis? Ego vidua sum, & dere
licta: ite filii, et petite à dño misericordiā. Ego aūt te pater testem inuoco sup ma/
trem filiorum, qui noluerunt testamentū meū seruare, vt des eis ꝯfusionem, & ma/
trem eorum in direptionē, ne generatio eorum fiat. Dispergātur in gētes nomina eorum,
deleantur à terra: qm spreuerunt sacramentū meū. Vę tibi Assur, qui abscōdis ini
quos penes te. Gens mala, memorare qd fecerim Sodomę et Gomorrhę, quorum ter
ra iacet in piceis glebis et aggeribus cinerū. sic dabo eos, qui me nō audierunt, di/
cit dñs omnipotens. Hęc dicit dominus ad Esdram, Nuntia populo meo, quoniā
dabo eis regnum Ierusalem, quod daturus eram Israel. Et sumā mihi gloriam il/
lorum, & dabo eis tabernacula ęterna, quę pręparaueram illis. Lignū vitę erit il/
lis in odore vnguenti, & nō laborabunt, neq fatigabuntur. Ite, & accipietis. Ro/
gate vobis dies paucos, vt immorentur. Iam paratum est vobis regnū: vigilate. B
Testare cœlū & terram. Contriui enim malū, & creaui bonum, quia viuo ego di/
cit dominus. Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lętitia. Sicut columba
confirma pedes eorū: quoniam te elegi dicit dominus. Et resuscitabo mortuos de
locis suis, & de monumētis educā illos, quoniā cognoui nomen meū in Israel. No
li timere mater filiorum, quoniam te elegi dicit dominus. Mittam tibi adiutorium
pueros meos Isaiam & Ieremiam, ad quorum cōsilium sanctificaui, & paraui tibi
arbores duodecim grauatas variis fructibus, & totidem fontes fluentes lac & mel: &
montes immensos septem, habentes rosam & liliū, in quibus gaudio implebo fi/
lios tuos. Viduā iustifica, pupillo iudica, egenti da, orphanum tuere, nudum vesti,
confractum & debilem cura, claudū irridere noli, tutare mancum, & cęcum ad vi/
sionem claritatis meę admitte. Senem & iuuenem intra muros tuos serua: mor/
tuos vbi inueneris signans cōmenda sepulchro, & dabo tibi primā sessionem in re/
surrectione mea. Pausa & quiesce populus meus, qa veniet requies tua. Nutrix bo/
na nutri filios tuos, confirma pedes eorū. Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis inte/ C
riet. ego enim eos requiram de numero tuo. Noli fatigari. Quum enim venerit
dies pressurę & angustię, alii plorabunt, & tristes erunt: tu autem hilaris, & copio/
sa eris. Zelabunt gentes, & nihil aduersus te poterūt, dicit dominus. Manus meę te
gent te, ne filii tui gehennam videant. Iucundare mater cū filiis tuis, quia ego te
eripiā, dicit dominus. Filios tuos dormientes memorare, quoniā ego eos educam
de lateribus terrę, & misericordiam cum illis faciam: quoniam misericors sum, di/
cit dominus omnipotens. Amplectere natos tuos vsque dū venio, & prędica illis
misericordiam: quoniā exuberant fontes mei, & gratia mea nō deficiet. Ego Es/
dras pręceptū accepi à domino in monte Oreb, vt irem ad Israel: ad quos quū ve/
nirem, reprobauerunt me, & respuerunt mandatū domini. Ideoq; vobis dico gen
tes, quę auditis & intelligitis: Expectate pastorem vestrū, requiem ęternitatis dabit
vobis quoniā in proximo est ille, qui in fine seculi adueniet. Parati estote ad pręⁿ/
mia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per ęternitatem temporis. Fugite vm/
bram seculi huius: accipite iucunditatem glorię vestrę. Ego testor palàm saluato/
rem meum. Commendatū donum accipite & iucundamini, gratias agentes ei, qui
vos ad cœlestia regna vocauit. Surgite, & state, & videte numerum signatorum in D
conuiuio domini. Qui se de vmbra seculi transtulerunt, splēdidas tunicas à domi
no acceperunt. Recipe Sion numerum tuum, & cōclude candidatos tuos, qui legē
domini cōpleuerunt. Filiorum tuorum quos optabas plenus est numerus. Roga im
perium domini, vt sanctificetur populus tuus, qui vocatus est ab initio. Ego Es/
dras vidi in monte Sion turbam magnā, quam numerare non potui, & omnes
canticis collaudabant dominum. Et in medio eorū erat iuuenis statura celsus, emi
nentior omnibus illis, & singulis eorū capitibus imponebat coronas, & magis exal
tabatur. Ego autem miraculo tenebar. Tunc interrogaui angelum, & dixi, Qui

sunt hi domine? Qui respondens, dixit mihi, Hi sunt, qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalem sumpserunt, & cõfessi sunt nomen dei. Modo coronan-
A tur, & accipiunt palmas. Et dixi angelo, Ille iuuenis quis est, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? Et respondens dixit mihi, Ipse est filius dei, quem in seculo confessi sunt: ego autem magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine domini steterunt. Tunc dixit mihi angelus, Vade, annuntia populo meo, qualia & quanta mirabilia domini dei vidisti.

CAPVT III.

A ANno tricesimo ruinę ciuitatis eram in Babylone, & conturbatus sum super cubiculo meo recumbens, & cogitationes meę ascendebant super cor meum: quoniam vidi desertionem Sion, & abundantiam eorum qui habitabant in Babylone. & ventilatus est spiritus meus valde, & cœpi loqui ad altissimum verba timorata, & dixi, O dominator domine, tu dixisti ab initio, quãdo plantasti terram, & hoc solus, & imperasti populo, & dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum vitę, & factus est viuens coram te, & induxisti eum in paradiso, quem plantauerat dextera tua antequã terra aduentaret. Et huic mandasti diligere viam tuam, & pręteriuit eam, & statim instituisti in eo mortem, & in nationibus eius, & natę sunt gentes, & tribus & populi, & cognationes quarum non est numerus. Et ambulauit vnaquęq; gens in vo-
B luntate sua, & mira agebant coram te, & spernebant pręcepta tua. Iterum autẽ in tempore induxisti diluuium super inhabitantes seculum, & perdidisti eos. Et factũ est in vnoquoq; eorum, sicut Adę mori, sic his diluuium. Dereliquisti autem vnũ ex his Noe cum domo sua, & ex eo iusti omnes. Et factum est, & quum cœpissent multiplicari, qui habitabant super terram, & multiplicauerunt filios, & populos, & gentes multas: & cœperunt iterato impietatem facere plus quàm priores. Et factum est, quum iniquitatem facerent coram te, elegisti tibi virum ex his cui nomen erat Abraham. Et dilexisti eum, & demonstrasti ei soli voluntatem tuam: & disposuisti ei testamentum ęternum, & dixisti ei vt non vnquam derelinqueres semen eius. Et dedisti ei Isaac, & Isaac dedicasti Iacob & Esau. Et segregasti tibi Iacob, Esau aũt separasti. Et factus est Iacob in multitudine magna. Et factũ est, quũ educeres semen eius ex Aegypto, adduxisti super montem Sina. Et inclinasti cœlos, & statuisti ter-
C ram, & commouisti orbem, & tremere fecisti abyssos, & conturbasti seculum, & transijt gloria tua portas quatuor ignis & terręmotus, & spiritus, & gelu, vt dares semini Iacob legem, & generationi Israel diligentiam. Et non abstulisti ab eis cor malignum, vt faceret lex tua in eis fructum. Cor enim malignum baiulans primus Adam transgressus & victus est, sed & omnes qui de eo nati sunt. Et facta est permanens infirmitas & lex cum corde populi, cum malignitate radicis, & discessit quod bonum est, & mansit malignum. Et transierunt tempora, & finiti sunt anni: & suscitasti tibi seruum nomine Dauid, & dixisti ei ędificare ciuitatem nominis tui, & offerre tibi in eadem thus & oblationes. Et factum est hoc annis multis, & dereliquerunt qui habitabant ciuitatem, in omnibus facientes sicut fecit Adam & omnes generationes eius. vtebantur enim & ipsi corde maligno. Et tradidisti ciuitatem tuam in manibus inimicorum tuorum. Nunquid meliora faciunt, qui habitant
D Babylonem? Et propter hoc dominabitur Sion. Factum est, quum venissem huc, & vidissem impietates, quarum non est numerus: & delinquentes multos vidit anima mea hoc tricesimo anno, & excessit cor meum: quoniam vidi quomodo sustines eos peccantes, & pepercisti impie agentibus, & perdidisti populum tuum, & conseruasti inimicos tuos, & non significasti. Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hęc. Nunquid meliora facit Babylon, quàm Sion? aut alia gens co-
E gnouit te pręter Israel? Aut quę tribus crediderunt testamentis tuis, sicut Iacob? Quarum merces non comparuit, neque labor fructificauit. Pertransiens enim pertransiui in gentibus, & vidi abundantes eas, & memorantes mandatorum tuorum. Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates, & eorum qui habitant in seculo: & non inuenietur nomen tuum, nisi in Israel. Aut quando non peccauerunt in conspectu tuo, qui habitant terram? aut quę gens sic obseruauit mandata tua? Hos quidem per nomina inuenies seruasse mandata tua, gentes autem non inuenies.

A

CAPVT IIII.

ET respondit ad me angelus, qui missus est ad me, cui nomen Vriel, e dixit mihi, Excedens excessit cor tuum in seculo hoc, & comprehendere cogitas viam altissimi. Et dixi, Ita domine meus. Et respondit mihi, & dixit, Tres vias missus sum ostendere tibi, e tres similitudines proponere coram te: de quibus mihi si renuntiaueris vnam ex his, e ego tibi demonstrabo viam quam desyderas videre, & docebo te vnde sit cor malignum. Et dixi, Loquere domine meus. Et dixit ad me, Vade, pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi flatum venti, aut reuoca mihi diem quę preteriit. Et respondi, & dixi, Quis natorum poterit facere, vt me interroges de his? Et dixit ad me, Si essem interrogans te, dicens, Quantę habitationes sunt in corde maris, aut quantę venę sunt in principio abyssi, aut quantę venę sunt super firmamentum, aut qui sunt exitus paradisi: diceres mihi forsitan, In abyssum non descendi, neq; in infernum adhuc, neq; in coelum vnquam ascendi. nunc autem non interrogaui te, nisi de igne, & vento, & die, per quem transisti, e à quibus separari non potes: e non respondisti mihi de eis. Et dixit mihi, Tu quę tua sunt, tecum coadolescentia, non potes cognoscere: e quomodo poterit vas tuum capere altissimi viam, & iam exterius corrupto seculo intelligere corruptionem euidentem in facie mea? Et dixi illi, Melius erat nos non esse, q; adhuc viuentes viuere in impietatibus, e pati, e non intelligere de qua re. B Et respondit ad me, e dixit, Proficiscens profectus sum ad syluam lignorum campi, e cogitauerunt cogitationem, e dixerunt, Venite, e eamus, e faciamus ad mare bellum, vt recedat coram nobis, e faciamus nobis alias syluas. Et similiter fluctus maris e ipsi cogitauerunt cogitationem, e dixerunt, Venite ascendentes, debellemus syluas campi, vt e ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem. Et factus est cogitatus syluę in vanum. venit enim ignis, e consumpsit eam. Similiter e cogitatus fluctuum maris. stetit enim arena, e prohibuit eos. Si enim esses iudex horum, quem incipere iustificare, aut quem condemnare? Et respondi, e dixi, vtiq; vanam cogitationem cogitauerunt. Terra enim data est syluę, e mari locus portare fluctus suos. Et respondit ad me, e dixit, Bene tu iudicasti, e quare non iudicasti tibimetipsi? Quemadmodũ enim terra syluę data est, e mare fluctibus suis, sic qui super terram inhabitant, quę sunt super terram, intelligere solummodo possunt: e qui super coelos, quę super altitudinem coelorum. Et respondi, e dixi, Deprecor te domine, vt mihi detur sensus intelligendi. non enim volui interrogare de superioribus tuis, sed de his, quę pertranseunt per nos quotidie, propter quid Israel datus est in opprobrium gentibus, quem dilexisti populum datus est tribubus impijs, e lex patrum nostrorum in interitum deducta est, e dispositiones scriptę nusquam sunt: e pertransiuimus de seculo, vt locustę, e vita nostra stupor e pauor, e nec digni sumus misericordiam consequi. C Sed quid faciet nomini suo quod inuocatum est super nos? Et de his interrogaui. Et respondit ad me, e dixit, Si fueris plurimum videbis, e si vixeris, frequenter miraberis. quoniam festinans festinat seculum pertransire, e non capit portare quę in futuris temporibus iustis repromissa sunt: quoniam plenum iniustitia est seculum hoc, e infirmitatibus. De quibus autem interrogas dicam: Seminatum enim est malum, e needum venit destructio ipsius. Si ergo non inuersum fuerit quod seminatum est, e discesserit locus vbi seminatum est malum, non veniet vbi seminatum est bonum. Quoniam granum seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio: & quantum impietatis generauit vsq; nunc, & generat vsq; quum veniat area? Aestima autem apud te granum mali seminis, quantum fructum impietatis generauit: quando secatę fuerint spicę, quarum non est numerus, quàm magnam aream incipient facere? Et respondi, & dixi, Quomodo, & quando hęc? Quare modici & mali anni nostri? Et respondit ad me, e dixit mihi, Non festines tu super altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum. nam excessus tuus multus. Nonne de his interrogauerunt animę iustorum in promptuarijs suis, dicentes, Vsquequo spero sic, e quando veniet fructus areę mercedis nostrę? Et respondit ad ea Ieremiel archangelus, & dixit, Quando impletus fuerit numerus seminum in vobis, quoniam in statera ponderauit seculum, & mensura mensurauit tempora, & numero numerauit tempora, & non commouit

nec excitauit vsquequò impleatur prędicta mensura? Et respondi & dixi, O domina-
D tor domine, sed & nos omnes pleni sumus impietate. Et ne forte propter nos non
impleantur iustorum areę, propter peccata inhabitantium super terram. Et respondit
ad me, & dixit, Vade & interroga pręgnantem, si quando impleuerit nouem menses
suos, adhuc poterit matrix eius retinere partum in semetipsa? Et dixi, Non potest do-
mine. Et dixit ad me, In inferno promptuaria animarum matrici assimilata sunt.
Quemadmodum enim illa festinat quę parit, effugere necessitatem partus: sic & hęc fe-
stinat reddere ea quę commendata sunt. Ab initio tibi demonstrabitur de his quę con-
cupiscis videre. Et respondi, & dixi, Si inueni gratiam ante oculos tuos, & si possibile
est, & si idoneus sum, demonstra mihi, si plusquam prętereuntium sit habet venire, aut plu-
ra pertransierunt supra quàm futurum est. Quid pertransiuit, scio: quid autem futu-
rum sit, ignoro. Et dixit ad me, Sta super dexteram partem, & demonstrabo tibi in-
terpretationem similitudinis. Et steti, & vidi: & ecce fornax ardens transijt coram me.
& factum est, cum transiret flamma, vidi, & ecce superauit fumus. Post hęc transijt
coram me nubes plena aquę, & immisit pluuiam impetu multam. & cum transisset
impetus pluuię, superauerunt in ea guttę. Et dixit ad me, Cogita tibi, sicut crescit
pluuia amplius quàm guttę, & ignis quàm fumus: sic superabundauit quę transiuit
mensura. Superauerunt autem guttę, & fumus: & oraui, & dixi, Putas viuo vsque in
diebus illis? vel quid erit in diebus illis? Respondit ad me, & dixit, De signis, de qui-
bus me interrogas, ex parte possum tibi dicere: de vita autem tua non sum missus
dicere tibi, sed nescio.

CAPVT V.

A DE signis autem: ecce dies venient, in quibus apprehendentur qui inhabitant
terram in censu multo: & abscondetur veritatis via: & sterilis erit à fide regio:
& multiplicabitur iniustitia super hanc quam ipse tu vides, & super quam audisti
olim: & erit in positione vestigio quam nunc vides regnare regionem, & videbunt eam
desertam. Si autem tibi dederit altissimus viuere, videbis post tertiam turbam, & re-
lucescet subito sol noctu, & luna ter in die, & de ligno sanguis stillabit, & lapis da-
bit vocem suam, & populi commouebuntur: & regnabit, quem non sperant qui inha-
bitant super terram, & volatilia commigrationem facient: & mare Sodomiticum pi-
sces reijciet, & dabit vocem noctu, quam non nouerant multi. omnes autem audient
vocem eius, & chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur, & bestię
agrestes transmigrabunt, & mulieres menstruatę parient monstra, & in dulcibus
aquis salsę inuenientur, & amici omnes semetipsos expugnabunt: & abscondetur
tunc sensus, & intellectus separabitur in promptuarium suum: & quęretur à mul-
tis, & non inuenietur: & multiplicabitur iniustitia, & incontinentia super terram.
Et interrogabit regio proximam suam, & dicet, Nunquid per te pertransijt iustitia
iustum faciens? Et hoc negabit. Et erit in illo tempore, & sperabunt homines, & non
impetrabunt: laborabunt, & non dirigentur vię eorum. Hęc signa dicere tibi per-
missum est mihi: & si oraueris iterum, & plorauueris, sicut & nunc, & ieiunaueris se-
ptem diebus, audies iterato horum maiora. Et euigilaui, & corpus meum horruit
B valde: & anima mea laborauit, vt deficeret: & tenuit me qui venit angelus, qui lo-
quebatur in me, & confortauit me, & statuit me super pedes. Et factum est in nocte
secunda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi, Vbi eras? & quare vul-
tus tuus tristis? An nescis, quoniam tibi creditus est Israel in regione transmigra-
tionis eorum? Exurge ergo, & gusta panem, & non derelinquas nos, sicut pastor gre-
gem suum in manibus luporum malignorum. Et dixi ei, Vade à me, & non appro-
pies ad me. Et audiuit, vt dixi: & recessit à me. & ego ieiunaui diebus septem vlu-
lans & plorans, sicut mihi mandauit Vriel angelus. Et factum est post dies septem,
& iterum cogitationes cordis mei molestę erant mihi valde, & resumpsit anima
mea spiritum intellectus: & iterum cœpi loqui coram altissimo sermones, & dixi,
Dominator domine ex omni sylua terrę, & omnibus arboribus eius, elegisti vineam
vnicam: & ex omni terra orbis, elegisti tibi foueam vnam: & ex omnibus floribus or-
bis, elegisti tibi lilium vnum: & ex omnibus abyssis maris, repleuisti tibi riuum vnum:
& ex omnibus ędificatis ciuitatibus, sanctificasti tibimetipsi Sion: & ex omnibus crea-
tis volatilibus, nominasti tibi columbam vnam: & ex omnibus plasmatis pecoribus,
prouidisti tibi ouem vnam: & ex omnibus multiplicatis populis, acquisiuisti tibi
populum

donasti huic, quem desyderasti
populum unum: & ab omnibus probatam legem donasti huic, quem desyderasti
populo. Et nunc dñe, ut quid tradidisti unũ pluribus? Et preparasti sup unam rad C
dicem alias, & disperdidisti unicum tuum in multis: & conculcaverunt eum, q con
tradicebant sponsionibus tuis, qui & tuis testamentis nõ credebant. Et si odiens
odisti populum tuum, tuis manibus debet castigari. Et factum est, quũ loquutus
essem sermones, & missus est angelus ad me, qui antẽ venerat ad me preterita noc
cte, & dixit mihi, Audi me, & instruam te: & intende mihi, & adijciam coram te. C
Et dixi, Loquere dñe meus. Et dixit ad me, Valde tu in excessu mentis factus es
pro Israel: an plus dilexisti eum, quàm qui eum fecit? Et dixi ad eum, Non dñe,
sed dolens loquutus sum. Torquent. n. me renes mei per omnẽ horã, querentẽ ap
prehendere semitam altissimi, & investigare partem iudicij eius. Et dixit ad me,
Non potes. Et dixi, Quare dñe? Ad quid nascebar, aut quare non fiebat matris
matris meę mihi sepulchrum, ut nõ viderem laborem Iacob, & defatigationem
generis Israel? Et dixit ad me, Numera mihi quę necdum venerant, & collige
mihi dispersas guttas, & revirida mihi aridos flores, & aperi mihi clausa promp
ptuaria, & produc mihi inclusos in eis flatus, demonstra mihi vocis imaginem: &
& tunc ostendam tibi laborem, quem rogas videre. Et dixi, Dominator domi
ne, quis enim est, qui potest hęc scire, nisi qui cum hominibus habitationem nõ
habet? Ego autem insipiens: & quomodo potero dicere de his, quibus me inter
rogasti? Et dixit ad me, Quomodo non potes facere unũ de his, quę dicta sunt:
sic non poteris invenire iudicium meum, aut in fine charitatẽ, quã populo pro
misi. Et dixi, Sed ecce dñe, tu prope es his, qui in finem sunt: & quid facient, qui D
ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui post nos? Et dixit ad me, Coronę assimilabo
iudicium meum. Sicut non novissimorum tarditas, sic nec priorum velocitas.
Et respondi, & dixi, Nec poteras facere eos qui facti sunt, & qui sunt, & qui fu
turi sunt, in unum, ut celerius iudicium tuum ostendas? Et rñdit ad me, & dixit,
Nõ potest festinare creatura super creatorem, nec sustinere seculum eos qui in eo
creandi sunt, in unum. Et dixi, Quomodo dixisti servo tuo, quoniã vivificans vi
vificasti à te creatam creaturam in unum, & sustinebat creatura: poterit & nunc D
portare pręsentes in unum. Et dixit ad me, Interroga matricem mulieris, & di
ces ad eam, Et si paris, quare per tempus? Roga ergo eam, ut det decem in unũ.
Et dixi, Non utiq; poterit, sed secundum tempus. Et dixit ad me, Et ego dedi ma
tricem terrę his, qui seminati sunt super eam per tempus. Quemadmodum enim
infans non parit ea, quę senum sunt: sic ego disposui à me creatum seculum. Et
interrogavi, & dixi, Quũ iam dederis mihi viam, loquar corã te: nam mater no
stra, de qua dixisti mihi, Adhuc iuvenis est: iam senectuti appropinquat. Et respõ
dit ad me, & dixit, Interroga eam quę parit, et dicet tibi. Dices enim ei, Quare
quos peperisti, nunc nõ sunt similes his qui ante te, sed minores statura? Et dicet
tibi & ipsa, Alij sunt, qui in iuventute virtutis nati sunt: & alij qui sub tempore
senectutis deficiente matrice sunt nati. Considera ergo & tu, quoniam minori sta
tura estis prę his, qui ante vos, & qui post vos minori quã vos, quasi iam senescen
tes creaturę, & fortitudinem iuventutis pretereuntes. Et dixi, Rogo domine, si in
veni gratiam ante oculos tuos, demonstra servo tuo, per quem visites creatu
ram tuam.

CAPUT VI.

ET dixit ad me, Initio terreni orbis, & antequam starent exitus seculi, & ante- A
quam spirarent conventiones ventorum, & antequam sonarent voces to-
nitruum, & antequam splenderent nitores coruscationum, & antequam confirma
rentur fundamenta paradisi, & antequam viderentur decori flores, & antequam
confirmarentur motę virtutes, & antequã colligerent innumerabiles militię an- C
gelorum, & antequam extollerentur altitudines aeris, & antequã nominarent men
surę firmamentorum, & antequam ęstuarent camini in Sion, & antequã investigaret
tur pręsentes anni, & antequam abalienarentur eorum, qui nunc peccant adinven
tiones, & consignati essent qui fidẽ thesaurizaverunt: tunc cogitavi, & facta sunt
per me solum, & non per alium: & finis per me, & non per alium. Et respondi, &
dixi, Quę erit separatio temporum? aut quando priorum finis, & sequentis initium?
Et dixit ad me, Ab Abrahã usq; ad Isaac, quãdo nati sunt ab eo Iacob & Esau,

manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau. finis enim huius seculi Esau, &
principium sequentis Iacob. Hominis manus inter calcaneum, & manum. Aliud
noli quęrere Esdra. Et respondi, & dixi, O dominator domine, si inueni gratiam
ante oculos tuos, oro vt demonstres seruo tuo finę signorum tuorum, quorum par-
tem mihi demonstrasti nocte precedenti. Et respondit, & dixit ad me, Surge sup
pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus. Et erit sicut commotio, nec cō-
mouebitur locus, in quo stas super eum. Ideo quum loquitur, tu non expaueas,
quoniam de fine verbum & fundamentū terrę intelligitur, quoniā de ipsis ser-
B mo tremiscit & commouetur. Scit enim quoniā finem eorum oportet cōmuta-
ri. Et factum est, quum audissem, surrexi super pedes meos, & audiui, & ecce vox
loquens, & sonus eius sicut sonus aquarum multarum, & dixit, Ecce dies veniūt,
& erit, quando appropinquare incipiam, vt visitem habitantes in terra: & quan-
do inquirere incipiam ab eis, qui iniusti nocuerunt iniustitia sua, & quando sup
pleta fuerit humilitas Sion, & quum supersignabitur seculum quod incipiet per-
transire, hęc signa faciam. Libri aperientur ante faciem firmamenti, & oēs vide-
bunt simul, & anniculi infantes loquētur vocibus suis, & pręgnātes imaturos pa-
rient infantes trium & quatuor mensium, & viuent & suscitabuntur. Et subito ap-
parebunt seminata loca non seminata, & plena promptuaria subito inuenientur
vacua: & tuba canet cum sono, quam quum omnes audierint, subito expauescēt.
Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos vt inimici, & expauescet terra
cum his: & venę fontium stabunt, & non decurrent in horis tribus. & erit, omnis
qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus predixi tibi, ipse saluabitur, & vide-
bit salutare meum, & finem seculi vestri. Et videbunt qui recepti sunt homines,
qui mortem non gustauerunt à natiuitate sua, & mutabitur cor inhabitantium,
& conuertetur in sensum alium. Delebitur enim malum, & extinguetur dolus.
Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & ostendetur veritas quę sine fructu
fuit diebus tantis. Et factum est quum loqueretur mihi, & ecce paulatim intue-
bar super eum ante quem stabam, & dixit ad me hęc, Veni tibi ostendere tempus
venturę noctis. Si ergo iterum rogaueris, & iterum ieiunaueris septem diebus,
C iterum tibi renuntiabo horum maiora per diem quam audiui. Audita est enim
vox tua apud altissimum. Vidit enim fortis directionem tuam, & prouidit pu-
dicitiam, quam à iuuentute tua habuisti: & propter hoc misit me demonstrare
tibi hęc omnia, & dicere tibi: Confide, & noli timere, & noli festinare cum priori-
bus temporibus cogitare vana, vt non properes à nouissimis temporibus. Et fa-
ctum est post hęc, & fleui iterum, & similiter ieiunaui septem diebus, vt supplea
tres hebdomadas, quę dictę sunt mihi. Et factum est in octaua nocte, & cor meū
turbabatur iterato in me, & cœpi loqui corā altissimo. Inflāmabatur enim spi-
ritus meus valde, & anima mea anxiabatur, & dixi, O domine, loquens loquutus
es ab initio creaturę in primo die, dicens, Fiat cœlum & terra: & tuum verbum
opus perfectum. Et erat tunc spiritus, & tenebrę circunferebantur, & silentium, so-
nus vocis hominis nondum erat abs te. Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lu-
men luminosum, quo appareret opus tuum. Et die secundo creasti spiritum fir-
mamenti, & imperasti ei vt diuideret & diuisionem faceret inter aquas, vt pars
quędam sursum recederet, pars verò deorsum maneret. Et tertia die imperasti
aquis congregari in septima parte terrę: sex verò partes siccasti & conseruasti, vt
ex his sint coram te ministrantia seminata à deo, & culta. Verbum enim tuum p
cessit, & opus statim fiebat. Processit enim subito fructus multitudinis immen-
sus, & concupiscentię gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores
odoramenti inuestigabilis. & die tertia hęc facta sunt. Quarta autem die impera-
D sti fieri solis splendorem, lunę lumen, stellarum dispositionem: & imperasti eis,
vt deseruirent futuro plasmato homini. Quinto autem die dixisti septimę par-
ti, vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & pisces: & ita
fiebat. aqua muta, & sine anima quę dei nutu iubebantur, animalia faciebat, vt
ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. Et tunc conseruasti duas animas, nomē
vni vocasti Enoch, & nomen secundę vocasti Leuiathan, & separasti ea ab alteru-
tro, Non enim poterat septima pars, vbi erat aqua congregata, capere ea. Et de-

dedisti Enoch vnam partem quę siccata est tertio die, vt habitet in ea vbi sunt mõ
tes mille. Leuiathan autem dedisti septimam partem humidam, & seruasti eum, C
vt fiat in deuorationem quibus vis, & quando vis. Sexto autem die imperasti
terrę, vt crearet coram te iumenta, & bestias, & reptilia: & super his Adam, quem
constituisti ducẽ super omnibus factis quę fecisti, & ex eo educimur nos omnes,
quem elegisti populum. Hęc autem omnia dixi coram te domine, quia pro
pter nos creasti seculum. Residuas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nihil
esse, & quoniam saliuę assimilatę sunt, & quasi stillicidiũ de vase similasti abundã
tiam eorũ. Et nunc domine, ecce, istę gentes quę in nihilũ deputatę sunt, cœpe
runt dominari nostri, & deuorare: nos autem populus tuus quem vocasti primo
genitum vnigenitum ęmulatorem tuum, traditi sumus in manibus eorum: & si
propter nos creatum est seculum, quare non hęreditatem possidemus cum secu
lo? Vsquequo hęc?

CAPVT VII.

ET factum est, quum finissem loqui verba hęc, missus est ad me angelus, qui A
missus fuerat ad me primis noctibus, & dixit ad me, Surge Esdra, & audi ser
mones quos veni loqui ad te. Et dixi, Loquere deus meus. Et dixit ad me, Ma
re positum est in spatioso loco, vt esset altum & immensum: erit autem ei introi
tus in angusto loco positus, vt esset similis fluminibus. Quis enim volens vo
luerit ingredi mare, & videre eum vel dominari eius: si non transierit angustum,
in latitudinem quomodo venire poterit? Item aliud, Ciuitas est ędificata, & posi
ta in loco campestri est autem plena omnium bonorum. introitus eius angustus &
in pręcipiti positus, vt esset à dextris quidem ignis, à sinistris aqua alta: semita
autem est vna sola inter eos posita, hoc est inter ignem & aquam, vt nõ capiat
semita, nisi solummodo vestigium hominis. Si autem dabitur ciuitas homini in
hęreditatem, si nunquam ante positum periculum pertransierit, quomodo acci
piet hęreditatem suam? Et dixi, Sic domine. Et dixit ad me, Sic est & Israel pars.
Propter eos enim feci seculũ: & qñ transgressus est Adam constitutiones meas, iu
dicatum est quod factũ est. Et facti sunt introitus huius seculi angusti, & dolen
tes, & laboriosi: pauci autẽ & mali, & periculorum pleni, & labore magnopere ful
ti. nam maioris seculi introitus spatiosi & securi, & facientes imortalitatis fructũ.
Si ergo ingredientes non fuerunt ingressi qui viuunt, angusta & vana hęc: non
poterunt recipere quę sunt reposita. Nunc ergo quare tu conturbaris, quum sis
corruptibilis? & quid moueris tu, quum sis mortalis? Et quare nõ accepisti in cor
de tuo qđ est futurum, sed quod in pręsenti? Respondi & dixi, Dominator dñe,
ecce disposuisti lege tua, quoniam iusti hęreditabunt hęc, impij autem peribunt.
Iusti autem ferent angusta, sperantes spatiosa. qui enim impie gesserunt, & angu B
sta passi sunt: & spatiosa non videbunt. Et dixit ad me, Non est iudex sup deum,
neque intelligens super altissimum. Pereunt enim multi pręsentes, quia negligi
tur quę anteposita est dei lex. Mandans enim mandauit deus venientibus, qñ vene
runt, quid facientes viuerent, & quid obseruantes non punirentur. Hi autem non
sunt persuasi, & contradixerunt ei, & constituerunt sibi cogitamen vanitatis, &
proposuerunt sibi circumuentiones delictorum, & superdixerunt altissimo non
esse, & vias eius non cognouerunt, & legem eius spreuerunt, & sponsiones eius ab
negauerunt, & in legitimis eius fidem non habuerunt, & opera eius non perfece
runt. propter hoc Esdra vacua vacuis, & plena plenis. Ecce tempus veniet, & erit,
qñ venient signa quę prędixi tibi, & apparebit sponsa, & apparescens ostendetur
quę nunc subducitur terra: & omnis qui liberatus est de prędictis malis, ipse videbit
mirabilia mea. Reuelabitur enim filius meus IESVS, cum his qui cum eo
sunt: & iucundabuntur qui relicti sunt in annis quadringentis. Et erit post an
nos hos, & morietur filius meus CHRISTVS, & oẽs qui spiramentũ hñt
hoĩs. & conuertetur seculũ in antiquũ silentiũ diebus septem, sicut in prioribus
iudicijs, ita vt nemo derelinquatur. Et erit post dies septẽ, & excitabitur quod nõ
dum vigilat seculum, & morietur corruptũ. & terra reddet quę in ea dormiunt,
& puluis qui in eo silentio habitant, & promptuaria reddent quę eis cõmendatę
sunt animę. Et reuelabitur altissimus super sedẽ iudicij, & pertransibunt mise
rię, & longanimitas congregabitur, Iudicium autẽ solũ remanebit, veritas stabit,

& fides conualescet, & opus subsequetur, & merces ostendetur, & iustitiæ vigila-
bunt, et iniustitiæ non dominabuntur. Et dixi, Primus Abraham propter Sodo-
C mitas orauit, & Moyses pro patribus qui in deserto peccauerunt, et qui post eum
pro Israel in diebus Achaz, et Samuelis, et Dauid pro cõfractione, et Salomon
pro eis qui venerunt in sanctificationem, et Elias pro his qui pluuiã acceperũt,
et pro mortuo vt viueret, et Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, et mul-
ti pro multis. Si ergo modo quando corruptibile increuit, et iniustitia multipli-
cata est, et orauerunt iusti pro impijs: quare et nunc sic non erit? Et respondit ad
me, et dixit, Præsens seculũ non est finis, gloria in eo frequens manet, ꝓpter hoc
orauerunt pro inualidis. Dies enim iudicij erit finis temporis huius, et initium
temporis futuræ immortalitatis, in quo transiuit corruptela, soluta est intempe-
rantia, abscissa est incredulitas, creuit autem iustitia, orta est veritas. tunc enĩ ne-
mo poterit saluare eum qui perijt, neq; demergere qui vicit. Et respondi, & dixi,
Hic est sermo meus primus et nouissimus, quoniam melius erat non dare terrã
Adam, vel quum iam dedisset coercere eum, vt non peccaret. Quid enim pro-
dest hominibus in præsenti viuere in tristitia, et mortuos sperare punitionem?
O tu quid fecisti Adam? Si enim tu peccasti, non est factus solius tuus casus, sed
& noster qui ex te aduenimus. Quid enim prodest nobis si promissum est nobis
immortale tempus, nos autem mortalia opera egimus? Et quoniã prædicta est
nobis perennis spes: nos verò pessimi vani facti sumus. Et quoniã reposita sunt
nobis habitacula sanitatis & securitatis: nos vero male conuersati sumus. Et
quoniam reposita est gloria altissimi protegere eos qui tarde conuersati sunt:
D nos autem pessimis vijs ambulauimus. Et quoniam ostendetur paradisus, cuius
fructus incorruptus perseuerat, in quo est securitas & medela: nos verò non in-
grediemur. in ingratis enim locis conuersati sumus. Et quoniã sup stellas fulge-
bunt facies eorũ, qui abstinentiã habuerunt: nostræ autem facies super tenebras
nigræ. non enim cogitauimus viuentes quando iniquitatem faciebamus, quòd
incipiemus post mortem pati. Et respondit, & dixit, Hoc est cogitamentum certa-
minis quod certabit, qui super terram natus est homo, vt si victus fuerit, patiat
quod dixisti: si autem vicerit, recipiet quod dico: quoniam hæc est vita quã Moy-
ses dixit quum viueret, ad populum, dicens, Elige tibi vitam, vt viuas. Non cre-
diderunt autem ei, sed nec post eum prophetis: sed nec mihi qui loquutus sum
ad eos: quoniam non esset tristitia in perditionem eorum, sicut futurum est gau-
dium super eos, quibus persuasa est salus. Et respondi & dixi, Scio domine, quo-
niam vocatus est altissimus misericors in eo, quòd misereatur his qui nondum
in seculo aduenerunt, & quòd miseretur illis qui conuersionem faciunt in lege
E eius: & longanimis est, quoniam longanimitatẽ præstat his qui peccauerũt quasi
suis operibus: & munificus est, quoniam quidem donare vult pro exigentijs: &
multæ misericordiæ, quoniam multiplicat magis misericordias his qui præsentes
sunt, & qui præterierunt, & qui futuri sunt. Si enĩ non multiplicauerit misericor-
dias suas, non viuificabitur seculum cum his qui inhæreditabant in eo. & do-
nat: quoniam si non donauerit de bonitate sua, vt alleuientur hi qui iniquitatẽ
fecerunt, de suis iniquitatibus, non poterit decies millesima pars viuificari ho-
minum. & iudex si non ignouerit his qui curati sunt verbo eius, & deleuerit mul-
titudinem contentionum: non fortassis derelinquerentur in innumerabili multi-
tudine, nisi pauci valde.

CAPVT VIII.

A ET respondit ad me, & dixit, Hoc seculum fecit altissimus propter multos, fu-
turum autẽ propter paucos. Dicam autem coram te similitudinem Esdra.
Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terrã mul-
tam magis vnde fiat fictile, paruum autem puluerem vnde aurum fit: sic & actus
præsentis seculi. Multi quidem creati sunt, pauci autem saluabuntur. Et respon-
di, & dixi, Absorbe ergo anima sensum, & deuora quod sapit. conuenisti enim
obaudire, & prophetare volens. Nec enim tibi datum est spatium, nisi solummo-
do viuere. O domine, si non permittes seruo tuo, vt oremus coram te, & des no-
bis semen cordi, & sensui culturam, vnde fructus fiat, vnde viuere possit omnis
corruptus: qui portabit locũ hominis? Solus enim es, & vna plasmatio nos su-

mus manuũ tuarum, sicut loquutus es: e quomodo nunc in matrice plasmatur
est corpus, & prestas membra: conseruatur in igne & aqua tua creatio: & nouez
mensibus patitur tua plasmatio tuam creaturam quę in ea creata est: ipsum au-
tem quod seruat, & quod seruatur, vtraque seruabuntur: seruataq; quandoque ite-
rum reddit matrix, quę in ea creuerunt. Imperasti enim ex ipsis membris, hoc est
mamillis prębere lac fructus mamillarũ, vt nutriatur id qđ plasmatum est vsque
in tempus aliquod, e postea disponas eum tuę misericordię, enutristi eum tua iu-
stitia, e erudisti eum in lege tua, e corripuisti eum tuo intellectu: & mortificabis
eum, vt tuam creaturã: e viuificabis eum, vt opus tuum. Si ergo perdideris eum B
qui tantis laboribus plasmatus est: tuo iussu facile est ordinari, vt & id quod fie-
bat seruaretur. Et nunc domine dicam: de omni homine tu magis scis: de popu-
lo autem tuo ob quem doleo: e de hereditate tua, propter quam lugeo: & pro-
pter Israel, propter quẽ tristis sum: & de Iacob, propter quem doleo: ideo inci-
piam orare coram te pro me, & pro eis: quoniam video lapsus nostros qui in-
habitamus terram. Sed audiui celeritatem iudicis, qui futurus est. Ideo audi vo-
cem meam, & intellige sermonem meũ, e loquar coram te. Initium verborum
Esdrę priusquã assumeretur: & dixi, Dñe, qui inhabitas seculum, cuius oculi eleuati
in superna & aere: & cuius thronus inęstimabilis, & gloria incomprehensibilis:
cui astat exercitus angelorum cum tremore, quorum seruatio in vento & igni
conuertitur: cuius verbum verum, & dicta perseuerantia: cuius iussio fortis, e di-
spositio terribilis: cuius aspectus arefacit abyssos, & indignatio tabescere facit mõ-
tes, & veritas testificatur: exaudi orationem serui tui, e auribus percipe precatio-
nẽ figmenti tui. Dũ enim viuo, loquar: & dum sapio, respondebo. Nec respicias
populi tui delicta, sed qui tibi in veritate seruiunt. Nec intendas impia gentium
studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt. Nec cogites qui in cõ-
spectu tuo falsè conuersati sunt, sed memorare qui ex voluntate tua timorem co-
gnouerunt. Neque volueris perdere, qui pecudum mores habuerunt: sed respicias
eos, qui legem tuam splendide docuerunt. Nec indigneris eis, qui bestijs peiores
iudicati sunt: sed diligas eos, qui semper in tua iustitia confidunt, & gloria.
Quoniam nos e patres nostri talibus morbis languemus: tu autem ꝓpter nos C
peccatores misericors vocaberis. Si enim desyderaueris vt nostri miserearis, tũc
misericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera iustitię. Iusti enim qui-
bus sunt opera multa reposita, ex proprijs operibus recipient mercedem. Quid
est enim homo, vt ei indigneris: aut genus corruptibile, vt ita amarus sis de ipso?
In veritate enim nemo de genitis est, qui nõ impie gesserit: & de confitentibus, qui
non deliquit. In hoc enim annunciabitur iustitia tua, e bonitas tua domine,
quum misertus fueris eis qui non habent substantiam bonorum operum. Et re-
spondit ad me, & dixit, Recte loquutus es aliqua: & iuxta sermones tuos, sic &
fiet. quoniam non verè cogitabo super plasma eorum qui peccauerunt ante mor-
tem, ante iudicium, ante perditionem: sed iucũdabor super iustorum figmentum,
& memorabor peregrinationis quoque, e saluationis, & mercedis receptionis.
Quo modo ergo loquutus sum, sic e est. Sicut enim agricola serit super terram
semina multa, e plantationes multitudinis plantat, sed non in tempore omnia
quę seminata sunt, saluantur, sed nec omnia quę plantata sunt, radicabunt: sic &
qui in seculo seminati sunt, non omnes saluabuntur. Et respondi, e dixi, Si inue-
ni gratiam, loquar. Quo modo semen agricolę si non ascenderit, aut non acce-
perit pluuiam tuam in tempore, aut si corruptum fuerit multitudine pluuię: sic
perit & similiter homo qui manibus tuis plasmatus est, & tu ei imago nomina-
tus: quoniam similatus es ei, propter quem omnia plasmasti, & similasti semini
agricolę. Non irascaris super nos, sed parce populo tuo, e miserere hereditati
tuę. Tu autem creaturę tuę misereris. Et respondit ad me, e dixit, Quę sunt prę- D
sentia pręsentibus, e quę futura futuris. Multum enim tibi restat, vt possis dili-
gere meam creaturam super me: tibi autem frequenter & ipsi proxim aui, iniu-
stis autem nunquam. Sed e in hoc mirabilis es coram altissimo, quoniam humi-
liasti te sicut decet te: & non iudicasti te, vt inter iustos plurimum glorificeris.
Propter quod miserię multę, & miserabiles efficientur eis, qui habitant seculum

in nouissimis: quia in multa superbia ambulauerunt. Tu autem pro te intellige,
& de similibus tuis inquire gloriam. Vobis enim apertus est paradisus, plantata
est arbor vitę, pręparatum est futurum tempus, pręparata est abundantia, ędifi-
cata est ciuitas, probata est requies, perfecta est bonitas, & perfecta sapientia. Ra-
dix mali signata est à vobis: infirmitas, & tinea à vobis absconsa est: e in infer-
num fugit corruptio in obliuione. Transierunt dolores, e ostensus est in fine the-
saurus immortalitatis. Noli ergo adijcere inquirendo de multitudine eorũ qui
pereunt. Nam e ipsi accipientes libertatem, spreuerunt altissimum, e legẽ eius
B contempserunt, e vias eius dereliquerunt. Adhuc autem iustos eius conculcaue-
runt, & dixerunt in corde suo non esse deum: e quidem scientes quoniam mo-
riuntur. Sicut enim vos suscipient quę prędicta sunt: sic eos sitis, & cruciatus,
quę pręparata sunt. Non enim voluit hominem disperdi. Sed & ipsi, qui creati
sunt, coinquinauerunt nominauerunt nomen eius qui fecit eos: & ingrati fue-
runt ei qui pręparauit eis vitam. Quapropter iudicium meum modo appropin-
quat. Quę non omnibus demonstraui, nisi tibi, e tibi similibus paucis. Et re-
spondi, e dixi, Ecce nunc domine demonstrasti mihi multitudinem signorum,
quę incipies facere in nouissimis: sed non demonstrasti mihi quo tempore.

CAPVT IX.

A ET respondit ad me, e dixit, Metiens metire tempus in semetipso: e erit, quum
videris, quando transiet pars quędam signorum quę prędicta sunt, tūc in-
telliges quoniam ipsum est tempus, in quo incipiet altissimus visitare seculum
quod ab eo factum est. Et quando videbitur in seculo motio locorum, & popu-
lorum turbatio, tunc intelliges quoniam de his erat altissimus loquutus à die-
bus, qui fuerunt ante te ab initio. Sicut enim omne quod factũ est in seculo, ini-
tium habet, pariter & consummationem, & consummatio est manifesta: sic e al-
tissimi tempora initia habent manifesta in prodigijs, e in virtutibus, e consum-
mationes in actu e in signis. Et erit, omnis qui saluus factus fuerit, & qui pote-
rit effugere per opera sua e per fidem, in qua credidistis, relinquetur de prędictis
periculis, & videbit salutare meum in terra mea, e in finibus meis, quoniā san-
ctificaui me à seculo. Et tunc miserebunt, qui nunc abusi sunt vias meas: & in
tormentis commorabunt hi qui eas proiecerunt in contemptu. Qui enim non
cognouerunt me, viuentes beneficia consequuti: & qui fastidierunt legem meā,
quum adhuc erant habentes libertatem, e quum adhuc esset eis apertus pœnitē-
tię locus non intellexerunt, sed spreuerunt: hos oportet post mortem in crucia-
mento cognoscere. Tu ergo noli adhuc curiosus esse, quomodo impij cruciabū-
B tur: sed inquire quomodo iusti saluabunt, e quorum seculum, & propter quos
seculum, & quando. Et respondi, e dixi, Olim loquutus sum, e nunc dico, e po-
stea dicam: quoniā plures sunt qui pereunt, quàm qui saluabuntur: sicut multi-
plicatur fluctus super guttam. Et respondit ad me, e dixit, Qualis ager, talia &
semina: & quales flores, tales e tincturę: & qualis operator, talis e creatio: e qua-
lis agricola, talis cultura: quoniam tempus erat seculi. Et nunc quum essem pa-
rans eis his qui nunc sunt, antequam fieret seculum, in quo habitarent: & nemo
mihi contradixit, tunc enim quisque, & nunc creator in mundo hoc parato, &
messe indeficienti, e lege inuestigabili corrupti sunt mores eorum. Et consydera-
ui seculum, & ecce erat periculum propter cogitationes quę in eo aduenerunt.
Et vidi, & peperci ei valde: & seruaui mihi acinum de botro, e plantationẽ de
tribu multa. Pereat ergo multitudo, quę sine caussa nata est, & seruetur acinus
meus, e plantatio mea: quia cum multo labore perfeci. Tu autem si adhuc inter-
mittas septem dies alios, sed non ieiunabis in eis: ibis in cāpũ florū, vbi domus
nō est ędificata: e manducabis solúmodo de floribus campi, e carnē non gusta-
bis, e vinum non bibes, sed solúmodo flores. deprecare altissimum sine intermis-
sione, e veniam, e loquar tecū. Et profectus sum, sicut dixit mihi in campū, qui
C vocat Ardath, e sedi ibi in floribus. Et de herbis agri māducaui, & facta est esca
earū mihi in saturitatem. Et factū est post dies septē, & ego discribebam supra fœ-
num, e cor meū iterum turbabat sicut ante. Et apertū est os meū, e inchoaui dice-
re corā altissimo, e dixi, O dñe, tu nobis ostendēs ostensus es patribus nostris in

deserto, qd non calcatur & infructuoso, quando erant exeuntes de Aegypto: & di-
xisti, Tu Israel audi me, & semen Iacob intende sermonibus meis. Ecce.n.
ego semino in vobis legem meã, & faciet in vobis fructum, & glorificabimini in
eo per seculũ. Nam patres vestri accipientes legem, non seruauerũt, & legitima
mea non custodierũt, & factus est fructus legis nõ parens: nec enim poterat, quo-
niam tuus erat. Nam qui acceperũt, perierunt, non custodientes qd in eis semi-
natũ fuerat. Et ecce, consuetudo est, vt quũ acceperit terra semen, vel nauẽ mare,
vel vas aliquod escam vel potum: quũ fuerit exterminatũ id, in quo seminatum C
est, vel in qd missum est: simul id qd seminatum, vel missum est, vel quę suscepta
sunt, exterminãtur, & suscepta iam nõ manent apud nos. Sed nobis sic non factũ
est. Nos quidẽ qui legem accepimus peccantes periuimus, & cor nostrũ qd susce D
pit eam: nam lex non perijt, sed permansit in suo labore. Et quũ loquerer hęc in
corde meo, respexi oculis meis, & vidi mulierem in dextera parte: & ecce hęc luge-
bat, & plorabat cũ voce magna, & animo dolebat valde, & vestimenta eius discis-
sa, & cinis super caput eius. Et dimisi cogitatus, in quibus erã cogitans, & cõuer-
sus sum ad eam, & dixi ei, Vt quid fles? & quid doles animo? Et dixit ad me, Di-
mitte me dñe meus, vt defleam me, & adijciam dolorẽ: quoniã valde amaro sum
animo, & humiliata sũ valde. Et dixi ei, Quid passa es? dic mihi. Et dixit ad me,
Sterilis sũ ego famula tua, & non peperi, habens maritũ annis triginta. Ego enĩ
per singulas horas, & per singulos dies, & annos hos triginta deprecor altissimũ
nocte, ac die. Et factum est, post triginta annos exaudiuit me deus ancillam tuã,
& vidit humilitatem meã, & attendit tribulationi meę, & dedit mihi filiũ: & iucũ-
data sum super eum valde ego, & vir meus, & omnes ciues mei, & honorificaba-
mus valde fortem. Et nutriui eum cum labore multo. Et factum est, quũ creuisset,
& venisset accipere vxorem, feci diem epuli. CAPVT X. A

ET factus est, quũ introisset filius meus in thalamũ suo, cecidit, & mortuus est:
& euertimus omnes lumina, & surrexerũt omnes ciues mei ad consolandũ me,
& quieui vsq; in aliũ diem vsq; nocte. Et factus est, quũ omnes quieuissent vt me 1
cõsolarentur vt quiescerẽ: & surrexi nocte, & fugi: & veni sicut vides in hoc cãpo: &
cogito iam nõ reuerti in ciuitate, sed hic consistere: & neq; mãducare, neq; bibere,
sed sine intermissione lugere, & ieiunare vsq; dum moriar. Et dereliqui sermones
in quibus erã, & respondi cũ iracundia ad eam, & dixi, Stulta super omnes mulie-
res, non vides luctum nostrũ, & quę nobis cõtingunt? Quoniã Sion mater nostra
omni tristitia cõtristatur, & humilitate humiliata est, & luget validissime. Et nũc
quoniã omnes lugemus, & tristes sumus: quoniã omnes cõtristati sumus, tu autẽ
cõtristaris in vno filio? Interroga enim terrã, & dicet tibi: quoniã hęc est, quę de-
beat lugere casum tantorũ super eam germinantium. Et ex ipsa ab initio omnes
nati, & alij venient: & ecce, penè omnes in perditionẽ ambulant, & exterminiũ sit
multitudo eorũ. Et quis ergo debet lugere magis, nisi hęc quę tam magnã mul-
titudinem perdidit, q; tu, quę pro vno doles? Si autẽ dicis mihi, Quoniã non est
planctus meus similis terrę: quoniã fructũ ventris mei perdidi, quem cũ mœro-
ribus peperi, & cũ doloribus genui: terra autẽ sm viam terrę, abijt q; in ea multitu-
do presens, quo modo euenit: & ego tibi dico, sicut tu cũ labore peperisti, sic & ter-
ra dat fructũ suũ homini ab initio ei qui fecit eã. Nunc ergo retine apud temetip-
sam dolorẽ tuũ, & fortiter fer qui tibi cõtigerunt casus. Si.n. iustificaueris terminũ B
dei, & cõsiliũ suũ recipies in tẽpore, & in talibus collaudaberis. Ingredere ergo in
ciuitatẽ ad virũ tuũ. Et dixit ad me, Nõ faciã, neq; ingrediar ciuitatẽ, sed hic mo-
riar. Et apposui adhuc loq ad eã, & dixi, Noli facere hũc sermonẽ, sed cõsenti plus
denti. Quot.n. casus Sion? Cõsolare ppter dolorẽ Ierusalẽ. Vides.n. qm sanctifi-
catio nostra deserta effecta est, & altare nostrũ demolitũ est, & tẽplũ nostrũ destru-
ctum est, & psalteriũ nostrũ humiliatũ est, & hymnus cõticuit, & exultatio nostra dis-
soluta est, & lumẽ candelabri nostri extinctũ est, & arca testamẽti nostri direpta est,
& sancta nostra cõtaminata sunt, & nomẽ qd inuocatũ est super nos, penè propha-
natum est: & liberi nostri cõtumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt,
& Leuitę nostri in captiuitatem abierunt, & virgines nostrę coinquinatę sunt,
& mulieres nostrę vim passę sunt, & iusti nostri rapti sunt, & paruuli nostri proie-

diti sunt, & iuuenes nostri seruierunt, & fortes nostri inualidi facti sunt: & quod
omnium maius signaculum Sion, quoniam resignata est de gloria sua. Nam &
tradita est in manibus eorũ qui nos oderunt. Tu ergo excute tuam tristitiã mul-
tam, & depone abs te multitudinem dolorũ, vt tibi repropitietur fortis, & requiẽ
faciet tibi altissimus requietionem laborũ. Et factum est, quũ loquebar ad eam,
facies eius fulgebat subito & species, coruscus fiebat visus eius, vt essem pauens
valde ad eam & cogitarem quid esset hoc. Et ecce, subito emisit sonitũ vocis ma-
gnum timore plenum, vt commoueretur terra à mulieris sono. & vidi: & ecce, am
C plius mulier non cõparebat mihi, sed ciuitas ędificabatur, & locus demonstra-
batur de fundamentis magnis: & timui, & clamaui voce magna, & dixi, Vbi est
d Vriel angelus, qui à principio venit ad me? quoniã ipse me fecit venire in mul-
titudine in excessu mentis huius, & factus est finis meus in corruptionẽ, & oratio
mea in improperium. Et quum essem loquens ego hęc, ecce venit ad me, & vidit
me: & ecce eram positus vt mortuus, & intellectus meus alienatus erat, & tenuit
dexteram meam, & cõfortauit me, & statuit me super pedes meos, & dixit mihi,
Quid tibi est? & quare conturbatus est intellectus tuus, & sensus cordis tui? & qua-
re cõturbaris? Et dixi, Quoniam dereliquisti me, & ego quidem feci secundũ ser-
mones tuos, & exiui in campũ: & ecce vidi & video quod non possum enarrare. Et
dixit ad me, Sta vt vir, & commonebo te. Et dixi, Loquere domine meus tu in me,
noli me derelinquere, vt non frustra moriar: quoniã vidi quę non sciebã, & au-
dio quę non scio. Aut nunquid sensus meus fallitur, anima mea supremat? Nũc
ergo deprecor te, vt demonstres seruo tuo de excessu hoc. Et respondit ad me, &
dixit, Audi me, & doceam te, & dicam tibi de quibus times: quoniã altissimus re
uelauit tibi mysteria multa. Vidit rectam viam tuam, quoniã sine intermissione
contristabaris pro populo tuo, & valde lugebas propter Sion. Hic ergo intelle-
ctus visionis quę tibi apparuit ante paululum. Quã vidisti lugentem, inchoasti
consolari eam. Nunc autem iam speciem mulieris non vides, sed apparuit tibi
ciuitas ędificari: & quoniam enarrabat tibi de casu filij sui, hęc absolutio est. Hęc
D mulier quã vidisti, hęc est Sion: & quoniã dixit tibi quã & nunc conspicies, vt ci
uitatem ędificatam. Et quoniã dixit tibi, quia sterilis fuit triginta annis: propter
quod erant anni scilicet triginta, quãdo non erat in ea adhuc oblatio oblata. Et fa
ctum est post annos triginta, ędificauit Salomon ciuitatẽ, & obtulit oblationes,
tunc fuit quando peperit sterilis filium. Et quod tibi dixit, quoniã nutriuit eum
cum labore, hoc erat habitatio in Ierusalem. Et quoniã dixit tibi, quod filius meus
veniens in suo thalamo mortuus esset, & contigisset ei casus, hoc erat quę facta
est ruina Ierusalem. Et ecce, vidisti similitudinem eius: & quoniã filium lugeret,
inchoasti consolari eam: & de his quę contigerunt, hęc erant tibi aperienda. Et
nunc videt altissimus, quoniã ex animo contristatus es, & quoniã ex toto corde
pateris pro ea, ostendit tibi claritatem glorię eius, & pulchritudinẽ decoris eius.
Propterea enim dixit tibi vt maneres in cãpo vbi domus non est ędificata. Scie-
bam enim ego, quoniã altissimus incipiebat ostendere hęc: propterea dixi tibi vt
venires in agrum vbi non est fundamentũ ędificij. Nec enim poterat opus ędifi-
cij hominis sustineri in loco, vbi incipiebatur altissimi ciuitas ostendi. Tu ergo
noli timere, neque expauescat cor tuum: sed ingredere, & vide splendorem & ma-
E gnitudinem ędificij, quãtum capax est tibi visus oculorũ videre: & post hęc au-
dies quãtum capit auditus aurium tuarum audire. Tu enim beatus es prę mul-
tis, & vocatus es apud altissimum sicut & pauci. Nocte autem quę in crastinum
futura est, manebis hic: & ostendet tibi altissimus has visiones supremorum, quę
faciet altissimus his qui habitant super terram à nouissimis diebus. Et dormiuĩ
illam noctem & aliam, sicut dixerat mihi.

CAP. XI.

A ET vidi somnium, & ecce ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim alę
pennarum, & capita tria. Et vidi, & ecce expandebat alas suas in omnem ter-
ram, & omnes venti coeli insufflabant in eam, & colligebantur. Et vidi, & de
pennis eius nascebantur contrarię pennę, & ipse fiebant in pennaculis minutis
& modicis. Nam capita eius erant quiescentia, & dimidium caput erat maius
aliorum capitum, sed ipsa quiescebat cum eis. Et vidi, & ecce aquila volauit in

pennis suis, & regnauit super terram, & super eos qui habitant in ea. Et vidi,
quoniam subiecta erant ei omnia sub coelo, & nemo illi contradicebat, neque
vnus de creatura quę est super terram. Et vidi, & ecce surrexit aquila super vn-
gues suos, & misit vocem pennis suis, dicens, Nolite omnes simul vigilare, dor
mite vnusquisq; in loco suo, & per tempus vigilate. Capita autē in nouissimo
seruentur. Et vidi, & ecce vox non exibat de capitibus eius, sed de medietate cor
poris eius. Et numeraui contrarias pennas eius, & ecce ipsę erant octo. Et vidi,
& ecce à dextera parte surrexit vna penna, & regnauit super omnem terram. Et
factum est quum regnaret, venit ei finis, & non apparuit locus eius: & sequens B
exurrexit, & regnabat. Ipsa multū tenuit tempus. Et factum est quū regnaret, &
veniebat finis eius, vt nō appareret sicut prior. Et ecce vox emissa est illi, dicens,
Audi tu quę tanto tempore tenuisti terram. hęc annuntio tibi antequā incipias
non apparere. Nemo post te tenebit tempus tuū, sed nec dimidium eius. Et le-
uauit tertia, & tenuit principatum sicut & priores: & non apparuit & ipsa. Et sic
contingebat & omnibus alis singulatim principatū gerere, & iterum nusquam
comparere. Et vidi, & ecce in tempore sequentes pennę erigebātur à dextera par
te, vt tenerent & ipsę principatū: & ex his erant quę tenebant, sed tamen statim
non cōparescebant. Nam & aliquę ex eis erigebantur, sed non tenebant princi-
patum. Et vidi post hęc, & ecce non cōparuerunt duodecim pennę, & duo pen-
nacula: & nihil superérat in corpore aquilę, nisi duo capita quiescentia & sex pē
nacula. Et vidi, & ecce sex pennaculis diuisę sunt duę, & manserunt sub capite,
quod est ad dexterā partem: nam quatuor mānserunt in loco suo. Et vidi, & ecce C
subalares cogitabant se erigere, & tenere principatus. Et vidi, & ecce vna erecta
est, sed statim non cōparuit. Et secundę velocius quàm priores non comparue-
runt. Et vidi, & ecce duę quę superauerāt apud semetipsas cogitabant & ipsę re-
gnare: & in eo quū cogitarent, ecce vnum quiescentium capitum quod erat me-
dium, euigilabat. hoc enim erat duorū capitum maius. Et vidi quoniam cōple-
ta sunt duo capita secum: & ecce cōuersum est caput cum his qui cum eo erant,
& comedit duas subalares quę cogitabant regnare. Hoc etiam caput percōter-
ruit omnem terrā, & dominabatur in ea his qui habitant terrā cum labore mul
to, & potentatum tenuit orbis terrarum super omnes alas quę fuerant. Et vidi
post hęc, & ecce medium caput subito non cōparuit, & hoc sicut alę. Superaue-
runt autem duo capita, quę & ipsa similiter regnauerunt super terram, & super
eos qui habitant in ea. Et vidi, & ecce deuorauit caput à dextera parte illud quđ
à leua. Et audiui vocem dicentem mihi, Conspice contra te, & considera quod
vides. Et vidi, & ecce sicut leo concitatus de sylua rugiens: & vidi quoniā emit- D
tebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit dicens, Audi tu, & loquar ad te, & di
cet altissimus tibi, Nónne tu es qui superasti de quatuor animalibus, quę fecerā
regnare in seculo meo, & vt per eos veniret finis temporum eorum? Et quartus
veniens deuicit omnia animalia quę trāsierunt, & potentatu tenuit seculū cum
tremore multo, & omnem orbem cū labore pessimo, & inhabitauit tot tempo-
ribus orbem terrarū cum dolo. Et iudicasti terram non cum veritate. Tribulasti
enim mansuetos, & lęsisti quiescentes, & dilexisti mendaces, & destruxisti habita-
tiones eorū qui fructificabant: & humiliasti muros eorū, qui te non nocuerunt.
Et ascendit contumelia tua vsq; ad altissimū, & superbia tua ad fortem. Et respe-
xit altissimus superba tempora, & ecce finita sunt, & scelera eius completa sunt.
Propterea non appareas tu aquila, & alę tuę horribiles, & pennacula tua pessi-
ma, & capita tua maligna, & vngues tibi pessimi, & omne corpus tuum vanum,
vti refrigeretur omnis terra, & reuertatur liberata de tua vi, & speret iudicium
& misericordiam eius qui fecit eam.

CAP. XII.

ET factum est, dum loqueretur leo verba hęc ad aquilā: & vidi, & ecce quđ su- A
perauerat caput, & non cōparuerunt quatuor alę illę quę ad eū transierunt,
& erectę sunt vt regnarent: & erat regnū eorum exile, & tumultu plenū. Et vidi,
& ecce ipsa nō apparebant, & omne corpus aquilę incendebatur, & expauescebat
terra valde, & ego à tumultu & excessu mentis, & à magno timore vigilaui, &
dixi spiritui meo, Ecce tu prestitisti mihi hoc in eo, quod scrutaris vias altissimi.

Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo inualidus sum valde, & nec mo-
dica est in me virtus à multo timore, quā expaui nocte hac. Nunc ergo orabo al-
tissimum, vt me confortet vsq; in finem. Et dixi, Dominator dñe, si inueni gratiā
ante oculos tuos, & si iustificatus sum apud te prę multis, & si certè ascendit de-
precatio mea ante faciem tuā, conforta me, & ostende seruo tuo mihi interpreta-
tionem & distinctionem visus horribilis huius, vt plenissime cōsoleris animam
meam. Dignū enim me habuisti ostendere mihi temporū nouissima. Et dixit ad
me, Hęc est interpretatio visionis huius, Aquilam quā vidisti ascendentem de
mari, hoc est regnū quod visum est in visione Danieli fratri tuo. Sed non est illi
interpretatum, quoniā ego nunc tibi interpretor. Ecce dies veniūt, & exurget re-
gnū super terrā, & erit timor terrior omniū regnorū quę fuerūt ante eū. Regna-
B bunt autē in ea reges duodecim, vnus post vnū. Nam secūdus incipiet regnare,
& ipse tenebit amplius tempus pre duodecim. Hęc est interpretatio duodecim
alarum quas vidisti. Et quā audisti vocem quę loquuta est, nō de capitibus eius
exeuntem, sed de medio corporis eius, hęc est interpretatio, quoniā post tempus
regni illius nascentur cōtentiones non modicę, & periclitabitur vt cadat: & non
cadet tunc, sed iterum constituetur in suum initium. Et quoniā vidisti subalares
octo cohęrentes alis eius, hęc est interpretatio. exurgent in ipso octo reges, quorū
erunt tempora leuia, & anni citati, & duo quidē ex ipsis peribunt. Appropinquāte
autem tempore medio, quatuor seruabūtur in tempore, cū incipiet appropin-
quare tempus eius vt finiatur. duę verò in finem seruabūtur. Et quoniā vidisti
tria capita quiescentia, hęc est interpretatio. in nouissimis eius suscitabit altissi-
mus tria regna, & reuocabit in ea multa, & dominabūtur terrę, & qui habitāt in
ea, cum labore multo super omnes qui fuerūt ante hos. propter hoc ipsi vocati
sunt capita aquilę. Isti enim erūt qui recapitulabūt impietates eius, & qui perfi-
cient nouissima eius. Et quoniā vidisti caput maius non apparens, hęc est inter-
pretatio eius. quoniā vnus ex eis super lectum suū morietur, & tamen cum tor-
C mentis. Nam duo qui perseuerauerint, gladius eos comedet. Vnius enim gla-
dius comedet qui cū eo: sed tamen hic gladio in nouissimis cadet. Et quoniā vi-
disti duas subalares traiicientes super caput qđ est in dextera parte, hęc est inter-
pretatio. hi sunt quos conseruauit altissimus in finem suū, hoc est regnū exile, &
turbationis plenū. Sicut vidisti & leonem, quem vidisti de sylua euigilātem, &
rugientem, & loquentem ad aquilā, & arguentem eam, & iniustitias ipsius per
omnes sermones eius sicut audisti: hoc est ventus quē seruauit altissimus in finē
ad eos, & impietates ipsorū, & arguet illos, & incutiet coram ipsis discerptiones
eorum. Statuet enim eos in iudicio viuos: & erit, cūm arguerit eos, tunc corripiet
eos. nā residuum populi meum liberabit cū miseria, qui saluati sunt super fines
meos, & iucūdabit eos quoadusq; veniet finis dies iudicij: de quo loquutus sum
tibi ab initio. Hoc somnium qđ vidisti, & hę interpretationes. Tu ergo solus di-
gnus fuisti scire altissimi secretū hoc. Scribe ergo omnia ista in libro quę vidisti,
& pone ea in loco abscondito: & docebis ea sapientes de populo tuo, quorū cor-
da scis posse capere & seruare secreta hęc. Tu autē adhuc sustine hic alios dies
septē, vt tibi ostendatur quicquid visum fuerit altissimo ostendere tibi. Et profe-
ctus est à me. Et factum est, cūm audisset omnis populus quoniā pertransierunt
D septē dies, & ego non fuissem reuersus in ciuitatē, & cōgregauit se omnis à mini-
mo vsq; ad maximum: & venit ad me, & dixerūt mihi, dicētes, Quid peccauimus
tibi, & quid iniuste egimus in te, quoniā derelinquēs nos sedisti in loco hoc? Tu
enim nobis superes solus ex omnibus populis, sicut botrus de vinea, & sicut lu-
cerna in loco obscuro, & sicut portus & nauis saluata à tēpestate. Aut non suffi-
ciunt nobis mala quę contingunt? Si ergo tu non dereliqueris, quāto nobis erat
melius si essemus succēsi, & nos cū incendio Sion? Nec enim nos sumus meliores
eorū qui ibi mortui sunt. Et plorauerūt voce magna. Et respondi ad eos, & dixi,
Confide Israel, & noli tristari tu domus Iacob. Est enim memoria vestri coram
altissimo, & fortis non est oblitus vestri in tentatione. Ego enim non dereliqui
vos, neq; excessi à vobis: sed veni in hunc locum, vt deprecarer pro desolatione
Sion, vt quęrerem misericordiam pro humilitate sanctificationis vestrę. Et nūc

ite vnusquisque vestrum in domum suam, & ego veniam ad vos post dies hos. Et
profectus est populus, sicut dixi ei, in ciuitatem: ego autem sedi in campo septem
diebus, sicut mihi mandauit, & manducabam de floribus solúmodo agri, de her-
bis facta est esca mihi in diebus illis.

CAP. XIII.

A ET factum est post dies septé, & somniaui somniú nocte. Et ecce de mari ven-
tus exurgebat, vt côturbaret omnes fluctus eius. Et vidi, & ecce cóualescebat
ille homo cum millibus coeli: & vbi vultú suum vertebat vt cósyderaret, treme-
bant omnia quę sub eo videbátur: & vbicúque exibat vox de ore eius ardescebant
omnes qui audiebát voces eius, sicut quiescit terra quádo senserit igné. Et vidi
post hęc, & ecce cógregabatur multitudo hominú, quorum nó erat numerus de
quatuor ventis coeli, vt debellarent hominé qui ascenderat de mari. Et vidi, &
ecce sibimetipsi sculpserat montem magnú, & volauit super eú. Ego aút quęsiui
videre regioné, vel locú vnde sculptus esset mons, & nó potui. Et post hęc vidi,
& ecce, omnes qui cógregati sunt ad eú, vt expugnarent eú, timebant valde, tamé
audebant pugnare. Et ecce, vt vidit impetú multitudinis venientis non leuauit
manú suam, neque phrameá tenebat, neque aliquod vas bellicosum, nisi solúmodo
vt vidi, quoniá emisit de ore suo sicut flatú ignis, & de labijs eius spiritus flámę,
& de lingua eius emittebat scintillas, & tépestates, & cómista sunt omnia simul, hic
flatus ignis, & spiritus flámę, & multitudo tépestatis: & cócidit super multitudiné
in impetu, quę preparata erat pugnare, & succédit omnes, vt subito nihil videre-
tur de innumerabili multitudine, nisi solummodo puluis, & fumi odor: & vidi, &
extimui. Et post hęc vidi ipsum hominé descendenté de monte, & vocanté ad se B
multitudiné aliam pacificá, & accedebat ad eú vultus hominú multorú quorú-
dam gaudentiú, quorúdam tristantiú: aliqui veró alligati: aliqui adducentes ex
eis qui offerebantur. & ęgrotaui à multitudine pauoris, & expergefactus sum, &
dixi, Tu ab initio demonstrasti seruo tuo mirabilia hęc, & dignú me habuisti vt su-
sciperes deprecationé meá: & nunc demonstra mihi adhuc interpretationé somnij
huius. Sicut enim existimo in sensu meo, vę qui derelicti fuerint in diebus illis: &
multo plus vę his qui nó sunt derelicti. Qui .n. nó sunt derelicti, tristes erant. In-
telligo nunc quę sunt reposita in nouissimis diebus, et occurrent eis, sed et his qui
derelicti sunt. Propter hoc venerút .n. in pericula magna, et necessitates multas,
sicut ostendút somnia hęc. Attamé facilius est periclitanté venire in hunc, qȝ per-
transire, sicut nubé à seculo, et nó videre quę cótingunt in nouissimo. Et respódit
ad me, et dixit, Et visionis interpretationem dicá tibi: et de quibus loquutus es,
adaperiam tibi. Quoniá de his dixisti qui derelicti sunt, hęc est interpretatio. qui
auferet periculú illo tempore, hic se custodiuit. qui in periculo inciderút, hi sunt,
qui habét opera, et fidem ad fortissimú. Scito ergo quoniá magis beatificati sunt,
qui derelicti super eos qui mortui sunt. Hę interpretationes visionis, quia vidi-
sti virú ascendenté de corde maris, ipse est quem cóseruat altissimus multis tépo-
ribus, qui per semetipsum liberabit creaturá suam: et ipse disponet, qui derelicti
sunt. Et quoniá vidisti de ore eius exire, vt spiritú, et ignem, et tempestaté: et quo-
niam nó tenebat phrameá, neque vas bellicosum: corrupit enim impetus eius mul- C
titudiné, quę venerat expugnare eú, hęc est interpretatio. ecce dies venient, quádo
incipiet altissimus liberare eos qui super terrá sunt: et veniet in excessu mentis su-
per eos qui inhabitant terrá. Et alij alios cogitabút debellare: ciuitas ciuitatem, et
locus locú, et gens aduersus genté, et regnú aduersus regnú. Et erit, quú fient hęc,
et cótingent signa quę anté ostendi tibi: et túc reuelabitur filius meus, quem vidi-
sti, vt virú ascendentem. Et erit quando audierint omnes gentes vocem eius: et
derelinquet vnusquisque in regione sua bellú suum, qđ habent ad alterutrum: et
colligetur in vnú multitudo innumerabilis, sicut volentes venire, et expugnare
eum. Ipse aút stabit super cacumen montis Sion. Sion aút veniet, et ostendetur
oibus parata, et ędificata: sicut vidisti montem sculpi sine manibus. Ipse autem
filius meus arguet, quę adinuenerút gentes, impietates eorú has, quę tempestati
appropinquauerunt, propter mala cogitamenta eorum, et cruciamenta, quibus
incipient cruciari: quę assimilatę sunt flammę, et perdet eos sine labore per le-
gem, quę igni assimilata est. Et quoniá vidisti eú colligentem ad se aliam multitu-

tudinem pacificã, hę sunt decẽ tribus, quę captiuę factę sunt de terra sua, in die
bus Osee regis, quem captiuũ duxit Salmanasar rex Assyriorũ: & transtulit eos
trans flumen, & translati sunt in terram aliam. Ipsi aũt sibi dederunt consilium
hoc, vt derelinquerent multitudinem gentiũ, & pficiscerentur in vlteriorem re
gionem, vbi nunq̃ inhabitauit genus humanũ: vel ibi obseruare legitima sua,
quę nõ fuerant seruãtes in regione sua. Per introitus aũt angustos fluminis Eu
D phrãten introierunt. Fecit enim eis tunc altissimus signa, & statuit venas flumi
nis vsquequo trãsirent. Per eam enim regionem erat via multa itineris, anni
vnius, & dimidij: nã regio illa vocatur Arsareth. Tunc inhabitauerunt ibi vsq;
in nouissimo tẽpore: & nunc iterũ quũ cœperint venire, iterũ altissimus statuet ve
nas fluminis, vt possint transire: ppter hęc vidisti multitudinem cũ pace. Sed &
qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inueniũtur intra terminũ meũ. Fa
ctum erit ergo, quãdo incipiet perdere multitudinẽ earũ, quę collectę sunt gẽtes,
proteget eos qui superauerunt pplm: & tunc ostendet eis multa plurima portẽ
ta. Et dixi ego, Dominator dñe, hoc mihi ostẽde, ppter qđ vidi virum ascenden
tem de corde maris. Et dixit mihi, Sicut nõ potes hęc vel scrutari, vel scire, quę
sunt in profundo maris: sic nõ poterit quisq; super terrã videre filiũ meum, vel
eos, qui cũ eo sunt, nisi in tẽpore diei. Hęc est interpretatio somnij, quod vidisti,
& propter quod illuminatus es hic solus. Dereliquisti enim tuã, & circa meã va
casti legẽ, & quęsisti. Vitã enim tuã disposuisti in sapientia, & sensum tuũ vocasti
matrẽ: & pp hoc ostẽdi tibi merces apud altissimũ. erit enĩ, post alios tres dies, ad
te alia loquar, & exponã tibi grauia, & mirabilia. Et pfectus sum, & transij in cam
pũ, multũ glorificans, & laudãs altissimũ de mirabilibus, quę p tẽpus faciebat: &
qm̃ gubernat ipm, & q̃ sũt in tpibus illata, & sedi ibi trib⁹ dieb⁹. CAP. XIIII.
A ET factum est tertio die, & ego sedebam sub quercu. Et ecce, vox exiuit contra
me de rubo, & dixit, Esdra Esdra. Et dixi, Ecce ego domine. Et surrexi super
pedes meos. Et dixit ad me, Reuelans reuelatus sum super rubum, & loquutus
sum Moysi, quãdo populus meus seruiebat in Aegypto, & misi eum, & eduxi po
pulũ meũ de Aegypto, & adduxi eum super montẽ Sina, & detinebam eũ apud
me diebus multis: & enarraui ei mirabilia multa, & ostendi ei temporũ secreta, &
finem: & pcepi ei, dicens, Hęc in palàm facies verba, & hęc abscondes. Et nunc ti
bi dico: signa quę demonstraui, & somnia quę vidisti, & interpretationes quas
tu vidisti, in corde tuo repone ea: tu enim recipieris ab omnibus, cõuerteris resi
duus cũ consilio meo, & cũ similibus tuis, vsquequo finiantur tempora. quoniã
seculũ perdidit iuuentutem suã, & tempora appropinquant senescere. Duode
cim enim partibus diuisum est seculũ, & transierunt eius decima, & dimidiũ de
cimę partis: supersunt aũt eius post mediũ decimę partis. Nũc ergo dispone do
B mum tuã: & corripe populũ tuum, & consolare humiles eorũ, & renuntia iam cor
ruptelę, & dimitte abs te mortales cogitationes, & proijce abs te pondera huma
na, & exue te iam infirmam naturã & repone in vnã partem molestissima tibi co
gitamenta, & festina transmigrare à temporibus his: quę enim vidisti nunc con
tigisse mala, iterũ horum deteriora facient. quantũ enim inualidum fiet seculũ
à senectute, tantum multiplicabuntur super inhabitãtes mala. Prolongauit enĩ
se magis veritas, & appropinquauit mendaciũ. Iam enim festinat venire, quam
vidisti visionem. Et respondi, et dixi corã te domine, Ecce enim ego abibo, sicut
precepisti mihi, et corripiam psentem populũ. Qui aũt iterum nati fuerint, quis
cõmouebit? Positum est ergo seculũ in tenebris: et qui inhabitant in eo, sine lu
mine. Quoniam lex tua incensa est, ppter qđ nemo scit quę à te facta sunt, vel
quę incipient opera. Si enim inueni in te gratiã, immitte in me spiritũ sanctũ, et
scribam omne qđ factum est in seculo ab initio, quę erant in lege tua scripta, vt
possint homines inuenire semitã: et qui voluerint viuere in nouissimis, viuãt.
C Et respondit ad me, et dixit, Vadens cõgrega populũ, et dices ad eos vt nõ quę
rant te diebus quadraginta. Tu aũt pręparã tibi buxos multos, et accipe tecũ Sa
ream, Dabriam, Selemiam, Echanũ, et Asiel quinq; hos, qui parati sunt ad scri
bendũ velociter: et venias huc, et ego accendã in corde tuo lucernã intellectus,
quę nõ extinguetur, quoadusq; finiatur, quę incipies scribere. Et tunc perfectis

quędam palàm facies, quędã sapientibus absconse trades, in craſtinū enim hęc
hora īcipies scribere. Et pfectus sum, sicut mihi pcepit, et cgregaui oēm populū,
et dixi, Audi Israel verba hęc: Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Aegy/
pto, et liberati sunt inde: et acceperunt legē vitę, quam non custodierunt, quā et
vos post eos trāsgressi estis: et data est vobis terra in sortē, et terra Sion, et patres
vestri, et vos iniquitatem fecistis, et nō seruastis vias quas pcepit vobis altissimus:
et iustus iudex quū sit, abstulit à vobis in tēpore, qđ donauerat. Et nūc vos hic
estis, et fratres vestri introrsum vestrū sunt. Si ergo imperaueritis sensui vestro,
et erudieritis cor vestrū, viui cseruati eritis, et post mortē misericordias cseque
mini. Iudiciū enim post mortem veniet, quādo iterum reuiuiscemus: et tūc iu/
storum nomina parebunt, et impiorum facta ostendentur. Ad me igitur nemo ac D
cedat nunc, neq; requirat me vsq; dies quadraginta. Et accepi quinq; viros, sicut
mandauit mihi, et pfecti sumus in campū, et mansimus ibi. Et factus sum in cra
stinū, et ecce vox vocauit me, dicens, Esdra, aperi os tuū, et bibe quod te potaue
ro. Et aperui os meū, et ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenū si
cut aqua: color aūt eius vt ignis similis. Et accepi, et bibi: et in eo quū bibissem,
cor meū cruciabatur intellectu, et in pectus meū increscebat sapiētia. Nam spiri
tus meus cseruabatur memoria. Et apertū est os meū, et nō est clausum amplius.
Altissimus dedit intellectū quinq; viris, et scripserunt quę dicebantur excessio/
nes noctis quas nō sciebant. Nocte aūt manducabant panem, ego aūt per diem
loquebar, et per noctē nō tacebā. Scripti sunt aūt per quadraginta dies libri du
centiquatuor. Et factū est quū complevissent quadraginta dies, loquutus est al/
tissimus, dicens, Priora quę scripsisti, in palàm pone, et legant digni et indigni:
nouissimos aūt septuaginta cseruabis, vt tradas eos sapiētibus de pplo tuo. In
his enī est vena intellectus, et sapiētię fons, et sciētię flumē. Et feci sic. CA. XV.

Ecce loquere in aures plebis meę sermones prophetię, quos immisero in os A
tuū, dicit dominus, et fac vt in charta scribātur, quoniā fideles et veri sunt.
Ne timeas à cogitationibus aduersum te, nec turbent te incredulitates dicentiū.
Quoniā omnis incredulus in incredulitate sua morietur. Ecce ego induco, di
cit dominus, super orbē terrarum mala, gladium, et famem et mortē, et interitū: pro
pter qđ superpolluit iniqtas omnem terrā, et adimpleta sunt opera nociua illo/
rū. Propterea dicit dominus: Iam nō silebo de impietatibus eorum quę irreligio/
se agunt, nec sustinebo in his quę iniq; exercent, ecce sanguis innoxius et iustus
clamat ad me, et animę iustorum clamant perseueranter. Vindicans vindicabo il/
los dicit dominus, et accipiā omnem sanguinem innoxium ex illis ad me. Ecce
populus meus quasi grex ad occisionem ducitur, iam nō patiar illū habitare in
terra Aegypti: sed educā eum in manu potenti, et brachio excelso, et percutiam
plaga sicut prius, et corrumpā omnem terrā eius. Lugebit Aegyptus, et funda/
mēta eius plaga verberata, et castigatione quas inducet ei deus. Lugebunt cul/
tores operantes terrā, quoniā deficient semina eorum ab vredine et grandine, et à
sydere terribili. Vę seculo, et qui habitant in eo: qa appropinquauit gladius et cō
tritio eorum, et exurget gens cōtra gentem ad pugnā, et rhomphęa in manibus eo/
rum. Erit enim incōstabilitio hominibus, et alij alijs inualescentes nō curabunt B
regem suū et principes, viā gestorum suorum in potentia sua. Concupiscet enim ho/
mo in ciuitatem ire, et nō poterit. Propter superbiā enim eorum ciuitates turbabū
tur, domus exterentur, homines metuent. Non miserebitur homo pximū suum
ad irritū faciendū domos eorum in gladium, ad diripiendas substantias eorum pter
famē panis et tribulationem multā. Ecce ego cuoco, dicit deus, omnes reges ter
rę ad me verendum, qui sunt ab oriente, et ab austro, ab euro, et à Libano, ad
cuertendos ad se, et reddere quę dederunt illis: sicut faciunt vsque hodie electis
meis, sic faciam et reddam in sinu eorum. Hęc dicit dominus deus, Non parcet dex
tera mea super peccatores, nec cessabit rhomphęa super effundentes sanguinem
innocētū super terrā. Exijt ignis ab ira eius et deuorauit fundamenta terrę, et pec
catores quasi stramen incensum. Vę eis qui peccant, et non obseruant mandata
mea, dicit dominus, nō parcam illis. Discedite filij à potestate. Nolite contami
nare sanctificationē meā, quoniā nouit dominus omnes qui delinquunt in illū.

propterea tradidit eos in mortem, e in occisionem. Iam enim venerunt super
urbem terrarũ mala, & manebitis in illis. non enim liberabit vos deus, propter
quod peccastis in eum. Ecce visio horribilis, e facies illius ab oriente. Et exient
nationes draconum Arabum in curribus multis, & sicut flatus eorum nume-
rus fertur super terram, vt iam timeant e trepident omnes qui illos audient. Car-
monij insanientes in ira, e exient vt apri de sylua, e aduenient in virtute magna,
& constabunt in pugnam cum illis, & vastabunt portionem terrę Assyriorum.
Et post hęc superualescent dracones natiuitatis suę memores, e conuertent se con-
spirantes in virtute magna ad persequendos eos. Isti turbabuntur e silebunt in
virtute illorum, et conuertent pedes suos in fugam, e à territorio Assyriorũ sube-
sessor obsidebit eos, e consumet vnum ex illis, e erit timor et tremor in exercitu
C tu illorum, e cõtentio in reges ipsorum. Ecce nubes ab oriente, e à septentrio-
ne vsq; ad meridianum, e facies earuz horrida valde, plena irę e procelle, e col-
lident se inuicem, e collident sydus copiosum super terram, e sydus illorum, et
erit sanguis à gladio vsq; ad ventrem, e fimus hominis vsq; ad substramen came-
eli, e erit timor e tremor multus super terrã, e horrebunt qui videbunt iram
illam, e tremor apprehendet illos e post hęc mouebuntur nimbi copiosi à me-
ridiano, e septentrione, e portio alia ab occidente: e superinualescent venti ab
oriente, e recludent eam, e nubem quam suscitauit in ira, e sydus ad faciendaz
exterritationem ad orientalem ventum et occidentem violabitur: e exaltabun-
tur nubes magnę e validę plenęq; irę, e sydus, vt exterreant omnem terram, e in-
habitantes eam, e infundent super omnem locum altum e eminentez sydus ter-
ribile, ignem e grandinem, e rhompheas volãtes, e aquas multas, vt etiam im-
pleantur omnes campi, e omnes riui plenitudine aquarum multarum. e deme-
lientur ciuitates, e muros, e montes, e colles, et ligna syluarum, e fœnum pra-
torum, e frumenta eorum. Et transibunt constãtes vsq; Babylonem, e exterent
eam: conuenient ad ipsam, e circuibunt eam, e effundent sydus e omnem iram
super eaz, e subibit puluis e fumus vsque in coelum, e omnes in circuitu luge-
bunt eam: & qui sub ea remanserint, seruient his qui exterruerunt. Et tu Asia
concors in spem Babylonis, & gloria personę eius: vę tibi misera propter quod
D assimilasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione ad placendum & gloriandum
in amatoribus tuis, qui tecum cupierunt semper fornicari. Odibilem imitata es
in omnibus operibus eius, & in adinuentionibus eius, ꝓpterea dicit deus, Immit-
tam tibi mala, viduitatem, paupertatem, & famem, & gladium, & pestem, ad de-
uastandas domos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis tuę. Sicut flos
siccabitur, quum exurget ardor qui emissus est super te infirmaberis vt paupere-
cula plagata, e castigata à mulieribus, vt nõ possint te suscipere potentes e ama-
tores. Nunquid ego sic zelabor te dicit dominus, nisi occidisses electos meos in
omni tempore, exaltans percussionem manuum, & diceres super mortem eoruz,
quum inebriata esses, Exorna speciem vultus tui? Merces fornicationis tuę in si-
nu tuo, propter hoc redditionem accipies. Sicut facies electis meis, dicit domi-
nus, sic faciet tibi deus, e tradet te in malũ. Et nati tui fame interient: & tu rhõ-
phęa cades, e ciuitates tuę cõterentur, e omnes tui in campo gladio cadent. Et
qui sunt in montibus, fame peribunt, & manducabunt carnes suas, & sanguinẽ
bibent à fame panis & siti aquę. Infœlix per maria venies, & rursuz accipies ma-
la. Et in transitu allident ciuitatem occisam, & exterent aliquam portionem ter-
rę tuę, & partem glorię tuę exterminabunt, rursum reuertentes conuersam, Et de-
molita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis: & deuorabunt te, e ciuitates
tuas, terram tuam, & montes tuos, omnes syluas tuas, & lignum fructiferum
igni comburent. Filios tuos captiuos ducent, & censum tuum in prędam ha-
bebunt, & gloriam faciei tuę exterminabunt.

CAPVT XVI.

A VAe tibi Babylon & Asia, vę tibi Aegypte & Syria. Pręcingite vos saccis e
cilicijs, e plangite filios vestros, e dolete: quoniã appropinquauit ꝓditio ve-
stra. Immissus est vobis gladius, e quis est qui auertat illũ? Immissus est in vo-
bis ignis, & quis est qui extinguat illum? Immissa sunt vobis mala, & quis est
qui repellat ea? Nunqd repellet aliquis leonẽ esurientem in sylua, aut extinguet

ignem in stipula mox quando cœperit ardere? Nunquid repellet aliquis sagittam
à sagittario forti missam? Dominus fortis imittit mala, & quis est qui repellat
ea? Exiet ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguat eum? Coruscabit, & quis nõ
timebit? Tonabit, & quis nõ pauebit? Dominus cominabitur, & quis nõ fundi-
tus conteretur à facie ipsius? Terra tremuit & fundamẽta eius, mare fluctuat de pro-
fundo, & fluctus eius disturbabuntur, & pisces eius à facie domini, & à gloria vir-
tutis eius: quoniã fortis dextera eius quę arcũ tendit, sagittę eius acutę quę ab
ipso mittuntur, nõ deficiẽt quũ cœperint mitti in fines terrę. Ecce mittuntur ma-
la, & nõ reuertentur, donec veniant super terrã. Ignis succenditur, & nõ extin-
guetur, donec cõsumat fundamenta terrę. Quemadmodũ nõ redit sagitta missa
à valido sagittario: sic nõ reuertentur mala, quę missa fuerint in terrã. Vę mihi,
vę mihi: quis me liberabit in illis diebus? Initium dolorũ & multi gemitus, ini-
tium famis & multi interitus, initium bellorũ & formidabunt potestates, initiũ
malorũ & trepidabunt omnes. In his quid faciã quum venerint mala? Ecce fames
& plaga, & tribulatio, & angustia missa sunt flagella in emendatione, & in his
omnibus se non conuertent ab iniquitatibus suis, neq; flagellorũ memores erunt B
semper. Ecce, erit annonę vilitas super terrã, sic vt putẽt sibi esse directã pacem,
& tunc germinabunt mala super terrã, gladius, fames, & magna cõfusio. A fame
enim plurimi qui inhabitant terrã interient, & gladius perdet cęteros, qui supe-
rauerint à fame, & mortui sicut stercora proiicientur, & non erit qui cõsoletur eos.
Derelinquetur enim terra deserta, & ciuitates eius deiicient. Non derelinquetur
qui colat terrã, & qui seminet eam. Ligna dabit fructus, & quis vindemiabit illa?
Vua matura fiet, & quis calcabit illam? Erit enim locis magna desertio. Cupiet
enim homo hoiem videre, vel vocem eius audire. Relinquentur enĩ de ciuita-
te decem, & duo de agro qui absconderint se in densis nemoribus, & scissuris pe-
trarũ. quemadmodũ cum derelinquũtur in oliueto, & singulis arboribus tres aut
quatuor oliuę: aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquũtur ab his qui di-
ligenter vineã scrutantur: sic relinquentur in diebus illis tres aut quatuor scru-
tantibus domos eorũ in rhõphea. Et relinquet terra deserta, & agri eius inueterá-
bunt, & vię eius & omnes semitę eius germinabunt spinas, eò quod nõ transient
homines per eã. Lugebunt virgines nõ habentes sponsos, lugebunt mulieres nõ
habentes viros, lugebunt filię earũ non habentes adiutorium sponsi earũ. in bel-
lo cõsumentur, & viri earum in fame exterentur. Audite verò ista, & cognoscite
ea serui domini. Ecce verbũ domini, excipite illud: ne diis credatis, de quibus di-
cit dominus. Ecce appropinquant mala, & non tardant. Quemadmodũ prægnans
quum parit in nono mense filiũ suum, appropinquante hora partus eius ante
horas duas vel tres, dolores circumeunt ventrẽ eius, & prodeunte infante de ven- C
tre non tardabunt vno puncto: sic non morabuntur mala ad prodeundum su-
per terram, & seculum gemet, & dolores circuntenebunt illud. Audite verbum,
plebs mea: Parate vos in pugnã, & in malis sic estote, quasi aduenę terrę. Qui
vendit, quasi qui fugiat: & qui emit, quasi qui perditurus. Qui mercatur, quasi qui
fructũ nõ capiat: & qui ędificat, quasi nõ habitaturus. Qui seminat, quasi qui nõ
metet: sic & qui vineam putat, quasi qui nõ vindemiaturus. Qui nubunt, sicut
quasi filios nõ facturi: & qui non nubunt, sic quasi vidui. Propter quod qui la-
borant, sine caussa laborant. Fructus enim illorũ alienigenę metent, & substantiã
illorum rapient, & domos euertent, & filios eorum captiuabunt, quia in captiui-
tate & fame generant natos suos. Et qui negotiãtur in rapina, quantũ diu exor-
nant ciuitates & domos suas, & possessiones & personas suas, tanto magis adze-
labor eos super peccata sua dicit dominus. Quo modo zelatur fornicaria mulie-
rem idoneam & bonã valde, sic zelabitur iustitia iniquitatem quũ exornat se, &
accusat eã in facie, quum venerit qui defendat exquirentem omne peccatũ super
terram. Propterea nolite similari ei, nec operibus eius: quoniã adhuc pusillũ, &
tolletur iniquitas à terra, & iustitia regnabit in vos. non dicat peccator se non
peccasse: quoniam carbones ignis comburet super caput eius qui dicit. Non pecca-
ui corã domino deo, & gloria ipsius. Ecce dñs cognoscet oia opera hoiuũ, & ad-
inuentiones illorũ, & cogitationes illorũ, & corda illorum. Dixit enim, Fiat terra

& facta est: fiat cœlũ, & factum est. Et in verbo illius stellę fundatę sunt, & nouit
numerum stellarum. Qui scrutatur abyssum, & thesauros illarum: qui mensus
est mare, & cõceptum eius. Qui cõclusit mare in medio aquarũ, & suspendit terrã
super aquas verbo suo. Qui extendit cœlum quasi camerã, super aquas funda-
uit eã. Qui posuit in deserto fontes aquarũ, & super verticem montiũ lacus ad
emittendũ flumina ab eminenti petra, vt potaret terrã. Qui finxit hominẽ, & po-
D suit cor suũ in medio corporis, & misit ei spiritũ, vitã, & intellectũ, & spiramentũ
dei omnipotentis qui fecit oĩa, & scrutinat oĩa absconsa in absconsis terrę. Hic
nouit adinuentionem vestrã, & quę cogitatis in cordibus vestris, peccãtes, & vo-
lentes occultare peccata vestra. Propter quod dominus scrutinãdo scrutinauit
oĩa opera vestra, & traducet vos oẽs, & vos cõfusi eritis quum processerint pecca-
ta vestra corã hominibus, & iniquitates erunt quę accusatores stabunt in die il-
lo. Quid facietis? aut quõ abscondetis peccata vestra corã deo, & angelis eius?
Ecce iudex deus, timete eũ. Desinite à peccatis vestris, & obliuiscamini iniquita-
tes vestras iam agere eas in sempiterno, & deus educet vos, & liberabit de omni
tribulatione. Ecce enim incenditur ardor sup vos turbę copiosę, & rapient quos-
dã ex vobis, & cibabũt idolis occisos: & qui cõsenserint eis, erunt illis in derisum,
& in improperium, & cõculcationẽ. Erit enĩ locis locus, & in vicinas ciuitates exur-
rectio multa super timentes dominũ. Erũt quasi insani, nemini parcentes: ad de-
ripiendũ & deuastandũ adhuc timentes dñm, quia deuastabunt & diripient sub-
stantias, & de domibus suis eos eijcient. Tunc parebit probatio electorum meo-
rum, vt aurum quod probatur ab igne. Audite dilecti mei, dicit dominus: Ec-
ce adsunt dies tribulationis, & de his liberabo vos. Ne timeatis, nec hęsitetis:
quoniã deus dux vester est. Et qui seruat mandata & pręcepta mea, dicit dominus
deus, ne pponderent vos peccata vestra, ne superleuent se iniquitates vestrę. Vę
qui cõstringuntur à peccatis suis, & obteguntur ab iniquitatibus suis, quemad-
modũ ager cõstringitur à sylua, & spinis tegitur semita eius per quam non tran-
sit homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

D. HIERONYMI AD CHROMATIVM ET
Heliodorum in Tobiam Prefatio.

MIRARI non desino exactionis vestrę instantiã. Exigitis enim vt librũ Chaldęo sermone cõscriptum, ad Latinũ stylum traham, librũ vtiq; Tobię: quẽ Hebręi de catalogo diuinarũ scripturarũ secantes, his quę agiographa memo-rant, manciparunt. Feci satis desyderio vestro, nõ tamen meo studio. Arguunt & nos Hebręorũ studia: & imputant nobis, cõtra suũ canonẽ Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisęorũ displicere iudicio, & episcoporũ iussionibus deseruire: institi vt potui. Et quia vicina est Chaldęorũ lingua ser-moni Hebraico, vtriusq; linguę peritissimum loquacem reperiens, vnius diei la-borem arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito no-tario sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, quũ gratũ vobis didicero me, qđ iubere estis dignati, cõplesse.

LIBER TOBIAE.



A
Tobias ca-ptiuus inter Assyrios vi-am verita-tis nõ dese-rit.
Misericors Tobias.
Fugit idola
3. Reg. 12. f

OBIAS ex tribu & ciuitate Nephthali, quę est in su-
perioribus Galilęę supra Naasson, post viam quę du-
cit ad occidentem, in sinistro habens ciuitatem Sephet:
quum captus esset in diebus Salmanasar regis Assyrio-
rum, in captiuitate tamen positus, viam veritatis non
deseruit, ita vt omnia quę habere poterat, quotidie cõ-
captiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret.
Quumq; esset iunior omnibus in tribu Nephthali, ni-
hil tamen puerile gessit in opere. Denique quum irent
omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat
consortia omnium: & pergebat in Ierusalem ad templum domini, & ibi adora-
bat dominum deũ Israel, omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens,
ita vt in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnẽ decimationem. Hęc

Quũ verò factus fuisset B
& his similia secundum legem dei puerulus observabat. nomen suum impo Ducit vxorem
vir, accepit vxorem Annã de tribu sua, genuitq́ ex ea filium, Igi Annã, ex quã
nens ei, quem ab infantia timere deũ docuit, & abstinere ab omni peccato. Tobias gnat.
tur qui per captiuitatem deuenisset cũ vxore sua & filio in ciuitatẽ Niniuen, cũ Filiũ infantu/
omni tribu sua: & quũ omnes ederent ex cibis gentilium, iste custodiuit animã lũ docet deũ.
suam, & nunquã contaminatus est in escis eorũ. Et quoniã memor fuit domini Inuenit grãm
in toto corde suo, dedit illi deus gratiam in cõspectu Salmanasar regis: & dedit corãm Salma
illi potestatem quocũq; vellet ire, habens libertatem quęcunq; facere voluisset. C nasars
Pergebat ergo ad omnes qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis. Succurrit Ga/
Quum autem venisset in Rages ciuitatem Medorũ, & ex his quibus honoratus belo egenti.
fuerat à rege, habuisset decem talenta argenti, & quũ in multa turba generis sui Charitas To/
Gabelum egentem videret qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi me bię in fratres.
moratũ pondus argenti. Post multũ verò temporis mortuo Salmanasar rege, 4. Reg. 19. g
quum regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in Eccli. 48. d
conspectu suo, Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suã, & con/ D
solabatur eos, diuidebatq; vnicuiq; prout poterat, de facultatibus suis. esurien/ Isa. 37. g
tes alebat, nudisq́; vestimenta prębebat, & mortuis atq; occisis sepulturã sollici/ 1. Mac. 7. f. &
tus exhibebat. Deniq; quum reuersus esset rex Sennacherib fugiens à Iudęa pla/ 2. Mach. 9. e
gam, quam circa eum fecerat deus propter blasphemiam suam, & iratus multos Tobias fugit à
occideret ex filijs Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum. At vbi nunciatũ est facie Sẽnache/
regi, iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius. Tobias vero cum filio rib.
suo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eũ. Post dies verò Reuertitur.
quadraginta quinq;, occiderunt regem filij ipsius, & reuersus est Tobias in domũ

CAP. II. A

suam, omnisq́; facultas eius restituta est ei.

Post hęc verò quum esset dies festus domini, & factum esset prandium bonum Tobias suitat
in domo Tobię, dixit filio suo, Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timen timentes deũ
tes deum, vt epulentur nobiscum. Quumq́; abijsset, reuersus nunciauit vnum ad prandium.
ex filijs Israel iugulatum iacere in platęa. Statimq́; exiliens de accubitu suo, re/ Relictis cõui/
linquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus: tollensq́; illud portauit ad do uis, tollit cor/
mum suam occultè, vt dum sol occubuisset, cautè sepeliret eum. Quumq́; oc/ pus mortuum
cultasset corpus, manducauit panem cum luctu & tremore, memorans illum ser/ in domum vt
monem quem dixit dominus per Amos prophetam, Dies festi vestri conuertẽ B sepeliat.
tur in lamentationem & luctum. Quum verò sol occubuisset, abijt, & sepeliuit Amos. 8. c
eum. Arguebant autem eum omnes proximi eius, dicentes, Iam huius rei causa Arguitur à
interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterum sepelis mortuos? propinquis.
Sed Tobias plus timens deum quàm regem, rapiebat corpora occisorum, & oc/ Efficitur cęcus
cultabat in domo sua, & medijs noctibus sepeliebat ea. Contigit autem, vt in exemplum
quadam die fatigatus à sepultura, veniens in domum suam, iactasset se iuxta pa patientię po/
rietem, & obdormisset: & ex nido hirundinum dormienti illi, calida stercora steris.
inciderent super oculos eius, fieretq́; cęcus. Hanc autem tentationẽ ideo permi/ C
sit dominus euenire illi, vt posteris daret exemplũ patientię eius, sicut & sancti
Iob. Nam quum ab infantia sua semper deum timuerit, & mandata eius custo/ Tobiam parẽ/
dierit, non est contristatus contra deum quòd plaga cęcitatis euenerit ei: sed im tes irrident, q̃s
mobilis in dei timore permansit, agens gratias deo omnibus diebus vitę suę. increpat.
Nam sicut beato Iob insultabant reges: ita isti parentes & cognati eius irride/ Vxor Tobię
bant vitam eius, dicentes, Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas textrix.
faciebas? Tobias verò increpabat eos, dicens, Nolite ita loqui, quoniam filij san
ctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam deus daturus est his qui fidem D
suam nunquam mutant ab eo. Anna verò vxor eius ibat ad opus textrinum
quotidie: & de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, defe/ Innocentia
rebat. Vnde factum est, vt hœdum caprarum accipiens detulisset domi. Cuius Tobię.
quum vocem balantis vir eius audisset, dixit, Videte ne fortè furtiuus sit: reddi/ Vxor expro/
te eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contin/ brat ei eleemo/
gere. Ad hęc vxor eius irata respondit, Manifestè vana facta est spes tua, & elee/ synas.
mosynę tuę modo apparuerunt. Atque his, & alijs huiuscemodi verbis expro/
brabat ei.

CAPVT III.

A Tunc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis, dicens, Iustus es domi
Oratio Tobię ne, & omnia iudicia tua iusta sunt: & omnes vię tuę misericordia, & veritas,
ad deum. & iudiciũ. Et nunc dñe memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis,
neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. Quoniam non obediui
mus pręceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & morté,
Sara filia Ra- & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos.
guelis patitur Et nunc dñe magna iudicia tua, quia non egimus secundum pręcepta tua, & nõ
ĩproperium ab ambulauimus synceriter coram te. Et nunc domine scdm voluntatem tuam fac
ancilla patris sui mecum & pręcipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori ma-
B gis quàm viuere. Eadem itaque die contigit vt Sara filia Raguelis in Rages
ciuitate Medorum, & ipsa audiret improperium ab vna ex ancillis patris sui
quoniam tradita fuerat septem viris, & dęmonium nomine Asmodęus occide
rat eos mox vt ingressi fuissent ad eam. Ergo quũ pro culpa sua increparet puel
lam, rñdit ei, dicens, Amplius ex te non videamus filium, aut filiam super ter-
ram, interfectrix virorum tuorum. Nunquid & occidere me vis, sicut iam occidi
Oratio Sarę sti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suę: &
cũ ieiunio, vt tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neque bibit: sed in oratione
ab improperio persistens cum lachrymis deprecabatur deum, vt ab isto improperio liberaret eã.
liberetur C Factum est autem die tertia, dum compleret orationé, benedicens dominum, di
xit, Benedictum est nomé tuum deus patrum nostrorum: qui quum iratus fueris,
misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuo
cant te. Ad te domine faciem meam cóuerto, ad te oculos meos dirigo. Peto do
Innocétia Sa- mine vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certé desuper terram eri-
rę. pias me. Tu scis domine quia nunquam concupiui virũ, & mundam seruaui ani-
Castitas. mam meam ab omni concupiscentia. Nunquã cum ludentibus miscui me: neq;
Dei ɔsiliũ ex- cum his qui in leuitate ambulant, participé me prębui. Virum autẽ cum timore
tra hominis tuo, nõ cũ libidine mea cõsensi suscipere. Et aut ego indigna fui illis, aut illi for
potestaté. D sitan mihi non fuerũt digni: quia forsitan viro alij conseruasti me. Non est enim
in hominis potestate ɔsilium tuũ. Hoc autẽ pro certo habet omnis qui te colit,
*vel correptióe quòd vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fue
rit, liberabitur: & si in* correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit.
Eodẽ tpe exau Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem trãquillum fa
diunt preces cis, & post lachrymationé & fletũ, exultationé infundis. Sit nomé tuũ deus Israel
Tobię & Sarę. benedictũ in secula. In illo tpe exauditę sunt preces amborum in cõspectu glo
rię summi dei: & missus est angelus domini sanctus Raphael, vt curaret eos am-
bos, quorum vno tpe sunt oratiões in ɔspectu dñi recitatę, CAP. IIII.

A Igitur quum Tobias putaret orationé suam exaudiri vt mori potuisset, voca-
ExhortatioTo uit ad se Tobiam filium suum, dixitq; ei, Audi fili mi verba oris mei, & ea in
bię ad filiũ cũ corde tuo quasi fundamentum construe. Quum acceperit deus animam meam,
iã se moriturũ corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuę omnibus diebus vitę eius.
putaret eccle- memor enim esse debes quę & quãta pericula passa sit propter te in vtero suo.
sia.7.c. Quũ autẽ & ipsa compleuerit tẽpus vitę suę, sepelias eam circa me. Omnibus
Mi honorãda autẽ diebus vitę tuę in mente habeto deum: & caue ne aliquãdo peccato cõsen-
Deus in B tias, & pręterimittas pręcepta domini dei nostri. Ex substãtia tua fac eleemosynã,
corde hñdus. & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur
Eleemosyna. facies domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abũ
Lu.14.c.pro- danter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiã exiguũ libenter impertiri stude. Pręmiũ
uer.3.b.eccsia. enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniã eleemosyna ab omni pec
4.a.&.14.b. cato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna
Ecclesia.19.c. erit coram summo deo, eleemosyna omnibus facientibus eam. Attende tibi fi
Fornicatio. li mi ab omni fornicatione: & pręter vxorem tuam nunquam patiaris crimé scire.
Superbia C Superbiã nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa
Merces opãrij enim initium sumpsit omnis perditio. Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit,
Leui.19.c. sta tim ei mercedem restitue, & merces mercennarij tui apud te omnino non re-
Deu.4.c. maneat. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.
Matth.7.b Panem tuum cum esurientibus, & egenis comede: & de vestimentis tuis nudos
Esuriens,

lege. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex
eo manducare, e bibere cum peccatoribus. Consilium semper à sapiente per∼
quire. Omni tempore benedic deum: e pete ab eo vt vias tuas dirigat, & om∼
nia consilia tua in ipso permaneãt. Indico etiam tibi fili mi dedisse me decé ta∼
lenta argenti, dũ adhuc infantulus esses, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, &
chirographum eius apud me habeo: e ideo perquire quomodo ad eum perue∼
nias, e recipias ab eo suprà memoratũ pondus argenti, & restituas ei chirogra
phum suum. Noli timere fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, sed mul∼
ta bona habebimus si timuerimus deum, e recesserimus ab omni peccato, & fe∼
cerimus bene.

CAPVT V.

TVnc respondit Tobias patri suo, e dixit, Omnia quecunque precepisti mihi
faciã pater. Quomodo autẽ pecuniã hanc requirã, ignoro. ille me nescit, &
ego eum ignoro: quod signum dabo ei? Sed neque viã, per quã pergatur illuc,
aliquando cognoui. Tunc pater suus respondit illi, & dixit, Chirographũ qui∼
dem illius apud me habeo: quod dum illi ostenderis, statim restituet. Sed perge
nunc, & inquire tibi aliquẽ fidelem virum, qui eat tecũ salua mercede sua: dum
adhuc viuo, vt recipias eam. Tunc egressus Tobias, inuenit iuuenem splendi∼
dum, stantẽ, preçinctum, e quasi paratũ ad ambulandum. Et ignorans quòd an∼
gelus dei esset, salutauit eũ, e dixit, Vnde te habemus bone iuuenis? At ille respõ
dit, Ex filijs Israel. Et Tobias dixit ei, Nosti viam quę ducit in regionẽ Medorũ?
Cui respondit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, e mansi apud
Gabelum fratrẽ nostrũ, qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quę posita est
in monte Ecbatanis. Cui Tobias ait, Sustine me obsecro, donec hęc ipsa nuntiẽ
patri meo. Tunc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hęc patri suo. Sup quę
admiratus pater, rogauit vt introires ad eum. Ingressus itaq; salutauit eũ, e di∼
xit, Gaudiũ tibi sit semper. Et ait Tobias, Quale gaudium mihi erit, qui in tene
bris sedeo, & lumen cœli non video? Cui ait iuuenis, Forti animo esto, in proxi∼
mo est vt à deo cureris. Dixit itaque illi Tobias, Nunquid poteris perducere fi∼
lium meum ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum? Et quum rediens, resti∼
tuam tibi mercedem tuã. Et dixit ei angelus, Ego ducam, e reducam eum ad
te. Cui Tobias respondit, Rogo te, indica mihi de qua domo, aut de qua tribu
es tu? Cui Raphael angelus dixit, Genus quęris mercenarij, an ipsum mercenna∼
riũ qui cum filio tuo eat? Sed ne fortè solicitum te reddã, ego sum Azarias Ana
nię magni filius. Et Tobias respondit, Ex magno genere es tu. Sed peto ne ira∼
scaris quòd voluerim cognoscere genus tuum. Dixit autẽ illi angelus, Ego sa∼
num ducã, e sanum tibi reducã filium tuũ. Respondens autẽ Tobias, ait, Bene
ambuletis, & sit deus in itinere vestro, e angelus eius comitetur vobiscũ. Tunc
paratis omnibus quę erant in via portanda, fecit Tobias vale patri suo & ma∼
tri suę, e ambulauerunt ambo simul. Quumq; profecti essent, cœpit mater eius
flere, e dicere, Baculum senectutis nostrę tulisti, & trãsmisisti à nobis. Nunquã
fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eum. Sufficiebat enim nobis paupertas no∼
stra: vt diuitias cõputaremus hoc, quòd videbamus filium nostrum. Dixitq; ei
Tobias, Noli flere, saluus perueniet filius noster, e saluus reuertetur ad nos, &
oculi tui videbunt illum. Credo enim quòd angelus dei bonus comitetur ei, &
bene disponat oĩa quę circa eũ geruntur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos.
Ad hanc vocẽ cessauit mater eius flere, e tacuit.

CAPVT VI.

PRofectus est autem Tobias, e canis sequutus est eum, e mansit prima man
sione iuxta fluuium Tigris. Et exiuit vt lauaret pedes suos, & ecce piscis
immanis exiuit ad deuorandum eum. Quem expauescens Tobias, clamauit
voce magna, dicens, Domine inuadit me. Et dixit ei angelus, Apprehende
branchiam eius, e trahe eum ad te. Quod quum fecisset, attraxit eum in siccum,
& palpitare cœpit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus, Exentera hunc piscẽ:
e cor eius, & fel, & iecur, repone tibi. sunt enim hęc necessaria ad medicamenta
vtiliter. Quod quum fecisset, assauit carnes eius, e secum tulerunt in via: cętera sa
lierunt quę sufficerent eis, quousq; peruenirent in Rages ciuitatem Medorum.

Sepultura.
D Consiliũ.
Bñdicẽdus deus.
Pecunia Gabelo mutuatam sub chirographo, indicat.
Paupertas cũ timore dei.
A
Tobias missus a pře in Rages ad Gabelũ, querit socium itineris.
B
Occurrit ei Raphael quẽ ad přez itroducit.
C
Tobię patri promittit angelus sanitatem.
Angelo comite pficiscitur Tobias.
D
Flet mr: quã př cõsolatur.
A
Angeli iussu a pisce, liberatur ab angelo.
Angeli monitu reseruat sibi cor piscis, fel, e iecur.
B

Rogat⁹ angelus a Tobia ad quę medicamenta hęc conferant, declarat.

Tunc interrogauit Tobias angelum, & dixit ei, Obsecro te Azaria frater, vt dicas mihi quod remedium habebunt ista quę de pisce seruare iussisti? Et respondens angelus, dixit ei, Cordis eius particulā si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus demoniorū, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos. Et fel valet ad vngendos oculos in quibus fuerit albugo, & sanabuntur.

C

Hortatur Raphael Tobiam ad coniugium Sarę.

Docet cū sanctitate nuptias eius.

Et dixit ei Tobias, Vbi vis vt maneamus? Respondensq; angelus, ait, Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram: sed neque masculū, neque fœminā vllam habet aliam prçter eam. Tibi debetur omnis substantia eius, & oportet eam te accipere coniugem. Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam in vxorem. Tunc respondit Tobias, & dixit, Audio quia tradita est septē viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia dęmonium occidit illos. Timeo ergo, ne fortè & mihi hęc eueniant: et quum sim vnicus parentibus meis, deponā senectutem illorū cū tristitia ad inferos. Tunc angelus Raphael

D

dixit ei, Audi me, & ostēdam tibi qui sunt quibus pręualere potest dęmonium. Hi nanque qui coniugium ita suscipiunt, vt deum à se, & à sua mente excludant, & suę libidini ita vacent, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dęmonium super eos. Tu autē quū acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, et nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea. Ipsa autē nocte, incenso iecore piscis, fugabitur dęmonium. Secunda verò nocte, in copulatione sanctorū patriarcharū admittēris. Tertia autem nocte benedictionē consequēris, vt filij ex vobis procreentur incolumes. Transacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore domini, amore filiorum magis quā libidine ductus, vt in semine Abrahę benedictionem in filijs consequaris.

CAPVT VII.

A

Ingrediuntur Raphael & Tobias domū Raguelis, a quo benignis. suscipiuntur.

B

Tobias petit filiā Raguelis sibi dari vxorē.

INgressi sunt autē ad Raguelem, & suscepit eos Raguel cum gaudio. Intuēsq; Tobiā Raguel, dixit Annę vxori suę, Quàm similis est iuuenis iste consobrino meo. Et quū hęc dixisset, ait, Vnde estis iuuenes fratres nostri? At illi dixerūt, Ex tribu Nephthali sumus, ex captiuitate Niniue. Dixitq; illis Raguel, Nostis Tobiam fratrē meū? Qui dixerunt, Nouimus. Quumq; multa bona loqueret de eo, dixit angelus ad Raguelē, Tobias, de quo interrogas, pater istius est. Et misit se Raguel, & cum lachrymis osculatus est eum, & plorans supra collum eius, dixit, Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es. Et Anna vxor eius, & Sara ipsorum filia lachrymatę sunt. Postquā autē loquuti sunt, pręcepit Raguel occidi arietē, & parari conuiuiū. Quumq; hortaretur eos discumbere ad prandiū, Tobias dixit, Hic ego hodie non manducabo, neque bibam, nisi prius petitionem meā confirmes & promittas mihi dare Sarā filiā tuā. Quo audito verbo Raguel, expauit sciēs quid euenerit illis septem viris qui ingressi sunt

C

Eam tradit ei Raguel.

Nume. 36. c

ad eam: & timere cœpit ne fortè & huic similiter cōtingeret. Et quum nutaret, & non daret petenti vllū responsum, dixit ei angelus, Noli timere dare eā isti, quoniā huic timenti deum debet coniunx filia tua: propterea alius nō potuit habere illā. Tunc dixit Raguel, Non dubito quòd deus preces, & lachrymas meas in conspectu suo admiserit. Et credo quoniā ideo fecit vos venire ad me, vt ista cōiungeretur cognationi suę secūdū legem Moysi: & nunc noli dubium gerere quod tibi eam tradā.

Benedictio cōiugalis.

D

Et apprehendens dexterā filię suę, dextrę Tobię tradidit, dicens, Deus Abrahā, & deus Isaac, & deus Iacob vobiscū sit, & ipse coniungat vos, impleatq; benedictionē suā in vobis. Et accepta charta, fecerunt conscriptionem cōiugij. Et post hęc epulati sunt, benedicentes deū. Vocauitq; Raguel ad se Annā vxorem suam, & pręcepit ei vt pręepararet alterum cubiculum. Et introduxit illuc Saram filiā suā, & lachrymata est. Dixitq; ei, Forti animo esto filia mea: Dñs cœli det tibi gaudium pro tędio quod perpessa es.

Cōuiuium nuptiale cū laude dei.

CAPVT VIII.

A

Tobias introduct⁹ ad Sarā, assat partem iecoris.

Raphael ligat dęmonium.

POstquam verò cœnauerunt, introduxerunt iuuenē ad eā. Recordatus itaq; Tobias sermonum angeli, protulit de cassidili suo partē iecoris, posuitq; eā super carbones viuos. Tunc Raphael angelus apprehendit dęmoniū, & religauit illud in deserto superioris Aegypti. Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitq; ei, Sara, exurge, & deprecemur deum hodie, & cras, & secundū cras: quia his

tribus noctibus deo iungimur: tertia autem trãsacta nocte, in nostro erimus coniugio. Filij quippe sanctorũ sumus, & non possumus ita coniungi sicut gentes quæ ignorant deum. Surgentes autẽ pariter, instãter orabant ambo simul, vt sanitas daretur eis. Dixitq; Tobias, Dñe deus patrũ nostrorũ, benedicant te cœli & terræ, mareq; & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ quæ in eis sunt. Tu fecisti Adã de limo terræ, dedistiq; ei adiutorium Heuam. Et nunc domine tu scis quia non luxuriæ caussa accipio sororẽ meã coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomẽ tuũ in secula seculorũ. Dixit itaque Sara, Miserere nobis domine, miserere nobis, & cõsenescamus ambo pariter sani. Et factũ est circa pullorũ cantũ, accersiri iussit Raguel seruos suos, & abierunt cũ eo pariter, vt foderent sepulchrũ. Dicebant enim, Ne fortè simili modo euenerit ei, quo & ceteris illis septem viris, qui sunt ingressi ad eã. Quumq; parassent fossam, reuersus Raguel ad vxorẽ suã, dixit ei: Mitte vnã ex ancillis tuis, & videat si mortuus est, vt sepeliam eum antequam illucescat dies. At illa misit vnã ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, reperit eos saluos & incolumes, secũ pariter dormientes. Et reuersa, nuntiauit bonum nuntium, & benedixerunt dominum, Raguel videlicet, & Anna vxor eius, & dixerunt, Benedicimus te domine deus Israel, quia non contigit quemadmodum putabamus. Fecisti enim nobiscũ misericordiam tuã, & exclusisti à nobis inimicũ persequentẽ nos. Misertus es autem duobus vnicis. Fac eos domine plenius benedicere te: & sacrificiũ tibi laudis tuæ, & suæ sanitatis offerre, vt cognoscat vniuersitas gentium quia tu es deus solus in vniuersa terra. Statimq; præcepit seruis suis Raguel, vt replerent terra fossam quã fecerant, priusquã elucesceret. Vxori autem suæ dixit vt instrueret conuiuiũ, & præpararet omnia quæ in cibos erant iter agentibus necessaria. Duas quoque pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas oĩbus vicinis suis, cunctisq; amicis. Et adiurauit Raguel Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud se. De omnibus autẽ quæ possidebat Raguel, dimidiam partẽ dedit Tobiæ, & fecit hanc scripturam, vt pars dimidia quæ supererat post obitum eorum, Tobiæ dominio deueniret.

Tobias hortat Sarã ad orõnẽ. B Orõ Tobiæ. Gene. 2. b. Coniugiũ propter prolem. Oratio Saræ. C Raguel parat sepulchrũ Tobiæ, quẽ putabat mortuũ. Ancilla nunciat Tobiã incolumem. D Gratiarũ actio dño Raguelis & vxoris eius. Iubet Raguel parari conuiuiũ. Dimidiũ partẽ possessiõis suæ dat Tobiæ.

CAPVT IX.

TVnc vocauit Tobias angelum ad se, quem quidem hominem existimabat: dixitq; ei, Azaria frater, peto vt auscultes verba mea: Si meipsum tradã tibi seruũ, non ero condignus prouidentiæ tuæ. Tamẽ obsecro te, vt assumas tibi animalia siue seruitia, & vadas ad Gabelũ in Rages ciuitatem Medorum: reddasq; ei chirographum suum, & recipias ab eo pecuniã, & roges eũ venire ad nuptias meas. Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies: & si tardauero vna die plus, cõtristatur anima eius. Et certe vides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentũ spernere non possum. Tunc Raphael assumens quatuor ex seruis Raguelis, & duos camelos, in Rages ciuitatem Medorum perrexit: & inueniens Gabelum, dedit ei chirographũ suum, & recepit ab eo omnẽ pecuniã. Indicauitq; ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ gesta sunt: fecitq; eũ secũ venire ad nuptias. Quumq; ingressus esset domũ Raguelis, inuenit Tobiã discumbentẽ: & exiliens, osculati sunt se inuicem: & fleuit Gabelus, benedixitq; deum, & dixit, Benedicat te deus Israel, quia filius es optimi viri, & iusti, & timentis deum, & eleemosynas facientis: & dicatur benedictio super vxorem tuam, & super parentes vestros. & videatis filios vestros, & filios filiorum vestrorum, vsque in tertiam & quartam generationem: & sit semen vestrũ benedictum à deo Israel, qui regnat in secula seculorum. Quumq; omnes dixissent amen, accesserunt ad conuiuium: sed & cum timore domini nuptiarum conuiuium exercebant.

A Angelus rogatu Tobiæ pergit ad Gabelum. B Reddit Gabelo chirographũ suũ, & ab eodẽ pecuniam recipit. C Venit Gabelus cũ angelo ad nuptias. D Tobiæ Cõuiuium nuptiale cũ timore dei.

CAPVT X.

QVum verò moras faceret Tobias, caussa nuptiarum, solicitus erat pater eius Tobias, dicens, Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi? Putásne Gabelus mortuus est, & nemo reddet illi pecuniã? Cœpit autẽ cõtristari nimis ipse & Anna vxor eius cũ eo: & cœperunt ambo simul flere, eò quòd die statuto minime reuerteretur filius eorũ ad eos. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atq; dicebat, Heu heu me fili mi, vt quid te misimus peregrinari, lumẽ oculorũ nostrorũ, baculũ senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem pos-

A Tobias pr cũ vxore contristat ob moras filij. Lamentatio Tobiæ. B

Solicitudo eiusdē pro filio. senectutis nostrę? Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere
ire à nobis. Cui dicebat Tobias, Tace, & noli turbari, sanus est filius noster: satis
fidelis est vir ille cum quo misimus eum. Illa autem nullo modo consolari po-
terat, sed quotidie exiliens circunspiciebat, & circuibat vias omnes per quas
spes remeandi videbatur, vt procul videret eum, si fieri posset, venientē. At verò

C Raguel dicebat ad generū suum, Mane hic, & ego mittam nuntium salutis de te
Raguel dimittit a se Tobiā vnà cū vxore. ad Tobiā patrē tuū. Cui Tobias ait, Ego noui quia pater meus & mater mea modo dies
computant, & cruciatur spiritus eorū in ipsis. Quumq; verbis multis rogaret Ra-
guel Tobiā, & ille eū nulla ratione vellet audire, tradidit ei Saram, & dimidiā par-
tē omnis substātię suę in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, &
in pecunia multa: & saluum atq; gaudentē dimisit eum à se, dicēs, Angelus dñi

D sanctus sit in itinere vestro, perducatq; vos incolumes, & inueniatis oia recte cir-
Parētes Sarę docēt eā officiū vxoris probę. ca parentes vestros, & videant oculi mei filios vestros priusquam moriar. Et
apprehendentes parentes filiam suam, osculati sunt ei, & dimiserunt ire: monen-
tes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domū,
& seipsum irreprehensibilem exhibere.

CAPVT XI.

A QVumq; reuerterentur, peruenerunt ad Charan quę est in medio itinere con-
Tobias, familia cū vxore relicta in medio itinere pręcedit cum angelo. tra Niniuen, vndecimo die. Dixitq; angelus, Tobia frater, scis quēadmodū
reliquisti patrem tuum. Si placet itaq; tibi, pręcedamus, & lento gradu insequan-
tur iter nostrū familię, simul cum coniuge tua, & cum animalibus. Cumq; hoc
placuisset vt irent, dixit Raphael ad Tobiam, Tolle tecū ex felle piscis: erit enim
necessarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, & abierunt. Anna autē sedebat
Anna speculās aduētū filii, secus viā quotidie in supercilio montis, vnde respicere poterat de longinquo.

B Et dum ex eodē loco specularetur aduentū eius, vidit a longe, & illico agnouit
tādē venientē agnoscit. venientē filium suū: currensq; nuntiauit viro suo, dicens, Ecce venit filius tuus.
Dixitq; Raphael ad Tobiam, At vbi introieris domū tuam, statim adora do-
Admonet ab angelo Tobias de felle. minum deum tuū: & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & osculare eum.
Statimq; lini super oculos eius ex felle isto piscis, quod portas tecum. Scias enim
quoniam mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cœli, & in aspe-
Osculum. ctu tuo gaudebit. Tunc pręcucurrit canis, qui simul fuerat in via: & quasi nun-

C Pcurrit canis q̄si nūtius. tius adueniens, blandimēto suę caudę gaudebat. Et consurgens cęcus pater eius,
cœpit offendēs pedibus currere: & data manu puero, occurrit obuiam filio suo.
Suscipit Tobias filiū cum osculo. Et suscipiens osculatus est eū cum vxore sua, & cœperunt ambo flere pre gaudio.
Quumq; adorassent deū, & gratias egissent, consederunt. Tunc sumēs Tobias
de felle piscis, liniuit oculos patris sui. Et sustinuit quasi dimidiā ferè horā: & cœ-
Grat. actio. pit albugo ex oculis eius, quasi membrana oui, egredi. Quam apprehendēs To-

D Filius patris oculos linit ex felle piscis & visum recipit. bias traxit ab oculis eius, statimq; visum recepit. Et glorificabant deū, ipse vide-
licet & vxor eius, & omnes qui sciebant eum. Dicebatq; Tobias, Benedico te do-
mine deus Israel, quia tu castigasti me, & tu saluasti* me: & ecce, ego video To-
biam filium meum. Ingressa est etiam post septem dies Sara vxor filii eius, &
*vel, sanasti omnis familia & pecora sana, & cameli, & pecunia multa vxoris, sed & illa pecu-
Benedictio & laus deo. nia quam receperat à Gabelo: & narrauit parētibus suis omnia beneficia dei quę
fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat. Veneruntq; Achior & Nabath
Post. 7. dies Venit Sara. cōsobrini Tobię, gaudētes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis
quę circa illum ostenderat deus. Et per septem dies epulantes, omnes cum gau-
Cōgratulāt cōsobrini Tobię dio magno gauisi sunt.

CAPVT XII.

A TVnc vocauit ad se Tobias filium suum, dixitq; ei, Quid possumus dare viro
isti sancto, qui venit tecum? Respondens Tobias, dixit patri suo, Pater, quā
Tobias filius patris cōmemorat bñficia a Raphaele in se collata. mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficiis eius? Me duxit, &
reduxit sanum, pecuniā à Gabelo ipse recepit, vxorē ipse me habere fecit, & dę-
monium ab ea ipse cōpescuit, gaudium parētibus eius fecit, meipsum à deuora-
tione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cœli, & bonis omnibus per eum
repleti sumus. Quid illi ad hęc poterimus dignum dare? Sed peto te pater mi,
Tobias pr̄ & filius eius vt roges eū, si forte dignabitur medietatē de omnibus quę allata sunt, sibi assu-

B mere. Et vocantes eum, pater scilicet & filius, tulerunt eum in partem: & roga-
offerunt. re cœperunt vt dignaretur dimidiam partem omnium quę attulerant, accepta-

habere. Tunc dixit eis occulte, Benedicite deum coeli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Etenim sacramentum regis abscondere, bonum est: opera autem dei reuelare & confiteri, honorificum est. Bona est oratio cum ieiunio: & eleemosyna magis quàm thesauros auri recondere. quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quę purgat peccata, & facit inuenire misericordiá & vitam ęternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animę suę. Manifesto ergo vobis veritaté, & non abscódam à vobis occultum sermonem. Quádo orabas cú lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuú: & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuá domino. Et quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Et nunc misit me dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dęmonio liberaré. Ego enim sum Raphael angelus vnus ex septem, qui astamus ante dominum. Quumq; hęc audissent, turbati sunt, & trementes ceciderunt super terrá in facié suá. Dixitq; eis angelus, Pax vobis, nolite timere. Etenim quum essem vobiscú, per voluntatem dei eram: ipsum benedicite, & cantate illi. Videbar quidem vobiscú manducare, & bibere: sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri nó potest, vtor. Tépus est ergo vt reuertar ad eú qui me misit: vos autem benedicite deú, & narrate omnia mirabilia eius. Et quú hęc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, & vltra eum videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerút deum: & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.

Raphaeli dimidiá parte bonorum suorum.

C Aperit eis Raphael oém gestę rei & conditionis suę veritaté.

Oratio. Ieiunium. Eleemosyna.

D Oportet eú qui deo grat⁹ est, tentatione probari.

Angelus. Pax.

CAP. XIII.

Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit dominum, & dixit, Magnus es domine in ęternum, & in omnia secula regnum tuú: quoniam tu flagellas, & saluas: deducis ad inferos, & reducis: & non est qui effugiat manum tuam. Confitemini domino filij Israel, & in conspectu gentium laudate eum: quoniam ideò dispersit vos inter gentes, quę ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos quia non est alius deus omnipotens pręter eú. Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam. Aspicite ergo quę fecit nobiscum, & cum timore & tremore confitemini illi: regemq; seculorum exaltate in operibus vestris. Ego autem in terra captiuitatis meę confitebor illi: quoniam ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem. *Conuertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram deo, credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam. Ego autem, & anima mea in eo lętabimur. Benedicite dominum omnes electi eius: agite dies lętitię, & confitemini illi. Ierusalem ciuitas dei, castigauit te dominus in operibus manuum tuarum. Confitere domino in bonis tuis, & benedic deum seculorum, vt reędificet in te tabernaculú suum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia secula seculorum. Luce splendida fulgebis, & omnes fines terrę adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te venient: & munera deferentes, adorabút in te dominum, & terram tuam in sanctificationem habebunt. Nomen enim magnum inuocabunt in te. Maledicti erunt qui contempserint te: & condemnati erunt omnes qui blasphemauerint te: benedictiq; erunt qui ędificauerint te. Tu autem lętaberis in filijs tuis, quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad dominum. Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua. Anima mea benedic dominum, quoniam liberauit Ierusalem ciuitatem suam à cunctis tribulationibus eius: dominus deus noster. Beatus ero, si fuerint reliquię seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem. Portę Ierusalem ex sapphiro, & smaragdo ędificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido, & mundo omnes plateę eius sternentur: & per vicos eius halleluia cantabitur. Benedictus dominus, qui exaltauit eam, vt sit regnum eius in secula seculorum super eam. Amen.

A Benedicit Tobias senior dominum.

Deu. 32. f. 1. Reg. 2. a. Sap. 16. b.

B Deus vnus. Peccatum.

*vel cõtemini

Misericordia. Conuersis misericordia.

C Eiusdem pphetia de reducenda captiuitate in Ierusalem.

D

Apoc. 21.

CAP. XIIII.

Et consummati sunt sermones Tobię. Et postquam illuminatus est Tobias, vixit annis quadragintaduobus, & vidit filios nepotum suorum. Completis itaq; annis centum duobus, sepultus est honorifice in Niniue. Quinquaginta náque & sex annorú lumen oculorum amisit: sexagenarius verò recepit. Reliquum verò vitę suę in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris dei perrexit in

A Aetas Tobię senioris.

B pace. In hora autem mortis suę vocauit ad se Tobiam filium suum, & septem iuuenes filios suos nepotes suos, dixitq; eis, Prope erit interitus Niniue. non enim excidit verbū domini: & fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eam. Omnis autem deserta terra eius replebitur, & domus dei, quę in ea incensa est, iterū redificabitur: ibiq; reuertentur omnes timentes deum, & relinquent gentes idola sua, & veniet in Ierusalē, et inhabitabūt in ea: et gaudebūt in ea oēs reges terrę, adorantes deū Israel. A udite ergo filij mei patrem vestrū: C Seruite dño in veritate, et inquirite vt faciatis quę placita sunt illi: et filijs vestris mandate vt faciant iustitias, et eleemosynas, vt sint memores dei, et benedicant eum in omni tempore in veritate, et in tota virtute sua. Nunc ergo filij audite me, et nolite manere hic: sed quacunq; die sepelieritis matrem vestrā circa me in vno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros vt exeatis hinc. Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei. Factum est autem post obitū matris suę, Tobias abscessit ex Niniue cum vxore sua, et filijs, et filiorū filijs, et reuersus est ad soce D ros suos. Inuenitq; eos incolumes in senectute bona: et curam eorū gessit, et ipse clausit oculos eorū: et omnem hęreditatem domus Raguelis ipse percepit: viditq; quintā generationem, filios filiorū suorum. Et cōpletis annis nonaginta nouem in timore domini cum gaudio sepelierunt eū. Omnis autem cognatio eius, et omnis generatio eius in bona vita, et in sancta cōuersatione permansit, ita vt accepti essent tam deo, q̄; hominibus, et cunctis habitantibus in terra.

Tobias moriturus, ad se vocat filiū & nepotes: quibus prędicit Niniue destructionē & Ierusalē restaurationē. Exhortatio ad seruiēdū deo.

Tobias iunior post obitū matris reuertitur ad soceros. Moritur. 99. ãno ętatis suę.

D. HIERONYMI PRAEFATIO IN librum Iudith.

A P V D Hebręos, liber Iudith inter agiographa legitur: cuius authoritas ad roboranda illa quę in cōtentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldęo tamen sermone cōscriptus: inter historias cōputatur. Sed quia hunc librum synodus Nicena in numero sanctarum scripturarū legitur computasse, acquieuī postulationi vestrę, imò exactioni: et sepositis occupationibus quibus vehementer artabar, huic vnam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimā amputaui: sola ea quę intelligentia integra in verbis Chaldęis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith viduam, castitatis exemplum, et triūphali laude perpetuis eam pręconijs declarate. Hanc enim non solum fœminis, sed et viris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuictā omnibus hominibus vinceret, et insuperabilem superaret.

LIBER IVDITH.

A



RPHAXAD itaq; rex Medorū subiugauerat multas gentes imperio suo, et ipse ędificauit ciuitatē potentissimā, quā appellauit Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis et sectis fecit muros eius, in altitudinem cubitorū septuaginta, et in latitudinem cubitorū triginta: turres verò eius posuit in altitudinem cubitorū centum. Per qua B drum verò earum latus vtrūq; vicenorū pedum spatio tendebatur. posuitq; portas eius in altitudinē turrium. Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, et in gloria quadrigarū suarum. Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorū, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit cōtra C Arphaxad: et obtinuit eum in cāpo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphrātem, et Tigrin, et Iadason in cāpo Erioch regis Elicorū. Tunc exaltatū est regnum Nabuchodonosor, et cor eius eleuatū est: et misit ad omnes qui habitabant in Cilicia, et Damasco, et Libano: et ad gentes quę sunt in Carmelo, et Cedar, et inhabitantes Galilęam in campo magno Esdrelon: et ad omnes qui erant in Sama D ria et trans flumen Iordanem vsq; ad Ierusalem, et omnem terras Iesse, quousq; perueniatur ad terminos Aethiopię. Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui omnes vno animo contradixerunt, et remiserunt

Arphaxad cōtra Nabuchodonosor pugnans, vincit.

eos vacuos, et sine honore abierunt. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex
ad omnem terram illam, iurauit per thronum et regnum suum, quod defende-
ret se de omnibus regionibus his.

CAP. II.

A
ANno tertiodecimo Nabuchodonosor regis, vicesima et secunda die mensis
primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorú, vt de-
fenderet se. Vocauitq; omnes maiores natu, omnesq; duces, et bellatores suos,
et habuit cum eis mysterium cósilij sui. Dixitq; cogitationem suam in eo esse vt
omnem terrá suo subiugaret imperio. Quod dictum cum placuisset omnibus,
vocauit Nabuchodonosor rex Holofernem principé militię suę, et dixit ei, Egre-
dere aduersum omne regnú occidentis: et cótra eos pręcipue qui cótempserunt
B
imperium meú. Non parcet oculus tuus vlli regno, omnemq; vrbem munitam
subiugabis mihi. Tunc Holofernes vocauit duces, et magistratus virtutes Assy-
riorum: et dinumerauit viros in expeditionem, sicut pręcepit ei rex, centú viginti
millia peditum pugnatorú, et equites sagittarios duodecim millia. Omnemq;
expeditionem suá fecit pręire in multitudine innumerabiliú camelorú, cum his
quę exercitibus sufficerent copiose: boum quoq; armenta, gregesq; ouiú, quorú
C
non erat numerus. Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit.
Aurum veró et argentú de domo regis assumpsit multó nimis. Et profectus est
ipse et omnis exercitus, cú quadrigis et equitibus, et sagittariis, qui cooperuerút
faciem terrę, sicut locustę. Cumq; pertrásisset fines Assyriorú, venit ad magnos
montes Ange, qui sunt à sinistro Cilicię, ascenditq; omnia castella eorú, et obti-
nuit omnem munitionem. Effregit autem ciuitatem *opinatissimá Melothi, prę-
dauitq; omnes filios Tharsis et filios Ismahel, qui erant cótra faciem deserti, et
D
ad austrú terrę Chellon. Et transiuit Euphratén, et venit in Mesopotamiá: et fre-
git omnes ciuitates excelsas quę erant ibi, à torrente Mambre, vsque quo perue-
niatur ad mare: et occupauit terminos eius, à Cilicia vsq; ad fines Iapheth, qui
sunt ad austrú. Abduxitq; omnes filios Madian, et prędauit omnem locupleta-
tionem eorú, omnesq; resistentes sibi occidit in ore gladij. Et post hęc descendit
in cápos Damasci in diebus messis, et succendit omnia sata, omnesq; arbores, et
vineas fecit incidi, et cécidit timor illius super oés inhabitátes terrá.

CA. III.

A
TVnc miserunt legatos suos vniuersarú vrbium, ac prouinciarú reges ac prin-
cipes, Syrię scilicet et Mesopotamię, et Syrię Sobal, et Libyę, atq; Cilicię, qui
venientes ad Holofernem, dixerút, Desinat indignatio tua circa nos. Melius est
enim vt viuétes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, et subditi simus tibi,
quá morientes cú interitu nostro ipsi seruitutis nostrę dána patiamur. Omnis ci-
uitas nostra, omnisq; possessio, omnes montes, et colles, et cápi, et armenta boú,
gregesq; ouium et caprarú, equorúq; et camelorú, et vniuersę facultates nostrę
atq; familię in cóspectu tuo sunt. Sint omnia nostra sub lege tua. Nos etiá et filij
nostri, serui tui sumus. Veni nobis pacificus dominus, et vtere seruitio nostro,
sicut placuerit tibi. Tunc descendit de montibus cú equitibus in virtute magna,
C
et obtinuit omnem ciuitatem, et omnem inhabitantem terrá. De vniuersis au-
tem vrbibus, assumpsit sibi auxiliarios viros fortes, et electos ad bellú. Tantusq;
metus prouinciis illis incubuit, vt vniuersarú vrbium habitatores principes et
honorati simul cum populis exirent in obuiam venienti, excipientes eum cum
coronis et lampadibus ducentes choros in tympanis et tibijs. Nec ista tamen fa-
D
cientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerút. Nam et ciuitates eorum de-
struxit, et lucos eorú excidit. Pręceperat enim illi Nabuchodonosor rex, vt om-
nes deos terrę exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur deus ab his nationi-
bus quę potuissent Holofernis potentia subiugari. Pertransiens autem Syriam
Sobal, et omnem Apameá, omnemq; Mesopotamiam, venit ad Idumęos in ter-
ram Gabaa, accepitq; ciuitates eorú, et sedit ibi per triginta dies, in quibus die-
bus adunari pręcepit vniuersum exercitú virtutis suę.

CAP. IIII.

A
TVnc, audientes hęc filij Israel, qui habitabát in terra Iuda, timuerút valde à
facie eius. Tremor etiá et horror inuasit sensus eorú, ne hoc faceret Ierusalé
et templo domini, quod fecerat cęteris ciuitatibus et templis earú. Et miserunt in
omnem Samariam per circuitú vsq; Iericho, et pręoccupauerút omnes vertices

Nabuchodonosor totú orbem sibi subijci per Holofernē mādat.

* vel opulentissimam.

Reges se vltro Holoferni dedunt: attamen cunctarú regionú aras subuertit.

Filij Israel Holofernē timentes, hortatu Eliachim omnes implorant.

ces montiũ. Et muris circũdederũt vicos suos, & cõgregauerunt frumenta in pre-
parationem pugnę. Sacerdos etiã Eliachim scripsit ad vniuersos qui erant contra
B Esdrelon, quę est cõtra faciem cãpi magni, iuxta Dothain, & vniuersos per quos
vię transitus esse poterat, vt obtinerent ascensus montiũ, per quos via esse pote-
rat ad Ierusalẽ, & illic custodirent vbi angustũ iter esse poterat inter montes. Et
fecerũt filij Israel secũdum qđ cõstituerat eis sacerdos dñi Eliachim. Et clamauit
omnis populus ad dñm instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiu-
nijs & orationibus, ipsi & mulieres eorũ. Et induerũt se sacerdotes cilicijs, & in-
fantes prostrauerũt contra faciem tẽpli dñi, & altare dñi operuerũt cilicio. Et cla-
C mauerunt ad dñm deũ Israel vnanimiter, ne darentur in prędã infantes eorũ, &
vxores eorũ in diuisionẽ, & ciuitates eorũ in exterminiũ, & sancta eorũ in pollu-
tionem, & fierent in opprobriũ gentibus. Tunc Eliachim sacerdos dñi magnus
circuiuit omnem Israel, alloquutusq; est eos, dicens, Scitote quoniam exaudiet
dñs preces vestras, si manentes permanseritis in ieiunijs, & orationibus in cõspe-
ctu dñi. Memores estote Moysi serui domini, qui Amalec cõfidentem in virtute
D sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, &
in equitibus suis, non ferro pugnãdo, sed precibus sanctis orando deiecit. sic erũt
vniuersi hostes Israel, si perseueraueritis in hoc opere quod cœpistis. Ad hanc
igitur exhortationem eius deprecantes dominũ, permanebant in conspectu do-
mini, ita vt etiam hi qui offerebant domino holocausta, precincti cilicijs offer-
rent sacrificia dño & erat cinis supra capita eorum. Et ex toto corde suo omnes
orabant deum, vt visitaret populũ suum Israel.

Oratio conti-nua in tribu-latione cũ ie-iunio.

Oratione vi-ctus Amalec, Exo.17.d

CAP. V.

A NVntiatumq; est Holoferni principi militię Assyriorũ, quod filij Israel prępara-
rent se ad resistendũ, ac montium itinera cõclusissent: & furore nimio exarsit
in iracũdia magna: vocauitq; omnes principes Moab & duces Ammon, & dixit
eis, Dicite mihi quis sit populus iste, qui montana obsidet: aut quę, & quales, &
quantę sint ciuitates eorũ: quę etiam sit virtus eorũ, aut quę sit multitudo eorũ,
vel quis rex militię illorũ: & quare prę omnibus qui habitant in oriente, isti cõ-
tempserunt nos, & non exierũt in obuiã nobis, vt susciperent nos cũ pace? Tunc
Achior dux omniũ filiorũ Ammon respondens, ait, Si digneris audire dñe mi,
dicã veritatem in cõspectu tuo de populo isto, qui in montanis habitat, & non
egredietur verbũ falsum ex ore meo. Populus iste ex progenie Chaldęorũ est. hic
primũ in Mesopotamia habitauit, quoniã noluerunt sequi deos patrũ suorum,
qui erant in terra Chaldęorũ. Deserentes itaq; ceremonias patrũ suorum, quę in
B multitudine deorũ erant, vnũ deum cœli coluerũt, qui & pręcepit eis vt exirent
inde, & habitarent in Charã. Quumq; operuisset omnem terrã fames, descende-
runt in Aegyptũ, illicq; per quadringentos annos sic multiplicati sunt, vt dinu-
merari eorũ non posset exercitus. Quumq; grauaret eos rex Aegypti, atq; in ędi-
ficationibus vrbium suarũ in luto & latere subiugasset eos, clamauerũt ad dñm
suũ, & percussit totam terrã Aegypti plagis varijs. Quumq; eiecissent eos Aegy-
ptij à se, & cessasset plaga ab eis, & iterũ eos vellent capere, & ad suum seruitium
reuocare, fugiẽtibus his deus cœli mare aperuit, ita vt hinc inde aquę quasi mu-
rus solidarentur, & isti pede sicco fundũ maris perambulando transirent. In quo
loco dũ innumerabilis exercitus Aegyptiorũ eos persequeretur, ita quis cooper-
tus est, vt non remaneret vel vnus qui factũ posteris nunciaret. Egressus etiam
mare rubrũ, deserta Sina montis occupauerũt, in quibus nunquã homo habita-
re potuit, vel filius hominis requieuit. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad
bibendũ, & per annos quadraginta annonã de cœlo consequuti sunt. Vbicunq;
C ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absq; scuto & gladio, deus eorũ pugnauit pro
eis, & vicit. Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quãdo recessit à cultu dñi
dei sui. Quotiescunq; autem pręter ipsum deũ suum, alterũ coluerunt, dati sunt in
prędam, & in gladium, & in opprobriũ. Quotiescunq; autem pœnituerunt se re-
cessisse à cultura dei sui, dedit ei deus cœli virtutẽ resistendi. Deniq; Chananęum
regem, & Iebusęũ, & Pherezęũ, & Hethęum, & Heuęũ, & Amorrhęũ, & omnes
potentes in Hesebon prostrauerũt, & terras eorũ & ciuitates eorũ ipsi possederũt:
& vsque dũ nõ peccarent in cõspectu dei sui, erant cũ illis bona. Deus enim illo-

Holofernes in-terrogat de p-genie Iudęo-rum.

Achior narrat Holoferni oĩa quę de⁹ egerit cum populo Israelitico.

Gen.11.d

Gen.12.a

Gen.46.a

Exo.14.e

Exo.16.a

odit iniquitatem. Nam & ante hos annos quũ recessissent à via quã dederat illis
deus, ut ambularent in ea, exterminati sunt prælijs à multis nationibus, & pluri-
mi eorũ captivi abducti sunt in terrã non suam. Nuper autẽ reversi ad dñm deũ
suum, ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana
hęc omnia, & iterum possident Ierusalem, ubi sunt sancta sanctorũ. Nunc ergo
mi dñe, perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu dei eorũ: & ascende- D
mus ad illos, quoniã tradens tradet illos deus eorũ tibi, & subiugati erunt sub
iugo potentię tuę. Si verò non est offensio populi huius corã deo suo, nõ pote-
rimus resistere illis, quoniã deus eorũ defendet illos, & erimus in opprobriũ uni-
versę terrę. Et factum est quũ cessasset loqui Achior verba hęc, irati sunt omnes
magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrũ, Quis
est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor & exercitibus
eius, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnę? Ut ergo agno- Blasphemia.
scat Achior quoniã *fallit nos, ascendamus in montana: & quũ capti fuerint po- *non fallet
tentes eorũ, tunc cũ eisdem gladio trãsverberabitur: ut sciat omnis gens quoniã
Nabuchodonosor deus terrę est, & pręter ipsum alius nõ est. CAP. VI.

Factum est autem quũ cessassent loqui, indignatus Holofernes vehementer, A
dixit ad Achior, Quoniã prophetasti nobis, dicens, q gens Israel defendatur Iratus Holofernes iubet
à deo suo, ut ostendam tibi quoniã non est deus, nisi Nabuchodonosor, quum Achiorẽ tradi
percusserimus eos omnes sicut hominem unũ, tunc & ipse cum illis Assyriorum Iudęis, quod
gladio interibis, & omnis Israel tecũ perditione disperiet: & probabis quoniam deum cõsulus
Nabuchodonosor dominus sit universę terrę. tuncq; gladius militię meę tran- fuisset.
siet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Israel, & non respirabis ul-
trà, donec extermineris cum illis. Porrò autem si prophetiam tuã veram existi-
mas, non concidat vultus tuus, & pallor qui faciem tuam obtinet, abscedat à te,
si verba mea hęc putas impleri nõ posse. Ut autem noveris quia simul cum illis B
hęc experieris, ecce ex hac hora illorũ populo sociaberis: ut dum dignas mei gla-
dij pœnas exceperint, ipse simul ultioni subiaceas. Tunc Holofernes pręcepit ser-
vis suis ut cõprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliã, & traderent
eum in manus filiorũ Israel. Et accipientes eũ servi Holofernis, profecti sunt per
campestria: sed quũ appropinquassent ad montana, exierunt cõtra eos fundibularij.
Illi autem divertentes à latere mõtis, ligaverũt Achior ad arborem manibus & Achior à ser-
pedibus, & sic vinctũ de restibus dimiserunt eum, & reversi sunt ad dñm suum. vis ligatur ad
Porrò filij Israel descendentes de Bethulia, venerũt ad eum. Quem solventes arborem.
duxerunt ad Bethuliã, atq; in medium populi illum statuentes, percunctati sunt C
quid rerum esset q illum vinctum Assyrij reliquissent. In diebus illis erant illic Solvitur à Iu-
principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel. In dęis, benigne-
medio itaq; seniorũ, & in cõspectu omnium, Achior dixit omnia quę loquutus q; ab eis susci-
ipse fuerat ab Holoferne interrogatus: & qualiter populus Holofernis voluisset pitur.
propter hoc verbum interficere eum, & quemadmodũ ipse Holofernes iratus ius-
serit eum Israelitis hac de caussa tradi: ut dum vicerit filios Israel, tunc & ipsum
Achior diversis iubeat interire supplicijs, propter hoc q dixisset, Deus cœli de-
fensor eorũ est. Quumq; Achior universa hęc exposuisset, omnis populus ceci-
dit in faciem, adorantes dominum, & cõmuni lamentatione & fletu unanimes Orãt Israelitę.
preces suas domino effuderunt, dicentes, Domine deus cœli & terrę, intuere su-
perbiam eorũ, & respice ad nostrã humilitatem, & faciem sanctorũ tuorum atten-
de, & ostende quoniã non derelinquis pręsumentes de te: & pręsumentes de se, D
& de sua virtute gloriantes, humilias. Finito itaq; fletu, & per totam diem
oratione populorũ completa, consolati sunt Achior, dicentes, Deus patrum no-
strorum, cuius tu virtutem prędicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem, ut eorũ
magis tu interitũ videas. Quum verò dominus deus noster dederit hanc liber-
tatem servis suis, sit & tecum deus in medio nostri: ut sicut placuerit tibi, ita cũ
tuis omnibus cõverseris nobiscum. Tunc Ozias, finito consilio, suscepit eum in
domum suam, & fecit ei cœnam magnã. Et vocatis omnibus presbyteris, simul Orãt Iudęi au-
expleto ieiunio refecerunt. Postea verò convocatus est omnis populus, & per xilium contra
totam noctem intra ecclesiam oraverunt, petentes auxilium à deo Israel. Holofernem.

CAPVT VII.

A

Holofernes ascendit contra Bethuliam.

HOlofernes autem altera die precepit exercitibus suis vt ascenderent contra
Bethuliam. Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equi-
tes viginti duo millia, preter preparationes virorum illorum quos occupaue-
rat captiuitas, & adducti fuerant de prouincijs, & vrbibus vniuerse iuuentutis.
Omnes parauerunt se pariter ad pugnā cōtra filios Israel, & venerunt per crepi-
dinē mōtis vsq; ad apicem, qui respicit super Dothain, à loco dicit Belma vsq;
ad Chelmon, qui est cōtra Esdrelon. Filij autē Israel, vt viderunt multitudinē

Filij Israel implorant a deo auxilium.

illorū, prostrauerunt se super terrā, mittentes cinerē super capita sua, vnanimes
orantes vt deus Israel misericordiā suam ostenderet super populū suū. Et assu-
mentes arma sua bellica, sederūt p loca quę ad angusti itineris tramitē dirigūt
inter montosa, & erant custodientes ea tota die & nocte. Porrò Holofernes, dū

B

Holofernes cōstituit custodes fontiū, ne hauriant filij Isrl.

circuit per gyrum, reperit q̄ fons qui influebat, aquęductū illorū à parte austra-
li extra ciuitatem dirigeret, & incidi precepit aquęductū illorū. Erant tamen non
longe à muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam ad refocillā-
dū potius, q̄ ad potandū. Sed filij Ammon & Moab accesserunt ad Holofernem
dicentes, Filij Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed mōtes defendūt
illos, & muniunt illos colles in precipitio constituti. Vt ergo sine congressio-
ne pugnę possis superare eos, pone custodes fontiū, vt nō hauriant aquā ex eis,
& sine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradent ciuitatem suam, quā pu-
tant in montibus positā superari nō posse. Et placuerunt verba hęc corā Holo-
ferne, & coram satellitibus eius, & cōstituit per gyrū centenarios per singulos fon-
tes. Quumq; ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternę, &

C

Ciues, Bethuliā ob sitiē Holoferni tradere volunt.

collectiones aquā p omnibus habitātibus Bethuliam, ita vt nō esset intra ciuita-
tem vnde satiarentur vel vna die, quoniā ad mensuram dabatur populis aqua
quotidie. Tunc ad Oziam cōgregati omnes viri, fœminęq;, iuuenes, & paruuli,
omnes simul vna voce dixerunt, Iudicet deus inter nos & te, quoniam fecisti in
nos mala, nolēs loqui pacifice cū Assyrijs, & ꝓpter hoc vendidit nos deus in ma-
nibus eorum. Et ideo non est qui adiuuet, quum prosternamur ante oculos eo-
rum in siti, & perditione magna. Et nunc congregate vniuersos qui in ciui-
tate sunt, vt sponte tradamus nos omnes populo Holofernis. Melius est enim
vt captiui benedicamus dominū viuentes, q̄ moriamur, & simus opprobrium
omni carni, quū viderimus vxores nostras & infantes nostros mori ante oculos

D

nostros. Contestamur hodie cœlum, & terram, & deum patrum nostrorū, qui vl-
ciscitur nos secundum peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manu mili-

Oratio vehemēs cum fletu & cōfessione peccati.
Psal. 105. a

tię Holofernis, vt sit finis noster breuis in ore gladij, qui lōgior efficitur in ari-
ditate sitis. Et quū hęc dixissent, factus est fletus & vlulatus magnus in ecclesia
omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad eum, dicentes, Peccaui-
mus cū patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatē fecimus. Tu quia pius es mi-
serere nostri: aut in tuo flagello vindica iniqtates nostras, & noli tradere cōfiten-

Differri p quinque dies suadet Ozias.

tes te populo qui ignorat te: vt nō dicant inter gētes. Vbi est deus eorū? Et quū
fatigati his clamoribus, & his fletibus lassati siluissent, exurgens Ozias, infusus la-
chrymis, dixit, Aequo animo estote fratres, & hos quinq; dies expectemus à dño
misericordiam. Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriā
nomini suo. Si autem transactis quinq; diebus non venerit adiutorium, facie-
mus hęc verba quę loquuti estis.

CAPVT VIII.

A

Reprehendit Iudith sacerdotes quinto die ciuitatem tradere volentes, & misericordię dei terminū statuentes.

ET factum est, quum audisset hęc verba Iudith vidua quę erat filia Merari, fi-
lij Idox, filij Ioseph, filij Ozię, filij Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, filij Ra-
phaim, filij Achitob, filij Melchię, filij Enan, filij Nathanię, filij Salathiel, filij Si-
meon, filij Ruben: & vir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hor-
deacee. instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit ęstus super
caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua, & sepultus est illic cum patri-
bus suis. Erat autē Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex. Et
in superioribus domus suę fecit sibi secretū cubiculū, in quo cū puellis suis clau-
sa morabatur: & habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat oībus diebus vi-
tę suę, preter sabbatha, & neomenias, & festa domus Israel. Erat autē eleganti asp-

dis nimis, cui vir suus reliquerat divitias multas & familiam copiosam, ac posses-
siones armentis boum & gregibus ovium plenas. Et erat hęc in omnibus famo-
sissima, quoniã timebat dñm valde: nec erat qui loqueretur de illa verbũ ma-
lũ. Hęc itaq; cũ audisset quõ Ozias promisisset φ translato quinto die trade- B
ret civitatem, misit ad presbyteros Chabri, & Charmi. Et venerunt ad illã, & di-
xit illis, Quod est hoc verbũ, in quo cõsensit Ozias, ut tradat civitatem Assyriis,
si intra quinq; dies nõ venerit vobis adiutorium? Et qui estis vos, qui tentatis
dñm? Non est iste sermo qui misericordiam provocet: sed potius qui irã excitet,
& furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis domini, & in arbitriũ ve-
strum diem cõstituistis ei. Sed quia patiens dominus est, in hoc ipso pœniteamus, &
indulgentiã eius fusis lachrymis postulemus. nõ enim quasi homo, sic deus cõ-
minabitur: neq; sicut filius hoĩs ad iracundiã inflãmabitur. Et ideo humiliemus
illi aĩas nr̃as: & in spiritu cõstituti humiliato, servientes illi dicamus flentes dño,
ut sm̃ voluntatẽ suã sic faciat nobiscũ misericordiã suã: ut sicut cõturbatũ est cor
nr̃m in superbia eorũ, ita etiã de nr̃a humilitate glorïemur, quoniã non sumus se-
cuti peccata patrum nostrorũ qui dereliquerunt deum suum, & adoraverunt deos C
alienos: pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in cõfusionem ini-
micis suis. nos autem alterum deum nescimus preter ipsum. Expectemus humi-
les cõsolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimico-
rum nostrorum: & humiliabit omnes gentes, quęcunq; insurgunt contra nos, & Adhortat sa-
faciet illas sine honore dominus deus noster. Et nunc fratres quoniã vos estis cerdotes ut po-
presbyteri in populo dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestri pulũ ad patiẽ-
corda eorum erigite, ut memores sint quia tentati sunt patres nostri, ut probarẽ tiã animẽt ex-
tur si vere colerent deum suum. Memores esse debent, quomodo pater noster plo patrum.
Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, dei amicus effectus Gen. 22. a.
est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses: & omnes qui placuerunt deo, per multas tri-
bulationes transierunt fideles. Illi autem qui tentationes non susceperunt cum
timore domini, & impatientiam suam, & improperium murmurationis suę con- 1. Cor. 10. b.
tra dominũ protulerũt, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perie- D
runt. Et nos ergo non ulciscamur nos pro his quę patimur: sed reputantes pec-
catis nostris hęc ipsa supplicia minora esse flagella domini, quibus quasi servi
corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram evenisse creda-
mus. Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri, Omnia quę loquuta es, vera sunt, &
non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. Nunc ergo ora pro nobis, quoniã Cõsiliũ Iudith
mulier sancta es, & timens deum. Et dixit illis Iudith, Sicut quod potui loqui, in ultionẽ ini-
dei esse cognoscitis: ita quod facere disposui, probate si ex deo est: & orate, ut fir- micorum.
mum faciat deus cõsilium meum. Stabitis vos ad portã nocte ista, & ego exeam *id est ancilla
cum *abra* mea: & orate, ut sicut dixistis, in diebus quinq; respiciat dominus
populum suum Israel. Vos autem nolo ut scrutemini actum meum: & usque
dum renunciem vobis nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad dominum deum
nostrum. Et dixit ad eam Ozias princeps Iudę, Vade in pace, & dominus sit te-
cum in ultionem inimicorũ nostrorũ. Et revertentes abierũt.

CAP. IX.

A
Quibus abscedentibus, Iudith ingressa est oratorium suum: & induens se Intrat Iudith
cilicio, posuit cinerem super caput suum: & prosternens se domino, clama- secretũ cubicu-
bat ad dominum dicens, Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gla- lũ: & cilicio in-
dium in defensionem alienigenarũ, qui violatores extiterunt in coinquinatio- duta & cinere
ne sua, & denudaverunt femur virginis in confusionem: & dedisti mulieres illo- cõspersa, deum
rum in prędam, & filias illorum in captivitatem: & omnem prędam in divisio- orat, cõmemo-
nem servis tuis, qui zelaverunt zelum tuũ: subveni quęso te domine deus meus rãs bñfi-
mihi viduę. Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factum est B cia ipsius & p-
quod ipse voluisti. Omnes enim vię tuę paratę sunt, & tua iudicia in tua pro- missiones, qb'
videntia posuisti. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegyptiorũ pvocet ad mi-
videre dignatus es, quando post servos tuos armati currebant, confidentes in sericordiam.
quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum. Sed aspexisti super
castra eorum, & tenebrę fatigaverunt eos. Tenuit pedes eorum abyssus: & aquę
operuerunt eos. Sic fiant & isti domine, qui cõfidunt in multitudine sua, & in cur-

ribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur, &
nesciunt quia tu ipse es deus noster, qui conteris bella ab initio, & dominus no-
men est tibi. Erige brachium tuum, sicut ab initio: & allide virtutem illorum in
virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare san-
cta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deijcere gladio suo cornu al-
taris tui. Fac domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur, capiatur la-
D queo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labijs charitatis meę. Da mi-
hi in animo constantiam, vt contemnam illum: & virtutem, vt euertam illum.
Erit enim hoc memoriale nominis tui, quum manus fœminę deiecerit eum. Nō
enim in multitudine est virtus tua domine, neq; in equorum viribus voluntas
tua est. Nec superbi ab initio placuerunt tibi: sed humilium, & mansuetorum sem-
per tibi placuit deprecatio. Deus cœlorum, creator aquarum, & dominus totius
creaturę, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia pręsumentem.
Memento domine testamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo cō-
silium corrobora, vt domus tua in sanctificatione tua permaneat: & omnes gen-
A tes agnoscant quia tu es deus, & non est alius pręter te. CAPVT X.

Oratione absoluta, Iudit exornat se. vt Holofernē vincat in dei gloriā. Pulchert. Iudith.

FActum est autem, quum cessasset clamare ad dominum, surrexit de loco, in
quo iacuerat prostrata ad dominū. Vocauitq; abram suam, & descendens in
domum suam, abstulit à se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suę, & la-
uit corpus suum, & vnxit se myrrho optimo, & discriminauit crinem capitis sui,
& imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suę,
induitq; sandalia pedibus suis, assumpsitq; dextraliola, & lilia, & inaures, & annu-
los, & omnibus ornamentis suis ornauit se. Cui etiam dominus contulit splen-
B dorem: quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pende-
bat: & ideo dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabi-
li decore omnium oculis appareret. Imposuit itaq; abrę suę ascopam vini, & vas
olei, & polentam, & palathas, & panes, & caseū, & profecta est. Quumq; venissent
ad portam ciuitatis, inuenerunt expectantes Oziam, & presbyteros ciuitatis. Qui
quum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius. Nihil ta-
men interrogantes eam, dimiserunt transire, dicentes, Deus patrum nostrorum det
tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, vt glorietur
super te Ierusalem, & sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum. Et di-
xerunt hi qui illic erant, omnes vna voce: Fiat fiat. Iudith verò orans domi-
C num, transiuit per portas ipsa & abra eius. Factum est autem, quum descende-
deret montem, circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Assyriorum, & te-
nuerunt eam, dicentes, Vnde venis? aut quō vadis? Quę respondit, Filia sum He-
bręorum, ideo ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui quod dentur
vobis in depredationem, pro eo quod contemnentes vos, noluerunt vltro tradere
seipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro. Hac de caussa cogita-
ui mecum, dicens, Vadam ad faciem principis Holofernis, vt indicem illi secre-
ta illorum, & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos. ita vt non cadat vir
vnus de exercitu eius. Et quū audissent viri illi verba eius, considerabant facies
eius: & erat in oculis eorū stupor, quoniā pulchritudinem eius mirabantur ni-
D mis. Et dixerunt ad eam, Cōseruasti animā tuā, eò quod tale reperisti cōsilium, vt de-
scenderes ad dominū nostrū. Hoc autem scias, quoniam cum steteris in conspe-
ctu eius, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius. Duxeruntq; illam ad ta-
bernaculum Holofernis, annuntiantes eam. Quumq; intrasset ante faciem eius,
statim captus est in suis oculis Holofernes. Dixeruntq; ad eum satellites eius,
Quis cōtemnat populū Hebręorum, qui tam decoras mulieres habent, vt nō pro
his merito pugnare contra eos debeamus? Videns itaq; Iudith Holofernem se-
dentem in conopeo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus
A pretiosis intextum: & quum in faciem eius intendisset, adorauit eū, prosternens se
super terrā. Et eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente domino suo.

Deprehēsa ab exploratorib⁹ ducitur ad Holofernem.

CAPVT XI.

Holofernes ad se adductā Iudith cōfortat, q̄ nis qreveneat,

TVnc Holofernes dixit ei, Aequo animo esto, & noli pauere in corde tuo:
quoniam ego nunquam nocui viro qui voluit seruire Nabuchodonosor

regi. Populus autem tuus si non cōtempsisset me, non alleuassem lanceam meā
super eum. Nunc autem dic mihi, qua ex caussa recessisti ab illis, & placuit tibi
vt venires ad nos? Et dixit illi Iudith, Sume verba ancillę tuę: quoniam si se-
quutus fueris verba ancillę tuę, perfectam rem faciet dominus tecū. Viuit enim
Nabuchodonosor rex terrę, & viuit virtus eius quę est in te ad correptionem om-
nium animarum errantium: quoniā non solum homines seruiunt illi per te,
sed & bestię agri obtemperant illi. Nuntiatur enim animi tui industria vniuer-
sis gentibus, & indicatum est omni seculo quoniam tu solus bonus & potens es
in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouincijs prędicatur. Nec hoc la-
tet, quod loquutus est Achior, nec illud ignoratur quod ei iusseris euenire. Con-
stat enim deum nostrū sic peccatis offensum, vt mandauerit per prophetas suos
ad populum, q tradat eum pro peccatis suis. Et quoniā sciunt se offendisse deum
suum filij Israel, tremor tuus super ipsos est. Insuper etiam fames inuasit eos, &
ab ariditate aquę iam inter mortuos computantur. Denique hoc ordinant, vt in-
terficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorū, & sancta domini dei sui, quę prę-
cepit deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hęc cogitauerunt impende-
re, & volunt cōsumere quę nec manibus deberent ꝯtingere. ergo quoniam hęc
faciunt, certum est quòd in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla tua cogno-
scens, fugi ab illis, & misit me dominus hęc ipsa nuntiare tibi. Ego enim ancil-
la tua deū colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo deum, & dicet
mihi quando eis reddat peccatum suū, & veniens nuntiabo tibi, ita vt ego ad-
ducā te per mediam Ierusalem, & habebis omnem populum Israel, sicut oues
quibus non est pastor, & nō latrabit vel vnus canis contra te, quoniam hęc mi-
hi dicta sunt per prouidentiam dei. Et quoniam iratus est illis deus, hęc ipsa mis-
sa sum nuntiare tibi. Placuerunt aūt omnia verba hęc coram Holoferne, & co-
ram pueris eius, & mirabantur ad sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum.
Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu ver-
borum. Et dixit ad illam Holofernes, Benefecit deus, qui misit te ante populū,
vt des illum tu in manibus nostris. & quoniam bona est promissio tua, si fecerit
mihi hoc deus tuus, erit & deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna
eris, & nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

CAPVT XII.

Tunc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere
eam, & constituit quid daretur illi de cōuiuio suo. Cui respondit Iudith, &
dixit, Nunc non potero manducare ex his quę mihi pręcipis tribui, ne veniat
super me offensio: ex his autem quę mihi detuli, manducabo. Cui Holofer-
nes ait, Si defecerint tibi ista quę tecū detulisti, qd faciemus tibi? Et dixit Iudith,
Viuit anima tua domine meus, quoniā nō expendet omnia hęc ancilla tua, do-
nec faciat deus in manu mea hęc quę cogitaui. Et induxerunt illā serui eius in
tabernaculum qd pręceperat. Et petijt dum introiret, vt daretur ei copia nocte
& ante lucem egrediendi foras ad orationē, & deprecandi dominum. Et pręcepit
cubicularijs suis, vt sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorādū deū suū per
triduū. Et exibat noctibus in vallē Bethulię, & baptizabat se in fonte aquę. Et vt
ascēdebat, orabat ad dominū deū Israel, vt dirigeret viā eius ad liberationē po-
puli sui. Et introiens, mūda manebat in tabernaculo, vsque dū acciperet escā suā
in vespere. Et factū est in quarto die Holofernes fecit cœnā seruis suis, & dixit
ad Vagao eunuchū suū, Vade, & suade Hebręā illam vt sponte ꝯsentiat habita-
re mecū. Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virū agendo, vt im-
munis ab eo transeat. Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit, Non vereatur
bona puella introire ad dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, &
manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate. Cui Iudith respondit, Quę
ego sum, vt contradicam domino meo? Omne qd erit ante oculos eius bonum
& optimum, faciam. Quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum om-
nibus diebus vitę meę. Et surrexit, & ornauit se vestimento suo, & ingressa ste-
tit ante faciem eius. Cor aūt Holofernis concussum est. erat enim ardens in con-
cupiscentia eius. Et dixit ad eam Holofernes, Bibe nunc, & accube in iucundita-
te: quoniam inuenisti gratiam corā me. Et dixit Iudith, Bibam domine, quoniā

Iudith itineris caussam astute Holoferni aperit, illi sponsus.

B

C

D

A
Holofernes iubet introduci Iudith in locū thesaurorum.

B
Petit Iudith sibi dari facultatē nocte & ante lucem foras orandi.

C
Mittit Vagao ad Iudith vt suadeat ei consentire Holoferni.

D
Venit Iudith ad Holofernē.

Ebrius Holofernes.

magnificata est anima mea hodie prę omnibus diebus meis. Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea quę parauerat illi ancilla eius. Et iucundus factus est Holofernes ad eam, bibitq; vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.

CAPVT XIII.

A

Holofernes ebrietate sopito, & puella ostium obseruante, Iudith caput eius pręscindit, & ciuibus suis defert.

VT autem sero factum est, festinauerunt serui illius ad hospitia sua, & conclusit Vagao ostia cubiculi, & abijt. erant autem omnes fatigati á vino. Eratq; Iudith sola in cubiculo. Porrò Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus. Dixitq; Iudith puellę suę vt staret foris ante cubiculum, & obseruaret. Stetitq; Iudith ante lectum, orans cum lachrymis, & labiorum motu in silentio dicens, Confirma me domine deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuũ mearum, vt sicut promisisti, Ierusalem ciuitatem tuam erigas: & hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam. Et quũ hęc dixisset, accessit ad columnam, quę erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exoluit. Quumq; euaginasset illũ, apprehendit comam capitis eius, & ait,

B Confirma me domine deus in hac hora. & percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopeum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum. Et post pusillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillę suę, & iussit vt mitteret illud in peram suam. Et exierunt duę, secundũ consuetudinem suam, quasi ad orationem. & transierunt castra: & gyrantes vallem, venerunt ad portã ciuitatis. Et dixit Iudith à longe custodibus murorum, Aperite portas, quoniam nobiscum est deus, qui fecit virtutem in Israel. Et factum est, quum audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis. Et occurrerunt ad eam

Hortat Iudith populum ad laudem dei ob partam victoriam de Holoferne.

omnes, à minimo vsq; ad maximũ: quoniam sperabant eam iam nõ esse venturam. Et accendentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuersi: illa aũt ascendens in eminentiorem locũ iussit fieri silentiũ. Quumq; omnes tacuissent, dixit Iudith, Laudate dominum deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se: & in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam, quam promisit domui Israel: & interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte. Et proferens de

C pera caput Holofernis, ostendit illis, dicens, Ecce caput Holofernis principis militię Assyriorũ. Et ecce conopęum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi per manum fœminę percussit illũ dominus deus noster. Viuit autem ipse dominus, quoniam custodiuit me angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantẽ, & inde huc reuertentem: & non permisit me dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua,

Psal. 105. a. & 106. a.

in euasione mea, & in liberatione vestra. Cõfitemini illi omnes, quoniã bonus, quoniam in seculũ misericordia eius. Vniuersi autem adorantes dominũ, dixerunt ad eam, Benedixit te dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Porrò Ozias princeps populi Israel, dixit ad eam, Benedicta es tu filia à domino deo excelso, prę omnibus mulieribus super terrã. Benedictus dominus, qui creauit cœlũ & terrã, qui te direxit in vulnera capitis princi-

D pis inimicorũ nostrorũ, quia hodie nomen tuũ ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominũ qui memores fuerint virtutis domini in ęternũ, pro quibus non pepercisti animę tuę propter angustias & tribulationẽ generis tui, sed subuenisti ruinę ante conspectum dei nostri. Et dixit omnis populus, Fiat fiat. Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith, Deus Israel cui tu testimonium dedisti quod vlciscatur se de inimicis suis, ipse caput omniũ incredulorum incidit in hac nocte in manu mea. Et vt probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contemptu superbię suę deum Israel contempsit, & tibi interitũ minabatur, dicẽs, Quum captus fuerit populus Israel, gladio perforari pręcipiam latera tua. Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus prę pauore cecidit in faciem suam super terram, & ęstuauit anima eius. Postea verò quàm resumpto spiritu recreatus est, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit, Benedicta tu à deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente quę audierit nomen tuum, magnificabitur super te deus Israel.

Dixit aút Iudith ad oēm pplm, Audite me frēs: Suspēdite caput hoc A
sup muros nrōs: & erit, quū exierit sol, accipiat vnusqsq; arma sua,
& exite cū ipetu: nō vt descēdatis deorsum, sed qsi ipetū faciētes. Tūc ex
ploratores necesse erit vt fugiant ad principē suū excitandū ad pugnā.
Qui cūq; duces eorū cucurrerint ad tabernaculū Holofernis, & inuenerint
eū truncū in suo sanguine volutatū, decidet sup eos timor. Quūq; co
gnoueritis fugere eos, ite post illos securi: qm̄ dñs cōteret eos sub pedi-
bus vestris. Tūc Achior vidēs virtutē quā fecit deus Israel, relicto gē B
tilitatis ritu, credidit deo, & circūcidit carnē preputij sui, & apposit' est
ad pplm Israel, & ois successio gnis eius vsq; in hodiernum diē. Mox
aūt vt ort' est dies, suspēderunt sup muros caput Holofernis, acceptisq;
vnusquisq; vir arma sua, & egressi sunt cū grandi strepitu & vlulatu.

Capite Holofernis in muro suspēditur.

Achior relicta gentilitate, credit deo & circūciditur.

Quod vidētes exploratores, ad tabernaculū Holofernis cucurrerūt. Por
rò hi q in tabernaculo erāt venientes, & ante ingressum cubiculi pstrepen
tes excitādi grā, inquietudinē arte moliebant, vt nō ab excitantib', sed
à sonātibus Holofernes euigilaret. Nullus.n. audebat cubiculū virtu- C
tis Assyriorū pulsando aut intrādo aperire. Sed quū venissent eius du-
ces ac tribuni, & vniuersi maiores exercitus regis Assyriorū, dixerunt cu
bicularijs. Intrate, & excitate illū, qm̄ egressi mures de cauernis suis, ausi
sunt puocare nos ad preliū. Tunc ingressus Vagao cubiculū eius, ste
tit ante cortinā, & plausum fecit manib' suis: suspicabat.n. illū cū Iudith
dormire. Sed quū nullū motū iacētis sensu auriū caperet, accessit proxi
mās ad cortinā, & eleuās eā, vidēsq; cadauer absq; capite Holofernis in
suo sanguine tabefactū iacere sup terrā, exclamauit voce magna cum D
fletu, & scidit vestimēta sua. Et ingressus tabernaculū Iudith, nō inuenit
eā, & exilijt foras ad pplm, & dixit, Vna mulier Hebręa fecit cōfusionē in
domo regis Nabuchodonosor. ecce.n. Holofernes iacet in terra, & ca-
put ei' nō ē in illo. Quod quū audissent pncipes virtutis Assyriorū, sciderūt
oēs vestimēta sua, & itolerabilis timor & tremor cecidit sup eos, & tur
bati sunt animi eorum valde. Et factus est clamor incōparabilis in me
dio castrorum eorum.

Iudęi facto armorū strepitu Assyrios impetūt.

Vagao Holofernē mortuū pdēdit.

CAPVT XV.

Quū q; ois exercit' decollatū Holofernē audisset, fugit mēs & cōsiliū A
ab eis, & solo tremore & metu agitati, fugę psidiū sumūt, ita vt nul
lus loqueret cū pximo suo, sed iclinato capite, relictis oib' euadere festi-
nabāt Hebręos, quos armatus sup se venire audierāt, fugiētes p vias cā
porū & semitas colliū. Vidētes itaq; filij Israel fugiētes, sequuti sūt illos.
Descēderūtq; clāgētes tubis, & vlulātes post ipsos. Et qm̄ Assyri nō adu
nati, in fugā ibāt pcipites: filij aūt Israel vno agmine psequētes, debilita B
bāt oēs quos iuenire potuissēt. Misit itaq; Ozias nūtios p oēs ciuitates
& regiōes Israel. Ois itaq; regio oisq; vrbs, electā iuuētutē armatā mi
sit post eos, & psequuti sūt eos in ore gladij, quousq; puenirent ad extre
mitatē finiū suorū. Reliq aūt q erāt in Bethulia, ingressi sūt castra Assy-
riorū, & pdā quā fugiētes Assyrij reliqrāt, abstulerūt, & hōestati sūt valde.
Hi vero q victores reuersi sūt ad Bethuliā, oīa q erāt illorū abstulerūt C
secū ita vt nō eēt numer' in pecorib', & iumētis, & vniuersis mobilibus
eorū, vt à minimo vsq; ad maximū oēs diuites fierēt ò pdationib' eorū.

Holoferne mortuo Assyrij fugam capiunt.

Filij Israel spolijs Assyriorū ditāt.

Ioachim aūt sūmus pōtifex de Ierlm, venit i Bethuliā cū vniuersis psbyte
ris suis, vt videret Iudith. Quę quū exisset ad illū, bndixerūt eā oēs vna
voce, dicētes, Tu glia Ierlm, tu letitia Israel, tu honorificētia ppli nrī, qa
fecisti viriliter, & cōfortatū ē cor tuū, eo qd castitatē amaueris, & post virum D
tuū, alterū nescieris, ideo & man' dñi cōfortauit te, & ideo eris bndcā i ęternū.
Et dixit ois ppls, Fiat fiat. Per dies aūt triginta, vix collecta sūt spolia
Assyriorū à populo Israel. Porrò aūt vniuersa quę Holofernis peculia
ria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro, & argēto, & vestibus,
& gēmis, & oī supellectili, & tradita sunt oīa illi à pplo. Et oēs ppli gau
debant cū mulieribus, & virginib', & iuuenib', i organis, & citharis.

Bndicit Iudith a pōtifice & pplo.

CAPVT XVI.

A T Vnc cantauit canticum hoc domino Iudith, dicens,
Iudith dño Incipite domino in tympanis, cātate domino in cymbalis, modu
laudē canit lamini illi psalmū nouum, exultate & inuocate nomen eius.
ob victoriā Dominus conterens bella, dominus nomen est illi.
Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu
omnium inimicorum nostrorum.
Venit Assur ex montibus ab aquilone in multitudine fortitudinis suę
cuius multitudo obturauit torrētes, et eq̄ eorū cooperuerunt valles.
Dixit se incensurum fines meos, et iuuenes meos occisurum gladio, in
fantes meos dare in prędam, et virgines in captiuitatem.
Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus
fœminę, et confodit eum.
B Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percusse
runt eum, nec excelsi gigantes imposuerunt se illi, sed Iudith filia
Merari in specie faciei suę dissoluit eum.
Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lętitię in
exultatione filiorum Israel.
Vnxit faciem suam vnguento, & colligauit cincinnos suos mitra, ac
cepit stolam nouam ad decipiendum illum.
Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit
animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.
Horruerunt Persę constantiam eius, & Medi audaciam eius.
Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles
mei, arescentes in siti.
Filij puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occide
runt eos, perierunt in prælio à facie domini dei mei.
C Hymnum cantemus dño, hymnum nouum cantemus deo nostro.
Adonai domine magnus es tu, et pręclarus in virtute tua, et quem su
perare nemo potest.
Psal. 32.b. Tibi seruiat omnis creatura tua: quia dixisti, et facta sunt: misisti spiritū
tuum, et creata sunt, et nō est qui resistat voci tuę.
Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis, petrę sicut cera lique
scent ante faciem tuam.
Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.
Vę genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens
vindicauit in eis, in die iudicij visitauit illos.
Dabit enim ignem et vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant
vsque in sempiternum.
Parta victo Et factum est post hęc, omnis populus post victoriā venit in Ierusalē
ria vēit oīs adorare dñm: et mox vt purificati sunt, obtulerunt holocausta, & vo
pp̄ls Ieru ta, & repromissiones suas. Porrò Iudith vniuersa vasa bellica Holo
salē ad ado fernis, quę dedit illi populus, & conopœum qđ ipsa sustulerat de cubi
randū D li ipsius, obtulit in anathema obliuionis. Erat aūt populus iucundus
scđm faciem sanctorū, & per tres meses gaudiū huius victorię celebra (* consecratio- nem dño.)
tū est cum Iudith. Post dies aūt illos vnusquisq; rediit in domū suam,
& Iudith magna facta est in Bethulia, & pręclarior erat vniuersę ter
rę Israel. Erat etiā virtuti castitas adiuncta, ita vt nō cognosceret virū
omnibus diebus vitę suę, ex quo defunctus est Manasses vir eius. Erat
autē diebus festis procedens cum magna gloria. Mansit aūt in domo
viri sui, annos centum quinq;, & dimisit abram suam liberā, & defun
cta est ac sepulta cum viro suo in Bethulia. Luxitq; illam oīs popu
Iudith mo lus diebus septem. In omni aūt spatio vitę eius nō fuit qui perturbaret
ritur. Israel, & post mortem eius annis multis. Dies autem victorię huius
festiuitatis, ab Hebręis in numero sanctorum dierū accipitur, & colitur
à Iudęis ex illo tempore vsq; in pręsentem diem.

D. HIERONYMI IN LIBRVM ESTHER PRAEFATIO.

LIBRVM Esther varijs translatoribus cõstat esse vitiatũ: quẽ ego
de archiuis Hebręorum releuans, verbũ è verbo exp̃ssius trãstuli. Quẽ li
brũ editio vulgata, laciniosis hincinde verbo℞ finibus trahit, addẽs ea
q̃ ex tẽpore dici poterãt, & audiri: sicut solitũ ẽ scholarib⁹ disciplinis, sũpto
themate, excogitare q̃bus verbis vti potuit q̃ iniuriã passus est, vel qui
iniuriã fecit. Vos aũt ô Paula & Eustochiũ, q̃m & bibliothecas He
bręo℞ studuistis intrare, & interpretũ certamina cõprobastis, tenentes
Esther Hebraicũ librũ, p singula verba nr̃am trãslationẽ aspicite: vt possi
tis agnoscere, me nihil etiã augmẽtasse addẽdo, sꝫ fideli testimõio simpli
sicut in Hebręo habet, historiã Hebraicã Latinę linguę tradidisse. Nec
affectamus laudes hoĩum, nec vituperationes expauescimus. deo. n. pla
cere curantes, minas hoĩum penitus nõ timemus: q̃m deus dissipat ossa
eo℞ q̃ hoĩb⁹ placere desyderãt: & sc̃dm apostolũ, q̃ eiusmodi sunt, serui
CHRISTI esse nõ p̃nt. Rursum, ĩ libro Esther alphabetũ ex minio
vsq; ad Teth lr̃am fecimus diuersis in locis, volẽtes. s. septuaginta in
terpretũ ordinẽ per hoc insinuare studioso lectori. Nos. n. iuxta morem
Hebraicũ, ordinem prosequi, q̃ in septuaginta editiõe maluimus.

LIBER ESTHER.



IN DIEBVS Assueri, q̃ regnauit ab In
dia vsq; Aethiopiã sup centũ vigintiseptẽ p
uincias: q̃n sedit in solio regni sui, Susan ciui
tas regni eius exordiũ fuit. Tertio igit anno
ĩperij sui fecerat grãde cõuiuiũ cunctis princi
pibus, & pueris suis fortissimis Persa℞, & Me
do℞ ᵃinclytis, ᵇ& p̃fectis p̃uincia℞ corã se, vt
ostẽderet diuitias glorię regni sui, ac ᶜmagni
tudinẽ, atq; iactantiã potẽtię suę ᵈmulto tpe,
centũ videlicet & octoginta diebus. Cumq;
ĩplerent dies cõuiuij, inuitauit oẽm pplm, q̃ inuẽtus est in Susan à maximo
vsq; ad minimũ: & iussit septẽ diebus cõuiuiũ pręparari in vestibulo hor
ti, ᵉ& nemoris, q̃d regio cultu, & manu cõsitum erat. ᶠEt pendebãt ex om
ni pte ᵍtẽtoria ęrei coloris, & charpasini, ʰac hyacinthini, sustẽtata funib⁹
byssinis, atq; purpureis, q̃ ⁱeburneis ᵏcirculis inserti erãt, & colũnis mar
moreis fulciebant. Lectuli quoq; aurei, & argẽtei sup pauimentũ, ˡsma
ragdino, & pario strati lapide dispositi erant: q̃d mira varietate pictu
ra decorabat. ᵐBibebant aũt q̃ inuitati erãt, aureis poculis, & ⁿalijs atq;
alijs vasis cibi inferebant. ᵒVinũ quoq;, vt magnificẽtia regia dignum
erat, abũdãs, ᵖ& pcipuũ ponebat. ᵠNec erat q̃ nolẽtes cogeret ad biben
dũ: sed sicut rex statuerat, ʳp̃ponẽs mẽsis singulos de principib⁹ suis, ˢvt
sumeret vnusq̃sq; q̃d vellet. Vasthi quoq; regina fecit cõuiuiũ femi
na℞ in palatio, vbi rex Assuerus manere cõsueuerat. Itaq; die septimo,
cum rex esset hilarior, & post nimiã potationẽ incaluisset mero, pcepit
Mauman & Bazatha & Harbona & Bagatha & Abgatha & Zethar &
Charchas septẽ eunuchis, q̃ in cõspectu ei⁹ ministrabãt, vt itroducerẽt re
ginã Vasthi corã rege, posito sup caput ei⁹ diademate, vt ostẽderet cũ
ctis pplis, & p̃ncipib⁹ pulchritudinẽ illi⁹: erat. n. pulchra valde. Quę re
nuit, & ad regis imperium, q̃d p eunuchos mãdauerat, venire cõtempsit.
Vnde iratus rex, & nimio furore succensus, interrogauit sapientes,
ᵗqui ex more regio semper ei aderant, ᵘ& illorum faciebat cuncta con
silio, scientium leges, ac iura maiorum ˣ(erant autem ʸprimi, & ᶻproxi
mi, Charsena & Sethar & Admatha & Tharsis & Mares & Mar

Marginal notes (left):
ᵃducibus Euphrathęis (vel, principib⁹ maioribus)
ᶜgloriã decoris magnitudinis suę.
ᵉpalatij regis.
ᵍaulęa albi coloris, & charpasini (.i. viridis coloris,)
ⁱargenteis
ˡporphyrio, & marmoreo, & pario, & hyacinthino stratum lapide dispositi erant.
ᵐvaria (vel distincta) erant vasa.
ᵖ& potus erat sc̃dm legem. LXX, potus hic nõ sc̃dm p̃positam legem fuit.
ᵗomni magistro dom⁹ suę,
ᵘscientes tpa.
ʸcoram oĩbus scientibus legẽ & iudiciũ.

Marginal notes (right):
A. Assuerus cõuiuiũ parat principibus suis, vt potentiã & gloriã suam omnibus ostentaret.
B
Vasthi regina iussu regis accersita, recusat ad eũ venire.
C
Vasthi pulchra: Rex, sapiẽtum cõsilio eam repudiat.

Sana et Mamuchan, septem duces Persarum, atque Medorum, qui videbant fa-
ciem regis, & primi post eum residere soliti erant) cui sententię Vasthi
regina subiaceret, quę Assueri regis imperium, quod per eunuchos man-
dauerat, facere noluisset. Responditque Mamuchan audiente rege, atque
principibus, Non solum regem lęsit regina Vasthi, sed & omnes popu-
los, et principes, qui sunt in cunctis prouincijs regis Assueri. Egredietur
enim sermo reginę ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, et di-
D cant, Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa no-
luit. Atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum, atque Medo-
rum paruipendent imperia maritorum. vnde regis iusta est indignatio.
Si ergo tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, et scribatur iuxta legem
Persarum atque Medorum, quam preteriri illicitum est, vt nequaquam re-
gina Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, altera, quę melior
est illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latissimum est) prouinciarum tua-
rum diuulgetur imperium, vt cunctę vxores tam maiorum quàm minorum
deferant maritis suis honorem. Placuit consilium eius regi, et principi-
bus: fecitque iuxta consilium Mamuchan, et misit epistolas ad vniuersas
prouincias regni sui, vt quęque gens audire & legere poterat diuersis
linguis, & literis, esse viros principes, ac maiores in domibus suis: &
hoc per cunctos populos diuulgari.

'ducerel an se, 'vel, propter hoc multum cōtēptus erit, & ita.

Edictum regis de dominatione virorum in vxores.

'vel, vt oēs viri dominētur in domib' suis.

CAPVT II.

A His itaque gestis, postquam regis Assueri indignatio deferbuerat, re-
cordatus est Vasthi, et quę fecisset, 'vel quę passa esset: dixeruntque pue-
ri regis, ac ministri eius, Quęrant regi puellę virgines, ac speciosę, et mit-
tantur qui considerent per vniuersas prouincias puellas speciosas, et vir-
gines: et adducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in domum fœmi-
narum sub manu Egei eunuchi, qui est prępositus & custos mulierum re-
giarum: et accipiant mundum muliebrem, & cętera ad vsus necessa-
ria. & quęcunque inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro
Vasthi. Placuit sermo regi: et ita vt suggesserant, iussit fieri. Erat vir
Iudęus in Susan ciuitate, vocabulo Mardochęus, filius Iair, filij Semei,
filij Cis, de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de Ierusalem eo tempo-
re quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor rex Babylonis transtu-
lerat, qui fuit nutritius filię fratris sui Edissę, quę altero nomine voca-
batur Esther: & vtrumque parentem amiserat: pulchra nimis, & decora
B facie. Mortuisque patre eius, ac matre, Mardochęus sibi eam adoptauit
in filiam. Quumque percrebuisset regis imperium, & iuxta mandatum
illius multę pulchrę virgines adducerent Susan, & Egeo traderentur
eunucho: Esther quoque inter cęteras puellas ei tradita est, vt seruaretur
in numero fœminarum. Quę placuit ei, & inuenit gratiam in conspectu
illius. Et pręcepit eunucho vt acceleraret mundum muliebrem, & traderet
ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, et tam
ipsam, quàm pedisequas eius ornaret, atque excoleret, Quę noluit
indicare ei populum, et patriam suam. Mardochęus enim pręceperat
ei, vt de hac re omnino reticeret: qui deambulabat quotidie ante vesti-
bulum domus, in qua electę virgines seruabantur, curam agens salutis
Esther, et scire volens quid ei accideret. Quum autem venisset tem-
pus singularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad regem, ex-
pletis omnibus quę ad cultum muliebrem pertinebant, mensis duo-
decimus vertebatur: ita duntaxat, vt sex mensibus oleo vngeren-
tur myrrhino, & alijs sex quibusdam pigmentis, & aromatibus vte-
rentur. Ingredientesque ad regem, quicquid postulassent ad orna-
C tum pertinens, accipiebant: & vt eis placuerat, compositę, de tricli-
nio fœminarum ad regis cubiculum transibant. Et quę intrauerat ve-
spere, egrediebatur mane, atque inde in secundas ędes deducebatur,
quę sub manu Sasagazi eunuchi erant, qui concubinis regis pręside-
bat: nec habebat potestatem ad regem vltra redeundi, nisi voluisset rex,

Quęrentur regi Assuero puellę, inter quas erat Esther. Mardochęus adoptat Esther in filiam. 4.re.24.d. Pulchra Esther.

Esther cum cęteris pulchris puellis seruat in domo regis

'ipsius

'& eius quod ad tra eā decretū fuerat:

'vel, ornatum muliebrē, & ī.

'patrui. LXX. fratris patris.

'dignas (.i. cōuenientes ad ministrandum ei)

'mutauit ipsā e puellas eius (.i. mutauit ptes ipsius & puellarum in domū (sicut vt gratam ei faceret ei) ipsa autem erat in domo mulierum.

'vt cognosceret pacē (.i. sciret vt valeret e se haberet)

'veniebant

q eam venire iussisset ex nomine. Euoluto autem tempore per ordi/ Esther ad re
nem, instabat dies quo Esther filia Abihail fratris Mardochęi, quam gē introdu/
sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad regem. Quę non quęsi/ cta: quę pręs
uit muliebrem cultum, sed quęcunque voluit Egeus eunuchus custos cęteris illi
virginum, hęc ei ad ornatum dedit. Erat enim formosa valde, & in/ placens, re/
credibili pulchritudine, oium oculis gratiosa, & amabilis videbatur. gina efficis
Ducta est itaque ad cubiculum regis Assueri mense decimo, qui voca
tur Tebeth, septimo anno regni eius. Et adamauit eam rex plus quàm
omnes mulieres, habuitq; gratiam, ꝛ misericordiā corā eo super om/
nes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitq; eā regna/
re in loco Vasthi. Et iussit conuiuium pręparari permagnificum cun/
ctis principibus, & seruis suis pro coniunctione, ꝛ nuptijs Esther. Et de
dit requiē vniuersis prouincijs, ac dona largitus est iuxta magnificen/
tiam principalem. Quumq; ꝛ secūdo quęrerentur virgines, & con/
gregarentur, Mardochęus manebat ad ianuā regis. nec dum prodide/
rat Esther patriā & populum suū, iuxta mandatū eius. Quicquid.n.
ille pręcipiebat, obseruabat Esther: & ita cuncta faciebat vt eo tēpore
solita erat quo eam paruulam nutriebat. Eo igitur tēpore quo Mar Bagathan
dochęus ad regis ianuam morabatur, irati sunt Bagathan, ꝛ Thares ꝛ Thares is
duo eunuchi regis, qui ianitores erant & in primo palatij limine pręsi dantes vi
debant: volueruntq; insurgere in regem, ꝛ occidere eū. Quod Mardo tę regis sus
chęum non latuit: statimq; nuntiauit reginę Esther: & illa regi ex no/ spēduntur.
mine Mardochęi, qui ad se rem detulerat. Quęsitū est, & inuentum: &
appensus est vterque eorū in patibulo. Mandatumq; est historijs, &
annalibus traditum coram rege.

CAPVT III.

A

POst hęc rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadathi, qui erat
de stirpe Agag: ꝛ posuit soliū eius super omnes principes quos
habebat. Cunctiq; serui regis, qui in foribus palatij versabantur, flecte
bant genua, ꝛ adorabant Aman: sic enim pręceperat eis imperator, so
lus Mardochęus non flectebat genu, neque adorabat eum. Cui dixe/
runt pueri regis, qui ad fores palatij pręsidebant, Cur pręter cęteros
non obseruas mandatum regis? Quumq; hoc crebrius dicerent, ꝛ ille
nollet audire, nuntiauerunt Aman, scire cupientes vtrum perseueraret
in sententia. dixerat enim eis se esse Iudęū. Qđ quum audisset Aman,
ꝛ experimento probasset quòd Mardochęus nō flecteret sibi genu, nec
se adoraret, iratus est valde, & pro nihilo duxit in vnum Mardochęum
mittere manus suas. audierat enim quòd esset gentis Iudęę. magisq;
voluit oēm Iudęorū, q erant in regno Assueri, pdere nationē. Mense
prio (cuius vocabulū est Nisan) anno duodecimo regni Assueri, missa
est sors in vrnā, quę Hebraice dicit phur, corā Aman, quo die & quo
mense gens Iudęorū deberet interfici: & exiuit mēsis duodecimus q vo
cat Adar. Dixitq; Aman regi Assuero, Est ppls per oēs puincias regni
tui dispsus, & à se mutuo separatus, nouis vtens legibus ꝛ ceremonijs,
insup & regis scita cōtēnens. Et optie nosti qđ nō expediat regno tuo
vt insolescat p licētiā. si tibi placet, decerne vt pereat, ꝛ decē millia ta
lentorū appendā arcarijs gazę tuę. Tulit ergo rex annulū quo vtebat
de manu sua, ꝛ dedit eū Aman filio Amadathi ð pgenie Agag, hosti
Iudęorū, dixitq; ad eū, Argentū qđ tu polliceris, tuū sit: de pplo age
qđ tibi placet. Vocatiq; sunt scribę regis mēse prio Nisan, tertiade
cima die eiusdē mēsis: ꝛ scriptū est vt iusserat Aman, ad oēs satrapas re
gis, & iudices puinciarū, diuersarūq; gentiū, vt quęq; gens legere pote
rat & audire p varietate linguarū ex noie regis Assueri: & lrę signatę
ipsius annulo missę sunt p cursores regis ad vniuersas puincias, vt oc
ciderēt atq; delerēt oēs Iudęos, à puero vsq; ad senē, paruulos ꝛ mulie
res vno die, hoc est tertiodecimo mēsis duodecimi, q vocat Adar, &
bona eorū diriperēt. Sūma aūt epistolarū hęc fuit, vt oēs puincię scirē ꝛ

Right margin: D — Aman exaltatū a rege solus Mardochę' nō adorat. — B Videns Aman se cō tēptū a Mardochęo, om niū Iudęorū interitū ab Assuero impetrat. — C — D

Left margin: patrui — Esther — regiam. — Mardochęi. — rex. — quę dicit go ral (.i. sors) — quidam — dimittas eos. — argenti appē dā manib' fa cientiū opus, vt adducant i thesauros re gis. — duces — regis

pararent se ad prędictã diem. Festinabãt cursores, qui missi erant regis imperiũ explere. Statimq; in Susan pependit edictũ, rege & Amã celebrante conuiuiũ, & cunctis qui in vrbe erant, flentibus.

CAP. IIII.

A

Luctus Mardochęi, ob gentis sua paratã Iudęorũ necem.

QVę quũ audisset Mardochęus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti: & in platéa medię ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudiné animi sui, & hoc eiulatu vsq; ad fores palatij gradiens. Non enim erat licitum, indutũ sacco aulã regis intrare. In omnibus quoq; prouincijs, oppidis, ac locis, ad quę crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudęos, ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco & cinere multis pro strato vtentibus. Ingressę autem sunt puellę Esther & eunuchi, nuntiaueruntq; ei. Quod audiens consternata est: & vestem misit, vt ablato sacco induerent eum: quã accipere noluit.

B

Petit esther à Mardochęo p eunuchũ cãm luctus.

Accitoq; Athach eunucho[a], quem rex ministrũ ei dederat, pręcepit vt iret ad Mardochęum, & disceret ab eo cur hoc faceret. Egressusq; Athach, iuit ad Mardochęũ stantem in platéa ciuitatis ante ostium palatij. qui indicauit omnia quę acciderant, quomodo Aman promisisset vt in thesauros regis pro Iudęorũ nece inferret argentum. exemplar quoq; edicti qđ pendebat in Susan, dedit ei vt reginę ostenderet, & moneret eam vt intraret ad regẽ, & [b]deprecaretur eum[b] pro populo suo.

C

Mardochę[us] suadet ipsi Esther vt regẽ pro pplo deprecetur.

Regressusq; Athach, nuntiauit Esther omnia quę Mardochęus dixerat. Quę respondit ei, & iussit vt diceret Mardochęo, Omnes serui regis, & cunctę quę sub ditione eius sunt, norunt prouincię, quod siue vir, siue mulier nõ vocatus, interius atrium regis intrauerit, [c]absq; vlla cunctatione statim[c] interficiatur: nisi fortè rex auream virgam ad eum tetenderit [d]pro signo clementię[d], atq; ita possit viuere. Ego igitur quomodo ad regem intrare potero, quę triginta iam diebus non sum vocata ad eum? Quod quũ audisset Mardochęus, rursum mãdauit Esther, dicens,

D

Ne putes q animã tuam tantum liberes, quia in domo regis es prę cunctis Iudęis. si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Iudęi: & tu, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit vtrum idcirco ad regnũ veneris, vt in tali tempore parareris?

Esther ad regem ingressura, iubet pro se orari.

Rursumq; Esther hęc Mardochęo verba mandauit, Vade, & cógrega omnes Iudęos, quos in Susan repereris, & [e]orate[e] pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cum ancillulis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem, cõtra legem faciens non vocata. tradensq; me morti & periculo. Iuit itaq; Mardochęus, & fecit omnia quę ei Esther pręceperat.

CAP. V.

A

Esther ĩtrãs ad regẽ, petit vt ipse & Amã ad cõuiuium veniant.

DIe autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regię, qđ erat interius cõtra basilicã regis: at ille sedebat super soliũ suum in [f]cõsistorio palatij[f] cõtra ostiũ domus. Quumq; vidisset Esther [g]reginã stantẽ, placuit oculis eius, & extendit cõtra eam virgã auream quã tenebat manu. Quę accedẽs, [h]osculata est summitatẽ[h] virgę eius. Dixitq; ad eã rex, Quid vis Esther regina? Quę est petitio tua? etiam si dimidiã partem regni petieris, dabitur tibi. At illa rñdit, Si regi placet, obsecro vt venias ad me hodie, & Aman tecũ ad conuiuium qđ paraui.

B

Rursum petit vt crastino die ad cõuiuium veniant.

Statimq; rex, Vocate, inquit, cito Aman, vt Esther obediat volũtati. Venerunt itaq; rex & Aman ad conuiuiũ qđ eis regina parauerat. Dixitq; ei rex, [i]postq; vini biberat abũdanter,[i] Quid petis vt detur tibi? & pro qua re postulas? Etiã si dimidiã partem regni mei petieris, impetrabis. Cui rñdit Esther, Petitio mea, & preces sunt istę: Si inueni in conspectu regis gratiã, & si regi placet vt det mihi qđ postulo, & meam impleat petitionem: veniat rex & Aman ad conuiuium quod paraui eis, & cras aperiam regi volũtatem meam.

C

Amã iratus nõ se honorari à Mardochęo, parat ipsi patibulum.

Egressus est itaq; illo die Aman lętus & alacer. Quumq; vidisset Mardochęum sedentem ante fores palatij, & non solum nõ assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis suę, indignatus est valde: & dissimulata ira

[a] regis
[b] quęreret faciẽ eius. Hebr.
[c] vna eius lex est vt
[e] ieiunate
[f] domo palatij (LXX, in domo regali)
[g] rex
[h] tetigit
[i] in conuiuio vini, Hebraismus ẽ: aut conuiuiũ vini simpl'r pro conuiuio accipitur.

reuersus in domũ suam, conuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorem suã: & exposuit illis magnitudinem diuitiarũ suarũ, filiorumq́; turbã, & quanta eũ gloria super omnes principes & seruos suos rex eleuasset. Et post hęc ait, Regina quoq; Esther nullum alium vocauit ad cõuiuiũ cum rege, pręter me: apud quam etiã cras cum rege ⁊pransurus⸌ sum. Et quũ hęc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochęum Iudęũ sedentẽ ante fores regias. Responderuntq́; ei Zares vxor eius, & cęteri amici, Iube parari excelsam trabem, habẽtem altitudinis quinquaginta cubitos: e dic mane regi vt appendatur super eam Mardochęus, e sic ibis cũ rege lętus ad cõuiuiũ. Placuitq́; ei consilium, e iussit excelsam pręparari crucem. D

⁊ vocatus

CAPVT VI.

NOctem illam duxit rex insomnem, iussitq́; sibi afferri historias e annales priorum temporum. Quę quũ illo pręsente legerentur, ventum est ad illum locum, vbi scriptum erat, quomodo nuntiasset Mardochęus insidias Bagathan e Thares eunuchorum, regem Assuerũ iugulare cupientium. Quod quum audisset rex, ait, Quid pro hac fide honoris ac pręmij Mardochęus consequutus est? Dixerunt ei serui illius, ac ministri, Nihil omnino mercedis accepit. Statimq́; rex, Quis est, inquit, in atrio? Aman quippe ⁊interius⸌ atriũ domus regię intrauerat, vt suggereret regi, & iuberet Mardochęum affigi patibulo qđ ei fuerat pręparatus. Responderunt pueri, Aman stat in atrio. Dixitq́; rex, Ingrediatur. Quumq́; esset ingressus, ait illi, Quid debet fieri viro, quem rex honorare desyderat? Cogitans aũt in corde suo Aman, & reputans quod nullum alium rex, nisi se, vellet honorare, respõdit, Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs: & imponi super equum ⁊qui de sella regis est,⸌ & accipere regium diadema super caput suum, & primus de regijs principibus ac tyrãnis teneat equũ eius: & per plateam ciuitatis ⁊incedens, clamet,⸌ & dicat, Sic honorabitur, quẽcunq; voluerit rex honorare. Dixitq́; ei rex, Festina, e ⁊sumpta stola⸌ & equo, fac ita vt loquutus es, Mardochęo Iudęo qui sedet ante fores palatij. Caue ne quicquam de his quę loquutus es pętermittas. Tulit itaque Aman stolam & equum, indutumq́; Mardochęũ, in platea ciuitatis, & impositum equo pręcedebat, atque ⁊clamabat,⸌ Hoc honore cõdignus est, quemcunq; rex voluerit honorare. Reuersusq́; est Mardochęus ad ianuam palatij: & Aman festinauit ire in domum suam, lugens & operto capite: narrauitq́; Zares vxori suę, & amicis omnia quę euenissent sibi. Cui responderunt sapientes quos secum habebat in consilio, & vxor eius, Si de semine Iudęorũ est Mardochęus, ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius. Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi regis, & cito eum ad conuiuium quod regina parauerat, ⁊pergere compulerunt.⸌

A Rex annales euoluẽs, fidelitatẽ Mardochęi inuenit.

⁊ exterius

B Mardochęũ iubet rex honorari in cõfusionẽ Aman.

⁊ quẽ equitat rex

⁊ ducat eum, e clament,

C

⁊ sumpto vestimento e istra.

Aman frustratus, pcepto regis honorat Mardochęum.

⁊ clamabant,

D

⁊ adduxerunt.

⁊ in conuiuio vini. Hebraism⁹ est: aut conuiuium vini, nihil aliud significat quã conuiuiũ, vt paulo post vides, de loco conuiuij,

CAPVT VII.

INtrauit itaque rex & Aman, vt biberent cũ regina. Dixitq́; ei rex etiam secunda die ⁊postquam vino incaluerat,⸌ Quę est petitio tua Esther, vt detur tibi? & quid vis tibi fieri? etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Ad quem illa respondit, Si inueni gratiam in oculis tuis o rex, & si placet, dona mihi animam meam pro qua rogo, e populum meum pro quo obsecro. ⁊Traditi⸌ enim sumus ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Atq; vtinam in seruos e famulas venderemur: ⁊esset tolerabile malũ, e gemens tacerem. Nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in reges.⸌ Respõdensq́; rex Assuerus ait, Quis est iste: & cuius potentię, vt hęc audeat facere? Dixitq; Esther, Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. Quod ille audiens, illico obstupuit, vultũ regis ac reginę ferre non sustinens. Rex autem iratus surrexit, & de ⁊loco cõuiuij⸌

A Esther in cõuiuio p sua e ppli sui vita orat.

⁊ Venditi

⁊ tacuissem: quã quã hostis nõ satisfaceret dãno regis.

B

⁊ conuiuio vini (.i. de ipso conuiuio).

D

Intrauit in hortum ²arboribus consitum. ³ Aman quoq; surrexit, vt ro-
garet Esther reginã pro anima sua. intellexit enim à rege sibi paratum
malum. ²Qui quum reuersus esset de horto nemoribus consito, & in-
C trasset conuiuij locum, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo
iacebat Esther, & ait, Etiam reginam vult opprimere, me presente, in
domo mea. ³Necdum verbum de ore regis exierat, & statim operue-
runt faciem eius. ³ Dixitq; Harbona, vnus de eunuchis qui stabant in
ministerio regis: En lignum quod parauerat Mardocheo, qui loqu-
tus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta
cubitos. Cui dixit rex, Appendite eũ in eo. Suspensus est itaq; Aman in
patibulo quod parauerat Mardocheo: & regis ira quieuit.

Iussu regis suspenditur Amã in patibulo qđ mardocheo parauerat.

CAPVT VIII.

A Die illo dedit rex Assuerus Esther reginę domum Aman aduersarij
Iudęorũ, & Mardochęus ingressus est ante faciem regis. Confessa
est ei Esther, ²quòd esset patruus suus. ³Tulitq; rex annulum quem ab
Aman recipi iusserat, & tradidit Mardocheo. Esther autem constituit
Mardocheum super domũ suam. Nec his contenta, prócidit ad pe-
des regis: fleuitq;, & loquuta ad eum orauit vt malitiã Aman Aga-
gitę, & machinationes eius pessimas quas excogitauerat cõtra Iudęos,
iuberet irritas fieri. At ille ex more ¹ ²sceptrũ aureũ ¹ prętendit manu,
quo signum clementię monstrabatur. ¹ Illaq; consurgens stetit ante
eum, & ait, Si placet regi, & si inueni gratiam in oculis eius, & depre-
catio mea non ei videtur esse cõtraria, obsecro vt nouis epistolis vete-
res Aman * literę insidiatoris & hostis Iudęorũ, quibus eos in cunctis
regis prouincijs perire pręceperat, corrigantur. Quomodo enim pote-
ro sustinere necem, & interfectionẽ populi mei? Respónditq; rex Assue-
rus Esther reginę, & Mardocheo Iudęo, Domũ Aman concessi Esther
reginę: & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iu-
dęos. Scribite ergo Iudęis, sicut vobis placet, ex regis nomine mitte-
bantur, & illius annulo signatę erãt, nemo auderet contradicere. Ac-
citisq; scribis & librarijs regis (erat autem tempus tertij mensis, qui ap-
pellatur Siban) vicesima & tertia die illius scriptę sunt epistolę vt Mar-
dochęus voluerat, ad Iudęos & ad principes, ²procuratoresq; & iudi-
ces, ³qui centum vigintiseptem prouincijs ab India vsq; ad Aethiopiã
pręsidebãt, ³prouincię atq; prouincię, populo & populo ³iuxta linguas
& literas suas, & Iudęis, prout legere poterant, & audire. Ipsęq; episto-
C lę, quę ex regis nomine mittebantur, annulo ipsius obsignatę sunt, &
missę per ²veredarios: qui per omnes prouincias discurrentes, veteres li-
teras nouis nuntijs pręuenirent. ³ Quibus imperauit rex, vt conuenirent
Iudęos per singulas ciuitates, & in vnũ pręciperent cógregari, vt sta-
rent pro animabus suis, & ²omnes inimicos suos ³cum coniugibus ac li-
beris & vniuersis domibus interficerent atq; delerent. Et constituta est
per omnes prouincias * vna vltionis dies, id est tertiadecima mensis
duodecimi Adar. Summaq; epistolę hęc fuit, vt in omnibus terris ac
populis qui regis Assueri subiacebant imperio, notũ fieret paratos esse
Iudęos ad capiendam vindictam de hostibus suis. Egressiq; sunt ve-
redarij celeres ²nuntia ³ perferentes, & edictum regis pependit in * Su-
D san. Mardochęus autem ³ de palatio, & ¹ de conspectu regis egrediens
fulgebat vestibus regijs, hyacinthinis videlicet & ²ęrinis ³ coronã au-
ream * portans in capite, & amictus serico pallio atq; purpureo. Om-
nisq; ciuitas exultauit, atq; lętata est. Iudęis autem ³ noua ¹ lux oriri vi-
sa est, gaudium, honor, & tripudium. Apud omnes populos, vrbes, atq;
prouincias quocunq; regis pręcepta veniebant, mira exultatio, epulę,
atq; conuiuia, & festus dies: intantum vt plures alterius gentis ²& se-
ctę, eorum religioni & ceremonijs iungerentur.) Grandis enim cũctos
Iudaici nominis terror inuaserat.

CAP. IX.

Donis Aman tradi-tis reginę Esther, Mardochę⁹ exaltatur.

B Esther regẽ orat vt lrę ĩ necẽ Iudęorũ missę ab Aman, fiãt irritę.

Lrę noĩe regis scribuntur ad Iudęos, vt occidãt hostes suos.

Gaudium & lętitia Iudęorum, ob edictũ regis Assueri.

² palatij. & infra.
² Rex autem quum
² Vbi hęc dixit rex, operuerũt faciem ipsius Aman.
² quid ipsi esset.
² virgã auream
* filij Amadatha Agagitę
² & duces & principes prouinciarum,
.i. singulis prouincijs & populis singulis.
² cursores equites equos, equos velocissima animalia, multos ex equabus genitos. & infra.
² exercitũ populi & prouinciarum qui opprimerent eos
* regis Assueri
² verbũ regis
* palatio
* candidis,
* magnam
² Iudęos se fecerent (.i. recti Iudęorũ assumebant.)

A

IGitur duodecimi mensis, quē Adar vocari antè iam diximus, tertia
decima die 'quando cunctis Iudęis interfectio parabatur, & hostes
eorū inhiabant sanguini, ' versa vice Iudęi superiores esse cœperūt, &
se de aduersariis vindicare. Cógregatiq; sunt per singulas ciuitates &
oppida & loca, vt extenderent manum contra inimicos & persecutores
suos. Nullusq; ausus est resistere, eò q̄ omnes populos magnitudinis
eorū formido penetraret. Nam & prouinciarū 'iudices & duces, & pro-
curatores, ' omnisq; dignitas quę singulis locis ac operibus pręerat,
extollebant Iudęos timore Mardochęi: quē principem esse palatii, & B
plurimū posse cognouerant. fama quoq; nominis eius crescebat quoti
die, & per cunctorum ora volitabat. Itaq; percusserūt Iudęi inimicos
suos plaga magna, & occiderūt eos, reddentes eis qđ sibi parauerāt fa-
cere: intantū, vt etiam in Susan quingentos viros interficerēt, extra de-
cem filios Aman Agagitę hostis Iudęorū: quorum ista sunt nomina,
Pharsandatha, & Delphon, & Esphatha, & Phoratha, & Adalia, &
Aridatha, & Phermesta, & Arisai, & Aridai, & Iezatha. Quos quum
occidissent, prędas de substantiis eorū agere noluerūt. Statimq; nume-
rus eorū qui occisi erant in Susan, ad regē relatus est. Qui dixit reginę,
In vrbe Susan interfecerūt Iudęi quingentos viros, & alios decē filios
Aman: quātam putas eos exercere cędes in vniuersis prouinciis? Quid C
vltra postulas, & quid vis vt fieri iubeā? Cui illa respondit, Si regi pla
cet, detur potestas Iudęis, vt sicut fecerūt hodie in Susan, sic & cras fa-
ciant, & decē filii Aman in patibulis suspendātur. Pręcepitq; rex vt ita
fieret. Statimq; in Susan pependit edictū, & decem filii Aman suspensi
sunt. Cógregatis Iudęis quartadecima die mensis Adar interfecti sunt
in Susan trecenti viri: nec eorū ab illis direpta substantia est. Sed & per
omnes prouincias quę ditioni regis subiacebāt, pro animabus suis ste-
terunt Iudęi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: intantū vt se-
ptuagintaquinq; millia occisorū implerentur, & nullus de substantiis
eorum quicquā contingeret. Dies autem tertiusdecimus mensis Adar D
vnus apud omnes interfectionis fuit, & quartadecima die cędere desie-
runt. Quem cōstituerunt esse solēnem, vt in eo omni tempore deinceps
vacarent epulis, gaudio atq; conuiuiis. At hi qui in vrbe Susan cędem
exercuerant, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdē mensis in cęde
versati sunt: quintodecimo aūt die percutere desierunt. Et idcirco eun-
dem diem constituerunt solennem, epularū atq; lętitię. Hi verò Iudęi
qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartūdecimū diem
mensis Adar conuiuiorū, & gaudii decreuerūt, ita vt exultent in eo, &
mittāt sibi mutuo partes epularū & ciborū. Scripsit itaq; Mardochęus E
omnia hęc, & literis cōprehensa misit ad Iudęos qui in omnibus regis
prouinciis morabantur, tam in vicino positis q̄ procul, vt quartūdeci
mam & quintūdecimā diem mensis Adar pro festis susciperent, & re-
uertente semper anno solenni celebrarent honore: quia in ipsis diebus
se vlti sunt Iudęi de inimicis suis, & luctus atq; tristitia in hilaritatem
gaudiumq; cōuersi sunt, essentq; dies isti epularū atq; lętitię, & mitte-
rent sibi inuicem ciborū partes, & pauperibus munuscula largirentur.
Susceperuntq; Iudęi in solēnem ritū cuncta, quę eo tempore facere cœ
perant, & quę Mardochęus literis facienda mandauerat. Aman enim
filius Amadathi stirpis Agag, hostis, & aduersarius Iudęorū, cogitauit
contra eos malū, vt occideret illos, atq; deleret: & misit phur, quod 'no F
stra lingua vertitur in sortē. 'Et postea ingressa est Esther ad regē, obse-
crans vt conatus eius, literis regis irriti fierent: & malū quod cōtra Iu-
dęos cogitauerat, reuerteretur in caput eius. Denique & ipsum & filios
eius affixerūt cruci, atq; ex illo tēpore dies isti appellati sunt phurim, id
est sortiū: eò q̄ phur, id est sors in vrnā missa fuerit. 'Et cuncta quę ge-
sta sunt, epistolę, id est libri huius volumine continentur; ' quęq; sust

Marginal notes (left):

qua peruenit verbū regis & decretū, per qđ sperabāt se Iudęis dñaturos inimici ipsorū,

principes, & principes magni, & duces,

signat sortem.

Idcirco ppter oīa verba epistolę huius;

Marginal notes (right):

Interfecerūt Iudęi inimicos suos

Decem filii Aman suspendūtur.

Dies celebris īstituitur, in memoriam liberationis.

merunt, & ᵃquę deinceps immutata sunt, susceperunt Iudęi super se, & semen suum, & super cunctos qui religioni eorũ voluerunt copulari, vt nulli liceat duos hos dies absq; solennitate transigere: quos scriptura testatur, & certa expetunt tempora annis sibi iugiter succedentibus. Isti

G sunt dies, quos nulla vnquã delebit obliuio: & per singulas generationes cunctę in toto orbe prouincię celebrabũt: nec est vlla ciuitas, in qua dies phurim, id est sortium, non obseruentur à Iudęis, & ab eorũ progenie, ᵇquę his ceremonĳs obligata est. Scripseruntq; Esther regina filia Abihail, & Mardochęus Iudęus etiam secundam epistolam, vt omni studio dies ista solennis sanciretur in posterum. & miserunt ad omnes Iudęos, qui in centum vigintiseptem prouincĳs regis Assueri versabantur, vt haberent pacem, & susciperent veritatem, obseruantes dies sortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent: sicut constituerant Mardochęus & Esther, & illi obseruanda susceperunt à se, & à semine suo ieiunia, & clamores, & sortium dies, ᶜ& omnia quę libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur.

ᵃ viderunt: & iterum, et

ᵇ Indesinenter fiet commemoratio eorum.

ᶜ et sermo Esther firmauit verba sortium istarum: et scriptum est in libro.

CAPVT X.

A REx vero Assuerus omnẽ terrã, & cũctas maris insulas fecit tributarias: cuius fortitudo, & imperiũ, & dignitas atq; sublimitas: qua exaltauit Mardochęũ, scripta sunt in libris Medorũ, atq; Persarũ: & quomodo Mardochęus Iudaici generis secundus à rege Assuero fuerit: & magnus inter Iudęos, & acceptabilis plebi fratrũ suorũ, quęrens bona populo suo, & loquens ea, quę ad pacem seminis sui pertinerent.

B Quę habentur in Hebręo, plena fide expressi. Hęc autem quę sequuntur, scripta reperi in editione vulgata, quę Gręcorũ lingua, & literis cõtinentur: & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur, qđ iuxta consuetudinem nostram obelo, id est veru prenotauimus.

Sõnĩ Mardochei & narratio. ÷ Dixitq; Mardochęus, A deo facta sunt ista. Recordatus sum somnĳ, qđ videram, hęc eadem significãtis: nec eorũ quicquã irritũ fuit. Paruus fons qui creuit in fluuiũ, & in lucẽ, solemq; cõuersus est, et in aquas plu-

C rimas redũdauit: Esther est, quã rex accepit vxorẽ, et voluit esse reginã. Duo autem dracones: ego sum, et Aman. Gentes quę conuenerant: hę sunt, qui conati sunt delere nomẽ Iudęorũ. Gens autem mea: Israel est, quę clamauit ad dñm, et saluum fecit dñs populũ suum: liberauitq; nos ab omnibus malis, et fecit signa magna, atq; portenta inter gentes: et duas sortes esse pręcepit, vnã populi dei, et alterã cunctarum gentiũ. Ve-

D nitq; vtraq; sors in statutũ ex illo iam tẽpore diem corã deo vniuersis gẽtibus: et recordatus est dñs populi sui, ac misertus est hęreditatis suę. Et obseruabũtur dies isti in mense Adar quartadecima, et quintadecima die eiusdẽ mensis, cũ omni studio, et gaudio in vnũ cœtũ populi cõgregati, in cunctas deinceps generationes populi Israel. ✠

CAP. XI.

A ANno quarto regnantibus Ptolemęo, et Cleopatra, attulerunt Dositheus qui se sacerdotem, et Leuitici generis ferebat, et Ptolemęus filius eius hanc epistolam phurim, quã dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemęi filium in Ierusalem.

Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebręo, nec apud vllum fertur interpretum.

Somnium Mardochei

B Anno secundo, regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somniũ Mardochęus filius Iairi, filĳ Semei, filĳ Cis de tribu Beniamin: homo Iudęus, qui habitabat in vrbe Susis, vir magnus, et inter primos aulę regię. Erant autem de eo numero captiuorũ, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Ierusalem cũ Iechonia rege Iuda: et hoc eius somniũ fuit, Apparuerũt voces et tumultus,

C et tonitrua et terręmotus, et cõturbatio super terrã: et ecce duo dracones magni, paratiq; cõtra se in prelium. Ad quorũ clamorem cunctę concitatę sunt nationes, vt pugnarent cõtra gentem iustorum. Fuitq; dies illa tenebrarum et discriminis, tribulationis et angustię, et ingens

formido super terram. Conturbataq; est gens iustorū timentium mala sua, & præparata ad mortem. Clamaueruntq; ad deū: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximū, & in aquas plurimas redundauit. Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerūt inclytos. Quod quum vidisset Mardochęus, & surrexisset de stratu, cogitabat quid deus facere vellet: & fixū habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium. D

CAP. XII. A

Mardochęus secūdo insidias Artaxerxi structas denudat.

Morabatur autem eo tempore in aula regis, cū Bagatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erant palatij. Quumq; intellexisset cogitationes eorū, & curas diligentius peruidisset, didicit q conarētur in regem Artaxerxem manus mittere: & nūtiauit super eo regi. Qui de vtroq; habita quęstione, cōfessos iussit duci ad mortem. Rex autem qđ gestum erat, scripsit in cōmentarijs: sed & Mardochęus rei memoriam literis tradidit. Pręcepitq; ei rex, vt in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione muneribus. Aman verò filius Amadathi bugęus erat gloriosissimus corā rege, & voluit nocere Mardochęo, & populo eius pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti. B C D

Hucusq; proœmium.

Quę sequuntur, in eo loco posita erāt, vbi scriptū est in volumine, Et diripuerūt bona, vel substantias eorū. quę in sola vulgata editione reperimus. Epistolę autem hoc exemplar fuit.

CAP. XIII. A

Exēplar epistolę Artaxerxis cōtra Iudęos.

Rex maximus Artaxerxes ab India vsq; Aethiopiam, centū vigintiseptem prouinciarum principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutem. Quū plurimis gentibus imperarē, & vniuersum orbem meę ditioni subiugassem, volui nequaquā abuti potentię magnitudine, sed clementia, & lenitate gubernare subiectos: vt absq; vllo terrore vitā silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Quęrente autem me à consiliarijs meis, quomodo posset hoc impleri, vnus qui sapientia, & fide cęteros pręcellebat, & erat post regē secūdus, Aman nomine, indicauit mihi in toto orbe terrarū populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus, & cōtra omniū gentium cōsuetudinem faciens, regum iussa cōtemneret, & vniuersarū concordias nationum sua dissensione violaret. Quod quū didicissemus, videntes vnam gentem rebellem aduersus omne hominus genus peruersis vti legibus, nostrisq; iussionibus contraire, & turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem, atq; concordiam: iussimus vt quoscunq; Aman, qui omnibus prouincijs prępositus est, & secundus à rege, & quem patris loco colimus, monstrauerit: cum coniugibus ac liberis deleātur ab inimicis suis, nullusq; eorum misereatur quartadecima die duodecimi mensis Adar, anni pręsentis: vt nefarij homines vno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbauerat. B C

Hucusq; exemplar epistolę.

Quę sequuntur, post eum locū scripta reperi, vbi legitur: Pergensq; Mardochęus, fecit omnia quę ei mandauerat Esther. Nec tamen habetur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

Oro Mardochęi.

Mardochęus autem deprecatus est dominū memor omnium operum eius, & dixit, Domine dñe rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita: & non est qui possit tuę resistere volūtati, si decreueris saluare Israel. Tu fecisti cœlum & terrā, & quicquid cœli ambitu continetur: dñs omniū es, nec est qui resistat maiestati tuę. Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia & cōtumelia, & aliqua glorię cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman superbissimū. libenter enim pro salute Israel etiam vestigia pedū eius deosculari paratus essem. sed timui ne honorem dei mei transferrem ad hominem, & ne quēquam adorarem excepto deo m eo. Et nunc domine rex deus Abraham miserere populi tui, quia volūt nos inimici nostri perdere, & hęreditatem tuā de- D

sere. Ne despicias partem tuā quam redemisti tibi de Aegypto. Exaudi deprecationem meā, & ꝓpitius esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrū in gaudiū, vt viuentes laudemus nomen tuum domine, & ne claudas ora te canentiū. Omnis quoq; Israel pari mente & obsecratione clamauit ad dñm, eo ꝙ eis certa mors īpēderet.

CA. XIIII.

Oratio Esther ꝓ liberatione populi sui.

A Esther quoq; regina ꝯfugit ad dominū, pauens periculum qđ imminebat. Quumq́; deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis varijs, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suū humiliauit ieiunijs, omniaq́; loca in qbus antea lętari ꝯsueuerat, crinium laceratione cōpleuit. Et deprecabatur dominū deū Israel, dicens, Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitariā, & cuius ꝑter te nullus est auxiliator alius. Periculum meū in manibus meis est. Audiui à patre meo, ꝙ tu domine tulisses Israel de cūctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, vt possideres hereditatē sempiternā, fecistiq́; eis sicut loquutus es.
B Peccauimus in ꝯspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicoꝝ nostrorum: coluimus enim deos eoꝝ. Iustus es domine. Et nunc non eis sufficit ꝙ durissima nos opprimunt seruitute, sed robur manuū suarū, idolorum potentię deputantes, volunt tua mutare promissa, & delere hereditatē tuā, & claudere ora laudantiū te, atq; extinguere gloriā templi & altaris tui, vt aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prędicent carnalem regem in sempiternum. Ne tradas domine sceptrum tuum his qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram: sed conuerte consilium eorum super eos, & eum qui in nos cœpit sęuire, disperde.
C Memento domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostrę, & da mihi fiduciā domine rex deorum, & vniuersę potestatis, tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat & cęteri qui ei consentiunt. Nos autem libera in manu tua, & adiuua me ancillam tuam, nullū aliud auxilium habentem, nisi te. Domine habes omnium scientiā, & nosti quia oderim gloriam iniquoꝝ, & detester cubile incircūcisorum, & omnis alienigenę.
D Tu scis necessitatem meā ꝙ abominer signum superbię & glorię meę, quod est super caput meum in diebus ostentationis meę, & detester illud quasi pannum menstruatę, & non portem in diebus silentij mei, & ꝙ non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & nō biberim vinum libaminū: & nunquam lętata sit ancilla tua, ex quo huc trāslata sum vsq; in pręsentem diē, nisi in te domine Deus Abrahā. Deus fortis super omnes exaudi vocē eorum qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

A Hęc quoq; addita reperi in editione vulgata.

CAP. XV.

Et mandauit ei (haud dubium, quin Esther Mardochęus) vt ingrederetur ad regem, & rogaret pro populo suo, & pro patria sua. Memorare (inquit) dierū humilitatis tuę, quomodo nutrita sis in manu mea, quia Aman secundus à rege loquutus est contra nos in mortem: & tu inuoca dñm, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Necnon & ista quę subdita sunt.

Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui, & circundata est gloria sua. Quumq́; regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorem & saluatorem deum, assumpsit duas famulas: & super vnam quidem innitebatur, quasi prę delicijs & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens: altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans. Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum, & nimio timore contractum. Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit contra regem, vbi ille residebat super solium regni sui, indutus

Quo pacto Esther ad regē ītrauerit, & ad ei⁹ aspectum territa fuerit.

vestibus regijs, auroq; fulgens & pretiosis lapidibus, eratq; terribilis aspe-
ctu. Quumq; eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indi- C
casset, regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulã re-
clinauit caput. Conuertitq; deus spiritum regis in mansuetudinem, & festi-
nus ac metuẽs exiliuit de solio: & sustentãs eã vlnis suis, donec rediret ad se,
his verbis blãdiebatur, Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli me-
tuere. Nõ morieris: nõ enim pro te, sed pro omnibus hęc lex constituta est.
Accede igitur, & tãge sceptrũ. Quumq; illa reticeret, tulit aureã virgã, & po-
suit super collũ eius, & osculatus est eam, & ait, Cur mihi nõ loqueris? Quę D
respondit, Vidi te domine quasi angelum dei, & conturbatum est cor meũ prę
timore glorię tuę. Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena est
gratiarũ. Quumq; loqueretur, rursus corruit, & penè exanimata est. Rex au-
tem turbabatur, & omnes ministri eius consolabantur eam.

Exemplar epistolę regis Artaxerxis, quam pro Iudęis ad totas regni sui
prouincias misit, qđ & ipsũ in Hebraico volumine nõ habet. CAP. XVI. A

REx magnus Artaxerxes, ab India vsq; Aethiopiam centum vigintise-
ptem prouinciarũ ducibus ac principibus, qui nostrę iussioni obediũt,
salutem dicit. Multi bonitate principũ & honore, qui in eos collatus est, abu-
si sunt in superbiam: & nõ solum subiectos regibus nituntur opprimere, sed
datam sibi gloriã nõ ferentes, in ipsos qui dederunt moliuntur insidias. Nec
contenti sunt gratias nõ agere beneficijs, & humanitatis in se iura violare, sed
dei quoq; cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiã. Et intantũ
vesanię proruperunt, vt eos qui credita sibi officia diligenter obseruant, &
ita cuncta agunt, & oĩum laude digni sint, mendaciorũ cuniculis conentur
subuertere, dum aures principũ simplices, & ex sua natura alios ęstimantes, B
callida fraude decipiũt. Quę res & ex veteribus probatur historijs, & ex his quę
geruntur quotidie, quõ malis quorundam suggestionibus regũ studia de-
prauentur. Vnde prouidendũ est paci oĩum prouinciarum. Nec putare debe-
tis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate &
necessitate temporũ, vt reipublicę poscit vtilitas, ferre sententiã. Et vt mani-
festius qđ dicimus intelligatis: Aman filius Amadathi, & animo, & gente
Macedo, alienusq; à Persarũ sanguine, & pietatem nostrã sua crudelitate cõ-
maculans, peregrinus à nobis susceptus est: & tantã in se expertus humanita-
tẽ, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab oĩbus, post regem secũdus: qui
in tantũ arrogãtię tumorem subleuatus est, vt regno priuare nos niteretur
& spiritu. Nã Mardochęũ, cuius fide & beneficijs viuimus, & consortem regni C
nostri Esther cũ omni gente sua nouis quibusdam atq; inauditis machinis ex-
petiuit in mortem: hoc cogitans vt illis interfectis insidiaretur nostrę solitu-
dini, & regnum Persarũ transferret in Macedonas. Nos aũt à pessimo mor-
taliũ, Iudęos neci destinatos, in nulla penitus culpa reperimus, sed ecõtrario
iustis vtẽtes legibus, & filios altissimi & maximi, semperq; viuentis dei, cuius
beneficio, & patribus nostris & nobis regnũ est traditũ, & vsq; hodie custodi-
tur. Vnde eas literas quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irri-
tas. Pro quo scelere ante portas huius vrbis, id est Susan, & ipse qui machi-
natus est, & omnis cognatio eius pendet in patibulis: nõ nobis, sed deo red-
dente ei qđ meruit. Hoc aũt edictum quod nunc mittimus, in cunctis vrbi- D
bus proponatur, vt liceat Iudęis vti legibus suis. Quibus debetis esse admi-
niculo, vt eos qui se ad necem eorũ parauerant, possint interficere tertiade-
cima die mensis duodecimi qui vocatur Adar, hanc enim diem, deus om-
nipotens mœroris & luctus eis vertit in gaudium. Vnde & vos inter cęteros
festos dies, hanc habetote diem, & celebrate eam cum omni lętitia, vt & in
posterum cognoscatur omnes qui fideliter Persis obediũt dignã pro fide re-
cipere mercedem: qui aũt insidiatur regno eorum, perire pro scelere. Omnis
autem prouincia & ciuitas quę noluerit solennitatis huius esse particeps,
gladio & igne pereat, & sic deleatur, vt non solũ hominibus, sed etiã bestijs
inuia sit in sempiternũ, pro exemplo contemptus & inobedientię.

D. HIERONYMI IN LIBRVM IOB PRAEFATIO.

COGOR per singulos scripturę diuinę libros aduersariorum respondere maledictis: qui interpretationem meã, reprehensionem septuaginta interpretũ criminantur: quasi nõ & apud Gręcos Aquila, Symmachus, & Theodotio, vel verbũ e verbo, vel sensum e sensu, vel ex vtroq; cõmixtum, & medię temperatũ genus translationis expresserint: & omnia veteris instrumenti volumina Origenes obelis asteriscisq; distinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione sumptos trãslationi antiquę inseruit, probans defuisse quod additũ est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus susceperunt: aut interpretationem meã cum asteriscis suis radere. Neq; enim fieri potest vt quos plura intermisisse susceperint, nõ eosdem etiã in quibusdam errasse fateantur: precipue in Iob: cui si ea quę sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur, & hoc duntaxat apud Gręcos. Cęterũ apud Latinos, ante eã translationem quã sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti fermè, aut octingenti versus desunt: vt decurtatus & laceratus, corrosusq; liber foeditatem sui publice legentibus prebeat. Hęc aũt translatio nullũ de veteribus sequitur interpretem: sed ex ipso Hebraico, Arabicoq; sermone, & interdũ Syro. nunc verba, nũc sensus, nunc simul vtrũq; resonabit. Obliquus etiã apud Hebręos totus liber fertur, & lubricus: & quod Gręci rhetores vocant, ἐσχηματισμένος, dũ qui aliud loquitur aliud agit: vt si velis anguillã vel murenulã strictis tenere manibus, quãto fortius presseris, tãto citius elabitur. Memini me ob intelligentiã huius voluminis, Lyddęum quendã preceptorem, qui apud Hebręos primus haberi putabatur, nõ paruis redemisse nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim, nescio. Hoc vnũ scio, nõ potuisse me interpretari, nisi quod ante intellexerã. A principio itaq; voluminis, vsq; ad verba Iob, apud Hebręos prosa oratio est. Porrò à verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictũ est, Conceptus est homo: vsq; ad eum locũ vbi ante finem voluminis scriptũ est, Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in fauilla & cinere: hexametri versus sunt, dactylo, spondęoq; currentes: & propter linguę idioma, crebro recipientes & alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoq; rhythmus ipse dulcis & tinnulus fertur, numeris pedũ solutis, quod metrici magis, quã simplex lector intelligunt. A supradicto aũt versu vsq; ad finem libri, paruum comma quod remanet, prosa oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebręos: & in morem nostri Flacci, Gręciq; Pindari, & Alcei, & Sapphus, vel Psalterium, vel Lamentationes Ieremię, vel omnia fermè scripturarum cantica comprehendi: legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cęsariensem Eusebium, & eorum testimonio me verum dicere cõprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcirco me in hoc volumine laborasse, nõ vt interpretationem antiquã reprehenderem, sed vt ea quę in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certe scriptorum vitio deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent, qui & Hebręũ sermonẽ ex parte didicimus & in Latinis penè ab ipsis cunabulis inter grãmaticos & rhetores & philosophos detriti sumus. Quòd si apud Gręcos post septuaginta editionẽ, iã CHRISTI euãgelio coruscãte, Iudęus Aquila & Symmachus ac Theodotio, Iudaizãtes hęretici sunt recepti, qui multa mysteria saluatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in hexaplis habent apud ecclesias, & explanãtur ab ecclesiasticis viris: quãtomagis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & vexillũ crucis in mea frõte portans (cuius studiũ fuit omissa repetere, deprauata corrigere, & sacramenta ecclesię puro & fideli aperire sermone) vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus nõ debeo reprobari? Habeant qui volunt, veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoq; descriptos, vel vncialibus (vt vulgo aiunt) literis onera magis exarata, quã codices: dũmodo mihi meisq; permittãt pauperes habere schedulas, & nõ tã pulchros codices quã emendatos. Vtraq; aũt editio, & septuaginta iuxta Gręcos, & mea iuxta Hebręos, in Latinum meo labore translata est. Eligat vnusquisq; quod vult, & studiosum me magis, quã maleuolum probet.

ALIA EIVSDEM PRAEFATIO.

SI AVT fiscellam iunco texerem, aut palmarum folia cõplicarem, vt in sudore vultus mei comederem panem, et ventris opus solicita mente pertractarem: nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autẽ quia iuxta sententiã saluatoris, volo operari cibũ qui nõ perit, et antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgultisq́; purgare: error mihi geminus infigitur: correctorum vitiorum, falsarius vocor, et errores nõ auferre, sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo, vt etiã confessa plerisq; vitia placeant: dum magis pulchros habere volunt codices, quã emendatos. Quapropter o fratres dilectissimi, vnicum nobilitatis et humilitatis exẽplar, pro flabello, calathis, sportelisq́; munusculis monachorum, spiritalia hęc et mãsura dona suscipite: ac beatũ Iob qui adhuc apud Latinos iacebat in stercore, et vermibus scatebat errorũ, integrum immaculatumq́; gaudete. Quo modo enim post probationem atq; victoriã, duplicia sunt ei in vniuersa reddita: ita ego in lingua nostra, vt audacter loquar, feci eũ habere quę amiserat. Igitur et vos, et vnumquenq; lectorẽ solita pręfatione cõmoneo, et in principijs librorum eadẽ semper annectens, rogo: vt vbicunq; semper precedentes virgulas videritis, sciatis ea quę subiecta sunt, in Hebraicis voluminibus nõ haberi. porrò vbi stellę imago prefulserit: ex Hebręo in sermone nrõ addita sunt. Necnõ et illa quę haberi videbant, et ita corrupta erãt vt sensum legẽtibus tollerẽt, orãtib⁹ vobis magno labore correxi: magis vtile qd ex otio meo ecclesijs Chrĩ vsturum ratus, quã ex aliorum negotio.

ARGVMENTVM IN LIBRVM IOB.

IN TERRA quidem habitasse Iob Husitidi in finibus Idumeę, et Arabię fertur: & erat ei ante nomen Iobab. Et accepit vxorem Arabissam: et genuit filiũ quem vocauit Ennon. Erat aũt ipse filius quidem Zarę, de Esau filijs filius: de matre verò Bosra: ita vt sit quintus ab Abraham. Et hi sunt reges qui regnauerunt in Edom, in qua & ipse regnauit. sed primus in ea regnauit Bela filius Beor: et nomẽ ciuitatis eiusdem, Denãba. Post hunc autẽ Bela, Iobab, qui vocatur Iob. Post Iob aũt, Husam, qui erat dux ex Themanorũ regione. Et post illum regnauit Adad filius Badad, qui excidit Madian in cãpo Moab: et nomen ciuitatis eius Auith. In hoc libro hęc quęstio tractatur, ãnne etiã probis à deo malũ accidat. Hic firmissime pstat Iob quod deus etiã sine caussa, solũmodo in laudem suam puniat probos. Contra hoc opponuntse amici eius, et prolixis sermonibus volunt conuincere deũ esse iustũ, qui nõ corripiat vllũ probum. Si verò corripiat, necessario consequi quod ille peccauerit. Et sic tam carnaliter sentiũt de deo, et iustitia eius, ac si ipse esset omnino quemadmodũ homines sunt, & iudicia eius sicut iudicia illorũ. Quanquam etiã Iob, vt qui in angustijs mortis decumberet, ex humana fragilitate nimiũ contra deũ loquitur: & in afflictione peccat: et tamen perstat in eo, quod tales passiones nõ meritus sit, sicut etiã verum erat. Tandem deus iudicat, quod quę Iob in afflictione contra deum loquutus est, iniuste loquutus sit: quod vero contra inimicos suos de innocentia sua ante afflictionem tutatus est, recte loquutus sit. Sic liber iste solum deum iustum pronuntiat, quanuis etiã homo homini iustus sit etiã coram deo. In consolationẽ nostri scriptus est hic liber, quod deus sanctos suos permittit aliquando impingere in aduersitate. nam antequam Iob incidat in angustiam mortis, laudat deum super deprędatione bonorum suorum & morte filiorum suorum. Quum vero obuersatur ob oculos mors, & subducit se deus, indicant verba eius quales cogitationes subeant hominem quãtumuis etiam sanctum, cõtra deum in anxietate mortis, videlicet homini videtur deus non esse deus, sed solum iudex & iracundus tyrannus qui vim exerceat, & non curat cuiuspiam bonam vitam. Hunc librum intelligunt qui experiuntur & sentiunt quid sit pati iram dei, & occultatam esse gratiam eius.

Gen. 36. d



IR ERAT in terra Hus, nomine Iob: ⁊ erat vir ille
simplex ⁊ rectus, ac timens deũ, ⁊ recedens à malo.
Natiq; sunt ei septẽ filij, ⁊ tres filię. Et fuit possessio
eius septẽ millia ouiũ, ⁊ tria millia camelorũ, quin-
genta quoq; iuga boũ, ⁊ quingentę asinę, ac familia
multa nimis: eratq; vir ille magnus inter oẽs orien-
tales. Et ibãt filij eius, ⁊ faciebant conuiuia p domos,
vnusquisq; in die suo. Et mittentes vocabãt tres soro-
res suas, vt comederẽt, ⁊ biberẽt cũ eis. Cũq; in or-
bẽ trãsissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, ⁊ sctificabat illos: cõsurgẽs q; di-
luculo, offerebat holocausta p singulos. Dicebat.n. Ne fortè peccauerint filij
mei, ⁊ bñdixerint deo in cordib⁹ suis. Sic faciebat Iob cũctis dieb⁹. Quadã
aũt die, cũ venissent filij dei ⁊ assisterent corã dño, affuit inter eos ⁊ satan.
Cui dixit dñs, Vñ venis? Qui rñdens, ait, Circuiui terrã, ⁊ pambulaui eã. Di-
xitq; dñs ad eũ, Nunqd cõsyderasti seruũ meũ Iob, q nõ sit ei similis in terra,
hõ simplex ⁊ rectus, ac timẽs deũ, ⁊ recedẽs à malo? Cui rñdens satan, ait, Nũ-
quid Iob frustra timet deũ? Nõne tu vallasti eũ, ac domũ eius, vniuersamq;
substãtiã eius p circuitũ? opibus manuũ eius bñdixisti, ⁊ possessio eius creuit
in terra. Sed extẽde paululũ manũ tuã, ⁊ tange cũcta q possidet, nisi in facie
tuã bñdixerit tibi. Dixit ergo dñs ad satan, Ecce, vniuersa q habet, in manu
tua sunt, tantũ in eũ ne extẽdas manũ tuã. Egressusq; est satan à facie dñi.
Cũ aũt quadã die filij ⁊ filię eius comederẽt, ⁊ biberẽt vinũ in domo fratris
sui priogeniti, nũtius venit ad Iob, q diceret, Boues arabãt, ⁊ asinę pascebãt
iuxta eos: ⁊ irruerũt Sabęi, tulerũtq; oĩa, ⁊ pueros pcusserunt gladio: ⁊ euasi
ego solus, vt nũtiarẽ tibi. Cũq; adhuc ille loqueretur, venit alter, ⁊ dixit,
Ignis dei cẽcidit è cœlo, ⁊ tactas oues, puerosq; cõsumpsit: ⁊ effugi ego so-
lus, vt nũtiarẽ tibi. Sed ⁊ illo adhuc loquẽte venit alius, ⁊ dixit, Chaldęi fe-
cerũt tres turmas, ⁊ inuaserũt camelos, ⁊ tulerũt eos, necnõ ⁊ pueros pcusserũt
gladio: ⁊ ego fugi solus, vt nũtiarẽ tibi. Adhuc loqbat ille, ⁊ ecce ali⁹ intrauit,
⁊ dixit, filijs tuis, ⁊ filiab⁹ vescẽtibus ⁊ bibẽtibus vinũ in domo fratris sui prio-
geniti, repẽtè vẽtus vehemẽs irruit à regiõe deserti, ⁊ cõcussit qtuor angulos
domus, q corruẽs oppressit liberos tuos, ⁊ mortui sunt: ⁊ effugi ego solus, vt
nũtiarẽ tibi. Tũc surrexit Iob, ⁊ scidit vestimẽta sua, ⁊ tõso capite corruẽs in
terrã, adorauit, ⁊ dixit, Nudus egressus sum de vtero mrĩs meę, ⁊ nudus reuer-
tar illuc. Dñs dedit, dñs abstulit: sicut dño placuit, ita factũ est: sit nomẽ dñi
bñdictũ. In oĩbus his nõ peccauit Iob, neq; stultũ qd cõtra deũ loquut⁹ est.

CA. II.

FActũ est aũt, cũ quadã die venissent filij dei, ⁊ starent corã dño, venisset
quoq; satan inter eos, ⁊ staret in cõspectu eius, vt diceret dñs ad satan, Vñ
venis? Qui rñdens ait, Circuiui terrã, ⁊ pambulaui eã. Et dixit dñs ad satan,
Nunqd cõsyderasti seruũ meũ Iob, q nõ sit ei similis in terra, vir simplex ⁊
rectus, ac timẽs deũ, ⁊ recedẽs à malo, ⁊ adhuc retinẽs innocentiã? Tu autẽ
cõmouisti me aduersus eũ, vt affligerẽ eũ frustra. Cui rñdens satan, ait, Pellẽ
pro pelle, ⁊ cũcta q hẽt hõ, dabit pro aĩa sua: alioqn mitte manũ tuã, ⁊ tãge
os eius ⁊ carnẽ, ⁊ tũc videbis q in facie bñdicat tibi. Dixit ergo dñs ad satã,
Ecce, in manu tua est, verũtñ animã illius serua. Egressus igit satã à facie
dñi, pcussit Iob vlcere pessimo, à plãta pedis vsq; ad verticẽ eius, q testa saniẽ
radebat, sedẽs in sterqlinio. Dixit aũt illi vxor, Adhuc tu pmanes in sim-
plicitate tua? bñdic deo, ⁊ morere. Qui ait ad illam, Quasi vna de stultis lo-
quuta es. si bona suscepimus de manu dei, mala quare non sustineamus? In
oĩbus his nõ peccauit Iob labijs suis. Igitur audientes tres amici Iob oẽ
malũ qđ accidisset ei, venerũt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, &
Baldad Suhites, ⁊ Sophar Naamathites. Condixerant.n. vt pariter venien-
tes visitarent eũ, ⁊ cõsolarentur. Cumq; eleuassent pcul oculos suos, nõ
cognouerũt eũ: ⁊ exclamãtes plorauerũt, scissisq; vestibus sparserũt puluerẽ
super caput suũ in cœlũ. Et sederũt cũ eo in terra septẽ diebus ⁊ septẽ nocti-
bus: ⁊ nemo loquebatur ei verbũ: videbant enim dolorẽ esse vehementem.

Capu**t**

Marginal notes (left):

A
Sctitas Iob.
Liberi ei⁹ & possessio.
Cõuiuātib⁹ filijs, Iob sciens cõui-uiorũ ĩpietatem, pro eis solicitus sa-crificat. B
Satã, à dño expetit fa-cultatẽ no-cendi posses-sionib⁹ iob.
Satanę nã.
Benedictio dei. C
Boues ⁊ asi-nę Iob ra-piũtur à Sa-bęis.
Oues Iob succendunt à deo.
Camelos ip-sius abigũt Chaldęi. D
Pueri occi-duntur im-petu venti.
Fides ⁊ pa-tiẽtia Iob in aduersis.
Eccẽs. 5. c
1. Tim. 6. d
A
Satanę cũ deo collo-quiũ petẽn-tis facultatẽ pcutiẽdi B Iob in cor-pore.
Satã pcutit Iob vlcẽ.
C
Tentat Iob ab vxore.
Et pruspe-ra ⁊ aduersa à deo. D
Veniũt tres amici Iob vt eũ cõsolẽtur.

Marginal notes (right):

vel, pfe-ctus & infra.
maior oĩb⁹ oriẽ-talibus:
vel, fm numerus ipsorum:
hic pro, maledixe-rint, positũ est, mo-re hebręo & infra.
vel, gra-tis
insulsus (ĩprudẽs)
vel, pfe-ctus ⁊ ĩ
pfectio-nem?
p male-dicat po-situm est, more scri-pturę, ⁊ ĩ
medio cineris.
condo-lerent ei,

CAPVT III.

POst hęc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & loquutus est.
Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo.
Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eũ deus desu-per, & nõ illustretur lumine.
Obscurent eum tenebrę & [a]vmbra mortis, [b]occupet eũ caligo, & [c]inuoluatur amaritudine.
Noctem illam tenebrosus turbo possideat: non compute-tur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.
Sit nox illa solitaria, nec laude digna: maledicant ei q̃ ma-ledicunt diei, qui parati sunt suscitare [d]Leuiathan.
Obtenebrentur stellę [e]caligine eius: [f]expectet lucem, [g]& non videat, nec [h]ortum surgentis aurorę,
Quia non conclusit ostia ventris qui portauit me, nec [i]abstulit mala [k]ab oculis meis.
Quare nõ in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perij?
Quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus?
Nunc enim dormiẽs [l]silerẽ, [m]& somno meo requiescerem
Cũ regibus & consulibus terrę, q̃ ędificant sibi solitudines:
Aut cum principibus qui possident aurum, & replent do-mos suas argento:
Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem, [n]vel qui concepti non viderunt lucem.
Ibi impij cessauerunt [o]à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore,
Et [p]quondam [q]vincti pariter [r]sine molestia, qui non au-dierunt vocem exactoris.
Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à dño suo.
Quare [s]misero [t]data est lux, & vita his qui in amaritudi-ne animę sunt?
Qui expectãt mortẽ, & nõ venit: [u]q̃si effodiẽtes thesaurũ,
Gaudentq; vehementer quum inuenerint sepulchrum,
visitat super eum (.i. quis audeat docere eum quid agere debeat) vel, magnifices vel perinueſtigabilis. aquarum fundent pluuiam propter vaporem ſuum. Quā ſtillabūt nubes, ſtillabunt ſup homines multos. (vel affluenter.) Si pposuerit diſpergere nubes & deponet tegumētū ſuū, Ecce expādit ſup eas lumen ſuū, & radices maris tegit (.i. tegit mare, è quo potiſſimum exhalantur nubes) affluenter. vel, propter orantem (.i. propter orationes hominum) Annuntiabit de eo amicus eius, & q ab eo poſſidet, etiam de excelſo (ſub. annūtiat. Sūt q ſic vertūt, Annūtiabit ei, ſub. pluuias) vociferatio ei⁹, id eſt tonitruus eius: qui tonitruus erit ī nube aſcēdēte.)

vel, directio eius, retardabit ea (ſcilicet fulgur & tonitruum) in manu omnes hoīes claudet (.i. vehementia tonitrui coget hoīes fugere & occultare ſe pręe timore) A meridie (vel, A commotione) a diſpergentibus (.i. ventis aquilonaribus diſpergentib⁹ nubes) veniet Etiā ppter irrigationē (ſub. terrę) fatigabit (vel, aggrauabit nempe deus) nubē diſperget nubem pluuię ſuę. Et ipſę (ſub. nubes) voluūt ſe in circuitu, conſilijs eius, vel, generatione, reuolutionē (vel, diſtinctionē) nubiū, mirabilia perfecti ſciētijs? (vl, pfectis cognitą?) Quomodo Quum quieſcit terra a vento meridionali? ſunt fortes ſicut ſpeculum fuſum? nos enī nō pponem⁹ (ſub. verba) pp tenebras, (vel, nō ptingemus eo prę tenebris.) ſplendidum eſt in nubibus,

Ab aquilone aurum venit, & ad deum formidolosa laudatio.
Digne eum inuenire non possumus: magnus fortitudine, &
iudicio, & iustitia, & enarrari non potest.
Ideò timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes
qui sibi videntur esse sapientes.

CAP. XXXVIII.

A

Respondens autē dominus Iob de turbine, dixit,
Quis est iste inuoluens sentētias sermonibus imperitis?
Accinge sicut vir lūbos tuos, interrogabo te, & respōde mihi.
Vbi eras quando ponebam fundamenta terrę? indica mihi, si
habes intelligentiam.
Quis posuit mensuras eius si nosti? vel qs tetendit sup eā lineā?
Super quo bases illius solidatę sunt? aut quis dimisit lapidem
angularem eius,
Quū me laudarēt simul astra matutina, & iubilarēt oēs filij dei?
Quis conclusit ostijs mare, qn̄ erumpebat quasi de vulua procedēs,

B

Quum ponerem nubem vestimentū eius, & caligine illud quasi
pannis infantię obuoluerem?
Circundedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia,
Et dixi, Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic con-
fringes tumentes fluctus tuos.
Nunquid post ortum tuum pręcepisti diluculo, & ostendisti au-
rorę locum suum?
Et tenuisti concutiens extrema terrę, & excussisti impios ex ea?
Restituetur vt lutum signaculū, & stabit sicut vestimentum.
Auferetur ab impijs lux sua, & brachium excelsum confringetur.
Nunquid ingressus es profundum maris, & in nouissimis abys-
si deambulasti?
Nunqd apertę sunt tibi portę mortis, & ostia tenebrosa vidisti?
Nunqd cōsyderasti latitudines terrę? indica mihi si nosti omnia,

C

In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit,
Vt ducas vnumquodque ad terminos suos, & intelligas semi-
tas domus eius?
Sciebas tunc quod nasciturus esses? & numerum dierum tuo-
rum noueras?
Nūqd igressus es thesauros niuis, aut thesauros grādis aspexisti,
Quę pręparaui in tempus hostis, in diem pugnę & belli?
Per quam viam spargitur lux, diuiditur ęstus super terram?
Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viā sonātis tonitrui,
Vt plueret super terram absque homine in deserto, vbi nullus
mortalium commoratur,
Vt impleret inuiam & desolatam, & produceret herbas virētes?

D

Quis est pluuię pater? vel quis genuit stillas roris?
De cuius vtero egressa est glacies? & gelu de cœlo qs genuit?
In similitudinē lapidis, aquę durant, & superficies abyssi cōstringit.
Nunquid coniungere valebis micantes stellas Pleiades, aut gy-
rum arcturi poteris dissipare?
Nunquid producis luciferum in tempore suo, & vesperum su-
per filios terrę consurgere facis?
Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationē eius in terra?
Nunquid eleuabis ad nebulam vocem tuam, & impetus aqua-
rum operiet te?
Nunqd mittes fulgura, & ibūt: & reuertētia dicēt tibi, Adsumus?
Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit
gallo intelligentiam?
Quis enarrabit cœlorū rōnē, & cōcentū cœli qs dormire faciet?
Quando fundebat puluis in terra, & glebę cōpingebantur?

---

aurum venit, (.i. cla- rę tempestates vt aurū purum) in laudem compararam terribili deo.
omnipotens quem
& iudicio, & causę iustitię non respondebit. (vel, de iure suo & bona caussa non dabit rationem.)
Ipse aūt nullos sapientes corde timet.

abscondens consilium
demonstra
vel firmę

a diebus tuis
vt apprehendat
excutiantur impij
vel, vertet se (sub terra) sicut lutū sigilli,
vel vmbrę mortis
multorum?
angustię,
Eurus (ventus orientalis)
pruinam
ligare poteris (.i. maturescere facere) fructus delicatos Vergiliarū: (vel, vinculis Vergiliarū:) aut serotinos fructus Orionis aperire facies?
vel planetas
cum filijs suis (.i. stellis minoribus)
dominium (vel descriptionē & statuta)
Chald. interp. cordi
Quis numerauit cœlos in sapientia, & lagenas cœli (.i. nubes plenas aqua) descendere faciet?
Quando roborabat terram in medio centri, & partes eius constringerentur? (vel dum funderet terram vt esset fortis & ad fundamentum mundi, &c.

A Alloquitur Dñs Iob, ostendens ex sui iustitiam ex inscrutabilibus suis operibus.

CAPVT XXXIX.

A Nunqd capies leænę ꝑdam, & animã catulorũ eius īplebis,
Quando cubant in antris, & in specubus insidiantur?
Quis preparat coruo escam suã, qñ pulli eius clamant ad deum,
vagantes, eo ꝙ non habeant cibos?
Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes
ceruas obseruasti?
Dinumerasti menses conceptus eorũ, & scisti tempus partus earũ?
Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt.
Separantur filij earum, pergunt ad pastum: egrediuntur, &
non reuertuntur ad eas.
Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit?
Cui dedi in solitudine domũ, & tabernacula eius ī terra salsuginis.
B Cõtemnit multitudinẽ ciuitatis, clamorẽ exactoris nõ audit.
Circumspicit mõtes pascuę suę, & virentia queq; perquirit.
Nunqd volet rhinoceros seruire tibi, aut morabit ad ꝑsepe tuũ?
Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? aut con-
fringet glebas vallium post te?
Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & dere-
linques ei labores tuos?
Nunquid credes illi quoniam sementem reddat tibi, & aream
tuam congreget?
Penna struthionis similis est pennis herodij, & accipitris.
Qñ derelinqt oua sua ī terra, tu forsitan ī puluere calefacies ea?
Obliuiscitur ꝙ pes conculcet ea, aut bestia agri conterat.
C Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit nul-
lo timore cogente.
Priuauit enim eam deus sapientia, nec dedit illi intelligentiã.
Quum tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum & ascen-
sorem eius.
Nũqd ꝑbebis equo fortitudinẽ, aut circũdabis collo eius hĩnitũ?
Nunqd suscitabis eũ quasi locustas? gloria nariũ eius terror.
Terrã vngula fodit, exultat audacter: ī occursũ pgit armatis.
Contemnit pauorem, nec cedit gladio.
Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus.
Feruens & fremens sorbet terrã, nec reputat tubę sonare clãgorẽ.
Vbi audierit buccinam, dicit, Vah. procul odoratur bellum, ex-
hortationem ducum, & vlulatum exercitus.
D Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens
alas suas ad austrum?
Nunquid ad preceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis po-
net nidum suum?
In petris manet, & in preruptis silicibus commoratur, atque
inaccessis rupibus.
Inde contemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt.
Pulli eius lãbiũt sanguinẽ: & vbicũq; cadauer fuerit, statĩ adest.
Et adiecit dominus, & loquutus est ad Iob,
Nunquid qui contendit cum deo, tam facile conquiescit? vtiq;
qui arguit deum, debet respondere ei.
Respondens autem Iob domino, dixit,
Qui leuiter loquutus sum, respondere quid possum? manum
meam ponam super os meum.
Vnum loquutus sum, quod vtinam non dixissem, & alterum,
quibus vltrã non addam.

CAP. XL.

A Respondens autem dominus Iob de turbine, dixit,
Accinge sicut vir lũbos tuos; interrogabo te, & indica mihi.

Pulli coruorũ nos docent fiduciã in deum. Rursus ostẽdit dominus mirabilia quæ facit in animalibus.

Collatio humanę imbe-

congregationem
Incuruant se, in partubus suis dissecantur.
Pinguescunt
crescunt foris:
vel tumultum
vel inuestigat
ad
iucundior est (Quidã hunc versum sic legunt, Alis pauo exultauit: nunquid pẽnas struthioni & alas (sub.) dedisti?)
vel, Duriter derelinquit
vel, Tẽpore quo eleuatur & exaltatur:
vel tremorem?
terrebis
robur (vel sonitus fortis)
Fodit in profundum (vel in valle) & lętatur in fortitudine:
ferri lanceę & hastę.
commotionem principum,
vel, munitionibus, aut turribus excelsis.
recedet? (Alij vertũt, erudietur?)
Ecce contemptibilis sum (vel, maledixi,)
vel, Semel loquutus sum, & non respondere possum: proinde secundo non adijciam vt loquar.

Nunquid irritum facies iudicium meum? & condemnabis me, vt tu iustificeris?
Et si habes brachium sicut deus, & si voce simili tonas?
Circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus.
Disperge superbos furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia.
Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo.
Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueā:
Et ego confitebor q̄ saluare te possit dextera tua.
Ecce, Behemoth quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet.
Fortitudo eius in lūbis eius, & virtus illius in vmbilico vētris ei⁹.
Stringit caudam suam quasi cedrum, nerui testiculorū eius perplexi sunt.
Ossa ei⁹ velut fistulę ęris, cartilago illius q̄si laminę ferreę.
Ipse est principium viarum dei qui fecit eum, applicabit gladium eius.
Huic montes herbas ferunt: omnes bestię agri ludent ibi.
Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus.
Protegunt vmbrę vmbram eius, circundabunt eum salices torrentis.
Ecce, absorbebit fluuium, & non mirabitur: habet fiduciā q̄ influat Iordanis in os eius.
In oculis eius quasi hamo capiet eum, & in sudibus perforabit nares eius.
An extrahere poteris Leuiathā hamo, & fune ligabis linguā ei⁹?
Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?
Nunqd multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?
Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum?
Nunquid illudes ei quasi aui? aut ligabis eū ancillis tuis?
Concident eum amici, diuident illum negotiatores.
Nunquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium piscium capite illius?
Pone super eum manum tuam: memento belli, nec vltrà addas loqui.
Ecce, spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis pręcipitabitur.

CAPVT XLI.

Non quasi crudelis suscitabo eum: quis enim resistere potest vultui meo?
Quis antè dedit mihi, vt reddam ei? omnia quę sub cœlo sunt, mea sunt.
Non parcam ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compositis.
Quis reuelabit faciem indumenti eius? & in medium oris eius quis intrabit?
Portas vultus eius quis aperiet? per gyrum dentium eius formido.
Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus.
Vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas.
Vna alteri adhęrebunt, & tenentes se nequaquā separabuntur.
Sternutatio ei⁹ splēdor ignis, & oculi ei⁹ vt palpebrę diluculi.
De ore eius lampades procedunt, sicut tedę ignis accensę.

[Left margin glosses:]
indignationē irę tuę.
alliga (vel vbuolue) in absconditos
Velociter mouet
vel, baculi ęrei.
ossa illius (sub. mimo) sicut virga ferrea.
vel, arboribus vmbriferis
arbores vmbriferę (vel, tegent eū arbores vmbriferę vt sint vmbra eius)
festinabit
Oculis suis capiet ipse, laqueis perforatur ei naris.
spina
vel puellis
Cenabunt super eū socij.
Num succides cultris pellē eius, & culteo piscatorio pelles eius? (Chald. interp. Nunqd implebis tabernacula (sub. q̄ faciūt piscatores in ripis fluminū) pelle eius, & vmbracu cula piscatoria capite eius?)
ad aspectum eius p̄ij cietur (sub. homo, timore correptus)
Nō sic crudelis erit, qui fuerit excitat⁹: (vel, nō est fortis qui audeat eū suscitare)
Nō faciē obmutescē, mēbra eius, nec verba potētia, neq; grā dispositionis ei⁹ (vel ūba ad deprecationē cōposita.)
cum duplici capistro (.i. duplici freno in os eius imposito audeat eū circūducere?)
veniet?
vel squamę
clausę sunt (sub. squamę) sigillo arcto
vel, Sternutationibus eius accēditur ignis.
splendores auroræ.
scintillę ignis egredient.

[Right margin:]
cillitatis cū diuina potentia.
B Behmoth, eiusq; malitiæ potētia diaboli & vis describitur.
Reprehēditur malitia Satanę sub nomine Behemoth. Iere. 50. Ge

De naribus eius pcedit fumus sicut ollę succensę, atq; feruētis.
Halitus eius prunas ardere facit, & flāma de ore eius egredit:
In collo eius morabit fortitudo, & ᵃfaciē eius pcedet egestas.ᐠ
C ᵇMembra ᐠ carnium eius cohęrentia sibi: ᶜmittet contra eum flumina; & ad locum alium non ferentur.ᐠ
Cor eius in[illegible]rabitur tanquam lapis, & ᵈstringetur quasi malleatoris [illegible].ᐠ
Quū sublatus fuerit, timebunt ᵉangeli, & territi purgabuntur.ᐠ
ᶠQuum apprehenderit eū gladius, subsistere non poterit, neq; hasta, neque thorax.ᐠ
Reputabit enim quasi paleas ferrū, & quasi lignum putridū ęs.
D Nō fugabit eū vir sagittarius, in stipulā versi sūt ei lapides fundę.
Quasi stipulā ęstimabit ᵍmalleū, ᐠ & deridebit vibrantē hastā.
ʰSub ipso erunt radij solis, sternet sibi aurum quasi lutum.ᐠ
Feruescere faciet quasi ollam profundum: mare ponet quasi quum vnguenta bulliunt.
Post eum lucebit semita, ęstimabit abyssum quasi senescentem.
Non est super terram ⁱpotestas quę ᐠ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeret.
Omne sublime videt, ipse est rex super ᵏvniuersos filios superbię.ᐠ

CAPVT XLII.

A Respondens autem Iob domino, dixit,

Iob pœnitet. Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio.
Quis est iste qui celat consilium absque scientia? ˡideò insipienter loquutus sum, & quę vltra modum excedunt scientiam meam.ᐠ
Audi, & ego loquar: interrogabo te, & ᵐostende ᐠ mihi.
Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.
B Idcirco ipse me reprehēdo, & ago pœnitentiā ī fauilla & cinere.

Amici Iob reprehendūtur a deo. Postquā autem loquutus est dominus verba hęc ad Iob: dixit ⁿad Eliphaz Themaniten, Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniā nō estis loquuti corā me rectū, sicut seruus meus Iob. Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meū Iob, & offerte holocaustuꝫ pro vobis: Iob

Orat Iob p amicis: cui duplicia restituuntur. autem seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam, vt non ᵒvobis imputetur stultitia:ᐠ neq; enim loquuti estis coram me rectuꝫ, sicut seruus meus Iob. Abierunt ergo Eliphaz The
C manites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites: & fecerūt sicut loquutus fuerat dominus ad eos, & suscepit dominus faciem Iob. Dominus quoq; cōuersus est ad ᵖpœnitētiā ᐠ Iob, quū oraret ille pro amicis suis. Et addidit dominus omnia quęcūque fuerant Iob, duplicia. Venerunt aūt ad eū omnes fratres sui, & vniuersę sorores suę, & cuncti qui nouerant eum prius: & comederunt cū eo panē in domo eius: & ᵠmouerunt super eū caput,ᐠ & ɔsolati sunt eū super omni malo quod intulerat dominus super eum. Et dederunt ei vnusquisq; ʳouem vnā,ᐠ & inaurem auream vnam. Dominus aūt benedixit nouissimis Iob ma
D gis, q̄; principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim millia ouiū,

Benedictio dei. & sex millia camelorū & mille iuga boū, & mille asinę. Et fue

Diuitię Iob runt ei septem filij, & tres filię. Et vocauit nomen vnius ˢDię, ᐠ & nomen secundę ᵗCassiam, ᐠ & nomen tertię ᵘCornu stibij.ᐠ Non sunt autem inuentę mulieres speciosę sicut filię Iob in vniuersa terra: deditq; eis pater suus hęreditatem inter fratres earum.

Moritur Iob. E Vixit autem Iob post flagella hęc, centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorū suorum, vsq; ad quartam generationem, & mortuus est senex, & plenus dierum.

ᵃ ante eum vertebat lętitiam dolor.
ᵇ Frusta
ᶜ fortia sunt vnaquęq; in eo, nō mouebūtur.
ᵈ forte ē sicut lapis molaris inferior.
ᵉ fortes, a contritionibus purgabūt se. (alij, fluctus turbabuntur.)
ᶠ Qui attigerit eū gladio, nō stabit, hasta, lapis manu iaculatus, & lorica.
ᵍ tela, (vel machinam bellicam quam bombardam vocant)
ʰ sub eo sunt petrę acutę testaceę, sternet qđ est acutum super lutū. (vel, reclinatur super clauam ostentatā quasi super lutum.)
ⁱ quod
ᵏ id est cetos magnos & fortes.

ˡ vel, ideo loquutus sum, & non intellexi, mirabilia sup me quę nescio.
ᵐ indica
ⁿ dominus
ᵒ faciam vobiscum punitionem ob stultitiaꝫ vestram:
ᵖ conuersionem
ᵠ admouerunt se,
ʳ vel nummum vnum,
ˢ Iemima,
ᵗ Cesia,
ᵘ Ceren aphuch

Prologus

PROLOGVS B. HIERONYMI IN PSALTERIVM, QVOD SECVNDVM SEPTVAGINTA EDITIONEM CORREXIT.

Psalterium Romę dudū positus emandaram: & iuxta septuaginta interpretes, licet cursim, magna tamē ex pte correxeram. Qđ quia rursum videtis ô Paula & Eustochiū, scri. torus vitio depravatū, plusq; antiquū errorē, quā nouā emēdationē valere: me cogitis vt veluti quodā nouali, scissum iam arui exerceam, & obliquis sulcis renascētes Spinas eradicē: ęquū esse dicētes, vt qđ crebrò malè pullulat, crebrius succidat. Vnde consueta prefatione cōmoneo tam vos, quibus fortè labor iste desudat, quā eos qui exēplaria huiusmodi habere voluerint, vt quę diligēter [illegible] daui, cū cura & diligentia trāscribant. Notet sibi vnusqu[illegible] vel iacentē lineā, vel radientia signa, id est obelos, vel [illegible] scos. Et vbicūq; viderit virgulā precedentem, ab ea vsq[illegible] puncta quę impressimus: sciat in septuaginta trāslatorib[illegible] haberi. vbi aūt perspexerit stellę similitudinē: dē Hebręis v[illegible] nibus additum nouerit ęque vsq; ad duo puncta, iuxta [illegible] dotionis dūtaxat editionem: qui simplicitate sermonis à [illegible] ginta interpretibus nō discordat. Hęc ergo & vobis & studiosis cuique fecisse me sciens: non ambigo multos fore, qui vel inuidia, vel supercilio malint contemnere videri preclara, quàm discere: & de turbulēto magis riuo, quā de purissimo fonte potare.

LIBER PSALMORVM.



BEATVS Vir qui nō abijt in consilio impiorū, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentię non sedit. — *Beati viri descriptio.*

Sed in lege dñi voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. — *Iere. 17.*

Et erit tanquā lignum qđ plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suū dabit in tempore suo.

Et folium eius non defluet: & omnia quęcunque faciet, prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis quē proijcit ventus à facie terrę. — *Impiorū & fideliū interitus.*

Ideo non resurgent impij in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum.

Quoniam nouit dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit. — *Gētiū cōsiliū ctra xp̄m.*

PSAL. II.

QVare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania? — *Exponit hūc psalmus in Actis. 4.*

Astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum & aduersus CHRISTVM eius.

Dirūpamus vincula eorū, & proijciamus à nobis iugū ipsorū. — *Impiorum pœna.*

Qui habitat in cœlis irridebit eos: & dominus subsannabit eos.

Tunc loquet ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos. — *Rex gētiū xp̄s resuscitatus.*

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, predicans preceptum eius.

Marginal glosses: vel, Beatitudines viri, (aut Beata viro, aut O quam fœlix vir, vel Bene illi) · ambulauit · irrisorum (versutorum, superborum) · (id est delectatur, & studium suū hꝫ in lege) · arbor · super riuos (vel ripas, siue diuisiones) · gluma (vel quisquilię) · stabunt. consistent) · vel congregatione · tumultuantur (vel congregauerunt se) · consilium inierunt pariter, · funes · constitui regem meū · mecum, · Nuntiabo statutum (vel decretum.)

Hunc locum interpretatur Paulus in Actis. 13. e. & Heb. 1. b. & 5. b. Euangelium. Apoc. 1. g. 20. c. 19. Ad principes exhortatio. Beati.

Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.
Postula à me, & dabo tibi gentes hereditaté tuam, & possessionem tuam términos terrę.
²Reges ʼeos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confriges eos.
Et nũc reges itelligite: erudimini q iudicatis terrá.
Seruite dño in timore: & exultate ei cũ tremore.
³Apprehendite disciplinam ʼ nequando irascatur ⁴dominus, & pereatis de via ʼiusta.
Quum exarserit ⁵in breui ʼira eius. beati ʼomnes q confidunt in eo.

ʼConteres (vel, Confringes,) ²Osculamini filium, (vel pure, aut electũ i. fide & amore complectimini eum, ocdite vos illi) ³e pereatis via (.i. pp studia vẽa.) ⁵paululum (modicum)

Christi uersus. Fides spes in tribulatione. Mors & resurrectio CHRISTI Ioan. 2. d. Gratiarum actio. Salus. Benedictio.

ʼPsalmus ʼ Dauid quum fugeret à facie Absalom filij sui. 2. Reg. 15. III.

Domine ²quid ʼmultiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt aduersum me?
[illegible] ³dicunt animę meę, ʼ Non est salus ipsi in [illegible] eius. ⁴*
[illegible] tu domine ⁵susceptor ʼmeus es, gloria mea, & exaltans caput meum.
[illegible] mea ad dominum clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo.*
Ego ⁷dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: ʼ quia dominus ⁸suscepit ʼme.
Non timebo millia populi ⁹circũdantis me: ʼexurge domine, saluum me fac deus meus:
Quoniam tu percussisti omnes ²aduersantes mihi sine caussa: ʼdentes peccatorum contriuisti.
Domini est salus: e super populum tuum benedictio tua.*

ʼvel, cautus ²quam (vel valde) ³vel, de aia mea sic cogitant, *Sela. (Varie enarratur: alij in ęternũ & semp: alij verè, veritas vertũt. Alij dicũt esse signũ anhelantis rei cucutii, vel magni & rari alicuius affectus: aut, qđ vero similius, notã vocis exaltãdę, eoq; monitoriũ, cogitationis animi intendendę) ⁵clypeus *Sela. ⁷cubui, & dormiui, & euigilaui: ⁸vel, sustentauit ⁹q in circuitu posuerũt (sub. obsidionẽ) aduersũ me (vel pugnauerunt) ²inimicos meos in maxillã: *Sela.

Inuocare deum in tribulatione. Sancti. Irasci. Ephe. 4. f. Sacrificium. Lumẽ dei. Lętitia. Pax.

ʼIn finem ʼ ²in carminibus, ʼ
Psalmus Dauid, IIII.

Qvum inuocarem exaudiuit ʼme deus iustitię meę: in tribulatione ²dilatasti ʼmihi, miserere mei: e exaudi orationem meam.
Filij hominum, vsquequo ³graui corde: ʼ vt quid diligitis vanitatem, & quęritis mendacium?*
Et scitote quoniam ⁵mirificauit dñs sanctum suũ: ʼ dominus exaudiet me quũ clamauero ad eum.
⁶Irascimini, ʼe nolite peccare: ⁷quę dicitis ʼin cordib ⁸vestris, e in cubilibus vestris ⁹cõpũgimini. ʼ*
Sacrificate sacrificium iustitię, & sperate in domino. Multi dicunt, Quis ostendet nobis bona?
²signatum ʼest super nos lumen vultus tui dñe: ³Dedisti ʼlętitiam in corde meo,
⁴à fructu ʼfrumẽti, vini, & olei sui multiplicati sũt.
In pace ⁵in idipsum dormiam e requiescam, ʼ
qm̃ tu domine ⁶singulariter in spe constituisti me. ʼ

ʼLamnaseach (.i. victori, vel vincẽti, vel potius Prefecto cantorum) ²in Neginoth (.i. instris musicis, in canticis, in choris. Alij putant initiũ esse carminis ad cuius modum fuerint psalmi cantati, quibus hęc prenotata leguntur. ʼquum inuoco, exaudi ²sub. precordia (.i. in latitudinẽ deducis e consolaris) ³gloriã mei i ignominiã (sub. vertetis?) *Sela. Supra Psal. 3. ⁵segregauit dñs misericordẽ sibi (vel, mirifice agit cum sanctis suis, e ijs quibus est misericors) ⁶Pauete, (vel, Si irascimini, nolite,) ⁷dicite (loquimini, vel reputate) ⁸& si lete (vel conquiescite) *Sela. ²Eleua ³sub. quo lumine ⁴a tpe quo frumentũ eorũ, e mustũ eorũ multiplicata sunt (.i. dum alij dicati bonis corporis gaudent) ⁵simul iacebo e dormiam. ⁶solũmodo (solus) prębis vt secure habitem.

ʼIn finem ʼ ²pro ea quę hęreditatem consequitur, ʼ Psalmus Dauid. V.

Oratio fidelium cõtra psequutores.

Verba mea auribus percipe domine: intellige ²clamorem ʼmeum.
Intende voci ³orationis ʼ meę, rex meus & deus meus.
Quoniam ad te orabo: Domine mane exaudies vocem meam.

ʼvide titulum psalmi quarti. ²super Hannehiloth (nomen instrumenti musici, qđ interpretatur hęreditates vel exercitus) ³loquutionem ²clamoris mei

preparabo (sub. me, vel oro mane astabo tibi & videbo: Quoniam non deus volens iniquitatem tu es.
neque habitabit iuxta te malignus: Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.
odisti omnes qui operantur iniquitatem: Perdes omnes qui loquuntur mendacium.
virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus.
Ego autem in multitudine misericordię tuę introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua: ppter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, Iudica illos deus.
Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine.
Et lętentur omnes qui sperant in te: in ęternum exultabunt, & habitabis in eis.
& gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: Quoniam tu benedices iusto domine, vt scuto bonę voluntatis tuę coronasti nos.

In finem in carminibus
Psalmus Dauid pro octaua VI.

Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?
Conuertere domine, & eripe animā meam: saluum me fac propter misericordiam tuam,
Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meū, lachrymis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.
Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.
Psalmus Dauid quē cantauit domino pro verbis Chusi filij Iemini. 2. Reg. 16. d. VII.

Domine deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me:
Nequando rapiat vt leo animā meā, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.
Domine deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis,
Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis.

preparabo (sub. me, vel orationem) tibi, & speculabor:
stabunt (vel procedent) stulti
incuruabo me versus
meo viam tuam.
rectū (firmū) iter meū coram prauitates. (calamitates, infortūia)
linguā suā lenificabunt,
Desola (Disperde)
vel, cōsilijs suis, propter
rebellauerunt contra te.
laudabunt,
operies (proteges) eos.
lętabuntur (fac lętari)
voluntate (beneplacito, vel fauore tuo) coronabis eum (aut circundabis.)
Vide psal 4.
In Neginoth (siue in psalmis. vide psal. 4.) sup Hasseminith (instri musici nomē, qd octaua interpretal) canticum Dauidi.
sub. pteres me, (aut qd sise)
vel in sepulchro, fouea. & eadē est vox Hebręa vbicūq in psal. legitur infernus.
laudabit te (& vbiq; i psal. hęc dictio significat laudare, gratias agere)
Defeci (Fatigatus sum)
Natare faciam
mollificabo (dissoluam.)
Caligauit (contabuit, imutatus est) pre ira (vel, ob iram sup. tuam) deus
inueterauit (dimotus est) propter omnes tribulantes me.
Sigaion (instri musici nomē qd solicitudo vel angor, aut exercitatio, ignoratio siue error interpretatur.)
vel, facto
lacerer, & non sit q eripiat.
pacifice degenti mecum malum, & spoliaui inimicos meos gratis (immerito, vel, sine causa.)

Misericordia.
Infra. 13. b
Rom. 3 b
Lętitia in spe.
Dilectio.
Voluntas dei.
Oro hois horrores ai ę experti
Lętitia ob exauditam orationem.
Matth. 7. d
25. d
Luc. 13. f
Oro fidelis calūniā patientis.

Persequatur inimicus animam meam, & comprehẽdat, e conculcet in terra vitã meam, & gloriam meam in puluerem deducat.*

Exurge domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.)

& exurge domine deus meus in precepto quod mandasti:) Et (synagoga) populorum circũdabit te.

& propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.

Iudica me domine secundum iustitiam meam, & secũdũ innocentiam meam super me.)

2.Reg. 6.b
2.Par. 18.b Consumetur nequitia peccatorum, & diriges) iustum,
Iere. 17.c scrutans corda & renes deus*.

Terret aduersarios vt resipiscant. Iustum adiutorium meum à domino.) qui saluos facit rectos corde.

Deus iudex iustus, fortis, e patiens, nunquid irascitur per singulos dies?

Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit,) arcum suum tetendit, & parauit illum.

Impij sibi sunt exitio. Et in eo parauit vasa mortis:) sagittas suas ardentibus effecit.

Isa. 59.a
Iob. 15. d. Ecce parturijt iniustitiam, concepit dolorem:) & peperit iniquitatem.)

Lacum aperuit, e effodit eũ: & incidit in foueam quam fecit.

Conuertetur dolor) eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Gratiarum actio. Confitebor domino secundum iustitiam eius: & psallam nomini domini altissimi.

In finem) pro torcularibus,)
Psalmus Dauid. VIII.

Dei gloria p totũ mũdũ, p̃dicato euãgelio. Domine dominus noster quàm admirabile) est nomẽ tuum in vniuersa terra?

quoniam eleuata est magnificentia tua super coelos.

Mat. 21.b Ex ore infantium e lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas) inimicũ & vltorem.

Quoniam videbo coelos tuos opera digitorum tuorũ: lunam e stellas que tu fundasti.)

Christo facto homini oĩa subiecta p̃ter patrem. Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti) eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Heb. 2.a
1.Cor.15.d Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues e boues vniuersas: insuper e pecora campi,)

Volucres coeli, & pisces maris qui perambulant) semitas maris.

Domine dominus noster, quàm admirabile) est nomen tuum in vniuersa terra.

In finem) pro occultis filij,)
Psalmus Dauid. IX.

Gratiarũ actio ob victoriã de aduersarijs. Confitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.

Letabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime.

Sela. Supra Psal. 3.
propter indignationes (vel, indignans sup hostes meos)
Excita mihi iudiciũ qđ p̃cepisti (.i. restitue me in officiũ qđ mihi demãdaras .i. in regnũ, vt restituat tibi ppl's. vel, p̃esta quã p̃misisti vindictam)
congregatio
p̃fectionem meã que sunt in me.
Consumet nunc malũ ipsos, (vel, finiat obsecro malũ ipsorũ) & stabilies
*iustus
Clypeus meus est deus
vel, iudicat iustum,
vel, minatur (sub. impio)
p̃uersus fuerit (sub. deus, vel, homo,)
acuet
ei parauit vasa (instrumenta, iacula) mortifera:
persequentibus (sub. pauperem .i. vt eis vtereutur. vel, cõtra prosequẽtes pauperes)
peruersitates (afflictionem, qua alios affligat)
mendacium.
peruersitas (afflictio qua alios affligit.)

Vide titulũ quarti Psal.
super Haggithith (nomẽ instrumenti musici, quod interpretã. torcularia)
vel, grande (excellens)
qui posuisti gloriã tuã (.i. laudant te in coelis. vel, homines in terra laudem tuam ad astra tollunt.)
fundasti fortitudinem (vel, inseruisti robur, aut confirmasti laudẽ)
cessare facias.
quas preparasti.
Et deficere fecisti eũ paululũ a deo (vel, ab angelis)
decore coronabis
vel, dominari facies
vniuersa ipsa,
bestias agrestes,
transeũte (qeqđ pertransit)
vel, grande (excellens)

Vide supra Psal. 4.
Almuth Labbẽ (nomẽ instrũ musici, qđ ĩterptat sup mortẽ Labben: vel, p iuuentute splẽdida siue filij: aut supmorte ĩsipiẽtis: aut iceretũ filij:)
domino

^propterea quod conuertisti inimicum meum retrorsum, et fecisti impingere,
^vel, Inimice, finite (subaudi sunt) sunt soli tudines (deuastationes, sub. tuae) in eternum, et vrbium quas destruxisti, periit memoria cum ipsis.
^ad iudicandum
^vel, exaltatio
^vel, exaltatio
^temporibus tribulationum.
^opera (adinuentiones)
^humilium (mitiu, mansuetorum)
^afflictionem
^quam ab ijs qui odio me hnt, pfero,
^foueam
^Notus est dominus propter iudicium quod fecit:
^meditatio (vel, laus in seculum. i. semp hanc salutem quae hic scribitur meditemur, et in ea letemur)
^eternum & F.
^expectatio (spes)
^roboretur
^timorem (terrorem, sed si Heb. legatur, preceptorem et doctorem significat)

^Sela. Supra Psal. 3.
^manes procul,
^abscondis te in tpe tribulationis?
^Propter supbiam impij, persequutionem sustinebit (comburet) afflictus: (vel, impius exaltatus, insectat afflictum)
^vtinam capiantur
^Laudauit se impius super desyderium animae suae, et auaro benedixit (vel, auarus benedicit seipsum)
Quidam sic vertunt, Quoniam quicquid animo libuerit id laudat, (vel, gloriatur impius quum animi sui cupiditates impleuit: laudat predo.)
^vel, flocci fecit
^Impius pre supbia quam facie pre se fert (vel, quum furor illius procedit, curat neminem. (vel, non querit, sub. deum)
^omnibus cogitationibus
^vel, prosperabuntur, (aut afflictionem inducent)
^in altitudine (.i. procul, vel, excelsa sunt, aut ablata sunt) iudicia tua coram eo, in omnes inimicos suos sufflabit (aut flatu prosternet)
^quia non malum (sub. eueniet mihi)
^fraude
^afflictio qua alios affligat & iniquitas,

^In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, ^& peribunt à facie tua.
Quoniam fecisti iudicium meum & caussam meã; sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.
Increpasti gentes, et perijt impius: nomen eorum delesti in eternum et in seculum seculi. Impius.
^Inimici defecerunt phrameę in finem: & ciuitates eorum destruxisti.
perijt memoria eorum cum sonitu,^ Et dominus in eternum permanet.
parauit ^in iudicio^ thronum suum: et ipse iudicabit orbẽ terrę in equitate, iudicabit ppl̃os in iustitia.
Et factus est dominus ^refugium^ pauperi: ^adiutor^ in ^opportunitatibus in tribulatione.^ Refugium deus in tribulatione.
Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti querentes te domine. Spes.
Psallite domino qui habitat in Sion: annuntiate inter gentes ^studia^ eius:
Quoniam requirens sanguinem, eorum recordatus est: non est oblitus clamorem ^pauperum.^
Miserere mei domine: vide ^humilitatem^ meam ^de inimicis meis,^
Qui exaltas me de portis mortis, vt annũtiem oẽs laudationes tuas in portis filię Sion. Liberator deus in aduersis.
exultabo in salutari tuo: Infixę sunt gentes in ^interitu^ quem fecerunt.
in laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.
^Cognoscetur dominus iudicia faciens: ^in operibus manuũ suarũ comprehensus est peccator.^ Peccatores.
Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quę obliuiscuntur deum.
Quoniã non in ^finem^ obliuio erit pauperis: ^patientia^ pauperum non peribit in finem. Pauperes afflicti deo curę.
Exurge domine non ^confortetur^ homo: iudicentur gentes in conspectu tuo.
Constitue domine ^legislatorem^ super eos: sciant gentes quoniam homines sunt.^

Secundum Hebręos hic incipit decimus psalmus.

Vt quid domine ^recessisti longe,^ ^despicis in opportunitatibus in tribulatione?^
Dum superbit impius, incenditur pauper:^ ^comprehenduntur ^in consilijs quibus cogitant. Oratio pauperũ Christianorũ ab impijs afflictorum.
^Quoniam laudatur peccator in desyderijs animę suę, & iniquus benedicitur.^
^exacerbauit dominum.^ Peccator secundum multitudinem irę suę non queret.^ Impij qles.
non est deus in ^conspectu^ eius: ^Inquinatę sunt^ vię illius in omni tempore.
^auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum suorum dominabitur.^
Dixit enim in corde suo, Non mouebor à generatione in generationem ^sine malo.^
Cuius maledictione os plenum est, & ^amaritudine, ^et dolo; sub lingua eius ^labor & dolor.^ Infra. 13. b. Roma. 3. c.

Sedet in insidijs 'cum diuitibus: in occultis 'vt interficiat innocentem.

Oculi eius in 'pauperem' respiciunt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur vt rapiat pauperem: 'rapere' pauperem dum 'attrahit' eum in 'laqueo suo:'

'Humiliabit eum, inclinabit se, ' & cadet 'quũ dominatus fuerit pauperum.'

Dixit enim in corde suo, Oblitus est deus, auertit faciem suam ne videat 'in finem.'

Exurge domine deus, exaltetur manus tua: ne obliuiscaris 'pauperum,'

His postulat spũs dei cõtra regnũ antichristi ꝓ afflictis.

Propter quid irritauit impius deum? dixit enim in corde suo, Non requiret.

'Vides, quoniam tu laborem & dolorem' considetas: 'vt tradas eos' in manus tuas.

tibi 'derelictus est' paup: orphano tu eris adiutor.

Contere brachium 'peccatoris & maligni: queretur peccatum illius, & non inuenietur.'

Prõptitudo dei ad exaudiendum afflictos.

Dominus 'regnabit' in eternum & in seculum seculi: 'peribitis' gentes de terra illius.

Desyderium pauperũ 'exaudiuit dominus:' 'preparationem cordis eorum audiuit auris tua.'

'Iudicare pupillo & humili: vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.'

Sec. Heb. 11

'In finem, Psalmus Dauid X.

Reijcit amicus dissuadens amplecti Euange. propter ꝑsecutiones.

IN domino confido: quomodo dicitis anime mee, 'Transmigra in montem' sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt sagittas suas 'in pharetra, 'vt sagittent in 'obscuro' rectos corde.

Quoniam 'que perfecisti destruxerunt:' iustus autem quid fecit?

Iudex deus fidelium & Infidelium.

Dominus in templo sancto suo, dominus in coelo sedes eius.

Abac. 2. d

oculi eius 'in pauperem 'respiciunt: palpebre eius 'interrogant' filios hominum.

Dominus 'interrogat' iustum '& impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam '

Infidelium punitio.

Pluet sup peccatores laqueos: 'ignis,' & sulphur, & spiritus procellarum, 'pars calicis eorum.'

Iustus de'.

Quoniã iustus dominus & iustitias dilexit: 'equitatem vidit vultus eius.'

Sec. Heb. 12

'In finem pro octaua, 'Psalmus Dauid X I.

Fidelis petit liberari ab iniqtate regnãte sup terram.

S'Aluum me fac' domine, quoniam defecit 'sanctus,' quoniam 'diminute sunt veritates' ã filijs hominum.

'Vana' loquuti sunt vnusquisq; ad proximũ suũ: 'labia dolosa,' 'in corde & corde loquuti sunt.'

Disperdat dominus vniuersa labia 'dolosa,' linguam magniloquam.

Qui dixerunt, Linguam nostram 'magnificabimus:' labia nostra 'ã nobis sunt,' quis noster dominus est?

Auxiliũ afflictorum ã domino.

Propter 'miseriam inopum & gemitum' pauperũ nunc exurgam: dicit dominus.

'villarum, in latibulis
'afflictum (oppressum)
'rapiet 'attraxerit
'rete suum.
'Cõtritũ, humilemq; se ostendet,
'cũ fortibus eius (.i. illius fortitudine) congregatio oppressorum.
'eternum (seculum)
'humilium (mitium.) & infra.
'vel, Sed tu vides afflictionem (qua nos affligit) & iram
'vt tradatur (sub. impius. vel, & quod dedit seipsum.)
'relinquet (sub. caussam suam)
'impij & mali: queres impietatem eius, non inuenies.
'rex 'perierunt
'exaudisti domine:
'preparabis cor eorum, auscultabit auris tua.
'Vt iudices (vel, vindices) pupillũ & oppressum: ne vltra conterat hominẽ de terra. (vel, ne mortalis hõ posthac audeat vim inferre. Aut, ne vltra formidet mortalis de terra.)

'Vide titulum psalmi quarti.
'vel, Transmigra ã monte vestro
'super neruum, 'vel, caligine
'retia destruentur: (vel, fundamenta diruta sunt:)
'probabunt (vel, explorant)
'probabit (examinat)
'& impium: & diligentẽ iniquitatem odio habuit anima eius.
'ignem lege reliqua in accusatiuo
'vel, portio calicis eorum (.i. talia bibent pro iniquitate.)
'rectũ intuebũtur vultus eius (vel, equitati, & ei qui recta operatus est intentus vultus eius.)

'Vide titulum Psal. 4. & 6.
'Salua (vel, succurre)
'vel misericors (sanctimonia)
'defecerũt (vel iminuti sunt) fideles
'vel, Mendacium
'labio blanditiarum (vel, labium adulationum,)
'id est ore aliud promunt, aliud corde tegunt. 'blanda,
'roborimus (vel, ꝓpter linguã nostrã robusti erimus, ea nobis authoritatem comparamus)
'nobiscum (penes nos sunt,)
'vastitatem pauperũ, & clamorem

Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.
Eloquia domini, eloquia casta: argentum igne
examinatum, probatum terræ, purgatum septu-
plum.
Tu domine seruabis nos: & custodies nos à generatio-
ne hac in æternum.
In circuitu impij ambulant: secundum altitudinem tuã
multiplicasti filios hominum.

In finem, Psalmus Dauid XII. Sec. Heb. 13

VSquequo domine obliuisceris me in finem? vsque-
quo auertis faciem tuam à me?
Quandiu ponam consilia in anima mea: dolorem in
corde meo per diem?
Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? Respi-
ce, & exaudi me domine deus meus.
Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in
morte: Nequando dicat inimicus meus, Præua-
lui aduersus eum.
Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero. Ego autẽ
in misericordia tua speraui.
Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo do-
mino qui bona tribuit mihi: & psallam no-
mini domini altissimi.

In finem, Psalmus Dauid XIII. Sec. Heb. 14

DIxit insipiens in corde suo, Non est deus.
Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs
suis: non est qui faciat bonum, non est vsque ad
vnum.
Dominus de cœlo prospexit super filios hominum:
vt videat si est intelligens aut requirens deum.
Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est
qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.
Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolo-
se agebant, Venenum aspidum sub labijs eorum.
Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: Ve-
loces pedes eorum ad effundendum sanguinem.
Contritio & infœlicitas in vijs eorum, & viam pa-
cis non cognouerunt: Non est timor dei ante ocu-
los eorum.
Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem,
qui deuorant plebem meam sicut escam panis?
Dominum non inuocauerunt: Illic trepidauerunt timo-
re vbi non erat timor.
Quoniam dominus in generatione iusta est, Consiliũ
inopis confudistis: quoniam dominus spes eius est.
Quis dabit ex Sion salutare Israel: quum auerterit do-
minus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob & læ-
tabitur Israel.

Psalmus Dauid XIIII. Sec. Heb. 15

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis
requiescet in monte sancto tuo?
Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam,
qui loquitur veritatem in corde suo, Qui non egit do-
lum in lingua sua,

ponam in salute, illaquea-
bit, (vel, dolore afficiet. i. ser-
uabo fideles ab illo q tendit
ei laqueos. Alij legũt pro il-
laqueabit eũ, loquet p eo. i.
deus tuebit caussam paupis.
Chal. interp. Ponã redẽptio-
nem populo meo, & impijs
testificabor malum p ipsis)
munda:
conflatum a domino ter-
ræ (vel, in vase in quo argen-
tum excoquitur, aut terreo)
eos: & custodies eũ (.i. vnũ-
quenq; ipsorum)
quũ exaltati fuerint (vel, su-
perbierint) vilissimi filij ho-
minum (vel, quum principa-
tum obtinent probrosi & vi-
les inter homines.)

Vide Psal. 4. æternũ?
anxietatem (afflictionem,
mœrorem)
mortem (.i. moriar æter-
na morte:)
lapsus fuero: vel, nutauero.
in salute tua (.i. quum libe-
raueris me:)
quoniam retribuit mihi:

Vide Psal. 4.
corruperunt (sub. viã suã)
abominabile fecerunt opus:
fœtuerunt (corrupti sunt,
vel computruerunt:)
etiam vnus.
Isti tres versus sequentes nõ
sunt in Heb. nec in LXX.

cognouerunt
comedentes populum meũ
ac si comederent panem?
timuerunt
iusti
quando auertet (reducet)

accusauit (detraxit)

Promissio-
nes dei ve-
races.
Fiducia in
promissiões

Petit fidelis
liberari a tẽ-
tatione, & il-
luminari.

Gratiarũ a-
ctio de supe-
ra tẽtatiõe.

Impij qles
infra, 51.

Rom. 3. b.

I. 5. c.
Rom. 3. b.
Infra. 139.
I. 9. c.
Rom. 3. c.
Isa. 59. b.
Rom. 3. c.
I. 35.

Spes affli-
ctor dei.

Quales de-
bẽt esse qui
de ecclesia
dei sunt.

nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non acce-
pit aduersus proximos suos,
Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus,
timentes autem dominum glorificat,
qui iurat proximo suo, & non decipit, Qui pecuniam
suam non dedit ad vsuram, & munera super innocen
tem non accepit.
Qui facit hęc, non mouebitur in ęternum.

vel, opprobriū tulit (aut op
probrio affecit)
vel, qui despicit se in ocu-
lis suis, abijcit se (.i. nihili se
ęstimat)
vel iurauit seipsum affligë
re, & non mutauit,
vel, contra

Michthā (Quidā putant initiū esse carminis. Alij nomē instrumēti musici, qđ interp.
plaga integra, si postponatur dictioni Dauid. aut insigne est, vel honor militaris: aut
pauperē & simplicē signat) bonum meū nō super te. i. non nisi à te. vel, nō cogeris
mihi bñfacere. vel, bonitas mea nulla est apud te) In sanctis qui sunt in terra, & for
tibus, (admirabilibus, vel pręclaris, oīs volūtas mea est. (vel, iucūditas & cōplacentia.)
Multiplicentur dolores eorū qui post alterū (sub. deū) accelerauerunt. (vel, alteri deo
fidunt. Chald. interp. Impij multiplicant imagines suas, & postea festinant offerre ob
lationes suas)

Sec. Heb. 16
Tutelaȝ dei patris orat fidelis.

Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV.

Conserua me domine, quoniam speraui in te. Dixi do
mino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meo-
rum non eges.
Sanctis qui sunt in terra eius mirificauit omnes volun-
tates meas in eis.
Multiplicatę sunt infirmitates eorum: postea accelera-
uerunt.
non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus:
nec memor ero nominum eorum per labia mea.
Dominus, pars hereditatis meę & calicis mei, tu es qui
restitues hęreditatem meam mihi.
Funes ceciderunt mihi in pręclaris: etenim hęreditas
mea pręclara est mihi.
Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum, in-
super & vsq; ad noctem increpuerunt me renes mei.
Prouidebam dominum in cōspectu meo semper: quo-
niam à dextris est mihi ne commouear.
Propter hoc lętatum est cor meum, & exultauit lingua
mea: insuper & caro mea requiescet in spe
Quoniam non derelinques animā meam in inferno: nec
dabis sanctum tuum videre corruptionem.
Notas mihi fecisti vias vitę: adimplebis me lętitia cum
vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq; in finem.

Reprobatio īfideliū.
Hęreditas Christi.
Gloriantur se hēre deuȝ eruditorē & adiutorem fideles.
Act. 2. d
Resurrectio Christi.
Act. 2. c. 13. e

libabo libamina (.i. nolo
fieri particeps oblationū quę
sanguine partę sunt, vel mi
stę sanguine)
sustentas (vel, conseruas)
vel, Hęreditates sortes siue
funiculi qbus mēsurat terra)
iocūdis (amoenis) etiam
consuluit mihi, per noctes
erudierunt (corripuerūt, vel
castigauerūt me renes mei
Posui gloria (.i. anima)
habitabit confidenter,
vel, fines (aut permittes)
vel, misericordem tuum
Notam facies mihi semitē
vitę: saturitas lętitiarū est cū
vultu tuo) .i. plenitudo & sa
tietas oīs gaudij est apud te)
iucunditates sunt in dextera
tua in seculum.

Sec. Heb. 17
Ne persecutionib' succūbat, orat Christus cū suis fide abūdis.

Oratio Dauid. XVI.

Exaudi domine iustitiam meam: intende depręcatio-
nem meam.
auribus percipe orationem meā, non in labijs dolosis.
De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui vi-
deant ęquitatem.
Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examina-
sti, & non est inuenta in me iniquitas.
vt non loquatur os meum. Opera hominum, pro-
pter verba labiorū tuorū ego custodiui vias duras.
Perfice gressus meus in semitis tuis: vt non mouean-
tur vestigia mea.
Ego clamaui* quoniam exaudisti me deus: inclina aurem
tuam mihi, & exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes
in te,

quę nō (sub. egreditur) ex
vel, A te rectitudines.
qđ cogitaui, nō trāsiuit os
meū (.i. nō plus dicam q; co
gito. vel, pposui vt os meuȝ
non pręuaricetur)
Propter opera
dissipatoris. (vel prędato-
ris. i. obseruaui ne imitarer
dissipatores, violentos ne ve
qs eoȝ more viuerem ipediui)
Sustenta (Fulci)
* ad te
Diuide (Segrega, sub. à re-
sistentibus. vel, Ostende mi-
rabiles)

à resistentibus dexteræ tuæ, Custodi me vt pupillam oculi,
sub vmbra alarum tuarum ³protege) me A facie impio-
rum qui me afflixerunt.
inimici mei ³animam meam) circundederunt, ³Adipem
suum concluserunt,) os eorum loquutum est super-
biam.
³Proiicientes me,) nunc circundederunt me: oculos suos
³statuerunt declinare) in terram.
³Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam,) & sicut
catulus leonis habitans in abditis.
Exurge domine præueni eum, & ³supplanta) eum: eripe
animam meam ab impio, ³phrameam tuam.) ³Ab
inimicis manus tuæ)
domine, ³à paucis de terra diuide eos in vita eorum: &
de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.)
³saturati sunt) filiis: & dimiserunt reliquias suas paruu-
lis suis.
Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor
³quum apparuerit gloria tua.)

³In finem) ³puero) Domini Dauid, qui loquutus est do-
mino verba cantici huius, in die qua eripuit eum do-
minus de manu omnium inimicorum eius, & de manu
Saul, & dixit. 2. Reg. 22. a.

XVII. Sec. Heb. 18

Diligam te domine fortitudo mea: Dominus ³firma-
mentum meum, & refugium meum,) & liberator
meus.
³Deus meus) ³adiutor meus:) & sperabo in eum.
³protector meus,) & cornu salutis meæ, & ³susceptor
meus.)
³Laudans) inuocabo dominum: & ab inimicis meis sal-
uus ero.
³Circundederunt me dolores mortis, & torrentes ³ini-
quitatis conturbauerunt me.
Dolores inferni circundederunt me: ³præoccupauerunt)
me laquei mortis.
In tribulatione mea ³inuocaui dominum, & ad deum
meum clamaui:)
& exaudiuit de templo ³sancto ³suo vocem meam, & cla-
mor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.
Commota est & contremuit terra: & fundamenta mon-
tium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam ira-
tus est ³eis.)
Ascendit fumus ³in ira) eius: & ignis ³à facie eius exar-
sit.) carbones succensi sunt ab eo.
Inclinauit cœlos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.
Et ascendit super cherubim, & volauit: volauit super pen-
nas ventorum.
Et posuit tenebras latibulum suum, ³in circuitu eius ta-
bernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris.)
Præ fulgore in conspectu eius nubes ³transierunt, gran-
do, & carbones ignis.
Et intonuit de cœlo dominus, & altissimus dedit vocem
suam: grando & carbones ignis.
Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multipli-
cauit, & conturbauit eos,

Gratias agit Christus patri, quod de afflictionibus liberant. Heb. 2. 6

³absconderes propter animam meã (sub. sub vmbra alarum tuarum protege me) vt eam perdant) me
³Adipe suo clauserunt (sub. corpus vel os sui, ob nimiam pinguedinem. Aut, cum pinguibus suis concluserunt. i. decreuerunt me perdere)
³In via nostra (vel, gressibus nostris. i. obsident itinera nostra)
³posuerunt ad declinandum (. i. defixos habent)
³ipse similis est leoni qui prædam concupiscit,
³incurua (prosterne)
³qui est gladius tuus
³A viris qui sunt manus tua (. i. flagellum, vel plaga tua)
³à viris de mũdo, quorum portio est in vita, & abscondito tuo adimplebis ventrẽ eorũ (. i. à viris mortalibus huic seculo addictis, qui in hac vita parte sua fruuntur, tu enim de penu tuo, vel thesauro imples ventrem eorum.)
³vel, saturabuntur filii: & dimittent residuum suum paruulis suis.
etenim benedictionem dabit legislator,) ibunt de virtute in virtutem:) videbitur deus deorum in Sion.

Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus Iacob,*

Protector noster aspice deus, & respice in faciem CHRISTI tui:

Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia.

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.)

Quia misericordiam & veritatem diligit deus:) gratiā & gloriam dabit dominus.

non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia:)

Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

In finem filijs Core Psalmus, LXXXIIII.

Benedixisti dn̄e terrā tuā:) auertisti captiuitatē Iacob.

Remisisti iniq̄tatē plebis tuę: operuisti oīa pc̄tā eorū.*

Mitigasti) oēm irā tuā: auertisti ab ira idignatiōis tuę.

Cōuerte nos deus salutaris nr̄: & auerte irā tuā ā nobis.

Nunquid in ęternum irasceris nobis? aut extendens irā tuam á generatione in generationem?

Deus) tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lętabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniā loquetur pacem in plebem suam,

& super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor.)

Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatę sunt.

Veritas de terra orta est: & iustitia de cœlo prospexit.

Etenim dominus dabit benignitatem:) & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Oratio ipsi Dauid, LXXXV.

INclina domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te.

Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die: lętifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui.

Quoniam tu domine suauis, & mitis,) & multę misericordię omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe domine orationem meam: & intende voci deprecationis meę.

In die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in dijs domine: & non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te domine: & glorificabunt nomen tuum:

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es deus solus.

Left margin notes:

etiā piscinas replebit pluuia (vel, bn̄dictiōibus induetur doctor. Chald. interp. Bn̄dictionibus operiet illos q cōuersi fuerint ad doctrinam legis eius.)

exercitu in exercitū: (fortitudine in fortitudinem)

Sela. supra psal. 3.

Clypeus

esse in limine

impietatis.

sol & scutū dominus:

auertet bonum eis

vel, perfectione

vide psal. quartum.

Bn̄placitum habes domine in terra tua:

Sela supra psal. 3.

abstulisti (Continuisti)

cōuersus es (vl, reuocasti furorem irę tuę: ne scilicet exardesceret)

vel, Restitue

cessare fac

Nonne

non reuertātur ad stultitiā

Bonum?

Bonus, & propitiabilis (.i. facilis es ad ꝑdonandū pc̄tā)

Right margin notes:

Se. Heb. 85

Gratia & remissio peccatorū per Christum.

Misericordia & remissio pc̄torū facta: vnde oritur pax ī cordibus.

Se. Heb. 86

Christus in forma serui orat ex horrore inferorū liberari.

Ioel. 2.

Gentiū vocatio.

Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lętetur cor meum vt timeat nomen tuum.

Gloriat se liberatum. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in ęternum,

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui insurrexerunt super me, e synagoga potentium quęsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu domine deus miserator & misericors, patiens,) & multę misericordię e verax,

Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillę tuę.

Fac mecū signum in bonum, vt videāt qui oderūt me, e confundantur, quoniam tu domine adiuuisti me, e cōsolatus es me.

Se. He. 87. Filijs Core Psalmus cantici L X X X V I.

Gra euāgelij sup Iudęos & gētes spū dei regeneratos.

FVndamenta eius in montibus sanctis: Diligit dn̄s portas Sion sup oīa tabernacula Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei.*

Memor ero Raab, e Babylonis scientium me.)

ecce alienigenę,) e Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic.)

Nunquid Sion dicet,) Homo, & homo) natus est in ea: e ipse fundauit eam altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorū, & principum, horum qui fuerunt in ea.)*

Sicut lętantium omnium, habitatio est in te.)

Canticum Psalmi filijs Core in finem) pro Mahalath ad rn̄dēdū, intellectus) Eman Ezrahitę. L X X X V I I.

Se. Heb. 88. Fidelis in tentatione derelictus, nulla accepta ꝯsolatione orat.

DOmine deus salutis meę, in die clamaui e nocte coram te:

Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.)

Quia repleta) est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

Aestimatus sum cū descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio:) Inter mortuos liber.)

sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quoꝝ nō es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt) me in lacu inferiori: in tenebrosis, e in vmbra mortis.)

Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me.*

Longe fecisti notos meos à me: posuerunt) me abominationem sibi.)

traditus sum,) & non egrediebar: Oculi mei languerunt prę inopia.)

clamaui ad te dn̄e tota die: expandi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt,) e confitebuntur tibi?*

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: e veritatem tuā in perditione?

Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: e iustitia tua in terra oblimonis?)

Doce me domine viā tuā,
vni (vel coge)
alieni (vel superbi)
longus ira (lentus furore)
fortitudinē tuā seruo tuo:
*Sela. supra psal. 3.
scientibus me (vel, vt cognoscant me)
Palestina,
iste natus est ibi (.i. iste pplis gentilis nascetur illic, & verbū euāgelij a Iudęis audiet)
Et ad Sion dicetur,
vel, (Ille, & ille .i. gentes)
numerabit quū scribet populos, Iste natus ē ibi. (aut, annuntiari faciet in linguis nationū qđ illi ibi nati sint, gentiū ꝯuersionē māifestās)
*Sela. supra psal. 3.
Et cantores sicut tibicines, oēs fontes mei (.i. modulationes, e pectore, velut e fonte, scaturientes) in te

vide psalmum quartum.
sup Mahalath (nomē instrī qdā putant qđ infirmitatem interp. Alij certā modulationē significare. Alij vertunt, pp afflictionē, ad pręcinendum, eruditiuum ipsi)
clamorem meum,
satiata fortitudine:
.i. quem nemo curat:
vel, abscissi posuisti
profundis.
Mihi appropinquauit (sa per me sustentatus est)
cūctis fluctib' tuis afflixisti.
*Sela. supra psal. 3.
posuisti
ipsis
clausus sum,
afflictione mea.
mortui resurgent
*Sela. supra psal. 3.
L X X, obliuioni tradita?

Et ego ad te dñe clamaui: ꝛ mane oratio mea præueniet te.
Vt quid domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me?
Pauper sum ego, ꝛ in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.
In me trãsierũt iræ tuæ: & terrores tui cõturbauerũt me.
Circũdederunt me sicut aq̃: tota die circũdederũt me sil.
Elongasti à me amicũ ꝛ p̃ximũ: ꝛ notos meos à miseria.

Intellectus Ethan Ezrahitæ. LXXXVIII. Se.Heb.89.

Misericordias domini in æternum cantabo.
in generatione ꝛ generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.
Quoniã dixisti, In æternum misericordia ædificabitur: in cœlis præparabitur veritas tua in eis.
Disposui testamentũ electis meis, iuraui Dauid seruo meo, Vsq; in æternũ præparabo semen tuum,
ꝛ ædificabo in generatione ꝛ generationẽ sedem tuam.
Confitebuntur cœli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.
Quoniam quis in nubibus æquabitur domino, similis erit deo in filijs dei?
Deus qui glorificatur in concilio sanctorum: magnus ꝛ terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.
Domine deus virtutum, quis similis tibi? potens es domine, ꝛ veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.
Tui sunt cœli & tua est terra, orbem terræ ꝛ plenitudinem eius tu fundasti: aquilonem & mare tu creasti.
Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.
Misericordia ꝛ veritas præcedent faciem tuam: Beatus populus qui scit iubilationem.
Domine in lumine vultus tui ambulabunt, Et in nomine tuo exultabunt tota die, ꝛ in iustitia tua exaltabuntur.
Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
Quia domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri.
Tunc loquutus es in visione sanctis tuis, ꝛ dixisti, Posui adiutorium in potente: ꝛ exaltaui electum de plebe mea.
Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei. & brachium meum cõfortabit eum.
Nihil proficiet inimicus in eo: ꝛ filius iniquitatis non apponet nocere ei.
Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eũ, in fugam conuertam.
Et veritas mea, ꝛ misericordia mea cum ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponã in mari manũ eius; & in fluminibus dexterã ei.

animam
Affligor
portaui timores tuos, timebo (dubitabo, attonitus sum)
confecerunt (succiderunt)
noti mei contenebratio (.i. non video eos ac si in tenebris essent, ignoti sunt nũc.)
vide psal. 1.
vel, notam faciam tuam
dixi,
stabilietur (firmabitur)
Percussi fœdus cum electo meo,
stabiliam
Sela supra psal. 3.
vel cœlo
deorum?
terribilis (robustus) in congregatione sanctorũ magna:
exercituum,
elationi
eleuationem
confregisti
vel Raab, (aut Aegyptũ:)
dexteram (vel, meridiem)
vel laudabũt, (gloriabuntur:)
habitaculum
vel, exultabunt:
fortitudinis
vel exaltabis
dominus est clypeus noster, ꝛ sanctus Israel rex noster.
super potentem:
firma erit cum eo: etiam
roborabit
Non imponet ei hostis (vel, non opprimet eũ hostis)
affliget eum.
tribulatores
percutiam.

Misericordia ꝛ remissio peccatorũ promissa hic p̃dicat.
1.Reg. 7.c
Gene. 1.a
Vrget deus suis promissionibus, vel Christũ promissum mittat.
1.Reg.16.c
Act.13.d

Ipse invocavit me, Pater meus es tu: deus meus & susceptor salutis meę.

Et ego primogenitum ponam illum: excelsum prę regibus terrę.

In ęternum servabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in seculum seculi semen eius: & thronum eius sicut dies coeli.

Peccatores punit salvaturus quidem deus, sed tamen propter suam misericordiam

Si autem dereliquerint filij eius legem meam: & in iudicijs meis non ambulaverint,

Si iustitias meas prophanaverint, & mandata mea non custodierint:

Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea,

Neque prophanabo testamentum meum, & quę procedunt de labijs meis non faciam irrita.

2.Reg.7.d
Ioan.12.

Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar: Semen eius in ęternum manebit,

& thronus eius sicut sol in conspectu meo, Et sicut luna perfecta in ęternum: & testis in coelo fidelis.*

Tu vero repulisti & despexisti: distulisti CHRISTUM tuum.

Cōqueritur ecclesia se abiectam.

Avertisti testamentum servi tui: prophanasti in terra sanctuarium eius.

Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltasti dexteram deprimentium eum: lętificasti omnes inimicos eius.

Avertisti adiutorium gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.

Destruxisti eū ab emūdatione & sedē eius ī terra collisisti.

Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum cōfusione.*

Usque quo dn̄e avertis ī finē: exardescet sicut ignis ira tua?

Vehemens orō in afflictione, deo suas pmissiones obijciens.

Memorare quę mea substantia: nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum?

Quis est homo qui vivet, & non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi?*

Ubi sunt misericordię tuę antiquę domine: sicut iurasti David in veritate tua?

2.Reg.7.c

Memor esto domine opprobrij servorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium,

Quod exprobraverunt inimici tui domine, quod exprobraverunt cōmutationem CHRISTI tui,

Benedictus dominus in ęternum: fiat, fiat.

Oratio Moysi hominis dei. LXXXIX.

Ge.Heb.90
Brevitas & miseria huius vitę ob peccatum.

DOmine, refugium factus es nobis à generatione in generationem.

Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis: à seculo & usque in seculum tu es deus.

Ne avertas hominem in humilitatem: & dixisti, Convertimini filij hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquā dies hesterna quę pręterijt,

invocabit
fortitudo (rupes)
Utique (etiam)
statuta mea
& non mentiar in veritate mea. (vel, nō fallā fidē meā.)
mutabo,
per sanctitatem meam,
stabilietur
vel, certus.
* Sela. supra psal. 3.
iratus es cum uncto tuo.
Elongasti (Devastasti)
diadema (nazareum)
munitiones eius, formidinē (contritionē, confractionem. vel, munitiōes eius ptrivisti)
tribulantium
* Etiam
aciem (robur)
erexisti eum
Cessare fecisti munditiem eius: (vel, Cessavisti ab ornādo eo.)
adolescentię
* Sela. supra psal. 3.
abscondes te in seculum?
quāti tpis ego, pp qd frustra creasti omnes filios hoīs?
* Sela. supra psal. 3.
quas
id est, opprobrij quo universa populorum multitudo servos tuos afficit, quod ego in sinu meo premo.
quō pbris affecerūt vestigia
Amen, Amen.
habitaculum
Reducis hominem donec sit contritus:

& custodia in nocte: Quę pro nihilo habentur, eorum anni erunt.)
mane sicut herba transeat, Mane floreat) & transeat: vespere decidat, induret, & arescat,
Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione) vultus tui.
Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus.)
anni nostri sicut aranea meditabuntur:) Dies annorum nostroum in ipsis septuaginta annis. Eccle.18.a
si autem in potentatibus,) octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.)
quoniam superuenit mansuetudo: & corripiemur.)
Quis nouit potestatem) irę tuę: & prę timore tuo iram tuam dinumerare?)
Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia.) Cognita fragilitate vitę humanę, & peccato, orat dei misericordiã.
Conuertere domine, vsquequo? & deprecabilis esto) super seruos tuos.
Repleti sumus) mane misericordia tua: & exultauimus & delectati sumus) omnibus diebus nostris.
Lętati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala.)
Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.)
Et sit splendor) domini dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige) super nos: & opus manum nostrarum dirige.

XC.

Sec. heb. 91. Christus, cũ fidelib. suis, sub tegmine alarũ patris tutus.

Laus cantici Dauid.

Qui habitat in adiutorio) altissimi, in protectione dei cœli) commorabitur.
Dicet domino, Susceptor meus es tu, & refugiũ meũ,) deus meus sperabo in eum.
Quoniam ipse liberauit me) de laqueo venantium, & à verbo aspero.)
Scapulis) suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.)
scuto circundabit te) veritas eius: Non timebis à timore nocturno,
à sagitta volante in die, A negotio perambulante in tenebris: ab incursu & dęmonio meridiano.)
Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.
Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.
Quoniam tu es domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.) Angeli.
Non accedet) ad te malum, & flagellum) non appropinquabit tabernaculo tuo. Mat. 4.a
Quoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Luc. 4.b.
In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aspidem) & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.

mundasti eos (vel facies illos instar nimbi defluere) somnus sunt:
vel, germinet
errores nostros ad lumẽ (vel, occulta nostra, siue peccata iuuẽtutis nostrę, in luminari)
propter iram tuam.
consumpsimus annos nostros sicut sermonem (vel, dixitius)
si aũt in fortitudinib. (vel, si qui aũt viuaciores sunt.
fastus eorum (vel, ipsorum excellentia) ęrũna sũt & molestia.
quoniam recessit cito, & euolauimus. (vel, cito excellimur, & auolamus.)
vel, fortitudinem
sicut timor tuus ira tua. (.i. quantũ timeris, tantũ irascerís: vel, videl sequire ira tua.)
numerum dierum nostrorum scire fac: & adducemus in cor sapientiam, vt ambulemus sapienti corde.
consolare, (exorabilis esto, placare) Satura nos
vel laudabimus & lętabimur
Lętifica nos sicut dies qb. nos afflixisti, annos qbus vidimus mala.
Cõspiciat à suis tuis opus tuũ, & gloria tua a filijs eorum.
decor suauitas, iucũditas)
confirma (stabili, vel, perfice) & infra.

---

abscondito
vmbra omnipotentis
Spes mea, & arx mea (vel, munimentum meum) te
de morte (peste) contritionũ. (prauitatũ, vel exitiali.)
Alis.
vel, defenderis (aut, tutus ages)
scutum & clypeus
A peste in caligine grassante, à pnicie (vel, ęgritudine repẽtina) duastãte i meridie.
habitaculum tuum (habitaculum refugij tui)
vel, fortuito cadet, occurret)
vel, plaga (vulnus)
leonem

Auxiliŏ spe rantibus & creditibus.

Quoniam in me speraui, liberabo eum: protegā eum, quoniam cognouit nomen meum.
Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.
Lōgitudine dierū replebo eū: & ostendā illi salutare meū.

Sec. Heb. 91

Psalmus cantici in die sabbathi, XCI.

Laudandus deus ob misericordias, quā promissum piscit.

Bonum est cōfiteri dño: & psallere nomini tuo altissime:
Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem
In decachordo, psalterio, cum cantico, in cithara.
Quia delectasti me domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.

Impiorum interitus opa sua magnificantium.

Quàm magnificata sunt opera tua domine: nimis profunde factę sunt cogitationes tuę.
Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget hęc.
Quum exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem,
vt intereant in seculum seculi: (Tu autem altissimus in ęternum domine)
Quoniā ecce inimici tui dñe, quoniā ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes qui operātur iniquitates.
Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia vberi.
Et despexit oculus meus inimicos meos: & insurgentibus in me malignantibus, audiet auris mea.

Iusti plantati à deo.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur.
Plantati in domo domini, in atrijs domus dei nostri florebunt.
Adhuc multiplicabūtur in senecta, vberi & bene patientes erunt: Vt annuntient quoniā rectus dominus deus noster: & non est iniquitas in eo.

Se. Heb. 93.

Laus cantici Dauid in die ante sabbatum, quando inhabitata est terra. XCII.

Regnus dei in Christo describitur, exaltato in dextera patris.

Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem, & pręcinxit se.
Etenim firmauit orbem terrę, qui non commouebitur.
Parata sedes tua deus ex tunc: à seculo tu es.
Eleuauerūt flumina dñe, eleuauerūt flumina vocem suā, eleuauerunt flumina fluctus suos, A vocibus aquarum multarum.
mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dñs.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domū tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.

Se. Heb. 94

Psalmus Dauid quarta sabbathi, XCIII.

Orant pij contra impios.

Deus vltionū dominus: deus vltionum libere egit.
Exaltare qui iudicas terrā: redde retributionē superbis.
Vsquequo peccatores domine, vsquequo peccatores gloriabuntur:
effabuntur, & loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operantur iniustitiam?

Impiorum opera respicit deus, tas & si aliter sentiant.

Populum tuum domine humiliauerūt: & hęreditatem tuam vexauerunt.
viduam & aduenā interfecerunt: & pupillos occiderunt.
Et dixerunt, Non videbit dñs: nec intelliget deus Iacob.
Intelligite insipientes in populo; & stulti aliqñ sapite.

dilexit (concupiuit) me,
vel, salutem meam. (vel, opem meam.)
&
vel, super Higaion (Instrumenti musici nomen)
vel, opere tuo:
valde
germinauerint impij sicut herba, & floruerint
cōspersus sum oleo viridi,
videbit (sub. vltionem)
in
de
vel, eminebit, aut frōdescet.
fructificabūt (geminabūt)
pingues & virides
fortitudo mea:

Nullus est titu apud Heb.
.i. domus regnum accepit, vel, regnat.
gloriam (magnificentiam)
vel, contritionē suā (gurgites suos) magis q̄; sonitus
fortiū (terribilium; fluctuus
fortis terribilis, in excelso
fidelia (vel, certa) sūt valde:
vel, decorat (ornat, qdā sic legūt, Quę tu.n. testat' es sup domo tua pulchra & sancta, vera & firma pmanebūt dñe vsq; in ęternū. Alij sic, Testimonia tua certa valde domui tuę o dñe pulchrę, sanctitas in longitudine dierū.)

Titulus nullus apud Heb.
cum splendore appare.
exultabunt:
durum: (vetus, superbum:)
extollent se
conterent:
affligent.
sut. tempus.
vel, qñ eritis prudentes?

Qui plantauit aurem, non audiet: aut qui finxit oculum,
non 'consyderat?'
Qui corripit gentes, nõ arguet: q docet hominẽ scientiã?
Dominus scit cogitationes hominũ quoniam vanę sunt.
Beatus hõ quẽ tu erudieris dñe, & de lege tua docueris eũ,
Vt 'mitiges ei ã diebus malis: 'donec fodiat peccatori fouea.
Quia non repellet dominus plebem suam, & hęreditatẽ
suam non derelinquet:
Quoadusq; iustitia conuertatur in iudicium: & qui iuxta
illam?' omnes qui recto sunt corde.*
Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis sta
bit mecum aduersus operantes iniquitatem?
Nisi quia dominus adiuuit me: 'paulominus' habitasset
'in inferno' anima mea.
Si dicebam, Motus est pes meus: misericordia tua domi
ne 'adiuuabat' me.
'Secundum multitudinem dolorũ meorũ in corde meo,'
consolationes tuę lętificauerunt animam meam.
Nunquid 'adhęret' tibi sedes 'iniquitatis: qui fingis labo
rem in pręcepto?'
'Captabunt' in animam iusti: & sanguinem innocentem
condemnabunt.
Et factus est mihi dominus 'in refugium:' deus meus 'in
adiutorium spei meę.'
Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum
'disperdet eos: disperdet illos dominus deus noster.

XCIIII.

'Laus cantici ipsi Dauid'

VEnite, 'exultemus' domino, iubilemus 'deo salutari
nostro.'
Pręoccupemus faciem eius in confessione: & in 'psalmis'
iubilemus ei.
Qm̃ deus magnus dñs: & rex magnus super o͠s deos.
Quia in manu eius sunt 'fines' terrę: & 'altitudines' mõ
tium ipsius sunt.
Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccam ma
nus eius formauerunt.
Venite, adoremus, & procidamus, & 'ploremus' ante do
minum qui fecit nos: Quia ipse est 'dñs 'deus noster,
& nos populus pascuę eius & oues manus eius.
hodie si voces eius audieritis, Nolite obdurare corda vra
sicut in 'irritatione scdm diem tentationis' in deserto:
Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & vide
runt opera mea.
Quadraginta annis 'offensus fui generationi illi:' & dixi,
'semper hi errant' corde.
isti non cognouerũt vias meas: 'Vt 'iuraui in ira mea,
Si introibunt in requiem meam.

XCV.

'Canticum Dauid quando domus ędificabatur post
captiuitatem.'

CAntate dño canticum nouum: cantate dño oĩs terra.
Cantate domino, & benedicite nomini eius: annun
tiate de die in diem salutare eius.
Annuntiate inter gentes gloriam eius: in omnibus popu
lis mirabilia eius.
Quoniam magnus dominus, & laudab.lis 'nimis;' terri
bilis est super omnes deos,

'aspiciet?
'quietẽ pręstes 'in tpẽ malo:
'Quoniã ad iustitiã reuerte
tur iudiciũ: & post illud (.i. stã
de iuste iudicabũt, & iudicium
sectabũt &c. vel, Quia adhuc
reuertetur iustitia & iudiciũ,
post hęc)
* Sela. vide psal. tertium.
'fere (extẽplo, vel ppemodũ)
'succisa (vel, in inferno, vbi
silentium & finis omnium)
'sustentabat
'In multitudine cogitatio
num mearũ, in intimo meo,
(vel, internarum,)
'iungetur (eoe qd hẽbit tecũ)
'prauitatum, quę inducit af
flictionem ex more: (vel, pręᵹ
textu legis?)
'Congregabũt exercitũ ↄtra
'in munimentum:
'petra fiducię meę.
'Titulus nullus est apud He
bręos.
'vel, laudemus
'fortitudini (rupi) salutis nrę.
'vel, canticis
'explorationes (profunda,
vel penetralia)
'vel, fortitudines
'genu flectamus
'Meribba (.i. cõtradictione,
contentione) sicut in die ad
Massam (nomen loci, quod
tentationem significat.)
'litigaui cũ generatione illa
(offensus fui ã)
'populus qui errat
'Quibus (Quamobrem)
'Titulus nullus apud Heb.
'valde.

Beatus dos
tus à deo.
Zelus iusti
in peccatores.
Misericordię
dei dono, fi
delis nõ pe
rit cũ infideli
Cathedra &
doctrina scri
barũ & pha
riseorum.
Refugium
deus in tri
bulatione.
Se. Heb. 95
Inuitatio
ad laudãdũ
deum oĩpo
tentem.
Adorare
deum.
Exhortatio
vt euãgelio
credamus.
Heb. 3. b
Heb. 4. a
Se. Heb. 96
1. Par. 16. c
Exhortatio
vt falus &
remissio pec
catorũ facta
p Christus,
annũcietur
oĩb' gẽtib'.
Eccli. 43. d

Quoniam omnes dij [a] gentium demonia: dominus au- [a] populorum idola:
tem cœlos fecit.

[b] Confessio & pulchritudo in conspectu eius: [c] sanctimo- [b] Gloria(Laus)
nia & magnificentia in sanctificatione eius. [c] fortitudo & gloria in sanctuario eius.

Afferte domino [d] patriç gentium, afferte domino gloriá [d] familię populorum,
& [e] honorem: Afferte dño gloriam nomini eius. [e] fortitudinem:

Tollite [f] hostias, & introite in atria eius. Adorate domi- [f] vel, munera,
num in atrio sancto eius.

[g] commoueatur à facie eius vniuersa terra. Dicite in gen [g] expauescat
tibus quia dominus [h] regnauit. [h] factus sit rex. (vel, regnat.)

etenim [i] correxit orbem terrę qui non cómouebitur: iudi [i] firmauit
cabit populos in [k] ęquitate. [k] rectitudine.

Lętentur cœli & exultet terra, cómoueatur mare & [l] ple- [l] vel, id quo refertum est (vel, quicquid in eo est)
nitudo eius: gaudebút campi, & oia quę in eis sunt.

Tunc [m] exultabunt omnia ligna syluarú [n] A facie domini, [m] vel, laudabunt
quia venit, quoniam venit iudicare terram. [n] Coram domino

Iudicabit orbem terrę in [o] ęquitate: & populos in verita [o] iustitia:
te sua.

Se.Heb.97
Christus regnat.
Iudiciú extremum.

[a] Huic Dauid qñ terra eius restituta est. XCVI. [a] Titulus nullus apud Hebr.

Dominus [b] regnauit, exultet terra: lętent insulę multę. [b] id est, regnum accepit, reget, rex est,
Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium
[c] correctio sedis eius. [c] habitaculum

Ignis ante ipsum pręcedet: & [d] inflammabit in circuitu [d] vel, exuret
[e] inimicos eius. [e] tribulatores

Alluxerút fulgura eius orbi terrę: vidit, & cómota est terra.

Montes sicut cera fluxerút à facie domini: à facie domini
omnis terra.

Iustitia & gloria dei.
Iddolatrę.
Exo..0.a
Leui.26.a
Deute.5.a
Adorádus deus.
Heb.1.c
Exhortatio ad opera.
Amos.5.d
Rom.12.b

Annuntiauerunt cœli iustitiam eius, & viderunt omnes
populi gloriam eius.

Confundantur omnes qui [f] adorant sculptilia: & qui glo [f] seruiunt sculptilibus:
riantur in simulachris suis.

Adorate eú oés [g] angeli eius: Audiuit, & lętata est Sion. [g] dij:

& exultauerunt filię Iudę propter iudicia tua domine:

Quoniam tu dominus altissimus super omnem terrá, [h] ni [h] valde
mis exaltatus es super omnes [i] deos. [i] angelos,

Qui diligitis dominú odite malum: custodit dñs animas
sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est iusto: & rectis corde lętitia.

Lętamini iusti in domino: & confitemini memorię san-
ctificationis eius.

Se.Heb.98
Gratiarum actio quod deus verax miserit christú saluatoré pmissum.
Isa.52.c
63.b

Psalmus [a] ipsi Dauid XCVII.

Cantate domino canticum nouú: quia mirabilia fecit.
Saluauit [b] sibi dextera eius: & brachium sanctum eius. [b] eum (vel, salutes suam operatus est dextera sua & sancto brachio suo)

Notum fecit dominus salutare suum, in conspectu gentiú
reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordię suę, & veritatis suę domui
Israel:

viderunt omnes termini terrę salutare dei nostri.

Iubilate deo oés terra: [c] cantate, & [d] exultate, & psallite. [c] vociferate,

Psallite domino in cithara, in cithara & voce psalmi: in [d] vel, laudate,
tubis ductilibus, & voce tubę cornecę.

Inuitatio ad lętitiam ob reuelatú Christum.

iubilate in cóspectu regis domini: Moueatur mare & [e] ple [e] vel, quicquid in eo est.
nitudo eius: orbis terrarú, & qui habitant in eo.

flumina plaudent manu, simul montes exultabunt [f] A có [f] Coram domino:
spectu domini: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarú in iustitia: & populos in ęquitate.

XCVIII. Se. Heb. 99

Psalmus David,

Regnat deus magnus.

DOminus regnauit, irascantur populi, qui sedet su/
per cherubim, moueatur terra.
Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes po/
pulos.
Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile
& sanctum est: Et honor regis iudicium diligit.
parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob
tu fecisti.
Exaltate dominum deum nostrum: & adorate scabellum
pedum eius: quoniam sanctum est.
Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter
eos qui inuocant nomen eius.
inuocabant dominum, & ipse exaudiebat eos: In colūna
nubis loquebatur ad eos.
custodiebant testimonia eius, & preceptum qđ dedit illis.
Domine deus noster tu exaudiebas eos: deus tu propitius
fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorū.
Exaltate dominum deum nostrum, & adorate in monte
sancto eius: quoniam sanctus dominus deus noster.

Peccatis sāctorū ppitius deus, etsi ea quādoq; vlciscatur.

XCIX. Se. He. 100

Psalmus in confessione.

Laudemus dei memores būficiorum eius.

IVbilate deo omnis terra: Seruite domino in letitia.
Introite in conspectu eius in exultatione.
Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos, &
non ipsi nos.
populus eius & oues pascue eius; Introite portas eius in
confessione: atria eius in hymnis confitemini illi.
Laudate nomen eius, Quoniam suauis est dominus,
in eternum misericordia eius, & vsque in generatione
& generationem veritas eius.

C. Sec. He. 101

Psalmus ipsi David,

Misericordia dei & iudicium.

Opera Christiani.

MIsericordiam & iudicium cantabo tibi domine.
psallam, Et intelligam in via immaculata: quādo
venies ad me?
perambulabam in innocentia cordis mei, in medio do/
mus mee.
Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: fa
cientes preuaricationes odiui.
non adhesit mihi Cor prauum: declinantem ā me mali/
gnum non cognoscebam.
Detrahentem secreto proximo suo: hunc persequebar.
superbo oculo & insatiabili corde cum hoc non edebā,
Oculi mei ad fideles terre, vt sedeant mecū: ambulans in
via immaculata, hic mihi ministrabit.
Non habitabit in medio domus mee qui facit super/
biam: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu
oculorum meorum.
In matutino interficiebam omnes peccatores terre: vt
disperderem de ciuitate domini omnes operantes ini/
quitatem.

Fideles deo curę.

Impij reiecti ā deo.

Oratio pauperis quum anxiatus fuerit, & corā do/
mino effuderit precem suam.

CI. Sec. He. 102

Oratio afflicti spūs corā deo & hominib⁹.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad
te veniat.
Non auertas faciem tuam ā me: in quacunq; die tribulor
inclina ad me aurem tuam.

contremiscant populi (vel, conturbat populos)
contremiscat (vel, mouet terram)
vel, Celebrabunt nomen tuum &c.
& terribili quod
fortitudo (.i. regnum & potestas eius)
vel, fundasti (stabilisti) rectitudinem:
Quoties iungūtur iste due dictiones, Prima s. iudicium, opus iudicij signat, q̄ impius condēnat & castigat. Scđa. s. Iustitia, est q̄ iusti defendit & protegitur: quod nos, recte & iuste iudicare dicimus)
incuruate vos (vel supplicate, aut incuruate vos scabello)
vel, sanctus
statutum
vel, pepercisti,
omnia studia (opera)

vel, ad celebrationem, (aut, gratiarum actionis.)
domino
vel, laude.
laude
vel, benedicite nomini
bonus

vel, sapienter agā in via perfecta (simplici, innocēte) cū
veniet
ambulabo. verba huius psal. in futuro legūtur apud Heb.
impiam: (iniquam:)
factum preuaricatoris
mihi Cor prauum declinabit ā me: malum
id est, hominem malum nō fero, nec sustineo.
ad internecionem perduci (succidam.)
elatū oculis, & latū (vastus) corde, ipsum nō potero ferre.
dolum:
mendacia, non firmabitur (stabilietur)
Singulo mane (vel, mane, id est, citissime. Quidam vertunt, Tempestiue)
vel, moestus

In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut 'cremium aruerunt.)

Percussus sum vt 'fœnum,) & aruit cor meum; quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei adhęsit os meum carni meę.

Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut 'nycticorax in domicilio.)

Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & 'qui laudabant me,) 'aduersum me iurabant.)

Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam

A facie irę indignationis tuę: quia 'eleuans allisisti me.)

Dies mei sicut vmbra 'declinauerunt:) & ego sicut fœnum arui.

Petit Christum pmissum mitti. Tu autem domine in ęternum permanes: & 'memoriale tuum) in generatione & generationem.

Tu exurgens misereberis Sion: quia 'tempus) miserendi eius quia venit tempus.

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & 'terrę) eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terrę gloriam tuam.

Sion, ecclesia. Quia ędificauit dominus Sion: & videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem 'humiliū: & nō spreuit p̄cem eoꝝ.)

Scribantur hęc in generatione 'altera:) & populus qui creabitur laudabit dominum,

Quia prospexit de excelso sancto suo, dominus de cœlo in terram aspexit:

Vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios 'interemptorum:)

Vt annūtient in Sion nomen dñi, & laudē eius in Ierusalem,

Gentiū vocatio: 'In cōueniendo pplos in vnū, & reges vt seruiant dño.)

'Respondit ei in via virtutis suę, Paucitatem dierū meorum nuntia mihi.)

Breuis vitę homines. 'Ne reuoces me) in dimidio dierum meorum: In generatione & generationem anni tui.

Deus ęternus. Heb.1.c.d 'Initio) tu domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes *sicut vestimentum veterascent.

& sicut 'opertorium) mutabis eos, & mutabūtur: Tu autem idem ipse es: & anni tui non deficient.

Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum 'in seculum dirigetur.)

Sec. He. 103 Ipsi Dauid. C I I.

Gratiarum actione omnibus beneficijs nobis a deo collatis.

BEnedic anima mea domino: & oīa quę intra me sunt nomini sancto eius.

Benedic anima mea domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.

Qui 'replet in bonis desyderium) tuum: renouabitur vt

' focus (titio) combustus.

' herba,

' bubo solitudinum.

' qui insaniebāt in me (vel, subsannatores mei,)

' Quidam vertunt, iurant p me (.i. imprecabunt sibi talia contingere qualia mihi acciderunt. Alij sic, in caput meum coniurant.)

' eleuasti me & proiecisti me

' vel, inclinata:

' memoria tui

' tempus definitum significat in quo congregantur homines ad solēnitatem.

' pulueris

' eorum qui sunt velut myricę, (vel, solitarij, id est, derelicti, vociferantis,)

' vel, postera:

' mortis (id est morti adiudicatorum:)

' Quum cōgregati fuerint populi simul, & regna, vt seruiant domino.

' Afflixit in via fortitudinem meā, abbreuiauit dies meos.

' Dicam, Deus mi ne succidas me.

' Pridem (Olim)

* ipsi

' vestimentum

' coram te stabilietur. (perstabit vel, prospere aget.)

' satiat bonos

ęquilę iuuentus tua.
Faciens misericordias dominus: & iudicium omnibus
iniuriam patientibus.
Notas fecit vias suas Moysi filijs Israel ᵃvolūtates suas.ˡ

ᵃ opera (studia) sua.

Miserator & misericors dominus: ᵇlonganimis) & mul Nume.14.

ᵇ longus ira, (vel, remotus ab ira)

tum misericors.
Non in perpetuum ᶜirascetur:ˡ neque in ęternum ᵈcom

ᶜ cōtendet: (vel, obiurgabit)
ᵈ custodiet iram (vel, succensebit.)

minabitur.ˡ
Non secundum peccata nostra fecit nobis: neq; secundū
iniquitates nostras retribuit nobis.
Quoniam secundum altitudinem cœli à terra: corrobo-
rauit misericordiam suam super timentes se.
Quantum distat ortus ab occidente: longe fecit à nobis
iniquitates nostras. Misericor-
Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dñs timentibus dia dei.
se: Quoniam ipse cognouit ᵉfigmentum nostrum.ˡ

ᵉ vel, quale figmentū simus.

recordatus est quoniam puluis sumus, Homo sicut fœnū Homo pul-
dies eius: tanquam flos agri sic efflorebit. uis.
Quoniam ᶠspiritus pertransibit in illo, & non subsistet: &
non cognoscet ᵍamplius locum suum.ˡ

ᶠ ventus
ᵍ cum amplius locus eius.

Misericordia autem domini ab ęterno & vsque in ęter- Misericor-
num super timentes eum. dia dei qui-
& iustitia illius in filios filiorum: His qui seruant testa- bus datur.
mentum eius,
& memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.
Dominus in cœlo parauit sedem suam: & regnum ipsius Chrō in cœ
omnibus dominabitur. lis sedēti om
Benedicite dño oēs angeli eius: potētes ʰvirtute,ˡ facien- nia subiecta
tes verbū illius, ⁱad audiendam vocē sermonū eius.
Benedicite domino omnes ᵏvirtutesˡ eius: ministri eius

ʰ fortitudine,
ⁱ vt obtemperent voci
ᵏ exercitus

qui facitis voluntatem eius.
Benedicite domino omnia opera eius: in omni loco do-
minationis eius benedic anima mea domino.
C I I I. Sec.he.104.
ᵒ Ipsi Dauid.ˡ Cōsyderatis
BEnedic anima mea domino: domine deus meus ma- operib⁹ dei
gnificatus es vehementer. fidamus ei.
ᵃconfessionemˡ & decorem ᵇinduisti:ˡ Amictus lumine si
cut vestimento.
extēdens cœlū sicut ᶜpellē:ˡ Qui tegis aqs superiora eius.
qui ponis nubem ᵈascensumˡ tuum: qui ambulas super
pennas ventorum.

ᵃ gloriam (vel, celebritatem)
ᵇ induit: tertię perso. & cętera verba vsq; ad sextū vsu;.
ᶜ cortinam:
ᵈ currum

Qui facis āgelos tuos spūs: ᵒ & ˡ ministros tuos ignē vrētē Bestiarum
Qui fundasti terram super ᵉstabilitatemˡ suam: non ᶠin- creatio.
clinabiturˡ in seculum seculi. Abyssus.
Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes
stabunt aquę.

ᵉ vel, locum (bases)
ᶠ mouebitur

Ab increpatiōe tua fugiēt: à voce tōitrui tui ᵍformidabūt.ˡ
Ascendunt montes & descendunt campi in locum *quē Montes.
fundasti eis.

ᵍ pręcipites ferentur.
ʰ altum

Terminum posuisti quem non transgredientur: neque cō
uertentur operire terram.
Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium mon- Fontes.
tium pertransibunt ᵒaquę.ˡ Bestię agri.
Potabūt oēs bestię agri: ⁱexpectabūt onagri in siti sua.ˡ Aues.
Super ea volucres cœli habitabunt: de medio ᵏpetrarūˡ Agricultu-
dabunt voces. ra.

ⁱ extinguēt onagri sitim suā.
ᵏ nemorum (frondium)

Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra:

Panis. Producens fœnū iumentis, & herbā (seruituti) hominū,
Vinum. vt (educas) panem de terra: Et vinū (lętificet) cor hoīs:
Oleum. vt (exhilaret) faciem in oleo: & panis cor hoīs ɔfirmet.
Arbores. Saturabuntur (ligna campi,) & cedri Libani quas plantauit: *illic (passeres) nidificabunt,
(herodij domus dux est eorum,) montes excelsi (ceruis:) petra refugium (herinacijs.)
Luna. Fecit lunam in (tempora:) sol cognouit occasum suū.
Sol. Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt
Nox. omnes bestię syluę,
Bestię syluę. Catuli leonū rugiētes vt rapiāt, & q̄rant à deo escā sibi.
Ortᵘˢ est sol, & ɔgregati sūt: & i cubilibᵘˢ suis collocabūtur.
Exibit homo ad opus suum: & ad (operationem) suam vsque ad vesperam.
Quàm magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.
Marinorum creatio. Hoc mare magnum, & spatiosū (manibus:) illic reptilia, quorum non est numerus.
Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertrāsibunt.
De victu prouidet deᵘˢ de filijs terrę. (draco) iste quem formasti (ad illudendum ei:) Omnia à te expectant vt des illis escam in tempore*
Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia (replebuntur bonitate.)
Auertente autem te faciem, turbabūtur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur.
(Emittes) spūm tuū, & creabūtur: & renouabis faciē terrę.
Cultus dei, laudare eum in operibᵘˢ. Sit gloria dñi in seculū: lętabitur dñs in operibus suis.
Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes & fumigant.
Cātabo domino in vita mea: psallā deo meo q̄diu sum,
Iucundū sit ei eloquiū meū: ego verò delectabor in dño.
Peccatores & impij. Deficient peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint: Benedic anima mea domino.*
(Halleluia.) CIIII.

Sec. he. 105. Adhortatio ad laudē & ɔfessionē operū dei. 1. Para. 16. Isa. 12.
Confitemini domino, & inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius.
Cantate ei, & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.
(Laudamini) in nomine sancto eius: lętetur cor quęrentium dominum.
Quęrite dominum, & (confirmamini:) quęrite faciem eius semper.
Beneficiorū dei recordatio. Mementote mirabilium eius quę fecit: prodigia eius & iudicia oris eius,
Semen Abraham, serui eius: filij Iacob electi eius.
Ipse dominus deus noster: in vniuersa terra iudicia eius.
Promissam terrā Chanaan dedit deus Israelitis. Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes:
Quod (disposuit ad) Abraham: & iuramēti sui ad Isaac:
Et statuit illud *Iacob in pręceptum: & Israeli in testamentum ęternum,
Gen. 12. c. d. Dicēs, Tibi dabo terrā Chanáan, funiculū hęreditatis vrę.
Pręceptū ꝑ ꝓmissione. Quum essent (numero breui,) paucissimi, & incolę eius:
Et pertransierunt de gente in gentem: & de regno ad populum alterum,

per opus (laborem. vel, ad cultum hominum, siue vt seruiant homini)
vel, educat
quod lętificat
splendere faciat
arbores dñi (.i. excelsę, vel, syluestres, & non plantatę manu hominis,)
* quoniam
vel, aues
Ciconię abietes domus sūt,
ibicibus (damis:)
leporibus. (cuniculis.)
id est, tempora ad computandum festa:
culturam
locis:
leuiathan
vt rideat (ludat) in ipso:
* suo:
satiabuntur bono,
vel, Emittis
* Halleluia (vel, Laudate dominum)
Laudate vos (gloriamini)
fortitudinem eius
pepigit cum
* ipsi
viri numeri, (id est pauci numero,)

Non reliquit hominem nocere eis: et corripuit pro eis reges; | Dei erga fideles suos cura.
Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. | 1. Para. 16. c.d.
Et vocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit. | 2. Reg. 1. c
Misit ante eos virum: in seruum venundatus est Ioseph. | Tentata fides et perseuerans, prudentiam dei experitur.
Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransijt animam eius, donec veniret verbum eius.
eloquium domini inflammauit eum: Misit rex, & soluit eum: princeps populorum, & dimisit eum.
Constituit eum dominum domus suae, et principem omnis possessionis suae: | Gene. 37. f 39. d
Vt erudiret principes eius sicut semetipsum: & senes eius prudentiam doceret. | 41. b 41. e
Et intrauit Israel in Aegyptum: & Iacob accola fuit in terra Cham. | 46. a
Et auxit populum suum vehementer: & firmauit eum super inimicos eius.
Conuertit cor eorum vt odirent populum eius: et dolum facerent in seruos eius.
Misit Moysen seruum suum: Aaron quem elegit ipsum. | Exod 3. b. c.
Posuit in eis verba signorum suorum: & prodigiorum in terra Cham. | 3. c 4. d. e
Misit tenebras, & obscurauit: & non exacerbauit sermones suos. | 7. a 10. f
Conuertit aquas eorum in sanguinem: & occidit pisces eorum. | 7. d
Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum. | Exod. 8. b
Dixit, et venit cynomyia, et cinifes in omnibus finibus eorum. | 8. f. c
Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum. | 9. e
Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum: et contriuit lignum finium eorum.
Dixit, et venit locusta et bruchus, cuius non erat numerus: | 10. c. d
Et comedit omne foenum in terra eorum: et comedit omnem fructum terrae eorum.
Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum. | 12. d
Et eduxit eos cum argento & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus. | 13. d
Laetata est Aegyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.
Expandit nubem in protectionem eorum: ignem vt luceret eis per noctem. | Exod. 13. d
Petierunt, et venit coturnix: et pane coeli saturauit eos. | Psal. 77. b
Dirupit petram, et fluxerunt aquae: abierunt in sicco flumina. | Exod. 16. c Nume. 20. c
Quoniam memor fuit verbi sancti sui quod habuit ad Abraham puerum suum. | Gen. 22. c. d
Et eduxit populum suum in exultatione: & electos suos in laetitia. | Iosue. 3. d.
Et dedit illis regiones gentium: et labores populorum possederunt:
Vt custodiant iustificationes eius: & legem eius requirant. | Sec. he. 106.

Halleluia, Halleluia. C V. | Iudith. 11. e

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. | Prouocamur ad sanctificandum nomen dei, & quare.
Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius?

---

permisit
iniuriari (calumniari)
(vel, male facere)
omnem virgam (id est, omnia legumina, omnem plenitudinem)
Afflixerunt
purgauit
dominator & infra.
secundum animam suam (voluntatem suam:)
peregrinatus est
roborauit eum prae tribulatoribus suis.
LXX, sibi.
Posuerunt
exacerbauerunt verbum eius (rebelles fuerunt verbis eius.)
congregatio mista bestiarum (omnimoda musca, significat omne genus volatilium venenosorum, velut muscas & huiusmodi)
vel, pediculi
tegumentum (tentorium)
adduxit coturnices:
in arida fluminis. (sub. aquae.)
vel, laude (cantico.)
statuta
conseruent.
Halleluia.

Eccli. 45. d Beati qui custodiunt iudicium: & faciunt iustitias in omni tempore.

Memento nostri domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo:

Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lętandum in lętitia gentis tuę: vt lauderis cum hereditate tua.

Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus, iniquitatem fecimus.

Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordię tuę.

Iudith. 7. d Et irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrum.

Et saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam.

Exo. 14. c Et increpuit mare rubrum, & exiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.

Exo. 14. g Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.

Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.

Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.

Cito fecerunt, obliti sunt operum eius: & non sustinuerunt consilium eius.

Exo. 17. a Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentauerunt deum in inaquoso:

Nume. 11. g Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum.

Et irritauerunt Moysen in castris: Aaron sanctum domini:

Nume. 16. e Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abiron.

Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.

Exo. 32. a Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt sculptile.

Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.

Obliti sunt deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham terribilia in mari rubro.

Exo. 32. c Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius,

Vt auerteret iram eius ne disperderet eos. Et pro nihilo habuerunt terram desyderabilem.

non crediderunt verbo eius. Et murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem domini.

Nume. 14. e Et eleuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto,

Et vt deijceret semen eorum in nationibus, & dispergeret eos in regionibus.

Et initiati sunt Beelphegor: & comederunt sacrificia mortuorum.

Num. 25. b Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.

Et stetit Phinees, & placauit: & cessauit quassatio.

Et reputatum est ei in iustitiam in generatione & generationem, vsque in sempiternum.

Num. 20. a Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius.

Et distinxit in labijs suis, Non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis.

Et commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, Et seruierunt sculptilibus eorum: & factum est illis in scandalum.

Et imolauerunt

Beati. Fidelis populus, agnoscens peccatum suum & patrum, quod deo non crediderit petit misericordiam.

---

mei
id est, erga populum tuum:
me in salute tua:
Vt videam bonum
laudem (glorier, lauder)
rebellauerunt super (iuxta)
vel, ac si fuissent
cantauerunt
Festinauerunt, obliti (vel, cito obliti)
expectauerunt
solitudine:
maciem (tenuitatem)
vel, congregatione
impios.
bouis
diuisionem (.i. nisi medius intercessisset)
spreuerunt
(vel obtemperauerunt voci)
inter gentes,
coniuncti sunt
operibus
plaga, (pestis, vltio.)
dijudicauit, (exequutus est iustitiam:)
prohibitum est plagę. (vel, fecit subsistere vltionem.)
malum intulit (male cessit) Moysi
vel, rebellare fecerunt
protulit
miscuerunt se
fuerunt eis laqueus (offendiculum)

Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs.
Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanáan.

contaminauerunt se
suis:
factis (operibus)

& infecta est terra in sanguinibus, Et contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinuentiónibus suis.
Et iratus est furore dominus in populum suum: & abominatus est hereditatem suam.

Iudęorum abiectio, & dei erga illos misericordia.

Et tradidit eos in manus gentium: & dominati sunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum. Sępe liberauit eos,

depressi (confecti) sunt propter iniquitatem suam.
quum audiret ipse clamorem eorum.
pro eis

ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.
Et vidit quum tribularentur: & audiuit orationem eorũ.
Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secundum multitudinem misericordię suę. Deut. 30.a
Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos.

gentibus:
(vel, laudem gloriã tuã)
vel, dicat
Amen, Halleluia.

Saluos nos fac dñe deus noster: & congrega nos de nationib9:
vt confiteamur nomini sancto tuo: & glorietmur in laude tua.
Benedictus dominus deus Israel à seculo & vsque in seculum: & dicet omnis populus, Fiat fiat,
Halleluia.

CVI. Se.He.107

Redẽpti, quibusq; facta est remissio peccatorũ, inuitant ad gratiarũ actionem.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Deus æternus. Domine nomen tuum in æternum: domine ªmemoriale tuumª in generatione & generationem. — ª memoria tui
Quia iudicabit dñs pplm suũ: & ªin seruis suis deprecabitur.ª — ª seruis suis ignoscet (vel pœnitebit eũ super seruos suos)
Idola vana Simulachra gentium argentũ, & aurũ, opera manuum hominũ.
Sapié.15.d. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & nõ videbunt.
Aures habent, & non audient: neque enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.
Exhortatio ad dei laudem. Domus Israel bñdicite domino: domus Aaron benedicite dño.
Domus Leui benedicite domino: qui timetis dominum, benedicite domino.
Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.ª — ª Halleluia.

Sec.He.136 ª Halleluia.ª CXXXV.

Exhortatio ad laudãdã dei æternam misericordiam, qui suis operibus testatus est & testatur. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Confitemini deo deorum: qm̃ in æternum misericordia eius.
Confitemini dño dominorum: qm̃ in æternum misericordia eius.
Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia eius.
Qui fecit cœlos ªin intellectuª qm̃ in æternũ misericordia eius. — ª (vel sapienter:)
Qui ªfirmauitª terram super aquas: quoniam in æternum misericordia eius. — ª extendit
Gene.1.a
Gen.1.b Qui fecit luminaria magna: qm̃ in æternũ misericordia eius.
Solem in ªpotestatẽ diei:ª quoniam in æternũ misericordia eius. — ª dominium in diei (vel, vt præsit diei.)
Lunam & stellas, in ªpotestatem noctis:ª quoniam in æternum misericordia eius. — ª dominia in nocte: (vel, vt præsit nocti.)
Exod.12.d. Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum: quoniam in æternum misericordia eius.
Exod.13.d. Qui eduxit Israel de medio eorum: quoniam in æternum misericordia eius.
In manu potenti & brachio ªexcelso:ª quoniam in æternum misericordia eius. — ª extento:
Qui diuisit mare rubrum in ªdiuisiones:ª quoniam in æternum misericordia eius. — ª id est, duas partes
Exod.14.g Et eduxit Israel per medium eius: quoniam in æternum misericordia eius.
Et excussit Pharaonem & ªvirtutemª eius in mari rubro: quoniam in æternum misericordia eius. — ª Exercitum
Qui traduxit populum suum per desertum: quoniam in æternum misericordia eius.
Qui percussit reges magnos: qm̃ in æternũ misericordia eius.
Nume.21.c. Et occidit reges fortes; quoniã in æternũ misericordia eius.

Schon

Sehon regem Amorrheorum: quoniam in ęternum misericordia eius.
Et Og regem Basan: quoniam in ęternũ misericordia eius. Nume. 21.c
Et dedit terram eorum hereditatem: quoniam in ęternum misericordia eius. Iosue. 12.c
Hereditatẽ Israel seruo suo: qm̃ in ęternũ misericordia eius.
Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in ęternum misericordia eius.
Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in ęternum misericordia eius.
Qui dat escam omni carni: qm̃ in ęternũ misericordia eius.
Confitemini deo cęli: qm̃ in ęternum misericordia eius.
Cõfitemini dño dñorũ: qm̃ in ęternum misericordia eius.

Qui quum deiecti iaceremus
tribulationibus
Iste versus non est in Hebręo.

Ieremie. CXXXVI. Se. He. 137

SVper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.
In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.
Quia illic interrogauerũt nos qui captiuos duxerũt nos, verba cantionum:
Et q abduxerũt nos, Hymnũ cantate nobis de cãticis Sion.
Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?
Si oblitus fuero tui Ierusalẽ: obliuioni detur dextera mea.
Adhęreat lingua mea faucibus meis: si nõ meminero tui.
si non proposuero Ierusalem in principio lętitię meę.
Memor esto domine filiorum Edom, in die Ierusalem.
qui dicit, Exinanite, exinanite vsq ad fundamentũ in ea.
Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.
Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram.

citharas nostras.
postulauerunt à nobis.
suspensis nostris (sub. citharis) lętitiã: (.i. postulabant à nobis vt lętaremur in citharis nostris quas suspenderamus)
vel, obliuiscat (sub. operationis suę, vel artis suę)
(vel, palato meo:)
extulero (fecero)
Discooperite, discooperite (Euacuate, euacuate)
vel, deuastata: (depopulata:)
apprehendet

Iudęos captiuos insultant Babylonij ad cãtica. Recusant dei carmina in ipsorũ terra canere. Idumęorũ interitus. Babyloniorum ruina. Ies. 13.c

Ipsi Dauid, CXXXVII. Sec. He. 138

COnfitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.
in conspectu angelorum psallam tibi: Adorabo ad templũ sanctum tuum, & confitebor nomini tuo
super misericordia tua & veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen, sanctum tuum.
In quacunq die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine omnes reges terrę: quia audierũt omnia verba oris tui.
Et cantent in vijs domini: quoniam magna est gloria dñi.
Quoniam excelsus dominus: & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.
Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manũ tuam, & saluum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me: domine misericordia tua in sęculum, opera manuum tuarum ne despicias.

vel, deorum
omnia nomen tuũ, per eloquium tuum.
roborasti (augebis) in anima mea fortitudinem.
humilem (depressum) videbit, & excelsus (vel, excelsum, superbum)
viuum seruabis me:
mittes
dimittas.

Laus deo pter misericordiã & veritates promissionum suarum.
Deus liberans à tentationibus.

In finem Psalmus Dauid, CXXXVIII. Se. He. 139

DOmine probasti me, & cognouisti me: Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.
Intellexi cogitationes meas de longe: semitam meam & funiculum meum inuestigasti.
& oẽs vias meas pudisti: Quia nõ est sermo in lingua mea.
ecce tu domine cognouisti omnia, Nouissima & antiqua tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Supra Psal. 4.
inuestigasti e infra. 11.
accubitũ meum circũdedisti. (.i. meũ et quocũq eam, & vbicunq stem, operer, vel cessem)
intellexisti: (explorasti:)
.i. oĩa verba mea nosti.
Aũs e retro me formasti.

Prouidentia dei erga nos ab vtero matris.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

Deus vbiq. Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?

Amos. 9. a Si ascédero in cœlú, tu illic es: si descédero ī infernú, ades.

Si súpsero pénas meas diluculo, & habitauero in extremis maris:

Etení illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

Et dixi, Forsitan tenebrę conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.

Nemo abscondi pót a deo. Quia tenebrę non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebrę eius, ita & lumen eius.

Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meę.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis.

Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terrę.

Imperfectum meū viderunt oculi tui, & in libro tuo oés scribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.

Amici dei puidentiā ipsi agnoscentes. Mihi aút nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cófortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc sum tecum.

Impiorum mors puidentiaꝫ dei non agnoscentium. Si occideris deus pctores: viri sanguinú declinate à me.

Quia dicitis ī cogitatióe: accipiét ī vāitate ciuitates suas.

Nónne qui oderunt te domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.

Oratio pt̄ra hypocrisim Proba me deus, & scito cor meum: interroga me & cognosce semitas meas,

Et vide si via iniqtatis in me est: & deduc me ī via ęterna.

Se. He. 140 In finem Psalmus Dauid. C X X X I X.

Fidelis petit liberari ab ijs q eū nituntur a via dei abducere. ERipe me dñe ab hoie malo: à viro iniquo eripe me.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant prelia.

Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum.*

Custodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

Supra. 13. b

Roma. 3. b qui cogitauerunt supplantare gressus meos: Absconderút superbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalūꝫ posuerunt mihi.*

Dixi dño, Deus meus es tu: exaudi dñe vocé depcatióis meę.

Domine deus virtus salutis meę: obumbrasti super caput meum in die belli.

Ne tradas me dñe à desyderio meo peccatori: cogitauerút contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.

Caput circuitus eorum: labor labiorū ipsorū operiet eos.

Cadent super eos carbones: in ignem deijcies eos, in miserijs non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu.

Cognoui qa faciet dñs iudiciū iopis: & vindictā pauperū.

Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabút recti cum vultu tuo.

Scia tua mirabilior ac sublimior est, quá vt possim eā assequi
strauero lectū in inferno,
aurorę, (luciferi,)
(vel, occidentis:)
verūtñ tenebrę occltabūt
& nox lux erit corá me.
Etiam
occultabit tibi aliquid
lucebit similes sunt tenebrę luci.
in tua ptāte habes
texisti (operuisti) me in
mirifice plasmatus sum
valde.
fuerunt tibi occulta ossa mea lꝫ ea feceris in abscōdito, & contexueris
Informem adhuc me.
oia illa (oicb multis)
non fuit vnum ex eis (sub. tibi incognitum.
Et mihi quā ptiosę fuerūt cogitatiões tuę de, quāꝫ multiplicatę si sūmę capitas, & magis q̄ arena
vel, v tinā occideres
discedant
dixerūt ptra te abominatioñ, & hostes tui assūpserūt in vanum sub nomen tuū. vel eleuát se frustra.
tędio afficiar?
Scrutare (inuestiga)
vel proba
scito cogitatióes meas.
irritationis

vide psal. quartum.
Custodi & c.
congregauerunt
Scla supra psal. 5.
impij: propellere
funibus extéderūt rete:
laqueos (vel tédiculas)
Scla. supra psal. 3.
fortitudo operi
dñe desyderia sua ipios cogitationé eius ne perficias, ne exaltet se. Scla.
circūdantiū me, medacū
deijciat
foueas, ne resurgant.
vel, firmabit (stabiliet)
malū venabit vt ipellat
iudicium mendicorum.

Psalmus Dauid. CXL. Se. Heb. 141 Oro afflicti

Domine, clamaui ad te, exaudi me: intende voci meę, quum clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuū mearum sacrificium vespertinum.
Pone domine custodiam ori meo: & ostium circumstantię labijs meis.
Non declines cor meum in verba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.
Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorū: Absorpti sunt iuncti petrę iudices eorum.
audient verba mea quoniam potuerunt: Sicut crassitudo terrę erupta est super terram,
dissipata sunt ossa nostra secus infernū: Quia ad te dn̄e, dn̄e oculi mei, in te speraui, non auferas animam meā.
Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiacula eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.

Iudicii & principes erroris.

Orat libera ri a laqueis impiorum.

Intellectus Dauid quū esset in spelūca orō. CXLI. Se. Heb. 142 Christus liberatus ex angustijs, & nos fide liberabimur.

Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominū deprecatus sum.
Effundo in conspectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.
In deficiēdo ex me spūs meū: & tu cognouisti semitas meas, in via hac qua ambulabā, absconderunt laqueum mihi.
Cōsyderabā ad dexterā, & videbā: & nō erat q cognosceret me.
Perijt fuga à me: & non est qui requirat animam meam.
Clamaui ad te dn̄e, dixi, Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.
Intende ad deprecationē meā: quia humiliatus sū nimis:
Libera me à psequentib' me: qa confortati sunt sup me.
Educ de custodia aīam meam, ad confitendū nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi.

Psal. Dauid qñ eū filius suus psequebat. CXLII. Se. He. 143 Oratio in vehementi angustia.

Domine exaudi orōnē meā: auribus percipe obsecrationem meā in veritate tua, exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudiciū cum seruo tuo: quia non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens.
Quia persequutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.
collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, Et anxiatus est sup me spiritus meus: in me turbatū est cor meum.
Memor fui dierū antiquoꝝ, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuū tuarum meditabar.
Expādi manus meas ad te: aīa mea sicut terra sine aq̄ tibi.
Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.
non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.
Auditā fac mihi mane misericordiā tuā: quia in te spaui.
Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Recordat misericordiarū dei in factos, petit auxilium in fide.

Petit docēda deo.

festina mihi
vel, (suffimentum)
vel, munus
obseruationē sup ostium labioꝝ meoꝝ.
ad rē malā, (vel, vt cogitē cogitationes impias.)
comedā ex iucūdis.
Percutiet (Percutiat)
vnguētum primarii non confringat caput meum.
in malitijs eoꝝ (.i. dū in malis perdurant. vel, contra malitias eoꝝ. Alij sic Precipitent, in locis petrosis iudices eorum.
dulcuerūt: (iucūda erūt:)
Sicut scindens & findens in terra, dispersa
vel, in ore inferni:
vel, effundas (extrahas)
tetenderunt laqueis
ipij: simul ego perpetuo: euadam.

vide psal. 31.
Quū deficerit ex me (quū mœrore operietur in me) spiritus meus:
vel, refugium
clamorem meum: quia attenuatus sum valde.
robustiores fuerūt me.
in me facient coronas (.i. circūdabunt me) quum retribueris, mihi (.i. sublevaueris, itep iuuenis me.)

idest, pp veritatē &c.
confregit

Sitiens ad te. Sela.

Audire fac me

Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi:) Doce me facere voluntatē tuam, quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā: Propter nomen tuū dn̄e viuificabis me, in equitate tua
educes de tribulatione animam meā: Et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.
& perdes oēs qui tribulant aias meā: qm̄ ego seruus tuus sū.

Se.He.144 Grāȝ actio qđ is vilis hō tñ virtute dei fortis fuerit cōtra impios.

Dauid aduersus Goliath, CXLIII.

Benedictus dn̄s deus meus qui docet manus meas ad prelium, & digitos meos ad bellum.
Misericordia mea & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus.
Protector meus, & in ipso speraui: qui subdit populum meum sub me.
Dn̄e quid est homo quia innotuisti ei: aut filius hominis quia reputas eum?
Hō vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra pretereunt.)
Dn̄e inclina cœlos tuos, & descende: tange mōtes, & fumigabūt.
Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.
Emitte manum tuaȝ de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum.
Quorum os loquutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.)
Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.
Qui das salutem regibus: qui redemisti Dauid seruum tuū de gladio maligno. Eripe me,
& erue me de manu filiorū alienorū, quorum os loquutum est vanitatem: & dextera eorū dextera iniquitatis.)
Quorū filij sicut nouelle plantatiōes in iuuentute sua.
filie eoȝ cōposite: circumornate vt similitudo tēpli.)
Promptuaria eoȝ plena: eructantia ex hoc in illud.)
oues eorum fœtosę, abundantes in egressibus suis: Boues eorum crasse.)
non est ruina macerię, neque transitus,) neque clamor in plateis eorum.)
Beatum dixerunt populū cui hęc sunt:) beatus populus cuius dominus deus eius.

Salus regum & victoria a deo.

Falsa spLorum psperitas.

Se.He.145 Laus dei, ob mirabilia eius misericordia & regnū misericordię eternū.

Laudatio ipsi Dauid, CXLIIII.

Exaltabo te deus meus rex: & benedicam nomini tuo in seculū, & in seculum seculi.
Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuuȝ in seculum, & in seculum seculi.
Magnus dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis.)
Generatio & generatio laudabit opera tua: & potentiam tuam pronuntiabunt.)
Magnificentiā glorię sanctitatis tuę loquentur: & mirabilia tua narrabunt.)
Et virtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt.)
Memoriam abundantię suauitatis tuę eructabunt:) & iustitia tua exultabunt.)
Miserator & misericors dn̄s: patiens & multū misericors.)
Suauis dn̄s vniuersis: & miserationes eius sup oīa opa eius.

a te cooperius sum: (vel, apud te lateo:)
iustitia
vel, fortis (super, lapis, creator)
arx mea (munimentum meū) protectio mea,
Scutum meum,
dilatat (expandit)
quod agnouisti eum:
nihilo
transiens.
fulgur,
interfice (consume)
vel, mendaciū:
mendax.
tert. pers.
vel, mendaciū:
vel, mendacij.
Quoniā filij nostri sicut plantule crescentes
filij nrę sicut anguli scisi ad similitudinē tēpli.
Pcaria nra plēa, redūdātia de specie in species (.i. omnigenis rebus)
greges nri parientes mille & dēcē millia i vicinijs nris
Boues nri onusti (scilicet pinguedine, vel, portātes onus)
ruptio, vel, sterilis, nec egressus (vel, quę egrediatur & faciat abortiuū.)
nostris.
Beatus populus cui sic est
valde:
inuestigatio (vel, exploratio.) generationi
annuntiabunt.
Decorē glorię potentię tuę, & res mirabiliū tuorum loquar. (meditabor.)
fortitudinē memorabunt
bonitatis tuę loquentur
vel, iustitiā tuā laudabūt.
longus furore & magnus misericordia.
Bonus

Confiteantur tibi dñe oia opera tua:& scĩ tui bñdicãt tibi.
Gloriã regni tui dicent:& potentiã tuã loquentur,
Vt notã faciant filijs hominuz potentias suas:& gloriã magnificentię regni sui.
Regnũ tuũ regnuz omniũz seculorum:& dominatio tua in omni generati one & generationez.

Hic versus ñ ẽ in Hebręo. Fidelis dominus in omnibus verbis suis:& sanctus in omnibus operibus suis.
Sustentat — Alleuat dñs oẽs qui corruunt:& erigit oẽs elisos.
collapsos.(incuruatos.) — Oculi omniuz in te sperant domine:& tu das escã illoruz in tempore opportuno,
eis
suo, — Aperis tu manuz tuã:& imples omne animal bñdictiõe. — Prouidẽtia dei erga omnes, maxime circa fideles.
saturas
ad voluntatẽ. (benigna volũtate, vel dilectione.) — Iustus dominus in omnibus vijs suis:& sanctus in omnibus operibus suis.
vel, misericors (plenus gratia) — Prope est dominus omnibus inuocantibus euz; omnibus inuocantibus eum in veritate.
id est, fideliter. — Voluntatem timentium se faciet,& deprecationem eorum exaudiet:& saluos faciet eos.
clamorẽ eorũ audiet, — Custodit dñs oẽs diligentes se:& oẽs peccatores disperdet. — Inuocãtes deum exaudiuntur.
Laudationẽ dñi loquetur os meũ:& benedicat ois caro nomini sancto eius in seculũ & in seculũ seculi.

Halleluia Aggei & Zacharię. CXLV. — Se. He. 146

LAuda anima mea dominuz,laudabo dominuz in vita mea ,psallam deo meo quãdiu fuero. — Fidelis Iso lo deo rege sperat, si in quacũq re huius mundi.
Nolite confidere in principibus:in filijs hominum, in quibus non est salus.
Exibit spiritus eius & reuertetur in terraz suaz:in illa die peribunt omnes cogitationes eoruz.
Beatus cuius deus Iacob adiutor eius,spes eius in dño deo ipsius:Qui fecit cœlũ & terrã,mare,& oia quę in eis sunt.
.i. seruat fidẽ in pmissis — qui custodit veritatẽ in seculuz, Facit iudiciuz iniuriaz patientibus: dat escam esurientibus. — Act.14.c Apoc.14.b
violentia affectis:
Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cęcos.
curuatos:(collapsos:) — Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos.
subleuabit: (sustinebit:) — Dominus custodit aduenas,pupilluz & viduas suscipiet:& vias peccatorum disperdet.
Regnabit dominus in secula deus tuus Sion , in generatione & generationem,
Alleluia

Halleluia. CXLVI. — Se.He.147.

bonum est psallere — LAudate dominum quoniam bonus est psalmus deo nostro: sit iucunda decoraq; laudatio.
quoniam
eiectos — Aedificans Ierusalẽ dñs: dispersiones Israelis pgregabit.
vel, leuit amplastris dolores — Qui sanat contritos corde:& alligat pritiones eorũ.
numerum — Qui numerat multitudinẽ stellaꝝ:& oibus eis noia vocat.
multus fortitudine: intelligentię — Magnus dominus noster,& magna virtus eius: & sapientię eius non est numerus.
Eleuat(Subleuat) — Suscipiens mansuetos dominus:humilians autem peccatores vsque ad terram.
Pręcinite dño in confessione:psallite deo nõo in cithara.
Qui operit cœlum nubibus:& parat terrę pluuiam. — Prouidẽtia dei.
Qui producit in montibus fœnũ & herbã seruituti hoĩuz.
Qui dat iumẽtis escã ipsoꝝ:& pullis coruoꝝ inuocãtibus eũ.
oplabit(vel, complacebit:aut delectatur:) — Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.
Beneplacitum est domino super timẽtes eũ: & in eis qui sperant super misericordia eius. — Timentes deum.

Halleluia. CXLVII.

Potētia & bi dei descri bitur, & re gnum dei in terris

LAuda Ierusalem dominum: lauda deum tuū Sion.
Quoniā cōfortauit seras portarū tuarū: bñdixit filijs tuis ī te.
Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquiū suū terrę: velociter currit sermo eius.
Qui dat niuē sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?
Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquę.
Qui annūtiat vbū suū Iacob: iustitias & iudicia sua Israel.
Nō fecit talr omni natiōi: & iudicia sua nō mãifestauit eis.

Hic Psalmus, iungitur pręcedenti apud Heb.
roborauit vectes
Proijcit glaciem suam
stabit
ipsi statuta sua
vel, statuta eius
vel, cognoscent.

Halleluia CXLVIII.

Inuitātur omnes ad laudes dei. Dani. 3. c.

LAudate dñm de cœlis: laudate eum in excelsis.
Laudate eū oēs angeli eius: laudate eū oēs virtutes eius.
Laudate eum sol & luna: laudate eū oēs stellę & lumen.
Laudate eum cœli cœlorum: & aquę quę super cœlos sunt, Laudent nomen domini.
quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.
Statuit ea in ęternum & in seculum seculi: pręceptum posuit, & non pręteribit.
Laudate dominū de terra: dracones & omnes abyssi,
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quę faciunt verbum eius.
Montes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.
Bestię, & vniuersa pecora, serpētes, & volucres pēnatę,
Reges terrę, & oēs populi, principes, & oēs iudices terrę:
Iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus, Laudent nomē dñi: qa exaltatum est nomen eius solius.
confessio eius super cœlum & terram: Et exaltauit cornu populi sui.
hymnus omnibus sanctis eius: filijs Israel populo appropinquanti sibi.

vel, vos cœli:
exercitus
vel, luminis, luminosę.
vel, statutum
& vapor, vētus turbinis:
iumenta, reptile,
etiam
vel, gloria (laus, decor)
vl, laus (aut laudē hēant oēs, vel, laus cōpetit)
propinquo ei.
Halleluia.

Halleluia CXLIX.

Laus dei ab ecclesia ob remissio nē pctōrū.

CAntate dño cant. cū nouū: laus eius in ecclesia sctōrū.
Lętet Israel in eo q fecit eū: & filij Siō exultēt i rege suo.
Laudēt nomē eius ī choro: ī tympano & psalterio psallāt ei.
Quia beneplacitum est domino in populo suo, & exaltauit mansuetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria: lętabunt in cubilibus suis.
Exultationes dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum:
Ad faciendā vindictā in nationibus, increpationes in pplis:
Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis:
Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hęc est omnibus sanctis eius.

cithara
glorificauit afflictos (vl, mansuetos) salute
vel, laudabunt
gladius anceps
vel, decor
Halleluia.

Halleluia CL.

Laus dei exhil. p spiritum sanctū corde.

LAudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundū multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eū in sono tubę: laudate eū in psalterio & cithara.
Laudate eū ī tympāo & choro: laudate eū i chordis & orgāo.
Laudate eum in cymbalis benesonātibus, laudate eū i cymbalis iubilationis: Omnis spiritus laudet dñm.

sanctitate (sanctuario)
fortitudinis
fortitudinibus (potētijs)
vel, clāgore, buccinę:
auditus, (sonoris,)
vel, clamorosis (siue clāgoris:)
oē qd spirat
Halleluia.

D. HIERONYMI PRAEFATIO IN LIBROS SALOMONIS.

IVNGAT epistola quos iungit sacerdotiū: imò charta nō diuidat quos CHRISTI nectit amor. Comentarios in Osee, Amos, & Zachariā, Malachiā quoq; poscitis. scripsissem si licuisset pre valitudine. Mittitis solatia sumptuū: notarios nr̄os & librarios sustentatis, vt vobis potissimū nostrū desudet ingeniū. Et ecce ex latere frequēs turba diuersa poscentiū: q̄si aut equū sit me vobis esurientibus, alijs laborare: aut in rōne dati & accepti, cuiquā, p̄ter vos, obnoxius sim. Itaq; lōga egrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus essem, triduo opus nomini vr̄o p̄secraui, interpretationē videlicet triū Salomonis voluminū, MISLE, qđ Hebrei Parabolas, vulgata aūt editio Prouerbia vocat: COHELETH, quē Grece Ecclesiasten, Latine ɔcionatorē possumus dicere: SIR HASIRIM, qđ in lingua nostra vertitur Canticū Canticoꝝ. Fertur & panaretos Iesu filij Sirach liber, & alius pseudepigraphus, q̄ Sapiētia Salomonis inscribitur. Quoꝝ priorē, Hebraicū reperi, nō ecclesiasticū vt apud Latinos, sed Parabolas prenotatū. cui iuncti erant Ecclesiastes & Canticū Canticoꝝ: vt similitudinem Salomonis, nō solū numero libroꝝ, sed etiā materiaꝝ genere coequaret. Secundus apud Hebreos nusq; est. quin & ip̄e stylus, Grecā eloquentiā redolet: & nōnulli scriptorum veterū hunc esse Iudei Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Tobie, & Machabeoꝝ libros legit qdem ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas nō recipit: sic & hec duo volumina legat ad edificationem plebis, nō ad authoritatem ecclesiasticoꝝ dogmatum ɔfirmandā. Si cui sanè septuaginta interpretū magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neq; enī noua sic cudimus, vt vetera destruamus. Et tñ quū diligētissime legerit, sciat magis nr̄a scripta intelligi, q̄ nō in tertiū vas trāsfusa coacuerint, sed statim de p̄lo purissime cōmendata teste, suū saporē seruauerint.

LIBER PROVERBIORVM, QVEM HEBRAEI MISLE APPELLANT.



A ARABOLAE Salomonis filij Dauid regis Israel: ad sciendā sapientiam & ᵃdisciplinā, ad intelligenda verba ᵇprudentie, & suscipiēdā eruditionē ᶜdoctrine, iustitiā, & iudicium, & ᵈequtatem: vt detur ᵉparuulis astutia, ᶠadolescenti scientia & ᵍintellectus. ʰAudiens ⁱsapiens, sapientior erit: & intelligens, ᵏgubernacula possidebit. Animaduertet parabolam & interpretationem, verba sapientum, & ˡenigmata eorum. Timor domini, principium ᵐsapientie. Sapientiā atq; doctrinā stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinā patris tui, & ne dimittas legem matris tue: ⁿvt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Fili mi, si ᵒte lactauerint peccatores, ne acquiescas. Si dixerint, veni nobiscū, insidiemur sanguini, abscōdamᵖ tendiculas ɔtra insontē frustra: Deglutiamus eū sicut infernus viuētē, & ᵠintegrū q̄si descēdētē in

Left margin notes:
ᵃ eruditionem, (correctionem,) & infra.
ᵇ vel, intelligentie.
ᶜ intellectus,
ᵈ rectitudines:
ᵉ paruulos etate sēsu simplices, & insipiētes. & infra.
ᶠ puero
ᵍ cogitatio. (consilium.)
ʰ Audiet
ⁱ & addet doctrinam: (.i. proficiet:)
ᵏ consilia (astutias) acquiret, vt intelligat
ˡ eleganter ab eis dicta
ᵐ scientie. (vel, cognitiōis)
ⁿ qa erit ɔnnexio grē (vel, vt bulla & optimo ornat)
ᵒ tibi p̄suadere voluerint (inuitarint)
ᵖ nos
ᵠ vel, probum

Right margin notes:
A Vis & vsus verbi dei.
Psal. 110. d Eccli. 1. b
Illecebris peccato nō acquiescēdū.
B

ˀsecumˀ) Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spolijs. Sortem* mitte nobiscum, marsupium* vnum sit omnium nostrum. Fili mi ne ambules* cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum* currunt, & festinant vt effundant sanguinem. ˀFrustra autem iacitur rete ante oculos\ ˀpennatorû.) Ipsi quoq; contra sanguinem suum insidiantur, & ˀ moliuntur fraudes contra\ animas suas. Sic semitę omnis ˀauari, animas possidentiû rapiunt.)

C Sapientia foris prędicat, in plateis dat vocem suá: in capite turbarum clamitat, in foribus portarû vrbis profert verba sua, dicens, Vsquequo paruuli diligitis ˀ infantiá,) & ˀstulti ea quę sibi sunt noxia) cupiunt, e imprudentes odibunt scientiá: Conuertimini ad correptionem meá: en proferam vobis spiritû meum, e ˀosten dam\ vobis verba mea. Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meá, e non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, e increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, e subsannabo, quû vobis id quod timebatis aduenerit,

D Quum ˀirruerit repentina calamitas,) & interitus* quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia. Tunc inuocabût me, e non exaudiam: ˀmane consurgent,\ e non inuenient me: eo q exosam habuerint ˀ disciplinam, \ & timorem domini non ˀ susceperint, \ nec acquieuerint consilio meo, e detraxerint vniuersę correptioni meę. Comedent igitur fructus vię suę, suisq; consilijs saturabuntur.* ˀauersio\ paruulorum interficiet eos, e prosperitas stultorum perdet illos.

A Qui autem me audierit, ˀabsq; terrore requiescet, e abundantia perfruetur, timore malorum sublato.)

CAP. II.

Fili mi, si susceperis sermones meos, e mandata mea absconderis penes te, vt audiat sapientiá auris tua: inclina cor tuû ˀ ad cognoscêdam prudentiá.) Si enim sapientiam inuocaueris, e ˀinclinaueris cor tuû prudentię,\ si quęsieris eam quasi pecuniam, e sicut thesauros ˀeffoderis\ illam:

B Tunc intelliges timoré domini, e scientiam dei inuenies. quia dominus dat sapientiá, e ex ore eius prudentia e scientia. ˀ Custodiet rectorû salutem,\ e proteget gradientes simpliciter, seruans semitas ˀiustitię,\ e vias sanctorum* custodiens. Tunc intelliges iustitiam e iudicium, e ęquitatem, e omnem semitam bonam.

C Si intrauerit sapientia cor tuû, e scientia animę tuę ˀplacuerit:\ côsilium custodiet te, e prudentia seruabit te, Vt eruaris à via mala, ab homine qui peruersa loquitur, Qui relinquunt iter rectum e ambulant per vias tenebrosas. qui lętantur quû malefecerint, e exultant in rebus pessimis. quorû vię peruersę sunt, ˀe infames gressus eorû.\ Vt ˀ eruaris\ à muliere aliena, e ab extranea quę mollit sermones suos,

D e relinquit ducem pubertatis suę, e pacti dei sui oblita est. inclinata est enim ad mortem domus eius, e ad ˀinferos\ semitę ipsius. omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitę. Vt ambules in via bona, e calles iustorum custodias. Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, e

A ˀ simplices\ permanebunt in ea. Impij vero de terra perdentur, e qui ˀinique agunt\ auferentur ex ea.

CAP. III.

Fili mi, ne obliuiscaris legis meę, e pręcepta mea cor tuû custodiat. longitudinem enim dierû, e annos vitę, e pacem apponent tibi. Misericordia e veritas te non ˀdeserant,\ circûda eas gutturi tuo, e describe in tabulis cordis tui: e inuenies gratiam e ˀdisciplinâ bonam coram deo e hominibus. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, e ne innitaris prudentię tuę.

Isa.59.b

Côqueritur sapientia se ab oíbus côtemni: e exitiû côtêptoꝝ prędicit.

Isa.65.b

Iere.7.c

Monet sapientiá amplectendam, quę timoré e scientiam dñi docet.

Sapientia, scientia, & intelligêtia, bona dei sunt.

Sapiêtia, ab impioꝝ via e scortatiôe liberat e dirigit in viá dei.

Pioꝝ vita, & impiorû interitus.

Iob. 18.d

Verbum affert vitam.

Deu.8.10.

Misericordia & veritas.

Fiducia in deum.

ˀ vel, voraginem* tuam (.i. committe te nobiscum fortunę) * in via

ˀ .i. frustra iacit rete e insidiat ijs quos tuetur deus: quum ipsi insidiatores perituri sint potius.) ˀ ois auis.

ˀ abscondunt se propter (.i. timêt vitę suę etiam à suis)

ˀ auare sectantis auaritiá, qđ illa animam dñoꝝ suorû capit (.i. auarus auarû occidit propter diuitias.)

ˀ derisores derisionem ˀ stulti

ˀ scire vos faciam (exponam)

* venerit quasi sonitus tępestas, (vel, desolatio * vester

ˀ vel, mane qrent me ˀ scientiam, ˀ elegerint, * Quis

ˀ vel, rebellio (auiges) ˀ hitabit côfidêter, e requiescet à timore malo.

ˀ intelligentię.

ˀ intelligentię dederis vocem tuam, (.i. eam accersieris,)

ˀ vel, inuestigaris

ˀ Et recodet (vel, reseruabit, custodiet) rectis essentiá (Successum alij qui interpretantur.

ˀ iudicij, * suorum.

ˀ dulcis fuerit:

ˀ peruersitates (recessiones, sub. à via dei) in vijs eius.

ˀ eruat te

ˀ mortuos

ˀ immaculati

ˀ contêptores sunt.

ˀ vel, deserent,

ˀ intellectum

In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud temetipsum: Time dominum, & recede à malo. sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum. Honora dominum de tua substantia, & de primitijs omniũ frugum tuarum da pauperibus: & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Disciplinam domini, fili mi, ne abijcias, nec deficias quum ab eo corriperis. quem enim diligit dominus, corripit: & quasi pater in filio cõplacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui effluit prudentiam. *melior est acquisitio eius negotiatione argenti, & auro primo fructus eius. pretiosior est cũctis opibus: & omnia quę desyderantur, huic non valent cõparari. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitię & gloria. Vię eius vię pulchrę, & omnes semitę illius pacificę. Lignum vitę est his qui apprehenderint eam: & qui tenuerint eam, beati. Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit coelos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt. Fili mi, ne effluant hęc ab oculis tuis. Custodi legem atq; cõsilium: & erit vita animę tuę, & gratia faucibus tuis. tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. si dormieris, nõ timebis: quiesces, & suauis erit somnus tuus. ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi ruinas impiorum *dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris. Noli prohibere benefacere eum qui potest. si vales, & ipse benefac.

Nec dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi: quũ statim possis dare. Ne moliaris amico tuo malũ, quũ ille in te habeat fiduciam. Non contendas aduersus hominem frustra, quum ipse tibi nihil mali fecerit. Ne ęmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius: quia abominatio dñi est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. Egestas à domino in domo impij: habitacula autem iustorũ benedicẽtur. Ipse deludet illusores, & mãsuetis dabit gratiam. Gloriam sapientes possidebũt: stultorũ exaltatio, ignominia. CA. IIII.

AVdite filij disciplinam patris, & attendite: vt sciatis prudentiam. Donum bonũ tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus corã matre mea: & docebat me, atque dicebat, Suscipiat verba mea cor tuum, custodi pręcepta mea, & viues. Posside sapientiam, posside prudentiã. ne obliuiscaris, neq; declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & cõseruabit te. Principium sapientię, posside sapientiã, & in omni possessione tua acquire prudentiã. arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, quũ eam fueris amplexatus. dabit capiti tuo augmenta gratiarũ, & corona inclyta proteget te. Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitę. Viam sapientię monstraui tibi, & duxi te per semitas ęquitatis: quas quum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens nõ habebis offendiculum. Tene disciplinã, ne dimittas eam: custodi illã, quia ipsa est vita tua. Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorũ via. Fuge ab ea, nec transeas per illam, declina & desere eam. non enim dormiunt nisi malefecerint: & non rapitur somnus ab eis nisi supplantauerint. *comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. Iustorũ autem semita, quasi lux splendens, procedit & crescit vsque ad perfectam diem. Via impiorũ tenebrosa: nesciunt vbi corruant. Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam, ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis

Scito (agnosce)
musso (vi no nouo)
vel, Correctionem
tędio afficiaris
veluti
vel, eduxerit in lucẽ
quia
margaritis: (gemmis:)
delectabiles,
fulciunt (sustentant)
intelligentia,
Scientia (Cognitione)
vl, coeli illabũtur rore
Chald. interp. scientia. (quidã successum & prosperitatem)
vel, astutias:
non timebis
à desolatione
quum venerit.
turbitur te, (erit fiducia tua,)
bonũ à dño eius (.i. paupere) quum possis facere.
& est (sub. quod pers it) apud te.
& ipse habitat fiducialiter tecũ (.i. nihil abs te metuit.)
eligas
peruersus (vel, desertor,
rectis secretum eius.
Maledictio
vel, afflictus
vel, stulti exaltãt qđ ignominiosum est.

eruditionem (castigationem)
Doctrinam enim bonam dedi
intelligentiã. Exalta
vel, coronaʒ decoris tradet tibi) aut corona decoris ꝓteget te.)
rectas:
eruditionem,
ingrediaris semitas
gradiaris in
ruere fecerint.
Quia
lucet

Rom. 12. d
Timor dei.
B
Honorandus deus.
Tob. 4. b
Luc. 14. c
Correctio dei cum lętitia fereda.
Heb. 12. b
Apoc. 3. d
C
Sapientię laus.
Sequẽtibus verbũ dei & eius ꝯsiliũ, oĩa ꝓspera pollicetur.
D
Pręcepta d charitate.
Iniqui non imitandi.
Psal. 36.
Impiorum maledictio, & piorũ benedictio.
A
Sapientiaʒ eius'q; fructum, & vis quęrendam dicit.
B
A via impiorũ declinandũ suadet.
C

sui, vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersę carni* sanitas. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso vita procedit. Remoue à te os prauũ, & detrahentia labia sint procul à te. Oculi tui recta videant, & palpebrę tuę precedant gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis, & omnes vię tuę stabilientur. Ne declines ad dexterã, neq; ad sinistram: auerte pedem tuum à malo. Vias enim quę à dextris sunt, nouit dominus: peruersę verò sunt quę à sinistris sunt. Ipse enim rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet.

CAP. V.

Fili mi, attende ad sapientiam meã, & prudentię meę inclina aurem tuã: vt custodias cogitationes, & disciplinã labia tua cõseruent. Ne intenderis fallacię mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara quasi absynthium, & lingua eius acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendũt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrãt. Per semitã vitę non* ambulat, vagi sunt gressus eius & inuestigabiles. Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei. Longe fac ab ea viam tuã, & ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. Ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis* quando cõsumpseris carnes tuas & corpus tuũ, & dicas, Cur detestatus sum disciplinã, & increpationibus nõ acquieuit cor meũ, nec audiui vocem docentiũ me, & magistris non inclinaui aurem meã? Penè fui in omni malo, in medio ecclesię & synagogę. Bibe aquã de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta, & lętare cũ muliere adolescentię tuę: cerua charissima, & gratissimus hinnulus. vbera eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter. Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius? Respicit dominus vias hominis, & omnes gressus eius consyderat. Iniquitates suę capiunt impium, & funibus peccatorũ suorum constringitur. Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, & in multitudine stultitię suę decipietur.

CAP. VI.

Fili fili, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manus tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. Fac ergo qđ dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manũ proximi tui. Discurre, festina, suscita amicũ tuum: ne dederis somnũ oculis tuis, nec dormitent palpebrę tuę. Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis. Vade ad formicã o piger, & cõsydera vias eius, & disce sapientiam: quę quũ non habeat ducem, nec preceptorem, nec principem, parat in ęstate cibum sibi, & congregat in messe qđ comedat. Vsquequo piger dormies? quãdo cõsurges è somno tuo? Paululum dormies, paululũ dormitabis, paululum conseres manus tuas vt dormias: & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. Si vero impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet à te. Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malũ, & omni tẽpore iurgia seminat. huic extẽplo veniet pditio sua, & subito cõteretur, nec habebit vltra medicinã. Sex sunt q̃ odit dñs, & septimũ detestatur anima eius: oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxiũ sanguinẽ, cor machinãs cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendũ in malũ, profe-

[Left margin]

De custodia ibi dei. D
Cor.
Os.
Oculi.
Incessus.
A Scortationem vitãdã monet.
B
Prodigalitatẽ phibet.
C
Proprijs laborib' vult nos viuere, eosq; alijs impertiri.
D
Vxor diligenda.
A scortatione dehortatur.
Iob. 34. c
A
Sponsorem instruit.
Excitatur piger ad laborem.
Infra. 24. d
B
Arguitur schismaticus, & iurgiorum author apđ deũ detestabilis.
Oculi.
Lingua.
Manus.
Cor. C
Pedes.
Testis fals'.

[Right margin]

* data
recte coram te.
vel, Pondera semitã pedum tuorum,
Hoc totũ non est in Hebręo, nec in antiquis exempl.
intelligentię
scientiam (vel, agnitionem)
leuius (mollius, vel magis lubricum)
infernũ gressus eius tenebunt.
* directe
& nescies. (vel, & nescit ipsa vbi incedat.)
vel, decorem (.i. facultates)
* tuis,
.i. corpus & bona,
vel, Quomodo odiui eruditionem,
vel, Dispergantur
riui aquarum.
.i. quam adolescens duxisti:
vel, ibix.
amor illi' te saturet
delectaberis (errabis)
in (vel, cum) aliena,
amplexaberis sinum
ponderat. (dirigit.)
vel, proximo
oris tui
robora (vel, conforta, aut iuxta proximo tuo. LXX, incita)
vel, caprea
prefectum,
complicabis
Hoc totũ non est in Heb. nec in vet. exep.
belial. (impius, preuaricator) vir iniqu'.
annuit (loquitur)
docet,
ideo
erit sanitas (.i. auxilium) ei

tem mendacia, testem fallacem, & eũ qui seminat inter fratres di-
scordias. Cõserua fili mi pręcepta patris tui, & ne dimittas legẽ
matris tuę. Liga ea in corde tuo iugiter, & circũda gutturi tuo.
Quũ ambulaueris, 'gradiantur' tecũ: quum dormieris, custodiãt
te, & euigilans loquere cum eis. quia mandatũ lucerna est, & lex
lux, & via vitę increpatio disciplinę, Vt custodiant te à muliere
mala, & à blanda lingua extraneę. Non cõcupiscat pulchritudi-
nem eius cor tuũ, ne capiaris 'nutibus illius. pretiũ enim scorti
vix est vnius panis: 'mulier autẽ viri, 'pretiosam animã capit.
Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vesti-
menta illius nõ ardeant: aut ambulare super prunas, & non cõ-
burentur plantę eius: sic qui ingreditur ad mulierẽ proximi sui,
non erit mundus quum tetigerit eam. Non 'grandis est culpa
quũ quis furatus fuerit: furatur enim 'vt esurientem impleat ani-
mam: deprehensus quoq; reddet septuplũ, & omnem substantiã
domus suę tradet. Qui autem adulter est* propter cordis inopiã
perdet animã suam: 'turpitudinem, & ignominiam congregat
sibi, & opprobrium illius non delebitur. quia 'zelus & furor
viri '* non parcet in die vindictę, 'nec acquiescet cuiusquã preci-
bus, nec suscipiet pro redẽptione dona plurima.' CAP. VII.

Fili mi, custodi sermones meos, & pręcepta mea recõde tibi.
' Fili honora dñm, & valebis: pter eũ verò ne timueris alie-
num ' Serua mandata mea, & viues: & legem meã quasi pupillã
oculi tui. liga ea in digitis tuis, scribe illa in tabulis cordis tui.
Dic sapientię, Soror mea es, & prudentiã voca 'amicam' tuã, Vt
custodiat te à muliere extranea, & ab aliena quę verba sua dul-
cia facit. De fenestra enim domus meę per cancellos prospexi, Et
video 'paruulos, 'cõsydero* vecordem iuuenẽ, qui trãsit per pla-
téas iuxta angulũ, * & 'prope' viã domus illius graditur in 'ob-
scuro, 'aduesperascente die, in noctis tenebris, & caligine. Et ecce
occurrit illi mulier ornatu meretricio, 'pręparata ad decipiẽdas
animas, garrula & vaga, quietis impatiẽs, 'nec valens in domo
cõsistere pedibus suis, nũc foris, nũc in platéis, nunc iuxta* angu-
los insidians. Apprehensumq; deosculatur iuuenẽ, & 'procaci
vultu blanditur 'dicens, 'Victimas pro salute deuoui, 'hodie red-
didi vota mea. idcirco egressa sum in occursum tuũ, 'desyderans
te videre, '& reperi. 'Intexui funibus lectulũ meũ, straui tapeti-
bus pictis 'ex Aegypto. aspersi cubile meũ myrrha, & aloe, & cin-
namomo. veni, inebriemur 'vberibus, '& fruamur 'cupitis am-
plexibus, ' donec illucescat dies. non est enim vir in domo sua,
abijt via longissima. sacculũ pecunię secũ tulit: 'in die plenę lu-
nę 'reuersurus est in domũ suã. 'Irretiuit eũ multis sermonibus, '
& blãditijs labiorũ protraxit illũ. Statim eam sequitur quasi bos
ductus ad victimã, & quasi 'agnus lasciuiẽs, & ignorat q ad vin-
cula stultus trahatur: 'donec trãsfigat sagitta iecur eius: velut si
auis festinet ad laqueũ, & nescit q de piculo animę illius agitur.
Nunc ergo fili mi, audi me, & attẽde verbis oris mei. Ne abstraha-
tur in vijs illius mens tua, neq; decipiaris semitis eius. multos.n.
vulneratos deiecit, & fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Vię in-
feri domus eius, penetrantes interiora mortis. CA. VIII.

Nunquid non sapientia clamitat, & 'prudentia' dat vocem
suam. In summis excelsisq; verticibus supra vias, in medijs
semitis stans, iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus 'loquitur, '
dicens, O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum.
Intelligite 'paruuli' astutiam, & insipientes animaduertite. Au-
dite, quoniam de rebus magnis loquutura sum: & aperientur

Adhortat. ad cõtẽplationẽ verbi dei, quo retrahimur à scortatiõe.

Adultera fugienda.

D

Contagio mali.

Mœchi grauius peccãt quàm famelici fures.

A

Exhortatio ad sapiẽtiã & obseruationẽ pręceptorum.

B

Sapientię, dbo ve del adhęrẽdum monet, quo tecnas scortorum vitemus, quas describit.

C

D

A

Sapiẽtia se ipsam commendat.

' vel, bucce
' splendoribus eius.
Quia propter mulieres meretriciẽ, vsq; ad bucellã panis: (sub. hõ mẽdicus efficiet:)
' i. maritata, capit vitã nobilissimã. (Quidam mulierẽ viri interpretãtur adulterã)
' spernent furem si fu-
gus fuerit
* cum muliere
' plagam
' i. quũ zelotipia viri
* &
' nõ accipiet personã quę cõciliet: nec flecti se patietur etiã si multa dona offeras.

Hic versus non est in Hebręo, nec in antiquis latinis.
' vel, cognatam
' inter ignotos (stultos)
* inter pueros
' per
* eius
' crepusculo,
' & anxia corde (vel, fraudulenta) tumultuosa & peruersa,
* omnes
' roborauit vultũ suũ (.i. sine pudore effecta,)
' victimę pacificorũ sunt mihi,
' vt quęrerẽ vultũ tuũ,
' Ornaui ornamentis lectum meum, eleuatis funibus
' vel, amoribus,
' amoribus,
' ad statutam diem
' Declinare fecit multitudine dulcedinis sermonis sui.
' compedib' iniectis, quibus fatui vincti coercentur.
' intelligentia
' clamat,
' stulti (vel, paruuli sensu & ętate)

labia mea, vt recta prędicent. Veritatem* meditabitur guttur
meum, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes
sermones mei, nõ est in eis prauum quid, neq; peruersum. *recti
B sunt intelligentibus, & ęqui inuenientibus scientiam. Accipite
disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, q̃; au-
rum eligite. Melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis:
& omne desyderabile, ei nõ potest comparari. Ego sapientia ha
bito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. Timor
dñi odit malum: arrogantiá, & superbiá & viam prauam, & os
bilingue detestor. Meũ est consilium & ęquitas, mea est pruden-
tia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legũ conditores
iusta decernũt. Per me principes imperant, & potentes decernũt
iustitiam. Ego diligentes me, diligo: & qui mane vigilauerint
ad me, inuenient me. Mecũ sunt diuitię & gloria, opes superbę
C & iustitia. Melior est enim fructus meus auro & lapide pretioso,
& genimina mea argento electo. In vijs iustitię ambulabo,
Sapien. 9. b in medio semitarum iudicij, vt ditem diligentes me, & thesauros
eorum repleam. Dñs possedit me in initio viarum suarum, antequam
quicq; faceret à principio. Ab ęterno ordinata sum, & ex an
tiquis anteq; terra fieret. Nondũ erant abyssi: & ego iam concepta
eram: necdum fontes aquarum eruperant. Necdum mõtes graui
mole constiterant, ante colles ego parturiebar: adhuc terram
nõ fecerat, & flumina & cardines orbis terrę. Quando prępara
bat cœlos, aderã: qñ certa lege & gyro vallabat abyssos: quan
do ęthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum. qñ circun
D dabat mari terminũ suum, & legem ponebat aqs, ne transirent fi
nes suos: qñ appẽdebat fundamenta terrę, Cum eo eram cun-
cta cõponens. & delectabar per singulos dies, ludens coram eo
omni tempore: ludens in orbe terrarum: & delicię meę, esse cũ filijs
hoĩum. Nũc ergo filij audite me, Beati q custodiũt vias meas. Au
dite disciplinã & estote sapientes, & nolite abijcere eã. Beatus ho
mo qui audit me, qui vigilat ad fores meas quotidie & obseruat
ad postes ostij mei. *Qui me inuenerit, inueniet vitã, & hauriet
salutem à dño. qui autem in me peccauerit, lędet aĩam suã.
Omnes qui me oderunt, diligunt mortem. CAP. IX.

A SApientia ędificauit sibi domum, excidit columnas* septem.
Sapiẽtia o-
mnes ad se
inuitat.
Immolauit victimas suas, miscuit vinũ*, & posuit men-
sam suã. Misit ancillas suas vt vocarent ad arcẽ, & ad mœnia
ciuitatis, Si quis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus
loquuta est, Venite, comedite panem meũ, & bibite vinum quod
B miscui vobis. Relinquite infantiã, & viuite, & ambulate per
vias prudentię. Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi fa
cit: & qui arguit impium, sibi maculã generat. Noli arguere de-
risorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. Da sapienti
occasionẽ, & addetur ei sapientia. Doce iustũ, & festinabit ac
C cipere. Principiũ sapientię, timor domini: & scientia sancto-
Timor dei.
Supra. 1. a
Psal. 110. d
Eccle. 1. b
rũ prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & adden
tur tibi anni vitę. Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autẽ illu-
sor, solus portabis malum. Mulier stulta & clamosa, plenaq; il
lecebris, & nihil omnino sciens. Sedet in foribus domus suę sup
D sellã in excelso vrbis loco, vt vocet transeuntes per viam & pere-
Meretrix.
grĩtes in itinere suo, Quis est paruulus, declinet ad me. Et ve-
cordi loquuta est, Aquę furtiuę dulciores sunt, & panis abscon
ditus suauior. Et ignorauit q ibi sint gigantes, & in profun
dis inferni cõuiuę eius. Qui enim applicabitur illi, descendet
ad inferos; nam qui abscesserit ab ea, saluabitur.

enim — loquetur
impietatem.
vniuersi ipsi — recti
eruditionẽ — electũ
margaritis:
cũ astutia & scientiã
cogitationũ inueni.
loquens peruersitates
successus ego sum et
intelligentia,
principes
principes omnes iu-
dicant terram.
quęrentes me.
multę (vl, radicatę &
durabiles) — obrizo,
fructus (prouentus) mei
ãbulare faciã, (ducã)
hęreditare faciam
ex eo tẽpore eram.
principatum habui,
formata
fundati erant,
formata eram:
plateas (fines)
perpetuas terras orbis
describebat circino
superficiem abyssi.
fortificabat
describebat
vel, veluti nutritius
eruditionem
* Quoniam
quod voluerit
expoliat

* eius — * suum
ad summitates excelsorum
stultus

intelligẽtię. — corripit
ignominiã (igno
miniã) sibiipsi accipit
addet doctrinam.
intelligentia est san-
cta cognoscere. vel, in
tellectus est cognitio
sanctarũ rerum.)
stultus,
.i. absconditò comestus
mortui.
Hic versus non est
in Hebręo, nec in an
tiquis exemplaribus.

PARABOLAE SALOMONIS.

CAPUT X.



Ilius sapiens lętificat patrem: filius verò stultus mœstitia est matris suę. A
Nil proderunt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte.
Non affliget dominus fame animā iusti, & insidias impiorū subuertet.
Egestatē operata est manus remissa: manus aūt fortiū, diuitias parat.
Qui nititur mēdacijs, hic pascit ventos, idē āt ipse sequitur aues volātes.
Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem stertit ęstate, filius confusionis.
Benedictio super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. B
Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrescet.
Sapiens corde pręcepta suscipiet: stultus cęditur labijs.
Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit. Eccli.17.e
Qui annuit oculo, dabit dolorem: & stultus labijs, verberabitur.
Vena vitę, os iusti: os autem impiorum operit iniquitatem.
Odium suscitat rixas: & vniuersa delicta operit charitas. 1.Pet.4.b
In labijs sapientis inuenitur sapientia: & virga in dorso eius qui indiget corde. 1.Cor.13.b
Sapientes abscondunt scientiam: os autem stulti confusioni proximum est.
Substantia diuitis, vrbs fortitudinis eius: pauor pauperum, egestas eorum. C
Opus iusti, ad vitam: fructus autem impij ad peccatum.
Via vitę, custodienti disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat.
Abscondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliā, insipiens est.
In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.
Argentum electū lingua iusti, cor aūt impiorum pro nihilo.
Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur.
Benedictio domini diuites facit, nec sociabitur ei afflictio.
Quasi per risum stultus operatur scelus: sapientia autem est viro prudentia. D
Quod timet impius, veniet super eum: desyderium suum iustis dabitur.
Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum.
Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum.
Timor domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur.
Expectatio iustorum, lętitia: spes autem impiorum peribit.
Fortitudo simplicis, via dñi: & pauor his qui operantur malum.
Iustus in ęternum non commouebitur: impij autem non habitabunt super terram.
Os iusti parturiet sapientiam, & lingua prauorum peribit.
Labia iusti consyderant placita: & os impiorū peruersa.

propter peruersitatem impios expellet (sub. deus.)
vel, fraudulenta:
solicitorum, (vel, se dulorum,)
Hic versus nō est in Heb. nec in vet. tralp.
ęstate,
dormit in messe,
in benedictione:
habijs (vel propter labia) punietur.
perfecte,
vel conteretur.
contritioni (terrori, periculo)
contritio (confractio i. paupertas debilitat pauperes.
id est, iustus operatur vt vitam habeat: impius vtitur suis bonis ad peccatum.
detractionem,
nihil est.
pascent
stulti
defectu
nec apponet dolorē (vel, citra molestias)
id consyderare.
loquetur (germinat: produxit)
sciunt quod placitū est (sub. deo:)
sub. loquitur.

A § Statera dolosa abominatio est apud dominum, & pondus equum voluntas eius.
Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia.
Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos.
Eccli. 5. c Non proderunt diuitię in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte.
Iustitia simplicis diriget viam eius: & in impietate sua corruet impius.
Iustitia rectorum liberabit eos: & in insidijs suis capientur iniqui.
Sapien. 5. c Mortuo homine impio nulla erit vltrà spes, & expectatio sollicitorum peribit.
Iustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo.
B Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia.
In bonis iustorum exultabit ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio.
Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur.
Qui despicit amicum suum, indigens corde est: vir autem prudens tacebit.
Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui aūt fidelis est, celat amici commissum.
Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem vbi multa consilia.
Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos, securus erit.
Mulier gratiosa inueniet gloriam, & robusti habebunt diuitias.
C Benefacit animę suę vir misericors: qui autem crudelis est, etiam propinquos abijcit.
Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam merces fidelis.
Clementia preparat vitam: & sectatio malorum mortem.
Abominabile domino cor prauum, & voluntas eius in his qui simpliciter ambulant.
Manus in manu non erit innocens malus: semen autem iustorum saluabitur.
Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.
Desyderium iustorum omne bonum est: prestolatio impiorum furor.
Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.
D Anima quę benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.
Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium.
Bene consurgit diluculo qui querit bona: qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis.
Qui confidit in diuitijs suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt.
Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & qui stultus est seruiet sapienti.*

vl, placitū (.i. amat.)
Perfectio rectorum
peruersitas (defectio)
perfecti
propter prauitatem
preuaricatores.
vl, diuitū (aut iniquorum)
Ore impius (adulator, fallax) corrūpet
(.i. quū bn̄ cesserit iustis & prosperantur)
exultatio. rectorum
(vel, detractor cmminator)
spiritu celat rem (sine cōmissum.)
fuerint consilia
Cōtritione cōteretur,
odit cōfixiōes (.i. q cauet cōfigere manū, eadem se offerre p alios vl, q odit stipulātes)
Ablactat aīam suam (.i. abducit eā a cōsuetudine vt recti viuat)
turbat carnē suā, crudelis est (vl turbās propinquū suū crudelis ē.)
stabilis. Iustitia
vt iter se cōspirarint mali, nō erunt impuniti. Vel, Non proderit ei, etiam si omnes man coadunauerit.)
euadet.
est tāmmodo bonū:
Quidā largiunt, e adtescūt: alij parci sunt, quandꝫ magnas opes habeant, (vel, abstinet a recto, sub aliena rapiendo) & pauperiores fiunt.
sub. largiendo eleemosynas,
satiat, ipse quoqꝫ saturabitur. i. large danti, large reddetur.)
Prohibenti frumentū maledicet populus:
Qui querit bonum, querit qd̄ placitū est (sub. deo) e qui querit malū, veniet ei.
corde

Fructus iusti lignũ vitę, & qui ʳsuscipit aĩas sapiens est.ˡ
ˢSi iustus ĩ terra recipit, quãto magis ĩpius & peccator?ˡ 1.Pet.4.d

CAPVT XII.

Qui diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est. A
Qui bonus est, hauriet gratiam à domino: ᵖqui aũt confidit in cogitationibus suis, impie agit.ˡ
Non ᵍroborabiturˡ homo ex impietate: & radix iustorũ non commouebitur.
Mulier ʳDiligens, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius, quę confusione res dignas gerit.
Cogitationes iustoꝝ, iudicia: & ꝯsilia impioꝝ, fraudulẽta.
Verba impioꝝ ĩsidiãtur sanguini: os ˢiustoꝝ ˡliberabit eos.
ᵗVerteˡ impios, & nõ erunt: domus aũt iustoꝝ ꝑmanebit.
ᵘDoctrina sua noscetur vir:ˡ qui autem vanus & excors est patebit contemptui. B
Melior ẽ ˣpaup & sufficiens sibi,ˡq̃ gl̃iosus & ĩdigẽs pane. Eccli.10.d
Nouit iustus iumentorum suorum animas: ʸviscera ˡautem impiorum crudelia.
Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autẽ sectatur otium, stultissimus est. Eccli.20.d
ᵃQui suauis est ĩ vini demorationibus, in suis munitionibus relinquit contumeliam.ˡ
Desyderium impij ᵇmonimentum est pessimorum:ˡ radix autem iustorum ᶜproficiet.ˡ
Propter ᵈpeccataˡ labiorum ruina proximat malo:ˡ effugiet autem iustus de angustia.
De fructu oris sui vnusquisq; replebitur bonis, & iuxta ᵉoperaˡ manuum suarum retribuetur ei. C
Via stulti recta in oculis eius: q aũt sapiẽs ẽ audit ꝯsilia.
Fatuus ᶠstatimˡ indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam callidus est.
Qui quod ᵍnouitˡ loquitur, ʰiudex iustitię est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus.ˡ
ⁱEst qui promittit, & quasi gladio pũgitur ꝯscientię:ˡ lingua autem sapientum sanitas est.
Labium veritatis firmum erit in perpetuũ: ᵏqui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij.ˡ
Dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.
Non ˡcontristabit iustum quicquid ei acciderit:ˡ impij autem replebuntur malo. D
Abominatio est domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei.
Homo ᵐstultus celat sciam: & cor ĩsipientiũ ⁿꝑuocatˡ stultitiã.
Manus ᵒfortiũˡ dñabit: ᵖq̃ aũt remissa est,ˡ tributis seruiet.
Moeror in corde viri ᵍhumiliabitˡ illum, & sermone bono lętificabitur.
ʳQui negligit damnum propter amicum, iustus est:ˡ iter autem impiorum decipiet eos.
ˢNon inueniet fraudulentus lucrum:ˡ & substantia hominis erit auri pretium.
In semita iustitię, vita: ᵗiter aũt deuiũ ducit ad mortẽ.ˡ

CAPVT XIII.

Filius sapiens, ᵘdoctrina patris:ˡ qui autẽ illusor est, non audit quum arguitur. A

ʳ Id est, docet, lucratur cor alterius & attrahit eum ad se.
ˢ vel, Ecce iusto in terra reddetur, quanto magis impio & peccatori?

ᵖ & virum malas habentem cogitationes condemnabit.
ᵍ erit stabilis
ʳ fortis, (vel, sedula)
ˢ rectorum
ᵗ Vertet (sub. deus)
ᵘ Propter doctrinam suam
ˣ vilis (vel, qui floccipendit se) & seruiens sibi, (.i. faciens suum officium)
ʸ vel, cor (Chald. interp. misericordię)
Hic versus non est in Heb. nec in vete. exemp.
ᵇ rete maloꝝ: (vł ĩsequi mali)
ᶜ dabit. (sub. fructum suuz.)
ᵈ pręuaricationem
Laqueus malus.
ᵉ retributionem (.i. qđ alijs retribuit.)
ᶠ in die. Heb. pro statim
ᵍ verum est
ʰ annuntiabit iustitiam: & testis mendax dolum.
ⁱ Temere loqui pinde est ac gladio confodere:
ˡ & ad momentũ lingua mẽdacis. (vel, mox variat lingua mendax.)
ˡ vel, accidet iusto dolor:
ᵐ prędicat
ⁿ mercatorum solicitoruz (negotiosorum)
ᵒ & dolosa, (.i. negligens, otiosa)
ᵖ incuruabit (.i. labefaciet & cruciabit)
ʳ Melius habet iustus q̃; proximus suus: (vel, Iustus felicior est proximo suo:)
ˢ Nõ aduret dolosus aucupium suum (.i. diuitię fraude ꝯquisitę, cito pereunt. Solent enim aucupes auiũ alas adurere ne aufugiant)
ᵗ & ĩ via semite ei⁹ nõ ẽ mors
ᵘ (.i. audit eruditionẽ pris:)

De fructu oris homo satiabitur bonis: anima autem præuaricatorum iniqua.
Qui custodit os suum custodit animã suam: qui autẽ inconsyderatus est ad loquendum, ᵃsentiet mala.ᵃ
A ᵇVult & non vult piger:ᵇ anima autem ᶜoperantiumᶜ impinguabitur.
Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit, & ᵈconfundetur.ᵈ
Iustitia custodit ᵉinnocentis viam:ᵉ impietas autem ᶠpeccatorem supplantat.ᶠ
ᵍEst quasi diues quum nihil habeat: & est quasi pauper, quum in multis diuitijs sit.ᵍ
B Redemptio animę viri, diuitię suę: qui autem pauper est, increpationem non sustinet.
Lux iustorum lętificat: lucerna aũt impioꝝ extinguetur.
Inter superbos semper iurgia sunt: qui aũt agunt omnia cum consilio, reguntur sap entia.
Substantia ʰfestinataʰ minuetur: quę autẽ paulatim colligitur manu, multiplicabitur.
Spes quę differtur, affligit animam: lignum vitę desyderium veniens.
ⁱQui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat:ⁱ qui autem timet preceptum, in pace versabitur.
C ᵏFilio doloso nihil erit boni: seruo autem sapienti, prosperi erunt actus, & dirigetur via eius.ᵏ
Lex sapientis fons vitę, vt declinet à ˡruinaˡ mortis.
Doctrina bona dabit gratiam: ᵐin itinereᵐ contemptorum vorago.
Astutus omnia agit cum ⁿconsilio:ⁿ qui autem fatuus est aperit stultitiam.
Nũtius ᵒimpij cadet inᵒ malũ: legatus aũt fidelis, sanitas.
Egestas & ignominia ᵖei qui deserit disciplinã:ᵖ qui aũt acquiescit arguenti, glorificabitur.
D Desyderium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala.
Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum ᑫsimilis efficietur.ᑫ
Peccatores persequetur malum: & iustis retribuentur bona.
Bonus relinquet heredes filios & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris.
E Multi cibi in ʳnoualibus patrum:ʳ ˢ& alijs congregãturˢ absque iudicio.
Qui parcit virgę, odit filium suum: qui autem diligit illum, ᵗinstanter erudit.ᵗ
Iustus cõmedit & replet animam suam: venter autẽ impioꝝ insaturabilis.

CAP. XIIII.

A Iob.1:.a SApiens mulier ędificauit domum suã: insipiens extructam quoque, manibus destruet.
ᵃAmbulans recto itinere, & timens dominum, despicitur ab eo qui infami graditur via.ᵃ
In ore stulti virga superbię: labia autem sapientum custodiunt eos.
Vbi non sunt boues, pręsepe ᵇvacuũᵇ est: ᶜvbi autẽ plurimę segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.ᶜ
Testis fidelis non mentietur: profert autem mendacium ᵈdolosus testis.

ᵃ terrebitur. (sentiet corruptionem & periculum.)
ᵇ Concupiscit piger, & nõ est ei qđ ɔcupiscit anima eius:
ᶜ solicitorum
ᵈ pudore afficit.
ᵉ perfectum via:
ᶠ adducit in peccatum.
ᵍ vel, diuites quidam sunt, tametsi nihil habeant: pauperes alij sunt, tametsi magnas opes habeant.
ʰ corrumpendo (prodigalitate profundendo)
ⁱ Qui contemnit verbum, perdit seipsum:
ᵏ Hic versus non est in Heb. nec in vet. exemp.
ˡ laqueis.
ᵐ via contemptorũ dura est.
ⁿ scientia: (vel iudicio:)
ᵒ impius affert
ᵖ elonganti se a correctione:
ᑫ conteretur. (habebit infortunium)
ʳ sulcis pauperum: (vel, in aratione magnatorum:)
ˢ at alij congregant
ᵗ quęrit illi castigationem.
ᵃ Qui timet dominum, ambulat in semita recta: qui autem contemnit eum, declinat a vijs eius.
ᵇ mundum
ᶜ sed multi prouentus obueniunt per robustũ bouem.
ᵈ mendax

Quęrit

Quęrit derisor sapientiam, & non inuenit: doctrina pruden-
tium facilis.
Vade contra virum stultum, & nescito labia prudentię.
Sapientia callidi, est intelligere viam suam: & imprudentia B
stultorum errans.
Stultus illudet peccatũ, & inter iustos morabitur gratia.
Cor quod nouit amaritudinem animę suę, in gaudio eius
non miscebitur extraneus.
Domus impiorũ delebitur, tabernacula iustorũ germinabũt.
Est via quę videtur homini iusta: nouissima autem eius de-
ducunt ad mortem.
Risus dolore miscebit. & extrema gaudij luct' occupabit.
Vijs suis replebitur stultus, & super eum erit vir bonus.
Innocẽs credit omni verbo: astutus cõsyderat gressus suos.
Filio doloso nihil erit boni: seruo autem sapienti prosperi
erunt actus, & dirigetur via eius.
Sapiens timet, & declinat à malo: stultus trãsilit & cõfidit. C
Impatiẽs operabitur stultitiã: & vir versutus odiosus est.
Possidebunt paruuli stultitiam: & expectabunt astuti
scientiam.
Iacebunt mali ante bonos: & impij ante portas iustorum.
Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici vero diui-
tum multi.
Qui despicit proximum suum, peccat: qui autem misere-
tur pauperis, beatus erit.
Qui credit in domino, misericordiam diligit.
Errant qui operantur malum: misericordia & veritas prę-
parant bona.
In omni opere erit abundantia: vbi autẽ verba sunt plu-
rima, ibi frequenter egestas.
Corona sapientum, diuitię eorum: fatuitas stultorum im-
prudentia.
Liberat animas testis fidelis: & profert mẽdacia versipellis.
In timore dñi fiducia fortitudinis, & filijs eius erit spes.
Timor domini fons vitę, vt declinet à ruina mortis.
In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate ple- D
bis ignominia principis.
Qui patiens est, multa gubernatur sapientia: qui autem im-
patiens est, exaltat stultitiam suam.
Vita carnium, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia.
Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat Infra. 17. a
autem eum, qui miseretur pauperis.
In malitia sua repelletur impius: sperat autem iustus in
morte sua.
In corde prudentis requiescit sapientia, & indoctos quos-
que erudiet.
Iustitia eleuat gentem: miseros autẽ facit pplos peccatũ.
Acceptus est regi minister intelligens: iracundiã eius inuti-
lis sustinebit.

CAP. XV.

Responsio mollis frãgit irã: sermo durus suscitat furorẽ. A
Lingua sapientum ornat scientiam: os fatuorũ ebul-
lit stultitiam.
In omni loco oculi domini contemplant bonos & malos.
Lingua placabilis, lignum vitę: quę autem immoderata
est, conterit spiritum.

& scientia intelligenti
vel, Si sciderís in stultũ, nõ deprehẽdes labia sciẽ.
stultitia
vel, ridebit quũ peccauerit, & inter rectos erit bñplacitum
vel, Dum cor angit, non capitur solatijs quę extrinsecus adhibentur.
Etiã in risu dolebit cor,
saturabitur
Stultus (Imperitus)
intelliget
Hic versus nõ est in Heb. nec in veter. exem.
sed
Qui cito irascitur
cogitans, odio habetur. (sub. ab eo. vel, odit id)
paruuli ętate & stulti
astuti coronabunt sciã.
vel, Peccator contemnit proximũ suum:
Hic versus non ẽ in Heb. nec in vete. exem.
cogitant
erit cogitantibus
vel nimietas, superfluitas, amplius: est
nihil nisi stultitia.
qui profert mẽdacia, falletur. (sub. sua volũtate)
secura fortitudo,
ad recedendũ a laqueis
vel, ostendit
vel, corporis,
vel, iniuria afficit
non perstabit
in medio stultorũ cognoscetur (vel, laudabitur.)
perditos
& ira eius cõtra eũ q pudore eum afficit.

Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes, astutior fiet.

In abundanti iustitia virtus maxima est, cogitationes autem impiorum eradicabuntur.

Domus iusti plurima fortitudo: et in fructibus impii conturbatio.

Labia sapientum disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit.

Ecclesiasti. 34.c Victimę impiorum abominabiles domino: vota iustorum placabilia.

Abominatio est domino via impii: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo.

B Doctrina mala deserentiu viam: qui increpationes odit, morietur.

Infernus et perditio coram domino: quanto magis corda filiorum hominum?

Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur.

Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur spiritus.

Infra.17.d Cor sapiens quęrit doctrinam: et os stultorum pascetur imperitia.

Omnes dies pauperis, mali: secura mens quasi iuge conuiuium.

Melius est parum cum timore domini, quàm thesauri magni et insatiabiles.

Melius est vocari ad olera cum charitate: quàm ad vitulum saginatum cum odio.

C Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas.

Iter pigrorum quasi sepes spinarum: via iustorum absque offendiculo.

Filius sapiens lętificat patrem: et stultus homo despicit matrem suam.

Stultitia gaudium stulto: et vir prudens dirigit gressus suos.

Dissipantur cogitationes vbi non est consilium: vbi verò sunt plures consiliarii, confirmantur.

Lętatur homo in sententia oris sui: et sermo opportunus est optimus.

Semita vitę super eruditum, vt declinet de inferno nouissimo.

Domum superborum demolietur dominus: et firmos faciet terminos viduę.

D Abominatio domini cogitationes malę: et purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.

Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam: qui autem odit munera, viuet.

Infra.16.a Per misericordiam et fidem purgantur peccata: per timorem autem domini declinat omnis a malo.

Mens iusti meditabitur sapientiam: os impiorum redundat malis.

Longe est dominus ab impiis: et orationes iustorum exaudiet.

Lux oculorum lętificat animam, fama bona impinguat ossa.

Auris quę audit increpationes vitę, in medio sapientum commorabitur.

Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.

Timor domini disciplina sapientię: et gloriam pręcedit humilitas.

CAPVT XVI.

A Hominis est animam pręparare, et domini gubernare linguam.

Omnes vię hominis patent oculis eius: spirituum ponderator est dominus.

Reuela domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuę.

Hic versus nō est in Hebr. nec in vete. exemp.
vel, substantiā magnā h...
non est sic.
oratio aūt rectorum volūtas eius. (vel, placet ei)
Flagellū malum (vel mala est disciplina)
illusor
cordis tristis erit
stultitia. (vel, versatur cum stultitia)
afflicti,
sed
iocundus corde. (.i. bōa conscientia) est, ac si esset in conuiuio iugi.
in quibus est contritio. (vel, pauor)
conuiuium olerum in quo fit dilectio:
bos saginatus
rectorum complanata est: (trita est.)
rñsione (.i. quā datur ei responsum in tempore)
in tempore suo
superne incedit ad faciē dum prudentem: vt declinetur infernus inferior.
auare
Hic versus nō est in Hebr. nec in vete. exemp.
quid rñendum fuerit:
.i. amicabilis aspectus
cor,
abiicit (reprobat)
.i. prudens est.
eruditio
labor. (sudor. vel dolor)
Hō instituit ī aīo, a dño aūt venit rñsio linguę.
mūdę sibi vīr: at dñs impellit spūs. (vel, aīos.)
Volue ad dñm. (.i. cōmenda et cōmitte dño)
vel, procedent

Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus : im-
pium quoque ad diem malum.
Abominatio domini eſt omnis arrogans*: ²etiam ſi ma-
nus ad manum fuerit,⁾non erit innocens.
²Initium viæ bonæ,facere iuſtitiam:accepta eſt autem apud
deum magis,quàm immolare hoſtias.⁾
Miſericordia & veritate ²redimitur⁾iniquitas : & in timore Supra,15.a
domini declinatur à malo.
Quum placuerint domino viæ hominis , inimicos quoque E
eius conuertet ad pacem.
Melius eſt parum cum iuſtitia , quàm multi fructus ²cum B
iniquitate.⁾
Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed domini eſt dirigere
greſſus eius.
²Diuinatio⁾in labijs regis,in iudicio non errabit os eius.
Pondus & ſtatera iudicia domini ſunt:& opera eius omnes
lapides ſacculi.
Abominabiles regi qui agunt impie:quoniam iuſtitia fir-
matur ſolium.
Voluntas regum²labia iuſta:⁾q recta loquitur , diligetur.
Indignatio regis,nuntij mortis:& vir ſapiens placabit eam.
In hilaritate vultus regis, vita:&²clementia⁾ eius quaſi im-
ber ſerotinus.
Poſſide ſapientiam,quia auro melior eſt:& acquire pruden-
tiam, quia pretioſior eſt argento.
Semita²iuſtorum⁾ declinat mala , ²cuſtos animæ ſuæ ſeruat C
viam ſuam,⁾
Contritionem præcedit ſuperbia , & ante ruinam exaltabi-
tur ſpiritus.
Melius eſt²humiliari*cum mitibus,⁾ quàm diuidere ſpolia
cum ſuperbis.
²Eruditus in verbo⁾reperiet bona:& qui ſperat in domino,
beatus eſt.
Qui ſapiens eſt corde,appellabitur prudẽs:& qui dulcis elo-
quio,²maiora reperiet.⁾
Fons vitæ²eruditio poſſidentis:⁾doctrina ſtultorum , fatuitas.
Cor ſapiẽtis²erudiet os eius,⁾&²labijs eius⁾addet²gratiam.⁾
Fauus mellis²cõpoſita⁾verba,dulcedo animæ & ſanitas oſſium.
Eſt via quæ videtur homini recta,& nouiſſima eius ducunt Supra,14.b
ad mortem. D
Anima²laborantis laborat ſibi,quia compulit eum os ſuũ.⁾
Vir²inſipiens⁾fodit malũ,& in labijs eius *ignis ardeſcit.
Homo²peruerſus⁾ſuſcitat lites,&²verboſus⁾ſeparat principes.
Vir iniquus lactat amicum ſuum,& ducit eum per viam
non bonam.
Qui²attonitis⁾oculis cogitat praua , ²mordens labia ſua⁾
perficiet malum.
Corona dignitatis ſenectus quæ in vijs iuſtitiæ reperietur.
²Melior eſt²patiens⁾ viro forti:& qui dominatur animo ſuo,
expugnatore vrbium.
Sortes mittuntur in ſinum,ſed à domino²temperantur.⁾

CAPVT XVII.

Melior eſt buccella ſicca cum²gaudio,⁾quàm domus ple- A
na victimis cum iurgio.
Seruus²ſapiens⁾dominabitur filijs ſtultis,& inter fratres hæ- Eccleſiaſt.
reditatem diuidet. 10.d

²corde
²mox(Quidam tropum ſic interpretantur,vt inter ſe conſpirent. vel, etiã ſi oẽs manus coadunauerint)
Hic verſus nõ eſt in Heb. nec in veter.exemp.
²vel,expiatur
²abſque iudicio.
²Quidã vertunt prophetia (.i.quum cognitio ſacræ ſcripturæ fuerit)
²id eſt,erit in hominẽ habentem labia iuſta:
²voluntas (beniuolentia)
²rectorum
²vel . qui cuſtodit viam ſuam,ſeruat animã ſuam.
²humiliari ſpiritu cũ inopibus (vel , deijci animo cum calamitoſis) *ſpiritu
²Intelligens rẽ,(vel,Qui rem ſuã prudẽter agit)
²addet doctrinam.
²eſt itelligẽtia dñi ſui:(vel, Intelligentia fons viuus eſt illi qui habet eam)
²intelliget(prudens facit) os ſuum, ²labijs ſuis
²doctrinã. ²dulcia
²adflicta , ſibijpſi moleſta eſt,quia incuruauit ſe ei os ſuũ(.i.quia os ſuum eam huc perduxit)
²belial(impius) *velut
²vel,volubilis ²ſuſurro
²claudit oculos ſuos (innuit oculis ſuis)
²qui annuit labijs ſuis
²vel,tardus ad iram
²eſt omne iudiciũ eorum.
²pace, vel,(& pax ſiue tranquilitas in ea.i.quod buccella contentus eſt qui habet eã)
²intelligens

Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat dominus.
Malus obedit linguę iniquę : & fallax obtemperat labijs mendacibus.
Supra.14.d Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui in ruina lętatur alterius, non erit impunitus
Corona senũ, filij filiorũ: & gloria filiorum, patres eorum.
Nõ decent stultũ verba cõposita, nec princpẽ labiũ mẽtiens.
B Gemma gratissima expectatio prestolantis: quocũq; se vertit, prudenter intelligit.
Qui cęlat delictum, quęrit amicitias: qui altero sermone repetit, separat fœderatos.
Plus proficit correctio apud prudentem, quàm centũ plagę apud stultum.
Semper iurgia quęrit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum.
Expedit magis vrsę occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua.
Rom.12.d. 1.Pet.3.b 1.Thes.5.d Qui reddit mala pro bonis, nõ recedet malũ de domo ei⁹.
Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequã patiatur contumeliam, iudicium deserit.
Esa.5.e C Qui iustificat impium, & qui condẽnat iustum, abominabilis est vterque apud deum.
Quid prodest stulto habere diuitias, quum sapientiã emere non possit?
Qui altam facit domum suam, quęrit ruinam: & qui euitat discere, incidet in mala.
Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur.
Stultus hõ plaudet manib⁹, quũ spopõderit p amico suo.
Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exaltat ostium, quęrit ruinam.
Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum : & qui vertit linguam, incidet in malum.
D Natus est stultus in ignominiam suam: sed nec pater in fatuo lętabitur.
Supra.15.b Ecclesiast. 3.c.8.a Animus gaudens ętatẽ floridã facit: spũs tristis exiccat ossa.
Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij.
In facie prudẽtis lucet sapiẽtia: oculi stultorũ i finib⁹ terrę.
Ira patris filius stultus, & dolor matris quę genuit eum.
Non est bonum, damnum inferre iusto, nec percutere principem qui recta iudicat.
Iacob.1.c Qui moderatur sermones suos, doctus & prudẽs est : & pretiosi spiritus, vir eruditus.
Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur : & si compresserit labia sua, intelligens.

CA. XVIII.

A Occasiones quęrit qui vult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis.
Non recipit stultus verba prudentię, nisi ea dixeris quę versantur in corde eius.
Impius quũ in profundum venerit peccatorũ, contemnit: sed sequitur eũ ignominia & opprobrium.
Aqua pfunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientię.
Accipere personam impij non est bonum, vt declines à veritate iudicij.

conflatorio
attẽdit sermoni iniquo, mẽdax auscultat linguã prauam.
Vt lapis ptiosus ẽ munus i oclis oni ei⁹ ad oẽs locũ ad quẽ se vtit (sub. q munera tribuit,) psperabit. (.i. munera oẽs placãt hoies)
vero iproperat aliquid (vel, qui palam facit)
duces.
accẽdit (terret)
Profecto (vel, Tñ) vir rebellis quęret malum: (vel infortunium:) nuntius
id est, pricipiũ iurgiorũ est, sicut aq prorumpens
misceatur lis, (iurgium,) dimitte eam.
Vt qd ẽ ptiũ i mãu stulti vt emat sapiaz, cũ ẽcor ei⁹
Hic versus nõ est in Heb. nec in vete. exemp.
est q defixit manus & spõsor fit p pxĩo (amico) suo
Diligit puaricationẽ q
Qui gñat stultũ, ad tristitiã suã (sub. gñauit illũ. vl, Nascit stult⁹ ad mœrorẽ sibi) & ñ lętabit pr fatui.
Cor
bñfaciet vt medicina. (Ch. iter. ðcorabit formã)
sub. respiciẽt (.i. hz mirabiles & feros mores)
vel, mœror
Prohibet eloqa sua, qui scit sciaz: ptiosus spũ ẽ vir itelligẽtię. (vel, Qui pce loqtur, sapit: nec est futilis spũs homini cordato.
Que dlectat facere discordias, is in oĩ tpe cõmiscet (ptentionibus. omni conatu quęrit rixas)
delectat stultus in intelligentia, sed in ijs quę versantur in corde suo.
Quando venit impius: venit & contemptus, & cũ ignominia opprobrium.
iustũ a iudicio abducas.

Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia prouocat.
Os stulti contritio eius, e labia ipsius ruina animę eius. B
Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris.
Pigrum deijcit timor: aię aůt effœminatorum esurient.
Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.
Turris fortissima nomē dñi: ad ipsū currit iust, e exaltabit.
Substantia diuitis vrbs roboris eius, e quasi murus validus circundans eum.
Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur.
Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. C Ecclesiasti. 11. A
Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritus verò ad irascendum facilē quis poterit sustinere?
Cor prudēs possidebit sciā, e auris sapiētū qrit doctrinā.
Donū hoīs dilatat viā eius, & añ pricipes spaciū ei facit.
Iust prior est accusator sui: vēit amicus ei, e inuestigauit eū.
Cōtradictiōes cōprimit sors, e iter potētes quoque diiudicat.
Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vectes vrbium.
De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum ipsius saturabunt eum. D
Mors & vita in manibus linguę: qui diligunt eam, comedent fructus eius.
Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à domino.
Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens.
Cū obsecratiōib loquet pauper, & diues effabit rigide.
Vir amicabilis ad societaté magis amicus erit, quā frater.

CAPVT XIX.

Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quā torquens labia sua, & insipiens. A
Vbi non est scientia, animę nō est bonum: e qui festinus est pedibus, offendet.
Stultitia hominis supplantat gressus eius: & contra dominum feruet animo suo.
Diuitię addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi quos habuit separantur.
Testis falsus ñ erit ipunitus: & q mēdacia loqt, nō effugiet. Dan. 13. B
Multi colunt psonā potētis, e amici sunt dona tribuētis.
Fratres omnes pauperis oderunt eum, insuper e amici procul recesserunt ab eo.
qui tm̄ verba sectat, nihil hēbit: Qui aůt possessor ē mētis, diligit aiam suā, & custos prudentię inueniet bona.
Falsus testis nō erit ipunitus: & q loqtur mendacia peribit.
Non decent stultū delicię, nec seruū dominari pricipibus.
Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria eius est iniqua pretergredi.
Sicut fremitus leonis, ita e regis ira: e sicut ros super herbam, ita e hilaritas eius.
Dolor pris fili stult: e tecta iugit pstillātia, litigiosa mlier.
Domus & diuitię dantur à parentibus, à domino autem proprie vxor prudens. C

adpercussiones
laqueus
susurratoris sunt vt vulnera,
Hic versus nō est in Heb. nec in vete. exemp.
remissus
viri vel, proteget.
eleuatus in pictura sua. (vel, imaginatiōe sua.)
affligitur.
stultitia ē ei e ignominia
.i. bonus animus alleuiat omne malum
mœrentem (vel, tristem aut contritum).
intelligens
magnates ducet (diriget) eum.
in caussa sua:
cessare facit
fortes (sub. lites) diuidia
fortis:
lites
palatij.
fructus (prouentus)
beneuolētiā (bñplacitū)
Hic versus nō est in Heb. nec in vete. exemp.
respondebit dura:
vir amicorum ad amicitiā, est amicus adhęretior fre.
peruersus labijs suis,
ipse
.i. modestia, qua sufferat vnus alterum,
peruertet viam
irascetur cor eius.
& pauper ab amico suo separabitur. (vel, deserit.)
precabuntur faciem liberalis, (principis,)
omnes viri
vel, intelligens
delectationes:
intellectus
catuli
beneuolentia

Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet.

Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur.

Fœneratur domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.

Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam.

Qui enim impatiens est, sustinebit damnum: & quum rapuerit, aliud apponet.

Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis.

Multę cogitationes in corde viri: voluntas autem domini in ęternum permanebit.

Homo indigens misericors est: & melior est pauper, quàm vir mendax.

Timor domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur, absq; visitatione pessimi.

Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam.

Iohn. 21. b Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autẽ corripueris sapientem, intelliget sapientiam.

Qui affligit patrẽ, & fugit matrẽ, ignominiosus erit & infœlix.

Non cesses audire fili doctrinã, nec ignores sermones scientię.

Testis iniquus deridet iudiciũ: & os impiorũ deuorat iniquitatẽ.

Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorũ corporibus.

CAP. XX.

A Luxuriosa res vinũ, & tumultuosa ebrietas: quicũq; his delectatur, non erit sapiens.

Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam.

Honor est homini qui separat se à contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumelijs.

Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo ęstate, & non dabitur illi.

Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud.

Multi homines misericordes vocantur, virum autem fidelem quis inueniet?

B Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquit.

Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malũ intuitu suo.

1. Ioan. 1. a Quis potest dicere, Mundũ est cor meũ, purus sum à peccato?

3. Reg. 8. e / 2. Para. 6. g Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrunq; abominabile est apud dominum.

Eccle. 7. c Ex studijs suis intelligitur puer, si mũda & recta sint opa eius.

Aurem audientem & oculum videntem, dominus fecit vtrunq;.

Noli diligere somnũ, ne te egestas opprimat: aperi oculos tuos, & saturare panibus.

Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & quum recesserit, tunc gloriabitur.

C Est aurum, & multitudo gemmarum: vas autem pretiosum labia scientię.

Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo.

Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo.

remissa (otiosa) · moriețur. · Mutuat · retributionem · donec (qñ) est spes · Magna. n. ira detrimentum affert. dimitte eum, vt e deinceps corripias. · consilium · Decorat hominẽ beneficentia sua · futurus · in sinu. · Derisore · astutior · scientiam (.i. callidior fiet.) · & fugat · vel, probro dignus. · Cessa fili mi audire eruditionẽ, quę te abducit à smonib' scię. · percussiones (plagę) · Derisorem efficit · quiescit · miscet se (sub litib'.) · intelligens · meo · .i. varia pondera · Ex operibus suis cognoscitur (.i. qđ iuuenis consueuit, in senectute facit) · laudabit. · propter extraneũ (.i. quia pro extraneo fideiussit accipe pign') · vel, arena.

Cogitationes consilijs roborantur, et gubernaculis tractanda sunt bella.

Ei qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, et dilatat labia sua, ne commiscearis.

Qui maledicit patri suo et matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris. Exo.21.c Leui.20.b

Hereditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Mat.15.a

D

Ne dicas, Reddam malum: expecta dominum, et liberabit te. Supra.17.c

Abominatio est apud dominum pondus & pondus; statera dolosa non est bona. Rom.12.d 1.Pet.3.b

A domino diriguntur gressus viri: quis autem hominum intelligere potest viam suam? 1.Thes.5.d

Ruina est hominis deuorare sanctos, & post vota retractare.

Dissipat impios rex sapiens, et incuruat super eos fornicem.

Lucerna domini spiraculum hominis, quae inuestigat omnia secreta ventris.

Misericordia et veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. A

Exultatio iuuenum fortitudo eorum, et dignitas senum canities.

Liuor vulneris absterget mala, & plagae in secretioribus ventris.

CAPVT XXI.

Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu domini: quocunque voluerit, inclinabit illud. A

Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda dominus.

Facere iustitiam et iudicium magis placet domino, quam victimae.

Exaltatio oculorum et dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum.

Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autem piger in egestate est.

Qui congregat thesauros lingua mendacij, vanus et excors est, & impingetur ad laqueos mortis.

Rapinae impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium.

Peruersa via viri, aliena est: qui autem mundus est, rectum opus eius. B

Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, et in domo communi. Infra.25.d

Anima impij desyderat malum, non miserebitur proximo suo.

Mulctato pestilente sapientior erit paruulus: & si sectetur sapientem, sumet scientiam. Supra.19.d

Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat impios a malo.

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.

Munus absconditum extinguit iras: & donum in sinu indignationem maximam.

Gaudium iusto est facere iudicium: & pauor operantibus iniquitatem. C

Vir qui errauerit a via doctrinae, in coetu gigantium commorabitur.

Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum & pinguia, non ditabitur.

Pro iusto datur impius: & pro recto iniquus.

Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda. Eccli.25.c

Thesaurus desyderabilis, et oleum in habitaculo iusti: & imprudens homo dissipabit illud.

Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam, iustitiam & gloriam.

consilijs
secretum.
dilatanti labia sua, (.i. fraudes facienti)
festinata (festinanter acquisita)
sunt
Laqueus deglutire: (vel, blasphemare, contumelijs afficere) sanctificatus:
inquirere. (.i. vouere.)
affert rotas super eos.
interiora
fulsit misericordia (bonitate) solium suum.
Gloria (Laus)
decor
est medicina in malo, (.i. expellit malum, tam necessarium est affligi,)
interioribus
vel, riuuli
vel, dirigit (aut agit)
.i. arrogans animus
praeceps (inconsyderatus)
vel, frustrabitur, errabit, et cadet inter quaerentes mortem.
dissecabunt
vel, quod iustum est.
alieni:
tecti,
ampla
erit gratus in oculis eius amicus eius (.i. non fauebit proximo)
derisore
stultus:
intellexerit (vel, quum instruet sapiens)
vel, instruit iustus domum impij, reflectit impios a malo.
etiam
.i. in abscondito datum
comprimit
intelligentiae,
mortuorum
laetitia
vel, oleum,
Pro redemptione
vel, pinguedo
sapientis.

Ciuitatem fortiũ ascendit sapiens, destruxitq; robur fiducię eius.
D Qui custodit os suum, & linguã suam, custodit ab angustijs animam suam.
Superbus & arrogans vocatur 'indoctus,' qui in ira operatur superbiam.
Desyderia occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari.
Tota die concupiscit & desyderat: qui autem iustus est tribuet, & non 'cessabit.'
Isa. 1. d Hostię impiorum abominabiles, 'quę offeruntur ex scelere.'
Testis mendax peribit: 'vir obediens loquetur victoriam.'
Vir impius 'procaciter obfirmat vultum suum:' qui autem rectus est, 'corrigit' viam suam.
Non est sapientia, non est prudentia, nõ est cõsilium cõtra dñm.
Equus paratur ad diem belli: dominus autem salutem tribuit.

CAPVT XXII.

A M'Elius' est nomen bonum, quàm diuitię multę: super argentum enim & aurum, gratia bona.
Ecclesiastes 7. a Diues & pauper obuiauerunt sibi: vtriusq; operator est dñs.
Callidus vidit malum, & abscondit se: 'innocens' pertransijt, & afflictus est damno.
'Finis modestię' timor domini, diuitię & gloria & vita.
A 'Arma & gladij' in via peruersi: custos autem animę suę longe recedit ab eis.
'Prouerbium est, Adolescens iuxta viam suam,' etiam quum senuerit, non recedet ab ea.
Diues pauperibus imperat: & qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis.
B Qui seminat iniquitatem, metet 'mala,' & virga irę suę 'consummabitur.'
Eccl. 31. c Qui 'pronus est ad misericordiam,' benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi.
'Victoriam & honorem acquiret qui dat munera: animam autem aufert accipientium.'
Ejice derisorem, & exibit cum eo iurgium, cessabuntq; 'causę,' & contumelię.
Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem.
Oculi dñi custodiunt scientiam, & 'supplantatur' verba iniqui.
Dicit piger, Leo est foris, in medio platearũ 'occidendus sum.'
Fouea profunda os 'alienę:' cui iratus est dñs, incidet in eam.
Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinę fugabit eam*.
C Qui 'calumniatur pauperem,' vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit.
Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium: appone autem cor ad 'doctrinam' meam.
Quę 'pulchra' erit tibi quum seruaueris eam 'in ventre tuo,' & 'redundabit' in labijs tuis.
Vt sit in domino fiducia tua, 'vnde & ostendam tibi hodie.' 'Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & scientia, vt ostenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis, respondere ex his illis qui miserunt te.'
Non 'facias violentiam pauperi,' quia pauper est: neq; conteras egenum in porta, Quia iudicabit dominus causam 'eius,' & configet eos qui confixerunt animam eius.)

irrisor.
vel, comparcit.
quia offerunt in peccato (vel, per scelus.)
e vir audiens (.i. qui admittit loquentem) semper loquetur (.i. is vicissim audietur.)
roborat faciẽ suã (.i. pertinaciter pergit.)
disponet
Eligibilius
Astutus (vel, prudẽs)
Pro humilitate (vel, afflictione, sub. venit Quidã sic, penes abiectos qui deum timent, sunt &c.)
Spinę e laquei sunt
Imbue (erudi) puerũ in via sua,
iniquitatem.
consumetur.
bonus (benignus) est oculo (.i. mitis hõ)
Hic versus non est in Heb nec in vet. exęp.
vel, iudicium,
peruertet
occidar.
id est, meretricis:
* ab eo
vt aufert à paupere,
vel, scientiam
iucunda
id est, apud te,
dirigentur pariter (vel, simul cohibũt ea)
commonefacio hoc hodie (assidue) tu amplectere.
Nonne tradidi tibi multipliť consilia & scientiã vt doceret te veritatem quã certissimã, vt interrogantib', vera rñdere possis?)
prędetis pauperem.
(vel, perdet eos qui illis vim attulerunt.)

Noli esse amicus homini iracũdo, neq; ambules cum viro furio- so: Ne fortè discas semitas eius, & sumas 'scandalum' aiæ tuę.
Noli esse 'cum his qui defigunt manus suas,' & qui vades se offerunt pro debitis. Si enim non habes vnde restituas, quid causse est 'vt tollat operimentum de cubili tuo?'
Ne 'trãsgrediaris' terminos antiquos, quos posuerũt patres tui.
Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante 'ignobiles.'

CAP. XXIII.

A QVando sederis vt comedas cum principe, diligenter atten- de quę posita sunt ante faciem tuam, et statue cultruz in gutture tuo, 'si tamen habes in potestate animam tuam.' Ne desyderes de cibis eius, 'in quo est panis' mendacij.
Noli laborare vt diteris: 'sed prudentię tuę pone modum.' Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere: quia fa- cient sibi pennas quasi aquilę, & volabunt in cœlum.
Ne comedas cum homine inuido, & ne desyderas cibos eius: quoniã 'in similitudinem arioli & coniectoris ęstimat quod ignorat.' Comede & bibe, dicet tibi: & mens eius nõ est tecũ.
Cibos quos comederas euomes, & perdes pulchros sermones tuos.
In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctri- nam eloquij tui.
B Ne 'attingas paruulorum terminos,' & agrum pupillorum ne introeas. 'Propinquus' enim illorum fortis est: & ipse iudi- cabit contra te caussam illorum.
Ingrediatur ad 'doctrinã' cor tuũ, & aures tuę ad verba scientię.
Noli subtrahere à puero disciplinã: si enim percusseris eum vir- ga, non morietur. Tu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis. Supra.13.d Eccli.30.a
Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecũ cor meũ. Et exultabũt renes mei, quũ loquuta fuerint rectum labia tua.
Non ęmuletur cor tuum peccatores, sed in timore domini esto tota die. Quia 'habebis spem in nouissimo,' & pręstolatio tua non auferetur. Infra.24.a
C Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via 'animum tuum.'
Noli esse in conuiuijs potatorum*, nec in comessationibus eo- rum qui carnes ad vescendũ conferunt: Quia 'vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pãnis dormitatio.'
Audi patrem tuum qui genuit te: & ne cõtemnas quum senue- rit mater tua.
Veritatem eme, & noli vendere: sapientiam, & 'doctrinam,' & intelligentiam.
Exultat gaudio pater iusti: & qui sapientem genuit, lętabitur in eo. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet quę genuit te.
Prębe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui 'vias meas custodiãt.'
Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena.
Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos inuenerit in- terficiet.'
D Cui vę? 'cuius patri vę?' cui rixę? cui foueę? cui sine caussa vul- nera? cui 'suffusio' oculorum? nõne his qui commorantur in vino, & 'student calicibus epotandis?'
Ne intuearis vinum quando 'flauescit,' quum splenduerit in vi- tro color eius: ingreditur 'blande, sed in nouissimo *mor- debit vt coluber, & sicut regulus 'venena diffundet.' Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa. Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi 'sopitus gubernator

---

laqueũ (offendiculũ)
id est, inter eos qui spondent)
vt auferat lectũ tuũ qui est subter te?
transferas
obscuros.
si habueris animum ...edendi ex oibus. (vel, si vis seruare animam tuam)
est enim cibus
ab intelligentia tua (consilio) desine.
sicut ęstimauit (cõie ctauit) in aio suo, sic est. (sub. sermo eius. vel sicut terriculamẽ- tũ .i. qđ incertũ est, vt sunt inflammationes nocturnę volantes in quibus non est fiden- dum: in anima sua,)
transferas terminum antiquum,
Redẽptor (.i. vindex)
eruditionem
vere est merces,
cor tuum. (vel, bene erit, aut dirigetur in via cor tuum.)
vini
bibax & edax paupe- res efficien(, & vestib' scissis induere faciet.
eruditionem
id est, vię meę bene placeant oculis tuis.
etiã ipsa tanq; pręda (pręda insidiabil, & pręuaricatores in ho minib' ɔgregat ad se.
cui vę, vel, vbi mise- ria?
rubor
eunt ad quęrendum vinum mixtum?
rubescit,
directe, (.i. leuiter)
suo
dolore afficiet.
dormiens in capite mali natus,

emisso clamo, & dicet, Verberauerũt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. Quando euigilabo, & rursus vina reperiam?

CAP. XXIIII.

A Supra.13.b NE ęmuleris viros malos, nec desyderes esse cum eis: quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.

Sapientia ędificabitur domus, & prudentia roborabitur. In doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substantia preciosa & pulcherrima.

Vir sapiens, fortis est: vir doctus, robustus & validus.

Quia cum dispositione initur bellum, & erit salus vbi multa consilia sunt.

Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.

Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur.

Cogitatio stulti peccatũ est: & abominatio hominũ detractor.

Si desperaueris lapsus in die angustię: imminuetur fortitudo tua.

Psal.81.a Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.

B Si dixeris, Vires non suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit & seruatorem animę tuę nihil fallit, redde(t)q; homini iuxta opera sua.

Comede fili mi mel, quia bonũ est, & fauum dulcissimũ gutturi tuo. Sic & doctrina sapientię, animę tuę: quã quum inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit.

Ne insidieris, & quęras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius. septies enim cadet iustus, & resurget: impij autem corruent in malum.

Quum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum: ne fortè videat dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.

C Ne contendas cum pessimis, nec ęmuleris impios, quoniã nõ habẽt futurorũ spem mali, & lucerna impiorũ extinguetur.

Time dominum fili mi, & regem: & cum detractoribus non cõmiscearis, Quoniam repente consurget perditio eorum: & ruinam vtriusq; quis nouit?

Hęc quoque sapientibus,

Leui.19.d Cognoscere personam in iudicio, non est bonum.

Deut.1.c Eccli.42.a Qui dicunt impio, Iustus es: maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus.

Qui arguũt eũ, laudabitur, & super ipsos veniet bñdictio.

Labia deosculabitur, qui recta verba respondet.

Prępara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & postea ędifices domum tuam.

D Ne sis testis frustra contra proximum tuum, nec lacles quenquam labijs tuis.

Supra.10.b Ne dicas, Quo modo fecit mihi, sic faciam ei: reddam vnicuiq; secundum opus suum.

Per agrum hominis pigri transiui, & per vineã viri stulti: & ecce totum repleuerant vrticę, operuerant superficiem eius spinę, & maceria lapidum destructa erat. Quod quum vidissem, posui

Supra.6.b in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Vsquequo piger dormies, vsquequo de somno consurges? Parum inquam dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conseres, vt quiescas: Et veniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi vir armatus.

contriuerũt (percusserũt)
vel, cognoui (sub. eũ qui me percussit.)
addam, quęrã illud adhuc? vel, (amplius quęram?)

Iniquitatem (vel, infortunium)
scientia
perit roborat vires (vel, intelligẽs melior ẽ q̃ q valet robore.)
consilijs facies
virũ malas hñtẽ cogitationes vocabunt.
mala derisor.
remissus fueris (defeceris) angusta
Ecce nouimus hõc:
nonne
ponderat (prępparat) corda,
qui custodit animã tuã, ipse cognoscet,
scientia (cognitio)
vel, mercedem, spem bonam,
sicut impius in habitaculo (vel, o impie domus) accubitũ
quum impegerit
cõmercium habeas, (ęmuleris, inuideas ob pessimos quod, sub. prosperentur)
vel, tumultuãtibus.
sub. dicuntur, (vel, Hęc quoq; sapientes pręcipiunt, siue à sapientibus veniunt,)
populi.
eis bene erit (iucundum erit,)
bona
vel, labijs
vel, seducas (decipias)
eius
vidi, accepi eruditionem.
Hic versus non est in Heb. nec in vet. exẽpl.
vel, viator

HAE QVOQVE PARABOLAE SALOMONIS, QVAS transtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda. CA. XXV.



Loria dei est celare verbum, & gloria regum inuestigare sermonem. A
Cœlum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile.
Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius.
Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris. Melius est enim vt dicatur tibi, Ascende huc: quàm vt humilieris coram principe, quem viderunt oculi tui. B
Ne proferas in iurgio cito: ne postea emendare non possis, quum dehonestaueris amicum tuum.
Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles: ne forte insultet tibi quum audierit, & exprobrare non cesset.
Gratia & amicitia liberant, quas tibi serua, ne exprobrabilis fias.
Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.
Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem.
Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam ipsius requiescere facit.
Nubes & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens.
Patientia lenietur princeps: & lingua mollis confringet duritiam. Supra.15.a
Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne forte satiatus euomas illud. C
Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te.
Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.
Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ.
Et amittit pallium in die frigoris, acetum in nithro, qui cantat carmina cordi pessimo.
Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.
Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere: Rom.12.d
prunas enim congregabis super caput eius, & dominus reddet tibi.
Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. D
Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi. Supra.21.b
Aqua frigida animæ sitienti, & nuntius bonus de terra longinqua.
Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio.
Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Eccli.3.c
Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. CAP. XXVI.

Q Vomodo nix in æstate, & pluuiæ in messe, sic indecens est stulto gloria. A
Sicut auis ad alia transuolans, & passer quò libet vadens: sic maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet.
Flagellum equo, & camus asino, & virga dorso imprudentium.
Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.

---

transcripserunt (siue transtulerunt) vel rel. altum, & terra profunda,
id est, fiet inde
vel, magnifices aut iactes te)
quem (vel, in conspectu tuo)
Ne egrediaris ad litigandum cito: nam quid facies in nouissimo eius (i. postea) quum pudore affecerit te amicus tuus?
alterius
probris afficiat te
infamare
Hic versus non legitur in Heb. nec in vet. exē.
cum figuris (cancellaturis)
ornamentum obrizi.
qui se iactat de dono mendaci.
Longanimitate flectetur vel, ossa.
de te, vel, habens,
fiducia præuaricatoris
remouet pallium. Alij vertunt, Sicut qui laceris vestitur.
super nether (quidam alumi esse volunt, alij cretam vel nithrum.
cantica
vel, afflicto, siue malo
vel, iracunda
Hic versus non est in Heb. nec in vet. exempl.
pane
tecti,
ampla.
vel, scaturigo
inuestigat grauia (alij diuersas scientias transferunt) obruitur
dirupta
non

Responde stulto iuxta stultitiã suam,ne sibi sapiens esse videat.
Claudus pedibus, e iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.
Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola.
B Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem.
Quomodo si spina nascatur in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum.
Iudicium determinat caussas: & qui imponit stulto silentium, iras mitigat.
2.Pet.2.d Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum,sic imprudens qui iterat stultitiam suam.
Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens.
Dicit piger,Leo est in via,& leęna in itineribus.Sicut ostiũ vertitur in cardine suo,ita piger in lectulo suo.
Supra.19.d Abscondit piger manus sub ascella sua,e laborat si ad os suum
C eas conuerterit,
Sapientior sibi piger videtur septẽ viris loquẽtibus sẽtẽtias.
Sicut qui apprehendit auribus canem,sic qui trãsit impatiẽs, & commiscetur rixę alterius.
Sicut noxius est qui mittit sagittas,& lanceas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico suo,& quum fuerit deprehensus dicit, Ludens feci.
Quum defecerint ligna,extinguetur ignis:& susurrone subtracto iurgia conquiescunt.
Eccli.28.b Sicut carbones ad prunas,& ligna ad ignem,sic homo iracundus suscitat rixas.
D Verba susurronis quasi simplicia,e ipsa perueniũt ad intima cordis.
Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.
Labijs suis intelligitur inimicus,quũ in corde tractauerit dolos. quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitię sunt in corde illius.
Qui operit odiũ fraudulẽter, reuelabit malitia eius in concilio.
Eccles.10.b Qui fodit foueam,incidet in eam:& qui voluit lapidem,reuer-
Eccli.27.d tetur ad eum.
Lingua fallax non amat veritatem:& os lubricum operatur ruinas.

CAP. XXVII.

A NE glorieris in crastinũ, ignorãs qd superuẽtura pariat dies.
Eccli.11.b Laudet te alienus,e nõ os tuũ:extraneus,e nõ labia tua.
Graue est saxum,& onerosa arena:sed ira stulti vtroq; grauior.
Ira non habet misericordiam,nec erumpens furor:e impetum concitati ferre quis poterit?
Melior est manifesta correptio,quàm amor absconditus.
Meliora sunt vulnera diligentis,q̃ fraudulẽta oscula odiẽtis.
Iob.6.b Anima saturata calcabit fauum:& anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.
Sicut auis trãsmigrans de nido suo,sic vir q derelinqt locũ suũ.
B Vnguento & varijs odoribus delectatur cor: e bonis amici consilijs anima dulcoratur.
Amicum tuum,e amicum patris tui ne dimiseris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuę.
Melior est vicinus iuxta,q̃ frater procul.
Stude sapientię fili mi,e lętifica cor meũ,vt possim exprobran-

vel,dãnũ accipiens.
vel,expedit negotium suum
eleuatę sunt tibię claudi:(.i.ięqles sũt)
lapidem pretiosum funda (est autẽ aceruus Mercurij, aceruus lapidum ad discrimen viarum)
vel,sententia
Magister(.i.peritus alicuiusrei) oĩa recte efficit: qui aũt adducit stultũ,adducit transeuntẽ(.i.negligẽtẽ.)
spes est magis de stulto,q̃; de eo.
manũ suã in sinu.laborat reducere eam ad os suum.
.i.nocentibus mortem
vel, occidit : (siue mortiferas)
contentiosus
ventris.
scortatum
succedentia (subtiles)
vel,voce sua blandietur,
abominationes
vt damnum det,
humiliationem sui (vel,humiliantem se .i.compientem.)
perditionem.
vel,de die crastino.
Crudelitas est ĩ ira, e impetus in furore: & quis stabit coram inuidia?
Fidelia magis
suffimento
& amicus dulcis est propter consiliũ aĩę

ſit reſpondere ſermonem.

ᵃ ſtulti (imprudẽtes) Aſtutus videns malum, abſconditus eſt, ᵃparuuli⸝ tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia.

ᵇ id eſt, q̃a pro extraneo ſpopondit, vel, quũ ille alienus ſit) Tolle veſtimentum eius qui ſpopondit pro extraneo, & ᵇpro alienis⸝ aufer ei pignus. Supra.20.c

ᶜ mane Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, ᶜde nocte⸝ cõſurgens maledicenti ſimilis erit.

ᵈ Stillatio aſſidua in die pluuię, ᵉ ſicut oleũ quod eſt in dextera ſua clamabit. (vel, ſicut qui conat oleũ mãu tenẽ.) ᵈTecta perſtillantia in die frigoris,⸝ & litigioſa mulier comparantur: qui retinet eam, quaſi qui ventum teneat, & ᵉoleum dexterę ſuę vocet.⸝

Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici ſui. C

Qui ſeruat ficum, comedet fructus eius: & qui cuſtos eſt domini ſui, glorificabitur.

ᶠ cor hominis hoĩ. Quo modo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic ᶠcorda hominum manifeſta ſunt prudentibus.⸝

Infernus & perditio nunquam implentur, ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles.

Quo modo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: ſic probatur homo ore laudantis. Eccli.14.b

Hic verſus nõ ẽ ĩ Heb. nec in vet. exemp. ᵖCor iniqui inquirit mala, cor aũt rectum inquirit ſcientiam.⸝ D

ᵍ mortario, in medio farri contuſi piſtillo, Si contuderis ſtultum in ᵍpila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo,⸝ non auferetur ab eo ſtultitia eius.

ʰ pone cor tuum ad greges. ⁱ q̃ nõ in ſecl̃m diuitias has tenebis, & corona (vel, gloria) nõ durabit. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, ʰtuosq́; greges conſydera.⸝ ⁱnon enim habebis iugiter poteſtatem,⸝ ſed corona tribuetur in generatione & generationem.

Aperta ſunt prata, & apparuerũt herbę virentes, & collecta ſunt fœna de montibus.

ᵏ id eſt, qbus venditis, ſumptus parãtur ĩ agricultura faciẽdi. Agni ad veſtimentum tuum: & hœdi, ᵏad agri pretium.⸝

Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in neceſſaria domus tuę, & ad victum ancillis tuis.

CAP. XXVIII.

ᵃ iuſti ᵇ catulus leonis Fugit impius nemine perſequente: ᵃiuſtus⸝ autem quaſi ᵇleo⸝ confidens, ᵖabſq; terrore erit.⸝ A

ᶜ hoĩem intelligentẽ & ſciẽtẽ prolõgabitur (ſub. regnum.) Propter peccata terrę multi principes eius: & propter ᶜhominis ſapientiã, & horũ ſcientiã quę dicunt, vita ducis lõgior erit.⸝

ᵈ vim inferens pauperibus, eſt vt pluuia in undis, & nõ ẽ panis. Vir pauper ᵈcalumnians pauperes, ſimilis eſt imbri vehementi in quo paratur fames.⸝

ᵉ legem Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui cuſtodiunt ᵉ, ſuccendentur contra eum.

Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt dominum, animaduertunt omnia.

Melior eſt pauper ambulans in ſimplicitate ſua, quàm diues in prauis itineribus. Supra.19.a

Qui cuſtodit legem, filius ſapiens eſt: qui autem comeſſatores paſcit, confundit patrem ſuum.

ᶠ augmento (pfectu, vel, imodico q̃ſtu) ad largiendũ pauperib⁹ Qui coaceruat diuitias vſuris, & ᶠfœnore liberali, in pauperes⸝ congregat eas. B

Qui declinat aures ſuas ne audiat legẽ, orõ eius erit execrabilis.

ᵍ errare facit rectos ꝑ viam mala, ʰ perfecti Qui ᵍdecipit iuſtos in via mala,⸝ in interitu ſuo corruet, & ʰſimplices⸝ poſſidebunt bona.

ⁱ intelligens Sapiens ſibi videtur vir diues: pauper aũt ⁱprudẽs ſcrutabiẽ eũ.

ᵏ quũ euehentur impij, mutabiẽ homo. In exultatione iuſtorum multa gloria eſt: ᵏregnantibus impijs ruinę hominum.⸝

ˡ vel, proſperabitur: Qui abſcondit ſcelera ſua, non ˡdirigetur:⸝ qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam cõſequetur.

Beatus homo qui ſemper eſt pauidus: qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum.

C Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem.
Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiã, longi fient dies eius.
'Hominem qui calumniatur animę sanguinem, si vsq; ad lacũ fugerit, nemo sustinet.' — ' Homo q opprimit alios & eos occidit: vsq ad sepulchrũ fugiet ne teneant eũ.
Supra. 11.b Qui ambulat 'simpliciter,' saluus erit: qui peruersis graditur
Eccli. 20.d vijs, concidet semel. — ' perfecte,
Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, replebitur egestate.
Vir fidelis 'multum laudabitur:' qui autem festinat ditari, non erit innocens. — 'multiplicat benedictiones,
Qui cognoscit in iudicio faciem, non benefacit, iste & pro buccella panis deserit veritatem.
D Vir q festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat q egestas superueniet ei.
Qui corripit hominem, gratiã postea inueniet apud eũ magis, q̃ ille qui 'per linguę blandimenta decipit.' — ' blanditur lingua,
Qui subtrahit aliquid à patre suo, & à matre, & dicit hoc nõ esse peccatum: particeps 'homicidę est.' — ' est viri dissipantis bona sua,
'Qui se iactat & dilatat,' iurgia concitat: qui verò sperat in domino, 'sanabitur.' — 'Latus animo, (.i. superbus) ' impinguabitur.
Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse 'saluabitur.' — ' vel, euadet.
Qui dat pauperi, non indigebit: qui 'despicit deprecantem,' sustinebit penuriam. — ' auertit oculos,
Quum surrexerint impij, abscondentur homines: quum illi perierint, multiplicabuntur iusti.

CAP. XXIX.

A VIro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur.
In multiplicatione iustorum lętabitur vulgus: quũ impij sumpserint principatum gemet populus.
Vir qui amat sapientiam, lętificat patrem suũ: qui autẽ nutrit
Luc. 15.c scorta, perdet substantiam.
'Rex iustus erigit terram, vir auarus destruit eam.' — 'Iudicio rex ditionẽ firmã facit: qui donis capitur, euertit eã,
Homo qui blandis fictisq; sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis.
Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabit atque gaudebit.
Nouit iustus caussam pauperum, impius ignorat scientiam.
B Homines 'pestilentes dissipant ciuitatem,' sapientes verò auertunt furorem. — ' derisores illaqueabunt ciuitates. (vel, exitio sunt ciuitati)
Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem.
Viri sanguinũ oderũt 'simplicẽ: iusti' autẽ quęrunt aĩam eius. — ' perfectum: recti
Totũ spm̃ suũ profert stultus: sapiens differt & reseruat in posterũ.
Princeps q libenter audit verba mẽdacij, oẽs ministros hz impios.
Pauper & 'creditor' obuiauerunt sibi: * vtriusque illuminator est dominus. — ' vir fraudulentus (vsurarum) * oculorum
Rex q iudicat ĩ veritate pauperes, thronus eius ĩ ęternũ firmabit.
C Virga atque correctio tribuit sapientiam: puer autem qui dimittitur voluntati suę confundit matrem suam.
In multiplicatione impiorum multiplicabuntur 'scelera,' & iusti ruinas eorum videbunt. — ' preuaricationes,
Erudi filium tuũ, & 'refrigerabit' te, & dabit delicias aĩę tuę. — ' requiescere faciet
Quum prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui vero custodit legem beatus est.
Seruus verbis non potest erudiri: quia 'quod dicis' intelligit,

B. HIERONYMI IN IEREMIAM PRÆFATIO.

IEREMIAS Propheta, cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos Isaiæ & Oseæ & quibusdam alijs prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est: quippe qui eodem spiritu prophetauerit. Porrò simplicitas eloquij, à loco ei in quo natus est, accidit. Fuit enim Anathothites, qui est vsque hodie viculus, tribus ab Ierosolymis distans milibus, sacerdos ex sacerdotibus, & in matris vtero sanctificatus: virginitate sua euangelicum virum CHRISTI ecclesiæ dedicans. Hic vaticinari exorsus est puer: & captiuitatem vrbis atque Iudeæ, non solum spiritu, sed & oculis carnis intuitus est: iam decem tribus Israel Assyrij in Medos transtulerant: iam terras earum, coloniæ gentium possidebant. Vnde in Iuda tantum, & in Beniamin prophetauit: e ciuitatis suæ ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos mensuræ metri, versibusque reddidimus. Præterea ordinem visionum qui apud Græcos & Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarij eius qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermisimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præstolantes, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior: quia vos me cogitis. Cæterum ad compendium mali rectius fuerat modum furori eorum silentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid scriptitantem inuidorum insaniam prouocare.

ARGVMENTVM IN IEREMIAM.

IEREMIAS Anathothites, qui est viculus, tribus à Ierosolymis distans milibus, apud Thaphnas in Aegypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet verò in eo loco sepultus, quo dudum Pharao rex habitauerat. Et quoniam postulatione sua desugatis ab eodem loco serpentibus, Aegyptios à tactu aspidum facit esse securos, magna eum ibi religione Aegyptij venerantur.

PROPHETIA IEREMIAE.



VERBA Ieremiæ filij Helciæ, de sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth, in terra Beniamin. Quod factum est verbum domini ad eum in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto. Et factum est verbum domini ad me, dicens, Priusquā te formarem, in vtero, noui te: e antequam exires de vulua, ᵃsanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te. Et dixi, A, a, a, domine deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me, Noli dicere, Puer sum: quoniam ad omnia quæ mittā te, ibis: & vniuersa quæcunque mādauero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum: quia tecum ego sum vt eruam te, dicit dominus. Et misit dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit dominus ad me, Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gentes, e super regna: vt euellas, e destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Et factum est verbum domini ad me, dicens, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Virgam ᵇvigilantem ego video. Et dixit dominus ad me, Bene vidisti, quia ᶜvigilabo ego super verbo meo vt faciam illud. Et factum est verbum do-

ᵃ vel, præparaui, vel aliquos, iuxta quos Ch. interpres.

ᵇ ex amigdalo celeriter florētem.

ᶜ accelerabo verbū meum.

A Ieremiæ genus, & quo tēpore prophetauit.

Ieremias propheta gētium causatur imperitiam.

B Ieremias doctus a deo, e zelosus factus.

Infra. 18.

C Ostendit deus Ieremiæ imminentē Iudæis destructionē a Babylonijs.

mini secundò ad me, dicens, Quid tu vides? Et dixi, Ollā succensam ego
video, & faciem eius à facie aquilonis. Et dixit dñs ad me, Ab aquilo-
ne ʼpandetur) malum super omnes habitatores terrę. quia ecce ego cō-
uocabo oēs ʼcognationes) regnorū aquilonis, ait dominus: & venient,
& ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem,
D & super oēs muros eius in circuitu, & sup vniuersas vrbes Iuda. Et lo-
quar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorū qui dereliquerunt
me, & libauerunt dijs alienis. & adorauerunt opus manuum sua-
rum. Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia
quę ego pręcipio tibi. Ne formides à facie eorum ʼnec enim timere te
faciam vultum eorum.) Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem muni-
tam, & in columnam ferream, & in murum ęreum super omnem ter-
ram, regibus Iuda, principibus eius sacerdotibus, & populo terrę. Et
bellabunt aduersum te, & non pręualebunt: quia ego tecum sum, ait
dominus, vt liberem te.

Infra. 4. b

ʼ(soluet̃ cur-
retur)
ʼvel, familias

Iubet Iere-
mias verba
dei sine ti-
more nūtia-
re Iudęis.

ʼne forte con-
tere te faciaȝ an̄
eos.

CAPVT II.

A ET factum est verbū domini ad me, dicens, Vade, & clama in auri-
bus Ierusalem, dicēs, Hęc dicit dominus, Recordatus sum tui, ʼmise-
rans adolescentiā tuam, & charitatē desponsationis tuę, quādo sequu-
ta es me in deserto, in terra quę non seminatur. Sanctus Israel domino
primitię frugum eius: omnes qui deuorant eū, delinquunt: mala ve-
nient super eos, dicit dominus. Audite verbū domini domus Iacob,
& omnes cognationes domus Israel: hęc dicit dominus, Quid inuene-
runt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt se à me, & am-
B bulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt? Et non dixerunt, Vbi est
dominus qui ascendere nos fecit de terra Aegypti: qui traduxit nos p
desertū, per terram inhabitabilem & inuiā, per terrā ʼsitis) & ʼimaginē)
mortis, per terram in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo?
Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederet is fructum eius & bo-
na illius: & ingressi contaminastis terrā meam, & hereditatem meā po-
suistis in abominationē. Sacerdotes non dixerunt, Vbi est dominus: &
tenentes legem nescierunt me, & pastores pręuaricati sunt in me: & pro-
phetę prophetauerunt in Baal, & ʼidola sequuti sunt.) Propterea ad-
C huc iudicio contendam vobiscū, ait dñs: & cum filijs vestris disceptabo.
Transite ad insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considera-
te vehementer: & videte* si factū est huiuscemodi, Si mutauit gēs deos
suos, & certè ipsi non sunt dij: Populus verò meus mutauit gloriā suā
in ʼidolum.) Obstupescite cœli super hoc, & ʼportę eius) desolamini ve-
hementer, dicit dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me de-
reliquerunt ʼfontem) aquę viuę, & foderunt sibi cisternas: cisternas dissi-
patas, quę continere non valent aquas. Nunquid seruus est Israel, aut
vernaculus? quare ergo factus est in prędam? Super eum rugierunt leo-
nes, & dederunt vocem suā, posuerunt terram eius in solitudinem: ciui-
tates eius exustę sunt, & non est qui habitet in eis. Filij quoque Mempheos
& Taphnes ʼconstuprauerunt te vsque ad) verticem. Nunquid nō istud
factum est tibi, quia dereliquisti dominū deū tuum eo tempore quo du-
cebat te per vias? Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquā
ʼturbidam? & quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam flumi-
nis? ʼArguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito & vide
quia malū & amarū est reliquisse te dominū deū tuum, & non esse timo-
rem mei apud te: dicit dominus deus exercituum. A seculo ʼconfregisti
E. iugū meū, rupisti vincula mea: & dixisti. Non seruiam.) In omni enim
colle sublimi, & sub omni ligno ʼfrondoso) tu ʼprosternaberis meretrix.
Ego autem plantaui te vineam electam, omne semē verū: quomodo
ergo cōuersa est mihi in ʼprauum vinea aliena? Si laueris te nitro, & ʼmul-
tiplicaueris tibi herbam Borith: ʼmaculata es in iniquitate) tua coram
me, dicit dominus deus. Quomodo dicis, Non sum polluta, post Baalim

Cōmemo-
rat de⁹ bñfi-
cia sua erga
Iudęos.

ʼmisericordię
quam ẽstiti a-
dolescentię tuę,
& dilectionis
quā habui ad
pulchritudinē
tuā (ve, quum
despōdi te mi-
hi.)
ʼarduam
ʼvmbrę

In sacerdo-
tes & pphe-
tas dei con-
temptores.

ʼpostea q̃ non
potuerūt innu-
re ambulaue-
runt.

Iudęorum
malitiā ar-
guit aliarū
gentiū cpa-
ratione.

*diligētissime,
videte.
ʼin rem q̃ auxi-
liari non pōt.
ʼtimete
ʼvenarum

Destructi
Iudęi, ob
derelictum
deū, & D
fornicatio-
nē cop cum
idolis.

ʼcōfregerūt tibi

ʼNili
ʼCorripiet
ʼcōfregi iugum
tuum,
ʼvel, viridi
ʼdiscurrebas
ʼsarmēta vitis
alienę
ʼnihilominus
ʼconscripta est

Infra. 3. b

Iudęos pec-
catū suū nō
cognoscen-
tes punicit
de⁹ peccata

ECCLESIASTES, QVI AB HEBRAEIS COHELETH APPELLATVR.



ERBA [a] Ecclesiastę filij Dauid regis A
Ierusalem. Vanitas vanitatum, dixit Ec-
clesiastes: vanitas vanitatum, & oia vani
tas. Quid habet amplius homo de vni-
uerso labore suo quo laborat sub sole? Ge
neratio pręterit, & generatio aduenit, ter-
ra autem in ęternum stat. Oritur sol, &
occidit, & ad locum suum reuertitur, ibiq; B
renascens, gyrat per meridiem, & flectitur
ad aquilonem, lustrans vniuersa in circuitu pergit spūs, & in circu
los suos reuertitur. Omnia flumina intrant in mare, & mare nō
redundat: ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur vt iterum
fluant. Cunctę res difficiles: non pōt eas homo explicare sermo-
ne. Non saturat oculus visu, nec auris auditu impletur. Quid est
quod fuit: ipsum qđ futurū est. Quid est qđ factum est: ipsum qđ C
faciendum est. Nihil sub sole nouū, nec valet quisquam dicere, Ec
ce, hoc recens est. iam enim pręcessit in seculis, quę fuerunt ante
nos. Nō est priorum memoria: sed nec eorū quidem quę postea fu
tura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo.
Ego Ecclesiastes fui rex* Israel in Ierusalem, & proposui in ani-
mo meo quęrere & inuestigare sapienter de omnibus quę fiunt sub
sole. Hanc occupationem pessimam dedit deus filijs hominum,
vt occuparentur in ea. Vidi cuncta quę fiunt sub sole, & ecce vni- D
uersa vanitas, & afflictio spiritus. Peruersi difficile corriguntur,
& stultorum infinitus est numerus. Loquutus sum in corde meo,
dicens, Ecce magnus effectus sum, & precessi omnes sapientia, qui
fuerunt ante me in Ierusalem, & mens mea contemplata est mul-
ta sapienter, & didici. Dediq; cor meum vt scirem prudentiā at-
que doctrinā, erroresq; & stultitiam: & agnoui quòd in his quoq;
esset labor, & afflictio spiritus, eo quòd in multa sapientia, multa
sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & dolorem.

CAPVT II.

DIxi ego in corde meo, Vadam* & affluam delicijs, & fruar A
bonis. Et vidi quòd hoc quoque esset vanitas. Risum re-
putaui errorem: & gaudio dixi, Quid frustra deciperis? Cogita-
ui in corde meo abstrahere ā vino carnem meam, vt animū meū
transferrem ad sapientiam, deuitarémq; stultitiam, donec viderem
quid esset vtile filijs hominum, quod facto opus est sub sole nu-
mero dierum vitę suę. Magnificaui opera mea, & ędificaui mihi
domos, & plantaui vineas. feci hortos & pomaria, & conseui ea cū-
cti generis arboribus. Extruxi mihi piscinas aquarum, vt irriga-
rem syluam lignorum germinantium. Possedi seruos & ancillas,
multamq; familiam habui: armenta quoque & magnos ouium
greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem. Coaceruaa-
ui mihi argentum & aurum, & substantias regum & prouincia-
rum. Feci mihi cantores, & cantatrices & delicias filiorū hominum B
scyphos, & vrceos in ministerio ad vina fundenda. Et supergres-
sus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Ierusalem. sapien-
tia quoque perseuerauit mecū. Et omnia quę desyderauerunt ocu
li mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni volu-
ptate frueretur, & oblectaret se in his quę pręparaueram: & hanc
ratus sum partē meā, si vterer labore meo. Cumq; me conuertissem

Oia vanitas.

Inuestigatio rerū vana.

In affluentia deliciaę vanitas.

Aedificia & diuitias vana esse.

vel, concionatoris

superfluitatis (vel, quid vtilitatis est homini)

fuit
super
coelo.
afflictionem
vel cogitatio
Curuum non pōt dirigi, & defectus nō pt nūerari
cor meum vidit multitudinem sapientię & sciētię.
insaniamq;.
vel, molestia:
.i. q mlta experitur, multa suffert.
* nunc

experiar in lętitia viuere. .i. indulgenter.
Risui dixi, Insanis: & lętitię, Quid istud facis?
vt traherem in vinū, oblectari in delicijs carnis
& cor meū assuesceret
& tenerē bonū
filijq; domus erāt mihi. Heb.
peculiaria (.i. thesauros qbus solēt gloriari reges.)
fistulas & cānalia p quę aq̄ duceret. (Quidam, electas mulieres ex pda habui. Alij, q mihi essent a poculis.)
& hoc fuit ps ō oī

Alia vanitas ad vniuersa opera quę fecerā manus meę, & ad labores in quibus
sapientis & stulti vnū ē euentum. Infra. 9.a Prou. 17.d
frustra sudaueram, vidi in oibus vanitatē & afflictionē animi, & nihil permanere sub sole. Transiui ad cōtemplandā sapientiā, erroresq; & stultitiā (Quid est, inquā, homo vt sequi possit regem factorē suū?) Et vidi qd tm pręcederet sapientia stultitiā, quantū differt lux a tenebris. Sapiētis oculi in capite eius: stultus in tenebris
C ambulat. Et didici qd vnus vtriusq; esset interitus. Et dixi i corde meo, Si vnus e stulti e meus occasus erit: quid mihi pdest qd maiorem sapientię dedi operā? Locutusq; cū mēte mea, animaduerti qd hoc quoq; esset vanitas. Nō.n. erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuū, & futura tpa obliuione cuncta pariter operient: moritur doctus sicr vt indoctus. Et idcirco tęduit me vitę meę videntē mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionē spiritus. Rursus detestatus sum oēm industriaz meam, quā sub sole studiosissimè laboraui, habiturus herede post me, quē ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit. & dominabitur in laboribus meis qbus desudaui & solicitus fui, & est quicquā tam vanum? Vnde cessaui, renuntiauitq; cor meum vltrà laborare sub so
D le. Nā quum alius laboret in sapientia e doctrina & solicitudine, homini otioso qsita dimittit. e hoc quoq; vanitas e magnū malū. Quid.n. proderit homini de vniuerso labore suo & afflictiōe spiritus, qua sub sole cruciatus est? Cuncti dies eius doloribus & ęrūnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. & hoc nōnne vanitas est? Nōne melius est comedere, e bibere, e ostēdere animę suę bona de laboribus suis? & hoc de manu dei est. Quis ita vorabit & delicijs affluet vt ego? Homini bono in conspectu suo dedit deus sapientiā & scientiam e lętitiā: peccatori autē dedit afflictionē e curā superfluā, vt addat e cgreget e tradat ei q placuit deo. sed & hoc vanitas est e cassa solicitudo mentis. C A. III.

Omnia tps hñt, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cœlo.
A Tempus nascendi, & tempus moriendi.
Omnia suo prouenīūt tpe atque transeunt.
Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est.
Tempus occidendi, & tempus sanandi.
Tempus destruendi, & tempus ędificandi.
Tempus flendi, e tempus ridendi.
B Tempus plangendi, e tempus saltandi.
Tempus spargendi lapides, e tempus colligendi.
Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus.
Tempus acquirendi, & tempus perdendi.
Tempus custodiendi, e tempus abijciendi.
Tempus scindendi, & tempus consuendi.
Tempus tacendi, e tempus loquendi.
Tempus dilectionis, e tempus odij.
Tempus belli, e tempus pacis.

Quid habet amplius homo de labore suo? Vidi afflictionē quaz dedit deus filijs hominum, vt distendantur in ea. Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorū, vt non inueniat homo opus, quod operatus est deus ab initio vsque ad finem. Et cognoui quod nō esset melius nisi lętari, e fa
C cere bene in vita sua. Omnis enim homo qui comedit e bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donū dei est. Didici quod oīa opera quę fecit deus, perseuerent in perpetuum. non possumus eis quicquam addere, nec auferre, quę fecit deus vt timeatur. Quod factū est, ipsum permanet: quę futura sunt, iam fuerunt: & deus instaurat quod abijt. Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitię iniquitatem. Et dixi in corde meo, Iustum e impium

vel, q venturus est post me regez, qui nō sit facturus qd iā fecerunt alij.
euentus.
euentus
scia e rectitudine.
qui nō laborauit in ea
vidi ego quod
enim
enim
occupationē (negotium)
cogitatio (cura) spiritus.
vel, tps cstituuntur
vel, tēporibus
lapides
vel occupationē
occupent se (affligantur)
pulchra
vel, seculū
cor
vel, attamen ne attinget
in eis
.i. sibi indulgere
Quod fuit, iā adhuc est:
requiret tps pñs (.i. pteritum tps faciet esse pñs, e pręsens preteritum.)
Et adhuc
ego

iudicabit deus, & tps omni rei tunc erit. Dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos deus, & ostēderet similes esse bestijs. Idcirco vnus interitus est hois & iumētorum, & equa vtriusq; cōditio. sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. similr spirant oīa, & nihil habet hō iumento amplius. cuncta subiacent vanitati. Et omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. Quis nouit si spiritus filiorū Adā ascendat sursum, & si spiritus iumentorū descendat deorsum? Et deprehēdi nihil esse melius quā lętari hoīem in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis.n. eum adducet, vt post se futura cognoscat?

D

CAPVT IIII.

Verti me ad alia, & vidi calumnias quę sub sole geruntur, & lachrymas innocentiū, & neminē ꝯsolatorē: nec posse resistere eorum violentię, cunctorū auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes: & fœliciorē vtroq; iudicaui qui necdū natus est, nec vidit mala quę sub sole fiunt. Rursum cōtēplatus sū oēs labores hoīum, & industrias animaduerti patere inuidię proximi, & in hoc ergo vanitas, & cura superflua est. Stultus ꝯplicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens, Melior est pugillus cū requie, quā plena vtraq; manus cum labore, & afflictione animi. Cōsyderans reperi & aliam vanitatē sub sole. vnus est, & scđm nō hʒ, non filium, non fratrem, & tñ laborare nō cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat, dicens, Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? & in hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima. Melius est ergo duos esse simul, quā vnum: hñt.n. emolumētum societatis suę: si vnus ceciderit, ab altero fulciet. vę soli: quia quū ceciderit, non hʒ subleuantem se. Et si dormierint duo, fouebunt mutuo: vnus quō calefiet? Et si quispiam preualuerit cōtra vnum, duo resistent ei: funiculus triplex difficile rumpit. Melior est puer pauper & sapiens, rege sene & stulto, qui nescit preuidere in posterum. Quòd & de carcere, catenisq; interdū qs egrediatur ad regnum: & alius natus in regno, inopia consumat. Vidi cunctos viuētes qui ambulant sub sole cum adolescente secundo q consurget pro eo. Infinitus numerus est populi omniū qui fuerūt ante eum: & qui postea futuri sunt, non lętabuntur in eo, sed & hoc vanitas & afflictio spūs. Custodi pedem tuum ingrediens domum dei, & appropinqua vt audias. Multo enim melior est obedientia, quàm stultorum victimę, qui nesciunt quid faciunt mali.

A Calūnię innocentiũ.

Labores hominũ superflui.

B

Solitarij molestia vana.

C

D

Obedientia victimę pferenda.

1. Reg. 15. c

Osee. 6. c

CAPVT V.

Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem corā deo. Deus enim in cœlo, & tu sup terras, idcirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequunt somnia, & in multis sermonibus inuenit stultitia. Si qd vouisti deo, ne moreris reddere. displicet eni ei infidelis & stulta promissio. sed quodcūq; voueris redde. multo q; melius est non vouere, quā post votū promissa nō reddere. Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam. neque dicas coram angelo, Non est prouidentia: ne fortè iratus deus ꝯtra sermones tuos dissipet cuncta opera manuū tuarū. Vbi multa sunt somnia, plurimę sunt vanitates, & sermones innumeri: tu vero deum time. Si videris calumnias egenorū & violēta iudicia, & subuerti iustitiā in pruincia, nō mireris sup hoc negotio: qa excelso excelsior est alius, & sup hos quoq; eminentiores sūt alij, & insup vniuersę terrę rex īperat seruiēti. Auarus nō iplebitur pecūia: & q amat diuitias, fructū nō capiet ex eis. & hoc ergo vanitas. Vbi multę sūt opes, multi q comedūt eas, Et qd pdest possessori, nisi qd cernit diuitias oculis suis? Dulcis ē somn operanti, siue

A Nō temere apud deum ꝓnūtiādū.

Votum.

Deu. 23. d

B

Dei ꝓuidētia non negāda.

Nō mirādū de egenorū oppressiōe.

Auarus.

Securitas laborantis.

C

qa tps est oī rei.
de statu filiorū, quō eligit eos de, & sinit apparere ac si essent iumenta inter sese.
Quia vn euētus
euent vn ē eis.
quia omnia
vel, hominum
quia hec portio eius est.
videat
Omnes
oppressiones
vel, aptitudinem operis
cogitatio
plenus
hoc additū ab īterprete. explicandę rei gratia.
spiritus.
calor erit eis:
filiū triplex non cito
admonitionē videre adhuc
quādo vadis ad
qa ꝓpinquior est ad audiendū q; ad suscipiendū sacrificiū stultorū: qa nesciunt facere volūtatē eius (vel, veni vt audias: hoc est melius q; sacrificium stultorum:

Quia
qa non voluntas est ei in stultis,
qd ignorat ipse:
Quia
volūtate (sub. diuina. vel ꝓpositū illud) qa excelsior custos sup excelsū, & adhuc celsiores sunt sup eos: ꝓterea ē rex in oī terra ad colēdū agrū.
qui diligit argētū

parum,siue multum comedat:saturitas aût diuitis nô sinit eû dor
mire. Est & alia infirmitas pessima,quã vidi sub sole:diuitie ɔser
uatę in malũ dñi sui. Pereũt.n.*in afflictiõe pessima gñauit filiũ,
q in sũma egestate erit. Sicut egressus est nud⁹ d vtero mrĩs suę, sic
reuertet,& nihil auferet secũ de labore suo. Miserabilis prsus ĩfir
mitas,Q uo venit,sic reuertet. Quid ergo pdest ei qd laborauit i
vẽtũ? Cũctis*dieb⁹ vitę suę comedit ĩ tenebris & ĩ curis multis, &

D in ęrũna atq tristitia. Hoc itaq visũ est mihi bonũ *vt cõedat qs
& bibat,& fruat lętitia ex labore suo quo laborauit ipse sub sole nu
mero diep vitę suę,quos dedit ei deus,& hęc est ps illi⁹. Et oĩ hoĩ
cui dedit deus diuitias,atq substãtiã,ptãteq; ei tribuit vt comedat
ex eis,& fruat pte sua,& letetur de labore suo:hoc est donum dei.
Non enim satis recordabitur dierum vitę suę,eo quod deus occu
pet delicijs cor eius.

CAPVT VI.

A EST & aliud malũ qd vidi sub sole.& qdẽ frequẽs apud hoĩes,
Vir cui dedit de⁹ diuitias & subaz & honorẽ, & nihil deest aĩę
suę ex oĩbus quę desyderat:nec tribuit ei ptãtẽ deus vt comedat ex
eo,sed hõ extraneus vorabit illud hoc vanitas, & miseria magna
est. Si genuerit qspiã centũ liberos,& vixerit multos annos,& plres

B dies ętatis habuerit,& aĩa illius nõ vtat bonis substãtię suę,sepul
turaq; careat:de hoc ego pronũtio qd melior illo sit abortiuus.
Frustra.n.venit,& pgit ad tenebras,& obliuiõe delebit nomẽ eius.

C Nõ vidit solẽ,neq cognouit distãtiã boni & mali: Et si duob⁹ mil
lib⁹ annis vixerit,& nõ fuerit pfruitus bonis.nõne ad vnũ locuz
pperãt oĩa? Oĩs labor hoĩs in ore eius:sed aĩa eius nõ ĩplebitur.
Quid hz ãplius sapiẽs ã stulto? & qd paup,nisi vt pgat illuc, vbi ẽ

D vita? Meli⁹ est videre qd cupias, quã desyderare qd nescias. sed
& hoc vanitas est,& psũptio spũs. Qui futurus est,iã vocatũ est no
mẽ eius:& scit qd hõ sit,& nõ possit ɔtra fortiorẽ se ĩ iudicio ɔtẽde
re. Verba *sũt plurima,multaq; ĩ disputãdo hñtia vãitatẽ.

C. VII.

A QVid necesse est hoĩ maiora se quęrere,quũ ignorat qd cõdu
cat sibi in vita sua nũero diep pegrinatiõis suę,& tpe qd velut
vmbra pterit? Aut qs ei poterit indicare qd post eũ futurũ sub sole
sit? Melius est nomẽ bonũ,quã vnguẽta pciosa,& dies mortis die
natiuitatis. Melius est ire ad domũ luctus,quã ad domũ ɔuiuij.in
illa.n.finis cunctop admonet hoĩus,& viuẽs cogitat qd futurum
sit. Melior est ira risu:qa p tristitiã vultus, corrigitur aĩus delin
quẽtis. Cor sapientũ vbi tristitia est,& cor stultop vbi lętitia.
Melius est ã sapiẽte corripi,quã stultop adulatiõe decipi: qa sicut
sonitus spinarũ ardentiũ sub olla,sic risus stulti.sed & hoc vanitas.
Calũnia ɔturbat sapientẽ,& perdet robur cordis illius. Melior

B est finis orõnis,quã pncipiũ. Melior est patiẽs arrogãte. Ne sis
velox ad irascendũ:qa ira in sinu stulti reqescit. Ne dicas,Quid pu
tas cãę est qd priora tpa meliora fuere quã nũc sunt? stulta.n.est hu
iuscemodi interrogatio. Vtilior est sapiẽtia cũ diuitijs, & magis
pdest vidẽtibus solẽ. Sicut.n.ptegit sapiẽtia,sic ptegit pecunia. hoc
autẽ plus hz eruditio & sapiẽtia,qd vitã tribuũt possessori suo.
Cõsydera opa dei, qd nemo possit corrigere,quẽ ille despexerit.
In die bona fruere bonis, & malã diẽ pcaue.sicut.n.hãc sic & illaz
fecit de⁹,vt nõ ĩueniat hõ ɔtra eũ iustas qrimonias. Hęc quoq

C vidi in diebus vanitatis meę. Iustus perit in iustitia sua, & impius
multo viuit tpe in malitia sua. Noli esse iustus multuz: neq; plus
sapias,quã necesse est,ne obstupescas. Ne impie agas multuz:&
noli esse stultus,ne moriaris in tpe non tuo. Bonũ est te sustenta
re iustũ,sed & ab illo ne subtrahas manũ tuã:quia qui timet deum,
nihil negligit. Sapientia confortauit sapientẽ, sup decẽ pa

Left margin:
Molestia diuitis.
Iob.20.c
Iob.1.d
1.Tim.6.b
Auari diuitis calamitas.
Virib⁹ suis maiora nõ quęrẽda.
Prouer.22.a
Quę inter multa magis eligẽda
Ira vitãda.
Alia vãitas

Right margin:
*diuitię
& nõ remanet ĩn manu eius qcquã.
etiam hęc est.
*etiam
vel,molestijs
*& pulchrum,
videat bonuz ex omni
quia hęc
etiam
vel,exaudit pp lętitiaz cordis eius.
mala
saturetur
*etiã
requiẽ huic magis qz illi
pauperi pdest sci re ambulare corã ijs qui iuxte viuũt
Melior est visio oculop qz qd aĩa eat(.i.incõstans)
*enim
Quid hz ampli⁹ hõ? Quis.n.scit
vanitatis
bonũ fit cor.
qd vir audiat cãticũ stultorum:
Violẽtia insanire facit sapientẽ & bonũ pdit cor.
(Alij vertũt, cor mite.) vel,rei,
Scia aũt cellsior ẽ qz sapiẽtia:qd viuificat hñtes se.
curuauerit.
in diẽ malã vide
ẽt hãc e regione illius fecit deus,
Oĩa ɔstruas te.
paucas(vel,occu pes te sub.ĩ rebus secularibus,)
apprẽdere
egrediet.(.i.eua det hęc omnia.)
vel,roborabit
magis qz

dipes ciuitatis. Non est.n.hō iustus in terra, qui faciat bonū, e nō
peccet. Sed e cunctis sermonibus qui dīr, ne accōmodes cor tuuz;
ne forte audias seruū tuū maledicentē tibi. scit.n. ɔscientia tua qa
& tu crebro maledixisti alijs. Cuncta* tētaui in sapia. Dixi, Sapiēs
efficiar: & ipsa longius recessit à me multo magis quā erat: e alta
ɔfunditas, qs inueniet eā? Lustraui vniuersa aīo meo, vt scirez &
ɔsyderarē, & quęrerē sapiam & rōnē, & vt cognoscerē īpietatē stul
ti, e errorē īprudentium: & inueni amariorē morte mulierem, ᶠquę
laqueus venatorꝫ est, ᵍe sagena cor eius, vincula sunt manus illi'.
qui placet deo, effugiet illā: qui aūt peccator est, capiet ab illa. ᵗEc
ce ˋhoc inueni, dixit Ecclesiastes, vnū & alterꝫ, vt inuenirē rōnem,
quā adhuc quęrit aīa mea, & nō inueni. Virū de mille vnū reperi:
mulierem ex omnibus nō inueni. Solūmodo hoc inueni, qđ fecerit
deus hoiem rectum. e ipse se infinitis miscuerit qōnibus. Quis ta
lis vt sapiens est? e quis cognouit solutionē verbi. C. VIII.

SApientia hominis lucet in vultu eius, ᵃe potentissimus faciem
illius cōmutabit.) Ego os regis obseruo, e pręcepta iuramenti
dei. Ne festines recedere à facie eius, neq; permaneas in ope malo:
quia oē qđ voluerit faciet, e sermo illius ptāte plenus est: nec dice
re ei quisquā pōt, Quare ita facis? Qui custodit ᵇpceptū, ᶜnō expe
rietur quicquā mali. Tps ad ᵈrñsionem ᵉcor sapientis intelliget.
Omni.n. negotio tps est, e opportunitas: & multa hois ᶠafflictio: \
qa ignorat ᶠpręterita, ᵍe futura nullo scire pōt nuntio. Non est in
hois ptāte ɔhibere spūm, nec hz ptātē in die mortis, nec ᶠsinit quie
scere ingruēte bello, ᵍneq; ʰsaluabit ⁱīpietas impiū. Oīa hęc ɔsyde
raui, e dedi cor meum in cūctis operibus quę fiunt sub sole: Inter
dum dominatur hō homini in malū suū.* Vidi īpios sepultos: ᵃq
etiam quum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur
in ciuitate quasi iustoꝝ opeꝝ. \sed & hoc vanitas est. Etenīz quia
non profert cito ɔtra malos snīa, absq; timore vllo filij hoīuz ppe
trant mala. ᵃA (tamen) peccator ex eo qđ centies facit malum, ᵇ &
per patientiā sustentatur, ᶜego cognoui qđ erit bonuz timentibus
deum qui verent faciem eius. ᵈNon sit ᵉbonū impio, nec prolon
gentur dies eius, sed quasi vmbra transeant q non timet faciez do
mini. Est & alia vanitas, quę fit super terrā. sunt iusti qbus ma
la proueniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impij q ita
securi sunt, quasi iustorū facta habeant. sed & hoc vanissimum iu
dico. Laudaui igitur lętitiam, qđ non esset homini bonū sub so
le, nisi qđ comederet, & biberet, atq; gauderet: & hoc solū secū au
ferret de labore suo in diebus vitę suę quos dedit ei deus sub sole.
: Et apposui cor meū vt scirem sapientiaz, eᵃintelligerē distentio
nem ᵇquę versatur in terra. est homo qui diebus e noctibus somnū
non capit oculis. Et intellexi qđ omnium operū dei nullam possit
hō inuenire rōnem eoꝝ quę fiunt sub sole: e quāto plus laborauerit ad quęrendum, tanto minus inueniet. etiaz si dixerit sapiens se
nosse, non poterit reperire. CAP. IX.

OMnia hęc tractaui in corde meo, vt ᵃcuriose intelligerē:) Sunt
iusti, atq; sapientes, & opera eorū in manu dei: ᵇe tū nescit hō
vtrū amore, an odio dignus sit: sed oīa in futurꝝ seruant incerta, eo
qđ vniuersa ęque eueniāt iusto & ipio, bono e malo, mūdo e im
mūdo, īmolanti victimas & sacrificia ɔtēnenti. sicut bonus, sic &
peccator: vt ᶜpiurus, ita e ille q verꝝ deierat.) Hoc est pessimū inter
oīa quę sub sole fiūt, quia eadē cunctis eueniūt. vñ e corda filiorū
hoīuz īplent malitia, & ᵈɔtēptu in vita sua,) & post hęc ad inferos
deducunt. ᵉNemo est q semp viuat, e q huius rei hēat fiduciā: ᶠme
lior est canis viuus leone mortuo. Viuētes.n. sciūt se esse morituꝛ

Left margin notes:
ᵉhęc
ᶠquia est sicut ha
mi (vel, retia,)
ᵍvide,
ᵃe fortitudo faciei
illius mutabit (.i.
audax, in accept⁹.
ᵇverbum
ᶜiudicium (oppor
tunitatē faciēdi)
ᵈvel, malum:
ᵉfutura,
ᶠnon relinquet li
ber in prelio.
ᵍeruet
ʰEt tunc (ibi)
ⁱqui ierāt e ambu
lauerāt i loco scō,
& obliuioni tradi
ti sunt in ciuitate
vbi sic fecerant.
ᵃTametsi,
ᵇe plongentur ei
dies:
ᶜvel, Non erit
ᵃviderem occupa
tiones, (vel, curā,)
ᵇvt examinarē cū
cta hęc: qđ
ᵃVerūtn̄ nemo est
q amorē aut odiū
nouerit
ᶜvt iurās, ita & q
iuramētū timet.
ᵈinsania in corde
suo qđdiu viuunt.
ᶠIlli.n. q sociatur
ad omnes viuētes
spes est. Alij. Cui
cūq.n. electo iter
oēs viuentes, est
spes quia

Right margin notes:
Nēo a pec
cato purus.
3. Reg. 8. e
2. Para. 6. g
D
Prou. 20. b
1. Ioā. 1. d
Mulier.
Amaramu
lier sola dei
gra vitat.
Sapientię
cognitio.
Prou. 17. d
Os regis ob
seruādum.
B
A lię vani
tates
C
D
In lętitia vi
uendum.
Opa dei ab
hoīe īperue
stigabilia.
A
Per iustitiā
opeꝝ nescit
hō an amo
re vel odio
dignus sit.
B

ros, mortui verò nihil nouerũt amplius, nec hñt vltra mercedem: qa obliuioni tradita est memoria eorũ. Amor quoq;,* & odiũ, & inuidię simul perierunt, nec hñt partẽ in hoc seculo, & in ope qđ sub sole geri'. Vade ergo, ę comede in lętitia panẽ tuũ, ę bibe cũ gaudio vinũ tuũ: quia deo placent opa tua. Oĩ tpe sint vestimẽta tua candida, ę oleũ de capite tuo nõ deficiat. Perfruere vita cũ vxore quã diligis cũctis diebus vitę' instabilitatis tuę, qui dati sũt tibi sub sole omni tpe vanitatis tuę. hec est.n. pars* in vita, ę in labore tuo quo laboras sub sole. Quodcũq; 'facere põt manus tua, instanter opare: 'quia nec opus, nec rõ, nec sapiẽtia, nec sciẽtia erũt apud' inferos, 'quõ tu pperas. Verti me ad aliud, ę vidi sub sole, 'nec velociũ esse cursum, nec fortiũ belliũ, nec sapientiũ panes, ' nec doctorum diuitias, nec artificũ gratiã: sed tps, casumq; in oĩbus'. Nescit* homo finẽ suũ, sed sicut pisces capiunt hamo*, ę sicut aues laqueo cõprehendunt: sic capiunt hoĩes tpe malo, quum eis extẽplo superuenerit. Hanc quoque sub sole vidi sapientiã, & probaui maximam: Ciuitas parua, & pauci in ea viri. venit ɔtra eam rex magnus, & vallauit eã, extruxitq; munitiones' per gyrũ, ę perfecta est obsidio. 'Inuentusq; est in ea vir pauper & sapiens, ę liberauit vrbem per sapientiã suã, & nullus deinceps recordatus est hoĩs illius pauperis. Et dicebã ego, meliorẽ esse sapiẽtiã fortitudine: quo ergo sapiẽtia pauperis cõtempta est, & verba eius nõ sunt audita? Verba sapientium audiuntur in silentio, plus quàm clamor principis inter stultos. Melior est sapientia, quàm arma bellica: '& qui in vno peccauerit, 'multa bona perdet.

Vluendum ĩ hilaritate. | C | Finis hoĩs inſperatus. | D | Sapientię cõmẽdatio. | Sapiẽ 6, a

*co.(.I. non amplius amant &c.) | 'vanitatis | *tua | 'inuenerit ad faciendũ, secundum vires tuas fac: | 'sepulchrum, | 'ad cursus velociũ ad bellũ, fortes ad victũ acqrẽdũ idoneum: ad diuitias, prudẽtẽ esse: vt acceptus nõ cõducit qđ rẽ cõmode tractet, sed oĩa sũt pofita in tpe *etiã | *malo | 'ad eã magnas. | 'sed vnic' pctõr,

CAPVT X.

M'Vscę morientes perdunt suauitatem vnguenti.' Pretiosior est sapientia & gloria, parua & ad tps stultitia. Cor sapientis in dextera eius, ę cor stulti in sinistra illius. Sed in via stultus ambulans, quũ ipse insipiens sit, oẽs stultos ęstimat. Si spiritus potestatem hñtis' ascenderit super te, locũ tuũ ne dimiseris: 'quia' curatio 'faciet cessare peccata maxima. Est malum qđ vidi sub sole, 'quasi per errorem egrediens à facie pncipis: 'politũ stultũ in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis: ę pncipes ambulãtes super terrã quasi seruos. Qui fodit foueã, incidet in eã: & qui dissipat sepem, mordebit eũ coluber. Qui trãsfert lapides, affliget in eis: ę qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis. Si retusum fuerit ferrũ, & hoc nõ vt prius, sed hebetatũ fuerit, multo labore exacuetur, '& post industriã sequetur sapiẽtia.' Si mordeat serpens in silẽtio, nihil eo minus hz qui occulte detrahit. Verba oris sapiẽtis grã: ę labia insipiẽtis pcipitabunt eũ. Initiũ vborũ ei' stultitia, & nouissimũ oris illius error pessimus. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit: & quid post se futurum sit quis ei poterit indicare? Labor stultorum affliget eos: qui nesciunt in vrbẽ pergere. Vę tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Beata terra, cuius rex nobilis est, ę cuius principes vescuntur in tẽpore suo ad 'reficiendu3, & non ad luxuriã.' In pigritiis' humiliat 'ɔtignatio, ę in' ĩfirmitate 'manuũ pstillabit dom'.' In risu 'faciũt panẽ, ę vinũ vt epulent viuẽtes: ę pecunię obediũt oĩa. In cogitatiõe tua regi ne detrahas, ę in secreto cubiculi tui non maledixeris diuiti: quia & auis cœli portabit vocem, & qui habet pẽnas' annuntiabit sniam.'

A | Sapientis ę stulti dĩ a. | B | Alia vãitas | Prou. 26.d | Ecclesiasti. 27.d | C | Detractor occult' cui similis. | D | Sub rege puero ĩ fœlicitas: sub nobili xo, Prosperitas

'Sicut muscę morituę fœtere faciũt, vnguẽtũ aromatarij: sic hoĩem ptiosũ sapiẽtia ę gloria, parua stultitia. | 'pcesserit ɔtra voluntatẽ tuã, ne cõmouearis.) | 'lẽitas (vl, sãitas) | 'nẽpe iprudentia ę quę egreditur a facie dominãtis inter potẽtes admodũ frequens | '& excellẽtia rectũ facere sapientia3. Quidã sic vertũt, sic quoq; seqtur sapiẽtia ipę studiũ) | 'fortitudinẽ, ę nõ pp potationem. | 'decidit | 'negligentia | 'vel, Ad risũ (siue luxum) | 'indicabit * huq.

CAP. XI.

M Itte panẽ tuũ sup transeuntes aquas: quia post tpa multa inuenies illũ. 'Da partẽ, septẽ, necnõ ę octo: 'qa ignoras qđ futurũ sit mali super terram. Si repletę fuerint nubes, imbrem super terrã effundent. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocũq; loco ceciderit, ibi erit. Qui obseruat ven-

A | Doctrina seminãda.

'.i. Distribue septenis ę octonis:

ventri,
cógruat (aut re-ctum sit,)
Vel sic, ipse tñ so lũ recordal dieruз malorũ quod tam multi sunt, oẽ q̃ͦ obuenit ei ẽ malũ.
vel, molestiam, tędium
vel, iuuentus (siue pueritia)
quod tam paucę factę sunt,
consurget
De excelso
vel, reprobabitur coitus, & onerabitur dorsum,
desyderium. (affectus,)
elongetur
cõfringatur fons aure, (vel, deficiat lenticula aurea,)
vel, fontem.
cognitionem
auscultare fecit:
Ecclesiastes
accepta,
q̃ p magistros cõgregationis, sub. scripta. vel, magri cõgregationũ qui dati sunt &c.)
monit' esto. vel, residuũ ab his fili mi caue
doctrina multa (.i. multũ concionari)
sermonis omnis (vel, rerũ omniũ)
vel, quia ptinet ad omnes hoies.
omne absconditũ,

vel, amores eius
vt odore percipiatur bonum vnguentum tuum.
vel, conclauia
desyderabilis (accepta,)
vel, cortinę (tapetia)
aspexit irati sũt

tum, nõ seminat: & qui cõsyderat nubes, nunq̃ metet. Quo modo ignoras quę sit via spiritus, & qua ratione cõpinguantur ossa in ventre prægnãtis: sic nescis opa dei qui fabricator est omniũ. Mane semina sementem tuam, & vespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc an illud: & si vtrũq; simul, melius erit. B

Oĩa cõmittẽda diuinę prouidẽtię.

Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solẽ. Si annis multis vixerit homo, & in his oĩbus lętus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierũ multorũ: qui quum venerint, vanitatis arguentur pręterita. Lętare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuuз in diebus iuuentutis tuę, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorũ tuorũ, & scito q̃ pro omnibus his adducet te deus in iudiciũ. Aufer irã à corde tuo, & amoue malitiaз à carne tua. Adolescẽtia enim, & voluptas vana sunt. C A. XII. C D

Memento creatoris tui in diebus iuuẽtutis tuę, anteq̃ veniat tẽpus afflictionis tuę, & appropinquẽt anni, de q̃bus dicas, non mihi placent. anteq̃ tenebrescat sol, & lumẽ, & stellę, & luna, & reuertantur nubes post pluuiã: q̃n cõmouebuntur custodes domus, & nutabũt viri fortissimi, & otiosę erũt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes p foramina. Et claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis, & cõsurgent ad vocẽ volucris, & obsurdescent oẽs filię carminis. Excelsa quoq; timebunt, & formidabũt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur cappatis, qñ ibit hõ in domũ ęternitatis suę, & circuibũt in platea plãgentes. Antequã rũpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & cõteratur hydria sup fontẽ, & cõfringatur rota super cisternã. Et reuertatur puluis in terrã suã vnde erat, & spiritus redeat ad deũ qui dedit illuз. Vanitas vanitatũ dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas. Quumq; esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populũ, & enarrauit quę fecerat: & inuestigans cõposuit parabolas multas. Quęsiuit verba vtilia, & cõscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos. Verba sapientium, sicut stimuli, & quasi claui in altũ defixi, quę per magistrorũ concilium data sunt à pastore vno. His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis: frequensq; meditatio, carnis afflictio est. Finem loquendi, pariter omnes audiamus. Deũ time, & mãdata eius obserua: hoc est enim omnis homo, & cuncta quę fiunt, adducet deus in iudicium pro omni abscondito, siue bonũ, siue malũ sit.

A Cogitãdus deus à teneris annis. B C D

CANTICVM CANTICORVM SALOMOnis, quod Hebraice dicitur Sir hasirim.



SCVLETVR me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Oleũ effusum nomen tuũ: ideo adolescentulę dilexerũt te. Trahe me: post te curremus. Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus & lętabimur in te, memores vberũ tuorũ super vinuз: recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa filię Ierusalẽ, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me cõsyderare q̃ fusca sim, quia decolorauit me sol, filij matris meę pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui. Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Si ignoras te o pulchra inter mulieres, egredere, & abi post

A Hoc cãticũ totũ est mysticũ Christi erga spõsaз suã ecclesiã, ac rursum B sponsę erga Christum comprehensibilis amoris plenissimum. C

vestigia gregum tuorũ, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pa
storum. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica
mea. Pulchrę sunt genę tuę sicut turturis: collum tuũ sicut mo
nilia. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.
Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suũ. Fa
D fasciculus mirrhę dilectus meus mihi, inter vbera mea cõmorabitur.
Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu pul
chra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarũ. Ecce
tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noster floridus: tigna
A domorũ nostrarũ cedrina, laquearia nostra cypressina. CA. II.
EGo flos cãpi, & lilium cõuallium. Sicut lilium inter spinas sic
amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna syluarũ, sic di
lectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem desyderaueram, sedi:
& fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me in cellã vinariã,
ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me
malis: quia amore langueo. Leua eius sub capite meo, & dextera
B illius amplexabitur me. Adiuro vos filię Ierusalẽ per capreas, cer
uosq; camporũ, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec
ipsa velit. Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, trã
siliens colles. Similis est dilectus meus caprę, hinnuloq; ceruorũ.
en ipse stat post parietem nostrũ respiciens per fenestras, prospiciẽs
C per cancellos. Et dilectus meus loquitur mihi, Surge, propera ami
ca mea, formosa mea, & veni. iam enim hyems trãsijt, imber abijt,
& recessit. Flores apparuerũt in terra, tempus putationis aduenit:
vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos,
vineę florentes dederunt odorem suũ. Surge amica mea, speciosa
mea, & veni. Colũba mea in foraminibus petrę, in cauerna ma
D cerię, ostende mihi faciem tuã, sonet vox tua in auribus meis: vox
enim tua dulcis, & facies tua decora. Capite nobis vulpes paruu
las quę demoliuntur vineas. nam vinea nostra floruit. Dilectus
meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, &
inclinentur vmbrę. Reuertere: similis esto dilecte mi caprę, hinnu
loq; ceruorum super montes Bether. CAP. III.
A IN lectulo meo per noctes quęsiui quẽ diligit anima mea: quęsi
ui illũ, & non inueni. Surgã*, et circuibo ciuitatẽ: per vicos et pla
teas quęrã quem diligit anima mea. quęsiui illũ, & nõ inueni. In
uenerunt me vigiles, qui custodiũt ciuitatẽ. Num quẽ diligit ani
ma mea, vidistis? Paululũ quum pertransissem eos, inueni quẽ dili
B git anima mea: tenui eũ, nec dimittã, donec introducã illum in do
mum matris meę, & in cubiculũ genitricis meę. Adiuro vos filię
Ierusalẽ per capreas, ceruosq; camporũ, ne suscitetis, neq; euigila
re faciatis dilectam, donec ipsa velit. Quę est ista quę ascendit per
desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę, & thuris, &
C vniuersi pulueris pigmentarij? En lectulum Salomonis sexaginta
fortes ambiunt ex fortissimis Israel. omnes tenentes gladios, & ad
bella doctissimi. vniuscuiusq; ensis super femur suum propter timo
res nocturnos. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani.
D Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum
purpureum: media, charitate constrauit propter filias Ierusalem.
Egredimini & videte, filię Sion, regem Salomonem in diadema
te, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, &
in die lętitię cordis eius. CAP. IIII.
A QVàm pulchra es amica mea, quã pulchra es. Oculi tui colũba
rum, absq; eo quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges ca
prarum quę ascenderũt de monte Galaad. Dentes tui, sicut greges
tonsarũ, quę ascenderũt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, &

propter thorim (sunt ornamenta faciei: quidam interpretantur margaritas) pptet thorim.
copher (spẽs est aromatica, quam camphorã vocãt)
trabes nostrę abiegne.

vel, rosa in Saron (.i. planitie)
& amor vexillum eius super me.
vel, phialis vitreis, (vinarijs.)
vel, confortate (aut fulcite)

vuę minutę (.i. florentes, & incipientes, gẽmas agẽ)
vel, sculturis
vel, abscõdito sępiũ, graduũ aut locorũ eminentium
desyderabilis. (delectabilis.)
vineę nrę, vuę minutę sunt (.i. gẽmas producunt.)

nunc
circumeunt

columnę
Lecticam (Thalamum)
vel, stratũ (opertorium)
sellã purpuream, medium eius. stratum amore (.i.

Ecce tu
pręter comã tuã. (vel, intra crines tuos, aut pręter vitã tuã.) & infra.
detonsę sunt
vel, gemellos fœtus sunt,

filum coccineū sterilis non est inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genę tuę, absq; eo quod intrinsecus latet. Sicut turris Dauid collum tuū, quę ędificata est cū propugnaculis. mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreę gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur vmbrę. Vadā ad montem myrrhę, & ad collem thuris. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonū, de montibus pardorū. Vulnerasti cor meū soror mea sponsa, vulnerasti cor meū in vno oculorū tuorum, & in vno crine colli tui. Quàm pulchrę sunt mammę tuę soror mea sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorū tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorū tuorū sicut odor thuris. Hortus cōclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuę paradisus malorum punicorū cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis. Fons hortorū: puteus aquarum viuentiū, quę fluunt impetu de Libano. Surge aquilo, & veni auster, perfla hortum meū, & fluent aromata eius.

B

C

D

CAP. V.

A

VEniat dilectus meus in hortū suū, & comedat fructū pomorū suorū. Veni in hortū meū soror mea spōsa, messui myrrhā meā cū aromatib⁹ meis: comedi fauū meū cū melle meo, bibi vinū meū cū lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Ego dormio, & cor meū vigilat: vox dilecti mei pulsantis, Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, Immaculata mea: quia caput meū plenū est rore, & cincinni mei guttis noctiū. Expoliaui me tunica mea, quō induar illa? laui pedes meos, quō inquinabo illos? Dilectus meus misit manū suā per foramē, & vēter meus intremuit ad tactū eius. Surrexi, vt aperirē dilecto meo: man⁹ meę stillauerūt myrrhā, & digiti mei pleni sunt myrrha ꝓbatissima. Pessulū ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atq; trāsierat. Aīa mea liquefacta est vt dilectus loquutus est: quęsiui, & nō inueni illū: vocaui, & nō respondit mihi. Inuenerūt me custodes qui circūeunt ciuitatem: percusserūt me, & vulnerauerūt me, tulerunt pallium meū mihi custodes murorū. Adiuro vos filię Ierusalem, si inueneritis dilectum meū, vt nuntietis ei quia amore langueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos? Dilectus meus candidus & rubicūdus, electus ex millibus. Caput eius aurū optimū. Comę eius sicut elatę palmarū, nigrę quasi coruus. Oculi eius sicut columbę super riuulos aquarū, quę lactę sunt lotę, & resident iuxta flueta plenissima. Genę illius sicut areolę aromatū cōsitę à pigmentarijs. Labia eius lilia distillātia myrrhā primā. Manus illius tornatiles aureę, plenę hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus sapphiris. Crura illius colūnę marmoreę, quę fundatę sunt sup bases aureas. Species eius vt Libani, electus vt cedri. Guttur illius suauissimū, & totus desyderabilis. talis est dilectus meus, & iste est amicus meus filię Ierusalē. Quò abijt dilectus tuus o pulcherrima mulierū? quò declinauit dilectus tuus, & quęremus eū tecū?

B

C

D

CA. VI.

A

DIlectus meus descendit in hortum suum ad areolā aromatū, vt pascatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalem: terribilis vt castrorū acies ordinata. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Ca-

filum coccineū sterilis non est inter eas.
vel, iucundū (delectabile.)
vel, ad docendū.
omnes clypei
Mecum de
mecum de
prospice
Abstulisti &c.
vna torque
pulchri sūt amores tui & infra.
Libani.
fons conclusus,
vel, Propagines
dulcibus
Cepharim (spēs aromatica est.)
pręcipuis (optimis) aromatibus.
electorum (delicatorum)
destillauerunt myrrha ad pessulum.
egressa
meum quod erat super me
prę dilectis alijs, & infra.
insignis prę decē
obrizum.
Cincinni eius crispi (accumulati)
fluentem.
vt annuli aurei, pleni chrysolitis (vel, hyacinthis)
vt candidū ebur obductum
auri obrizi.
vel, Aspectus
sicut Thirsa:
vel, insolescere.

B pilli tui sicut grex caprarũ, quę apparuerit de Galaad. Dentes tui
sicut greges ouiũ quę ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœ-
tibus, & sterilis nõ est in eis. Sicut cortex mali punici, sic genę tuę
absq; occultis tuis. Sexaginta sunt reginę, & octoginta cõcubinę,
C & adolescentularũ non est numerus. Vna est colũba mea, perfecta
mea: vna est matri suę, electa genitrici suę. Viderunt eam filię, &
beatissimã prędicauerunt: reginę & cõcubinę, & laudauerunt eam.
Quę est ista, quę progreditur quasi aurora cõsurgens, pulchra
D vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorũ acies ordinata? Descendi
in hortum nucũ, vt viderem poma cõuallis, & inspicerem si flo-
ruisset vinea, & germinassent mala punica. Nesciui: anima mea cõ-
turbauit me propter quadrigas Aminadab. Reuertere, reuertere
Sulamitis: reuertere reuertere vt intueamur te. CAP. VII.

A QVid videbis in Sulamite, nisi choros castrorũ? Quàm pulchri
sunt gressus tui in calceamẽtis, filia principis. Iuncturę feminũ
tuorũ, sicut monilia quę fabricata sunt manu artificis. Vmbilicus
tuus crater tornatilis, nunquã indigens poculis. Venter tuus
sicut aceruus tritici, vallatus lilijs. Duo vbera tua, sicut duo hin-
B nuli gemelli capreę. Collum tuũ sicut turris eburnea. Oculi tui si-
cut piscinę in Hesebon, quę sunt in porta filię multitudinis. Na-
sus tuus sicut turris Libani, quę respicit contra Damascum. Caput
tuũ vt Carmelus: & comę capitis tui, sicut purpura regis iuncta
canalibus. Quàm pulchra es, & q̃ decora charissima in delicijs.
C Statura tua assimilata est palmę, & vbera tua botris. Dixi, Ascendã
in palmã, & apprehendã fructus eius: & erũt vbera tua sicut botri
vineę: & odor oris tui sicut odor malorũ. Guttur tuũ sicut vinum
optimũ, dignum dilecto meo ad potandũ, labijsq;, & dentibus il-
lius ad ruminandũ. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.
D Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, cõmoremur in villis. Manè
surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus par
turiunt, si floruerũt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea. Man-
dragorę dederunt odorem. In portis nostris omnia poma, noua
& vetera dilecte mi seruaui tibi. CAP. VIII.

A QVis mihi det te fratrẽ meũ, sugentẽ vbera matris meę, vt inue-
niã te foris, & deosculer te, et iã me nemo despiciat? Apprehen-
dam te, & ducã in domũ matris meę. Ibi me docebis, & dabo tibi
poculũ ex vino condito, & mustũ malorũ granatorũ meorũ. Læua
eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuro
vos filię Ierusalẽ, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectã donec
B ipsa velit. Quę est ista, quę ascendit de deserto, delicijs affluens,
innixa super dilectũ suũ? Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta
est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Pone me vt signaculũ
super cor tuum, vt signaculũ super brachiũ tuum: quia fortis est vt
mors, dilectio: dura sicut infernus, ęmulatio: lãpades eius, lãpa-
C des ignis, atq; flãmarũ. Aquę multę non poterũt extinguere cha-
ritatem, nec flumina obruent illã: si dederit homo omnem substan
tiam domus suę pro dilectione, quasi nihil despiciet eã. Soror
nostra parua, & vbera nõ habet. quid faciemus sorori nostrę in die
quãdo alloquenda est? Si murus est, ędificemus super eam propu-
gnacula argentea: si ostiũ est, cõpingamus illud tabulis cedrinis.
D Ego murus: & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum corã eo
quasi pacem reperiens. Vinea fuit Pacifico, in ea quę habet po-
pulos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille ar-
genteos. Vinea mea corã me est. Mille tui Pacifice, & ducenti
his qui custodiunt fructus eius. Quę habitas in hortis, amici
auscultant, fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, & assimi
lare capreę hinnuloq; ceruorũ super montes aromatum.

detonsę sunt
fragmen
intra cincinnos tuos. (aut pręter vittam tuam.)
videtur
vel virentia ad flumen.
posuit me vt simcurrus Aminadab (.i.ppl'i mei spontanei.)

rotundus.
temperamento. (vel, potu.i. femg plenus)
vel Bathrabbim.
vel coccineum:
vel, ligata in plicas (.i. optaret rex ligari in canalib' capillorũ eius, prę amore illius.)
Ista
ramos (ppagines)
qd delabitur in amicũ meũ suauiter, & facit vt labia veterũ loquãtur.
desyderiũ (appetitus)
vel, amores meos
poma optima (fructus electi)

tanquam
peperit te
peperit te
.i. firma & cõstãs,
prunę eius, prunę ignitę & flammę dñi (.i. vehementissimę)
cõtemnendo cõtemnent eum (.i. nihil proficiet)
est nobis
vel palatia
muniamus eam
turres: tunc fui
Ipsi Salomoni in Baalhamon:
vt singuli referrẽt tibi o Salomon,
vel socij.

LIBER SAPIENTIAE.



ILIGITE iuſtitiam,qui iudicatis terrã. Sen- A
tite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cor- Quõ deus
dis quærite illum:quoniã inuenitur ab his qui non quærendus,
tentant illũ : apparet autem eis qui fidem habẽt in & à quibus
illum. peruerſę enim cogitationes ſeparant à deo: inueniatur.
probata autem virtus corripit inſipientes. quoniã Iſa.56.a
in maleuolam animã non introibit ſapientia, nec
habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus enĩ B
ſanctus diſciplinę effugiet fictũ,& auferet ſe à cogi- De ſpiritu
tationibus quę ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſancto.
ſuperueniente iniquitate. Benignus eſt enim ſpiritus ſapientię, & non libe- Iere.4.e
rabit maledicum à labijs ſuis:quoniã renum illius teſtis eſt deus, & cordis
illius ſcrutator eſt verus, & linguę eius auditor. Quoniã ſpiritus domini
ᵃcogni- repleuit orbem terrarũ:& hoc quod continet omnia, ᵃſcientiam habet vo-
tione hẽt cis.ˀ Propter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latere, nec pęteriet illũ C
ſapientię. corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit : ſer-
monum autem illius auditio ad deum veniet, ad correptionem iniquitatũ
illius. Quoniam auris zeli audit omnia,& tumultus murmurationem nõ Murmura-
abſconditur. Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quę nihil prodeſt, & tio vitanda
à detractione parcite linguę. quoniam ſermo obſcurus in vacuũ non ibit: & detractio.
os autem quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in erro- D
re vitę veſtrę, neq; acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarũ. Mors.
Quoniam deus mortem non fecit, nec lętatur in perditione viuorum. Crea-
ᵇvt ſaluté uit enim, vt eſſent, omnia : & ᵇſanabilesˀ fecit nationes orbis terrarum : &
conſeque non eſt in illis medicamentum exterminij, nec infernorum regnum in ter- Iuſtitia per
rentur ra. Iuſtitia enim perpetua eſt, & immortalis : iniuſtitia autem, mortis eſt petua.
acquiſitio. impij autem manibus & verbis accerſierunt illam: & ęſtimantes
illam amicam, defluxerunt, & ſponſiones poſuerunt ad illam : quoniam
ᵇmorteˀ digni ſunt qui ſunt ex parte illius.

CAPVT II.

DIxerunt enim impij cogitantes apud ſe non recte, Exiguum,& cum tę- A
dio eſt tempus vitę noſtrę, & non eſt refrigerium in fine hominis, & Verba im-
non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis:quia ex nihilo nati ſumus, & poſt piorum de
hoc erimus tanquã ſi non fuerimus : quoniam fumus, afflatus eſt in nari- hoĩs fine.
ᵃſcintilla bus noſtris : & ſermo, ᵃſcintillęˀ ad cõmouendum cor noſtrum: ᵇquiaˀ ex-
ᵇqua tincta, cinis erit corpus noſtrum, & ſpiritus diffundetur tanquã mollis aer,
& tranſibit vita noſtra tanquam veſtigium nubis,& ſicut nebula diſſolue-
tur, quę fugata eſt à radijs ſolis & à calore illius aggrauata : & nomen no-
ſtrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit ope-
rum noſtrorum. Vmbrę enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt re- B
uerſio finis noſtri:quoniã conſignata eſt, & nemo reuertitur. Venite ergo, 1.Par.19.d
& fruamur bonis quę ſunt,& vtamur creatura tanq; in iuuentute celeriter. Iſa.56.d
Vino pretioſo,& vnguentis nos impleamus,& non pręt ereat nos flos tem-
poris. Coronemus nos roſis, antequã marceſcant: nullum pratum ſit quod nõ
pertranſeat luxuria noſtra. Nemo veſtrũ exors ſit luxurię noſtrę: vbiq; relin-
quamus ſigna lętitię:quoniã hęc eſt pars noſtra,& hęc eſt ſors noſtra. Op-
primamus pauperem iuſtũ, & non parcamus viduę, nec veterani reuerea-
mur canos multi tẽporis. Sit autem fortitudo noſtra, lex iniuſtitię. quod enim
infirmũ eſt, inutile inuenitur. Circũueniamus ergo iuſtũ, quoniã inutilis eſt C
nobis,& cõtrarius eſt operibus noſtris,& improperat nobis peccata legis, & Conſilium
diffamat in nos peccata diſciplinę noſtrę. Promittit ſe ſcientiam dei habe- Iudęorũ ad
re,& filiũ dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationũ no- uerſus xpm
ſtrarum. Grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt alijs Mat.27.e

vita illius, et immutatę sunt vię eius. Tãquã nugaces ęstimati sumus ab il
lo, & abstinet se a vijs nostris tanquam ab immunditijs, et pręfert nouissima
iustorum, et gloriatur patrem se habere deũ. Videamus ergo si sermones il
lius veri sint, et tentemus quę ventura sunt illi, et sciemus quę erunt nouissima
D illius. Si enim est verus filius dei, suscipiet illum, et liberabit illũ de manu
Mat.17.e contrariorum. Contumelia, et tormento interrogemus eum, vt sciamus re
uerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condem
nemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hęc cogitauerunt,
Iere.11.d et errauerunt: excęcauit enim illos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta
Gene.1.d. dei, neq; mercedem sperauerunt iustitię, nec iudicauerunt honorem anima
9.b.5.a rum sanctarum. Quoniam deus creauit hominem inexterminabilẽ, et ad ima
Eccli.17.a ginẽ similitudinis suę fecit illũ. Inuidia aũt diaboli mors introiuit in or
Gene.3.a bem terrarum. imitantur aũt illum, qui sunt ex parte illius. CAP. III.

A IVstorum autem animę in manu dei sunt, et non tanget illos tormentum
Martyrum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: & existimata est afflictio, exi
fœlicitas. tus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminium, & quod ã nobis est
Deut.33.a iter exterminij: illi aũt sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi
sunt spes illorũ immortalitate plena est. Et in paucis vexati, in multis bene
B disponentur: quoniam deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Tanquã
aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos,
et in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillę
Math.13.f in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, et dominabitur populis, &
regnabit dominus illorũ in perpetuũ. Qui confidunt in illo, intelligent ve
ritatem, et fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donũ & pax est ele
C ctis eius. Impij autem secundum quę cogitauerunt, correptionem habebũt:
Impiorum qui neglexerunt iustum, et à domino recesserunt. Sapientiam enim, et disci
pręmia. plinam qui abijcit, infœlix est: & vacua est spes illorum, & labores sine fru
ctu, et inutilia opera eorum. Mulieres eorum insensatę sunt, et nequissimi fi
lij illorum. Maledicta creatura eorum: quoniã fœlix est sterilis & incoinqui
nata quę nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione anima
rum sanctarum, & spado qui non operatus est per manus suas iniquitatẽ, nec
D cogitauit aduersus deum nequissima, dabitur enim illi fidei donum electũ,
& sors in templo dei acceptissima. Bonorum enĩ laborum gloriosus est fructus, et
quę non concidit radix sapientię. Filij aũt adulterorum *in cõsummatione* (* non ini tiati (vel imperfecti))
erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si quidem longę vitę
erunt, in nihilum cõputabuntur, et sine honore erit nouissima senectus illo
rum. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitio
nis allocutionẽ. Nationis enĩ iniquę, dirę sunt cõsumatiões. CA. IIII.

A O Quàm pulchra est casta generatio cum claritate immortalis est enim
De casta ge memoria illius: quoniam & apud deum nota est, & apud homines.
neratione fi Quum pręsens est, imitantur illam: & desyderant eam quũ se eduxerit, & in
delium. perpetuum coronata triũphat incoinquinatorum certaminum pręmium
vincens. Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & adulte
rinę plantationes non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collo
cabunt. Et si in ramis in tempore germinauerint: infirmiter posita, ã vento
B commouebuntur, et ã nimietate ventorum eradicabuntur. Confringentur
enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad mandu
candum, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filij qui nascuntur, te
Non ęstimã stes sunt nequitię aduersus parentes in interrogatione sua. Iustus autem
da senectus si morte pręoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis
annorum nu est non diuturna, neq; annorum numero computata. cani autem sunt sensus
mero. hominis: & ętas senectutis, vita immaculata. Placens deo factus dilectus,
C & viuens inter peccatores translatus est. raptus est, ne malitia mutaret in
tellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nu
gacitatis obscurat bona. & inconstantia concupiscentię transuertit sensum
sine malitia. Consummatus in breui expleuit tempora multa. placita enim

erat deo anima illius: propter hoc properauit educere illũ de medio iniquitatũ. populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in precordijs talia. Quoniã gratia dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Condẽnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius cõsummata longam vitam iniusti. Videbunt enim finem sapientis, & nõ intelligent quid cogitauerit de illo deus, & quare munierit illum dominus. Videbunt enim, & contemnent eum: illos autem dominus irridebit. & erunt post hęc decidentes sine honore, & in contumeliam inter mortuos in perpetuum: quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & cõmouebit illos a fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & memoria illorum peribit. Venient in cogitatione peccatorum suorũ timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorũ.

Impiorũ cõdẽnatio, iustorũ mors.

D

CAP. V.

A

Cõstãtia iustorũ cõtra persequutores, & horum gemitus & pœnitentia.

TVnc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatę salutis, gementes prę angustia spiritus: dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & prę angustia spiritus gementes, dicentes, Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitã illorũ ęstimabamus insaniã, & finem illorũ sine honore: ecce quomodo cõputati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorũ est. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitię lumen nõ luxit nobis, & sol intelligẽtię nõ est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viã autẽ dñi ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt oĩa illa tanquã vmbra, & tanquã nuntius percurrens: & tanquã nauis quę pertransit fluctuantem aquam: cuius, quũ pręterierit, nõ est vestigiũ inuenire, neq; semitam carinę illius in fluctibus. aut tanquam auis quę transuolat in aere, cuius nullũ inuenitur argumentũ itineris illius, sed tantũ sonitus alarum verberans leuem ventum: & scindens per vim itineris aerem, commotis alis transuolauit, & post hoc nullũ signũ inuenitur itineris illius. aut tanquã sagitta emissa in locum destinatum: diuisus aer cõtinuo in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius: sic & nos nati continuo desiuimus esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, in malignitate autem nostra cõsumpti sumus. Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt: quoniam spes impij tanquam lanugo est, quę à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quę à procella dispergitur: & tanquã fumus qui à vento diffusus est: & tanquã memoria hospitis vnius diei prętereuntis. Iusti autẽ in perpetuũ viuent, & apud dominũ est merces eorũ, & cogitatio illorũ apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu domini, quoniã dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturã zelus illius, & armabit creaturã ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. sumet scutũ inexpugnabile ęquitatem: acuet autem duram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarũ contra insensatos. Ibunt directe emissiones fulgurũ, & tanquã à bene curuato arcu nubiũ exterminabuntur, & ad certum locũ insilient. Et à petrosa ira plenę mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Contra illos stabit spiritus virtutis, & tanquã turbo venti diuidet illos: & ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum, & malignitas euertet sedes potentium.

B

Spes impiorũ vana.

C

Pro. 11. a

Sanctorum beatitudo.

Armatura

D

CAPVT. VI.

MElior est sapientia quã vires, & vir prudens, quã fortis. Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finium terrę. Pręběte aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est à domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam quũ essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custoditis legem iustitię, neque secundum voluntatem dei ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis: quoniã iudicium du-

Magnates ad iustitiam & sapientiã hortatur.

Eccles. 9. d

Rom. 13. a

B rissimum in his qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: po-
Deut.10.d tentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam
2.Par.19.c cuiusquam deus, qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudinem
Iob.34.b cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est il-
Eccli.35.b li de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo re-
Rom.2.b ges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis. Qui
Gala.2.b enim custodierint iustitiam, iuste iudicabuntur: & qui didicerint iusta, inue-
Ephe.6.b nient quid respondeant. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos,
Colos.3.d & habebitis disciplinam. Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia,
Act.10.e & facile videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt il-
1.Pet.1.c lam. Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. Qui de
C luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis
Sapiētia se inueniet. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus: & qui vigilauerit
offert quærē- propter illam, cito securus erit. Quoniam dignos se, ipsa circuit quærens,
tibus se. & in vijs ostendet se illis hilariter, & in omni prouidentia occurret illis. Ini-
tium enim illius verissima est disciplinæ concupiscentia. Cura ergo discipli-
næ, dilectio est: & dilectio, custodia legum illius est: custoditio autem legum,
consummatio incorruptionis est: incorruptio autem, facit esse proximum
D deo. Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Si ergo
delectamini sedibus, & sceptris o reges populi, diligite sapientiam, vt in per-
petuū regnetis. diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis. Quid
est autem sapientia, & quemadmodum facta sit, referam: & non abscondam
à vobis sacramenta dei, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in
lucem scientiam illius, & nō præteribo veritatem: neque quidem cum inuidia
tabescente iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.
Rex sapiēs: Multitudo autem sapientium, sanitas est orbis terrarum: & rex sapiens sta-
populi stabi- bilimentum populi est. Ergo accipite disciplinam per sermones meos, &
limentum. proderit vobis.

CAPVT VII.

A

Eadem om- SVm quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terre-
niū cōditio. no illius qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, de-
cem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, &
delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem,
& in similiter factā decidi terrā, & primā vocē similem oībus emisi plorans.
in inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud
Sapiētiæ cō- habuit natiuitatis initiū. Vnus ergo introitus est omnibus ad vitā, & simi-
mendatio. lis exitus. Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & venit
in me spiritus sapientiæ. & præposui illā regnis & sedibus, & diuitias nihil esse
duxi in cōparatione illius. nec cōparaui illi lapidem pretiosum: quoniam
B omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutū æstima-
Iob.28.c bitur argentū in cōspectu illius. Super salutem, & speciē dilexi illā, & proposui
3.Reg.3.b pro luce habere illam: quoniā inextinguibile est lumen illius. Venerunt au-
tem mihi omnia bona pariter cū illa, & innumerabilis honestas per manus
illius, & lætatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia, &
ignorabam quoniam horum omnium mater est. Quam sine fictione didi-
ci, & sine inuidia communico, & honestatem illius non abscondo. Infinitus
enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt ami-
citiæ dei, propter disciplinæ dona cōmendati. Mihi autem dedit deus dicere
ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi dantur: quoniā ipse & sapien-
C tiæ dux est, & sapientiū emendator. in manus enim illius & nos, & sermones
nostri, & oīs sapientia, & operum scientiæ disciplina. Ipse enim dedit mihi, horum
quæ sunt, scientiā veram, vt sciā dispositionem orbis terrarum, & virtutes
elementorū, initium & consummationem & medietatem temporum, vicissitudi- [a] scripta
nū permutationes, & mutationem oium, morum mutationes, & diuisiones exemp. le-
temporum, anni cursus, & stellarum dispositiones. naturas animalium, & iras be- gunt as-
stiarum, vim ventorum, & cogitationes hominū, differentias [a] virgultorum, & borum,

virtutes radicum, et quęcunque sunt absconsa et improuisa, didici. Omnium enim artifex docuit me sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentię, sanctus, multiplex, vnicus, subtilis, desertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus: intelligibilis, mundus, subtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia. attingit autem vbique pro- D
pter suam munditiam. Vapor est enim virtutis dei, & emanatio quędam est claritatis omnipotentis dei syncera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit. candor est enim lucis ęternę, & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Et quum sit vna, omnia potest: & in se per- Heb. 1. a
manens omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos dei & prophetas constituit. Neminem enim diligit deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Est enim hęc speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia.

CAPVT VIII.

Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suaui- A
ter. Hanc amaui, & exquisiui eam à iuuentute mea, & quęsiui in spon- Perseuerat
sam mihi eam assumere, & amator factus sum formę illius. Generositatem in laudibus
illius glorificat, contubernium habens dei, sed et omnium dominus dile- sapientię.
*vel, in- xit illam. doctrix enim est disciplinę dei, & *electrix operum illius. Et si di-
uentrix uitię appetuntur in vita: quid sapientia locupletius, quę operatur omnia?
Si autem sensus operatur: quis horum quę sunt, magis quàm illa est artifex? Et si iustitiam quis diligit: labores huius magnas habent virtutes: sobrietatem enim, & sapientiam docet, et iustitiam, & virtutem, quibus vti-
lius nihil est in vita hominibus. Et si multitudinem scientię desyderat quis: B
scit pręterita, & de futuris ęstimat: scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum: signa & monstra scit antequam fiant, & euentus temporum & seculorum. Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendum: sciens quoniam mecum communicabit de bonis, et erit alloquutio cogitationis & tedij mei. Habebo propter hãc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis: & acutus inueniar in iudicio, et in conspectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me. tacentem me
sustinebunt, et loquentem me respicient, et sermocinante me plura, manus C
ori suo imponent. Pręterea habebo per hanc, immortalitatem: et memoriam ęternam his qui post me futuri sunt relinquam. Disponam populos: et nationes mihi erunt subditę. Timebunt me audientes reges horrendi: in multitudine videbor bonus, & in bello fortis. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa. non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tędium conuictus illius, sed lętitiam et gaudium. Hęc cogitans apud
me, & commemorans in corde meo quoniam imortalitas est in cognatio- D
ne sapientię, et in amicitia illius delectatio bona, et in operibus manuum illius honestas sine defectione. & in certamine loquelę illius sapientia, et pręclaritas in communicatione sermonum ipsius circuibam quęrens, vt mihi illam assumerem. Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Et quum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. Et
vt sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi deus det, et hoc ip- Castitas nõ
sum erat summa sapientia, scire cuius esset hoc donum: adij dominum, et nisi a deo.
deprecatus sum illum, et dixi ex totis pręcordiis meis.

CAPVT IX.

Deus patrum meorum, et domine, misericordię tuę, qui fecisti omnia ver- A
bo tuo, et sapientia tua cõstituisti hominẽ, vt dominaretur creaturę quę Oratio Sa-
à te facta est, vt disponat orbem terrarum in ęquitate et iustitia, et in direc- lomonis p
tione cordis iudicium iudicet: da mihi sedium tuarum assistricem sapien- sapiẽtia ha-
tiam, et noli me reprobare à pueris tuis: quoniam seruus tuus sum ego, & benda.

filius ancillę tuę, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intelle-
ctum iudicij & legum. Et si quis erit consummatus inter filios hominum,
B si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. Tu elegisti me
1.Par.28.b regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum. & dixisti me
2.Par.1.b ędificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuę al-
tare, similitudinem tabernaculi sancti tui quod pręparasti ab initio: & te-
Prouer.8.c cum sapientia tua, quę nouit opera tua, quę & affuit tunc quum orbem ter-
Iohan.1.a rarum faceres, & sciebat quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in
C pręceptis tuis. Mitte illam de cœlis sanctis tuis & à sede magnitudinis tuę,
vt mecum sit & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te. scit
enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobrie, & cu-
stodiet me in sua potentia. Et erunt accepta opera mea, & disponam popu-
lum tuum iuste, & ero dignus sedium patris mei. Quis enim hominum pote-
Isa.40.d rit scire consilium dei? aut quis poterit cogitare quid velit deus? Cogita-
Rom.11.d tiones enim mortalium timidę, & incertę prouidentię nostrę. Corpus enim
1.Cor.2.d quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sen-
D sum multa cogitantem. Et difficile ęstimamus quę in terra sunt: & quę in
prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quę autem in cœlis sunt, quis inue-
stigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & mise-
ris spiritum sanctum tuum de altissimis: & si correctę sint semitę eorum qui
sunt in terris, & quę tibi placent didicerint homines? Nam per sapientiam
sanati sunt, quicunq; placuerūt tibi domine à principio.

CAPVT X.

A Haec, illum qui primus formatus est à deo pater orbis terrarum, quum
Sapiētię lau- solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo. Et eduxit il-
us a libera- lum de limo terrę, & dedit illi virtutem continendi omnia. Ab hac vt reces-
tione eorū sit iniustus in ira sua, per iram homicidij fraternitatis deperijt. Propter
quos ab ini quod quum aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia, per contempti-
tio hucusq; bile lignum iustum gubernans. Hęc & in consensu superbię, quum se na-
sanauit. tiones extulissent, sciuit iustum, & cōseruauit sine querela deo, & in filijs mi-
Gene.1.d sericordiam fortem custodiuit. Hęc, iustum à pereuntibus impijs liberauit fu-
Gene.2.b gientem, descendente igne in pentapolim: quibus in testimonium nequi-
Gene.4.b tię fumigabunda constat deserta terra, & in certo tempore fructus haben-
Gene.7.b tes arbores, & incredibilis animę memoria stans figmentum salis. Sapien-
B tiam enim prętereuntes non tantum in hoc lapsi sunt vt ignorarent bona:
Gene.11.a sed & insipientię suę reliquerunt hominibus memoriam, vt in his quę pec-
Gene.19.e cauerunt, nec latere potuissent. Sapientia autem hos qui se obseruant, à do-
loribus liberauit. Hęc autem, profugū irę fratris iustum deduxit per vias
Gene.28.b rectas, & ostendit illi regnū dei, & dedit illi scientiam sanctorum, honestauit
illum in laboribus, & compleuit labores illius. In fraude circumuenientium
C illum affuit illi, & honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis, & a se-
ductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi vt vinceret, & sciret
quoniam omnium potentior est sapientia. Hęc, venditum iustum nō de-
reliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditq; cum illo in foueam,
Gene.37.f & in vinculis nō dereliqt illum, donec afferret illi sceptrum regni, & poten-
tiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostendit qui macula-
uerunt illum, & dedit illis claritatem ęternam. Hęc, populum iustum, & se-
Exod.1.b men sine querela liberauit à nationibus quę illum opprimebant. Intrauit
Exod.3.b in animā serui dei, & stetit contra reges horrendos in portentis & signis. Et
D reddidit iustis mercedem laborū suorum, & deduxit illos in via mirabili: &
fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem. & transtulit il-
Exo.14.c los per mare rubrum, & transuexit illos per aquam nimiam. Inimicos au-
Psal.77.b tem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo
Exo.12.e iusti tulerunt spolia impiorum, & decantauerunt domine nomen sanctum
Exo.15.a tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter. quoniam sapientia
aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

CAPVT XI.

Direxit opera eorum in manibus prophetę sancti. *Iter fecerunt per deserta,* A
quę non habitabantur: & in locis desertis fixerunt casas. Steterūt contra ho Exo.16.a
stes, & de inimicis se vindicauerunt. Sitierunt, & inuocauerūt te, & data est illis Exo.17.c
aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro. Per quę enim pœnas pas Nume.20.b
si sunt inimici illorum, à defectione potus sui in eis, quū abundarent filij Israel,
lętati sunt. Per hęc, quum illis deessent, bene cum illis actum est. Nam pro fonte
quidem sempiterni fluminis, humanū sanguinem dedisti iniustis. Qui quū mi-
nuerentur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquã
insperate: ostendens per sitim quę tunc fuit, quemadmodū tuos exaltares, & ad-
uersarios illorū necares. Quum enim tentati sunt, & quidem cum misericordia B
disciplinam accipientes, scierunt quemadmodū cum ira iudicati impij tormen-
ta paterentur. Hos quidem tanquã pater monens probasti: illos autem tanquã
durus rex interrogans cōdemnasti. Absentes enim, & pręsentes similiter torque-
bantur. Duplex enim illos acceperat tędiū, & gemitus cū memoria pręteritorū.
Quū.n. audirēt p sua tormēta bñ secū agi, cōmemorati sunt dñm admirantes
in fine exitus. Quē enim in expositione praua proiectū deriserunt, in finē euē-
tus mirati sunt: non similiter iustis sitiens, pro cogitationibus autem insensatis C
iniquitates illorū. Quòd quidã errantes colebant mutos serpentes, & bestias su-
peruacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam: vt
scirent quia per quę peccat quis, per hęc & torquetur. Nō enim impossibilis erat
omnipotens manus tua, quę creauit orbem terrarū ex materia inuisa, immittere
illis multitudinem vrsorū, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas, aut
ignotas bestias, aut vaporem igneū spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut
horrendas ab oculis scintillas emittentes: quarū non solum lęsura poterat illos
exterminare, sed & aspectus per timorē occidere. Sed & sine his vno spiritu po-
terant occidi persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispergi per spiritū virtu- D
tis tuę: sed omnia in mensura & numero & pondere disposuisti. Multum enim
valere tibi soli supererat semper: & virtuti brachij tui quis resistet? Quoniã tan Deus mise-
quam momentum statérę, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris ricors.
antelucani, quę descendit in terram. Sed misereris omnium, quia omnia potes,
& dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Diligis enim omnia quę
sunt, & nihil odisti eorum quę fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fe Nihil sine
cisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses: aut quod à deo stabile.
te vocatum non esset, conseruaretur? Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt
domine, qui amas animas.

CAP. XII.

O Quàm bonus, & suauis est domine spiritus tuus in omnibus: Ideoq; eos A
qui exerrant partibus, corripis: & de quibus peccant, admones & alloque- Quã sit in
ris, vt relicta malitia, credant in te domine. Illos enim antiquos inhabitatores oibus beni-
terrę sanctę tuę, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant per me gnus dñs.
dicamina, & sacrificia iniusta, & filiorum suorum necatores sine misericordia, &
comestores viscerum hominum, & deuoratores sanguinis, & authores paren-
tes animarum inauxiliatarū perdere voluisti à medio sacramento tuo per ma-
nus parentum nostrorum, vt dignam perciperent peregrinationem puerorum
dei, quę tibi omnium charior est terra. Sed & his tanquam hominibus peper-
cisti, & misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent.
Non quia impotens eras in bello subijcere impios iustis, aut bestijs sęuis, aut ver B
bo duro simul exterminare: sed partibus iudicans dabas locum pœnitentię, nō
ignoras quoniam nequã est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quo-
niam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuū. Semen enim erat ma- Cū deo nō
ledictum ab initio, nec timens aliquem: veniam dabas peccatis illorum. Quis cōtendēdū.
enim dicet tibi, Quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis in
conspectum tuum veniet vindex iniquorū hominum? aut quis tibi imputabit,
si perierint nationes quas tu fecisti? Nec enim est alius deus quàm tu, cui cura est 1.Pet.5.b
de omnibus, vt ostendas quoniam non iniuste iudicas iudicium. Neq; rex, neq;
tyrannus in conspectu tuo inquireat de his quos perdidisti. Quum ergo sis iu-

C stus, iuste omnia disponis: ipsum quoque qui non debet puniri, condemnas, & exterũ ęstimas à tua virtute. Virtus.n. tua, iustitię initiũ est: & ob hoc qđ dominus es, oĩbus te parcere facis. Virtutẽ.n. ostendis tu, q nõ crederis esse in virtute cõsummatus, & horũ qui te nesciũt, audaciã traducis. Tu aũt dominator virtutis, cum trãquillitate iudicas, & cum magna reuerẽtia disponis nos. Subest.n. tibi quum volueris, posse. Docuisti aũt populũ tuum per talia opera, qm̃ oportet iustum esse, & humanũ, & bonę spei fecisti filios tuos: qm̃ das locum in peccatis pœnitẽtię. Si.n. inimicos seruoꝝ tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attẽtione, & liberasti, dans tp̃s & locum per quę possent mutari à malitia: cũ quãta diligentia iudicasti filios tuos, quorũ parentibus iuramenta & conuẽtiones dedisti bonarum promissionum? Quum ergo das nobis disciplinas, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes: & quũ de nobis iudicatur, speremus misericordiã tuã. Vnde & illis q in vita sua insensate & iniuste vixerunt, per hęc quę coluerunt, dedisti sũma tormẽta. Etenĩ in erroris via diutius errauerunt, deos ęstimantes hęc quę in aĩalibus sunt superuacua, infantium insensatorũ more viuentes. Propter hoc tãquã pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Qui aũt ludibrijs increpationis non sunt correcti: dignũ dei iudicium experti sunt. in his.n. quę patiebantur, moleste ferebant, in qbus patientes indignabantur, per hęc quos putabant deos, in ipsis quũ exterminarentur videntes, illum quẽ olim negabant se nosse, verũ deũ agnouerunt: propter quod & finis cõdẽnationis eoꝝ veniet sup illos. C. XIII.

Dat deus locũ pnię. (margin)

B (margin)

A VAni aũt sunt oẽs hoĩes, in qbus non subest sciã dei, & de his quę vĩr bona, nõ potuerunt itelligere eum q est, neq; operibus attẽdentes agnouerũt qs esset artifex, sed aut ignem, aut spũm, aut citatum aerem, aut gyrũ stellarũ, aut nimiam aquã, aut solẽ & lunã, rectores orbis terraꝝ deos putauerũt. Quorum & si specie delectati deos putauerũt: sciant quãto his dominator eorũ speciosior est. speciei.n. generator hęc oĩa constituit. Aut si virtutem, & opera eoꝝ mirati sunt: itelligant ab illis qm̃ q hęc fecit, fortior est illis. à magnitudine.n. speciei, & creaturę: cognoscibiliter poterit creator horũ videri. sed tñ adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, deum quęrentes, & volentes inuenire. Etenim quũ in operibus illius conuersentur: inquirunt, & persuasum hñt qm̃ bona sunt quę videntur. Iterum aũt nec his dz ignosci. Si.n. tantũ potuerunt scire, vt possent ęstimare seculum: qũo huius dñm nõ facilius inuenerunt? Infœlices aũt sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerũt deos opera manuũ hoĩum, aurum & argentum, artis inuentionẽ, & similitudines aĩalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquę. Aut si quis artifex faber de sylua lignum rectũ secuerit, & huius docte eradat oẽm corticem, & arte sua vsus diligẽter fabricet vas vtile in conuersationẽ vitę, reliquijs aũt huius operis ad prępa rationẽ escę abutatur: & reliquum horũ quod ad nullũ vsum facit lignum curuum, & verticibus plenum sculpat diligẽter per vacuitatẽ suã, & per sciam suę artis figuret illud, & assimilet illud imagini hoĩs, aut alicui ex aĩalibus illud cõparet, perliniens rubrica, & rubicundũ faciens fuco colorem illius, & oẽm maculam quę in illo est perliniens: & faciat ei dignam habitationẽ, & in pariete ponens illud, & cõfirmans ferro, ne forte cadat, pspiciens illi, sciens qm̃ non põt adiuuare se, imago.n. est, & opus est illi adiutoriũ. Et de substantia sua, & de filijs suis, & de nuptijs votum faciens inqrit. Non erubescit loq cum illo qui sine aĩa est: & pro sanitate qdem infirmũ deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat: & pro itinere petit ab eo qui ambulare non põt: & de acqrendo, & de operando, & de oium rerum euentu petit ab eo quĩ in omnibus est inutilis.

Vanos' eos esse oñdit, q deus ex suis opibus non possunt cognoscere. (margin)

Creator p creaturas cognoscid'. Rom. 1. (margin)

Infœlicitas Idololatrarũ. (margin)

C Isa. 44. b (margin)

D (margin)

In cultores idolorum. (margin)

CAPVT XIIII.

A ITerum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se fragilius lignũ inuocat. Illud.n. cupiditas acqrendi excogitauit, & artifex sapiẽtia fabricauit sua. Tu aũt pater guberna tia ab initio cuncta gubernat: qm̃ dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimã, ostẽdens qm̃ potens es ex oĩbus sanare, etiã si sine rate aliqs adeat mare. Sed vt nõ essent vacua sapiẽtię tuę opera: pp hoc ẽt & exiguo ligno credunt hoĩes aĩas suas, & trã

Exod. 14. d (margin)

...mare per ratê liberati sunt. Sed & ab initio quû perirent superbi gigâtes, spes orbis terrarû ad ratê confugiens, remisit seculo semen natiuitatis, quę manu tua erat gubernata. Benedictuž est.n.lignû, per quod fit iustitia. Per manus aût quod fit idolû, maledictum est & ipsum, & q fecit illud: qa ille quidem operatus est: illud aût quû esset fragile, deus cognominatus est. Silr aût odio sunt deo, impius & impietas eius. Etenim qđ factum est, cum illo qui fecit, tormenta patietur. Propter hoc ę in idolis nationû nõ erit respectus: qm̄ creaturę dei in odium factę sunt, & in tẽtationem animis hoîum, ę in muscipulâ pedibus insipientium. Initiû .n. fornicationis, est exquisitio idoloꝝ: ę adinuẽtio illoꝝ, corruptio vitę est, neque .n. erât ab initio, neq; erunt in perpetuuž. Supuacuitas .n. hoîum aduenit in orbê terrarû: ę ideo breuis illoꝝ finis est inuẽtus. Acerbo .n. luctu dolens pater, cito sibi rapti filij fecit imaginê: & illum qui tunc quasi hô mortuus fuerat, nunc tanquâ deû colere cœpit, ę ɔstituit inter seruos suos sacra, & sacrificia. Deinde interueniente tpe, ɔualescente iniqua ɔsuetudine, hic error tanquâ lex custoditus est, & tyrannoꝝ imperio colebant figmenta. Et hos quos in palàm hoîes honorare nõ poterant, pp hoc qđ longe essent, è longinquo figura eoꝝ allata, euidentem imaginem regis, quê honorare volebant, fecerunt: vt illum qui aberat, tanquâ presentem colerent sua solicitudine. Prouexit aût ad hoꝝ culturam & hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia. Ille .n. volens plus placere illi q se assumpsit, elaborauit arte sua, vt silitudineẑ in melius figuraret. Multitudo autem hoîum adducta per spẽm operis, eum qui ante tps tanquâ homo honoratus fuerat, nunc deum ęstimauerût. Et hęc fuit vitę humanę deceptio, qm̄ aut affectui, aut regibus deseruiẽtes hoîes, incõmunicabile nomen lapidibus, ę lignis iposuerunt. Et non suffecerat errasse eos circa dei sciẽtiam, sed & in magno viuentes inscientię bello, tot ę tam magna mala pacê appellant. Aut .n. filios suos sacrificãtes, aut obscura sacrificia faciẽtes, aut insanię plenas vigilias hñtes: neq; vitâ, neq; nuptias mûdas iâ custodiût, sẑ ę alius aliû per inuidiâ occidit, aut adulterans ɔtristat: ę oîa cõmista sunt, sanguis, homicidiû, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periuriû, tumultus bonoꝝ, dei imemoratio, aiarum inqnatio, natiuitatis imutatio, nuptiaꝝ inconstãtia, inordinatio mœchię, ę ipudicitię. Infandorum .n. idoloꝝ cultura, oîs mali caussa est, & initium ę finis. Aut .n. dum lętantur, insaniunt: aut certè vaticinãtur falsa, aut viuunt iniuste, aut peierant cito. Dû .n confidunt in idólis quę sine aîa sunt, male iurantes noceri se non sperant. Vtraq; ergo illis euenient digne, qm̄ male senserunt de deo, attendentes idólis, ę iurauerunt iniuste in dolo ɔtemnentes iustitiam. Non .n. iurantium est virtus, sed peccãtium pœna perambulat semper iniustorum pręuaricationem.

Idolû maledictû, ę fabricator eius. B

Idola vnde traxerint originem.

C

Quę mala procedant ex idololatria. D

CAPVT XV.

TV autem deus noster, suauis ę verus es, patiens & in misericordia disponẽs oîa. Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Nosse enim te, consumata iustitia est: & scire iustitiam, ę virtutem tuam radix est immortalitatis. Non enim in errorem induxit nos hominum malę artis excogitatio, nec vmbra picturę labor sine fructu, ę effigies sculpta per varios colores, cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, & diligit mortuę imaginis effigiem sine anima. Malorum amatores digni sunt morte, qui spem habent in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt. Sed ę figulus mollem terram premens laboriose fingit ad vsus nostros vnumquodque vas, & de eodem luto fingit quę munda sunt in vsum vasa, & similiter quę his sunt contraria. horum autem vasorum quis sit vsus, iudex est figulus. Et cum labore vano deum fingit de eodem luto: ille qui paulo ante de terra factus fuerat, & post pusillum reducit vnde acceptus est, repetitus animę debitum quâ habebat. Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam breuis illi vita est, sed concertatur aurificibus & argentariis: sed & ęrarios imitatur, ę gloriam pręfert, quoniam res superuacuas fingit. Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes illius, ę luto vilior vita eius: quoniam ignorauit qui se finxit, ę qui inspirauit illi aîam quę operatus, ę qui insufflauit ei spiritum vitalem. Sed & ęstimauerunt lusum

A

Vox fideliû q dei misericordiâ laudant, cuius grâ n seruiunt idolis.

B

Substâtia Idololatrarum.

Rom. 9. d

C

esse vitam nostram, e conuersationem vitę compositam ad lucrum, e oportere
Psal. 113.b. & .134.d vndecunque etiam ex malo acquirere. Hic enim scit se super omnes delinquere, q
ex terrę materia fragilia vasa, e sculptilia fingit. Omnes enim insipientes, e in-
foelices supra modum animę superbi sunt, inimici populi tui, & imperantes illi:
quoniam omnia idola nationum deos ęstimauerunt, quibus neque oculorum
D visus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad
audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, sed & pedes eorum pigri ad
ambulandum. homo enim fecit illos: e qui spiritum mutuatus est, is finxit illos.
Nemo enim sibi similē homo poterit deum fingere. Quum .n. sit mortalis, im-
mortuum fingit manibus iniquis. Melior .n. est ipse his quos colit: qa ipse qdē
vixit, quum esset mortalis, illi autē nunquā. Sed & animalia miserrima colunt:
insensata .n. cōparata his, illis sunt deteriora. Sed nec aspectu aliquis ex his aia
libus bona pōt cōspicere. Effugerūt aūt dei laudē, e bñdictionē eius. C. X V I.

A Poena: Idolatrarum. PRopter hęc e his similia passi sunt digne tormenta, e p multitudinē bestiarū
exterminati sunt. Pro quibus tormentis bene disposuisti populum tuum, qui
bus dedisti cōcupiscentiam delectamenti sui nouum saporem, escā parans eis or
Nume. 11.g tygometram: vt illi quidem cōcupiscentes escam ꝓpter ea quę illis ostensa e mis
sa sunt, etiā à necessaria concupiscentia auerterent. Hi aūt in breui inopes facti,
nouam gustauerunt escam. Oportebat .n. illis sine excusatione quidē superueni
re interitum exercentibus tyrannidem: his autem tm̄ ostendere quēadmodum ini
Num. 21.b. mici eorū exterminabantur. Etenim quū illis superuenit sęua bestiarū ira, morsi-
bus peruersorum colubrorū exterminabantur. Sed non in perpetuum ira tua per-
B mansit, sed ad correptionē in breui turbati sunt, signum habentes salutis ad cō-
memorationem mandati legis tuę. Qui .n. cōuersus est, non per hoc qđ vide-
Exod. 10. a. 8. f apo. 9. b bat sanabatur, sed per te omnium saluatorē. in hoc autē ostendisti inimicis tuis
quia tu es qui liberas ab omni malo. Illos enim locustarum, & muscarum occi
derunt morsus, e non est inuenta sanitas animę illorum: quia digni erant ab his
huiusmodi exterminari. Filios autem tuos, nec draconum venenatorū vicerunt dē
tes. misericordia .n. tua adueniens sanabat illos. In memoria .n. sermonum tuo
rum exterminabantur, & velociter sanabantur, ne in altam incidentes obliuio
nem non possent tuo vti adiutorio. etenim neque herba, neq; malagma sanauit
eos, sed tuus dñe sermo, q sanat oīa. Tu es .n. dñe q vitę e mortis habes ptātem,
Deute. 32.f e deducis ad portas mortis & reducis: homo autem occidit quidem per malitiā
1. reg. 2. a. animā suam, e quum exierit spiritus, non reuertet, nec reuocabit animam quę re
tob. 13. a C cepta est. sed tuam manum effugere impossibile est. Negantes .n. te nosse impij,
Iudicia dei per fortitudinem brachij tui flagellati sunt: nouis aquis, e grandinibus, & plu-
Exod. 9. e uijs persequutionē passi, & per ignem consumpti. Quod enim mirabile erat: in
aqua, quę omnia extinguit, plus ignis valebat. vindex est enim orbis iustorum.
Quodam enim tēpore mansuetabatur ignis, ne comburerentur quę ad impios
missa erant animalia: sed vt ipsi videntes, scirent quoniam dei iudicio patiun-
tur persequutionem. Et quodā tempore in aqua supra virtutem ignis exarde-
De missiōe mannę. exo. 16. c. nu. 11. b. psa. 77. c Ioā. 6. d scebat vndique, vt iniquam terrę nationem exterminaret. Pro quibus angelo-
rum esca nutriuisti populum tuum, e paratum panem de coelo pręstitisti illis si-
ne labore, omne delectamentum in se habentem, e omnis saporis suauitatem.
Substantia enim tua dulcedinem tuam quā in filios habes ostendebat: & deser-
uiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. Nix
D autem, e glacies sustinebant vim ignis, e non tabescebant: vt scirent quoniam
Exod. 9. e fructus inimicorū exterminabat ignis ardens in grandine e pluuia coruscans.
Hoc autem iterum, vt nutrirentur iusti, ignis etiam suę virtutis oblitus est. Crea
tura .n. tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos: e le-
nior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt. Propter hoc & tunc in
Nō in solo pane viuit homo. deut. 8. a matth. 4. a omnia transfigurata omnium nutrici gratię tuę deseruiebant ad voluntatem
eorum qui à te desyderati sunt. vt scirent filij tui, quos dilexisti domine, quo-
niam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te cre
diderint conseruat. Quod .n. ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo
radio solis calefactum tabescebat; vt notum oibus esset quoniam oportet pręue-

uenire solē ad bñdictionem tuam, & ad ortum lucis te tibi adorare. Ingrati.n. spes tãquã hybernalis glacies tabescet, & disperiet tãquam aqua superuacua.

CAPVT XVII.

Magna sunt.n. iudicia tua dñe, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indisciplinatę animę errauerunt. Dum.n. persuasum habent iniqui, posse dominari nationi sanctę: vinculis tenebrarum, & longę noctis cõpediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuę prouidētię iacuerunt. Et dum putant se latere in obscuris peccatis: tenebroso obliuionis velamēto dispersi sunt, pauentes horrēde, & cum admiratione nimia perturbati. Neq.n. quę continebat illos spelunca, sine timore custodiebat: qm̄ sonitus descendens perturbabat illos, & personę tristes illis apparentes, pauorem illis pręstabant. Et ignis quidē nulla vis poterat illis lumen pręberé, nec sydeꝝ limpidę flāmę illuminare poterant illam noctem horrēda. Apparebat aūt illis subitaneus ignis, timore plenus: & timore percussi illius quę nō videbatur faciei, ęstimabant deteriora esse quę videbant: & magicę artis appositi erant derisus, & sapientię gloria correptio cum cõtumelia. Illi enim qui promittebant timores, & perturbatiões expellere se ab aīa languente, hi cū de risu pleni timore languebant. Nam etsi nihil illos ex monstris perturbabat: transitu aīalium, & serpentium sibilatione cõmoti, tremebūdi peribāt, & aerem quem nulla rōne quis effugere posset, negantes se videre. Frequēter.n. pręoccupant pessima, redarguente ɔscientia. Quum.n. sit timida nequitia, dat testimonium condēnata. semper enim pręsumit sęua perturbata ɔscientia. Nihil enim est timor, nisi pręsumptionis adiutorium, proditio cogitationis auxiliorum. Et dum ab intro minor est expectatio, maiorem computat inscīam eius caussę de qua tormentū pręstat. Illi autem qui īpotentem verè noctem, & ab infimis & ab altissimis inferis superuenientē eundē somnū dormientes, aliquādo monstrorum exagitabantur timore, aliqñ animę deficiebant traductione. subitaneus enim illis, & insperatus timor superuenerat. Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. Si.n. rusticus quis erat aut pastor, aut agri laborum operarius pręoccupatus esset: ineffugibilem sustinebat necessitatē. Vna.n. catena tenebrarum oēs erant colligati. Siue spūs sibilans, aut inter spissos arborum ramos auium sonus suauis, aut vis aquę decurrentis nimium, aut sonus validus pręcipitatarum petraꝝ, aut ludentiū aīalium cursus inuisus, aut mugentium valida bestiarū vox, aut resonans de altissimis montibus Echo: deficientes faciebant illos prę timore. Oīs.n. orbis terrarum limpido illuminabat lumine, & nō impeditis operibus continebatur. Solis autē illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, quę superuentura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.

A De magnitudine iudicioꝝ dei: q pœnis mirabilib⁹ impios affligebat.

Exod. 10. f

B

Exod. 7. A & 8. b

C

D

CAPVT XVIII.

Sanctis autem tuis maxima erat lux, & horum qdem vocē inimici audiebāt, sed figuram nō videbant. Et qa non & ipsi eadem passi erant, magnificabāt te: & qui antè lęsi erant, qa non lędebantur, gratias agebāt tibi: & vt esset differentia, te donum petebant. Propter quod ignis ardentem colūnam ducem habuerunt ignotę vię, & solem sine lęsura boni hospitij pręstitisti. Digni qdem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarū, qui inclusos custodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari. Quum cogitarent iusto rū occidere infantes: & vno exposito filio, sed liberato, in traductionem illorū, multitudinem filioꝝ abstulisti, & pariter illos perdidisti in aqua valida. Illa.n. nox antè cognita est à patribus nostris: vt verè scientes qbus iuramentis crediderunt, animęquiores essent. Suscepta est aūt à populo tuo sanitas qdem iustorum, iniustorum autem exterminatio. Sicut enim lęsisti aduersarios nostros: sic & nos prouocans magnificasti. Absconse.n. sacrificabant iusti pueri bonorum, & iustitię legem in ɔcordia disposuerunt: sic & bona & mala recepturos iustos, patrum iam decantantes laudes. Resonabat autem inconueniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium. Simili autem pœna seruus cum dño afflictus est, & popularis homo regi similia passus. Sic ergo oēs vno noīe mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec.n. ad sepeliendum viui sufficiebant qm̄ vno momēto quę erat pręclarior natio illoꝝ, extermina

A De luce Israelitarum cospcedēte.

Exod. 10. f

Exod. 14. e

psal. 77. b. & 104. d

Afflictio impioꝝ Aegyptioꝝ.

B

Exod. 1. c. & 2. b

Exo. 14. f. g

Exo. 11. d. e

C sciret. De omnibus.n.nõ credentes ppter beneficia, tunc quũ primum fuit exter
minium primogenitorum, spoponderunt populũ dei se esse. Quum enim quie
tum silentium cõtineret oia, & nox in suo cursu medium iter haberet, oipotens
sermo tuus domine exiliens de cœlo à regalibus sedib⁹, durus debellator in me
diam exterminij terram prosiliuit, gladius acutus insimulatum imperium tuũ
portans, & stans repleuit omnia morte, & vsq; ad cœlum attingebat stans in
terra. Tunc continuo visus somniorũ malorum turbauerunt illos, & timores su
peruenerunt insperati. Et alius alibi proiectus semiuiuus, ppter quam morieba
tur caussam demonstrabat mortis. Visiones.n. quę illos turbauerunt, hęc prę
monebant, ne inscij quare mala patiebantur, perirent. Tetigit autem tũc & iu
stos tentatio mortis, & cõmotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu pe
mansit ira tua. Properans.n. homo sine querela deprecari pro populis, profe
rens seruitutis suę scutum orõnem, & per incensum deprecationẽ allegans, re
stitit irę, & finem imposuit necessitati, ostendens qm̃ tuus est famulus. Vicit autẽ
turbas, non in virtute corporis, nec armatura potẽtię, sed verbo illum qui se ve
xabat subiecit, iuramenta parentum, & testamentum cõmemorans. Quum enĩ
iam aceruatim cecidissent super alterutrum mortui, interstitit, & amputauit im
petum, & diuisit illam quę ad viuos ducebat viã. In veste enim poderis, quã
habebat, totus erat orbis terrarũ: & parentum magnalia in quatuor ordinibus
lapidũ erant sculpta, & magnificẽtia tua in diademate capitis illius scripta erat.
His autem cessit qui exterminabat, & hęc extimuit. erat enim sola tentatio irę
sufficiens.

Interitus ppli Israeli tici: p quo Aaron deprecatus est.

Num. 16.g

Exod. 28.d.

CAPVT XIX.

A I Mpijs aũt vsq; in nouissimũ sine misericordia ira superuenit. Pręsciebat.n. & fu
tura illorũ: qm̃ quum ipsi permisissent vt se educerẽt, & cũ magna solicitudi
ne prępmisissent illos, cõsequebantur illos pœnitentię actus. Adhuc.n. inter ma
nus hñtes luctum, & deplorãtes ad monumẽta mortuorũ, aliam sibi assumpse
runt cogitationem insciẽtię: & quos rogantes proiecerant, hos tanquã fugiti
uos persequebant. ducebat.n. illos ad hunc finem digna necessitas: & horũ quę
acciderant cõmemorationẽ amittebant, vt quę deerant tormentis, repleret pu
B nitio, & populus quidẽ tuus mirabiliter transiret, illi aũt nouam mortẽ inueni
rent. Oĩs.n. creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deseruiẽs tuis prę
ceptis, vt pueri tui custodirentur illęsi. Nam nubes castra illorũ obumbrabat, & ex
aqua quę ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimẽto, &
cãpus germinans de profundo nimio. per quẽ oĩs natio transiuit quę tegebat
tua manu, vidẽtes tua mirabilia & monstra. Tãquã.n. equi depauerunt escam, &
tãquã agni exultauerunt magnificãtes te dñe, q liberasti illos. Memores.n. erãt
adhuc eorũ quę in incolatu illorũ facta fuerãt, quẽadmodũ pro natione aĩalium
C produxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius multitudinẽ ranarũ. No
uissime aũt viderunt nouã creaturã auium, quũ adducti cõcupiscẽtia postulaue
rũt escas epulationis. In alloquutione.n. desyderij ascẽdit illis de mari ortygome
tra, & vexationes peccatoribus superuenerũt, nõ sine illis quę antè facta erãt ar
gumẽtis per vim fulminũ. iuste.n. patiebãtur scdm̃ suas nequitias. Etenim dete
stabiliorẽ inhospitalitatẽ instituerunt. alij qdem ignotos nõ recipiebant adue
nas, alij aũt bonos hospites in seruitutem redigebãt. Et nõ solũ hęc, sed & alius
qdem respectus illorũ erat: qm̃ inuiti recipiebant extraneos. Qui aũt cũ lętitia re
ceperũt hos, q eisdẽ vsi erant institutis, sęuissimis afflixerũt doloribus. Percussi
D sunt autem cęcitate: sicut illi in foribus iusti quũ subitaneis cooperti essent tene
bris, vnusquisq; trãsitum ostij sui quęrebat. In se.n. elementa dum conuertuntur,
sicut in organo qualitatis sonus imutat, & omnia suum sonum custodiunt. vñ
ęstimari ex ipso visu certo potest. Agrestia.n. in aquatica cõuertebantur: & quę
cunq; erant natantia, in terram transibant. Ignis in aqua valebat supra suam
virtutem, & aqua extinguentis naturę obliuiscebatur. Flammę econtrario, cor
ruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec dissolue
bant illam quę facile dissoluebatur, sicut glacies bonam escam. In omnibus.n.
magnificasti populum tuum domine, & honorasti, & non despexisti in omni tem
pore, & in omni loco assistens eis.

De interitu Aegyptiorũ & Hebręorum liberatione.

Supra. 16.a

Gene. 19.e

PROLOGVS IN ECCESIASTICVM IESV FILII SIRACH.

MVltorum nobis & magnorum per legem & prophetas aliosq́ qui sequuti sunt illos, sapientia demonstrata est: in quibus oportet laudare Israel doctrinę & sapientię caussa: quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse & discentes & scribentes doctissimos fieri. Auus meus Iesus, postq̃ se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt: voluit & ipse scribere aliquid horum quę ad doctrinam & sapientiam pertinent: vt desyderantes discere, & illorum periti fieri, magis magisq́; attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum beneuolentia, et attentiori studio lectionem facere: & veniam habere in illis in quibus videmur sequentes imaginem sapientię, & deficere in verborum compositione. Nam deficiunt & verba Hebraica quando fuerint translata ad alteram linguam. Non autem solum hęc, sed & ipsa lex, & prophetę, cęteraq́ aliorum librorum non paruam habent differentiam quando inter se dicuntur. Nam in octauo & tricesimo anno temporibus Ptolemęi Euergetis regis, postq̃ perueni in Aegyptum, & quum multum temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos non paruę, neque contemnendę doctrinę. Itaque bonum & necessarium putaui & ipse aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librum istum: & multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis ad illa quę ad finem ducunt, librum istum dare, & illis qui volunt animum intendere, & discere quemadmodum oporteat instituere mores qui secundum legem domini proposuerint vitam agere.

ECCLESIASTICVS.

OMNIS Sapientia à domino deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. Arena maris & pluuię guttas, & dies seculi quis dinumerauit? Altitudinem cœli, & latitudinem terrę, & profundum abyssi quis dimensus est? Sapientiam dei precedentem omnia, quis inuestigauit? Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentię ab æuo. Fons sapientię verbum dei in excelsis, et ingressus illius mandata ęterna. Radix sapientię, cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit? Disciplina sapientię cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationem ingressus illius quis intellexit? Vnus est altissimus creator omnium, omnipotens, & rex potens, et metuendus nimis, sedens super thronum illius et dominans deus. Ipse creauit illam in spiritu sancto, et vidit, et dinumerauit, et mensus est. Et effudit illam super omnia opera sua, et super omnem carnem secundum datum suum, et prębuit illam diligentibus se. Timor domini gloria, et gloriatio, et lętitia, et corona exultationis. Timor domini delectabit cor, et dabit lętitiam et gaudium et longitudinem dierum. Timenti dominum bene erit in extremis, et in die defunctionis suę benedicetur. Dilectio dei, honorabilis sapientia. Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, et in agnitione magnalium suorum. Initium sapientię, timor domini, et cum fidelibus in vulua concreatus est, et cum electis fœminis graditur, et cum iustis et fidelibus agnoscitur. Timor domini, scientię religiositas. Religiositas custodiet, et iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit. Timenti dominum bene erit, et in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientię est, timere deum, et plenitudo à fructibus illius. Omnem domum illius implebit à generationibus, et receptacula à thesauris illius. Corona sapientię, timor domini, replens pacem, et salutis fructum: et vidit, et dinumerauit eam. vtraque autem sunt dona dei. Scientiam, et intellectum prudentię sapientia compartietur: et gloriam tenentium se, exaltat. Radix sapientię est, timere dominum: et rami illius longęui. In thesauris sapientię intellectus, et scientię religiositas: execratio au-

A Sapientia à deo procedit.

B

Timor domini.

Pro. 1. a. & 9. d.
Psal. 110. d.
C

germinat

tem peccatoribus sapientia. Timor domini expellit peccatum. nam qui sine ti-
more est, non poterit iustificari. iracundia enim animositatis illius, subuersio il
lius est. Vsq; in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. Bonus
D sensus vsq; in tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabũt sen
sum illius. In thesauris sapientię significatio disciplinę: execratio autem pecca-
tori, cultura dei. Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & deus prę-
bebit illam tibi. Sapientia enim & disciplina timor domini: & quod beneplaci-
tum est illi, fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius. Contumax non
sis, & incredibilis timori dei: & ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hy
pocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labijs tuis. Attende in
illis: ne forte cadas, & adducas animę tuę inhonorationem, & reuelet deus ab-
sconsa tua, & in medio synagogę elidat te: quoniam accessisti maligne ad domi
num, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.

CAP. II.

A Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia, & in timore, & pręppara animã
tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, & sustine: & inclina aurem tuã,
& suscipe verba intellectus, & ne festines in tempus obductionis. Sustine susten-
tationes dei: coniungere deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Omne
quod tibi applicitũ fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patien-
tiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero rece
ptibiles in camino humiliationis. Crede deo, & recuperabit te: & dirige viam
B tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veterasce. Metuentes do-
minum sustinete misericordiam eius: & non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui
timetis dominum, credite illi: & non euacuabitur merces vestra. Qui timetis do
minum, sperate in illum: & in oblectationem veniet vobis misericordia. Qui ti
metis dominũ diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Respicite filij na-
tiones hominũ: & scitote quia nullus sperauit in domino, & confusus est. Quis
C enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eũ, & de-
spexit illum? Quoniam pius & misericors est deus, & remittit in die tribulatio-
nis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Vę dupli-
ci corde, & labijs scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingre-
dienti duabus vijs. Vę dissolutis corde, qui non credunt deo: & ideo non prote-
gentur ab eo. Vę his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerũt vias re-
ctas, & diuerterunt in vias prauas. Et quid facient, quum inspicere cœperit do-
D minus? Qui timent dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & qui dili-
gunt illum, conseruabunt vias illius. Qui timent dominum, inquirent quę be-
neplacita sunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent do-
minum prępparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabũt animas suas.
Qui timent dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebũt vsq;
ad inspectionem illius, dicentes, Si pœnitentiã non egerimus, incidemus in ma
nus domini, & non in manus hominũ. Secundum enim magnitudinem ipsius,
sic & misericordia illius cum ipso est.

CAP. III.

A Filij sapientię, ecclesia iustorũ: & natio illorum, obedientia & dilectio. Iudi-
cium patris audite filij, & sic facite vt salui sitis. Deus enim honorauit pa-
trem in filijs: & iudicium matris exquirens, firmauit in filios. Qui diligit deum,
exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierũ exaudietur. &
sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suã. Qui honorat patrẽ suũ,
iucundabitur in filijs, & in die orationis suę exaudietur. Qui honorat patrẽ suũ,
vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet dominũ
honorat parentes, & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. In opere & ser
mone & omni patientia honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio a
B deo, & benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domos
filiorũ: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in cõtume-
lia patris tui: non enim est tibi gloria, sed confusio. gloria enim hominis ex ho
nore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Fili, suscipe senectã patris tui,
& non contristes eũ in vita illius: & si defecerit sensu, veniã da, & ne spernas eũ
in virtute tua, eleemosyna enim patris nõ erit in obliuione. Nam pro peccato

Seruis dei expectanda afflictio.

Fides & spes in deum habenda.

Psal. 36.

De parentibus honorandis.

Exo. 20. c
Deut. 5. b
Mat. 15. a
Mar. 7. b
Ephe. 6. a

matris restituetur tibi bonũ, & in iustitia ędificabitur tibi, & in die tribulationis
cõmemorabitur tui, & sicut in sereno glacies, soluẽtur peccata tua. Quàm malę
famę est qui derelinquit patrẽ: & est maledictus à deo, qui exasperat matrẽ. Fili, in
mansuetudine opera tua perfice, & super hominũ gloriam diligeris. Quãto ma C
gnus es, humilia te in omnibus, & corã deo inuenies gratiam: quoniam magna Arcana dei
potentia dei solius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quęsieris, & fortio- nõn inqui-
ra te ne scrutatus fueris: sed quę pręcepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluri- renda curio
bus operibus eius ne fueris curiosus. non est enim tibi necessariũ ea quę abscon- sius.
dita sunt videre oculis tuis. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & Pro.25.d
in pluribus operibus eius nõ eris curiosus. Plurima enim super sensum hominũ
ostensa sunt tibi. Multos enim supplãtauit suspicio illorũ, & in vanitate detinuit
sensus illorũ. Cor durũ habebit male in nouissimo: & qui amat periculũ, in illo Cor prauũ.
peribit. Cor ingrediens duas vias, nõ habebit successus, & prauũ cor in illis scan- D
dalizabitur. Cor nequã grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccãdũ.
Synagógę superborũ non erit sanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, &
non intelligetur. Cor sapientis intelligetur in sapientia, & auris bona audiet cũ
omni cõcupiscentia sapientiã. Sapiens cor, & intelligibile abstinebit se à pecca-
tis, & in operibus iustitię successus habebit. Ignẽ ardentẽ extinguit aqua, & elee- Eleemosy-
mosyna resistit peccatis: & deus prospector est eius, qui reddit gratiã. Meminit in na.
posterũ, & in tempore casus sui inueniet firmamentũ. CAP. IIII. Danie.4.

FIli, eleemosynã pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne trãsuertas à paupere. A
Animã esurientem ne despexeris, & nõ exasperes pauperẽ in inopia sua. Cor Non auertẽ
inopis ne afflixeris, & non protrahas datũ angustianti. Rogationem cõtribulati dus oculus
ne abijcias: & nõ auertas faciem tuã ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos à paupere.
propter irã: & non relinquas quęrentibus tibi, retro maledicere. maledicentis. n. Tob.4.b
tibi in amaritudine animę exaudietur deprecatio illius. exaudiet autem eũ qui
fecit illũ. Congregationi pauperũ affabilẽ te facito, & presbytero humilia animã
tuã, & magnato humilia caput tuũ. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, &
redde debitũ tuũ, & responde illi pacificẽ in mãsuetudine. Libera eũ qui iniuriã B
patitur, de manu superbi: & nõ acidẽ feras in anima tua. In iudicãdo esto pupil- Iudex sit
lis misericors vt pater, & pro viro matri illorũ: & eris tu velut filius altissimi obe misericors
diens, & miserebitur tui magis quàm mater. Sapientia filijs suis vitã inspirat, & susci erga pupil-
pit exquirẽtes se, & pręibit in via iustitię. & qui illã diligit, diligit vitã: & qui vigi los.
lauerint ad illã, cõplectentur placorẽ eius. Qui tenuerint illã, vitã hęreditabũt: & Sapientię
quò introibit, benedicet deus. Qui seruiũt ei, obsequentes erũt sancto: & eos qui cõmoda.
diligunt illã, diligit deus. Qui audit illã, iudicabit gentes: & qui intuetur illam,
permanebit cõfidens. Si crediderit ei, hęreditabit illam, & erunt in cõfirmatione
creaturę illorũ: quoniã in tentatione ambulat cũ eo, & in primis eligit eũ. Timo
rem & metũ, & probationẽ inducet super illũ, & cruciabit illũ in tribulatione do- C
ctrinę suę, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animę illius. Et fir-
mabit illũ, & iter adducet directũ ad illum, & lętificabit illũ, & denudabit abscon-
dita sua illi, & thesaurizabit super illũ scientiam & intellectũ iustitię. Si autẽ ober
rauerit, derelinquet eũ, & tradet eũ in manus inimici sui. Fili, cõserua tempus, &
deuita à malo. Pro anima tua ne cõfundaris dicere verũ. est enim cõfusio addu
cens peccatũ, & est confusio adducens gloriã & gratiã. Ne accipias faciẽ aduersus
faciẽ tuã, nec aduersus animã tuã mendaciũ. Ne reuerearis proximũ tuũ in casu
suo: nec retineas verbũ in tempore salutis. Non abscondas sapientiã tuã in de- D
core suo. In lingua enim sapientia dignoscitur: & sensus, & scientia, & doctrina in
verbo sensati, & firmamentũ in operibus iustitię. Non cõtradicas verbo verita-
tis vllo modo, & de mẽdacio ineruditionis tuę cõfundere. Non cõfundaris confi
teri peccata tua, & ne subijcias te omni homini pro peccato. Noli resistere cõtra
faciem potentis, nec coneris contra ictũ fluuij. Pro iustitia agonizare pro anima Pro iusti-
tua, & vsque ad mortẽ certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te inimicos tuos. tia ad mor-
Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis, & remissus in operibus tuis. Noli esse tem vsque
sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. Nõ certandum
sit porrecta manus tua ad accipiendũ, & ad dandũ collecta. CAP. V.

A Noli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixeris, Est mihi sufficiens vita:
Diuitijs nõ nihil enim proderit in tẽpore vindictę & obductionis. Ne sequaris in forti-
fidendum. tudine tua cõcupiscentiã cordis tui: & ne dixeris, Quomodo potui? aut quis me
subijciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris, Pec-
caui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. De propi-
B tiato peccato noli esse sine metu, neq; adijcias peccatũ super peccatũ. Et ne dicas,
Prou.10. a Miseratio dñi magna est, multitudinis peccatorũ meorũ miserebitur. Misericor-
dia enim, & ira ab illo cito proximãt, & in peccatores respicit ira illius. Non tar-
des conuerti ad dñm, & ne differas de die in diẽ. subito enim veniet ira illius, &
in tẽpore vindictę disperdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis. non enim
C proderũt tibi in die obductionis & vindictę. Non ventiles te in omnẽ ventũ, &
Prou.11. a nõ eas in omnẽ viam. sic enim oĩs peccator ꝓbatur in duplici lingua. Esto fir-
mus in via dñi, & in veritate sensus tui & scientia, & ꝓsequatur te verbũ pacis &
iustitię. Esto mansuetus ad audiendũ verbũ dei, vt intelligas: & cũ sapientia ꝓfer
responsum verũ. Si est tibi intellectus, respõde proximo: sin autẽ, sit manus tua
super os tuũ, ne capiaris in verbo indisciplinato, & cõfundaris. Honor & gloria
D in sermone sensati, lingua vero imprudẽtis subuersio est ipsius. Nõ appelleris
susurro in vita tua, & lingua tua ne capiaris & cõfundaris. Super furem enim est
cõfusio, & pœnitẽtia, & denotatio pessima sup bilinguẽ: susurratori autẽ odiũ, &
inimicitia & cõtumelia. Iustifica pusillũ, & magnũ similiter. CAP. VI.

A Noli fieri pro amico inimicus proximo. improperium.n. & cõtumeliã malus
Peccatori hęreditabit, & oĩs peccator inuidus & bilinguis. Nõ te extollas in cogitatio-
linguę vi- ne animę tuę, velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per stultitiã, & folia tua
tium pecu- comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignũ aridũ in eremo. aĩa
liare. enim nequã disperdet qui se habet, & in gaudiũ inimicis dat illũ, & deducet in
sortẽ impiorũ. Verbũ dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua
gratiosa in bono hoĩe abũdat. Multi pacifici sint tibi, & cõsiliarius sit tibi vnus
De amici- de mille. Si possides amicũ, in tentatione posside eũ, & ne facile credas ei teip-
tia vera. sum. Est.n. amicus scdm tẽpus suũ, & non ꝑmanebit in die tribulationis. Et est
amicus qui cõuertitur ad inimicitiã: & est amicus qui odiũ & rixam & cõuitia
B denudabit. Est aũt amicus socius mẽsę, & non ꝑmanebit in die necessitatis. Ami-
cus si permãserit fixus, erit tibi quasi coęqualis, & in domesticis tuis fiducialiter
aget. si humiliauerit se cõtra te, & à facie tua absconderit se, vnanimem habebis
amicitiã bonã. Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attẽde. Amicus fide-
lis, protectio fortis: qui aũt inuenit illũ, inuenit thesaurũ. Amico fideli nulla est
cõparatio, & nõ est digna ponderatio auri & argenti cõtra bonitatẽ fidei illius.
Amicus fidelis medicamentũ vitę, & immortalitatis: & qui metuũt dñm, inue-
nient illũ. Qui timet deũ, ęquẽ habebit amicitiã bonã: quoniã ſm illũ erit ami-
cus illius. Fili, à iuuẽtute tua excipe doctrinã, & vsq; ad canos inuenies sapien-
Doctrinam tiã. Quasi is qui arat, & qui seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus il-
amplecten- lius. in opere.n. ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius.
das suadet. Quàm aspera est nimiũ sapientia indoctis hoĩbus, & nõ permanebit in illa ex-
C cors. Quasi lapidis virtus ꝓbatio erit in illis, & non demorabũtur ꝓijcere illã.
Sapientia.n. doctrinę ſm nomẽ est eius, & nõ est multis manifesta. quibus autẽ
cognita est, permanet vsq; ad conspectũ dei. Audi fili, & accipe cõsilium intelle-
ctus, & ne abijcias cõsilium meũ. inijce pedẽ tuũ in cõpedes illius, & in torques
* sis inimi- illius collũ tuũ. subijce humerũ tuũ, & porta illã, & ne *acedieris* vinculis eius.
cus In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserua vias eius.
Inuestiga illam, & manifestabitur tibi, & cõtinens factus ne derelinquas eam. in
nouissimis enim inuenies requiem in ea, & cõuertetur tibi in oblectationẽ. Et
erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & tor-
ques illius in stolã glorię. decor enim vitę est in illa, & vincula illius alligatura
D salutaris. Stola glorię indues eam, & coronam gratulationis superpones tibi.
Fili, si attenderis mihi, disces: & si accõmodaueris animũ tuũ, sapiens eris. Si in-
clinaueris aurem tuã, excipies doctrinã: & si dilexeris audire, sapiẽs eris. In mul-
titudine presbyterorũ prudentium sta, & sapientię illorũ ex corde cõiungere, vt
omnem narrationẽ dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. Et

si videris sensatum, euigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus.
Cogitatum tuũ habe in preceptis dei, & in mãdatis illius maxime assiduus esto:
& ipse dabit tibi cor, & cõcupiscentia sapientię dabitur tibi. CAP. VII.

NOli facere mala, & non te apprehendent. Discede ab iniquo, & deficient A
mala abs te. Fili, non semines mala in sulcis iniustitię, & nõ metes ea in se-
ptuplũ. Noli quęrere ab homine ducatũ, neq; à rege cathedrã honoris. Non te Nemo coram
iustifices ante deum, quoniã agnitor cordis ipse est: & penes regem noli velle vi deo iustus.
deri sapiens. Noli quęrere fieri iudex, nisi valeas virtute irrũpere iniquitates:
ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalũ in agilitate tua. Nõ pec-
ces in multitudinẽ ciuitatis, nec te immittas in populũ, neq; alliges duplicia pec-
cata: nec enim in vno eris immunis. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Exora-
re, & facere eleemosynã ne despicias. Ne dicas, In multitudine munerũ meorum
respiciet deus, & offerente me deo altissimo, munera mea suscipiet. Non irrideas B
hominem in amaritudine animę: est enim qui humiliat & exaltat, circũspector Mendaciũ
deus. Noli arare mendaciũ aduersus fratrem tuũ: neq; in amicũ similiter facias. vitandum.
Noli velle mentiri omne mendaciũ: assiduitas enim illius non est bona. Noli
verbosus esse in multitudine presbyterorũ, & non iteres verbũ in oratione tua. Laborem
Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatã ab altissimo. Non te repu pręcipit.
tes in multitudine indisciplinatorũ. Memento irę, quoniã non tardabit. Humi-
lia valde spiritũ tuum: quoniã vindicta carnis impij, ignis & vermis. Noli pręe-
uaricari in amicũ pecuniam differentem, neq; fratrem charissimũ in auro spre-
ueris. Noli discedere à muliere sensata & bona, quã sortitus es in timore dñi: C
gratia enim verecũdię illius super aurũ. Non lędas seruũ in veritate operantẽ, Seruus.
neque mercenarium dantem animã suam. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi
anima tua, non defraudes illum libertate, neq; inopem derelinquas illũ. Pecora
tibi sunt, attende illis. & si sunt vtilia, perseuerent apud te. Filij tibi sunt, erudi De cura li-
illos, & curua illos à pueritia eorum. Filię tibi sunt, serua corpus illarũ, & non berorum.
ostendas hilarẽ faciem tuã ad illas. Trade filiã, & grande opus feceris, & homini
sensato da illã. Mulier si est tibi secũdum animã tuam, non projicias illã: & odi-
bili nõ credas te in toto corde tuo. Honora patrem tuũ, & gemitus matris tuę Supra. 3. b
ne obliuiscaris. Memento quoniã nisi per illos natus nõ fuisses: & retribue illis, Tob. 4. a
quomodo & illi tibi. In tota anima tua time dñm, & sacerdotes illius sanctifi- D
ca. In omni virtute tua dilige eũ qui te fecit: & ministros eius nõ derelinquas.
Honora deũ ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cũ bra-
chijs. Da illis partẽ, sicut mandatũ est tibi primitiarũ & purgationis: & de negli- Leui. 2. a
gentia tua purga cũ paucis. Datum brachiorũ tuorũ & sacrificiũ sanctificatio-
nis offeres dño, & initia sanctorũ: & pauperi porrige manũ tuam, vt perficiatur
propitiatio, & bñdictio tua. Gratia dati in cõspectu oĩs viuentis, & mortuo nõ Boni
prohibeas gratiã. Non desis plorãtibus in cõsolatione, & cũ lugentibus ambula. Afflictis suc
Non te pigeat visitare infirmũ: ex his enim in dilectione firmaberis. In oĩbus currendum.
operibus tuis memorare nouissima tua, & in ęternũ non peccabis. CA. VIII. Mat. 25. d

NOn litiges cũ homine potente, ne fortè incidas in manus illius. Non con- A
tendas cũ viro locuplete, ne fortè ecõtra cõstituat litem tibi. multos enim Non litigã
perdidit aurũ & argentũ, & vsq; ad cor regum extendit, & cõuertit. Non litiges dum cũ fu-
cum homine linguato, & non strues in ignẽ illius ligna. Non cõmunices homi riosi.
ni indocto, ne mala de progenie tua loquatur. Ne despicias hominẽ auertentẽ
se à peccato, neq; improperes ei. memẽto quoniã oẽs in corruptione sumus. Ne B
spernas hominẽ in sua senectute: etenim ex nobis senescunt. Noli de mortuo ini Non gau-
mico tuo gaudere: sciens quoniã oẽs morimur, & in gaudiũ volumus venire. dendum su-
Ne despicias narrationẽ presbyterorũ sapientiũ, & in puerbijs eorũ cõuersare. ab per inimici
ipsis. n. disces sapientiã, & doctrinã intellectus, & seruire magnatis sine quęrela. morte.
Non te pręteriat narratio seniorũ: ipsi enim didicerũt à patribus suis. quoniã C
ab ipsis disces intellectũ, & in tẽpore necessitatis dare responsum. Non incendas
carbones peccatorũ arguens eos, & ne incendaris flãma ignis peccatorũ illorũ.
Ne cõtra faciem stes cõtumeliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo. Noli fœnerari
homini fortiori te: quod si fœneraueris, quasi perditũ habe. Nõ spondeas super vir-

tutem tuam:q si spoponderis, quasi restituens cogita. Non iudices contra iudicem: quoniam secundum quod iustum est, iudicat. Cũ audace nõ eas in via, ne fortè grauet mala sua in te: ipse enim sm voluntatẽ suã vadit, e simul cũ stultitia illius peries. Cũ iracundo nõ facias rixam, e cum audace non eas in desertũ: quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, e vbi non est adiutorium, elidet te. Cum fatuis consilium non habeas, non enim poterunt diligere, nisi quę eis placent. Corã extraneo nõ facies ɔsiliũ: nescis enim qd pariet. Non oĩ homini cor tuum manifestes: ne fortè inferat tibi gratiã falsam, & ɔuitietur. CAP. IX.

A
Pericula pudicitię vitã da monet.

NOn zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiã doctrinę nequã. Nõ des mulieri potestatem aĩę tuę, ne ingrediatur in virtute tua, e ɔfundaris. Ne respicias mulierem multiuolã: ne fortè incidas in laqueos illius. Cũ saltatrice ne assiduus sis: nec audias illã, ne fortè pereas in efficacia illius. Virginem ne ɔspicias, ne fortè scandelizeris in decore illius. Ne des fornicarijs aĩam tuam in vllo: ne perdas te, e hereditatem tuam. Noli circũspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuã à muliere compta, & ne circũspiB cias speciem alienã. ꝓpter speciem mulieris multi perierunt: e ex hoc ɔcupiscentia quasi ignis exardescit. Omnis mulier quę est fornicaria, quasi stercus in via ab oĩbus pretereuntibus ɔculcabitur. Speciẽ mulieris alienę multi admirati reprobi facti sunt. colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cũ aliena muliere nõ sedeas oĩno, nec accumbas cũ ea super cubitum: e non alterceris cũ illa in vino, ne fortè declinet cor tuũ in illam, e sanguine tuo labaris in ꝑditionẽ. Ne

Amicus antiquus ꝑferẽdus.

C derelinquas amicũ antiquũ: nouus enim nõ erit similis illi. Vinũ nouũ, amicus nouus: veterascet, e cũ suauitate bibes illud. Non zeles gloriam, e opes peccatoris. nõ enim scis quę futura sit illius subuersio. Nõ placeat tibi iniuria iniustoꝝ, sciens quoniã vsq; ad inferos nõ placebit impius. Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi, e nõ suspicaberis timorem mortis: e si accesseris ad illum, noli aliqd cõmittere, ne fortè auferat vitam tuã. Cõmunionẽ mortis scito: quoniam in medio laqueoꝝ ingredieris, & super dolentiũ arma ambulabis.

Gloria peccatorum nõ zelanda.

D Secundũ virtutem tuã caue te à proximo tuo, e cũ sapientibus e prudẽtibus tracta. Viri iusti sint tibi ɔuiuę, e in timore dei sit tibi gloriatio, e in sensu sit tibi cogitatus dei, e omnis enarratio tua in preceptis altissimi. In manu artificũ opera laudabuntur, e princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu verò seniorum verbum. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: e temerarius in verbo suo odibilis erit.

Quales cõuiuę esse debeant.

CAPVT X.

A
Stabilimentum regni, rex sapiens.

IVdex sapiens iudicabit populũ suũ, e principatus sensati stabilis erit. Secundum iudicẽ populi, sic e ministri eius: e qualis rector est ciuitatis, tales e inhabitãtes in ea. Rex insipiens ꝑdet ppl̃m suũ: e ciuitates inhabitabunt per sensum prudentiũ. In manu dei potestas terrę: e execrabilis oĩs iniquitas gentiũ, e vtilẽ rectorẽ suscitabit in tempus super illam. In manu dei potestas hoĩs, e super faciem scribę imponet honorem suũ. Omnis iniurię ꝓximi ne memineris, e nihil agas in operibus iniurię. Odibilis corã deo est e hoĩbus superbia: e execrabilis oĩs iniquitas gentiũ. Regnũ à gente in gentẽ trãsfertur pp iniustitias, e iniurias,

B
Auaritię detestatio.

& ɔtumelias, e diuersos dolos. Auaro autẽ nihil est scelestius. Quid superbit terra e cinis? Nihil est iniquius, q̃ amare pecuniam. hic enim e animã suam venalem habet: qm̃ in vita sua proiecit intima sua. Omnis potentatus, breuis vita. Lãguor prolixior grauat medicũ. Breuem lãguorem ꝑcidit medicus: sic e rex hodie est, & cras morietur. Quũ enim morietur homo, hereditabit serpentes, & bestias, & vermes. Initiũ superbię hoĩs, apostatare à deo: quoniã ab eo qui fecit illum, recessit cor eius. quoniam initium oĩs peccati est superbia: qui tenuerit illã, adimplebitur maledictis, & subuertet eũ in finem. Propterea exhonorauit dominus ɔuentus malorum, e destruxit eos vsq; in finem. Sedes ducum superboꝝ de-

Superbia.

C struxit deus, e sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbaꝝ arefecit deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium euertit dñs, & perdidit eas vsq; ad fundamentum. Arefecit deus ex ipsis, & disperdidit eos, e cessare fecit memoriam eoꝝ à terra. Memoriã superboꝝ perdidit deus, e reliquit memoriã humilium sensu. Non est creata hominibus superbia: neq; iracundia nationi mu-

rerum. Semen hominũ honorabitur hoc, quod timet deũ: semen autẽ hoc exhono-rabitur, quod preterit mandata dñi. In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent dñm, erunt in oculis illius. Gloria diuitum, honoratorũ, & pauperũ, timor dei est: nõ despicere hominem iustũ pauperem, & nõ magnificare virũ peccatorem diuitem. Magnus est iudex, & potens est in honore: & nõ est maior illo qui timet deũ. Seruo sensato liberi seruient: & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & inscius nõ honorabitur. Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustię. Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane. Fili mi, in mãsuetudine serua animam tuam, & da illi honorem sm meritum suum. Peccantem in animã suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam suã? Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suũ: & est homo qui honorificatur propter substantiam suã. Qui autẽ gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? Et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

Timor dñi.

D

Seruus sensatus.

Prou. 17.a

Labor commendatur.

Prou. 11.b

Gloria I tribulatione.

CAP. XI.

SApientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorũ cõsedere illum faciet. Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo. breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius. In vestitu ne glorieris vnquã, nec in die honoris tui extollaris: quoniã mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius. Multi tyrãni sederũt in throno, & insuspicabilis portauit diadema. Multi potentes oppressi sunt valide, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Priusquam interroges, ne vituperes quẽquam: & quũ interrogaueris, corripe iustè. Priusquam audias ne respõdeas verbum, & in medio sermonũ ne adijcias loqui. De ea re, quę te non molestat, ne certeris: & in iudicio peccantium ne cõsistas. Fili, ne in multis sint actus tui: & si diues fueris, non eris immunis à delicto. Si enim sequutus fueris, nõ apprehendes: & nõ effugies, si pręcucurreris. Est homo laborans, & festinans, & dolens impius, & tanto magis nõ abundabit. Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput: & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt deum. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, à deo sunt. Sapientia & disciplina, & scientia legis apud deum. Dilectio, & vię bonorũ apud ipsum. Error & tenebrę peccatoribus cõcreata sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo. Datio dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in ęternum. Est qui locupletatur parce agendo, & hęc est pars mercedis illius in eo quod dicit, Inueni requiem mihi, & nũc manducabo de bonis meis solus. & nescit quod tempus prętereat illũ, & mors appropinquet, & relinquet omnia alijs, & morietur. Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorũ tuorũ veterasce. Ne manseris in operibus peccatorum. Confide autem in deo, & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis dei subito honestare pauperem. Benedictio dei in mercedem iusti festinat, & in honore veloci processus illius fructificat. Ne dicas, Quid est mihi opus, & quę erunt mihi ex hoc bona? Ne dicas, Sufficiens mihi sum: & quid ex hoc pessimabor? In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum nõ immemor sis bonorũ: quoniam facile est coram deo in die obitus retribuere vnicuique secundũ vias suas. Malitia horę obliuionem facit luxurię magnę, & in fine hominis denudatio operũ illius. Ante mortem ne laudes hominẽ quenquã, quoniã in filijs suis agnoscitur vir. Non omnem hoĩem inducas in domũ tuã. multę enim sunt insidię dolosi. Sicut enim eructant pręcordia fœtentiũ, & sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum sic & cor superborũ, & sicut prospector videns casum proximi sui. Bona enim in mala cõuertens insidiatur, & in electis imponet maculã. A scintilla enim vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis: homo verò peccator sanguini insidiatur. Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala: nec fortè inducat super te subsannationẽ in perpetuũ. Admitte ad te alienigenã, & subuertet te in turbine, & abalienabit te à tuis proprijs.

A

Non iudicãdum sm faciem.

Iohan. 7.c

De iudicio temerario.

Prou. 18.c

B

Diues delicto non caret.

C

Luce. 12.c.

Infra. 18.c

D

CAP. XII.

SI bene feceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iusto, & inuenies retributionem magnã: & si non ab ipso, certè à domino. Non est

A

enim est bene qui assiduus est in malis, e eleemosynas non danti: quoniã e altis-
simus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. Da misericordi, & ne
suscipias peccatorem: e impijs, e peccatoribus redde vindictã, custodiens eos in
diem vindictæ. Da bono, e nõ receperis peccatorem. Benefac humili, e non dede-
B ris impio: prohibe panes illi dare, ne in ipsis potentior te sit. nam duplicia ma-
la inuenies in oĩbus bonis, quęcunq; feceris illi: quoniã & altissimus odio habet
peccatores, e impijs reddet vindictã. Non agnoscetur in bonis amicus, e nõ ab-
scondetur in malis inimicus. In bonis viri, inimici illius in tristitia, & in mali-
tia illius, amicus agnitus est. Non credas inimico tuo in æternũ: sicut enim æra-
C mentũ, æruginat nequitia illius. & si humiliatus vadat curuus, adijce animũ tuũ, e
custodi te ab illo. Non statuas illũ penes te, nec sedeat ad dexteram tuã, ne conuer-
sus stet in loco tuo: ne fortè conuersus in locum tuũ, inquirat cathedram tuam, e in
nouissimo cognoscas verba mea, & in sermonibus meis stimuleris. Quis mise-
rebitur incantatori à serpente percusso, e omnibus qui appropiant bestijs: sic &
D qui comitatur cũ viro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius. Vna hora tecum
permanebit: si aũt declinaueris, nõ supportabit. In labijs suis indulcat inimicus,
& in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam. In oculis suis lachrymatur
inimicus: & si inuenerit tempus, nõ satiabitur sanguine & si incurrerint tibi ma-
la, inuenies eum illic priorem e quasi adiuuans suffodiet plãtas tuas. Caput suũ
A mouebit, & plaudet manu, e multa susurrãs cõmutabit vultũ suũ. CA. XIII.

QVi tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui cõmunicauerit superbo, induet
superbiam. Pondus super se tollet, qui honestiori se cõmunicat. Et ditiori te
ne socius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim se colli-
serint, confringetur. Diues iniustè egit, & fremet: pauper aũt læsus tacebit. Si largi-
tus fueris, assumet te: & si nõ habueris, derelinquet te. Si habes, conuiuet tecum,
& euacuabit te, e ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris, supplantabit
te, & subridens spem dabit narrans tibi omnia bona, e dicet, Quid opus est tibi?
B Et confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis, e ter: e in nouissimo deride-
bit te: postea videns derelinquet te, & caput suũ mouebit ad te. Humiliare deo,
& expecta manus eius. Attende, ne seductus in stultitia humilieris. Noli esse hu-
milis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris. Aduocatus à poten-
tiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus sis, ne impingua-
ris: & ne longe sis ab eo, ne eas in obliuionem. Ne retineas ex æquo loqui cũ
illo: nec credas multis verbis illius, ex multa enim loquela tentabit te, e subri-
dens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius conseruabit ver-
C ba tua: e nõ parcet de malitia, e de vinculis. Caue tibi, & attende diligenter audi-
tui tuo: quoniã cũ subuersione tua ambulas. Audiens verò verba illa, quasi in
somnis vide: & vigilabis. Omni vita tua dilige deũ, e inuoca illum in salute tua.
Omne animal diligit simile sibi: sic & oĩs homo proximũ sibi. Omnis caro ad
similem sibi coniungetur, & omnis homo similis sui sociabitur. Si cõmunicabit lu-
pus agno aliqñ: sic peccator iusto. Quæ cõmunicatio sancto hoĩ ad canem? aut
quę pars bona diuiti ad pauperẽ? Venatio leonis onager in eremo: sic & pascua
diuitũ, sunt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas: sic & execratio
D diuitis pauper. Diues cõmotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem quũ
ceciderit, expelletur e à notis. Diuiti decepto multi recuperatores: loquutus est
superba, e iustificauerũt illũ. humilis deceptus est, insuper & arguitur. loquutus est
sensatè, e nõ est datus ei locus. Diues loquutus est, e oẽs tacuerunt, e verbũ illius
vsq; ad nubes perducent. pauper loquutus est, e dicũt, Quis est hic? Et si offende-
rit, subuertũt illũ. Bona est substãtia, cui non est peccatũ in conscientia, e nequissi-
ma paupertas in ore impij. Cor hoĩs immutat faciem illius, siue in bona, siue ĩ mala.
Vestigiũ cordis boni, e faciẽ bonã difficile inuenies, & cũ labore. CA. XIIII.

A BEatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristi-
tia delicti. Fœlix qui nõ habuit animi sui tristitiã, & nõ excidit à spe sua. Vi-
ro cupido e tenaci, sine ratione est substãtia, e homini liuido ad quid aurum? Qui
aceruat ex animo suo iniustè, alijs congregat, e in bonis illius alius luxuriabitur.
Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? & non iucundabitur in bonis suis. Quũ

Qui inuidet, nihil est illo nequius, & hęc redditio est malitię illius: & si bene fece-
rit, ignoranter, & nõ volens facit, & in nouissimo manifestat malitiā suam. Ne- B
quam est oculus liuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suam. Prou.27.d
Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: non satiabitur, donec consumat
arefaciens animam suam. Oculus malus ad mala: & non satiabitur pane indi-
gens, & in tristitia erit super mensam suā. Fili, si habes, bene fac tecum, & deo
dignas oblationes offer. Memor esto quoniā mors non tardat, & testamentū in-
ferorū qđ demonstratum est tibi. testamentū enim huius mundi morte morie- Supra.4.a
tur. Ante mortem benefac amico tuo, & ſm vires tuas exporrigens da pauperi. Nõ Tob.4.b
defraudaueris à die bono, & particula boni doni non te pretereat. Nõnne alijs relin- C
ques dolores, & labores tuos? In diuisione sortis da, & accipe, & iustifica aīaʒ tuā.
Ante obitum tuū operare iustitiam, quoniā non est apud inferos inuenire cibū. Esa.40.b
Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. Iac.1.b
Alia generantur, & alia deijciuntur: sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur, 1.Pet.1.d
& alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur,
ibit cū illo. Et omne opus electū iustificabitur: & qui operatur illud honorabitur
in illo. Beatus vir, qui in sapientia morabit: & qui in iustitia sua meditabitur, & D
in sensu suo cogitabit circūspectionē dei. Qui excogitat vias illius i corde suo,
& in absconsis suis itelligens, vadens post illā quasi inuestigator, & in vijs illius cõsi-
stens: qui respicit p fenestras illius, & in ianuis illius audiens: q requiescit iuxta do-
mū illius, & in parietibus illius figēs palū statuet casulā suā ad manus illius, & re-
quiescēt i casula illius bona p æuū, statuet filios suos sub tegmie illi⁹, & sub ramis
ei⁹ morabit, pteget sub tegmine illius à feruore, & in gl'a eius requiescet. C.XV.

QVI timet deū, faciet bona: & qui cõtinens est iustitię, apprendet illā, & obuia- A
bit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum.
Cibabit illū pane vitę, & intellectus, & aqua sapientię salutaris potabit illū, & fir-
mabitur in illo, & nõ flectetur: & cõtinebit illū, & nõ cõfundetur: & exaltabit illum
apud proximos suos, & in medio ecclesię aperiet os eius, & adimplebit illū spiri-
tu sapientię & intellectus, & stola glorię vestiet illū. Iucunditatem & exultationē B
thesaurizabit sup illū, & nomine ęterno hęreditabit illū. Hoies stulti nõ appre-
hendent illam, & homines sensati obuiabunt illi. homines stulti nõ videbūt eā,
lõge enim abest à supbia & dolo: viri mendaces nõ erūt illius memores, & viri
veraces inuenientur in illa, & successum habebunt vsq; ad inspectionem dei. Non
est speciosa laus in ore peccatoris, qm̄ à deo pfecta est sapientia. sapientię n. dei
astabit laus, & in ore fideli abūdabit, & dominator dabit eā illi. Non dixeris, Per C
deū abest. quę. n. odit ne feceris. Nõ dicas, Ille me implanauit: nõ enim necessa-
rij sunt ei hoies impij. Omne execramentū erroris odit dñs, & non erit amabile ti-
mentibus eum. Deus ab initio cõstituit hoiem, & reliqt illum in manu cõsilij sui. Math.19.c
Adiecit mādata, & pcepta sua. si volueris mādata seruare, cõseruabūt te, & in ppe-
tuū fidem placitā seruare. Apposuit tibi aquā & ignem: ad quod volueris, por- Iere.21.c
rige manū tuā. Ante hominem vita & mors, bonū & malū: quod placuerit ei da- D
bitur illi: quoniā multa sapientia dei, & fortis in potētia, videns omnes sine in-
termissione. Oculi domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem operaʒ ho- Psal.33.c
minis. Nemini mandauit impie agere, & nemini dedit spatium peccandi. non Heb.4.c
enim concupiscit multitudinem filiorum infideliū & inutilium. CAP. XVI.

NE iucunderis in filijs impijs, si multiplicentur: nec oblecteris sup ipsos, si non A
est timor dei in illis. Nõ credas vitę illoꝝ, & ne respexeris in labores eoꝝ. Me-
lior est enim vnus timens deū, qȝ mille filij impij. Et vtile est mori sine filijs, qȝ B
relinquere filios impios. Ab vno sensato inhabitabitur patria, & à tribus impijs
deseretur. Multa talia vidit oculus meus, & fortiora his audiuit auris mea. In Infra.21.B
synagoga peccantiū exardebit ignis, & in gente incredibili exardescet ira. Nõ exo-
rauerunt pro peccatis suis antiq gigātes, qui destructi sunt cõfidentes suę virtuti:
& nõ pepercit peregrinationi illoꝝ, & execratus est eos pręs superbia verbi illorū.
Nõ misertus est illis gentem totā perdens, & extollentē se in peccatis suis. Et sicut B
sexcenta millia peditum qui cõgregati sunt in duritia cordis sui: & si vnus fuis-
set ceruicatus, mirum si fuisset immunis, misericordia enim & ira est cū illo. Po-

sens exoratio, & effundens iram secundum misericordiam suam: sic & correptio
illius, hominem secundum opera sua iudicat. Non effugiet in rapina peccator, &
non retardabit sufferentia misericordiam facientis. Omnis misericordia faciet lo
cum vnicuique secundum meritum operũ suorum, & secundum intellectum peregri
C nationis ipsius. Nõ dicas, A deo abscõdar, & ex summo quis mei memorabitur?
in populo magno nõ agnoscar: quæ est enim anima mea in tam immensa creatu
ra? Ecce, cœlũ, & cœli cœlorum, abyssus & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspe
ctu illius cõmouebuntur, montes simul, & colles & fundamenta terræ: & cũ con
spexerit illa deus, tremore cõcutientur. & in omnibus his insensatum est cor: &
omne cor intelligitur ab illo: & vias illius quis intelliget, & procellam quam
nec oculus videbit hominis? Nam plurima illius opera sunt in absconsis: sed
opera iustitiæ eius quis enuntiabit? aut quis sustinebit? Longè enim est testa-
mentum à quibusdam, & interrogatio omnium in cõsummatione est. Qui mi-
D noratur corde, cogitat inania: & vir imprudens & errans cogitat stulta. Audi
me fili, & disce disciplinam sensus, & in verbis meis attende in corde tuo, & dicam
in æquitate disciplinã, & scrutabor enarrare sapientiam. & in verbis meis atten-
de in corde tuo, & dico in æquitate spiritus virtutes quas posuit deus in opera
sua ab initio, & in veritate enuntio scientiã eius. In iudicio dei opera eius ab ini
tio, & ab institutione ipsorum distinxit partes illorum, & initia eorum in gentibus
suis. Ornauit in æternum opera illorum, nec esurierunt, nec laborauerunt, & nõ
destiterunt ab operibus suis. Vnusquisque proximum sibi nõ angustiabit vsque in
æternum. Non sis incredibilis verbo illius. Post hæc deus in terram respexit, & im
pleuit illam bonis suis. Anima autem omnis vitalis denuntiabit ante faciem ip
sius, & ipsa iterũ reuersio illorum.

CAPVT. XVII.

A DEus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum. Et iterum
Gene.1.d conuertit illũ in ipsam, & secundum se vestiuit illum virtute. Numerũ dierum & tẽ
2.b 5.a pus dedit illi, & dedit potestatem eorum quæ sunt super terram. Posuit timorem il-
lius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & volatilium. Crea-
uit ex ipso adiutorium simile sibi: consilium & linguam, & oculos, & aures, &
Gene.2.d cor dedit illis excogitandi: & disciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis scië
tiam spiritus, & sensu impleuit cor illorum, & mala & bona ostendit illis. Posuit
oculum suũ super corda illorum ostendere illis magnalia operum suorum, vt no-
men sanctificationis collaudẽt: & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enar
B rent operũ eius. Addidit illis disciplinã, & legem vitæ hæreditauit illos. Testamẽ
tum æternũ cõstituit cũ illis, & iustitiã & iudicia sua ostendit illis. Et magnalia ho
noris eius vidit oculus illorum, & honorẽ vocis audierunt aures illorũ, & dixit illis.
Attendite ab omni iniquo. Et mãdauit illis vnicuique de proximo suo. Viæ illo-
rum, corã illo sunt semper, & nõ sunt absconsæ ab oculis ipsius. In vnãquanque gẽ
tem præposuit rectorẽ: & pars dei Israel facta est manifesta. Et omnia opera illorum ve
lut sol in cõspectu dei: & oculi eius sine intermissione inspicientes in vijs eorum.
C Non sunt abscõsa testamenta propter iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum
Infra.29.c in cõspectu dei. Eleemosyna viri quasi sacculus cũ ipso, & gratiã hominis quasi pupil
lã cõseruabit: & postea resurget, & retribuet illis retributionẽ, vnicuique in caput
ipsorum, & cõuertet in inferiores partes terræ. Pœnitentibus aũt dedit viã iustitiæ, &
cõfirmauit deficientes sustinere, & destinauit illis sortem veritatis. Cõuertere ad
dominũ, & relinque peccata tua, precare ante faciem domini, & minue offendicula.
Reuertere ad dominũ, & auertere ab iniustitia, & nimis odito execrationem: & co
gnosce iustitias & iudicia dei, & sta in sorte propositionis, & orationis altissimi
D dei. In partes vade seculi sancti, cum viuis & dantibus cõfessionem deo. Non de-
moreris in errore impiorum, ante mortem cõfitere. A mortuo quasi nihil, perit cõ-
fessio. Cõfiteberis viuens, viuus & sanus cõfiteberis, & laudabis deũ, & gloriaberis
in miserationibus illius. Quàm magna misericordia domini, & propitiatio illius
cõuertentibus ad se. Nec enim omnia possunt esse in hominibus, quoniam non
est immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt. Quid lucidius
sole? & hic deficit. Aut quid nequius, quàm quod excogitauit caro & sanguis: & hoc
arguetur. Virtutem altitudinis cœli ipse cõspicit: & omnes homines terra & cinis.

CAPVT XVIII.

QVi viuit in ęternum, creauit oĩa simul. Deus solus iustificabitur, & manet A
inuictus rex in ęternũ. Quis sufficit enarrare opera illius? Quis.n. inuesti-
gabit magnalia eius? Virtutẽ autẽ magnitudinis eius quis enuntiabit? aut qs
adijciet ennarrare misericordiã eius? Nõ ẽ minuere, neq; adijcere, nec est inueni-
re magnalia dei. Quum cõsummauerit homo, tũc incipiet: & quũ quieuerit, ope-
rabitur. Quid est homo, & quę est gratia illius? & qd est bonũ, aut qd nequam
illius? Numerus dierũ hoĩum, vt multũ centũ anni: quasi guttę aquę maris de- Psal. 89. c
putati sunt: & sicut calculus arenę, sic exigui anni in die ęui. Propter hoc patiẽs
est deus in illis, & effundit super eos misericordiã suam. Vidit pręsumptionẽ cor- B
dis eorũ qm̃ mala est, & cognouit subuersionem illorũ quoniã nequã est. ideò
adimpleuit propitiationẽ suam in illis, & ostendit eis viã ęquitatis. Miseratio
hoĩs, circa proximũ suum: misericordia autẽ dei super oẽm carnem. Qui mise-
ricordiã habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suũ. Miseretur excipiẽtis do-
ctrinã miserationis, & q festinat in iudicijs eius. Fili, in bonis non des querelas, &
in omni dato non des tristitiã verbi mali. Nõnne ardorem refrigerabit ros? sic
& verbum melius, quã datum. Nõnne ecce verbum super datum bonũ? & vtraq;
cum hoĩe iustificato. Stultus acriter improperabit, & datus indisciplinati tabesce- C
re facit oculos. Ante iudicium para iustitiam tibi, & antequã loquaris disce. Añ
languorem adhibe medicinam, & ante iudiciũ interroga teipsum, & in cõspe-
ctu dei inuenies propitiationẽ. Ante languorem humilia te, & in tempore infir-
mitatis ostende conuersationẽ tuã. Nõ impediaris orare semp, & ne verearis vsq; Luc. 18. a
ad mortẽ iustificari: quoniã merces dei manet in ęternum. Ante orõnem prępa- 1. thess. 5. d
ra animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat deũ. Memento irę in die Supra. 7. b.
cõsummationis, & tempus retributionis in cõuersione faciei. Memento pau- Supra. 11. c
pertatis in tẽpore abũdantię, & necessitatem paupertatis in die diuitiarum. A D
mane vsq; ad vesperam mutabitur tp̃s, & hęc oĩa citata in oculis dei. Hõ sapiẽs
in omnibus metuet, & in diebus delictorum attendet ab inertia. Omnis astutus
agnoscit sapientiã, & inuenienti eam dabit confessionẽ. Sensati in verbis & ipsi
sapienter egerunt, & intellexerunt veritatem, & iustitiam, & implorauerunt p- stillauerũt.
uerbia & iudicia. Post concupiscentias tuas non eas, & ã voluntate tua auerte- Rom. 13. d.
re. Si pręstes animę tuę ꝯcupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.
Ne oblecteris in turbis nec ĩmodicis: assidua enim est cõmissio illorum. Ne fue-
ris mediocris in contentione ex fœnore, & non est tibi nihil in sacculo: eris enim
inuidus animę tuę.

CAPVT XIX.

OPerarius ebriosus nõ locupletabit: & q spernit modica, paulatim decidet. A
Vinũ & mulieres apostatare faciũt sapiẽtes, & arguent sensatos: & q se iun-
git fornicarijs, erit nequã. putredo & vermes hęreditabunt illũ, & extolletur in exẽ-
plũ maius, & tolletur de numero aĩa eius. Qui credit cito, leuis corde est, & minorabi-
tur: & q delinquit in aĩam suam, insuper habebitur. Qui gaudet iniqtate, deno-
tabitur: & q odit correptionẽ, minuetur vita: & qui odit loquacitatẽ, extinguit
malitiã. Qui peccat in aĩam suam, pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, de-
notabitur. Ne iteres verbum nequã & durum, & nõ minoraberis. Amico & ini- B
mico noli narrare sensum tuũ: & si est tibi delictum, noli denudare. audiet enĩ
te, & custodiet te, & quasi defendens peccatum odiet te, & sic aderit tibi semper.
Audisti verbũ aduersus proximũ tuum? cõmoriatur in te, fidens quoniam nõ
te dirũpet. A facie verbi parturit fatuus, tãquã gemitus partus infantis. Sagit-
ta infixa femori canis, sic verbũ in corde stulti. Corripe amicũ, ne fortè non in- Leui. 19. d
tellexerit, & dicat, Nõ feci: aut si fecerit, ne iterũ addat facere. Corripe proximũ, Mat. 18. b
ne fortè nõ dixerit: & si dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicũ: sępe.n. fit cõmis- Luc. 17. a
sio. & nõ omni verbo credas. Est qui labitur lingua sua, sed non ex aĩo. Quis C
est.n. qui nõ deliquerit in lingua sua? Corripe proximũ antequã cõmineris. Et Iacob. 3. a
da locũ timori altissimi: qa omnis sapiẽtia timor dei, & in illa timere deũ, & in
omni sapientia dispositio legis. Et nõ est sapientia nequitię disciplina: & non
est cogitatus peccatorũ prudẽtia. Est nequitia, & ipsa execratio: & est insipiens, q
minuitur sapientia. Melior est homo qui minuitur sapiẽtia, & deficiẽs sensu in

timore dei, quã qui abũdat sensu, & trãsgreditur legem altissimi. Est solertia cer-
D ta, et ipsa iniqua. Et est qui emittit verbum certũ enarrans veritatẽ. Est qui ne-
quiter humiliat se, et interiora eius plena sunt dolo. et est iustus qui se nimium
submittit à multa humilitate: et est iustus qui inclinat faciem suam, et fingit se
non videre quod ignoratum est: et si ab imbecillitate virium vetetur peccare,
si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Ex visu cognoscitur vir, et ab oc-
cursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, et risus dentium et ingres-
sus hominis enunciant de illo. Est correptio mendax in ira contumeliosi: et est
iudicium quod non probatur esse bonum: et est tacens, et ipse est prudens.

CAPVT XX.

A Quàm bonũ est arguere, quàm irasci: et cõfitentẽ in oratione non prohibere.
Cõcupiscẽtia spadonis deuirginauit iuuẽculã: sic qui facit per vim iudiciũ
iniquũ. Quã bonũ est correptũ manifestare pœnitẽtiã: sic n. effugies volunta-
riũ peccatũ. Est tacẽs, qui inuenitur sapiẽs: et est odibilis, qui procax est ad loquẽ-
dũ. Est autẽ tacens, non habens sensum loquelę: et est tacens, sciens tempus apti
temporis. Homo sapiens tacebit vsq; ad tempus: lasciuus autem, et imprudens
non seruabit tempus. Qui multis vtitur verbis, lędet aiam suam: et qui potesta-
tẽ sibi sumit iniustè, odietur. Est processio in malis viro indisciplinato, et est in-
uentio in detrimentũ. Est datũ qđ nõ est vtile: et est datũ, cuius retributio du-
B plex. Est propter gloriã minoratio: et est qui ab humilitate leuabit caput. Est q
multa redimat modico pretio, et restituens ea in septuplũ. Sapiẽs in verbis se-
ipsum amabilem facit: gratię autẽ fatuorũ effundẽtur. Datus insipiẽtis nõ erit
vtilis tibi: oculi enim illius septẽplices sunt. exigua dabit, et multa impropera-
bit: et apertio oris illius inflãmatio est. Hodie fœneratur quis, et cras expetit, et
odibilis est homo huiusmodi. Fatuo nõ erit amicus, et nõ erit gratia in bonis
illius. Qui enim edunt panẽ illius: falsę linguę sunt. Quoties, et quãti irride-
bunt eum? Neque. n. quod habendũ erat, directo sensu distribuit: similiter et qđ
C nõ erat habẽdũ. Lapsus falsę linguę, quasi qui in pauimẽto cadẽs: sic casus ma-
a sine gratia lorũ festinãter venient. Homo [a]acharis quasi fabula vana: et in ore indiscipli-
natorũ assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non. n. dicit illã in tpẽ
suo. Est qui vetatur peccare prę inopia, et in requie sua stimulabit. Est q perdet
aiam suã prę confusione, et ab imprudẽti persona perdet eam: personę aũt ac-
ceptione perdet se. Est qui prę confusione promittit amico, et lucratus est eum
inimicũ gratis. Opprobrium nequã in hoĩe mendaciũ, & in ore indisciplinatorũ
D assidue erit. Potior fur quã assiduitas viri mendacis, perditionẽ aũt ambo hęre-
ditabunt. Mores hoĩum mendacium sine honore: & cõfusio illorũ, cum ipsis si-
ne intermissione. Sapiẽs in verbis producet seipsum, & homo prudens placebit
Pro magnatis. Qui operatur terrã suam, inaltabit aceruũ frugũ: & qui operatur iustitiã
a. iuer. 7. b tiã, ipse exaltabitur: qui verò placet magnatis, effugiet iniquitatem. Xenia & do-
Ex 9. c na excęcant oculos iudicũ, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorũ. Sa-
Deut. 23. a. pientia abscõsa & thesaurus inuisus: quę vtilitas in vtrisq;? Melior est q celat in-
Ju. 16. d sipientiã suã, quã homo qui abscondit sapiẽtiã suam. CAP. XXI.
Infra. 41. c
A Fili, peccasti: non adijcias iterum: sed & de pristinis deprecare vt tibi dimit-
tantur. Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipiẽt te.
Supra. 5. b. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hoĩum. Quasi romphęa bis
acuta omnis iniquitas, plagę illius nõ est sanitas. Obiurgatio, & iniurię annul-
labunt substãtiã: & domus quę nimis locuples est, annullabitur superbia: sic sub-
stãtia superbi eradicabitur. Deprecatio pauperis ex ore vsq; ad aures eius perue-
niet, & iudicium festinatò adueniet illi. Qui odit correptionẽ, vestigiũ est pecca-
toris: & qui timet deũ, conuertetur ad cor suũ. Notus à longe potens lingua au-
daci: & sensatus scit labi se ab ipso. Qui ędificat domũ suam impẽdijs alienis, quasi
Supra. 16. a qui colligit lapides suos in hyeme. Stupa collecta synagoga peccantiũ, & consum-
matio illorum flãma ignis. Via peccantiũ cõplanata lapidibus, & in fine illorũ
inferi, & tenebrę, & pœnę. Qui custodit iustitiã, continebit sensum eius. Consum-
matio timoris dei sapientia & sensus. Non erudietur, qui non est sapiens in bo-
no. Est aũt insipiẽtia, quę abũdat in malo; & nõ est sensus vbi abundat amaritu-

do. Scientia sapientis tanquã inundatio abundabit, & consiliũ illius sicut fons
vitę permanet. Cor fatui quasi vas cõfractũ, & oẽm sapiam nõ tenebit. Verbũ
sapiens quodcũq; audierit scius laudabit, & ad se adijciet: audiuit luxuriosus, & di-
splicebit illi, & proijciet illud post dorsum suũ. Narratio fatui quasi sarcina in
via. nam in labijs sensati inuenietur gratia. Os prudentis quęrit in ecclesia, &
verba illius cogitabunt in cordibus suis. Tanquã domus exterminata, sic fatuo
sapia: & scietia insensati inenarrabilia verba. Cõpedes in pedibus, stulto doctri-
na, & quasi vincula manuũ super manũ dextrã. Fatuus in risu exaltat vocẽ suã:
vir autẽ sapiẽs vix tacitè ridebit. Ornamentũ aureũ prudenti doctrina, & quasi B
brachiale in brachio dextro. Pes fatui facilis in domũ proximi: & hõ peritus cõ-
fundet à persona potentis. Stultus à fenestra respiciet in domũ: vir autẽ erudi-
tus foris stabit. Stultitia hoĩs auscultare per ostiũ: & prudens grauabit cõtume-
lia. Labia imprudentum stulta narrabunt: verba aũt prudentiũ statéra põderabũ-
tur. In ore fatuorũ cor illorũ: & in corde sapientiũ os illorũ. Dũ maledicit impius
diabolũ: maledicit ipse aĩam suam. Susurro coinquinabit aĩam suã, & in oĩbus
odiet: & q permãserit, odiosus erit: tacitus & sensatus honorabit. C. XXII. Iudę. 3. A
IN lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquẽtur super aspernationẽ il- A
lius. De stercore boum lapidatus est piger: & oĩs qui tetigerit eum, excutiet
manus suas. Cõfusio patris est de filio indisciplinato: filia autẽ fatua in deminu-
tione fiet. Filia prudẽs hęreditas viro suo. nam quę cõfundit, in cõtumeliam
fit genitoris. Patrẽ & virum confundit audax, & ab impijs nõ minorabitur, ab
vtrisq; autẽ inhonorabitur. Musica in luctu importuna narratio: flagella & do-
ctrina in omni tempore sapientia. Qui docet fatuũ, quasi qui conglutinat te-
stam. Qui narrat verbũ non audiẽti, quasi q excitat dormientẽ de graui sõno.
Cum dormiente loquit, qui enarrat stulto sapientiam: & in fine narrationis di-
cit, Quis est hic? Super mortuum plora, defecit enim lux eius: & super fatuum B
plora, deficit enim sensu. Modicum plora supra mortuum, quoniã requieuit. Infra. 38. D
Nequissimi enim nequissima vita, super mortẽ fatui. Luctus mortui septẽ dies:
fatui autem, & impij omnes dies vitę illorũ. Cum stulto ne multum loquaris, & Supra. 12. A
cum insensato ne abieris. Serua te ab illo, vt non molestiam habeas, & non co-
inquinaberis peccato illius. Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & non acedia-
beris in stultitia illius. Super plumbum grauabitur: & quod illi aliud nomen,
quàm fatuus? Arenam & salem, & massam ferri facilius est ferre, quàm hominẽ
imprudẽtem, & fatuum, & impium. Sicut loramentum ligneum colligatum in Prou. 17. B
fundamento ędificij non dissoluetur: sic & cor cõfirmatum in cogitatione cõsilij. C
Cogitatus sensati in omni tempore vel metu non deprauabitur. Sicut orna-
tus arenosus in pariete limpido, & sicut pali in excelsis, & cęmenta sine impen-
sa posita contra faciẽ venti non permanebunt: sic & cor timidum in cogitatio-
ne stulti contra impetum timoris non resistet. Cor trepidum in cogitatione fa-
tui, omni tempore non metuet: sic & qui in pręceptis dei permanet semp. Pun-
gens oculum, deducit lachrymas: & qui pungit cor, profert sensum. Mittens la-
pidem in volatilia, deijciet illa: sic & qui conuitiatur amico, dissoluit amicitiã.
Ad amicum si produxeris gladium, non desperes, est enim regressus ad amicũ. D
Si aperuerit os triste, non timeas, est. n. concordatio: excepto conuitio, & impro-
perio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. in his oĩbus effugiet
amicus. Fidem posside cũ amico in paupertate illius, vt & in bonis illius lęteris.
In tpe tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hęreditate illius cohęre-
dis. Ante ignẽ camini vapor & fumus ignis inaltatur: sic & ante sanguinẽ male-
dicta, & contumelię, & minę. Amicum salutare non confundaris. A facie illius
non me abscondam: & si mala mihi euenerint per illũ, sustinebo. Oĩs qui au-
diet, cauebit se ab eo. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signa- Psal. 140. A
culum certum, vt nõ cadam in ipsis, & lingua mea pdat me? CA. XXIII.
DOmine pater & dominator vitę meę ne derelinquas me in cogitatu, & A
consilio eorum: nec sinas me cadere in illa exprobratione. Quis su-
perponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam sapientię,
vt ignorationibus eorum non parcant mihi, & non appareant delicta eorũ

sit, & ne adincrescant ignorantię meę, & multiplicentur delicta mea, & peccata
mea abundent, & incidam in conspectum aduersariorum meorum, & gaudeat su-
per me inimicus meus: Domine pater, & deus vitę meę, ne derelinquas me in cogitatu il-
lorum. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne desyderium pra-
uum auerte à me. Aufer à me ventris concupiscentias & concubitus concupi-
scentię ne apprehendant me, & animę irreuerenti & infrunitę ne tradas me. Do-
ctrinam oris audite filij: & qui custodierit illam non periet labijs, nec scandaliza-
bitur in operibus nequissimis. In vanitate sua apprehenditur peccator, & super-
bus & maledicus scandalizabitur in illis. Iurationi non assuescat os tuum: multi
enim casus in illa. Nominatio verò dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus san-
B ctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Sicut. n. seruus in-
Infra. 27. b terrogatus assiduè, à liuore nō minuitur: sic omnis iurans, & nominans, in toto
à peccato nō purgabitur. Vir multū iurans implebitur iniquitate, & non disce-
det à domo illius plaga. Et si frustrauerit fratrem, delictum illius super ipsum erit:
& si dissimulauerit, delinquet dupliciter: & si in vanum iurauerit, non iustificabi-
tur: replebitur. n. retributione domus illius. Est & alia loquela contraria morti,
non inueniatur in hęreditate Iacob. Etenim à misericordibus omnia hęc aufe-
rentur, & in delictis non volutabunt. Indisciplinatę loquelę non assuescat os
tuum: est. n. in illa verbum peccati. Memento patris & matris tuę, in medio. n.
magnatorum consistis: ne fortè obliuiscatur te deus in conspectu illorum, & assi-
duitate tua infatuatus improperium patiaris, & maluisses non nasci, & diem na-
2. reg. 16. b. tiuitatis tuę maledicas. Homo assuetus in verbis improperij, in omnibus dieb-
C us suis nō erudietur. Duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram, &
perditionem: Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid
glutiat: Et homo nequam in ore carnis suę non desinet donec incedat ignem.
Homini fornicario ōis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens vsq; ad fi-
nem. Ōis homo qui transgreditur lectum suū, contēnens animam suam, & di-
Esa. 29. c cens, Quis me videt? tenebrę circūdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo
circūspicit me: quem vereor? delictorū meorum non memorabitur altissimus.
Et non intellexit quoniā omnia videt oculus illius, quoniā expellit à se timo-
rem dei huiusmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum: & nō co-
gnouit quoniam oculi dñi multo plus lucidiores sunt super solem, circūspiciē-
D tes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes
in absconditas partes. Domino enim deo antequā crearentur ōia, sunt agnita:
sic & post perfectum respicit ōia. Hic in plateis ciuitatis vindicabitur, & quasi
pullus equinus fugabitur: & vbi non sperauit, apprehendetur. Et erit dedecus
omnibus, eò quòd non intellexerit timorem dñi. Sic & mulier omnis relinquēs
virum suum, & statuens hęreditatem ex alieno matrimonio. primò. n. in lege
altissimi incredibilis fuit: & secundò in virum suum deliquit: tertiò in adulterio
fornicata est, & ex alio viro filios statuit sibi. Hęc in ecclesiam adducetur, & in fi-
lios eius respicietur. Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fru-
ctum. derelinquent in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebi-
tur. Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est, quàm timor dei:
& nihil dulcius, quàm respicere in mandatis dñi. Gloria magna est sequi dñm:
longitudo. n. dierum assumetur ab eo. CAP. XXIIII.
A SApientia laudabit aīam suam, & in deo honorabitur, & in medio populi sui
gloriabitur, & in ecclesijs altissimi aperiet os suum, & in conspectu virtutis
illius gloriabitur, & in medio populi sui exaltabitur, & in plenitudine sancta ad-
mirabitur, & in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos be-
nedicetur, dicens, Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante ōm creaturā.
Ego feci in cœlis vt oriret lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem ter-
ram. Ego in altissimis habitaui, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli
circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, &
in omni terra steti. Et in omni populo, & in omni gente primatum habui: & om-
nium excellentium, & humiliū corda virtute calcaui, & in his omnibus requiem
quęsiui, & in hęreditate eius morabor. Tūc pręcepit, & dixit mihi creator om-

& qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi, In Iacob inhabi-
ta, & in Israel hereditare, & in electis meis mitte radices. Ab initio & ante secula
creata sum, & vsq; ad futurū seculū non desinam, & in habitatione sancta coram
ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter re- B
quieui, & in Ierusalē potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in par
tes dei mei hēditas illius, & in plenitudine sanctorū detētio mea. Quasi cedrus
exaltata sum in Libano: & quasi cypressus in monte Sion. quasi palma exalta-
ta sum in Cades, & quasi plantatio rosę in Iericho. Quasi oliua speciosa in cā-
pis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum,
& balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa, dedi suauitatem
odoris: & quasi storax & galbanus, & vngula, & gutta, & quasi Libanus non incis
sus vaporaui habitationem meam, & quasi balsamū non mistum odor meus.
Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & grę. Ego q̄si
vitis fructificaui suauitatē odoris: & flores mei fruct⁹ honoris & honestatis. Ego
mater pulchrę dilectionis, & timoris, & agnitiōis, & sanctę spei. In me gr̄a oīs vi- C
tę & veritatis, in me oīs spes vitę & virtutis. Trāsite ad me oēs qui concupisci-
tis me, & à generationibus meis adimplemini. Spiritus. n. meus super mel dul-
cis, & hęreditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generationes seculo- Iohā.6.d
rum. Qui edunt me, adhuc esurient: & q bibunt me, adhuc sitient. Qui audit
me, non ꝯfundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me,
vitam ęternam habebunt. hęc oīa liber vitę, & testamentum altissimi, & agnitio
veritatis. Legem mādauit Moyses in preceptis iustitiarum, & hēditatem domui
Iacob, & Israel ꝓmissiones. Posuit Dauid puero suo excitare regem ex ipso for
tissimum, & in throno honoris sedentē in sempiternū. Qui implet quasi Phison
sapientiam, & sicut Tigris in diebus nouorū. Qui adimplet quasi Euphrates Iosue.3.c
sensum: qui multiplicat quasi Iordanis in tpe messis. Qui mittit disciplinam si
cut lucem, & assistens quasi Gehon in die vindemię. Qui perficit primus sciet
ipsam, & infirmior non inuestigabit eam. A mari. n. abundabit cogitatio eius,
& consilium illius in abysso magna. Ego sapientia effudi flumina. Ego quasi D
trames aquę imensę de fluuio, ego quasi fluuius *Dorix, et sicut aquęductus * vetus exē-
exiui de paradiso. Dixi, Rigabo hortum meū plantationum, et inebriabo prati plar legit
mei fructum. Et ecce factus est mihi trames abundans, et fluuius meus appro- vorax.
pinquauit ad mare. qm̄ doctrinā quasi antelucanum illumino oībus, et enarra
bo illam vsq; ad longinquum. Penetrabo oēs inferiores partes terrę, et inspiciā
oēs dormientes, et illuminabo oēs sperantes in dn̄o. Adhuc doctrinā quasi ꝓ
phetiā effundam, et relinquam illā quęrentibus sapientiam, et non desinam in
progenies illorum vsq; in ęuū sanctum. Videte qm̄ non soli mihi laboraui, sed Infra.33.e
omnibus exquirentibus veritatem.

CAPVT XXV.

IN tribus placitū est spiritui meo, quę sunt probata corā deo et hoībus, Con A
cordia fratrū: et amor proximoꝝ: et vir et mulier bn̄ sibi ꝯsentientes. Tres
species odiuit aīa mea, et aggrauor valde aīę illoꝝ, Pauperē superbū: et diuitē
mendacē: et senem fatuū et insensatum. Quę in iuuētute tua nō cōgregasti, quō
in senectute tua inuenies? Quàm speciosum canitiei iudiciū, et presbyteris co-
gnoscere cōsiliū: Quā speciosa veteranis sapiētia, et gloriosus intellectus, et cō
siliū, Corona senum multa peritia: et gloria illoꝝ timor dei. Nouē insuspicabi
lia cordis magnificaui, et decimum dicā in lingua hoībus, Hō qui iucundatur B
in filijs, viuens et videns subuersionē inimicoꝝ suoꝝ. Beatus qui habitat cum
muliere sensata, et qui lingua sua nō est lapsus, et qui non seruiuit indignis se.
Beatus qui inuenit amicū verum, et qui enarrat iustitiā auri audienti. Quàm
magnus qui inuenit sapientiam et sciam: sed non est super timentem dn̄m. Ti-
mor dei super omnia se superposuit. Beatus homo, cui donatum est hēre timo
rem dei. Qui tenet illum, cui assimilabit? Timor dei initium dilectionis eius: fi
dei autem initium agglutinādum est ei. Omnis plaga tristitia cordis est: et oīs C
malitia nequitia mulieris Et oēm plagā, et non plagā videbit cordis: et omnem
nequitiā, et non nequitiam mulieris: et omnem obductum, et non obductum
odientiū: et omnem vindictam, et non vindictam inimicorum. Non est caput

Prou.11.c nequius super caput colubri: & non est ira super iram mulieris. Cōmorari leo-
ni, & draconi placebit, quā habitare cum muliere nequā. Nequitia mulieris immu-
tat faciem eius: & obcæcabit vultū suum tanquā vrsus: & quasi saccum ostendet
in medio proximorū. Ingemuit vir eius, & audiens suspirauit modicū. Breuis
D omnis malitia super malitiam mulieris, sors peccatorū cadat super illam. Sicut
ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto. Ne
respicias in mulieris speciem, & non concupiscas mulierē in specie. Mulieris ira,
irreuerentia & confusio magna. Mulier si primatū habeat, cōtraria est viro suo.
Cor humile & facies tristis, & plaga mortis, mulier nequā. Manus debiles, & ge-
Gen.3.b nua dissoluta mulier quę non beatificat virū suum. A muliere initium factum
est peccati, et per illam omnes morimur. Non des aquę tuę exitum, nec modi-
cum: nec mulieri nequam veniam prodeundi. Si non ambulauerit ad manum
tuam, confundet te in conspectu inimicorum. A carnibus tuis abscinde illam,
ne semper te abutatur. CAP. XXVI.

A MVlieris bonę beatus vir: numerus enim annorū illorū duplex. Mulier for-
tis oblectat virum suum, et annos vitę illius in pace implebit. Pars bona,
mulier bona, in parte bona timentium dei, dabitur viro pro factis bonis. Diui-
tis autē, et pauperis cor bonū, in omni tempore vultus illorū hilaris. A tribus
timuit cor meū, et in quarto facies mea metuit, Delaturā ciuitatis: et collectio-
nem populi: et calūniam mendacē: super mortē omnia grauia. Dolor cordis, et
B luctus, mulier zelotypa. In muliere zelotypa flagellū linguę, omnibus communi-
cans. Sicut boū iugum qd mouetur, ita et mulier nequā: qui tenet illam, quasi
qui apprehendit scorpionē. Mulier ebriosa, ira magna: et cōtumelia, et turpitu-
do illius non tegetur. Fornicatio mulieris in extollentia oculorū, et in palpe-
bris illius agnoscetur. In filia non auertente se, firma custodiā: ne inuenta occa-
sione vtatur se. Ab omni irreuerentia oculorū eius caue: et ne mireris si te ne-
glexerit. sicut viator sitiens ad fontem os aperiet, et ab omni aqua proxima bi-
C bet, et contra omnem palū sedebit, et contra omnem sagittā aperiet pharetram,
donec deficiat. Gratia mulieris sedulę delectabit virum suū, et ossa illius impin-
guabit. Disciplina illius datū dei est. Mulier sensata et tacita, nō est immutatio
eruditę animę. Gratia super gratiā mulier sancta, et pudorata. Omnis autē pon-
deratio non est digna cōtinentis animę. Sicut sol oriens mūdo in altissimis dei,
sic mulieris bonę species in ornamentū domus eius. lucerna splēdens super can-
delabrum sanctū, et species faciei super ętatem stabilem. Columnę aureę super ba-
D ses argenteas, et pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Fundamenta ęterna
supra petram solidam, sic mandata dei in corde mulieris sanctę. In duobus cō-
tristatum est cor meum, et in tertio iracundia mihi aduenit, Vir bellator defi-
ciens per inopiam: et vir sensatus contemptus: et qui transgreditur à iustitia ad
peccatum, deus parauit eum ad romphęam. Duę species difficiles et periculosę
*deceptio-ne. mihi apparuerunt, Difficile exuitur negotians à *negligentia: et non iustifica-
bitur caupo à peccatis labiorum. CAP. XXVII.

A PRopter inopiam multi deliquerūt: & qui quęrit locupletari, auertit oculum
suū. Sicut in medio cōpaginis lapidum palus figitur: sic & inter mediū ven-
ditionis, & emptionis angustiabitur peccatis. Conteretur cū delinquente delictū.
Si non in timore dñi tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Sicut in
percussura cribri remanebit stercus. sic aporia hoīs in cogitatu illius. Vasa figu-
li probat fornax, & hoīes iustos tentatio tribulationis. Sicut rusticatio de ligno
ostendit fructū illius: sic verbū ex cogitatu cordis hoīs. Ante sermonē non lau-
des virū: hęc enim tentatio est hominū. Si sequaris iustitiā, apprehendes illā: &
B indues quasi poderē honoris, & inhabitabis cū ea: & proteget te in sempiternū, &
in die agnitionis inuenies firmamentū. Volatilia ad sibi similia conueniunt: &
veritas ad eos qui operantur illā, reuertetur. Leo venationi insidiatur semper:
sic peccata operantibus iniquitates. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol: nā
stultus sicut luna mutatur. In medio insensatorū serua verbū tempori: in medio
Supra.13.b autem cogitantiū assiduus esto. Narratio peccantiū odiosa, & risus illorū in deli-
ctis peccati. Loquela multū iurans, horripilationē capiti statuet, & irreuerentia

Ipsius obturatio aurii. Effusio sanguinis in rixa superborum: & maledictio illo-
rum auditus grauis. Qui denudat arcana amici, fidē perdit, & non inueniet ami- C
cum ad animum suū. Dilige proximum, & coniungere fide cum illo. Quòd si denu
daueris absconsa illius, non persequaris post eum. Sicut enim homo qui perdit
amicū suū: sic & qui perdit amicitiā proximi sui. Et sicut qui dimittit auem de
manu sua: sic dereliquisti proximū tuū, & non eum capies. non illum sequaris,
quoniā longe abest: effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est
anima eius. vltra, eū nō poteris colligare, & maledicti est concordatio. Denudare
aūt amici mysteria, desperatio est animę infœlicis. Annuens oculo fabricat ini- Pro.10.b
qua, & nemo eū abijciet: in cōspectu oculorū tuorum cōdulcabit os suū, & super
sermones tuos admirabitur. Nouissime aūt peruertet os suū, & in verbis tuis da-
bit scandalum. Multa audiui, & nō coęquaui ei, & dominus odiet illū. Qui in al- D
tū mittit lapidem, super caput eius cadet: & plaga dolosa dolosi diuidet vulne-
ra. Et qui foueam fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo suo, offen- Prou.26.d
det in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequissimum con- Eccles.10.b
silium, super ipsum deuoluetur, & nō agnoscet vnde adueniat illi. Illusio & im-
properium superborū, & vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peribūt qui
oblectantur casu iustorum, dolor autem cōsumet illos anteq̄; moriantur. Ira & fu-
ror vtraq; execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorum. CA. XXVIII.

QVi vindicari vult, à domino inueniet vindictam, & peccata illius seruās ser- A
uabit. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata sol- Deut.32.e
uentur. Homo homini reseruat iram: & à deo quęrit medelā? In hoīem similem Rom.12.d
sibi non habet misericordiā: & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, re- Mat.6.b
seruat iram: & propitiationem petit à deo: quis exorabit pro delictis illius? Me- Mat.11.c
mento nouissimorum, & desine inimicari. Tabitudo enim, & mors imminēt in
mandatis eius. Memorare timorem dei, & non irascaris proximo. Memorare te-
stamentum altissimi, & despice ignorantiam proximi. Abstine te à lite, & minues B
peccata. homo enim iracundus incendit litē, & vir peccator turbabit amicos, &
in medio pacem habentium immittit inimicitiam. Secundum enim ligna syluę,
sic ignis exardescit: & secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit, & se-
cundum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendit
ignem: & lis festinans effundit sanguinem: & lingua testificans adducit mortem. Si
sufflaueris, quasi ignis exardebit: & si expueris super illā, extinguetur: vtraque ex
ore proficiscuntur. Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem
habentes. Lingua tertia multos cōmouit, & dispersit illos de gente in gentē: ciui- C
tates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes popu-
lorum concidit, & gentes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, &
priuauit illas laboribus suis. qui respicit illam, non habebit requiem, nec habi-
tabit cū requie. Flagelli plaga liuorē facit: plaga aūt linguę cōminuet ossa. Mul-
ti ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguā suā. Bea-
tus qui tectus est à lingua nequā, qui in iracundiā illius non transiuit, & qui nō
attraxit iugū illius, & in vinculis eius nō est ligatus. iugū enim illius, iugū fer-
reū est, & vinculū illius vinculā ęreū est. Mors illius, mors nequissima: & vtilis po-
tius infernus, q̄; illa. Perseuerātia illius nō permanebit, sed obtinebit vias iniusto-
rū: in flāma sua nō cōburet iustos. Qui derelinquūt dn̄m incident in illā, & exar- D
debit in illis, & nō extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lędet
illos. Sepi aures tuas spinis, & linguā nequā noli audire, & ori tuo facito ostia, &
seras auribus tuis. Aurū tuū & argētū tuū confla, & verbis tuis facito stateram, & fre-
nos ori tuo rectos: & attende ne fortè labaris in lingua, & cadas in conspectu inimi-
corū insidiantiū tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem. CAP. XXIX.

QVi facit misericordiam, fœneratur proximo suo: & qui pręualet manu, man- A
data seruat. Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, & iterū redde
proximo in tēpore suo. Confirma verbum, & fideliter age cū illo: & in omni tem-
pore inuenies quod tibi necessarium est. Multi quasi inuentionem ęstima-
uerunt fœnus, & pręstiterunt molestiam his qui se adiuuerunt. Donec acci-
piant, osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam.

et in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba acedię & mur-
murationũ, & tempus causabitur. Si autẽ potuerit reddere, aduersabitur solide, vix
reddet dimidiũ, & cõputabit illud quasi inuentionẽ: sin autem, fraudabit illum
B pecunia sua, & possidebit illum inimicũ gratis, & conuitia & maledicta reddet illi,
& pro honore & beneficio reddet illi cõtumeliam. Multi non caussa nequitię nõ
fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerũt. Verũtamen super humilem animo
fortior esto, & pro eleemosyna non trahas illũ. Propter mandatũ assume paupe-
rem: & propter inopiã eius ne dimittas eũ vacuũ. Perde pecuniã propter fratrẽ,
& amicũ: & non abscondas illã sub lapide in perditionẽ. Pone thesaurum tuũ
Tob. 4. b in pręceptis altissimi, & proderit tibi magis, q̃ aurum. Conclude eleemosynã in
Supra. 17. c corde pauperis, & hęc pro te exorabit ab omni malo. Eleemosyna viri quasi sac-
culus cũ ipso, & gratiã hominis quasi pupillã conseruabit: & postea resurget, &
retribuet illis retributionẽ vnicuiq; in caput illorũ. Super scutum potentis, &
C super lanceã, aduersus inimicũ tuũ pugnabit. Vir bonus fidem facit pro proxi-
mo suo: & qui perdiderit confusionẽ, derelinquet sibi. Gratiã fideiussoris ne obli-
uiscaris: dedit enim pro te animã suam. Repromissorẽ fugit peccator & immun-
dus. Bona repromissoris sibi adscribit peccator: & ingratus sensu, derelinquet
liberantẽ se. Vir repromittit de proximo suo: & quũ perdiderit reuerentiã, dere-
linquetur ab eo. Repromissio nequissima multos perdidit dirigentes, & cõmo-
uit illos quasi fluctus maris. Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati sunt
in gentibus alienis. Peccator transgrediens mandatũ dñi, incidet in pmissionẽ
nequã: & qui conatur multa agere, incidet in iudiciũ. Recupera proximũ scdm
Infra. 39. c virtutem tuã, & attende tibi ne incidas. Initium vitę hominis, aqua & panis,
D & vestimentũ, & domus protegens turpitudinẽ. Melior est victus pauperis sub
tegmine asserum, quàm epulę splendidę in peregrè sine domicilio. Super mi-
nimum & magnũ placeat tibi, & improperiũ peregrinationis non audies. Vita
nequã hospitandi de domo in domũ: & vbi hospitabitur, non fiducialiter aget,
nec aperiet os. Hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos, & ad hęc amara au-
diet, Transi hospes, & orna mensam, & quę in manu habes, ciba cęteros. Exi à
facie honoris amicorum meorum: necessitudine domus meę hospitio mihi fa-
ctus est frater. Grauia hęc homini habenti sensum. Correptio domus, & im-
properium fœneratoris. CAPVT XXX.

A QVi diligit filium suũ, assiduat illi flagella, vt lętetur in nouissimo suo, & nõ
Prou. 13. d palpet proximorũ ostia. Qui docet filium suũ, laudabitur in illo, & in me-
& 23. b dio domesticorũ in illo gloriabitur. Qui docet filium suũ, in zelũ mittit inimi-
cum, & in medio amicorũ gloriabitur in illo. Mortuus est pater eius, & quasi nõ
est mortuus. similem enim reliquit sibi post se. In vita sua vidit, & lętatus est in
illo. in obitu suo non est cõtristatus, nec confusus est corã inimicis. reliquit n.
defensorẽ domus cõtra inimicos, & amicis reddentẽ gratiã. Pro animabus filiorũ
B colligabit vulnera sua, & super omnem vocem turbabũtur viscera eius. Equus
indomitus euadet durus, & filius remissus euadet pręceps. Lacta filium tuũ, & pa-
uentem te faciet: lude cũ eo, & cõtristabit te. Non corrideas illi: ne cõdoleas, & in
nouissimo obstupescẽt dentes tui. Nõ des illi potestatẽ in iuuẽtute, & ne despicias
Supra. 7. c cogitatus illius. Curua ceruicẽ eius in iuuentute, & tunde latera eius dũ infans
est: ne fortè induret, & nõ credat tibi, & erit tibi dolor animę. Doce filium tuũ, &
operare in illo, ne in turpitudinẽ illius offendas. Melior est pauper sanus & for-
C tis viribus, q̃ diues imbecillis & flagellatus malitia. Salus animę in sanctitate iu-
stitię, & melior est omni auro & argento: & corpus validũ, q̃ census imensus. Nõ
est census super censum salutis corporis: & non est oblectamentum super cordis
gaudiũ. Melior est mors, q̃ vita amara: & requies ęterna, q̃ languor pseuerans.
Dani. 14. b Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circũpositę sepul-
chro. Quid proderit libatio idolo: nec enim mãducabit, nec odorabitur. sic qui
effugatur à dño, & portans mercedes iniquitatis. Videns oculis, & ingemiscens,
D sicut spado cõplectens virginẽ & suspirans. Tristitiã non des animę tuę, & affli-
gas temetipsum in cõsilio tuo. Iucunditas cordis hęc est vita hois, & thesaurus
sine defectione sanctitatis; & exultatio viri est longęuitas. Miserere animę tuę

placens deo, & contine, & cõgrega cor tuum in sanctitate eius, & tristitiam longe
expelle à te. Multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. Zelus & ira-
cundia minuũt dies, & ante tempus senectã adducet cogitatus. Splendidum cor,
bonũ in epulis est: epulę enim illius diligenter fiunt.

CAP. XXXI.

A
Vigilia [a]honestatis [\]tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnũ. Cogi- [a] diuitiarum
tatus pſcientię auertit sensum, & infirmitas grauis sobriã facit animã. Labo-
rauit diues in ↄgregatione substãtię, & in requie sua replebitur bonis suis. Labo-
rauit paup in diminutione victus, & in fine inops fit. Qui aurũ diligit, nõ iustifi-
cabitur & qui insequitur cõsumptionẽ, replebitur ex ea. Multi dati sunt in auri
casus, & facta est in specie ipsius perditio illorũ. Lignũ offensionis est aurũ sacri- Luc.6.d
ficantiũ. vę illis qui sectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo. Beatus di-
ues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurũ non abijt, nec sperauit in pecu-
nia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eũ? Fecit enim mirabilia in vita sua.
Quis probatus est in illo, & perfectus inuẽtus est, & erit illi gloria ęterna? qui po- B
tuit transgredi, & non est trãsgressus, & facere mala, & non fecit. ideò stabilita sunt
bona illius in dño, & eleemosynas illius enarrabit oĩs ecclesia sanctorum. Supra
mensam magnã sedisti? non aperias super illã faucem tuã prior. Non dicas, [a]li- [a] vetera exem-
multa[\] sunt quę super illã sunt. Memento quoniã malus est oculus nequã. Ne- pla legunt,
quius oculo quid creatũ est? ideò ab omni facie sua lachrymabitur, quũ viderit. simulata
Ne extendas manũ tuam prior, & inuidia cõtaminatus erubescas. Ne cõprimaris
in cõuiuio, [b] vino. [\]Intellige quę sunt proximi tui ex teipso. Vtere quasi homo
frugi his quę tibi apponũtur: vt non quũ mãducas multũ, odio habearis. Cessa
prior, caussa disciplinę: & noli nimius esse, ne fortè offendas. Et si in medio mul-
torum sedisti, prior illis ne extendas manum tuã: nec prior poscas bibere. Quàm
sufficiens est homini erudito vinũ exiguũ, & in dormiendo nõ laborabis ab illo, C
& non senties dolorẽ. Vigilia & cholera, & tortura viro infrunito: somnus sani-
tatis in hoĩe parco. dormiet vsq; in mane, & anima illius cũ ipso delectabitur. Et
si coactus fueris in edendo multũ, surge è medio, & vome: & refrigerabit te, &
non adduces corpori tuo infirmitatẽ. Audi me fili, & ne spernas me: & in nouissi-
mo inuenies verba mea. In oĩbus operibus tuis esto velox, & oĩs infirmitas nõ Prou.31.b
occurret tibi. Splendidũ in panibus benedicent labia multorũ, & testimoniũ ve-
ritatis illius fidele. In nequissimo pane murmurabit ciuitas, & testimoniũ nequi-
tię illius verũ est. Diligentes in vino noli prouocare: multos enim extermina-
uit vinum. Ignis probat ferrũ durum: sic vinũ corda superborũ arguet in ebrie-
tate potatum. Aequa vita hominibus, vinũ in sobrietate: si bibas illud mode- D
rate, eris sobrius. Quę vita est ei qui minuitur vino? Quid defraudat vitam?
Mors. Vinum in iucũditatem creatũ est, & non in ebrietatem, ab initio. Exul-
tatio animę & cordis vinum moderate potatũ. Sanitas est animę & corporis so-
brius potus. Vinum multũ potatum, irritationem, & iram, & ruinas multas fa-
cit. Amaritudo animę vinum multũ potatum. Ebrietatis animositas, impruden-
tis offensio, minorans virtutem, & faciens vulnera. In conuiuio vini non ar-
guas proximum: & non despicias eum in iucũditate illius: verba improperij nõ
dicas illi, & non premas illum in repetendo.

CAP. XXXII.

A
Rectorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam
illorũ habe, & sic cõsydera, & omni cura tua explicita recũbe vt lęteris pro-
pter illos, & ornamentũ gratię accipias coronã, & dignationem cõsequaris cor-
rogationis. Loquere maiori natu. decet enim te primũ verbum diligenti scien-
tiam, & nõ impedias [a]musicã.[\] Vbi auditus nõ est, non effundas sermonẽ, & im- [a] musica,
portune noli extolli in sapientia tua. Gemmula carbũculi in ornamento auri, &
comparatio musicorum in conuiuio vini. Sicut in fabricatione auri signum est
smaragdi: sic numerus musicorũ in iucundo & moderato vino. Audi tacens, &
pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Adolescens loquere in tua caussa vix B
quum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuũ. In
multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quęrens. In medio magnatorũ
loqui non pręsumas: & vbi sunt senes, non multũ loquaris. Ante tonitruum
pręibit coruscatio: & ante verecundiam pręibit gratia, & pro reuerentia accedet

tibi bona gratia. Et hora surgendi non te trices: precurre autem prior in domũ
tuam, & illic auocare, & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis &
verbo superbo. Super his omnibus benedicito dominũ qui fecit te, & inebrian-
tem te ab omnibus bonis suis. Qui timet dominũ, excipiet doctrinã eius: & qui
vigilauerint ad illũ, inuenient benedictionẽ illius. Qui quęrit legem, replebitur
B ab ea: & qui insidiose agit, scandalizabitur ab ea. Qui timent dominũ, inue-
nient iudicium iustũ, & iustitiam quasi lumen accendent. Peccator homo vita-
bit correptionem, & secũdum volũtatem sui inueniet cõparationem. Vir con-
silij non disperdet intelligentiã, alienus & superbus non pertimescet timorem.
etiam postquã fecit cum eo sine consilio, & suis insectationibus arguetur. Fili,
sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. In via ruinę non eas,
& non offendes in lapides: nec credas te vię laboriosę, nec ponas animę tuę scan
dalum. Et à filijs tuis caue, & à domesticis tuis attende. In omni opere tuo crede
ex fide animę tuę. hoc est enim conseruatio mãdatorũ. Qui credit deo, attendit
mandatis: & qui confidit in illo, non minorabitur. CAP. XXXIII.

A Timenti dominũ non occurrent mala, sed in tentatione deus illum cõserua-
bit, & liberabit à malis. Sapiens nõ odit mãdata & iustitias, & non illidetur
quasi in procella nauis. Hõ sensatus credit legi dei, & lex illi fidelis. Qui interro
gationẽ manifestat, parabit verbũ, & sic deprecatus exaudietur, & cõseruabit di-
sciplinã, & tunc respondebit. Pręcordia fatui quasi rota carri: & quasi axis ver-
satilis cogitatus illius. Equus emissarius, sic & amicus subsannator, sub omni su
praſedente hinnit. Quare dies diem superat, & iterũ lux lucem, & annus annũ à
sole? A domini scientia separati sunt facto sole, & pręceptũ custodiente, per dei
sapientiã diuiduntur. Et immutauit tempora, & dies festos ipsorũ, & in illis dies
B festos celebrauerũt ad horam. Ex ipsis exaltauit & magnificauit deus, & ex ipsis
posuit in numerũ dierum, & omnes homines de solo, & ex terra vnde creatus est
Adam. In multitudine disciplinę dñs separauit eos, & immutauit vias eorũ.
Ex ipsis benedixit, & exaltauit, & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit: & ex
ipsis maledixit & humiliauit, & cõuertit illos à separatione ipsorũ. Quasi lutũ
figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere. Omnes vię eius secũdum di-
spositionẽ eius: sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secũdum iudi-
cium suũ. Contra malũ bonum est, & contra vitã mors, sic & cõtra virum iustũ
C peccator. Et sic intuere in omnia opera altissimi. Duo cõtra duo, & vnũ contra
vnũ: & ego nouissimus euigilaui, & quasi qui colligit acinos post vindemiato-
res. In benedictione dei & ipse speraui: & quasi qui vindemiat, repleui torcular.
Supra.24.b Respicite quoniã non mihi soli laboraui, sed & omnibus exquirentibus disci-
plinã. Audite me magnates, & omnes populi, & rectores ecclesię auribus perci-
pite. Filio & mulieri, fratri & amico non des potestatem super te in vita tua: &
non dederis alij possessionem tuam: ne forte pœniteat te, & depreceris pro illis.
Dum adhuc superes & aspiras, nõ immutabit te omnis caro. melius est enim vt
filij tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorũ tuorum. In omnibus operibus
tuis pręcellens esto. Ne dederis maculã in gloriam tuã. In die cõsummationis
D dierũ vitę tuę, & in tẽpore exitus tui distribue hęreditatẽ tuã. Cibaria, & virga,
& onus asino: panis, & disciplina, & opus seruo. Operatur in disciplina, & quę-
rit requiescere: laxa manus illi, & quęrit libertatẽ. Iugum & lorũ curuant collũ
durum, & seruũ inclinant operationes assiduę. Seruo maleuolo tortura & cõpe
des, mitte illum in operationem, ne vacet. multã enim malitiam docuit otio-
sitas. in opere constitue eum: sic enim condecet illum. Quòd si non obaudierit,
curua illum cõpedibus, & non amplifices super omnem carnem. Verũ sine iudi
Supra.7.c cio nihil facias graue. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fra
trem sic eum tracta: quoniam in sanguine animę cõparasti illum. Si lęseris eum
iniustè, in fugam conuertetur, & si extollens discesserit: quem quęras, & in qua
via quęras illum, nescis. CAP. XXXIIII.

Vana spes, & mendacium viro insensato: & somnia extollunt imprudentes.
Quasi qui apprehendit vmbrã, & persequitur ventũ: sic & qui attendit ad
visa mendacia. hoc secũdum hoc visio somniorũ. Ante faciem hominis simili-

sudo alterius hominis. Ab immũdo quid mundabitur? & à mendace quid verũ
dicetur? Diuinatio erroris & auguria, mendacia & somnia malefacientiũ, vani- A
tas est. Et sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur: nisi ab altissimo fuerit
emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuũ. multos enim errare fecerũt somnia, &
exciderũt sperantes in illis. Sine mendacio cõsummabitur verbũ legis, & sapien
tia in ore fidelis cõplanabitur. Qui nõ est tentatus, quid scit? Vir in multis exper
tus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectũ. Qui non est exper B
tus, pauca recognoscit: qui autẽ in multis factus est, multiplicat malitiam. Qui
tentatus nõ est, qualia scit? Qui implanatus est, abundabit nequitia. Multa vidi
errando, & plurimas verborũ consuetudines. Aliquoties vsq; ad mortem peri-
clitatus sum horũ caussa, & liberatus sum gratia dei. Spiritus timentium deum
quęritur, & in cõspectu illius benedicetur. spes enim illorũ in saluantem illos, &
oculi dei in diligentes se. Qui timet dominũ, nihil trepidabit, & non pauebit:
quoniam ipse est spes eius. Timentis dominũ beata est anima eius. Ad quem
respicit, & quis est fortitudo eius? Oculi domini super timentes eum, protector C
potentię, firmamentũ virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculũ meridiani, depre-
catio offensionis, & adiutoriũ casus, exaltans animã, & illuminans oculos, dans
sanitatem, & vitam, & benedictionẽ. Immolantis ex iniquo oblatio est macu-
lata, & non sunt beneplacitę subsannationes iniustorũ. Dominus solus sustinen- Prou. 15. b
tibus se in via veritatis & iustitię. Dona iniquorũ non probat altissimus, nec
respicit in oblationes iniquorũ, nec in multitudine sacrificiorũ eorum propitia-
bitur peccatis. Qui offert sacrificium ex substantia pauperũ, quasi qui victimat
filium in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperis est: qui defraudat
illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proxi D
mum suum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercennario, fratres
sunt. Vnus ędificans, & vnus destruens: quid prodest illis, nisi labor? Vnus orãs,
& vnus maledicens: cuius vocem exaudiet deus? Qui baptizatur à mortuo, & ite-
rum tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? sic homo qui ieiunat in pec-
catis suis: & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationẽ illius
quis exaudiet?

CAP. XXXV.

QVi conseruat legem, multiplicat orationem. Sacrificium salutare est atten- A
dere mandatis, & discedere ab omni iniquitate: & propitiationẽ litare sacrifi
cijs super iniustitias: & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia. Retribuet
gratiam, qui offert similaginẽ: & qui facit misericordiã, offert sacrificium. Bene-
placitũ est domino recedere ab iniquitate: & deprecatio pro peccatis recedere ab Exo. 23. b
iniustitia. Non apparebis ante conspectum domini vacuus. Hęc enim omnia & 34. c
propter mandatũ dei fiunt. Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est Deu. 16. d
in conspectu altissimi. Sacrificium iusti acceptũ est, & memoriam eius non obli- B
uiscetur dominus. Bono animo gloriã redde deo: & non minuas primitias ma-
nuum tuarum. In omni dato hilarem fac vultũ tuum, & in exultatione sanctifi- 2. Cor. 9. b
ca decimas tuas. Da altissimo secũdum datum eius, & in bono oculo adinuen- Tob. 4. b
tionem facito manuũ tuarum: quoniã dominus retribuens est, & septies tantũ Leui. 22. c
reddet tibi. Noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa. Et noli inspicere Deut. 15. d
sacrificium iniustum, quoniam dominus iudex est, & non est apud illum gloria C
personę. Non accipiet dominus personam in pauperem, & deprecationem lęsi Roma. 2. b
exaudiet. Non despiciet preces pupilli: nec viduam, si effundat loquelam gemi- Deute. 10. d
tus. Nonne lachrymę viduę ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super 2. Par. 19. c
deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsq; ad coelum, et dominus exau- Iob. 34. b
ditor delectabitur in illis. Qui adorat deum in oblectatione, suscipietur: et de- Sapi. 6. b
precatio illius vsque ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis se, nubes pe- D
netrabit: & donec propinquet, non consolabitur, et non discedet, donec altissi- Roma. 2. b
mus aspiciat. Et dominus nõ elongabit, sed iudicabit iustos, et faciet iudicium, Gal. 2. b
et fortissimus non habebit in illis patientiã, quousq; contribulet dorsum ipsorũ, Ephe. 6. b
et gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborũ, et sceptra Colos. 3. d
iniquorum contribulet, donec reddat hominibus secũdum actus suos, et secun- Act. 10. c
dum opera Adę, et secũdum pręsumptionem illius, donec iudicet iudiciũ plebis 1. Pet. 1. c

sue, & oblectabit iustos misericordia sua. Speciosa misericordia dei in tempore tribulationis quasi nubes pluuię in tempore siccitatis. CAP. XXXVI.

A Miserere nostri deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum, & immitte timorem tuum super gentes quę non exquisierunt te: vt cognoscant quia non est deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam super gentes alienas, vt videat potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis: vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus quoniam non est deus prèter te domine. Innoua signa, & immuta mirabilia. Glorifica manum, & brachium dextrum. Excita furorem, & effunde iram. Extolle aduersarium, & affige inimicum.
B Festina tempus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua. In ira flammę deuoretur qui saluatur: & qui pessimant plebem tuam, inueniant perditionem. Contere caput principum, & inimicorum dicentiũ, Non est alius prèter nos. Congrega omnes tribus Iacob: & cognoscant quia non est deus, nisi tu, vt enarrent magnalia tua: & hęreditabis eos, sicut ab initio. Miserere plebi tuę, super quam inuocatum est nomen tuum: & Israel, quem coęquasti primogenito tuo. Miserere ciuitati sanctificationis tuę Ierusalem, ciuitati requiei tuę. Reple Sion inenarrabili-
C bus verbis tuis, & gloria tua populũ tuum. Da testimonium quia ab initio creaturę tuę sunt, & suscita precationes quas loquuti sunt in nomine tuo prophetę priores. Da mercedé sustinentibus te, vt prophetę tui fideles inueniãtur, & exau-
Nume. 6.d di orationes seruorum tuorum. Secundũ benedictioné Aaron da populo tuo, & dirige nos in viam iustitię: vt sciant omnes qui habitant terram quia tu es deus conspector seculorum. Omnem escam manducabit venter, & est cibus cibo melior. Fauces cõtingunt cibũ ferę: & cor insensatum verba mendacia. Cor prauum dabit tri-
D stitiam, & homo peritus resistet illi. Omnem masculũ excipiet mulier: & est filia melior filia. Species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnem concupiscentiã hominis superducit desyderiũ. Si est lingua curationis, est & mitigationis, & misericordię, non est vir illius secundũ filios hominũ. Qui possidet mulieré bonã, inchoat possessionem: adiutoriũ secundũ illũ est, & columna vt requies. Vbi nõ est sepes, diripietur possessio: & vbi non est mulier, ingemiscet egens. Cui credit, qui non habet nidũ? Et deflectens vbicunq; obscurauerit, quasi succinctus latro exiliés de ciuitate in ciuitatem. CAPVT XXXVII.

A Omnis amicus dicet, Et ego amicitiam copulaui. sed est amicus solo nomine amicus. Nõnne tristitia inest vsq; ad morté? Sodalis aũt, & amicus ad inimicitiam conuertentur. O presumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridam malitia, & dolositate illius? Sodalis amico cõiucundabitur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico cõdolet caussa ventris, & contra hostem accipiet scutum. Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in operibus tuis. Noli consiliari cum socero tuo, & à zelantibus te absconde consilium. Omnis consiliarius prodit consilium, sed est con-
B siliarius in semetipso. A consiliario serua animam tuã. prius scito quę sit illius necessitas: & ipse enim in animo suo cogitabit. ne forte mittat sudem in terrã, & dicat tibi, Bona est via tua. & stet econtrario videre quid tibi eueniat. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum muliere de ea quę ęmulatur: cum timido de bello, cũ negotiatore de traiectione, cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratijs agendis, cum impio de pietate, cũ inhonesto de honestate, cũ operario agrario de oĩ ope, cum operario annuali de consummatione anni, cum seruo pigro de multa operatione. non attendas his in omni consilio. Sed cum viro sancto assiduus esto, quęcunque cognoueris obseruantem timorem dei, cuius anima est secundum animam tuam, qui quum ti-
C tubaueris in tenebris, condolebit tibi. Et cor boni consilij statue tecum: non est enim tibi aliud pluris illo. Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, q; septé circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Et in his omnibus deprecare altissimũ, vt dirigat in veritate viam tuam. Ante omnia opera verbũ verax precedat te, & ante omnem actũ cõsilium stabile. Verbum nequam immutabit cor: ex quo partes quatuor oriuntur bonũ & malum, vita & mors, & dominatrix

Motus est assidua lingua. Vir peritus multos erudit, et animę suę suauis est. Qui
sophisticè loquitur, odibilis est: in omni re defraudabitur. nõ est enim illi data à A
domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est. Est sapiens, animę suę sapiẽs: D
& fructus sensus illius laudabilis. Vir sapiens plebem suam erudit, et fructus sen
sus illius fideles sunt. Vir sapiens implebitur benedictionibus, et videntes illum
laudabunt. Vita viri in numero dierũ: dies aũt Israel innumerabiles sunt. Sapiẽs
in populo hęreditabit honorem, et nomen illius erit viuens in ęternum. Fili in
vita tua tenta aĩam tuam: & si fuerit nequam, non des illi potestatẽ. non enim
omnia oĩbus expediunt, & nõ omni animę omne genus placet. Noli auidus esse
in omni epulatione, & nõ te effundas super omnem escã. in multis, enim escis erit
infirmitas, et auiditas apppropinquabit vsq; ad choleram. Propter crapulã mul
ti obierunt: qui autem abstinens est, adijciet vitam. CAP. XXXVIII.

Honora medicum propter necessitatem, etenim illũ creauit altissimus. A deo A
est enim omnis medela, et à rege accipiet donationẽ. Disciplina medici exal-
tabit caput illius, et in conspectu magnatorum collaudabitur. Altissimus crea-
uit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Nónne à ligno in Exod. 15.a
dulcata est aqua amara? Ad agnitionem hominum virtus illorum, et dedit ho
minibus scientiam altissimus, honorari in mirabilibus suis. In his curãs mitiga
bit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet
sanitatis, & nõ cõsummabũtur opera eius. Pax enim dei super faciem terrę. Fili,
in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora dominum, & ipse curabit te.
Auerte à delicto, et dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Da sua-
uitatem, & memoriam similaginis, & impingua oblationem, & da locum medi B
co. etenim illum dominus creauit: & non discedat à te, quia opera eius sunt ne
cessaria. Est enim tempus quando in manus illorum incurras: ipsi verò dominũ
deprecabuntur, vt dirigat requiem eorũ & sanitatem, propter conuersationem il
lorum. Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici.
Fili in mortuum produc lachrymas, et quasi dira passus incipe plorare, & secun Supra. 22.b
dum iudicium contege corpus illius, et non despicias sepulturam illius. Propter
delaturam autem amare fer luctum illius vno die, et consolare propter tristitiam,
& fac luctum secundum meritum eius vno die vel duobus propter detractio-
nem. A tristitia enim festinat mors, & cooperit virtutem, et tristitia cordis flectit
ceruicem. In abductione permanet tristitia: & substantia inopis secundum cor Prou. 15.b
eius. Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam à te: & memento nouissi- et 17.d
morum, & noli obliuisci. neq; enim est conuersio, & huic nihil proderis, & teip-
sum pessimabis. Memor esto iudicij mei: sic enim erit & tuum. mihi heri, & tibi C
hodie. In requie mortui requiescere fac memoriam eius, & consolare illũ in exi
tu spiritus sui. Sapientiam scribe in tẽpore vacuitatis: et qui minoratur actu, sa-
pientiam percipiet: quia sapientia replebitur. Qui tenet aratrum, & qui gloria-
tur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorum, et enarra-
tio eius in filijs taurorum. Cor suum dabit ad versandos sulcos, & vigilia eius
in sagina vaccarum. Sic omnis faber & architectus qui noctem tanquam diem
trãsigit, qui sculpit signacula sculptilia, et assiduitas eius variat picturam. cor
suum dabit in similitudinem picturę, et vigilia sua perficit opus. Sic faber ferra-
rius sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri: vapor ignis vret carnes
eius, & in calore fornacis concertatur. Vox mallei innouat aurem eius, & contra
similitudinem vasis oculus eius. Cor suum dabit in cõsummationem operum, et
vigilia sua ornabit imperfectionem. Sic figulus sedens ad opus suum, conuertẽs D
pedibus suis rotam, qui in solicitudine positus est semper propter opus suum, &
innumera est omnis operatio eius. In brachio suo formabit lutum, et ante pedes
suos curuabit virtutem suam. Cor suum dabit vt consummet linitionem, et vi
gilia sua mundauit fornacem. Omnes hi in manibus suis sperauerunt, & vnus-
quisq; in arte sua sapiens est. sine his omnibus non ędificatur ciuitas. Et non
inhabitabunt, nec inambulabunt, et in ecclesiam nõ transilient. Super sellam iu-
dicis non sedebunt, et testamẽtum iudicij nõ intelligẽt neq; palàm facient discipli
nam et iudicium, & in parabolis non inuenientur. sed creaturam æui confirma-
bunt, et deprecatio illorum in operatione artis accommodantes animas suas,

& conquirenses in lege altissimi. CAPVT. XXXIX.
A Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. Nar
C rationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul
introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuer
sabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu presidis apparebit. In
terram alienigenarum gentium pertransiet. bona enim, & mala in omnibus tenta
bit. Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum, & in conspe
ctu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis depre
cabitur. Si enim dominus magnus voluerit, spiritu intelligentie replebit illum: & ipse
tanquam imbres mittet eloquia sapientie sue, & in oratione confitebitur domino.
Et ipse diriget consilium eius, & disciplinam, & in absconditis suis consiliabitur. Ipse
B palam faciet disciplinam doctrine sue, & in lege testamenti domini gloriabitur. Col
laudabunt multi sapientiam eius, & vsque in seculum non delebitur. Non recedet me
moria eius, & nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiam
eius enarrabunt gentes, & laudem eius enuntiabit ecclesia. Si permanserit nomen
eius, derelinquet plus quam mille: & si requieuerit, proderit illi. Adhuc consiliabor, vt
enarrem: vt furore enim repletus sum. In voce dicit, Obaudite me diuini fructus,
& quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. Quasi Libanus odorem sua
uitatis habete. Florete flores, quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam,
& collaudate canticum, & benedicite dominum in operibus suis. Date nomini eius ma
gnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & ci
tharis, & sic dicetis in confessione, Opera domini vniuersa bona valde. In verbo enim
C
Gene. 1. d eius stetit aqua, sicut congeries: & in sermone oris illius, sicut exceptoria aquarum:
Mar. 7. d quoniam in precepto ipsius placor fit, & non est minoratio in salute ipsius. Opera om
nis carnis coram illo, & non est quicquam absconditum ab oculis eius. A seculo vsque
Gene. 7. d in seculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius. Non est dicere, Quid est
hoc, aut quid est istud: omnia enim in tempore suo querentur. Benedictio illius
quasi fluuius inundabit: & quo modo cataclysmus aridam inebriauit, sic ira ip
Exod. 14. e sius gentes que non exquisierunt eum, hereditabit. Quo modo conuertit aquas in sic
citatem, & siccata est terra, & vie illius vijs illorum directe sunt: sic peccatoribus
offensiones in ira eius. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & ma
la. Initium necessarie rei vite hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis simi
Supra. 29. d lagineus, & mel, & botrus vue, & oleum, & vestimentum. Hec omnia sanctis in bo
D na: sic & impijs, & peccatoribus in mala conuertentur. Sunt spiritus qui ad vin
dictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua. & in tempore
Infra. 40. d consummationis effundent virtutem: & furorem eius qui fecit illos, confundent.
Ignis, grando, fames, & mors, omnia hec ad vindictam creata sunt. bestiarum den
tes, & scorpij, & serpentes, & romphea vindicans in exterminium impios. In mand
datis eius epulabuntur, & super terram in necessitate preparabuntur, & in tempo
ribus suis non preterient verbum. Propterea ab initio confirmatus sum, & consiliatus
sum, & cogitaui, & scripta dimisi. Omnia opera domini bona, & omne opus
hora sua subministrabit. Non est dicere, Hoc illo nequius est: omnia enim in tem
pore suo comprobabuntur. Et nunc in omni corde & ore collaudate, & benedi
cite nomen domini. CAPVT XL.
A Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super fi
lios Adam a die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulture in ma
C trem omnium. Cogitationes eorum, & timores cordis adinuentiones expectationis, &
dies finitionis: a presidente super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terra, &
cinerem: ab eo qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum qui operitur
lino crudo. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio & timor mortis, iracundia perseue
rans, & contentio, & in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scien
tiam eius. Modicum autem tanquam nihil in requie, & ab eo in somnis, quasi in die
respectus. Conturbatus est in visu cordis sui, tanquam qui euaserit in die belli. In tem
B pore salutis sue exurrexit, & admirans ad nullum timorem cum omni carne, ab homine
Supra. 39. d vsque ad pecus, & super peccatores septuplum. Ad hec mors, sanguis, contentio, &
romphea, oppressiones, fames, & contritio, & flagella: super iniquos creata sunt
Gene. 7. d hec omnia, & propter illos factus est cataclysmus. Omnia que de terra sunt, in

terram conuertentur, & omnes aquę in mare conuertentur. Omne munus, & iniquitas Infra. 41.b
delebitur, & fides in seculū stabit. Substantię iniustorū sicut fluuius siccabuntur, Eccles.1.b
& sicut tonitruum magnū in pluuia personabunt. In aperiendo manus suas lę-
tabitur: sic preuaricatores in consummatione tabescent. Nepotes impiorum non
multiplicabūt ramos, & radices immundę super cacumen petrę sonant. Super om- C
nem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnū euelletur. Gratia si-
cut paradisus in benedictionibus, & misericordia in seculo permanet. Vita sibi
sufficientis operarij condulcabitur, & in ea inuenies thesaurū. Filij, ędificatio ci-
uitatis confirmabit nomen, & super hāc mulier immaculata computabitur. Vi-
num & musica lętificant cor, & super vtraque dilectio sapientię. Tibię & psalte-
riū suauē faciunt melodiā, & super vtraq; lingua suauis. Gratiā & speciem desy-
derabit oculus tuus, & super hęc virides sationes. Amicus & sodalis in tempore
conuenientes, & super vtrosq; mulier cum viro. Fratres in adiutoriū in tempo- D
re tribulationis, & super eos misericordia liberabit. Aurum & argentū est cōsti-
tutio pedum: & super vtrunq; consilium beneplacitum. Facultates & virtutes
& virtutes exaltant cor, & super hęc timor domini. Non est in timore domini
minoratio, & non est in eo inquirere adiutorium. Timor domini sicut paradi-
sus benedictionis, & super omnem gloriā operuerunt illum. Fili, in tempore vi-
tę tuę ne indigeas. melius est enim mori, quàm indigere. Vir respiciens in mensam
alienam, non est vita eius in cogitatione victus. alit enim animam suam cibis
alienis. Vir autem disciplinatus, & eruditus custodiet se. In ore imprudentis con-
dulcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit.

CAP. XLI.

A

O Mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis:
viro quieto, & cuius vię directę sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere
cibum. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur
viribus, defecto ętate, & cui de omnibus cura est, & incredibili, qui perdit sapien-
tiam. Noli metuere iudicium mortis. Memento quę ante te fuerunt, & quę su-
peruentura sunt tibi: hoc iudicium à domino omni carni, & quid superueniet
tibi in beneplacito altissimi, siue decem, siue centum, siue mille anni. Non est
enim in inferno accusatio vitę. Filij abominationū fiunt filij peccatorum, & qui B
conuersantur secus domos impiorum. Filiorū peccatorum periet hęreditas, & cū
semine illorum assiduitas opprobrij. De patre impio queruntur filij, quoniā pro-
pter illum sunt in opprobrio. Vę vobis viri impij, qui dereliquistis legem domi-
ni altissimi. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini: si mortui fueritis, in
maledictione erit pars vestra. Omnia quę de terra sunt, in terram conuertentur: Supra.40.b
sic impij à maledicto in perditionem. Luctus hominum in corpore ipsorum, no-
men autem impiorum delebitur. Curam habe de bono nomine. hoc enim ma- C
gis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni. Bonę vitę numerus die-
rum: bonum autem nomen permanebit in ęuum. Disciplinam in pace conseruа-
te filij. sapientia enim abscondita, & thesaurus *inuisus, quę vtilitas in vtrisque? *inculsus.
Melior est homo qui abscondit stultitiam suam: quàm homo qui abscondit sa- Supra.10.d
pientiam suam. Verūtamen reuertimini in his quę procedunt de ore meo. Non
est enim bonum omnem irreuerentiam obseruare: & non omnia omnibus bene
placent in fide. Erubescite à patre, & à matre de fornicatione: & à pręsidente & à D
potente de mendacio, à principe & à iudice de delicto: à synagóga & plebe de ini-
quitate: à socio & amico de iniustitia: & de loco in quo habitas, de furto, de ve-
ritate dei, & testamento, de discubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & acce-
pti: à salutantibus de silentio: à respectu mulieris fornicarię: & ab auersione vul-
tus cognati. Ne auertas faciem tuam à proximo tuo, & ab auferendo partem, &
non restituendo. Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillam eius,
neque steteris ad lectum eius. Caue ab amicis de sermonibus improperij: & quū A
dederis, ne improperes.

CAPVT XLII.

Leui.19.c

NOn duplices sermonem auditus de reuelatione sermonis absconditi, & eris Deu.1.c.e
verè sine confusione, & inuenies gratiam in conspectu omnium hominum: 16.d
ne pro his omnibus confundaris: & ne accipias personā, vt delinquas. De lege Pro.24.c
altissimi, & testamento, & de iudicio iustificare impium, & de verbo sociorum & Iacobi.2.a

viatorum, & de datione hereditatis amicorũ, de ęqualitate staterę & ponderũ, de acquisitione multorũ & paucorũ, de correptione emptionis & negotiatorũ, & de multa disciplina filiorũ, & seruo pessimo latus sanguinare. Super mulierem nequã bonum est signũ. Vbi manus multę sunt, claude: & quodcunq; trades,
B numera & appende: datũ verò, & acceptũ omne describe. De disciplina insensati & fatui, & de senioribus qui iudicantur ab adolescẽtibus: & eris eruditus in oĩbus, & probabilis in cõspectu omnium virorũ. Filia patris abscondita est vigilia & solicitudo eius aufert somnũ, ne fortè in adolescentia sua adultera efficiatur, & cũ viro cõmorata odibilis fiat: nequando polluatur in virginitate sua, & in paternis suis grauida inueniatur, ne forte cum viro cõmorata transgrediatur, aut certè sterilis efficiatur. Super filiam luxuriosam cõfirma custodiam: nequãdo faciat te in opprobriũ venire inimicis, à detractione in ciuitate, & obiectione ple-
C bis, & cõfundat te in multitudine populi. Omni homini noli intendere in specie: & in medio mulierum noli cõmorari de vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Melior est enim iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier cõfundens in opprobriũ. Memor ero igitur operũ domini, & quę vidi annũtiabo in sermonibus dñi opera eius. Sol illuminans per omnia respexit, & gloria domini plenũ est opus eius. Nõnne dominus facit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quę cõfirmauit dominus oĩpotens stabiliri in gloria sua? Abyssum, & cor hominum inuestigauit: & in astutia eorũ excogitauit. Cognouit
D enim dñs omnem scientiã, & inspexit in signum ęui, annũtians quę pręterierunt & quę superuentura sunt reuelans vestigia occultorũ. Non pręterit illũ omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo vllus sermo. Magnalia sapientię suę decorauit: qui est ante seculũ & vsq; in seculũ, neq; adiectũ est neq; minuitur, & non eget alicuius consilio. Quàm desyderabilia omnia opera eius, & tanquã scintilla quę est cõsyderare. Omnia hęc viuunt, & manent in seculũ, & in omni necessitate omnia obaudiũt ei. Omnia duplicia, vnũ contra vnũ, & non fecit quicq; deesse. Vniuscuiusq; cõfirmauit bona. Et quis satiabitur videns gloriã eius. CA. XLIII.

A ALtitudinis firmamentũ pulchritudo eius est, species cœli in visione glorię. Sol in aspectu annũtians in exitu, vas admirabile opus excelsi. In meridiano exuret terram, & in cõspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris. Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exsufflans, & refulgens, radijs suis obcęcat oculos. Magnus dominus qui fecit illũ, & in sermonibus eius festinauit iter. Et luna in omnibus tempore suo, ostensio temporis, & signum ęui. A luna signũ diei festi, luminare quod minuitur in consummatione. Mensis secũdum nomen eius est crescens mirabiliter in cõsummatione. Vas castrorũ in excelsis, in firmamento cœli resplendens. Species cœli gloria stellarũ mundum illuminans in excelsis dominus. In verbis sanctis stabunt
Gen.9.b ad iudicium, & nõ exardescent in vigilijs suis. Vide arcum, & benedic eum qui
B fecit illum: valde speciosus est in splendore suo. Gyrauit cœlum in circuitu glorię suę, manus excelsi aperuerunt illũ. Imperio suo accelerauit niuem, & accelerat coruscationes emittere iudicij sui. Propterea aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulę sicut aues. In magnitudine sua posuit nubes, & cõfracti sunt lapides grandinis. In conspectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius aspirauit Notus. Vox tonitrui eius verberauit terrã, tempestas aquilonis, & cõgregatio spiritus, & sicut auis deponens ad sedendũ, aspergit niuem, & sicut locusta demergens descensus eius. Pulchritudinẽ candoris eius admirabitur ocu-
C lus, & super imbrẽ eius expauescit cor. Gelu sicut salem effundet super terram: & dum gelauerit, fiet tanquã acumina tribuli. Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua super omnem cõgregationẽ aquarũ requiescet, & sicut lorica induet se aquis. Et deuorabit montes, & exuret desertũ, & extinguet viride sicut ignem. Medicina omniũ in festinatione nebulę: & ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum. In sermone eius siluit ventus, & cogitatione sua placauit abyssum, & plantauit illum dñs IESVS. Qui nauigant mare, enarrant pericula eius: & audientes auribus nostris admirabimur. Illic pręclara opera, & mirabilia; varia bestiarum genera, & omnium pecorum, & creatura beluarum.

belluarũ. Propter ipsum cõfirmatus est itineris finis, ⁊ in sermone eius cõposita
sunt omnia. Multa dicemus, & deficiemus in verbis, cõsũmatio aũt sermonum D
ipse est in omnibus. Gloriãtes ad quid valebimus? ipse enim omnipotens super
omnia opera sua. Terribilis dominus, ⁊ magnus vehemẽter, & mirabilis poten Psal.95.a
tia ipsius. Glorificãtes dñm quãtũcũq; potueritis, superualebit adhuc, ⁊ admira
bilis magnificẽtia eius. Benedicẽtes dñm, exaltate illũ quãtũ potestis. maior.n.
est omni laude. Exaltantes eũ replemini virtute. Ne laboretis, nõ.n.cõprehen-
detis. Quis videbit eũ, & enarrabit? & quis magnificabit eũ sicut est ab initio? Psa.105.a
Multa abscõdita sunt maiora his: pauca enim vidimus operũ eius. Oĩa autẽ
dñs fecit, & pie agentibus dedit sapientiã.

CAPVT XLIIII.

LAudemus viros gloriosos, & parẽtes nostros in generatione sua. Multam A
gloriã fecit dñs magnificẽtia sua à seculo. Dominãtes in potestatibus suis
homines magni virtute, ⁊ prudentia sua prędití nũtiantes in prophetis digni
tatem prophetarũ, & imperãtes in pręsenti populo, ⁊ in virtute prudentię po
pulis sanctissima verba. In peritia sua requirẽtes modos musicos, & narrantes
carmina in scriptura. Homines diuites in virtute pulchritudinis studiũ hñtes: B
pacificãtes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gẽtis sue gloriã ade-
pti sunt, ⁊ in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerũt
nomẽ narrãdi laudes eorum. ⁊ sunt quorum nõ est memoria: perierunt quasi q
non fuerint, ⁊ nati sunt quasi nõ nati, ⁊ filij eorum cum ipsis. Sed illi viri mise-
ricordię sunt, quorum pietates nõ defuerunt, ⁊ cum semine eorũ permanet bo
na hereditas, & nepotum ipsorum semẽ in testamẽto stetit: & filiorum ipsorũ se
men propter illos vsque in ęternum manet: semen eorũ, & gloria eorũ nõ de-
relinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, ⁊ nomen eorũ viuet in ge
nerationem ⁊ generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi, ⁊ laudẽ eo C
rum nuntiet ecclesia. Enoch placuit deo, & translatus est in paradisum, vt det Gene.5.e
gentibus pœnitentiam. Noe inuentus est perfectus, iustus, & in tempore iracũ Heb.11.a
dię factus est recõciliatio. Ideò dimissum est reliquum terrę, quũ factum est di- Ge.6.b.7.a
luuiũ. Testamenta seculi posita sunt apud illũ, ne deleri possit diluuio oĩs caro. Heb.11.b
Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non est inuẽtus similis illi Gene.17.a
in gloria, qui cõseruauit legem excelsi, & fuit in testamento cum illo. In carne Gene.21.d
eius stare fecit testamentum, & in tentatione inuentus est fidelis. Ideò iureiurã Gala.3.b
do dedit illi gloriam in gente sua, crescere illum quasi terrę cumulum, ⁊ vt stel Gene.12.e
las exaltare semen eius, ⁊ hęreditare illos à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; D
ad terminos orbis terrę. Et Isaac eodem modo fecit propter Abraham patrẽ
eius. Benedictionem omnium gentium dedit illi dominus, & testamentũ suum
confirmauit super caput Iacob. Agnouit eum in benedictionibus suis, & de-
dit illi hęreditatem, & diuisit illi partem in tribubus duodecim. Et conseruauit
illi homines misericordie inuenientes gratiam in oculis omnis carnis.

CAPVT XLV.

DIlectus deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. Si- A
milẽ illũ fecit in gloria sanctorũ, ⁊ magnificauit eũ in timore inimicorũ, Exo.11.a
& in verbis suis mõstra placauit. Glorificauit illũ in cõspectu regũ, ⁊ iussit illi Exo.6.7.8
corã populo suo, ⁊ ostẽdit illi gloriã suam. In fide ⁊ lenitate ipsius sanctum fe- Exo.1..c
cit illũ, ⁊ elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum, ⁊ vocẽ ipsius, & induxit Exo.19.b
illum in nubẽ. Et dedit illi corã pręcepta, ⁊ legẽ vitę, et disciplinę docere Iacob
testamentũ suũ, & iudicia sua Israel. Excelsum fecit Aaron fratrem suũ, & simi Exo.4.d
lem sibi de tribu Leui. Statuit ei testamentum ęternum, ⁊ dedit illi sacerdotiũ
gentis, & beatificauit illũ in gloria. ⁊ circũcinxit eũ zona iustitię, et induit eũ sto Exo.28.f
lam glorię, et coronauit eũ in vasis virtutis. Circũpedes et femoralia, et hume
rale posuit ei, et cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare sonitũ B
in incessu suo, auditum facere sonitũ in templo in memoriam filijs gentis suę.
Stolam sanctam auro et hyacintho, et purpura, opus textile, viri sapientis iudi
cio et veritate pditi. Torto cocco opus artificis, gẽmis ptiosis figuratis in ligatu
ra auri, ⁊ opere lapidarij sculptis in memoriã scdm numerũ tribuũ Israel. Coro
na aurea super mitrã eius expressa signo sanctitatis: et gloria honoris, ⁊ opus

virtutis, desyderia oculorum ornata. Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia
vsque ad originem. Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tantum filij ip/
sius soli, e nepotes eius per omne tépus. Sacrificia ipsius consumata sunt igne
Leu. 8.b quotidie. Compleuit Moyses manus eius, e vnxit illum oleo sancto. Factus est
C illi in testamentum eternum, e semini eius sicut dies coeli fungi sacerdotio, e ha
bere laudem, e glorificare populum suũ in nomine suo. Ipsum elegit ab omni
viuente, offerre sacrificium deo, incensum, e bonum odorem in memoria placa
re pro populo suo: e dedit illi in preceptis suis potestatem, in testamentis iudi/
Num. 16.a ciorum, docere Iacob testimonia, e in lege sua lucem dare Israel. Quia contra
illum steterunt alieni, & propter inuidiam circũdederunt illum hõies in deser/
to qui erant cum Dathan e Abiron, e congregatio Core in iracundia. Vidit
dñs deus, e non placuit illi, e consumpti sunt in impetu iracundie. Fecit illis
D monstra, e consumpsit illos in flãma ignis. Et addidit Aaron gloriam, e dedit
illi hereditatem, e primitias frugum terre diuisit illi. Panem ipsius in primis
parauit in satietatem. nã e sacrificia domini edent, que dedit illi, e semini eius.
Ceterum inter gentes non hereditabit, e pars non est illi in gente. ipse est enim
Num. 25.c. pars eius, e hereditas. Phinees filius Eleazari tertius in gloria est, imitando eũ
1. Mach. 2.f in timore domini: e stare in reuerentia gentis: in bonitate, e alacritate anime
sue placuit deo Israel. Ideo statuit illi testamentum pacis, principẽ sanctorũ &
gentis sue, vt sit illi e semini eius sacerdotij dignitas in eternum. Et testamẽtũ
Dauid regi filio Iesse de tribu Iuda, hereditas ipsi e semini eius, vt daret sapien
tiam in cor nostrum iudicare gentem suã in iustitia: ne abolerentur bona ipso
rum, e gloriam ipsorum in gentem eorum eternam fecit.

A

CAPVT XLVI.

Fortis in bello Iesus Naue successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus se
cundum nomen suum, maximus in salutem electorum dei, expugnare in
surgentes hostes, vt cõsequeretur hereditatem Israel. Quam gloriam adeptus
est extollendo manus suas, e iactando cõtra ciuitates rompheas? Quis ante il
Iosue. 10.c lum sic restitit? Nam hostes ipse dominus perduxit. Aut non in iracundia eius
impeditus est sol, e vnus dies factus est quasi duo? Inuocauit altissimum poten
B tem in oppugnando inimicos vndique, e audiuit illũ magnus e sctũs deus in
Num. 14.c saxis grandinis virtutis valde fortis. Impetum fecit contra gentem hostilem, e
in descensu perdidit contrarios, vt cognoscant gentes potentiam eius, quia cõ
tra deũ pugnare non est facile: e sequutus est à tergo potẽtes. Et in diebus Moy
si, misericordiam fecit ipse e Caleb filius Iephone, stare contra hostem, e prohi
bere gentem à peccatis, e perfringere murmur malitie. Et ipsi duo constituti, à
Iosue. 14.c periculo liberati sunt, à numero sexcentorum millium peditũ inducere illos in
hereditatem, in terrã que manat lac e mel. Et dedit dominus ipsi Caleb fortitu
dinem, e vsque in senectutem permansit illi virtus, vt ascenderet in excelsũ ter
C re locum, e semen ipsius obtinuit hereditatem: vt viderent omnes filij Israel
quia bonum est obsequi sancto deo. Et iudices singuli suo nomine, quorum
non est corruptum cor, qui nõ auersi sunt à domino, vt sit memoria illorũ in
benedictione, e ossa eorum pullulent de loco suo, e nomen eorũ permaneat in
eternum, permanẽte ad filios illorum sanctorum virorum gloria. Dilectus à
domino deo suo Samuel propheta domini, renouauit imperium, e vnxit prin
1. Reg. 7.a cipes in gente sua. In lege domini congregationẽ iudicauit, e vidit dominus
D Iacob, e in fide sua probatus est propheta. Et cognitus est in verbis suis fide
lis, quia vidit deum lucis, e inuocauit dominum omnipotentem in oppugnã/
do hostes circumstãtes vndique, in oblatione viri inuiolati. Et intonuit de coe
1. Reg. 12.a lo dominus, & in sonitu magno auditam fecit vocem suam, e cõtriuit princi
pes Tyriorum, & omnes duces Philisthijm. Et ante tempus finis vite sue e secu
li testimonium prebuit in conspectu domini, & Christi. pecunias e vsque ad cal
1. reg. 25.a ceamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit illum homo. Et post
1. reg. 28.c hec dormiuit, e notum fecit regi, e ostendit illi finem vite sue, e exaltauit vocẽ
eius de terra in prophetia delere impietatem gentis.

CAPVT XLVII.

Post hęc surrexit Nathã propheta in diebus Dauid. Et quasi adeps separa- A
tus à carne, sic Dauid à filijs Israel. Cum leonibus lusit quasi cũ agnis: & 2.reg.12.a
in vrsis similiter fecit sicut in agnis ouium in iuuentute sua. Nunquid non oc 1.reg.17.d
cidit gigantem, & abstulit opprobrium de gente? In tollendo manum in sa- 1.reg.17.f
xo fundę deiecit exultationem Golię, vbi inuocauit dominum omnipotentẽ,
& dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gen
tis suę. Sic in decem millibus glorificauit eum, & laudauit eum in benedictioni 1.reg.18.b
bus domini, in offerendo illi coronam glorię. contriuit.n. inimicos vndique, &
extirpauit Philisthijm contrarios vsque in hodiernum diem: contriuit cornu
ipsorum vsque in ęternum. In omni opere dedit confessionem sancto, & excel- B
so in verbo glorię. De omni corde suo laudauit dominum, & dilexit deum qui
fecit illũ, & dedit illi contra inimicos potentiam: & stare fecit cantores contra
altare, & in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus,
& ornauit tempora vsq; in consũmationem vitę, vt laudarent nomen sanctuз
domini, & amplificarent mane dei sanctitatem. CHRISTVS purgauit 2.reg.12.d
peccata ipsius, & exaltauit in ęternũ cornu eius: & dedit illi testamẽtũ regni, & se-
de glorię in Israel. Post ipsuз surrexit filius sensatus, & propter illũ deiecit oẽз
potentiã inimicoruз. Salomon imperauit in diebus pacis, cui subiecit deus om 3.reg.4.e
nes hostes, vt cõderet domũ in nomine suo, & pararet sãctitatẽ in sempiternũ, C
quẽadmodũ eruditus est in iuuẽtute sua. Et impletus est quasi flumẽ sapiẽtia, & 3.reg.4.d
terrã retexit anima sua. Et replesti in cõparationibus ęnigmata, ad insulas lon
ge diuulgatũ est nomẽ tuũ, & dilectus es in pace tua. In cãtilenis & prouerbijs,
et cõparationibus, & interpretationibus miratę sunt terrę, & in noĩe dñi dei cui
est cognomẽ, Deus Israel. Collegisti quasi aurichalcũ aurũ, & vt plumbũ ꝯple
sti argentũ, & inclinasti femora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore 3.reg.11.a
tuo. Dedisti maculã in gloria tua, et prophanasti semen tuum inducere iracun
diam ad liberos tuos, et in cęteris stultitiam tuã, vt faceres ĩperium bipartitũ,
et ex Ephraim imperare ĩperium durũ. Deus aũt non derelinquet misericordiaз
suã, et nõ corrumpet, nec delebit opa sua, neq; perdet à stirpe nepotes electi sui: D
et semen eius qui diligit dñm, nõ corrumpet. Dedit aũt reliquũ Iacob, et Dauid
de ipsa stirpe. Et finẽ habuit Salomon cũ patribus suis. Et dereliquit post se de
semine suo gentis stultitiam, et ĩminutũ prudentia Roboam, qui auertit gentẽ
consilio suo, et Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israel, et dedit viam 3.reg.12.a
peccandi Ephraim, et plurima redũdauerunt peccata ipsoꝝ. Valde.n. auerterũt
illos à terra sua. Et quęsiuit omnes nequitias, vsq; dum perueniret ad illos de-
fensio, et ab omnibus peccatis liberauit eos. CAP. XLVIII.

ET surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbũ ipsius quasi facula ardebat. A
Qui induxit in illos famem, & imitantes illũ inuidia sua, pauci facti sunt. 3.reg.17.a
non enim poterant sustinere pręcepta domini. Verbo domini exaltauit cœluз,
et deiecit à se ignem terrę. sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et plus
quis potest similiter sic gloriari tibi? Qui sustulisti mortuum ab inferis, de sor-
te mortis, in verbo domini dei. Qui deiecisti reges ad pernitiem, & confregisti
facile potentiã ipsorum, & gloriosos de lecto suo. Qui audis in Sina iudiciuз,
& in Horeb iudicia defensionis. Qui vngis reges ad pœnitentiam, & prophe- 3.reg.19.e
tas facis successores post te. Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum 4.reg.2.b
igneorum. Qui inscriptus es in iudicijs temporum lenire iracundiam dñi, con B
ciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Beati sunt qui te viderũt,
& in amicitia tua decorati sunt nam nos vita viuimus tantum, post mortẽ au-
tem non erit tale nomen nostrum. Elias qui in turbine tectus est, & in Eliseo cõ
pletus est spiritus eius: in diebus suis non pertimuit principem, & potentia ne-
mo vicit illum. Nec superauit illum verbum aliquod, & mortuum propheta- 4.reg.13.d
uit corpus eius. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.
In omnibus istis non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis vs-
quedum electi sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram, & relicta est C
gens perpauca, & princeps in domo Dauid. Quidam ipsorum fecerunt qđ pla-
ceret deo: alij autẽ multa commiserunt peccata. Ezechias muniuit ciuitatẽ suã 4.reg.18.d

et induxit in medium ipsius aquã, et fodit ferro rupẽ, et ędificauit ad aquã pu-
4.reg.18.d teum. In diebus ipsius ascendit Sennacherib, et misit Rabsacen, et sustulit ma-
num suã ɔtra illos, et extulit manum suã in Sion, et superbus factus est potẽtia
D sua. Tunc mota sunt corda, et manus ipsoꝝ: et doluerũt quasi parturientes mu-
4.reg.19.g lieres. Et inuocauerunt dñm misericordem, et expandẽtes manus suas extulerũt
Tobię.1.d ad cœlum: et sanctus dñs deus audiuit cito vocẽ ipsoꝝ. Nõ est cõmemoratus pec-
Isa.37.g catoꝝ illoꝝ, neque dedit illos inimicis suis, sed purgauit eos in manu Isaię san-
1.mach.7.f cti prophetę. Deiecit castra Assyrioꝝ, et cõtriuit illos angelus dñi. nã fecit Eze-
et.2. mach. chias qđ placuit deo, et fortiter iuit in via Dauid patris sui, quã mandauit illi
8.e Isaias propheta magnus et fidelis in cõspectu dei. In diebus ipsius retro rediit
4.reg. 21.a sol, et addidit regi vitã. Spũ magno vidit vltĩa, et ɔsolatus est lugẽtes in Sion
Isa.38.a vsq; in sempiternũ. Oñdit futura, et abscõdita anteq; euenirẽt. C. XLIX.
A MEmoria Iosię in cõpositione odoris facta opus pigmentarij. In omni ore
4.reg. 23.b quasi mel indulcabitur eius memoria, et vt musica in cõuiuio vini. Ipse
est directus diuinitus in pœnitẽtia gentis, et tulit abominationes impietatis. Et
gubernauit ad dñm cor ipsius, et in diebus peccatoꝝ corroborauit pietatẽ. Pre-
ter Dauid, et Ezechiam, et Iosiã, oẽs peccatũ cõmiserunt. nã reliquerunt legem
B altissimi reges Iuda, et contempserunt timorẽ dei. Dederunt.n. regnum suum
alijs, et gloriam suam alienigenę genti. Incenderunt electam sctitatis ciuitatem,
et desertas fecerunt vias ipsius in manu Ieremię. Nam male tractauerunt illũ,
Iere.38. b qui à ventre matris consecratus est propheta, euertere & eruere, & perdere, & ite-
Iere.1.b rum ędificare, e renouare. Ezechiel qui vidit conspectum glorię, quam osten-
Ezech.1. dit illi in curru cherubim. Nã cõmemoratus est inimicorũ in imbre, benefacere
C illis qui ostenderunt rectas vias. Et duodecim prophetarũ ossa pullulent de lo-
co suo. nam corroborauerunt Iacob, e redemerunt se in fide virtutis suę. Quõ
Aggę.2.d amplificemus Zorobabel? nam e ipse quasi signum in dextera manu Israel. Et
zach.3.a Iesum filiũ Iosedec? qui in diebus suis ędificauerunt domum, e exaltauerunt
1.esdrę. 3.b templum sanctũ dño paratum in gloriam sempiternam. Et Neemias in me-
Nehe. 7.a. moria multi temporis, qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas e se-
S.44.c D ras, qui erexit domos nostras. Nemo natus est in terra qualis Enoch. nã & ipse
Gen. 50.d receptus est à terra. Et Ioseph qui natus est homo, princeps fratrum, firmamen-
tum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi, & ossa ipsius visitata sunt, e
post mortem prophetauerunt. Seth e Sem apud homines gloriam adepti sunt,
& super omnem animam in origine Adam. CAPVT L.
A SImon Onię filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domũ, & in die-
bus suis corroborauit tẽplum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, du-
plex ędificatio, e excelsi parietes tẽpli: In dieb⁹ ipsi⁹ remanauerunt putei aquarũ,
e quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentem suam, e libera-
uit eam à perditione. Qui pręualuit amplificare ciuitatem, qui adeptus est glo-
riam in conuersatione gentis: & ingressum domus, e atrij amplificauit. Quasi
stella matutina in medio nebulę, & quasi luna plena in diebus suis lucet. et q̃si
sol refulgens, sic ille effulsit in tẽplo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas
glorię, e quasi flos rosarũ in diebus vernis, e q̃si lilia quę sunt in transitu aquę,
e quasi thus redolens in diebus ęstatis. Quasi ignis effulgens, e quasi thus ar-
B dens in igne. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso. Quasi
oliua pullulans, e cypressus in altitudinem se extollens in accipiendo ipsum sto-
lam glorię, & vestiri eum cõsummatione virtutis. In ascensu altaris sancti glo-
riam dedit sanctitatis amictum. In accipiendo aũt partes de manu sacerdotum,
& ipse stans iuxta aram. Circa illum corona fratrum: e quasi plantatio cedri in
monte Libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmę & oẽs filij Aaron in
gloria sua, Oblatio autem dñi in manibus ipsorũ, corã omni synagoga Israel,
e consummationẽ fungens in ara, amplificare oblationem excelsi regis porre-
xit manum suã in libatione, e libauit de sanguine vuę. Effudit in fundamento
C altaris odorem diuinum excelso principi. Tunc exclamauerunt filij Aaron, in
tubis ductilibus sonuerunt, e auditam fecerunt vocẽ magnã in memoriã corã
dño. Tunc oẽs populus simul ꝓperauerunt, e ceciderunt in faciem super terrã

adorare dñm deum suum, & dare preces omnipotenti deo excelso. Et amplifi-
cauerunt psallẽtes in vocibus suis, & in magna domo auctus est sonus suauita-
tis plenus. Et rogauit populus dñm excelsum in prece vsque dum perfectus est
honor dñi, & munus suum perfecerunt. Tunc descendens, manus suas extulit in
oẽm cõgregationem filioꝝ Israel dare gloriam deo à labijs suis, & in noie ipsi⁹
gloriari. & iterauit orationẽ suam, volens ostendere virtutem dei. Et plus ora- D
uit deum oĩum, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à ventrẽ
matris nostrę, & fecit nobiscum scdm suam misericordiam. det nobis iucundita
tem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos: cre-
dere Israel nobiscum esse dei misericordiam, vt liberet nos in diebus suis. Duas
gentes odit aĩa mea: tertia aũt non est gens, quam oderim, qui sedent in mon-
te Seir: & Philisthijm: & stultus populus qui habitat in Sichimis. Doctrinã
sapientię & disciplinę scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, q
renouauit sapientiam de corde suo. Beatus qui in istis versatur bonis, qui po-
nit illa in corde suo, sapiens erit semper. Si enim hęc fecerit: ad omnia valebit.
quia lux dei, vestigium eius est.

Oratio Iesu filij Sirach. CAPVT LI.

CONfitebor tibi domine rex, & collaudabo te deum saluatorem meum. Cõfi- A
tebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, & libera-
sti corpus meum à perditione, à laqueo linguę iniquę, & à labijs operantiũ mẽ-
dacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me scdm
multitudinem misericordię nominis tui à rugientibus prępa ratis ad escam de
manibus quęrentium aĩam meam, & de portis tribulationum quę circũdede-
runt me: à pressura flãmę, quę circũdedit me, & in medio ignis non sum ęstua-
tus. De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à
rege iniquo, & à lingua iniusta. Laudabit vsq; ad mortẽ anima mea dñm, & vi- B
ta mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circũdederunt me vndiq;, &
non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hoĩum, & non erat.
Memoratus sum misericordię tuę dñe, & operationis tuę quę à seculo sunt: qm̃
eruis sustinentes te dñe, & liberas eos de manibus gentium. Exaltasti super terrã
habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus sum. Inuocaui dñs pa
trem domini mei vt non derelinquat me in die tribulationis meę, & in tempo
re superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuũ assiduè, & collaudabo illud
in confessione, & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, & erui-
sti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & bñdi-
cam nomini dñi. Quum adhuc iunior sum, prius quàm oberrarem, quęsiui sa- C
pientiam palam in oratione mea. Ante templũ postulabam pro illa, & vsque
in nouissimis inquiram eã, & florebit tanquã pręcox vua. Lętatũ est cor meũ
in ea, ambulauit pes meus iter rectum, à iuuentute mea inuestigabam eã. In-
clinaui modicè aurem meã, & excepi illam. Multam inueni in meipso sapien-
tiã, & multum profeci in ea. Danti mihi sapientiã, dabo gloriã. Consiliatus
sum.n. vt facerem illã: zelatus sum bonum, & non confundar. Colluctata est
anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum. Manus meas extendi in
altum, & insapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit.
Animã meam direxi ad illam, & in agnitione inueni eã. Possedi cum ipsa cor
ab initio: propter hoc non derelinquar. Venter meus conturbatus est quęrẽdo D
illam: propterea bonã possidebo possessionẽ. Dedit.n. mihi dominus linguam
mercedẽ meã, & in ipsa laudabo eũ. Appropiate ad me indocti, & congregate
vos in domum disciplinę. quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animę
vestrę sitiunt vehementer. Aperui os meũ, & loquutus sum, Comparate vo-
bis sine argento, & collum vestrũ subijcite iugo, & suscipiat anima vestra disci
plinã. in proximo est.n. inuenire eam. Videte oculis vestris, quia modicũ labo
raui, & inueni mihi multam requiem. Assumite disciplinam in multo numero
argenti, & copiosum aurum possidete in ea. Lętetur anima vestra in misericor
dia eius, & non confundemini in laude ipsius. Operamini opus vestrum ante
tẽpus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM IN TRALATIONEM ISAIAE EX HEBRAICA VERITATE, BEATI HIERONYMI PRAEFATIO.

NEMO QVVM prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebręos ligari, & aliquid simile habere de Psalmis vel operibus Salomonis: sed quod in Demosthene & Tullio solet fieri, vt per cola scribantur & commata, qui vtique prosa & non versibus conscripserunt. Nos quoque vtilitati legentium prouidentes, interpretationem nouam, nouo scribendi genere distinximus. Ac primum de Isaia sciendum, quòd in sermone suo disertus sit: quippe vt vir nobilis & vrbanę eloquentię, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admistum. Vnde accidit, vt prę cęteris, florem sermonis eius, translatio non potuerit conseruare. Deinde etiam hoc adijciendum: quòd non tam propheta dicendus sit, quã euangelista. Ita enim vniuersa CHRISTI ecclesięq; mysteria ad liquidũ prosequutus est: vt non putes eum de futuro vaticinari, sed de pręteritis historiam texere. Vnde conijcio noluisse tunc temporis septuaginta interpretes fidei suę sacramenta perspicue Ethnicis prodere: ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent: quę, quum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abscondita. Nec ignoro quanti laboris sit prophetas intelligere: nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit antequam legerit: nos quoque patere morsibus plurimorum, qui stimulante inuidia, quod consequi non valent, despiciunt. Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum: & nihilominus hoc à fastidiosis lectoribus precor, vt quomodo Gręci post septuaginta translatores Aquilam & Symmachum, & Theodotionem legunt vel ob studium doctrinę suę, vel vt septuaginta magis ex collatione eorum, intelligant: sic & isti saltem vnum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & postea despiciant, ne videantur non ex iudicio, sed ex odij pręsumptione ignorata damnare. Prophetauit autem Isaias in Ierusalem, & in Iudęa, necdum decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de vtroque regno, nunc commistim, nunc separatim texit oraculum. Et quum interdum ad pręsentem respiciat historiam, & post Babylonię captiuitatem reditum populi significet in Iudeam: tamen omnis eius cura de vocatione gentium, & aduentu CHRISTI est. Quem quanto plus amatis ô Paula & Eustochium, tanto magis ab eo petite, vt pro obtrectatione pręsenti qua me indesinenter ęmuli laniant, ipse mihi mercedem restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrinę linguę eruditione sudasse, ne Iudęi de falsitate scripturarum ecclesijs eius diutius insultarent.

ARGVMENTVM IN PROPHETIAM ISAIAE.

ISAIAS IN Ierusalem nobili genere ortus est, ibique prophetauit. Sub Manasse rege sectus in duas partes, occubuit. Sepultusque est sub quercu Rogel, iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obstruxerat puluere.



ISIO Isaiæ filij Amos, quã vidit super Iudam & Ierusalem in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda. Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniã dominus loquutus est, Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem 'spreuerunt me.' Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem non cognouit, & populus meus nõ intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequã, filijs sceleratis. Dereliquerunt dominũ, 'blasphemauerunt' sanctũ Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos 'vltrà, addentes' præuaricationẽ? Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsq; ad verticem non est in eo 'sanitas.' Vulnus, & liuor, & plaga 'tumens:' nõ est circũligata, nec 'curata medicamine,' neq; fota oleo. Terra vestra deserta: ciuitates vestræ succensæ sunt igni. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant: & desolabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculũ in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas 'quæ vastatur.' Nisi dominus exercituum reliquisset nobis 'semen,' quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. Audite verbum domini principes Sodomorũ percipite auribus legem dei nostri populus Gomorrhæ. Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit dominus? 'Plenus sum holocausto arietum, & adipe' pinguium, & sanguinem vitulorũ & agnorum & hircorum nolui. Quum veneritis ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris: vt ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis vltrà sacrificium frustra. incensum abominatio est mihi. Neomeniam, & sabbathum, & festiuitates alias non feram. iniqui sunt cœtus vestri. Calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea. facta sunt mihi molesta: laboraui sustinens. Et quũ extenderitis manus vestras, auertã oculos meos à vobis: & quũ multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote, auferte malũ 'cogitationum' vestrarũ ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, Discite benefacere: quærite iudiciũ, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduã. Et venite*, & 'arguite me,' dicit dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinũ: quasi nix dealbabũtur. & si fuerint rubra sicut vermiculus: velut lana, alba erũt. Si volueritis, & audieritis, bona terræ comedetis. Quòd si nolueritis, & me ad iracũdiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos, quia os domini loquutũ est. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij. Iustitia habitauit in ea, nunc autẽ homicidæ. Argentũ tuum versum est in scoriam: vinũ tuum mistũ est aqua. Principes tui infideles, socij furũ. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo nõ iudicant: & caussa viduæ nõ ingreditur ad illos. Propter hoc ait dñs deus exercituũ fortis Israel, Heu cõsolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. & cõuertam manũ meam ad te, & excoquã ad purũ scoriam tuã, & auferam omne stannum tuũ, & restituã iudices tuos vt fuerunt prius, & cõsiliarios tuos sicut 'antiquitus.' Post hæc vocaberis Ciuitas iusti, vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, & 'reducent eã' in iustitia. Et conteret scelestos, & peccatores simul: & qui dereliquerũt dñm, cõsumentur. 'Cõfundentur enim ab idolis quibus sacrificauerũt:' & erubescetis sup hortis quos legeratis, quũ fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absq; aqua. Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ, & 'opus vestrũ' quasi scintilla: & succendetur vtrũq; simul, & nõ erit qui extinguat. CAP. II.

' defecerunt à me (vel, periurauerũt in me.)
' Irritauerunt
' vltra addetis
' integrum.
' recens:
' deuincta,
' desolata:
' superstites paucos (vel, superstites: statim)
' Satur sum: holocausta arietum et adipem
' vel, operum
* nunc, (vel, obsecro)
' disceptemus,
' In principio.
' captiui eius
' Pudebit vos à filijs quibus delectati estis:
' qui facit eam

A Quo ipse prophetauerit Isaias.
Ingratitudo Iudæorum.
B Oĩ gñe pœnarũ pcussi Iudęi non sunt reuersi ad deum. Infra.5.d
C Pauci apli, et ij q per illos crediderunt, relicti. Roma.9.f Gen.19.e
D Ceremonias et cultus Iudęorũ q͡b' fidebãt, reijcit dñs. Iere.4.a
E Amos.5.f Infra.59.a Verus dei cultus. 1.Pet.3.b
F Pœnitẽtib' remissio: nõ pœnitẽtib' exitium. Deplorat peccata Ierusalem. Iere.5.g
G Ingemiscit Isaias latius in ipsos: pdicit, conseruatis pijs Ierusalem in pristinum statum restituendam.

A VErbum quod vidit Isaias filius Amos super Iudá et Ierusalem. Et
Mons,eccle erit in nouissimis diebus præparatus mons domus dñi in vertice
sia primaĩ montiũ,et eleuabitur super colles. Et fluent ad eũ omnes gentes. Et
Ierusalem. ibunt populi multi,et dicent, Venite,et ascendamus ad montem dñi,&
Mich.4.a ad domũ dei Iacob,et docebit nos vias suas,et ambulabimus in semi
Gentiũ in- tis eius:quia de Sion exibit lex,et verbũ domini de Ierusalé. Et iudi-
gressus in ec cabit gentes,et arguet populos multos:et conflabunt gladios suos in
clesiá. 'vomeres,) et lanceas suas in falces. Non leuabit gens cõtra gentem 'ligones.
Doctor chri gladium,nec exercebũtur vltrà ad prçliũ. Domus Iacob venite,et am-
stus. B bulemus in lumine domini. Proiecisti enim populũ tuum domũ Ia-
Ecclesia nõ cob:quia 'repleti sunt vt olim,) et augures 'habuerũt) vt Philisthijm, 'abundát plus
contendit. et 'pueris alienis adhæserunt.) Et repleta est terra eius argento et auro: quá orientales
Lumé dei. et non est finis thesaurorũ eius. Et repleta est terra eius equis:et innu- diuitijs.
Abiectio Iu- merabiles quadrigç eius. Et repleta est terra eius idolis. Opus manuũ 'sunt
dçorum. suarum adorauerũt,quod fecerunt digiti eorũ. Et incuruauit se homo, 'in pueris alie
Exaltatio et humiliatus est vir. Ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram,et nis suffecerunt
dei in pu- abscondere in fossa humo à facie timoris domini,et à gloria maiestatis sibi.(vel,exer-
niendis Iu- eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt,et incuruabitur altitudo cuerũt se mul-
dçis. C virorum:exaltabitur autem dñs solus in die illa. Quia dies domini tum.)
Iudicium exercituum super omnem superbũ et excelsum,et super omné arrogan-
generale. tem,et 'humiliabitur:) Et super omnes cedros Libani sublimes et ere- 'vel, humilię
ctas,et super omnes quercus Basan. Et super omnes montes excelsos,et
super omnes colles eleuatos, Et super omnem turrim excelsam,et super
omnem murum munitũ,et super omnes naues Tharsis,et super omne
Luc.23.d quod visu pulchrũ est. Et incuruabitur sublimitas hominũ,et humi-
Oseç.10.b liabitur altitudo virorum: Et eleuabitur dominus solus in die illa. Et
Apoc.9.b idola penitus conterentur. Et introibunt in speluncas petrarũ,et in vo-
D ragines terrç à facie formidinis domini,et à gloria maiestatis eius,quũ
surrexerit percutere terrá. In die illa proijciet homo idola argenti sui,
et simulachra auri sui,quç fecerat sibi vt adoraret,talpas et vesperti-
Ne in Chri liones. Et ingredietur scissuras petrarum et in cauernas saxorum à facie
sti abiectio formidinis domini,et à gloria maiestatis eius,quũ surrexerit percutere 'vel,in quo repu
ne offenda- terram. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est: tatus est ipse?
tur quis. quia 'excelsus reputatus est ipse.)

CAP. III.

A ECce enim dominator dominus exercituũ auferet à Ierusalem & à 'facũdũ (vel,
Excidiũ Ie- Iuda validum & fortem,omne robur panis, & omne robur aquç. oratorem)
rosolymita- Fortem,& virum bellatoré,iudicem,& prophetá, & ariolũm, & sené: 'pueri
nũ,ob Chri Principem super quinquaginta,& honorabilé vultu,& cõsiliarium,& 'vim faciet
persecutio- sapientem de architectis,& 'prudenté eloquij mystici.) Et dabo pueros (vel,affliget)
né à Iudçis principes eorũ,& 'effœminati) dominabũtur eis. Et 'corruet) populus, 'eriget se(isole
factam. vir ad virũ,& vnusquisq; ad proximũ suum: 'tumultuabitur) puer cõ- scet) 'Iurabit
tra senem,& ignobilis cõtra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem 'ero medicus,
suum domesticũ patris sui, Vestimentum tibi est, princeps esto noster, (aut, non dñs
B ruina autem hçc sub manu tua. 'Respondebit) in die illa,dicens,Non bor. Chald.in
'sum medicus,) & in domo mea non est panis,neq; vestimentũ:nolite terp. Non sum
constituere me principé populi. Ruit enim Ierusalem, & Iudas conci- dignus vt sim
dit:quia lingua eorũ,& adinuentiones eorũ contra dñm,vt prouoca- princeps.)
rent oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorũ 'respondit eis:) & pec 'testificatur cõ
catum suũ quasi Sodoma prçdicauerũt,nec absconderũt. vç animç eo tra eos.
rum:quoniá reddita sunt eis mala. Dicite 'iusto quoniá bene,quoniá) 'iustus si fue-
fructum adinuentionũ suarũ comedet. Vç impio 'in malũ:) retributio rit bonus,tunc
C enim manuũ eius fiet ei. 'Populũ meum exactores sui spoliauerũt,) & 'vel,malo:
Auaritia sa mulieres dominatç sunt eius. Popule meus,'qui te beatũ dicunt,) ipsi 'Ppli mei exa
cerdotũ & te decipiũt, & viam gressuũ tuorũ dissipant. Stat ad iudicádum dñs, & ctores pueri
principum. stat ad iudicandos populos. Dñs ad iudiciũ veniet cũ senibus populi sunt,
Apoc.1.b sui,et principibus eius;Vos enim depasti estis vineá,rapina pauperis in 'pastores tui

domo vestra. Quare atteritis populū meum, & facies pauperū cōmo
litis, dicit dn̄s deus exercituū? Et dixit dn̄s, Pro eo qd̄ eleuatę sunt
filię Sion, & ambulauerūt extento collo, & nutibus oculorū, ibant
& plaudebant, ambulabant, & pedibus suis cōposito gradu incede-
bant: Decaluabit dn̄s verticem filiarū Sion, & dn̄s crinem earum
nudabit. In die illa auferet dominus ornamentū calceamentorum, &
lunulas, & torques, & monilia, & armillas, Et mitras, & discrimina-
lia, & periscelides, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, Et annu-
los, & gēmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & lintea-
mina, & acus, Et specula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit,
pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine
caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoq; viri
tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. Et mœrebunt atq; lugebunt
portę eius, & desolata in terra sedebit.

CAP. IIII.

ET apprehendent septem mulieres virū vnum in die illa, dicentes,
Panem nostrū comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tan
tūmodo inuocetur nomen tuū super nos, aufer opprobrium nostrum.
In die illa erit germen domini in magnificentia, & gloria, & fructus
terrę sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel. Et erit:
omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vo
cabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem: Si abluerit
dn̄s sordem filiarū Sion, & sanguinē Ierusalem lauerit de medio eius
in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Et creabit dn̄s super omnē locum
montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumū & splen
dorem ignis flāmantis in nocte. Super omnem enim gloriam prote
ctio. Et tabernaculū erit in vmbraculum diei ab ęstu, & in securitatē,
& absconsionē à turbine & à pluuia.

CAP. V.

CAntabo dilecto meo canticū patruelis mei vineę suę: Vinea
facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepiuit eam, & lapi-
des elegit ex ea, & plantauit vineam electā: & ędificauit turrim in
medio eius, & torcular extruxit in ea. & expectauit vt faceret vuas, &
fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iudi
cate inter me & vineā meam. Quid est hoc quod debui vltrà facere
vineę meę: & non feci ei? An quod expectaui vt faceret vuas, & fecit la
bruscas? Et nunc ostendā vobis quid ego faciā vineę meę. Auferam
sepem eius, & erit in direptionē: diruam maceriā eius, & erit in cō-
culcationem. Et ponā eam desertā: non putabitur, & non fodietur: &
ascendent super eam vepres & spinę: & nubibus mandabo ne pluant
super eam imbrē. Vinea enim domini exercituū, domus Israel est: &
vir Iuda, germen eius delectabile. Et expectaui vt faceret iudicium, &
ecce iniquitas: & iustitiā, & ecce clamor. Vę qui coniungitis do-
mum ad domum, & agrum agro copulatis vsq; ad terminum loci.
Nunquid habitabitis vos soli in medio terrę? In auribus meis sunt
hęc domini exercituū, Nisi domus multę desertę fuerint grandes &
pulchrę, absq; habitatore. Decem enim iugera vinearū facient lagū-
culam vnā, & triginta modij sementis facient modios tres. Vę qui
consurgitis mane ad ebrietatem sectandā, & potandū vsq; ad vespe-
ram, vt vino ęstuetis. Cithara, & lyra, & tympanū, & tibia, & vinū in
conuiuijs vestris: & opus domini nō respicitis, nec opera manuū eius
consyderatis. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non
habuit scientiam, & nobiles eius interierūt fame, & multitudo eius
siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animā suam, & aperuit os suū
absq; vllo termino. Et descendent fortes eius, & populus eius, &
sublimes gloriosiq; eius ad eū. Et incuruabitur homo, & humiliabi
tur vir, & oculi sublimiū deprimentur. Et exaltabitur dn̄s exercituū
in iudicio, & deus sanctus sanctificabitur in iustitia. Et pascentur

vel, fallacib⁹ oculis,
in pedib⁹ suis calceamēta habebant squammata:
nates
raptura & p crinium dispōne equali
cingulū facti.
adustio p pulchritudīe viri
gloria
vel, inter viuentes
Quando
sup loca ei⁹. (sub. Sion, vbi congregantur
tegmen
nunc
amici
de vinea sua:
.i. in colle loco pingui,
plantis vitis optimę:
Cur
ad pascendū.
plaga leprę: (aut scabies:)
donec nō sit loc⁹. sub. alijs.
Hęc dixit mihi dn̄s exercituum,)
bathū vnus, & sementis homer, facient epha.
tota hęc sn̄ia in tertia persona legit apud Heb.
glia eius, viri famis (.i. q eis honori erant, famē sustinēt.)
pręter morē
decorus
opuleta ei⁹ & exultans in ea.
vel, apparebit sanctus

Mulierū Ierosolymitanarū ruina.
D
A
Virorū raritas in excidio Ierosolymitano.
Christi incarnatio, gaudium fidelium.
Sancti qb⁹ dimissa pctā.
Ecclesię securitas.
A
Parabola de Iudęis assumptis in populum dei.
Iere. 2. d
Mat. 21. d
B
Reiectio Iudęorum.
Vinea.
Germen.
Auaritia vineę dei.
Ebrietas.
Captiui quare Iudęi.
C
Pœna ebriorum.
De⁹ sublimis & sanctus pp iudicium.
Pasci verbo.
Perseuerātes in peccatis.
D
Verbum dānantes.

regni iuxta ordinem suum, & deserta in vbertatem versa aduenę comedent. Vę qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. Qui dicitis, Festinet, & cito veniat opus eius, vt videamus: & appropiet, & veniat consiliū sancti Israel, & sciemus illud. Vę qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucē, & lucem tenebras: ponentes amarū in dulce,

E & dulce in amarum. Vę qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Vę qui potentes estis ad bibendum vinū, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammę exurit: sic radix eorū quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Abiecerunt enim legem domini exercituū, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt.

F Ideò iratus est furor domini in populū suum, & extendit manum suā super eum, & percussit eum: & conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio plateanī. In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terrę, & ecce festinus velociter veniet. Non est deficiens neque laborans in eo: non dormitabit, neq; dormiet, neq; soluetur cingulū renum eius,

G nec rumpetur corrigia calceamenti eius. Sagittę eius acutę, & omnes arcus eius extenti. Vngulę equorū eius vt silex, & rotę eius quasi impetus tempestatis. Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonū: & frendet, & tenebit prędam, & amplexabitur, & non erit qui eruat. Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris: aspiciemus in terrā, & ecce tenebrę tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

CAPVT VI.

A IN anno quo mortuus est rex Ozias, vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatū: & ea quę sub ipso erant replebant templum. Seraphim stabant super illud: sex alę vni, & sex alę alteri. duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Et clamabat alter ad alterum, & dicebat, Sanctus sanctus sanctus dominus deus exercituum, plena est omnis terra gloria

B eius. Et cōmota sunt super liminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta est fumo. Et dixi, Vę mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem dominum exercituum vidi oculis meis. Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meum, & dixit, Ecce, tetigit hoc labia tua, &

C auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mūdabitur. Et audiui vocem domini dicentis, Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi, Ecce ego, mitte me. Et dixit, Vade, & dices populo huic, Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere. Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Et dixi, Vsquequo domine? Et

D dixit, Donec desolentur ciuitates absq; habitatore, & domus sine homine: & terra relinquetur deserta. Et longe faciet dominus homines, & multiplicabitur quę derelicta fuerat in medio terrę. Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus quę expandit ramos suos: semen sanctum erit id, quod steterit in ea.

Marginal notes (left):

Sapiētes sibi. Prouerb. 3.a Roma. 12.d Ebrij. Iniustitia pp munera.

Exterminatio Iudęorū ob obiectionē legis dei.

A Romanis Iudęi destructi, & quō.

Visio q̄ describit Isaias mittentis se authoritatē. Apocā. 4.e

Agnoscit peccatū propheta. Signo & verbo remissionem peccatorum consequitur.

Mittit vt annūciet prę indurandis, prę illuminandis. Mat. 13.b Mar. 4.b

Luc. 8.b Ioan. 12.f Actu. 28.f Roma. 11.b Vastati iudęi ā Romanis. Reliquię iudęorum saluādę.

Marginal glosses (right):

morem (vel verbum, sub: pastorū suorum) — .i. qui pergitis in iniquitate, & non vultis emendari — quisquilias flamma — putredo — contempserūt. — sicut excisionem (.i. fasciculum ad incendiū proiectum) — tribulatio, & lux (vel, sol & luna) — cœlis — fimbrię eius — faciem suam, — pedes suos, — vel, carbo, — impingua — multiplicabit (sub. dies) — .i. decima pars remanebit in ea. — & cōuertet se, sed depasta sicut tilia & quercus, quarum folia direpta, & manet stipes, sic stipes Israel est semen sanctum. Alij sic, vt denuo depascatur: quinetiam sicut terebinthus & quercus quod in eis stat abijciunt, sic semen sanctū quod steterit in ea erit. Alij vero sic, & cōuertetur, & erit in excisionem sicut terebinthus, & sicut quercus quę est in Salecheth, stans in eis, semen sanctitatis statio eius.

CAPUT VII.

ET factum est in diebus Achaz filij Ioathan, filij Oziæ regis Iuda, A
ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel, in Ie-
rusalem, ad præliandū contra eam: & nō potuerūt debellare eā. Et nun-
tiauerunt domui Dauid, dicentes, Requieuit Syria super Ephraim, &
cōmotū est cor eius, & cor populi eius: sicut mouentur ligna syluarum à
facie venti. Et dixit dñs ad Isaiam, Egredere in occursum Achaz tu,
& qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremum aquæductus piscinæ
superioris in via agri fullonis. Et dices ad eū, Vide vt sileas: noli ti-
mere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionū fumigantium
istorū in ira furoris Rasin regis Syriæ, & filij Romeliæ: eo qđ consilium
inierit contra te Syria in malum, Ephraim, & filius Romeliæ, dicentes, B
Ascendamus ad Iudā, & suscitemus eū, & auellamus eū ad nos, & pona-
mus regem in medio eius filiū Tabeel. Hæc dicit dñs deus, Non stabit,
& non erit istud: Sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin. Et
adhuc sexaginta & quinq; anni, & desinet Ephraim esse populus. & ca-
put Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si nō credide-
ritis, non permanebitis. Et adiecit dñs loqui ad Achaz, dicens, Pete
tibi signum à dño deo tuo in profundū inferni, siue in excelsum suprà.
Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo dominū. Et dixit, Audite
ergo domus Dauid, Nūquid parū vobis est molestos esse hominibus,
quia molesti estis & deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis C
signum, Ecce virgo cōcipiet & pariet filium, & vocabitur nomē eius
Emmanuel. Butyrū & mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere
bonū. Quia antequā sciat puer reprobare malū & eligere bonū, dere-
linquetur terra quā tu detestaris à facie duorū regum suorum. Adducet
dñs super te, & super populū tuum, & super domū patris tui dies, qui nō
venerūt à diebus separationis Ephraim à Iuda cū rege Assyriorū. Et erit
in die illa: sibilabit dñs muscæ, quæ est in extremo fluminū Aegypti: &
api, quæ est in terra Assur: & venient, & requiescent omnes in torrētibus
valliū, & in cauernis petrarū, & in oībus frutetis, & in vniuersis fora- D
minibus. In die illa radet dñs in nouacula cōducta in his qui trans flu-
men sunt, in rege Assyriorū, caput & pilos pedū, & barbā vniuersam.
Et erit in die illa: nutriet homo vaccā boū, & duas oues, & præ vbertate
lactis comedet butyrū. butyrum enim & mel māducabit oīs qui relictus
fuerit in medio terræ. Et erit in die illa: oīs locus vbi fuerint mille vites,
mille argenteis, in spinas & in vepres erūt. Cum sagittis & arcu ingredie-
tur illuc: vepres enim, & spinæ erunt in vniuersa terra. Et oēs montes
qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarū & veprium, &
erit in pascua bouis, & in cōculcationem pecoris.

CAP. VIII.

ET dixit dñs ad me, Sume tibi librū grandem, & scribe in eo stylo ho- A
minis, Velociter spolia detrahere, cito pdari. Et adhibui mihi te-
stes fideles Vriā sacerdotē, & Zachariā filiū Barachiæ: & accessi ad pphe-
tissam, & cōcepit & peperit filiū. Et dixit dñs ad me, Voca nomen eius,
Accelera spolia detrahere, festina pdari. Quia antè q̃ sciat puer vocare
patrē suum & matrē sui, auferetur fortitudo Damasci & spolia Samariæ
corā rege Assyriorū. Et adiecit dñs loqui ad me adhuc, dicēs, Pro eo
q̃ abiecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cū silentio, & assumpsit
magis Rasin, & filium Romeliæ, propter hoc ecce dominus adducet su- B
per eos aquas fluminis fortes & multas, regē Assyriorū, & omnem glo-
riam eius: & ascendet sup omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas
eius, & ibit per Iudam, inūdans, & transiens vsq; ad collū veniet. Et erit
extensio alarū eius, implens latitudinem terræ tuæ o Emmanuel. Cō-
gregamini populi, & vincimini, & audite vniuersæ procul terræ: confor-
tamini & vincimini, accingite vos & vincimini; inite consilium,
& dissipabitur; loquimini verbum, & non fiet: quia nobiscum deus.

* cū (.s. pacē fe-
cit cū Ephraī)
* Seariasub
* quiesce: (vel,
obserua vt se-
curus sis)
* mollescat
* frāget Ephra-
im ne sit
* ideo est qa nō
estis stabiles.
* prægnans
* vocabit (sub.
ipsa)
* desertorum,
(vel, desertis
vallibus)
* spinis (vel, ca-
sis,)
* vilissimis ar-
borib⁹. (Chal.
interpr. domi-
bus magnæ exi-
stimationis.)
* consumet.
* vel, Ad mon-
tes aūt oēs qui
sarculo sarrie-
bantur nō ascē-
des metu
* vel, immissionē
* Vt acceleret
prædari, festi-
net spoliare.
* accingite
vos

Ierusalē ob
sidet à Ra-
sin & Pha-
cee.
4. Re. 16. a
Promittit
de se libera-
tū Achaz cū
pplo suo à
timore
rasin & Pha
cee: finē re-
gni Dama-
sci & Israel
prædicens.
Admonet
credere in p
missū à deo
auxilium, &
huius
pmissionis
signū q̄rere.
Promittit
Christus.
Mat. 1. d
Luc. 1. e
Añ Chrm
natū, regnū
israel destru
ctum.
Regni iudæ
destructio
ab Assyrijs.
Descriptio
solitudinis
futuræ.
Añ Christi
natiuitatē
quē pdato-
rē & redēpto
rē nim vo-
cat, Israeli-
tæ destructi
ab Assyrijs.
Iudæ destru
ctio ab As-
syrijs.
Interitū As
syriorū pdi-
cit ppheta
ad cōsolatio
nem prop-

C Hęc enim ait dominus ad me, sicut in manu forti, erudiuit me, ne iret in via populi huius, dicens, Ne dicatis, coniuratio. omnia enim quę loquitur populus iste, coniuratio est: & timorē eius ne timeatis, neq; paueatis. Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pauor vester, & ipse terror vester: & erit vobis in sanctificationē. In lapidē autē offensionis & petram scandali duabus domibus Israel, in laqueum & in ruinā habitantibus Ierusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & cōterentur, & irretientur, & capientur. Liga testimoniū, signa legē in discipulis meis. Et expectabo dominū qui abscōdit faciem suam à domo Iacob, & prestolabor eum. Ecce, ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus in signum, & in portentum Israel à domino exercituum, qui habitat in mōte Sion. Et quum dixerint ad vos, Quęrite à pythonibus, & à diuinis qui stridēt in incātationibus suis: Nunqd non populus à deo suo requiret visionē? pro viuis à mortuis? Ad legē magis, & ad testimonium. Quòd si non dixerint iuxta verbū hoc, nō erit eis matutina lux. Et trāsibit p eā, & corruet, & esuriet: & cū esurierit, irascet, & maledicet regi suo, & deo suo, & suspiciet sursum. Et ad terrā intuebitur: & ecce tribulatio & tenebrę, dissolutio, & angustia, & caligo persequens. & non poterit auolare de angustia sua.

Fiducia in deo, nō i hūano auxilio.
Iudęorū ruina ob incredulitatē in Christū.
Luc.2.e
Ro.9.g D
1.Pet.2.b
Auxilium a deo.
Heb.2.d
Verbū dei īterrogādū & sequēdū.
Pœna neglīgētiū vbū di.

CAP. IX.

A Primo tēpore alleuiata est terra Zabulon & terra Nephthali, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilęę gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnā: habitātibus in regione vmbrę mortis lux orta est eis. Multiplicasti gentem, nō magnificasti lętitiam. Lętabuntur coram te, sicut qui lętantur in messe, sicut exultant victores capta pręda, quando diuidunt spolia. Iugum enim oneris eius, & virgā humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Quia omnis violenta prędatio cū tumultu, & vestimentū mistū sanguine, erit in combustionem & cibus ignis. PARVVLVS enim NATVS est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerū eius: & vocabitur nomen eius admirabilis, cōsiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Mul-
B tiplicabitur eius imperiū, & pacis non erit finis. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia àmodo & vsque in sempiternum. zelus domini exercituum faciet hoc. Verbū misit dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariā in superbia & magnitudine cordis, dicentes, Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ędificabimus: sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus. Et eleuabit dominus hostes Rasin super eū, & inimicos eius in tumultū vertet, Syriam ab oriente, & Philisthiim ab occidente, & deuorabunt Israel toto ore. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta: & populus non est reuersus ad percutientem se, &
C dominū exercituum non exquisierunt. Et disperdet dominus ab Israel caput & caudam incuruantem & deprauantem die vna. Longęuus et honorabilis, ipse est caput: & propheta docens mendacium, ipse est cauda. Et erunt, qui beatificant populum istum seducentes, et q beatificantur, pręcipitati. Propter hoc super adolescentulis eius nō lętabitur dominus: et pupillorum eius, et viduarū non miserebitur: qa omnis hypocrita est et nequam, et vniuersum os loquutum est stultitiam. In omnibus his nō est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.
D Succensa est enim quasi ignis impietas, vepres et spinā vorabit: et succēdetur in densitate saltus, et cōuoluetur in superbia fumi. In ira domini exercituum cōturbata est terra, et erit populus quasi esca ignis. Vir fratri suo non parcet, et declinabit ad dexteram, et esuriet: et comedet ad sinistrā, et non saturabitur. Vnusquisq carnem brachij sui vorabit: Manasses Ephraim et Ephraim Manassen, simul ipsi

Gētes suscipiunt Euangelium.
Lętitia.
Iudic.7.f
CHRISTVS.
RegnūChri
Nomina Christi.
RegnūChri
Pax.
Successiones decē tribuū Israel vaticinat Isaias, ob supbiam eorū in deū.
Caput & cauda.

quasi apprehenderet me ad manum, & palatiū (.i. locū vt cōfugiat ad ipsum hō,) garriunt & loquunt (vel, q̄ garritū auium aduertunt) & a coniuratoribus: induratus, obscuratio (vel circunfusa tribulatio,) dispersa. Neq. enī erit oppressa illa q̄ affliget, sicut priore tpe leuiore malo afflixit (sub. Assyrius) terrā Zabulon & terram Nephthali, & posteriore maritima, finitima Iordanis & confinium gētium afflixit.

qui pugnat, pugnat in perpetuum,

vel, in locum eorū plātabimus. simul congregabit,

ramū & iuncū (.i. fortem & imbecillem) vel, ducunt. vel, ducti sūt. perditi.

eleuabūt se sicut eleuatur fumus. obscurata

contra Iudam. In omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc
manus eius extenta.

CAPVT X.

VAe qui condunt leges iniquas: & ſcribentes, iniuſtitiam ſcripſe- A
runt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent cauſſę
humilium populi mei: vt eſſent viduę pręda eorum, & pupillos diripe
rent. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longe venien-
tis? Ad cuius cófugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam veſtrã
ne incuruemini ſub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omni-
bus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Vę
Aſſur, virga furoris mei & baculus ipſe, in manu eorum indignatio mea. B
Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populũ furoris mei mãda-
bo illi, vt auferat ſpolia, & diripiat prędam, & ponat illũ in conculca-
tionem quaſi lutum platearum. Ipſe autem nó ſic arbitrabitur, & cor
eius non ita exiſtimabit: ſed ad conterendũ erit cor eius, & ad interne-
cionem gentiũ non paucarum. Dicet enim, Nunqd nó principes mei
ſimul reges ſunt? Nunquid non vt Charcamis, ſic Calano: & vt Ar-
phad, ſic Emath? Nunquid non vt Damaſcus, ſic Samaria? Quomo- C
do inuenit manus mea regna idóli, ſic & ſimulachra eorum de Ieruſa
lem & de Samaria. Nunqd nó ſicut feci Samarię & idólis eius, ſic faciã
Ieruſalem & ſimulachris eius? Et erit: quum impleuerit dominus
cuncta opera ſua in monte Sion & in Ieruſalem, viſitabo ſuper fructũ
magnifici cordis regis Aſſur, & ſuper gloriã altitudinis oculorũ eius.
Dixit enim, In fortitudine manus meę feci, & in ſapientia mea intelle
xi: & abſtuli terminos populorũ, & principes eorum deprędatus ſum,
& detraxi quaſi potens in ſublimi reſidentes. Et inuenit quaſi nidũ D
manus mea fortitudinẽ populorum: & ſicut colliguntur oua, quę de
relicta ſunt, ſic vniuerſam terram ego congregaui: & non fuit qui
moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. Nunquid gloriabitur ſecu
ris contra eum qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum à quo
trahitur? quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantẽ ſe, & exaltetur
baculus qui vtiq; lignũ eſt. Propter hoc mittet dominator dñs exer-
cituũ in pinguibus eius tenuitatẽ: & ſubtus gloriã eius ſuccenſa ardebit
quaſi cóbuſtio ignis. Et erit lumẽ Iſrael in ignẽ, & ſanctus eius in flam E
mã. Et ſuccendet, & deuorabit ſpina eius, & vepres in die vna. Et glo-
ria ſaltus eius, & carmeli eius ab aĩa vſq; ad carnẽ cóſumet, & erit ter Iudei poſt
rore profugus. Et reliquę ligni ſaltus eius pre paucitate numerabuntur, pcuſſũ Aſſy
& puer ſcribet eas. Et erit in die illa: non adijciet reſiduũ Iſrael, & hi riũ ſoli deo
qui fugerint de domo Iacob, inniti ſuper eo qui percutit eos: ſed inni confidẽtes.
tetur ſuper dominum ſanctum Iſrael, in veritate. Reliquię conuerten Iudęi pau-
tur, reliquię inquã Iacob ad deum fortem. Si enim fuerit populus tuus ci ſaluati.
Iſrael quaſi arena maris, reliquię conuertentur ex eo. conſummatio Rom. 9. f
abbreuiata inundabit iuſtitiam. Conſummationẽ enim, & abbreuia- Infra. 28. f
tionem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terrę. Pro F
pter hoc, hęc dicit dominus deus exercituũ. Noli timere populus me- Cóſolat de-
us habitator Sion, ab Aſſur. in virga enim percutiet te, & baculũ ſuũ le Iudã, quod
uabit ſuper te in via Aegypti. Adhuc enim paululum modicumq;, & breuis futu
cóſummabitur indignatio & furor meus ſuper ſcelus eorum. Et ſuſcita- ra ſit ei9 af-
bit ſuper eum dominus exercituũ flagellũ, iuxta plagã Madiã in Petra flictio, pſe-
Oreb, & virgã ſuã ſuper mare, & leuabit eam in via Aegypti. Et erit in cutoreſq;
die illa: auferetur onus eius de humero tuo, & iugũ eius de collo tuo, & ei9 puniẽdi.
cóputreſcet iugũ à facie olei. Veniet in Aiath, trãſibit in Magron: G Iud. 7. g
apud Machmas cómendabit vaſa ſua. Trãſierunt curſim Gaba ſe- Varij rumo
des noſtra: obſtupuit Rama, Gabaat Saulis fugit. Hinni voce tua res de adue
filia Gallim, attende Laiſa paupercula Anathoth. Migrauit Medemena: hu Sénache
habitatores Gabim cóſortamini. Adhuc dies eſt, vt in Nobe ſub in Ieru
ſiſtetur: agitabit manũ ſuam ſuper montẽ filię Sion, collẽ Ieruſalẽ. Ec- ſalem.

* vel, O, aut Heu, & infra.
* niſi quæ incuruabit ſub vinculo, & cadetis inter occiſos.
* pręparata (.i. theſauros, & q̃ ſibi repoſuerãt)
* habitãtes.
* vel, ſubſtãtiã
* quũ ipſe de9 tã facile leuet virgã, ſimul cũ illo qui eleuat eam, quã facile leuat baculũ q̃ non eſt arbor?
* agriculti
* diſſolutus vt vexillifer
* vel, abbreuiata cóſumptio afferet iuſtitiam cũ abundãtia.
* ad cóſumptionem.
* propter pinguedinem.
* recenſuit exercitum ſuum.
* vadũ, l Gabaa diuerſoriũ per noctarunt:
* Exalta vocẽ ſuam
* vel, congregamini.

Interit Sennacherib. | ce, dominator dominus exercituũ confringet laguntulã in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. Et subuertetur cõdensa saltus eius ferro: & Libanus cũ excelsis cadet. | excidit ramũ in robore.

CAP. XI.

A Christus nasciturus ex radice Iesse. Act. 13.d Arma Christi regis. Virga. B Spiritus. 2. Thes. 2.c Iustitia. Fides. Opa & fructꝰ euãgelij. Infra. 65.d Scientia dñi.

ET egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus dñi, spiritus sapiẽtię & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus sciẽtię & pietatis. Et replebit eum spiritus timoris domini. Non secundũ visionẽ oculorũ iudicabit, neq; secundũ auditũ aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in ęquitate pro mansuetis terrę. Et percutiet terrã virga oris sui, & spiritu labiorũ suorũ interficiet impiũ. Et erit iustitia cingulũ lũborũ eius: & fides cinctoriũ renũ eius. Habitabit lupus cũ agno: & pardus cũ hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & vrsus pascẽtur: simul requiescent catuli eorum: & leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis: & in cauernã reguli, qui ablactatus fuerit, manũ suã mittet. Nõ nocebũt, & nõ occident in vniuerso mõte sancto meo: quia repleta est terra scientia dñi, sicut aquæ maris operientis.

| ramus | timoris dñi. Et ipse bñ spirantes eum faciet in timore suorum | pp mãsuetos | Vacca. | lactens

Vocatio gẽtium. C Rom. 15.c Vera reductio Iudę & Israelis, acaptiuitate ad euangeliũ. D Apostoli adducentes omnes ad euangeliũ.

In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorũ, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrũ eius gloriosum. Et erit in die illa: adijciet dñs secundò manũ suam ad possidendũ residuũ populi sui, quod relinquetur ab Assyrijs, & ab Aegypto, & à Phethros, & ab Aethiopia, & ab Aelam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris. Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terrę. Et auferetur zelus Ephráim, & hostes Iuda peribunt. Ephráim non ęmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephráim: & volabũt in humeros Philistijm per mare, simul prędabuntur filios orientis. Idumęa & Moab pręceptum manus eorum, & filij Ammon obedientes erunt. Et desolabit dñs linguã maris Aegypti, & leuabit manum suã super flumen in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in septem riuis, ita vt transeant per eũ calceati. Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyrijs: sicut fuit Israel in die illa qua ascendit de terra Aegypti.

| vel vexillum & infra. | quęrent. | requies eius in gloria. | erunt smissio | eis | vel, oram | eius.

CAP. XII.

Exo. 14 A Christianorũ grãrũ actio pro dei mia p Chrm B eis facta. Exod. 15.a Psal. 117.c

ET dices in die illa, Confitebor tibi domine, quoniã iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me.

Ecce deus saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo: quia fortitudo mea, & laus mea dominus deus, & factus est mihi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.

Et dicetis in die illa, Confitemini domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniã excelsum est nomen eius.

Cantate dño, quoniam magnifice fecit: annuntiate hoc in vniuersa terra.

Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui, sanctus Israel.

| confidam, | salutis (vel, salutaribus:) | opera | Magnificã fecit vt sciant hęc | Exalta vocẽ, | habitatrix

CAPVT XIII.

A Babylon destruenda prędicitur.

ONus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos. Super montem caliginosum leuate signum, exaltate vocem, leuate manũ, & ingrediantur portas duces. Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meus in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in mõtibus, quasi populorũ frequentiũ, vox sonitus regnum gentiũ congregatarum: dñs exercituũ pręcepit militię belli, Venientibus de terra procul, à summitate cœli: dñs, & vasa furoris eius, vt disperdat oẽm terram. Vlulate, quia prope est dies domini: quasi vastitas à domino veniet. Propter hoc oẽs manus dissoluentur, & omne cor hominis

B contabescet & conteretur: torsiones & dolores tenebunt eos, quasi parturiẽs dolebunt. Vnusquisq; ad proximum suũ stupebit, facies cõbustę vultus eorũ. Ecce dies domini venit, crudelis, & indignationis plenus, & irę, furorisq; ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius con-

| vel, Prophetia | eleuatum | i. pręparatis a me Persis, | numerat (vel, lustrat) exercitũ | venientes

superiorum de eis: quoniam stellę cœli, & splendor earum non expandent lumen
suũ. Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna nõ splendebit in lumine
suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quie Eze. 32. b
scere faciã superbiam 'infidelium,' & arrogantiã fortium humiliabo. C Ioel. 3. c
'Pretiosior erit vir' auro, & homo 'mundo' obrizo. 'Super hoc,' cœ Mat. 24. c
lum turbabo: & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem do Mar. 13. c
mini exercituũ, & propter diem irę furoris eius. Et erit quasi damula 'fu Luce. 21. e
giens,' & quasi ouis: & nõ erit qui congreget. Vnusquisque ad populum
suũ conuertetur, & singuli ad terrã suam fugient. Omnis qui inuentus fue Psal. 136. b
rit, occidetur: & omnis qui superuenerit, cadet in gladio. Infantes eorum
allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & vxores eorum viola- D
buntur. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentũ nõ 'quęrãt,'
nec aurũ velint: sed sagittis paruulos interficient, & lactẽtibus vteri non
miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorũ. Et erit Babylon il-
la 'gloriosa in regnis, inclyta in superbia' Chaldeorum, sicut subuertit dñs Gene. 19. d
Sodomã & Gomorrhã. Nõ habitabitur vsque in 'finẽ,' & nõ 'fundabi-
tur' vsque ad generationẽ & generationẽ: nec ponet ibi tentoria Arabs,
nec pastores requiescent ibi. Sed requiescent ibi bestię, & replebũtur do
mus eorum 'draconibus:' & habitabunt ibi struthiones, & 'pilosi' sal
tabunt ibi, & 'respondebũt' ibi vlulę in ędibus eius, & 'syrenes' in de
lubris voluptatis.

CAPVT XIIII. A

PRope est vt veniat tẽpus eius, & dies eius non elongabũtur. Mise
rebitur enim dominus Iacob, & eliget adhuc de Israel, & requiesce
re eos faciet super humũ suam: adiungetur aduena ad eos, & adhęrebit
domui Iacob: Et 'tenebunt' eos populi, & adducent eos in locũ suum:
& possidebit eos domus Israel super terrã domini in seruos & ancillas:
& erũt capiẽtes eos qui se ceperãt, & subijciẽt exactores suos. Et erit in
die illa: quũ requiem dederit tibi dñs à labore tuo, & à concussione tua, &
à seruitute dura qua antè seruisti, sumes parabolã istã contra regẽ Baby
lonis, & dices, Quõ cessauit exactor, quieuit tributũ? Contriuit dñs ba
culũ impiorum, virgã dominãtiũ, cędentẽ populos in indignatione, pla B
ga 'insanabili,' subijcientem in furore gentes, 'persequentẽ crudeliter.'
Cõquieuit & siluit oĩs terra, gauisa est & exultauit: abietes quoque lętatę
sunt super te, & cedri Libani, ex quo dormisti, nõ ascẽdit qui succidat nos.
Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi
'gigãtes.' Oẽs principes terrę surrexerũt de solijs suis, oẽs principes na
tionũ. Vniuersi respõdebunt, & dicent tibi, Et tu vulneratus es sicut &
nos, nři similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, 'concidit ca
dauer tuũ:' subter te sternetur tinea, & operimentũ tuũ erunt vermes. C
Quõ cecidisti de cœlo lucifer, 'qui mane oriebaris?' Corruisti in terrã,
qui vulnerabas gẽtes: qui dicebas in corde tuo, In cœlum conscendã, super
astra dei exaltabo soliũ meum, & sedebo in mõte 'testamenti,' in lateri-
bus aquilonis. Ascendã super altitudinẽ nubiũ, similis ero altissimo. Ve-
rũtamẽ ad infernũ detraheris in profundũ laci. Qui te viderint, 'ad te incli
nabunt,' teque prospicient, Nunquid iste est vir qui conturbauit terrã, qui concus-
sit regna: qui posuit orbẽ desertũ, & vrbes eius destruxit, vinctis eius nõ
aperuit carcerẽ? Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, D
vir in domo sua: tu aũt proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps 'inuti
lis pollutus, & obuolutus cũ his' qui interfecti sunt gladio & descẽderunt
ad fundamẽta laci, quasi cadauer 'putridum.' Non habebis consortium
'neque' cũ eis in sepultura: tu enim terrã tuã disperdidisti, tu populum
tuũ occidisti: nõ vocabitur in ęternũ semẽ pessimorum. Pręparate filios
eius occisioni 'in iniquitate' patrũ suorum: nõ consurgent, nec hęreditabunt
terrã, neque implebũt faciẽ orbis 'ciuitatũ.' Et consurgã super eos, dicit dñs E
exercituũ: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & 'germen, & pro-
geniem,' dicit dominus. Et ponam eam in possessionem erinacij, & in

Left margin:

superborum, (vel, fortium,)
Pretiosiorem faciam virum
auro
Idcirco,
vel, attonita,
ęstimabunt,
gloria regnorũ, gloria superbię
seculum,
habitabitur
vel, funiculis:
vel, dęmones
cantabunt
dracones
tollent
indeclinabili,
persequutionẽ passim nõ prohibuit. (vel, persequebatur eos sine obstaculo, aut sine intermissione.)
vel, mortuos
etiam sonitus nablorum tuorum:
aurorę fili?
ecclesię; (vel, celeberrimo,)
te contemplabuntur,
abominabilis, sicut vestimẽtum occisorum
cõculcatum.
propter iniquitatem
inimicis.
filiũ, & nepotẽ:

Right margin:

Reuersio Iudęorũ ex captiuitate, & Babylonis eorum afflictio. Plãgit Nabuchodonosor ab Israele & irridet. Mors regis Babylõis similis aurorę de cœlo cadenti, & obscuratę.

paludes aquarũ, & scopabo eam 'in scopa terens,' dicit dominus exer-
cituũ. Iurauit dominus exercituum dicens, Si nó vt putaui, ita erit:
& quomodo mente tractaui, sic eueniet, Vt conterã Assyrium in terra
mea, & in mõtibus meis conculcem eũ, & auferetur ab eis iugũ eius, &
onus illius ab humero eorũ tolletur. Hoc consiliũ quod cogitaui sup
F omnẽ terrã, & hęc est manus extenta sup vniuersas gentes. Dñs enim
exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? & manus eius extenta: &
quis auertet eam? In anno quo mortuus est rex Achaz, 'factum est
onus istud,' Ne lęteris Philisthęa omnis tu quoniã cõminuta est vir-
ga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & 'semen
eius absorbens volucrem.' Et pascentur primogeniti pauperũ, & pau-
G peres fiducialiter requiescent: & interire faciam in fame radicem tuam,
& reliquias tuas 'interficiam.' Vlula porta, clama ciuitas: 'prostrata'
est Philisthęa omnis: ab aquilone enim fumus veniet, '& non est qui
effugiet agmen eius.' Et quid respondebitur nuntijs gentis? Quia dñs
fundauit Sion, & in ipsa sperabunt pauperes ppli eius. CAP. XV.

A ONus Moab, quia nocte vastata est Ar Moab, 'conticuit:' quia nocte va-
status est 'murus' Moab, conticuit. Ascendit 'domus' & Dibon ad
excelsa in planctum: super Nabo, & super Medaba, Moab vlulabit: in
cũctis capitibus eius caluitiũ, & omnis barba radetur. In triuijs eius ac-
cincti sunt sacco: super tecta eius, & in plateis eius omnis vlulat, descẽ-
dit in fletum. Clamabit Hesebon & Eleale, vsq; Iasa audita est vox eo-
rũ. Sup hoc expediti Moab vlulabũt, anima eius vlulabit sibi. Cor meũ
ad Moab clamabit, vectes eius vsq; ad Segor vitulam cõternantẽ. Per
ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorem cõ-
B tritionis leuabunt. Aquę enim Nemrim desertę erunt, quia aruit her-
ba, defecit germen, viror omnis interijt. 'Secundũ magnitudinẽ ope-
ris & visitatio eorũ: ad torrentẽ salicũ ducent eos.' Quoniã circuibit
clamor terminũ Moab: vsq; ad Gallim vlulatus eius, & vsq; ad 'puteũ
Elim' clamor eius. Quia aquę Dibon replętę sunt sanguine: ponam
enim super 'Dibon' additamenta: his qui fugerint de Moab leonem,
& reliquijs terrę. CAPVT XVI.

EMitte agnũ 'dominatorem' terrę, de petra deserti ad montem fi-
A lię Sion. Et erit: sicut auis fugiens, '& pulli de nido auolãtes,' sic
erũt filię Moab in trãscensu Arnon. Ini cõsiliũ, 'coge cõsilium:' pone
quasi noctẽ vmbrã tuã in meridie: absconde fugientes, & vagos ne pro-
das. Habitabunt apud te profugi mei Moab esto latibulum eorũ à fa-
cie vastatoris: finitus est enim 'puluis,' cõsummatus est 'miser,' 'defe-
cit qui conculcabat terram.' Et pręparabitur in misericordia solium, &
sedebit super eũ in veritate in tabernaculo Dauid iudicans & quęrens
B iudiciũ, & velociter reddens qđ iustũ est. Audiuimus superbiã Moab,
superbus est valde: superbia eius & arrogãtia eius, & indignatio, plus
quam fortitudo eius. Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlu-
labit: 'his qui lętantur sup muros cocti lateris, loqmini plagas suas.'
Quoniã 'suburbana' Hesebon deserta sunt, & vineam Sabama dñi gẽ-
C tiũ exciderũt, 'flagella' eius vsq; ad Iazer peruenerunt, errauerũt in de-
serto, ppagines eius 'relictę sunt,' transierũt mare. 'Super hoc' plora-
bo in fletu Iazer, vineã Sabama: inebriabo te lachryma mea Hesebon,
& Eleale, qm̃ super 'vindemiam tuã,' & super messem tuã vox calcan-
tiũ irruit. Et auferetur lętitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non
exultabit neq; iubilabit. vinum in torculari non calcabit qui calcare
consueuerat: vocẽ calcantiũ abstuli. Super hoc venter meus ad Moab
quasi cithara sonabit, & viscera mea ad 'murũ cocti lateris.' Et erit:
D cũ apparuerit qđ 'laborauit' Moab super excelsis suis, ingredietur
ad sancta sua vt obsecret, & non valebit. Hoc verbum quod loquutus
est dominus ad Moab extunc. Et nunc loquutus est dominus, dicens,

Iuramento affirmat se perditurũ Sẽnacherib & Assyrios.

Excidiũ Philisthęorũ sine Palęstinorũ ab Ezechia factũ.

Moabitarũ ruina prędicitur.

Iere. 48. f
Eze. 7. e

Moab adeo punitus ob pfidiã, im misericordiam & arrogãtiã suã

Iere. 48. c

Iere. 48. d

'scopis dissipationis.
' vel, fuit prophetia ista,
' fructus ei' cerastes volans.
' interficiet.
' defecit
' & nõ erit solitarius i tpibus suis. (vl, cuius desitatẽ nemo sustinebit. Aut in os agmine ei' nõ est solitarius. Alij sic, & nõ est solitarius in festiuitatibus eius.)

' succisus est: & infra.
' Cir (nomen ciuitatis)
' in Baith
' Propterea qđ diuitias fecit & diuicias eorũ, ad torrẽtẽ salicũ dferẽt. (sub. hostes.)
' Beerelim
' Dimõ & ifra.
' dominatori
' pulsa, (vel, eiecta,)
' fac iudicium:
' emulsor
' vastans.
' calcator cõsũptus ẽ a terra.
' sup dolia Cir hareseth loqmini vel, sup fundamẽta Cir hareseth gemetis, verũtamen abiecti.
' arua
' vites optĩas
' extenderũt se,
' Idcirco & ifra
' maturos fructus tuos, (vel, fructum tuum estiuum.)
' Cir hares.
' Lassat' fuerit

In tribus annis quasi anni mercennarij auferetur gloria Moab super omni populo multo, & relinquetur paruus & modicus, nequaquam multus.

CAPVT XVII.

ONus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidũ in ruina. Derelictę ciuitates Aroer gregibus erunt, & requiescent ibi, & nõ erit qui exterreat. Et cessabit adiutoriũ ab Ephraim, & regnum à Damasco: & reliquię Syrię, sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit dominus exercituũ. Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius emarcescet. Et erit sicut congregans in messe, quod restiterit, & brachium eius spicas leget: & erit sicut quęrens spicas in valle Raphaim. Et relinquetur in eo sicut racemus, & sicut excussio oleę duarũ vel trium oliuarũ in summitate rami, siue quatuor aut quinq; in cacuminibus eius fructus eius, dicit dñs deus Israel. In die illa inclinabitur homo ad factorẽ suum, & oculi eius ad sanctum Israel respicient: & nõ inclinabitur ad altaria quę fecerũt manus eius, & quę operati sunt digitis eius: nõ respiciet lucos & delubra. In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictę sicut aratra, & segetes quę derelictę sunt à facie filiorũ Israel, & erit deserta. Quia oblita es dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata: propterea plantabis plantationẽ fidelem, & germen alienum seminabis. In die plantationis tuę labrusca, & mane semen tuũ florebit: ablata est messis in die hęreditatis, & dolebit grauiter. Vę multitudini populorũ multorum, vt multitudo maris sonantis: & tumultus turbarũ, sicut sonitus aquarum multarum. Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantiũ, & increpabit eũ, & fugiet procul: & rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo corã tempestate. In tempore vespere, & ecce turbatio: in matutino, & nõ subsistent. hęc est pars eorum qui vastauerũt nos, & sors diripientiũ nos.

CAP. XVIII.

VAe terrę cymbalo alarum quę est trans flumina Aethiopię, qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Ite angeli veloces ad gentem cõuulsam, & dilaceratam: ad populum terribilem, post quem non est alius: ad gentem expectantẽ & conculcatã, cuius diripuerunt flumina terrã eius. Omnes habitatores orbis qui moramini in terra, quũ eleuatum fuerit signũ in montibus, videbitis, & clangorem tubę audietis: quia hęc dicit dominus ad me, Ego quiescam, & cõsyderabo in loco meo sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis: Ante messem enim totus efflorruit, & imatura perfectio germinabit, & procidentur ramusculi eius falcibus: & quę derelicta fuerint, abscindentur, & excutientur. Et relinquentur simul auibus montium, & bestijs terrę & ęstate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestię terrę super illũ hyemabunt. In tempore illo deferetur munus domino exercituum à populo diuulso & dilacerato: à populo terribili, post quem non fuit alius à gente expectante, expectante & conculcata, cuius diripuerunt flumina terram eius, ad locum nominis domini exercituum montem Sion.

CAP. XIX.

ONus Aegypti. Ecce dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & mouebuntur simulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabescet in medio eius. Et concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios; & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum. Et dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus eius, & consilium eius pręcipitabo: & interrogabunt simulachra sua, & diuinos suos, & pythones & ariolos. Et tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait dominus deus exercituum. Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur atque siccabitur. Et deficient flumina: & attenuabuntur, & siccabun-

allenlabitur (vel contemptibilis erit)
munitio
racemi,
aspiciet
imagines.
virgultũ, & rami qui
petrę fortitudinis tuę
pulchram
germinare facies: at eo die quo colligendus erit fruct⁹, hẽbis infirmitatẽ & dolores languentis.
sicut fremit⁹
vel, gluma
priusq; mane,
inumbranti alis
vel, naui iuncea
ex quo fuit & vltra: & c.
lineatim cuius ędificia destruuntur & c.
aer seren⁹ pp solem, post pluuiã
ęstu
statim vt consũmatus fuerit flos, & vua acerba maturuerit,
funiculi funiculi (.i. destructa)
euacuabitur
destruam:
arescet

A
Vastitatẽ futurã Damascenis ab Assyrijs, prędicit, in quorum auxilio confidebãt decẽ tribus.
B
Cõtra decem tribus Damascenis cõfederatas prophetat.
C
Calamitas cogit reuerti ad deum.
D
Iudęi q̃re destructi.
Ruinã Assyriorũ pdicit.
A
Aegypto vastitas prędicitur.
B
Aethiopes suscepturi Euangelium Christi.
A
Aegyptiorum vastatio ab Assyrijs.

lut rivi aggerum. Calamus & iuncus marcescet, nudabitur alueus rivi à fonte suo: & omnis sementis irrigua siccabitur, arescet, & nó erit.
B Et mœrebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expádentes rete super faciē aquarū emarcescent. Cófundentur qui operantur linum, plectētes & texētes subtilia. Et erunt irrigua eius flaccentia: oēs qui faciebant lacunas ad capiēdos pisces. Stulti principes Taneos, sapiētes cōsiliarij Pharaonis dederūt cōsiliū insipiens. quomodo dicetis Pharaoni, Filius sapiētiū ego, filius regum antiquorū? Vbi nunc sunt sapientes tui: annuntiēt & indicent tibi quid cogitauerit dñs exercituum super Aegyptum. Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Aegyptum, angulum populorū eius. Dominus miscuit in medio eius spiritū vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni ope suo, sicut errat ebrius & vomēs. Et nó erit Aegypto opus quod faciat caput & caudā incuruantē & refrenantē. In die illa erit Aegyptus quasi mulieres, & stupebunt & timebunt a facie cómotionis manus dñi exercituum, quā ipse mouebit super eā, & erit terra Iuda Aegypto in pauorē. Oīs q illius fuerit recordatus, pauebit à facie cōsilij dñi exercituum, qd ipse cogitauit sup eā. In die illa erūt quinq; ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanaán, & iurantes per dñm exercituū: ciuitas solis vocabit vna. In die
D illa erit altare dñi in medio terrę Aegypti & titulus dñi iuxta terminū eius: & erit in signū & in testimoniū dño exercituū i terra Aegypti. Clamabunt.n. ad dñm à facie tribulantis, & mittet eis saluatorē & propugnatorē qui liberet eos. Et cognoscet dñs ab Aegypto, & cognoscēt Aegyptij dñm in die illa, & colēt eū in hostijs & in muneribus: & vota vouebunt dño; & soluēt. Et percutiet dñs Aegyptū plaga, & sanabit eā, & reuertent ad dñm, & placabit eis, & sanabit eos. In die illa erit via de Aegypto in Assyrios, & intrabit Assyrius in Aegyptū, & Aegyptius in Assyrios, & seruient Aegyptij Assur. In die illa erit Israel tertius Aegyptio & Assyrio: bñdictio in medio terrę, cui bñdixit dñs exercituū, dicens, Bñdictus populus meus Aegypti, & opus manuū mearum Assyrius, hęreditas autem mea Israel.

Cōsiliū humanū ɔtra dñm nihil potest. In sapiētes Aegyptios. Spirit' mēdaces. C Aegyptij côuersi ad Christum. Laudatur Christ' ab ęgyptijs. Crux. Et in Assyria & in ęgypto Xpiāi. Gētes Israeli ęquales.

flumina Aegypti. crescent gramineta q̄ sunt iuxta riuum. nassas. (vel, retia.) retia contrita: cōsilium infatuatum. seducti sunt peruersitatis iuncum & ramū. (Alij vertunt, Deerit ęgypto ɔsiliū ad gerendum res, vñ potissimus sit ordiendum & vbi finiēdū siue terra siue mari) domino magnatem

CAP. XX.

A IN anno quo ingressus est Tharthā in Azótū, quū misisset eū Sargon rex Assyriorū, & pugnasset ɔtra Azótū, & cepisset eā: in tpe illo loquutus est dñs in manu Isaię filij Amos, dicens, Vade, & solue saccum de lumbis tuis, & calceamēta tua tolle de pedib' tuis. Et fecit sic vadēs nudus, & discalceat'. Et dixit dñs, Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus & discalceatus, triū annorū signū & portētū erit sup Aegyptū & sup
B Aethiopiā: sic minabit rex Assyriorū captiuitatē Aegypti, & trāsmigrationē Aethiopię, iuuenē, & senē, nudum & discalceatū discoopertis natibus ad ignominiā Aegypti. Et timebunt, & cōfundent ab Aethiopia spe sua, & ab Aegypto gloria sua. Et dicet habitator insulę huius in die illa, Ecce, hęc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie regis Assyriorū: & quomodo effugere poterimus nos?

Aegyptiorū & Aethiopū captiuitas pdicit.

ducet Aegyptios & expulsos. orrescent. vel, confidentia sua. hic erat aspectus noster.

CAPVT XXI.

A ONus deserti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deserto venit, de terra horribili. Visio dura núciata est mihi: q incredulus est, infideliт agit: & q depopulator est, vastat. Ascēde Aelā, obside Medi: oēm gemitum eius cessare fecit. Propterea repleti sunt lūbi mei dolore, & angustia possedit me sicut angustia parturientis. Corrui quum audirē, ɔturbatus sum cum viderē. Emarcuit cor meum, tenebrę stupefecerunt me: Babylon dilecta mea, posita est mihi in miraculum. Pone
B mēsam, ɔtēplare in specula: comedētes & bibētes surgite principes, arripite clypeum. Hęc.n. dixit mihi dñs, Vade, & pone speculatorem: &
C quicunq; viderit annuntiet. Et vidit currum duorū equitum, ascensorem asini, & ascensorē cameli: & ɔtēplatus est diligenter multo intuitu. Et

Destruenda Babylon p̄dicitur. Habac. 1. a Habac. 1. a

Insidiās. iuxta LXX. preuaricans pvaricat, & iniquus inique agit. strauit tres mores, noctem amabilē mihi q̄si ei crepusculū ɔcupitū) posuit mihi in terrorem. vngite

clamauit leo, Super speculã dñi ego sum, stans iugiter per die: & sup
custodiã meam ego sum, stans totis noctibus. Ecce, iste venit ascensor
vir bigę equitum, & rñdit, & dixit, Cecidit cecidit Babylon, & oia sculp
ptilia deoꝝ eius ɔtrita sunt in Terra. Tritura mea, & filius areę meę, q̃ Iere. 51. a
audiui a dño exercituũ deo Israel, annuntiaui vobis. Onus Duma. D
A d me clamat ex Seir. Custos quid de nocte? custos qd de nocte: Di Apo. 14. b
xit custos, Venit mane & nox: si quęritis, quęrite: ɔuertimini, & veni- Idumeę ruĩ
te. Onus in Arabia In saltu ad vesperã dormietis, in semitis De- na.
danim. Occurrentes sitienti ferte aquã, qui habitatis terrã Austri, cũ A rabum
panibus occurrite fugienti. A facie n. gladioꝝ fugerunt, à facie gladij ruina.
iminentis, à facie arcus extẽti, à facie grauis pręlij: qm̃ hęc dicit dñs ad D
me, Adhuc in vno anno, quasi in anno mercenarij, & auferet ois glo
ria Cedar. Et reliquię numeri sagittarioꝝ fortiũ de filijs Cedar iminuẽ
tur: dñs. n. deus Israel loquutus est. CAP. XXII.

ONus vallis visionis. Quidnã quoq; tibi est, quia ascendisti & tu A
oĩs in tecta? clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans: in- Obsidio vr
terfecti tui, nõ iterfecti gladio: nec mortui tui, in bello. Cuncti pncipes bis Ierlm a
tui fugerunt simul, dureq; ligati sunt: oẽs qui inuenti sunt, vincti sũt Sennache-
pariter, procul fugerunt. Propterea dixi, Recedite à me, amare flebo: rib.
nolite incumbere vt ɔsolemini me sup vastitate filię populi mei. Dies
enim interfectionis & ɔculcationis, & fletuum dño deo exercituum in B
valle visionis, scrutans murum, & magnificus super montẽ. Et Aelã
sumpsit pharetrã, currum hoĩs equitis, & parietẽ nudauit clypeus.
Et erunt electę valles tuę plenę quadrigaꝝ, & eqtes ponent sedes suas
in porta. Et reuelabitur operimentum Iudę, & videbis in die illa arma
mentarium domus saltus: & scissuras ciuitatis Dauid videbitis, qa mul C
tiplicatę sunt. Et congregastis aquas piscinę inferioris, & domos Ieru
salem numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murum. Et lacum
fecistis iter duos muros, ad aquã piscinę veteris & nõ suspexistis ad eũ
qui fecerat eam, & oꝑatorem eius delonge non vidistis. Et vocabit
dñs deus exercituum in die illa ad fletũ, & ad planctũ, ad caluitium, &
ad cingulum sacci: & ecce, gaudium & lętitia occidere vitulos & iugu D
lare arietes, comedere carnes & bibere vinum, Comedamus & bibam',
cras. n. moriemur. Et reuelata est in auribus meis vox dñi exercituũ, Sap. 2. b.
Si dimittetur iniqtas hęc vobis donec moriamini: dicit dñs exercituũ.
Hęc dicit dominus Dñs exercituum, Vade, ingredere ad eum q habitat E
in tabernaculo ad Sobnã ꝑpositum tẽpli, & dices ad eum, Quid tu hic? 1. cor. 15. d.
aut quasi qs hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso Infra. 36. d.
memoriale diligẽter, in petra tabernaculum tibi. Ecce dñs asportari te Sobna ꝑfe-
faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & q̃si amictum sic subleuabit ctus dom'.
te. Coronans coronabit te tribulatione, q̃si pilam mittet te in terrã F Ezechię
latam & spatiosam: ibi morieris, & ibi erit currus glorię tuę, ignominia eijcit a do.
domus dñi tui. Et expellã te de statione tua: & de ministerio tuo depo
nã te. Et erit in die illa: vocabo seruũ meũ Eliacim filiũ Helcię, & in- Eliacim a
duã illum tunica tua, & cingulo tuo ɔfortabo eũ, & ptãtẽ tuã dabo in dño vocat'
manus eius: & erit q̃si pater habitãtib' Ierusalẽ, & domui Iuda. Et da substituit I
bo claue domus Dauid sup humeꝝ eius: & aperiet, & nõ erit qui clau locum Sob
dat, & claudet, & nõ erit qui aperiat. Et figã illum paxillũ in loco fi G nę.
deli, & erit in solium glorię domui pris sui. Et suspẽdẽt sup eũ oẽs glo Apo. 3. b.
riã domus patris eius, vasoꝝ diuersa gña, oẽ vas paruulum à vasis Iob. 12. b
crateraꝝ vsq; ad oẽ vas musicoꝝ. In die illa dicit dñs exercituum, aufe Paxilli siue
ret paxillus q fixus fuerat in loco fideli: & frãget, & cadet, & peribit qđ Sobnę inte
pependerat in eo, quia dñs loquutus est. CAP. XXIII. ritus.

ONus Tyri. Vlulate naues maris, quia vastata est domus vnde ve A
nire consueuerant: de terra Cethim reuelatum est eis. Tacete qui Tyri exci
habitatis in insula; negotiatio Sidonis transfretantes mare, re- dium.

Margin notes: dñs
quid sensisti per noctem?
vel, vultis in quirere,
vel, i Arabia pernoctabitis,
Theman,
sicut anni
partus reli- quus nũerus
tumultuosa.
a iaculatori- bus.
diruẽs muꝝ, & clamor ad montem.
cum curribus equites ac in eũ sunt,
Cir (.i. ciuitas regis Assur, Cyrenę) nuda uit clypeum.
thesaurariũ istum,
quis tibi
sicut qui exci dit in excelso sepulchrũ suũ, & q statuit
profectione viri (.i. vehe- menti,) & amic ciet te
In orbem cir cumaget te.
clauum & ꝓ.
stabili, & ꝓ.
filij & nepo- tes: onus
ita vt ñ sup- sit domus: nec qsquã ampli' eam adeat:
negotiatores

pleuerũt te. In aquis multis semẽ Nili, messis fluminis fruges eius: e fa-
cta es negotiatio gentiũ. Erubesce Sidon, ait.n.mare, fortitudo maris,
dicẽs, Nõ pturiui, e nõ pepi, e nõ enutriui iuuenes, nec ad incremẽtũ p-
B duxi virgines. Quũ auditũ fuerit in Aegypto, dolebũt quũ audierint
de Tyro. Trãsite maria, vlulate q habitatis in insula: nũqd nõ vestra
hęc est, q gloriabat̃ ã diebus pristinis in antiqtate sua? ducẽt eã pedes
sui lõge ad pegrinãdũ. Quis cogitauit hoc sup Typ quõdã coronatã,
cuius negotiatores pricipes, institores eius inclyti terrę? Dñs exercituũ
cogitauit hoc, vt detraheret supbiã oĩs glorię, e ad ignominiã deduce-
ret vniuersos inclytos terrę. Trãsi terrã tuã qsi flumẽ filia maris, nõ ẽ
C cingulũ vltra tibi. Manũ suã extẽdit sup mare, e pturbauit regna: dñs
mãdauit aduersus Chanáan, vt ptereret fortes eius, e dixit, Nõ adijcies
vltrã vt glorieris, calũniã sustinẽs virgo filia Sidonis: in Cethim psur-
gẽs trãsfreta, ibi qq; nõ erit reqes tibi. Ecce, terra Chaldęop talis ppls
nõ fuit, Assur fundauit eã: in captiuitatẽ traduxerũt robustos ei', suffo-
derũt domos ei', posuerũt eã in ruinã. Vlulate naues maris, qa deuasta-
ta est fortitudo vestra. Et erit in die illa: in obliuiõe eris ò Tyre septuagĩ-
D ta annis, sicut dies regis vni': post septuaginta aũt ãnos erit Tyro qsi
canticũ meretricis. Sume citharã, circui ciuitatem meretrix obliuiõi tra-
Post. 70. dita: bñ cane, frequenta cãticũ, vt memoria tui sit. Et erit post septua-
annos Tyri ginta annos, visitabit dñs Tyrũ, & reducet eã ad merces suas: e rursum
reparatio fornicabitur cũ vniuersis regnis sup faciem terrę. Et erunt negotiatio
promittit. eius, & merces eius sanctificatę dño. non condent, neq; reponentur: qa
his q habitauerint corã dño, erit negotiatio eius, vt mãducẽt in saturi-
tatem, & vestiant vsque ad vetustatez.

CAPVT XXIIII.

A Ecce dñs dissipabit terrã, e nudabit eã, & affliget faciẽ eius, & disper-
Desolatio- get habitatores eius. Et erit sicut ppls, sic sacerdos: & sicut seruus,
nẽ toti' or- sic dñs eius: & sicut ancilla, sic dña eius: sicut emẽs, sic ille q vẽdit: sicut
bis descri- foenerator, sic is q mutuũ accipit: sicut q repetit, sic q dz. Dissipatiõe
bit: vel, Iu- dissipabit terra, e direptiõe prędabit. dñs.n. loquut' est verbũ hoc. Lu-
deop tm. xit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitu-
Osee. 4 b do populi terrę. Et terra ifecta est ab habitatoribus suis: quia trãsgres-
si sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerũt foedus sempiternũ. Propter
hoc maledictio vorabit terrã, e peccabũt habitatores eius. Ideoq; in-
sanient cultores eius, & relinquentur hoĩes pauci. Luxit vindemia, in-
B firmata est vitis, ingemuerunt oẽs qui lętabantur corde. Cessauit gau-
diũ tympanorũ, quieuit sonitus lętantium, conticuit dulcedo citharę.
Cũ cantico nõ bibẽt vinũ, amara erit potio bibentibus illaz. Attrita est
ciuitas vanitatis, clausa est oĩs domus nullo introeunte. Clamor erit
super vino in plateis: deserta est omnis lętitia, translatũ est gaudiũ ter-
rę. Relicta est in vrbe solitudo, e calamitas opprimet portas. Quia hęc
erũt in medio terrę, ĩ medio pplop, quo mõ si paucę oliuę q remanse-
runt, excutiant ex olea, & racemi quũ fuerit finita vindemia. Hi leua-
bunt vocẽ suã, atque laudabunt: quũ glorificatus fuerit dñs, hinnient
C de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate dominũ: in insulis ma-
ris nomẽ domini dei Israel. A finib' terrę laudes audiuimus, gloriã
iusti. Et dixi, Secretũ meũ mihi, secretũ meũ mihi. Vę mihi: pręuaricã-
tes pręuaricati sunt, e pręuaricatiõe transgressorũ pręuaricati sũt. For-
Iere. 48. g. mido, & fouea, & laqueus super te qui habitator es terrę. Et erit: q fu-
gerit à facie formidinis, cadet in foueã: e qui se explicauerit de fouea,
tenebitur laqueo: quia cataractę de excelsis apertę sunt, & concutient
fundamenta terrę. Confractione confringetur terra, cõtritione contere-
tur terra, cõmotiõe cõmouebitur terra: agitatione agitabit terra sicut
D ebrius, e auferetur quasi tabernaculũ vnius noctis: & grauabit eam
iniquitas sua, & corruet, e nõ adijciet vt resurgat. Et erit: in die illa vi-
sitabit dominus super militiam coeli in excelso: e super reges terrę q

scõs auditus
Sor. (.i. sicut
doluit Tyrus,
quũ primum
audijt.)
exultãs? a die-
bus antiquis
antiqtas eius.
cõsuluit & iu-
ad filiam
vl fortitudo
qui aliqñ
eas manibus
(.i. vt esset na-
uiũ portus vl.
p bestijs. i. vt
esset habitacu-
lũ bestiarum)
erexerunt ar-
ces eius,
veluti
euacuat eã.
mutuans,
debitor, sic
exactor.
destructa est,
ruit
impie egit
(Chald. inter-
pres, peccauit)
desolati sunt
Perijt
sicut excussio
olex,
exultabũt hi
qui erunt ab
occidente.
valibus
in gloriã (vl.
laudem)
Quaz macer
sum, quã ma-
cer sum
exercitũ excel-
sum

sicut cõgregatĩ so sunt super terram. Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudent ibi in carcere: & post multos dies visitabuntur. Et erubescet luna, & confundetur sol, quum regnauerit dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

lit vincti i carcere,

CAP. XXV.

A

Domine deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles amen. Quia posuisti ciuitatẽ in tumulum, vrbẽ fortẽ in ruinã, domum alienorũ: vt non sit ciuitas, & in sempiternũ nõ ędificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentiuꝫ robustaruꝫ timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, vmbraculum ab ęstu. Spiritus enim robustorꝫ quasi turbo impellens parietẽ. Sicut ęstus in siti, tumultuꝫ alienorũ humiliabis: & quasi calore sub nube torrente propaginem fortiuꝫ marcescere facies. Et faciet dñs exercituum omnibus populis in monte hoc, conuiuium pinguiuꝫ, conuiuium vindemię, pinguiũ medullatorꝫ, vindemię defecatę. Et precipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super oẽs populos, & telam quã orditus est super omnes natiões. Pręcipitabit mortẽ in sempiternũ: & auferet dominus deus lachrymã ab omni facie, & opprobriũ populi sui auferet de vniuersa terra: quia dñs loquutus est. Et dicet in die illa, Ecce deus noster iste, expectauimus eũ, & saluabit nos: iste dominus, sustinuimus euꝫ, & exultabimus, & lętabimur in salutari eius. Quia requiescet manus domini in monte isto: & triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur palee in plaustro. Et extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriam eius cum allisione manuum eius. Et munimenta sublimium murorũ tuorũ cõcidet, & humiliabuntur, & detrahentur in terram vsque ad puluerem.

consilia quę dixisti alonge sunt certe vera.
palatium
ipsi tegmen
loco sicco,
sicut ęstus in vmbra nubis palmiteꝫ tyrãnorũ putabit.
fecium expressarum.
Et auferet in monte isto velamen, velamẽ qđ est obiectũ omnium populorũ, & operimentuꝫ quod operit oẽs gentes. (vel. Et decipiet ipse aruas omniuꝫ intricatarꝫ visionũ, quę sup oibus populis & opertoriũ qđ sectũ est super omnes gentes.)
sterquilinio.
supbiã ei' cũ cubitis m[illegible]uũ suarꝫ.

Gijs actis vastationes synagogę & populi Iudaici describit ꝓpheta.

B

C
Fideles, impijs Iudęis mactatis q̃uis soluti sint multis malis, seruabũtur ꝑ Christuꝫ. Apoca. 7. d. 21. b

CAPVT XXVI.

A

IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda,
Vrbs fortitudinis nostrę saluator, ponetur in ea murus & antemurale.
Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem.
Vetus error abijt: seruabis pacẽ pacẽ, quia in te sperauimus.
Sperastis in domino in seculis ęternis, in domino deo forti in perpetuum.
Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatẽ sublimem humiliabit: humiliabit eã vsque ad terrã, detrahet eã vsqꝫ ad puluerẽ.
Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.
Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.
Et in semita iudiciorum tuorum dñe sustinuimus te: nomẽ tuum, & memoriale tuum in desyderio animę.
Anima mea desyderauit te in nocte: sed & spiritu meo in pręcordijs meis de mane vigilabo ad te: quum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis.
Misereamur impio, & non discet iustitiã facere, in terra sanctorũ iniqua gessit: & non videbit gloriam domini.
Domine exaltetur manus tua vt non videant: videant, & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret.
Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.
Domine deus noster possederunt nos domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui.
Morientes non viuant, gigantes non resurgant: propterea visitasti & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.

Ecclesia Christi describitur.

est nobis, salus fecit nobis muros.
Euꝫ cuius desyderiũ est coniunctũ tibi, custodies in pace, in pace inquã, qa tibi fidit.
Fide dño in ppetuũ, quia in deo domino posituꝫ ẽ ois mundi robur.
callẽ iusti põderabis: (sub. o deus)
est desyderium
mane quęram te:
quoniam
Misericordiã assequutus est ipius.
vbi debet recta facere.
reuerebitur
excelsa est
sed tamen solũ tui memores sumus, &

B

Impiorꝫ cecitas, flagella non vidẽtium
Pax fidelibus.
C
Opera bõa ogatur dẽs in nobis.

ᵃIndulsisti genti domine, indulsisti genti: nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terrę.

Domine in angustia requisierunt te, ᵇin tribulatione murmuris doctrina tua eis.

Sicut quę concipit, quum appropinquauerit ad partũ, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus a facie tua dñe.

D Concepimus, & ᶜquasi parturiuimus, & peperimus spũm: salutes nõ fecimus in terra, ideo nõ ceciderunt habitatores terrę.

Viuent mortui tui, ᵈinterfecti mei resurgẽt: expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros ᵉlucis ros tuus, & ᶠterrã gigantum detrahes in ruinam.

Vade populus meus, intra i cubicula tua, claude ostia tua sup te, abscondere modicũ ad momẽtũ, donec ptranseat indignatio.

Ecce enim dñs egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terrę cõtra eum, & reuelabit terra sanguinẽ suũ, & nõ operiet vltra interfectos suos.

CAP. XXVII.

A IN die illa visitabit dñs in gladio suo duro, & grandi & forti, super leuiathan serpentẽ vectem, & super leuiathan serpentẽ tortuosum, & occidet cetũ qui in mari est. In die illa ᵃvinea meri cantabit ei, Ego dñs qui seruo eam, repente ᵇppinabo ei: ne forte visitetur contra eas, nocte & die seruo eã. Indignatio nõ est mihi: quis ᶜdabit me spinã & vepreẽ ᵈin pręlio: gradiar super eam, succendã eam pariter? An potius tenebit fortitudinẽ meã, faciet pacẽ mihi, pacẽ faciet mihi? ᵉQui egrediũt ĩpetu a Iacob, florebit & germinabit Israel, & ĩplebũt faciẽ orbis ᶠsemine. Nũqd iuxta plagã ᵍpcutiẽtis se pcussit eũ? aut sicut occidit interfectos ʰeius, sic occisus est? ⁱImmẽsura ctra mensurã, quũ abiecta fuerit, iudicabit eã: meditatus est in spiritu suo duro per diem ęstus. Idcirco sup hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste ᵏomnis fructus vt auferatur peccatum eius, quũ posuerit oẽs lapides altaris sicut lapides

C ˡcineris allisos, non stabunt luci & delubra. Ciuitas enĩ munita desolata erit, ᵐspeciosa, relinquetur & dimittetur quasi desertũ: ibi pascet vitulus, & ibi accubabit, & cõsumet ⁿsũmitates eius. ᵒIn siccitate messes illius cterent: mulieres venientes, & docẽtes eã: nõ

D est n. pplˢ sapiẽs, ppea nõ miserebit eius q fecit eũ: & q formauit eũ, nõ parcet ei. Et erit: in die illa ᵖpcutiet dñs ab alueo flumĩs vsq; ad torrẽtẽ Aegypti, & vos cgregabimini vnᵘ & vnᵘ filij Israel. Et erit: in die illa clãget in tuba magna, & veniẽt q pditi fuerãt ᵠde terra Assyriorum, & qui eiecti erant de terra Aegypti, & adorabũt dñm in monte sancto in Ierusalem.

CAP. XXVIII.

A VÆ coronę supbię, ebrijs Ephraim, & flori decidẽti, glię exultationis eius, ᵃq erant in vertice vallis pinguissimę errãtes a vino. Ecce validus & fortis dñs sicut ĩpetus grandinis: turbo cõfringẽs, sicut ĩpetus aquarũ multarũ inundantiũ & emissarũ sup terrã spatiosã. Pedibᵘ cculcabit corona supbię ebriorũ Ephraim. Et erit flos decidẽs glię exultatiõis eius, q est sup verticẽ vallis pinguiũ,

B qsi ᵇtẽporaneũ ante maturitatẽ autũni: qd quũ aspexerit vidẽs, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud. In die illa erit dñs exercituũ corona glię, & sertũ exultatiõis residuo ppli sui: & spũs iudicij sedẽti sup ᶜiudiciũ, & fortitudo reuertẽtibus de bello ad portã. Verũ hi quoq; pre vino nescierũt, & prę ebrietate errauerũt. Sacerdos & ppheta nescierũt pre ebrietate, absorpti sũt a vino, errauerũt i ebrietate, ᵈnescierũt vidẽtẽ, ignorauerũt iudiciũ. Oẽs. n. mẽsę replete sũt vomitu sordiũq;, ita vt nõ eẽt vltra locᵘ. Quẽ docebit sciãt? & quẽ itelligere faciet auditũ? ablactatos a lacte, auulsos ab vberibᵘ. ᵉQuia mãda remãda, mãda remãda, expecta reexpecta, expecta

Left margin notes: Tribulatiõibus cpellitur ire ad se. — Consolatio in afflictiõibus & exhortatio ad patientiam. — Mich. 1. a — Regna oĩa sub aduẽtu Christi destructa a Romanis, & pax per totũ orbẽ. — Prędicatio euãgelij. Fides gẽtiũ. — Israelis destructio ab Assyrijs, qd Iudã cẽtemneret. — In sacerdotes & pphetas vbi dei pręceptores. — In Iudęos & pphetarũ sb bᵒ. cõnatores.

Right margin glosses: ᵃauxisti gentẽ glorificasti te amplificasti vsq; ad. ᵇ& correctio tua docuit orare eos. ᶜparturientes nihil genuimus nisi vẽtũ. ᵈsunt factę terrę. ᵉcum corporibus. ᶠviridis campi. ᵍterra proijciet mortuos (vel terrã potentium cterenes.) — ᵃcantabunt ipsi vineę quę bona vina dat. ᵇirrigabo eã. ᶜv el, faciet. ᵈvel, vt pręlier. ᵉEo deueniet quod radicabit. ᶠfructu. ᵍpcussorum ab eo. ʰsuos. ⁱIpse eas iudicabit solũ ĩ ppaginibᵘ eiᵘ spatiũ iugeri, & auferet vento suo duro tẽpore quo flat Eurus. ᵏauferet oẽm fructũ peccati. ˡcalcis. ᵐpulchrum ędificium. ⁿramos. ᵒPrę ariditate ramũ excutiet. ᵖin terram & 𝔍. — ᵃquę. ᵇin terra in fortitudine. ᶜprematurus fructᵘ. ᵈtribunal. ᵉerrauerũt in visione. ᶠPręceptũ post pręceptum pceptũ super pceptũ, linea post lineã. (.i. pplˢ iste sic cogit ppheta paulatim eos docere, tanquã ĩfãtes.)

Quia balbu-/ tienub' labijs, hęc requies: | reexpecta, modicũ ibi modicũ ibi. In loq̃la.n. labij, ę lingua altera lo quet' ad pp'l's istũ: cui dixit, Hęc est reqes mea, reficite lassũ, & hoc est meũ refrigeriũ: & noluerunt audire. Et erit eis verbũ dñi, Máda remáda, manda remáda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi: vt vadant, & cadant retrorsum, & cõterantur, & illaqueen/tur, & capiantur. Propter hoc audite verbum domini viri illusores, qui dominamini super populũ meũ qui est in Ierusalem. Dixistis enĩ, Percussimus fœdus cũ morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagel/lũ inũdans quũ transierit, non veniet super nos: quia posuimus men/daciũ spem nostrã, & mendacio protecti sumus. Idcirco hęc dicit dñs deus, Ecce, ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidẽ probatũ, angularem, p̃tiosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, nõ festinet. Et ponã in pondere iudiciũ, & iustitiam in mensura: & subuer tet grando spem mendacij: & p̃tectionem, aquę inundabunt. Et delebi tur fœdus vestrum cũ morte, & pactum vestrũ cum inferno nõ stabit: flagellum inundans quũ transierit, eritis ei in conculcationem. Quando/cunq; pertrãsierit, tollet vos: quoniã mane diluculo pertrãsibit in die & in nocte, & tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, & palliũ breue vtrunq; operire non põt. Sicut enim in monte Diuisionum, stabit dominus: sicut in valle quę est in Gabaon irascetur: vt faciat opus suũ, alienum opus eius: vt operetur opus suum, peregrinũ opus eius ab eo. Et nunc nolite illudere, ne fortè constringantur vincula ve/stra. cõsummationem enim & abbreuiationẽ audiui ã domino deo exercituum super vniuersam terrã. Auribus percipite, & audite voces meam, attendite & audite eloquium meum. Nunquid tota die arabit arans vt serat, proscindet & sarriet humum suam? Nõnne quum adę quauerit faciem eius, & seret gith, & cyminum sparget, & ponet tritĩ cum per ordinem, & hordeũ, & milium, & vitiam in finibus suis? Et erudiet illum in iudicio, deus suus docebit illum. Non enim in ser ris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit: sed in virga excutietur gith, & cyminus in baculo. Panis aũt comminuetur: verum non in perpetuũ triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, neque vngulis suis comminuet eum. Et hoc ã domino deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret consilium, & magnificaret iustitiam.

Margin (left): munitum; firmissime fun datum; ad iuniculuz (vel, amussim); purgabit; visio vestra faciet itellige re auditum. & erit pauor ijs q intellexerunt q vobis cõtingẽt); aut superstit; Perazim; vel, quod p prie non est; certe alie/num est; fortificentur; vel decisam; colet; vittam; mensuratum; in parte agri; speltam; tribula

Margin (right): Euangelij predicatio. 1. Cor 14.d Perditio illusorũ, vbi est Impiorũ se curitas. D Chřus cre/ dẽtib' salus. Psal. 117. d E Mat. 21. d Act. 4. b 1. Pet. 2. a Rom. 10. e Afflictio nõ recipientib' Chřm. F 2. re. 5. d 1. Par. 14. a Iosue. 10. c Exhortatio ad pœniten tiam. Saluãdi pa cis. G De pioꝝ af flictione, in ter quos alij magis, alij minus afflę guntur.

CAPVT XXIX.

Vae Ariel, Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid: additus est annus ad annũ, solẽnitates euolutę sunt, Et circũuallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel. Et circũdabo quasi sphę ram in circuitu tuo, & iáciam cõtra te aggerem, & mũnimenta ponaz in obsidionẽ tuã. Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audiet elo/quiũ tuũ: & erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuũ mussitabit. Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantiuz te: & sicut fauilla pertransiens multitudo eoꝝ qui cõtra te pręualuerũt: eritq; repẽtè cõfestim. A domino exercituũ visitabitur in tonitruo, & cõmotione terrę, & voce magna turbinis & tempestatis, & flamma ignis deuorantis. Et erit sicut somnium visionis nocturnę multitudo omnium gentium quę dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui mi litauerunt, & obsederunt, & pręualuerunt aduersus eam. Et sicut som/niat esuriens & comedit, quũ aũt fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium quę dimicauerunt contra montem Sion. Obstupescite, & admiramini, fluctuate & vacillate: inebriamini, & non ã vino: mouemini, & non ab ebrietate: quoniam miscuit vobis dominus spiritum soporis. Claudet oculos vestros prophetas & principes ve-

Margin (left): in qua castra posuit; tametsi ãnuã tim sacrificetis tñ angustiabo; i. si aliã vrbẽ voluero affli/gere, ego affli/gã eã sic Ariel.; dispergentiũ; gluma; dimicabunt (verba ista le guntur in futu ro i Hebręo); excęcati estis, & alios excę/catis:; Clausit

Margin (right): A Destructio Ierusalem. B C Excęcatio Iudęoꝝ, ne qd itellige/rent eorũ q̃ pr ędicebãt prophetę.

stros qui vident visiones, operiet. Et erit vobis visio omniũ sicut ver-
ba libri signati: quem cũ dederint scienti literas, dicent, Lege istũ: &
respondebit, Non possum, signatus est enim. Et dabitur liber nescienti
literas, diceturq; ei, Lege: & respondebit, Nescio literas. Et dixit dñs,
Eo ꝙ appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me,
cor aũt eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominũ & do-
ctrinis: ideò ecce ego addam vt admirationẽ faciam populo huic mi-
raculo grandi & stupendo. peribit enim sapientia à sapientibus eius, &
intellectus prudentiũ eius abscõdetur. Ve 'qui profundi estis corde.'
vt à dño abscondatis cõsilium, quorũ sunt in tenebris opera, & dicũt,
Quis videt nos, & quis nouit nos? 'Peruersa est hec vestra cogitatio:'
quasi si lutũ contra figulũ cogitet, & dicat opus factori suo, Non feci-
sti me. & figmentũ dicat fictori suo, Non intelligis. Nõnne adhuc in
modico & in breui conuertetur Libanus in Carmel, & Carmel in saltũ
reputabitur? Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris & ca-
ligine oculi cecorũ videbunt. Et addent mites in dño letitiã, & paupe-
res homines in sancto Israel exultabũt: quoniã defecit qui preualebat,
cõsummatus est illusor, & succisi sunt omnes qui 'vigilabãt' super ini-
quitatem, qui peccare faciebãt homines in verbo, & arguentẽ in porta
'supplãtabant, & declinauerũt frustra à iusto.' Propter hoc, hec dicit
dñs ad domũ Iacob, qui redemit Abrahã, Non modo cõfundetur Ia-
cob, nec modo vultus eius erubescet: sed cũ viderit filios suos, opera
manuum mearũ in medio sui sanctificantes nomen meum, & sanctifi-
cabunt sanctum Iacob, & deum Israel 'predicabunt,' & scient errantes
spiritu intellectũ, & mussitatores discent legem. CAP. XXX.

VAe filij desertores, dicit dñs, vt faceretis consilium, & non ex me: &
'ordiremini telã,' & non per spiritũ meum, vt adderetis peccatũ su-
per peccatũ. qui ambulatis vt descendatis in Aegyptũ, & os meum nõ
interrogastis, sperantes auxiliũ in fortitudine Pharaonis, & habentes
fiduciã in vmbra Aegypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in cõfu-
sionem, & fiducia vmbre Aegypti in ignominiã. Erant enim in Tanis
principes tui, & nuntij tui vsq; ad Hanes peruenerunt. Omnes confusi
sunt super populo qui eis prodesse nõ poterat: non fuerũt in auxiliũ, &
in aliquã vtilitatem, sed in cõfusionem & in opprobriũ. Onus iumẽ-
torũ austri. In terra tribulationis & angustie, leena & leo ex eis, vipera
& regulus volans, portantes super humeros iumentorũ diuitias suas,
& super gibbum camelorũ thesauros suos ad populũ qui eis prodesse
non poterit. Aegyptus enim frustra & vanè auxiliabitur: ideò clamaui
'super hoc, Superbia tantũ est, quiesce.' Nunc ergo ingressus scribe ei
super buxũ & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouissimo in
testimoniũ vsq; in eternũ. Populus enim ad iracundiam prouocans est,
& filij mendaces, filij nolentes audire legem dei. Qui dicũt videntibus,
Nolite videre: & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea que recta sunt:
loquimini nobis placentia, videte nobis errores. 'Auferte à me viam,
declinate à me semitã,' cesset à facie nostra sanctus Israel. Propterea
hec dicit sanctus Israel, Pro eo qđ reprobastis verbũ hoc, & sperastis in
'calumnia' & in tumultu, & innixi estis super eo: propterea erit vobis
iniquitas hec sicut 'interruptio' cadens, '& requisita' in muro excelso:
quoniam subito dum nõ speratur, veniet cõtritio eius: & cõminuetur
sicut conteritur lagena figuli cõtritione perualida: & nõ inuenietur de
fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hau-
riatur parum aque de fouea: quia hec dicit dñs deus sanctus Israel, 'Si
reuertamini & quiescatis,' salui eritis: in silentio, & in spe erit fortitudo
vestra. Et noluistis: & dixistis, Nequaquã, sed ad equos fugiemus. ideò
fugietis. Et super veloces ascendemus, ideò velociores erunt, qui per-

Iudei reie-
cti doctrĩas
hoĩum mã-
dato dcipiẽ-
tes. D
Mat.15.a
Mar.7.b
1.Cor.1.c
Abdie.1.c
E
In eos q se
pctores nõ
agnoscunt.
Eccli.23.c
F
Regnũ euã-
gelij à Iu-
deis supbis
ad gẽtes ce-
cas puersũ.
G
Gentes pdi-
cantes grãs
Christi.
A
In Iudeos
qui spretis
dei cõsilijs,
sue pruden-
tie innitebãt
in creaturis
spẽ habẽtes
contra B
Senacherib.
Iudei auxi-
liũ petentes
ab Aegy-
ptijs, pereũt
à bestijs in
itinere.
C
Prophetas
Iudei phi-
bẽt vbũ dei
annũtiare.
Pena i rei-
cientes vbũ
dei, sperãtes
ab hoibus
auxilium.
D

'vobis qui in
profundũ ab-
sconditis
'Subuersio ve-
stra fere
'perseuerãt (&
stinãt)
'probris affi-
ciebant & fru-
stra declinare
fecerũt iustum
'timebunt,
'vel, texerent
tegumentum.
'Victoria illo-
rum manere. i.
vincet quisque
mãserit in Ie-
rusalẽ, & nõ pe-
tierit auxilium
ab Aegyptijs.
Alij sic, Rahab
ipsa quiescet. i.
Babylon fallet
vos, & nõ pote-
rit iuuare.
'declinate de
semita
'vel, violenta
'ruptura
'que se pãdit
'In quiete & re-
quie

unius:& à facie terroris
sequentur vos. Mille homines à facie terroris quinque, ¹fugietis,ˎ donec relinquamini quasi malus nauis in vertice
ᵃ sub.omnes. montis,& quasi signũ super collem. Propterea expectat dñs vt mise/ Promittit
reatur vestri:& ideo exaltabitur parcens vobis : quia deus iudicij dñs: deus miseri
Beati omnes qui expectant eũ. Populus enim Sion habitabit in Ierusa cordiá con
lem:plorans nequaquã plorabis,miserans miserebitur tui:ad vocẽ cla uersis ad ip
moris tui statim vt audierit,respondebit tibi. Et dabit vobis dñs panẽ sum.
arctũ,& aquã breuem.ˎ Et nõ faciet auolare à te vltrà doctorem tuũ: E
ᵃ angustię, & & erũt oculi tui videntes pręceptorẽ tuum, & aures tuę audient verbũ
aquam oppres post tergũ monentis, Hęc est via, ambulate in ea:& non declinetis neq;
sionis. ad dexterá,neq; ad sinistram. Et cótaminabis laminas sculptiliũ argen
ti tui,& vestimentũ conflatilis auri tui,& disperges ea sicut immũditiã
menstruatę. Egredere,dices ei. Et dabitur pluuia semini tuo vbicunq;
seminaueris in terra, & panis frugũ terrę erit vberrimus & pinguis.pa
scetur in possessione tua in die illo ²agnus ˎspatiose:& tauri tui,& pulli
ᵃ pecus tuum asinorũ qui operantur terram; ³cõmistum migma ˎcomedent ⁴sicut in F
ᵃ pabulũ mun area ventilatũ est.ˎ Et erunt super omnem montem excelsum,& super
dum vel,com omnem collem eleuatum riui currentium aquarũ in die interfectionis
mistum) multorum quũ ceciderint turres. Et erit lux lunę sicut lux solis, & lux so
ᵃ qd ventilatũ lis erit septempliciter, sicut lux septem dierũ ¹in die qua alligauerit dñs
est ventilabro ²vulnus ˎpopuli sui,& percussurã plagę eius sanauerit. Ecce nomẽ do Assyriorum
& vãno. mini venit de longinquo,ardens furor eius,& grauis ad portandũ:la/ exitium pre
ᵃ cõiritionem bia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorás. dicitur.
Spiritus eius velut torrens inũdans vsq; ad medium colli,ad ³perden/
ᵃ cribrandum das ˎgentes in nihilũ, & frenum erroris qd erat in maxillis populorũ. G
Canticum erit vobis sicut nox sanctificatę solẽnitatis, & lętitia cordis
sicut qui pergit cũ tibia vt intret in montem dñi ad fortem Israel. Et
ᵃ vel, potentiã auditam faciet dñs ²gloriam ˎvocis suę,& ³terrorẽ ˎbrachij sui ostendet
ᵃ descensiones in cõminatione furoris, & flãma ignis deuorantis: ⁴allidet ˎin turbine
ᵃ in dispersiõe, & in lapide grãdinis. A voce enim domini ⁵pauebit ˎAssur virga per/
ᵃ vel, cõteretur cussus. Et erit * transitus virgę fundatus, quã requiescere faciet domi/
ᵃ omnis nus super eum in tympanis & citharis:& in bellis ²pręcipuis ˎexpugna/ Describitur
ᵃ eleuatiõis(.i. bit eos. Pręparata est enim ab heri ³Tophet,à rege ˎpręparata, profun infernus.
bellorum com da & dilatata. Nutrimenta eius ignis & ligna multa,flatus domini si/
motione) cut torrens sulphuris succendens eam. CAP. XXXI. A
ᵃ gehena, etiam ipsi regi VAe qui descendunt in Aegyptũ ad auxiliũ,in equis sperantes,& ha Bos qui spe
bentes fiduciã super quadrigis,quia multę sunt:& super equitibus in deũ viuũ
quia pręualidi nimis:& non ²sunt cõfisi super ˎsanctum Israel,& dñm relicta, cõfu
ᵃ respexerũt ad non requisierũt. Ipse autẽ sapiens adduxit malũ, & verba sua nõ abstu giũt ad hu/
lit. Et cõsurget cõtra domum pessimorũ, & contra auxilium operantiũ manũ auxi
iniquitatẽ. Aegyptus,homo,& non deus:& equi eorũ,caro,& non spi liũ,p ituros
ᵃ est auxilio, ritus. Et dominus inclinabit manũ suam, & corruet auxiliator, & ca/ pędicit eos
ᵃ clamauerit cõ det cui ²pręstatur auxilium,ˎ simulq; omnes consumentur. Quia hęc suo auxilio
tra eum dicit dominus ad me, Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super
ᵃ humiliabit: prędam suam,quũ ³occurrerit ei ˎmultitudo pastorũ,à voce eorũ non C
ᵃ quãtũ decidẽ formidabit, & à multitudine eorũ non ⁴pauebit:ˎsic descẽdet dominus
do imersi estis exercituũ vt pręlietur super montẽ Sion,& super collem eius. Sicut aues Exhortatio
filij, vel ad eũ volantes,sic proteget dominus exercituũ Ierusalem, protegens & libe ad fiduciam
cõtra quẽ mul rans,transiens & saluans. Conuertimini ²sicut in profundũ recessera/ in deum.
tiplicauerũt p/ tis ˎfilij Israel. In die enim illa abijciet vir idola argenti sui, & idola D
uersitatem. auri sui,quę fecerunt vobis manus vestrę in peccatũ. Et cadet Assur in Potẽtia dei
ᵃ ab arce sua p gladio nõ viri,& gladius nõ hoĩs vorabit eũ, & fugiet ²nõ ¹à facie gla cadit hostis
(vel, ad petras dij,& iuuenes eius vectigales erunt:& ³fortitudo eius ˎà terrore transi non nostris
suam pręt) bit, & pauebunt ⁴fugientes ˎprincipes eius:dixit dñs, cuius ignis est in viribus.
ᵃ à vexillo Sion, & ⁵caminus ˎeius in Ierusalem. CAP. XXXII. A
ᵃ vel, clibanus ECce in iustitia regnabit rex,& principes in iudicio pręerunt. Et erit Quale sit re
ᵃ locus in q̃ qs se abscondit. vir sicut ²qui absconditur ˎà vento,& celat se à tẽpestate,sicut riui

aquarū in siti, & vmbra petrę prominentis in terra deserta. Nō cali-
gabunt oculi videntiū, & aures audientiū diligēter auscultabūt. Et cor
stultorū intelliget scientiā, & lingua balborum velociter loquetur &
plane. Non vocabitur vltrà is qui insipiens est, princeps: neq; frau-
dulentus appellabitur maior. Stultus enim fatua loquetur, & cor eius
faciet iniquitatē, vt perficiat simulationē, & loquatur ad dnm frau-
D dulenter, & vacuā faciat animā esurientis, & potum sitienti auferat.
Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes cōcinnauit ad
perdendos mites in sermone mēdacij, quū loqueretur pauper iudiciū.
Princeps verò, ea quę digna sunt principe cogitabit, & ipse super du-
ces stabit. Mulieres opulentę surgite, & audite vocem meā: filię cō-
fidentes percipite auribus eloquium meū. Post dies & annū vos cōtur-
babimini cōfidentes: cōsummata est enim vindemia, collectio vltrà nō
C veniet. Obstupescite opulentę, cōturbamini confidentes: exuitę vos, &
cōfundimini, accingite lūbos vestros. Super vbera plangite, super regio-
ne desyderabili, super vinea fertili. Super humū populi mei spinę & ve-
pres ascendent: quāto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exul-
tantis? Domus enim dimissa est, multitudo vrbis relicta est, tenebrę
& palpatio factę sunt super speluncas vsq; in ęternū. Gaudium ona-
D grorū pascua gregū, donec effundatur super nos spiritus de excelso: &
erit desertū in Charmel, & Charmel in saltū reputabitur. Et habita-
bit in solitudine iudicium, & iustitia in Charmel sedebit. Et erit opus
iustitię pax, & cultus iustitię silentiū, & securitas vsq; in sempiternū.
Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fi-
ducię, & in requie opulenta. Grando autē in descensione saltus, & hu-
militate humiliabitur ciuitas. Beati qui seminatis super omnes aquas,
immittentes pedem bouis & asini.

CAP. XXXIII.

A VAe qui prędaris, nōne & ipse prędaberis? & qui spernis, nōnne &
ipse sperneris? Quū consummaueris deprędationē, deprędaberis:
Quum fatigatus desieris cōtemnere, cōtemneris. Domine miserere no-
stri: te .n. expectauimus. esto brachiū nostrū in mane, & salus nostra in
tpe tribulationis. A voce angeli fugerūt populi, & ab exaltatione tua
dispersę sunt gentes. Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur
bruchus, velut quum fossę plenę fuerint de eo. Magnificatus est dns,
quoniā habitauit in excelso: impleuit Sion iudicio & iustitia. Et erit
fides in temporibus tuis: diuitię salutis sapientia & scientia: timor
B dni ipse est thesaurus eius. Ecce, videntes clamabunt foris, angeli pa-
cis amarè flebūt. Dissipatę sunt vię, cessauit trāsiens per semitā, irritū
factū est pactū, proiecit ciuitates, non reputauit hoies. Luxit, & elan-
guit terra: cōfusus est Libanus, & obsurduit: & factus est Saron sicut
desertū: & cōcussa est Basan, & Carmelus. Nunc cōsurgam dicit dns,
nunc exaltabor, nūc subleuabor. Concipietis ardorē, & parietis stipu-
lam: spiritus vester vt ignis vorabit vos. Et erūt populi quasi de incē-
dio cinis, spinę cōgregatę igni cōburentur. Audite qui longe estis,
quę fecerim, & cognoscite vicini fortitudinem meā. Conterriti sunt in
C Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de
vobis cū igne deuorāte? quis habitabit ex vobis cū ardoribus sempi-
ternis? Qui ambulat in iustitijs & loquitur veritatē, qui proijcit auari-
tiam ex calūnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat
aures suas ne audiat sanguinē, & claudit oculos suos ne videat malū.
Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorū sublimitas eius: panis
ei datus est, aquę eius fideles sunt. Regē in decore suo videbūt ocu-
li eius, cernent terrā delonge. Cor tuū meditabitur timorē: vbi est li-
teratus? vbi est legis verba ponderans? vbi est doctor paruulorū? Po-
pulū imprudentē non videbis, populū alti sermonis: ita vt nō possis
D intelligere disertitudinē linguę eius, in quo nulla est sapientia. Re-
spice Sion ciuitatē solēnitatis nostrę. Oculi tui videbunt Ierusalē habi-

gnū Chri & cōditiōes regni bene instituti.

Iudęorum destructio, post aduentum Chri.

Supra.19.f

Regnū christi describit, regnū summę pacis & securitatis.

Isaias pphetat aduersus Sennacherib.

Orat dei auxiliū ppha Assyrij vastandi.

Exaltatū deus pdicat. p dicēs regnū Christi.

Deus bellās pro Iudęis, exaltat vincens hostes.

Suā potētiā oībus notā eē vult de°.

Psal.14.a

1.Cor.1.c

Ierlī ptexit de° ne à Sennacherib vastetur.

deserto, vel, scopuli festinabit loq eleganter. liberalis: parcus dicet magnificus. vel, impietatē errores. Auari dus alloquet pauperē in iudicio. Liberalis propter liberalia facta vel, clarus fulget. vel, Palatiū arx & munitio in vel, agrū cultum, & infra. quies,

& tu nō pdatꝫ passus: q sperneris, & nō spreuerunt te. eorum attamen fremitus frēm incessus locustarū incedens p eum. hitat vitas vel, diuitię, salus, nuntij eorum fecit deuastauit Libanum & succidit: quisquilias, calces, excelsę eleuatio (.i. refugium) eius stabiles oculi tui, quęstor & vbi numerans turres .i. erudi iti potentes, & sapientes qui cū Sennacherib peribunt illum fortem blesuꝫ ligua,

tationem opulentam, tabernaculũ quod nequaquã transferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur: quia 'solũmodo ibi magnificus' est dominus noster: locus fluuiorũ riui latissimi, & patentes: non transibit per eũ nauis remigũ, neq; trieris magna transgredietur eum. Dominus enim iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster: ipse saluabit nos. 'Laxati' sunt funiculi tui, sed non preualebunt: 'sic erit malus tuus, vt dilatare signum non queas.' Tunc diuidentur spolia predarum multarũ: claudi diripient rapinam, nec dicet vicinus, Elangui. Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

* vere ibi fortis
* Extensi
* in malo nauis nõ extẽdesũt velũ. (vel, ad malũ suum non extendent signũ sic trepidi aufugient)

In ecclesia peccati remissio.

CAP. XXXIIII.

A

Accedite gentes, & audite, & populi attendite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germẽ eius. Quia indignatio domini super omnes gentes, & furor super vniuersam militiã eorum: interfecit eos, & dedit eos in occisionẽ. Interfecti eorũ proijcientur, & de cadaueribus eorũ ascendet foetor. Tabescent montes à sanguine eorũ, & tabescet omnis militia coelorũ, & cõplicabuntur sicut liber coeli: & omnis militia eorũ defluet sicut defluit foliũ de vinea & de ficu: quoniã inebriatus est in coelo gladius meus. Ecce super Idumeã descendet, & super populũ interfectionis meę ad iudiciũ. Gladius domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorũ & hircorum, de sanguine medullatorũ arietum: victima enim domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom. Et descendent vnicornes cũ eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorũ sanguine, & humus eorũ adipe pinguium: quia dies vltionis domini, annus retributionũ iudicij Sion. Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentẽ, nocte & die nõ extinguetur. In sempiternũ ascendet fumus eius: ã generatione in generationẽ desolabitur, in secula seculorũ non erit trãsiens per eam. Et possidebũt illã 'onocrotalus,' & ericius: & 'ibis,' & coruus habitabũt in ea. Et extẽdetur super eam mẽsura, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculũ in desolationẽ. Nobiles eius 'non erunt ibi: regem potius inuocabũt,' & omnes principes eius erunt in nihilũ. Et orientur in domibus eius spinę, & vrticę, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconũ & 'pascua' struthionũ. Et occurrent 'dęmonia, onocentaurus, & pilosus' clamabit alter ad alterũ: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiẽ. Ibi 'habuit foueã ericius, & enutriuit catulos, & circũfodit, & fouit' in vmbra eius: illuc cõgregati sunt milui, alter ad alterũ. Requirite diligenter in libro dñi, & legite: vnum ex eis nõ defuit, 'alter alterum non quęsiuit.' quia 'quod ex ore meo procedit,' ille mandauit, & spiritus eius ipse cõgregauit ea. Et ipse misit eis in sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensurã: vsq; in ęternum possidebunt eam, in generatione & generationem habitabunt in ea.

Postrema synagogę vastatio, q̃ trãslatũ ẽ regnũ & sacerdotiũ huius ppli ad ecclesiã per apl̃os cõstitutam.

B

Infra. 63. a

C

* vel, pelican.
* vel, vlula,
* nõ ibi regnũ vocabunt,
* mansio
* vel, bestię syluestres cũ vlulis, & satyris
* nidulatus est ericius, & pepit, excubauit & perfodit.
* vnumquodq; cum socio suo non defuit.
* os ipsius

D

CAP. XXXV.

A

'Laetabitur deserta & inuia,' & exultabit solitudo, & florebit quasi liliũ. Germinans germinabit & exultabit lętabũda & laudãs: gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron: ipsi videbũt gloriam dñi, & decorẽ dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite 'pusillanimis,' Confortamini, nolite timere. ecce deus vester vltionem adducet 'retributionis:' deus ipse veniet, & saluabit vos. Tunc aperientur oculi cęcorũ, & aures surdorũ patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & 'aperta erit' lingua mutorũ: quia scissę sunt in deserto aquę, & torrentes in solitudine. Et quę erat arida, erit in stagnũ, & sitiens in fontes aquarũ. In cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non trãsibit per eam pollutus, '& hęc erit vobis directa via, ita vt stulti nõ errent per eam.' Nõ erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eã, nec inuenietur ibi: & ambulabũt q̃ liberati fuerint. Et re

* vel, Lętabuntur solitudo & inuium,
* stultis corde,
* retribuens:
* laudabit
* & ipse in eis, ambulans p eã vias, etiã stulti neq̃ errabunt.

Lętitia & cõsolatio promittitur credentibus in Christum.

B

Signa aduẽtus Christi. Mat. 15. c

C

Christ⁹, via ad patrem.

dempti à domino, conuertentur & venient in Sion cum laude, & lętitia sempiterna super caput eorum: gaudium & lętitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

CAPVT XXXVI.

A Sēnacherib minat Ezechię. 4.Reg.18.c 2.Par.32.a

ET factum est: in quartodecimo anno regis Ezechię, ascendit Sennacherib rex Assyriorum sup omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et misit rex assyriorum Rabsacen de Lachis in Ierusalem, ad regem Ezechiam in manu graui, & stetit in aqueductu piscinę superioris in via agri fullonis. Et egressus est ad eum Eliacim filius Helcię, qui erat sup domū, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à cōmentarijs. Et dixit ad eos Rabsaces, Dicite Ezechię, Hęc dicit rex magnus, rex Assyriorum, Quę est ista fiducia qua cōfidis? aut quo cōsilio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciā, qa recessisti à me? Ecce confidis sup
B baculum arundineum cōfractum istū super Aegyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & pforabit eam: sic Pharao rex Aegypti omnibus qui cōfidunt in eo. Quòd si responderis mihi, In domino deo nostro cōfidimus: nonne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Iudę & Ierusalem, coram altari isto adorabitis? Et nunc trade te domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te prębere ascensores eorum: & quō sustinebis faciem iudicis vnius locis ex seruis domini mei minoribus? Quòd si cōfidis in Aegypto, in quadriga, & in equitibus: & nunc nunqd sine domino ascendi ad terrā istam vt disperderem eā? Dominus dixit ad me, Ascende super terram istam, & disperde eā. Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahe ad Rabsacen, Loquere ad seruos tuos Syra lingua ītelligimus enī.
C ne loquaris ad nos Iudaice in auribus populi qui est super murum. Et dixit ad eos Rabsaces, Nūquid ad dominū tuum & ad te, misit me dominus meus, vt loquerer omnia verba ista: & non potius ad viros qui sedent in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam pedum suorum vobiscum? Et stetit Rabsaces, & clamauit voce magna Iudaice, & dixit, Audite verba regis magni, regis Assyriorum. Hęc dixit rex, Non seducat vos Ezechias, qa non poterit eruere vos: & non vobis tribuat fiduciam Ezechias super domino, dicens, Eruens liberabit nos dominus, nō dabitur ciuitas ista in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiam. Hęc enim dicit rex Assyriorum, Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite vnusquisque vineam suam, & vnusquisque ficum suum: & bibite vnusquisque aquam cisternę suę, donec veniam & tollam vos ad terram, quę est vt terra vestra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum.
D Nec conturbet vos Ezechias, dicens, Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentiū vnusquisque terram suam de manu regis Assyriorum? Vbi est deus Emath & Arphad? Vbi est deus Sepharuaim? Nunqd liberauerunt Samariā de manu mea? Quis est ex omnibus dijs terrarum istarū, qui eruerit terrā suā de manu mea, vt eruat dominus Ierusalem de manu mea? Et siluerunt, & nō responderunt ei verbū. Mandauerat enim eis rex, dicens, Ne respondeatis ei. Et ingressus est Eliacim filius Helcię qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à cōmentarijs, ad Ezechiā scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabsacis.

Sēnacherib cōbris afficit deū viuētē.

Blasphemia Sēnacherib.

[In the right margin: dixi (vel, Ita puto) cōsilium & via tua ad bellum, tantūmodo est ī labijs tuis. · fideiussorē da · si quidem · quomodo resistere poteris, & vertere in fugaz vnū ex ex. · aquas · sinatis vt vobis eludat.]

CAP. XXXVII.

A Mittit nūtios Ezechias ad Isaiaz ob Sēnacherib. 4.reg.19.a

ET factum est: quum audisset rex Ezechias, scidit vestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domū domini. Et misit Eliacim qui erat super domum, & Sobnam scribam, & seniores de sacerdotibus opertos saccis ad Isaiam filium Amos prophetam, & dixerunt ad eū, Hęc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & correptionis, & blasphemię dies hęc: quia venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est pariendi, Si quo modo audiat dominus deus tuus verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus ad blasphemandum dominum deū viuentem, & exprobrandum sermonibus quos audiuit dominus deus

[In the right margin: arguendum (corripiēdū).]

tuus: leua ergo orationem pro reliquijs quę repertę sunt. Et venerunt
serui regis Ezechię ad Isaiam, & dixit ad eos Isaias, Hęc dicetis domi- B
no vestro, Hęc dicit dominus, Ne timeas à facie verborum quę audi- Promittit
sti, qbus blasphemauerunt pueri regis Assyriorū me. Ecce, ego dabo ei deus victo-
spiritum, & audiet nuntiū, & reuertetur ad terrā suam, & corruere eū fa riā Ezechię.
ciam gladio in terra sua. Reuersus est autem Rabsaces, & inuenit regē
Assyriorum pręliantem aduersus Lobnam. Audierat enim quia pfe-
ctus esset de Lachis, & audiuit de Tharáca rege Aethiopię, dicentes,
Egressus est vt pugnet ꝯtra te. Quod quum audisset, misit nuntios ad
Ezechiam, dicens, Hęc dicetis Ezechię regi Iudę dicentes, Non te deci-
piat deus tuus, in quo tu cōfidis dicens, Nō dabitur Ierusalē in manu
regis Assyriorū. Ecce, tu audisti omnia quę fecerunt reges Assyriorum C
omnibus terris quas subuerterunt, & tu poteris liberari? Nunquid erue Blasphemia
runt eos dij gentium, quos subuerterunt patres mei Gozam & Haran, & Sénacherib.
Reseph, & filios Eden, qui erant in Thalassar? Vbi est rex Emath, & rex
ª literas — Arphad, & rex vrbis Sepharuaim, Ana & Aua? Et tulit Ezechias ᵃli-
bros) de manu nuntiorū, & legit eos, & ascendit in domum domini, &
expandit eos Ezechias corā domino. Et orauit ad dominū, dicens, Do
mine exercituū deus Israel, qui sedes super cherubim: tu es deus solus Oratio Eze
omnium regnorum terrę, tu fecisti cœlum & terrā. Inclina domine aurē chię.
tuam & audi: aperi domine oculos tuos & vide, & audi omnia verba D
ᵇ vt probris af- Sennacherib, quę misit ᵇad blasphemandum) deum viuentem. verè
ficeret — enim domine desertas fecerunt reges Assyriorum terras, & regiones ea-
rum. Et dederunt deos eorum igni: non enim erant dij, sed opera ma-
nuum hominū, lignum & lapis, & comminuerunt eos. Et nunc domine
deus noster salua nos de manu eius: & cognoscant omnia regna terrę
quia tu es dominus solus. Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiam, Isaias ꝯso-
dicens, Hęc dicit dominus deus Israel, Pro quibus rogasti me de Sen- lat Ezechiā,
nacherib rege Assyriorum, hoc est verbum qđ loquutus est dominus victoriā prę
super eum, Despexit te, & subsannauit te, virgo filia Sion: post te caput nuntians.
mouit filia Ierusalem. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super E
quem exaltasti vocem tuā, & leuasti altitudinem oculorum tuorum? Ad
sanctum Israel: in manu seruorum tuorum exprobrasti domino. Et dixi-
sti, In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi in altitudinem
ᶜ latera — montium ᶜiuga) Libani: & succidam excelsa cedrorum eius, & electas
abietes illius, & introibo altitudinem summitatis eius, saltum Carme-
li eius. Ego fodi, & bibi aquam, & exiccaui vestigio pedis mei omnes ri-
ᵈ vel, munitos. — uos ᵈaggerum.) ᵉNunqd non audisti quę olim fecerim ei?) ex diebus
ᵉ Vide annota- antiquis ego plasmaui illud: & nunc adduxi, & factum est in eradica-
tionē in quar tionem collium cōpugnantiū, & ciuitatum munitarū. Habitatores ea- F
to libro regū rum ᶠbreuiata manu) ꝯtremuerunt & confusi sunt. facti sunt sicut fœ
cap. 19. e num agri, & gramen pascuę, & herba tectorum quę exaruit antequam
ᶠ .i. sine virib⁹ — maturesceret. Habitationem tuam, & egressum tuū, & introitum tuum
ego cognoui, & insaniam tuam ꝯtra me. Quū fureres aduersum me, su
perbia tua ascendit in aures meas: ponā ergo circulū in naribus tuis,
& frenū in labijs tuis, & reducam te in viam per quam venisti. Tibi au
ᵍ decidua (vel, tem hoc erit signum, Comede hoc anno ᵍquę sponte nascuntur, & in
qđ cecidit i gra anno secundo pomis vescere:) in annō aūt tertio seminate & metite,
mine) & anno & plantate vineas, & comedite fructum earum. Et mittet id quod sal
secūdo sponte uatum fuerit de domo Iuda, & qđ reliquum est, mittet radicem deor-
nascentia, (.i. sum, & faciet fructum sursum: qa de Ierusalem exibunt reliquię, & sal- G
sine curatione uatio de monte Sion: zelus domini exercituum faciet istud. Propterea Angelus
& seminę,) hęc dicit dominus de rege Assyriorū, Non intrabit ciuitatem hanc, & dñi occidit
nō iaciet ibi sagittam: & non occupabit eam clypeus, & non mittet in exercitū Sen
circuitu eius aggerem. In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuita- nacherib.
tem hanc nō ingredietur, dicit dominus. Et protegam ciuitatem istā, 4. reg. 19. g

Tob.1.d vt saluem eam propter me, e propter Dauid seruū meum. Egressus est
Eccli. 48.d autem angelus dñi, e percussit in castris Assyrioꝝ ce ̄tū octogintaq;
1.Mac. 7.f millia. Et surrexerunt mane, e ecce oēs cadauera mortuoꝝ. Et egressus
& 2.8.e est, & abijt: e reuersus est Sennacherib rex Assyrioꝝ, e habitauit in Ni-
Occiditur niue. Et factū est, quū adoraret ītēplo Nesroch deū suū, Adramélech,
Sēnacherib. e Sarásar filij eius percusserūt eū gladio, fugeruntq; in terrā Ararat,
A & regnauit Asarhaddon filius eius pro eo. CAP. XXXVIII.

Asaraddon regnat ꝓ eo. I N diebus illis ęgrotauit Ezechias vsq; ad mortem: e introiuit ad eū
Isaias filius Amos ꝑpheta, e dixit ei, Hęc dicit dñs, [a]Dispone[\] do-
Aegrotat Ezechias. mui tuę, qa morieris tu, & nō viues. Et ꝯuertit Ezechias faciem suam
ad parietem, e orauit ad dñm, e dixit, Obsecro domine, memēto quę-
4.reg.20.a so quō ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, e qd bo
2.Par.32.f num est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et fa-
ctum est verbum domini ad Isaiā, dicens, Vade, e dic Ezechię, Hęc di-
cit dominus deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuā, e vidi la-
B chrymas tuas. ecce, ego adijciam super dies tuos quindecim annos, &
Accipit signū sanitatis in horoscopo. de manu regis Assyrioꝝ eruā te & ciuitatē istam, & protegā eā. Hoc au
tem tibi erit signū à domino quia faciet dominus verbū hoc quod lo
quutus est, Ecce ego reuerti faciā vmbram linearū, per quas descende-
rat in horologio Achaz in sole, retrorsum decem lineis. Et reuersus
est sol decem lineis per gradus quos descenderat.

Scriptura Ezechię regis Iuda quum ęgrotasset, & con-
ualuisset de infirmitate sua.

Cáticū Ezechię. Ego dixi, In [b]dimidio[\] dierū meorum vadā ad portas [c]inferi:[\] [d]quę-
siui residuum[\] annorum meorum.
Dixi, Non videbo dominum deum in terra viuentium, non aspiciam
hominem vltrà & habitatorem [e]quietis.[\]
C [f]Generatio[\] mea ablata est: e [g]conuoluta est[\] à me, quasi tabernaculū
pastorum: pręcisa est, velut à texente, vita mea: [h]dum adhuc ordi-
rer, succidit me:[\] de mane vsq; ad vesperam [i]finies[\] me.
Sperabam vsq; ad [k]mane,[\] quasi leo sic contriuit omnia ossa mea: de
mane vsque ad vesperam finies me.
Sicut [l]pullus hirundinis[\] sic clamabo, meditabor vt columba: [m]attenua-
ti sunt [n]oculi mei suspiciētes ī excelsum: dñe vim patior, [o]rspōde ꝓ[\] me.
Quid dicam, [p]aut quid respondebit mihi, quū ipse fecerit?[\] [q]recogita
bo tibi[\] omnes annos meos in amaritudine animę meę.
[r]Dñe si sic viuit, e ī talib' vita spūs mei, corripies me e viuificabis me.[\]
Ecce, in pace, amaritudo mea amarissima: tu aūt [s]eruisti[\] animā meā
D vt non periret, proiecisti post tergū tuum omnia peccata mea.
Quia non [t]infernus[\] confitebitur tibi, neq; mors laudabit te: non expe
ctabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.
Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut e ego hodie: pater filijs no
tam faciet veritatem tuam.
Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus
vitę nostrę in domo domini.
Et iussit Isaias vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super
vulnus eius, e sanaretur.
Et dixit Ezechias, Quod erit signum quia ascendam in domum do-
mini? CAPVT XXXIX.

A I N tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Baby-
Ezechias recipit munera a rege Merodach. lonis, [u]libros[\] & munera ad Ezechiā: audierat enim q̄ ęgrotasset,
& ꝯualuisset. Lętatus est aūt sup eis Ezechias, & ostendit eis cellam aro
matum, & argenti, & auri, & odoramentoꝝ, e vnguenti optimi, e om
nes apothecas supellectilis suę, e vniuersa quę inuenta sunt in thesau
B ris eius. Non fuit [x]verbum[\] qd non ostenderet eis Ezechias in domo
4.reg. 20.c sua, e in omni potestate sua. Introiuit autē Isaias propheta ad Eze-

[a] Pręcipe
[f] excisione (.i. antequā sint finiti dies mei)
[c] sepulchri:
[d] carebo residuo
[e] orbis.
[f] Habitatio
[g] vel, migrauit
[h] ęgritudine cō cidet me:
[i] consumes
[k] sub.me victurum, sed
[l] grus e hirūdo
[m] vl, deficere fac
[o] & dixit mihi e fecit qd dixit.
[p] tristis incedā
[q] Domine vltra eos (sub. 15 annos quos adiecisti) viuēt, e ob hus dicā, qd in eis est vita spūs mei, e sanabis. Quidásic, Dñe pp illos & eos q ī circuitu sūt, dones mihi vitā: obdormire facies me, e iterū excitabis me
[s] ꝯcupisti (sub. eruere)
[t] illi qui sunt in sepulchris
[u] literas.
[x] quicquam

chiam regem, & dixit ei, Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me de Babylone. Et dixit, Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias, Omnia quę in domo mea sunt, viderunt: non fuit res quam non ostenderim eis in thesauris meis. Et dixit Isaias ad Ezechiam, Audi verbum domini exercituum: Ecce dies venient, & auferentur omnia quę in domo tua sunt, & quę thesaurizauerunt patres tui vsq; ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quicquam, dicit dominus. Et de filijs tuis qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Isaiam, Bonum verbū domini quod loquutus est. Et dixit, Fiat tantū pax & veritas in diebus meis.

C
Increpatur ab Isaia ob ostentatos thesauros.
D

CAP. XL.

A
Lętitia & remissio peccatorum per Christum.
Iohānes Baptista annūtiat Christum.

Consolamini consolamini populemeus, dicit deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam: quoniam completa est militia eius, dimissa est iniquitas illius: Suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto: Parate viam domini, rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Et reuelabitur gloria domini, & videbit omnis caro pariter quod os domini loquutū est. Vox dicentis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos quia spiritus domini sufflauit in eo. Verè fœnum est populus: exiccatum est fœnum, & cecidit flos: verbum autem dei nostri manet in ęternum. Super montem excelsum ascende tu quę euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, quę euangelizas Ierusalem: exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudę, Ecce deus vester: ecce dominus deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce, merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut pastor, gregem suū pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terrę, & librauit in pondere montes, & colles in staterā? Quis adiuuit spiritū domini? aut quis cōsiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo iniit cōsilium, & instruxit eū, & docuit eū semitam iustitię, & erudiuit eum scientia, & viam prudentię ostendit illi? Ecce, gentes quasi stilla situlę, & quasi momentū staterę reputatę sunt: ecce, insulę quasi puluis exiguus. Et Libanus nō sufficiet ad succendendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatę sunt ei. Cui ergo similem fecistis deū? aut quam imaginē ponetis ei? Nunquid sculptile cōflabit faber? aut aurifex auro figurabit illud, & laminis argenteis argentarius? Forte lignū & imputribile elegit: artifex sapiens quęrit quomodo statuat simulachrum qđ non moueatur. Nunquid non scietis? nunqd non audietis? nunquid non annunciatum est vobis ab initio? nunqd non intellexistis fundamenta terrę? Qui sedet super gyrū terrę, & habitatores eius sunt quasi locustę: qui extendit velut nihilū cœlos, & expandit eos sicut tabernaculū ad inhabitandū. Qui dat secretorū scrutatores quasi nō sint, iudices terrę velut inane fecit: equidem neq; plantatos, neq; satos, neq; radicato in terra trunco eorū: repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos. Et cui assimilastis me, & adęquastis, dicit sanctus? Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hęc: qui ducit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat: prę multitudine fortitudinis, & roboris, virtutisq; eius neq; vnū reliquum fuit. Quare dicis Iacob, & loqueris Israel, Abscondita est via mea a domino, & a deo meo iudicium meū transiuit? Nunquid nescis, aut non audisti, Deus sempiternus dominus, qui creauit terminos terrę,

Marginal glosses (left): populum meū, i. benigne & blande. — vel, completū est tempus — expurgate — gratia (misericordia) — vel, herba — aū se ducet. — vl, pparauit? — In mensura puluerem — dixerit — docuit eum? — puluis tenuis (rubigo) — proijcientur. — catenas argēteas pōet i eo — Thesaurarius q est sup oblatiōes (vel, Pauper) lignum — globū (sphęram) — telam (pellē) — in nihilū reducit pricipes, — exercitum

Marginal notes (right): B — Mat. 3. a — Mar. 1. a — Luc. 3. a — Iohan. 1. c — Hominis fragilitas. — Eccli. 14. c — C Iac. 1. b — 1. Pet. 1. d — Iohan. 12. c — Verbū dei. — Christi aduētus — Pastor, Christus. — Iohā. 10. b — D — Ezech. 34. f — 37. f — Dei potētia & benignitas. — Roma. 11. d — 1. Cor. 2. d — Sap. 9. c. — E — Gentiū imbecillitas. — In Idololatras. — Act. 17. d — F — Increpat eos q dicūt se deo non esse curę.

non deficiet, neq; laborabit, neq; est inuestigatio sapiētię eius? Qui dat
lasso ʼvirtutē:ʼ & his ʼqui nō sunt, fortitudinē, &ʼ robur multiplicat. De
ficient pueri, & laborabunt, & iuuenes ʼin infirmitateʼ cadent. Qui aūt
sperant in domino, mutabunt fortitudinē, ʼassument pēnasʼ sicut aqui
lę, current & non laborabūt, ambulabūt & nō deficient. CAP. XLI.
A TAceant ad me insulę, & gentes mutent fortitudinem: accedant, &
tunc loquātur, simul ad iudiciū ꝓpinquemus. Quis suscitauit ab
oriente iustū, vocauit eum vt sequeretur se? ʼdabit in ꝯspectu eius gētes,
& reges obtinebit: dabit quasi puluerē gladio eius, sicut stipulā vēto ra
ptā arcui eius. Persequetur eos, trāsibit in pace, ʼsemita in pedibus eius
nō apparebit.ʼ Quis hęc operatus est & fecit, vocās generationes ab exor
B dio? Ego dñs, primus & nouissimus ego sum. Viderūt insulę, & timue
rūt, extrema terrę obstupuerūt, & appropinquauerūt & accesserūt. Vnus
quisq; proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet, Cōfortare. Cōforta
uit ʼfaber ærarius percutiens malleo, eū qui cudebat tūc temporis, dicēs
glutino, Bonū est: & ꝯfortauit eū ʼclauis, vt non moueatur. Et tu Is
rael serue meus, Iacob quem elegi, semen Abrahā amici mei, ʼin quoʼ
apprehendi te ab extremis terrę, & à longinquis eius vocaui te, & dixi
C tibi, Seruus meus es tu, elegi te, & nō abieci te. Ne timeas, quia ego tecū
sum: ne ʼdeclines,ʼ quia ego deus tuus: confortaui te, & auxiliatus sum
tibi, & suscepi te dextera ʼiusti mei.ʼ Ecce ꝯfundentur & erubescent om
nes qui pugnāt aduersum te: erunt quasi nō sint, & peribunt viri qui
ꝯtradicunt tibi. Quęres eos, & non inuenies: viros rebelles tuos, & erūt
quasi nō sint: & veluti ʼꝯsumptio,ʼ homines bellantes aduersum te:
Quia ego dominus deus tuus apprehendens manū tuā, dicensq; tibi,
D Ne timeas, ego adiuui te. Noli timere vermis Iacob, ʼqui mortui estis
exʼ Israel: ego auxiliatus sum tibi, dicit dominus, & redēptor tuus san
ctus Israel. Ego posui te ʼquasi plaustrū triturans nouum, habens ro
straʼ serrantia: triturabis mōtes, & cōminues: & colles quasi ʼpuluerēʼ
pones. Ventilabis eos, & ventus tollet eos, & turbo disperget eos: &
tu exultabis in domino, & in sancto Israel lętaberis. Egeni, & paupe
res quęrunt aquas, & nō sunt: lingua eorum siti aruit. Ego dominus
E exaudiam eos, deus Israel non derelinquam eos. Aperiā in supremis
collibus flumina, & in medio campoꝝ fontes. Ponam desertum in sta
gna aquarū, & terram inuiam in riuos aquarū. Dabo in solitudinem
cedrum, & ʼspinam,ʼ & myrtū, & ʼlignū oliuę:ʼ ponā in deserto abie
tem, vlmū, & buxum simul: Vt videant, & sciant, & recogitent, & intel
ligant pariter quia manus domini fecit hęc, & sanctus Israel creauit il
lud. Prope facite iudiciū vestrū, dicit dominus: afferte, ʼsi quid forte
F habetis,ʼ dixit rex Iacob. Accedant, & nuntient nobis quęcunq; ven
tura sunt: priora quę fuerunt nuntiate: & ponemus cor nostrū, & scie
mus nouissima eorum, & quę ventura sunt indicate nobis. Annuntia
te quę ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos. Bene quoq;
aut male, si potestis, facite: & loquamur, & videamus simul. Ecce, vos
estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod nō est: abominatio est qui
elegit vos. Suscitaui ab aquilone, & veniet, ab ortu solis vocabit no
G men meum, & ʼadducet magistratusʼ quasi lutum, & velut plastes con
culcans humum. Quis annuntiauit ab exordio, vt sciamus: & à prin
cipio, vt dicamus, Iustus es? Non est annuntians, neque prędicens, ne
que audiens sermones vestros. ʼPrimus ad Sion dicet, Ecce adsum, &
Ierusalem euangelistam dabo.ʼ Et vidi, & non erat ex istis quisquam
qui ʼiniret ꝯsilium,ʼ & interrogatus responderet verbū. Ecce oēs iniu
sti, & vana opa eoꝝ, ventus & inane simulachra eoꝝ. CAP. XLII.
A ECce seruus meus, ʼsuscipiamʼ eū: electus meus, complacuit sibi in
illo anima mea: dedi spiritū meū super eū, iudiciū gentibus profe
ret. Non clamabit, neque ʼaccipiet personam,ʼ nec audietur vox eius
foris.

Disceptat de us cuꝫ pplis & gentib' de potētia & misericordia sua, tādē corā iudicibus caussaꝫ agens.
ij.44.a. 48.b
Apoc.3.d. 22.c
Cōspiratio oīum ad fabricandum idolum.
Cōsolantur pij, vt cōstāter se rant aduersa, pdicitur q; deus illis in oibus assuturum.
Idoloꝝ virtus in annūtiandis futuris, irridetur a deo.
Deus solus qui futura pnuntiat.
CHRISTI aduētū pdicit, dęmonibus magis terribilē. Oēs sūt peccatores, & Chr̄o iustificatorē egēt.
Chr̄us pr̄i placet.
Mat.12.b

ʼfortitudinem.
ʼquibus nō est fortitudo,
ʼcadendo
ʼascēdēt alis
ʼverba huius versus & sequētis, lege in pterito, nam de Abraham loqtur.
ʼsemitā pedib' suis nō ingressus ē nō sensit viā in pedib' suis.)
ʼfaber lignarius auri fabrū, & lapicida fabrū laminarū q dicit ō sede idoli, bn̄ se hꝫ: consolabitur illū q affigit idolum
ʼquia
ʼterrearis
ʼiustitię meę.
ʼnihil
ʼviri
ʼvel, vt trahā, vt tribulā nouā hn̄tem ora
ʼquisquilias
ʼsitta (est gen' cedri optimę)
ʼarborē pinus (vl̄, balsamū.)
ʼlites (vl̄, caussas) vestras:
ʼveniet super principes
ʼsum q dixi ad Sion, ecce hic sum: & mittam nūtios ad Ierusalem, qui afferant bona nuntia ei.
ʼsciret aliqd:
ʼinnitar ei:
ʼtollet, (vel, cōtendet,)

foris.) Calamũ quassatũ non cõteret, & linum fumigans nõ extinguet:
in veritate educet iudicium. Non erit tristis, neque turbulentus, do
nec ponat in terra iudicium: & legẽ eius insulę expectabunt. Hęc dicit
dñs deus creans cœlos, & extẽdens eos: firmans terram, & quę germi
nant ex ea: dans flatum pplo qui est super eã, & spũm calcantibus eã.
Ego dñs vocaui te in iustitia, & apprehendi manũ tuã, & seruaui te. Et
dedi te in fœdus populi, in lucẽ gentiũ: vt aperires oculos cęcorum, &
educeres de cõclusione vinctũ, de domo carceris sedẽtes in tenebris.
Ego dñs, hoc est nomen meũ. Gloriã meam alteri non dabo, & laudem
meam sculptilibus. Quę prima fuerũt, ecce venerũt: noua quoq; ego
annuntio: antequã oriantur, audita vobis faciam. Cantate dño canti
cum nouũ, laus eius ab extremis terrę, qui descẽditis in mare, & plenitu
do eius: insulę, & habitatores earum. Lętetur desertum, & ciuitates: in
domibus habitabit Cedar: laudate habitatores Petrę, de vertice mon
tium clamabunt. Ponent domino gloriã, & laudẽ eius in insulis nun
tiabunt. Dñs sicut fortis egredietur, sicut vir prępliator suscitabit zelũ:
vociferabitur, & clamabit: super inimicos suos confortabitur.) Ta
cui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & ab
sorbebo simul. Desertos faciam montes, & colles, & omne gramen eo
exiccabo: & ponã flumina in insulas, & stagna arefaciã. Et educã cęcos
in viam quã nesciunt: & in semitis quas ignorauerunt, ambulare eos fa
ciam: ponam tenebras corã eis in lucẽ, & praua in recta. hęc verba feci
eis, & non dereliqui eos. Cõuersi sunt retrorsum: confundantur confu
sione, qui cõfidunt in sculptili, qui dicunt conflatili, Vos dij nostri.
Surdi audite & cęci intuemini ad videndum. Quis cęcus, nisi seruus
meus? & surdus, nisi ad quẽ nuntios meos misi? quis cęcus, nisi q ve
nundatus est? & quis cęcus, nisi seruus domini? Qui vides multa,
nõnne custodies? qui apertas habes aures, nõnne audies? Et dominus
voluit vt sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret.) Ipse
autẽ populus direptus, & vastatus: laqueus iuuenum omnes, & in do
mibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est q eruat:
in direptionem, nec est qui dicat, Redde. Quis est in vobis qui audiat
hoc, attendat, & auscultet futura? Quis dedit in direptionem Iacob, &
Israel vastantibus? nõnne dominus ipse, cui peccauimus? Et noluerũt
in vijs eius ambulare, & non audierunt legem eius. Et effudit super eũ
indignationem furoris sui, & forte bellum: & combussit eum in circui
tu, & non cognouit: & succendit eum, & non intellexit.

CAPVT XLIII.

ET nunc hęc dicit dñs creans te Iacob, & formans te Israel: Noli ti
mere, quia redemi te, & vocaui nomine tuo: meus es tu. Quũ trans
ieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Quum ambu
laueris in igne non comburẽris, & flamma non ardebit in te: Quia
ego dominus deus tuus sanctus Israel saluator tuus, dedi propitiatio
nem tuam Aegyptum, Aethiopiam & Saba pro te. Exquo honora
bilis factus es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo hoies
pro te, & populos pro anima tua. Noli timere, quia ego tecum sum: ab
oriente adducam semẽ tuum, & ab occidente congregabo te. Dicam
aquiloni, Da: & austro, Noli phibere, affer filios meos de longinquo,
& filias meas ab extremis terrę. Et omnem qui inuocat nomen meũ,
in gloriam meã creaui eum, formaui eum, & feci eum. Educ foras po
pulum cęcum, & oculos habentem: surdum, & aures ei sunt. Omnes
gentes congregatę sunt simul, & collectę sunt tribus: quis in vobis an
nuntiet istud, & quę prima sunt, audire nos faciet? Dent testes eorum, &
iustificentur, & audiant, & dicant, Verẽ. Vos testes mei, dicit dominus,
& seruus meus quem elegi: vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis q
ego ipse sum. Ante me nõ est formator deus, & post me nõ erit. Ego

in plateis. caligabit (vl, visu deficiet) fatigabit (deficiet virib.) expandens vel, animã carcere

Exaltet voces villę quas

roborabit se (.i. vincet inimicos.) a seculo, (vl, diu, visũ recipite nũti me quẽ sicut pfectus? sicut Etiã quũ multa videris, nihil tñ obseruas: & quãuis aperiat aures, nihil tamen exaudit. Attñ bene ei vult dñs ob iustitiã suã, & magnificabit & glorificabit legem suam. q laqis capti sunt oẽs in cauernis

pretium tuũ Et ppea qd

vocatur nomine meo,

vl, formatum qdpiam a deo alio, (aut, fact aliquis deus,)

Lenitas xpi Deus.

Xps fœdus nostrum. Infra. 49. b

B Gloria & laus, dei. Infra. 46. b

Orientales Christo credentes.

C Fidelibus in afflictiõe & si nullũ appareat auxilium, tñ iuuantur. Increpans incredulos Iudęos.

D

Auulsi a fide direpti a deo Iudęi.

A Promittit Christus, se liberatorẽ, affuturũ ecclesię suę qs redemit. Gẽtium vocatio in dei gloriam.

B Testimõio oĩũ pphetarũ pbat de se deũ verũ, & idola vana idq; sibi soli fidendũ. Osee. 13. b

sum, ego sum dñs, & nõ est absq; me saluator. Ego annũtiaui, & saluaui:
auditũ feci, & non fuit in vobis alienus. Vos testes mei, dicit domi
nus, & ego deus Et ab initio ego ipse, & nõ est qui de manu mea eru
at: operabor, & quis auertet illud? Hęc dicit dominus redemptor
vester sanctus Israel, Propter vos emisi in Babylonem, & detraxi ve
ctes vniuersos, & Chaldęos in nauibus suis gloriantes. Ego dominus
sanctus vester, creans Israel rex vester Hęc dicit dominus, qui dedit in
mari viam, & in aquis torrentibus semitã. Qui eduxit quadrigam &
equum: agmen, robustum; simul obdormierunt nec resurgent: cõtriti
sunt quasi linũ, & extincti sunt. Ne memineritis priorum, & antiqua ne
intueamini Ecce ego facio noua, & nũc orientur, vtiq; cognoscetis ea:
ponã in deserto viã, & in inuio flumina. Glorificabit me bestia agri,
dracones & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt
darẽ potũ populo meo, electo meo. Populum istum formaui mihi, lau
dẽ meã narrabit. Nõ me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel.
Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glori
ficasti me: non te seruire feci in oblatione, nec laborẽ tibi pręebui in thu
re. Non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarũ tuarum nõ
inebriasti me Verũtamẽ seruire me fecisti in peccatis tuis, pbuisti mihi
laborẽ in iniqtatibus tuis Ego sũ, ego sũ ipse qui deleo iniqtates tuas
propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in me
moriam, & iudicemur simul narra si quid habes vt iustificeris. Pater
tuus primus peccauit, & interpretes tui pręuaricati sunt in me. Et cõ
taminaui principes sanctos, & dedi ad internecionem Iacob, & Israel
in blasphemiam.

CAPVT XLIIII.

ET nunc audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi, Hęc dicit do
minus faciens & formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere
serue meus Iacob, & rectissime quem elegi. Effundã enim aquas super
sitientem, & fluenta super aridam: effundam spiritum meum super se
men tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Et germi
nabunt inter herbas quasi salices iuxta pręterfluentes aquas. Iste dicet,
Domini ego sum, & ille vocabit in nomine Iacob. Et hic scribet manu
sua, domino, & in nomine Israel assimilabitur. Hęc dicit dominus
rex Israel, & redemptor eius dominus exercituum, Ego primus, & ego
nouissimus, & absq; me non est deus. Quis similis mei? vocet & annũ
tiet: & ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum:
ventura & quę futura sunt annuntient eis. Nolite timere, neq; cõturbe
mini: extunc audire te feci, & annuntiaui: vos estis testes mei. nunquid
est deus absq; me, & formator quem ego non nouerim? Plastę idoli
omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderũt eis. Ipsi sunt
testes eorum quia non vident neq; intelligunt, vt confundantur. Quis
formauit deum, & sculptile conflauit ad nihil vtile? Ecce omnes parti
cipes eius confundentur: fabri enim sunt ex hominibus: conuenient. n.
omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul. Faber ferrarius li
ma operatus est: in prunis, & in malleis formauit illud, & operatus est
in brachio fortitudinis suę: esuriet & deficiet, non bibet aquam, & las
sescet. Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runci
na: fecit illud in angularib⁹, & in circino tornauit illud: & fecit ima
ginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo. Succidit
cedros, tulit ilicem, & quercũ quę steterat inter ligna saltus. Plãtauit
pinum, quam pluuia nutriuit, & facta est hominibus in focũ. sumpsit
ex eis, & calefactus est: & succẽdit, & coxit panes: de reliquo aũt opatus
est deũ, & adorauit: fecit sculptile, & curuatus est ante illud. Mediũ eius
cõbussit igni, & de medio ei⁹ carnes comedit: coxit pulmẽtũ, & saturat⁹ ẽ,
& calefactus ẽ, & dixit, Vah, calefactus sũ, vidi focũ. Reliquũ aũt eius
deũ fecit & sculptile sibi; curuat ãn illud, & adorat illũ, & obsecrat, dicẽs,

Cõmemorata reductione Iudęorum ex captiuitate Babylonica, rec C dit ad libertatẽ p Christũ nobis prstã, gẽtes i vnã ecclesiã suã cõgregãtẽ. 2.Cor.5.d Apoc.21.b

Cult⁹ exterinus fide D destitutus, reijcitur.

Christus factus hõ per quẽ remittunt nobis peccata.

Nulla i nobis iustitia.

A Dimissis peccatis, Abundãtia donorũ spũaliũ promittit. Ier.30.g. & 46.g

Deus pdicat suã potentiã. Supra.41.b

B Infra.48.b Apoc.1.d. 22.c

Idolorũ nulla potentia. Sapi.13.c.

C

a die (ãnq dies fieret)

b descẽdere fecit fugitiuos

c vehemẽtibus

d vel, non qd me inuocaris Iacob, vel qd laboraris mihi Israel.

e vel, principes

f germina sua

g cognominabit (vel, nominabit se noie Israelis.

h vel, mundia

i pręter

k cõcupiscibilia

l lassus erit. (deficiet.)

m creta:

n dolabris & circino descripsit

o & obfirmauit se vt [illegible]

p Euge.

Libera me: quia deus meus es tu. Nescierũt, neque intellexerũt: oblitꝰ. n. sunt, ne videant oculi eorũ, & ne intelligãt corde suo. Non recogitãt in mente sua, neque cognoscũt, neque sentiunt, vt dicant, Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idolum faciã, ante truncum ligni procidam. Pars eius cinis est: cor insipiẽs adorabit illud, & non liberabit aĩam suã: neque dicet, Fortè mendaciũ est in dextera mea. Memẽto horum Iacob & Israel, qm̃ seruus meus es tu. formaui te, seruus meus es tu Israel, non obliuiscaris mei. Deleui vt nubẽ iniquitates tuas, & quasi nebulã peccata tua: reuertere ad me, qm̃ redemi te. Laudate cœli, qm̃ fecit dominus: iubilate extrema terrę: resonate montes laudationẽ, saltus & omne lignũ eius: quoniã redemit dominus Iacob, & Israel gloriabitur. Hęc dicit dominus redemptor tuus, & formator tuus ex vtero, Ego sum dominus faciẽs omnia, extendens cœlos solus, stabiliẽs terram, & nullus mecum. Irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens. Cõuertẽs sapiẽtes retrorsum: & scientiam eorum stultam faciens. Suscitans verbũ serui sui, & consiliũ nunciorum suorum complens. Qui dico Ierusalem, Habitaberis: & ciuitatibus Iudę, Aedificabimini, & deserta eius suscitabo. Qui dico profundo, Desolare, & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro, Pastor meus es: & omnẽ voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem, Aedificaberis: & templo, Fundaberis.

CAPVT XLV.

Haec dicit dñs Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam corã eo ianuas, & portę non claudentur. Ego ante te ibo: & gloriosos terrę humiliabo: portas ęreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum: vt scias quia ego dominus qui voco nomen tuum deus Israel, propter seruum meum Iacob, et Israel electum meum, et vocaui te nomine tuo: assimilaui te, et non cognouisti me. Ego dominus, et non est amplius: extra me non est deus: accinxi te, et nõ cognouisti me: Vt sciant hi qui ab ortu solis, et qui ab occidente quoniam absque me non est. Ego dominus, et non est alter: formans lucem, et creans tenebras: faciens pacem, et creans malum: ego dominus faciens omnia hęc. Rorate cœli desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, et germinet saluatorem: et iustitia oriatur simul. ego dominus creaui eum. Vę qui contradicit factori suo, testa de samijs terrę. nunquid dicet lutum figulo suo, Quid facis, & opus tuum absque manibus est? Vę qui dicit patri, Quid generas? & mulieri, Quid parturis? Hęc dicit dominus sanctus Israel plastes eius, ventura interrogate me: super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram: & hominem super eam creaui: ego, manus meę tetenderunt cœlos, & omni militię eorum mandaui. Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam. Ipse ędificabit ciuitatẽ meam, & captiuitatem meã dimittet, non in pretio, neq; in muneribus, dicit dominus deus exercituum. Hęc dicit dominus, Labor Aegypti & negotiatio Aethiopię, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt. Post te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, téque deprecabuntur: Tantum in te est deus, & non est absq; te deus Israel. Verè tu es deus absconditus, deus Israel saluator. Confusi sunt, & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum. Israel saluatus est in domino salute ęterna: non confundemini & non erubescetis vsq; in seculum seculi: quia hęc dicit dominus creans cœlos, ipse deus formans terrã, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vanum creauit eam: vt habitetur formauit eam: ego dominus, & non est alius. Non in abscondito loquutus sum, in loco terrę tenebroso. Non

Left margin notes:

- quia ei sunt
- stupidi vt nõ
- Pascens (sub. lignũ) cinerẽ:
- in
- expandens
- suo
- lumbos regum dissoluã,
- tortuosa (vel, viasobliquas) recta faciam:
- abscondita occulta
- cognomiaui
- vel, Stillate
- testę cũ figulo luti. (sub. contendenti.)
- pręterea nõ est deus vltra.
- sculptilium.

Right margin notes:

- Populo õi omissa peccata.
- D
- Gratiarum actio.
- Potẽtiã suã deus inculcat, & sua beneficia cõmemorat.
- A
- De restitutione Iudęis per Cyrũ, prophetat Isaias.
- Iudęorũ spiritalẽ captiuitate operatia remissionẽ peccatorum.
- B
- Impij offensi i factis õi quod populus dei affligat.
- Roma. 9. d
- Iere. 18. a
- C
- Cyrus a deo missus vt reduceret captiuos Iudęos. Cyro promittit spirit et alias gẽtes Iudęi reducẽdi e captiuitate.

D dixi semini Iacob, Frustra quęrite me. ego dominus loquens iustitiā, annuntians recta. Congregamini & venite, & accedite simul qui saluati estis ex gentibus: nescierunt qui leuant lignum sculpturę suę, & rogant deum non saluantem. Annuntiate & venite, & consiliamini simul: quis auditum fecit hoc ab initio, extunc prędixit illud? nunquid non ego dominus, & non est vltrà deus absq; me? Deus iustus & saluās non est pręter me. Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terrę: quia ego deus, & non est alius. In memetipso iuraui, & egredietur de ore meo iustitię verbum, & nō reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Ergo in domino, dicet, meę sunt iustitię & imperium: ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei. In domino iustificabitur & laudabitur omne semen Israel.

Insultatio in Babylonios.
Fidē reqrit De' i suas p missiōes p mittētes salutem.
Rom. 14. b
Philip. 2. b

quęrunt
abiecti gētiū. (vł, duces sint saluatores gentium)
vł, cū iustitia
Vere
fortitudo:
veniet,

CAPVT XLVI.

A Confractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulachra eorum bestijs & iumentis, onera vestra, graui pōdere vsq; ad lassitudinem. Contabuerunt, & contrita sunt simul: non potuerunt saluare portantē, & anima eorum in captiuitatem ibit. Audite me domus Iacob, & omne residuū domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Vsque ad senectam ego ipse, & vsq; ad canos ego portabo: ego feci, & ego ferā: ego portabo, & saluabo. Cui B assimilastis me, & adęquastis & cōparastis me, & fecistis similē? Qui confertis aurum de sacculo, & argentū in statéra ponderatis: conducentes aurificē, vt faciat deum: & procidunt & adorant. Portant illū in humeris gestantes, & ponentes in loco suo, & stabit, ac de loco suo non mouebitur. Sed & quū clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatiōe nō saluabit eos. Mementote istud, & confundamini: redite pręuaricatores C ad cor. Recordamini prioris seculi, quoniam ego sum deus, & non est vltrà deus, nec est similis mei: annuntians ab exordio nouissimū, & ab initio quę necdum facta sunt, dicens, Cōsilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet: Vocans ab oriente auē, & de terra longinqua virum voluntatis meę. Et loquutus sum, & adducam illud: creaui, & faciam D illud. Audite me duri corde, qui longe estis à iustitia. Prope feci iustitiam meam, non elongabitur: & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam.

Idola Babyloniorū destructa.
De' ad sui cognitionē filios Israel vocat, vt ei oīa accepta ferāt, nō idolis: pmittēs p Cyrū liberationem.
Baruc. 6. c
Infideles p missę saluti nō credētes.

Incuruatus
i. quę solebāt vobis oneri esse quū deferretis, nūc sunt oneri iumentis q̄ ea deferunt in Persas,
graui oneri
Deciderunt, icuruata sunt
excutere onus
extrahitis
roborate vos
filij mei.

CAPVT XLVII.

A Descende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filię Chaldęorum, quia vltrà nō vocaberis mollis & tenera: Tolle molā, & mole farinā: denuda turpitudinē tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina. Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum: vltionem capiam, & non resistet mihi homo. Redēptor noster, Dominus exercituum nomen illius, sanctus Israel. Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldęorum: quia non vo- B caberis vltra domina regnorum. Iratus sum super populum meum, cōtaminaui hęreditatem meam, & dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde, & dixisti, In sempiternum ero domina. Nō posuisti hęc super cor tuū, neq; recordata es nouissimi tui. Et nunc audi hęc delicata, & habitans cōfidenter, quę dicis in corde tuo, Ego sum, & nō est pręter me amplius: nō sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Venient tibi duo hęc subito in C die vna, sterilitas, & viduitas. Vniuersa venerūt sup te, pp multitudinē maleficiorū tuorū, & pp duritiā incātatorū tuorū vehementē. Et fiduciā habuisti in malitia tua, & dixisti, Non est qui videat me. Sapientia tua & scientia tua hęc decepit te. Et dixisti in corde tuo, Ego sum, & pręter me nō est altera. Veniet super te malū, & nescies ortū eius: & irruet super te calamitas, quā nō poteris expiare. Veniet super te repente mi- D seria quā nescies. Sta cū incantatoribus tuis, & cum multitudine malc

Regni Babylonij destructio.
Naū. 3. b
Apo. 18. b
Infra. 51. f

fasciā (vel, cincinnos tuos)
plantā pedis,
occurrā tibi sicut homo.
eius.
Secūm integritatē suam. (.i. perfecte)
fortitudinem
rebellare fecit
remouere
vel, desolatio

sclerum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua, si fortè quid profit tibi, & si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine cõsiliorũ tuorũ: Stent & saluent te augures cœli, qui cõtemplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non liberabunt aĩam suam de manu flammę: nõ sunt prunę quibus calefiant, nec focus, vt sedeant ad eum. Sic facta sunt tibi in quibuscũque laborauerās: negotiatores tui ab adolescentia tua, vnusquisq; in via sua errauerunt, nõ est qui saluet te.

vel, Fatigata es

fiet illis cum quib' occupata fuisti:

CAPVT XLVIII.

A

In Iudęos hypocritas, noīe qdē in deo gloriātes, factis aũt deũ negātes Iudeorũ gēs obstinata.

AVdite hęc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine domini, & dei Israel recordamini non in veritate neq; in iustitia. De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super deum Israel cõstabiliti sunt dñs exercituũ nomē eius. Priora extunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repente operatus sum, & venerunt. Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ęrea. Prędixi tibi extunc: antequã venirent indicaui tibi, ne fortè diceres, Idola mea fecerũt hęc, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt ista. Quę audisti, vide omnia: vos autem num annuntiastis? Audita feci tibi noua extũc: & cõseruata sunt quę nescis: nunc creata sunt, & nõ extunc: & ante diē, & nõ audisti ea, ne forte dicas, Ecce ego cognoui ea. Neq; audisti, neq; cognouisti, neq; extũc aperta est auris tua. Scio enim quia prępuaricans pręuaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te. Propter nomen meũ longe faciã furorem meũ: & laude mea infrenabo te, ne intereas. Ecce excoxi te, sed nõ q̃si argentũ: elegi te in camino paupertatis. Propter me, pp me faciã, vt non blasphemer: & gloriã meã alteri non dabo. Audi me Iacob, & Israel quem ego voco. Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. Manus quoq; mea fundauit terrã, & dextera mea mensa est cœlos: ego vocabo eos, & stabunt simul. Congregamini oẽs vos, & audite: quis de eis annũtiauit hęc? Dominus dilexit eũ, faciet voluntatẽ suam in Babylone, & brachiũ suum in Chaldęis. Ego ego loquutus sum, & vocaui eũ: adduxi eũ, & directa est via eius. Accedite ad me, & audite hęc: nõ à principio in abscondito loquutus sum: ex tempore antequã fieret, ibi eram, & nunc dominus deus misit me, & spiritus eius. Hęc dicit dominus, redẽptor tuus sanctus Israel, Ego dominus deus tuus docēs te vtilia, gubernans te in via qua ambulas. Vtinam attendisses mãdata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris, & fuisset quasi arena semen tuum, & stirps vteri tui vt lapilli eius: nõ interisset, & non fuisset attritum nomen eius à facie mea. Egredimini de Babylone, fugite à Chaldęis, in voce exultationis annuntiate: auditum facite hoc, & efferte illud vsque ad extrema terrę. Dicite, Redemit dominus seruum suum Iacob. Non sitierunt in deserto, quum educeret eos: aquam de petra produxit eis: & scidit petram, & fluxerunt aquę. Non est pax impijs, dicit dominus.

vel in idi

vel, abscõdita
vel olim:

pp laudē meã continebo me (vel, plagabo irã meã tibi:)
vel purgaui
ex camino afflictionis.
qa quõ pphanaretur: (sub. nomen meũ.)
psperabitur
vel, vt psit,
ambulare te faciens.

B

Expectat nos de' ad pniam, vt glorificetur ob seruatũ populũ.

C

Supra. 41. b
Supra. 41. b
44. a
Isaię xba cõsolantis pplm in captiuitate.

D

Exo. 17. b
Num. 20. b
Infra. 57. d

CAPVT XLIX.

A

Ecclīas ex gẽtib' cõgregatas, sub noīe Insulaꝝ alloqt Xps
Infra. 51. c

B

Christus & salus gẽtiũ.
Supr. 42. b
Act. 13. g

AVdite insulę, & attendite populi delonge. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meę recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladiũ acutum: in vmbra manus suę protexit me, & posuit me sicut sagittam electam. In pharetra sua abscondit me, & dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor. Et ego dixi, Inuacuum laboraui, sine caussa, & vanè fortitudinem meam cõsumpsi: ergo iudiciũ meum cum domino, & opus meũ cum deo meo. Et nunc hęc dicit dominus, formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur: & glorificatus sum in oculis domini, & deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit, Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas.

Desertos Israel vt reducas.

das. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terrę. Hęc dicit dominus redemptor Israel, sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum: Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt propter dominum, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te. Hęc dicit dominus, In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hereditates dissipatas: vt diceres his qui vincti sunt, Exite & his qui in tenebris, Reuelamini. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. Non esurient, neque sitient, & non percutiet eos ęstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum portabit eos Et ponam omnes montes meos in viam, & semitę meę exaltabuntur. Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab aquilone & mari, & isti de terra australi. Laudate cœli & exulta terra, iubilate montes laudem: quia consolatus est dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur. Et dixit Sion, Dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce, in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. Venerunt structores tui: destruentes te & dissipantes à te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Viuo ego, dicit dominus, quia omnibus his, velut ornamento vestieris, & circundabis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta tua, & solitudines tuę & terra ruinę tuę nunc angusta erunt prę habitatoribus, & longe fugabuntur qui absorbebant te. Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuę, Angustus est mihi locus, fac spatium mihi vt habitem. Et dices in corde tuo, Quis genuit mihi istos? Ego sterilis, & non pariens, transmigrata & captiua: & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola: & isti vbi hic erant? Hęc dicit dominus deus, Ecce, leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutritij tui, & reginę nutrices tuę, vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego dominus, super quo non confundentur qui expectant eum. Nunquid tolletur à forti pręda? aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit? Quia hęc dicit dominus, Equidem & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Eos verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur. Et sciet omnis caro quia ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

CAP. L.

HAec dicit dominus, Quis est hic liber repudij matris vestrę, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram: quia veni, & non erat vir: vocaui, & non erat qui audiret. Nunquid abbreuiata & paruula facta est manus mea, vt non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce, in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum: computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti. Induam cœlos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum qui lassus est, verbo. Erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum. Dominus deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus. Dominus deus auxiliator meus, ideò non sum confusus: ideò posui faciem meam, vt petram durissimam, & scio quoniam non confundar.

C Tps aduēt⁹ Chri à deo cōstitutū, vt misereatur populi sui. 2.Cor.6.a Apoc.7.d

D

E Cōqueritur ecclesia se à deo derelictā, quā cōsolat dñs, promittēs gentium multitudinē. F Infra.60.a

G Ecclia obijcit deo vis hostiū: à qbus se eā liberaturū pmittit dñs.

A Iudęi reiecti à deo, q Christū nō recepissent. Potētia dei nō minuit. 5.50.a B Chrs dis⁹. Christi obedientia. Christus cōsput⁹ & alapis cęsus C Mat.16.g Christus innocent, victor.

Migrate. Manifestate vos. locis excelsis scaturigines ducet vel, calcatę erunt (frequentes erunt) Istę obliuiscentur, vel, ligabis appropinqua, vade vltra propter me, vnde sunt vel, vexillum me. captiuitas iusta euadet? Vbi ille est propter iniquitates vestras quare vel, siccare eo quod non sit tpe suo (tēpestiue) loq verbis sitibūdo (lasso) doctis. (vel, peritis.) i. ignominijs

Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi? stemus simul. quis
est ᵃaduersarius meus?ˀ accedat ad me. Ecce dominus deus, auxiliator
meus: quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum D
ᵇconterentur,ˀ tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominum,
audiens vocem serui sui, qui ambulauit in tenebris, & non est lumen
ei: speret in nomine domini, & innitatur super deum suum. Ecce
vos omnes accendentes ignem accincti flammis, ambulate in lumi-
ne ignis vestri, & in flammis quas succendistis: de manu mea factum
est hoc vobis, in doloribus dormietis.

CAPVT LI.

A

AVdite me qui sequimini quod iustum est, & quęritis dominum.
Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua
pręcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram
quę peperit vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multipli-
caui eũ. Consolabitur ergo dominus Sion, & consolabitur omnes rui-
nas eius: & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius
quasi ortum domini. Gaudium & lętitia inuenietur in ea, gratiarũ B
actio, & vox laudis. Attendite ad me populę meus, & ᶜtribusˀ mea
me audite: quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorũ
requiescet. Prope est iustus meus, egressus est saluator meus, & bra-
chia mea populos iudicabunt: me insulę expectabunt, & brachium
meum ᵈsustinebunt.ˀ Leuate in cœlum oculos vestros, & videte sub
terra deorsum: quia cœli sicut fumus liquescent, & terra sicut vesti-
mentum atteretur, & habitatores eius sicut hęc interibunt: Salus au-
tem mea in sempiternum erit, & iustitia mea nõ deficiet. Audite me
qui scitis ᵉiustum,ˀ populus meus lex mea in corde eorũ: nolite time-
re opprobriũ hominum, & blasphemias eorũ ne metuatis. Sicut enim ve- C
stimentũ, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos ti-
nea: Salus aũt mea in sempiternũ erit, & iustitia mea in generationes
generationũ. Consurge, cõsurge, induere fortitudinem brachium do-
mini: consurge sicut in diebus antiquis, ᶠin generationibus seculo-
rum.ˀ Nunquid non tu percussisti ᵍsuperbum,ˀ vulnerasti ʰdraco-
nem?ˀ Nunquid non tu siccasti mare aquam abyssi vehementis: qui D
posuisti profundũ maris viam, vt transirent liberati? Et nunc qui re-
dempti sunt à domino, reuertentur, & venient in Sion laudãtes, & lęti-
tia sempiterna super capita eorũ, gaudiũ & lętitiã tenebunt, fugiet do-
lor & gemitus. Ego egoipse consolabor vos. quis tu vt timeres ab ho-
mine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnũ ita arescet? Et obli-
tus es domini factoris tui, qui tetendit cœlos, & fundauit terram: & for-
midasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & para- E
uerat ad perdendũ: vbi nunc est furor tribulantis? ⁱCito veniet gra-
diens ad aperiendũ, & non interficiet vsq; ad internecionem, nec defi-
ciet panis eius.ˀ Ego aũt sum dominus deus tuus, qui conturbo ma-
re, & intumescunt fluctus eius, Dominus exercituum nomen meum.
Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meę protexi te, vt
plantes cœlos, & fundes terram: & dicas ad Sion, Populus meus es F
tu. Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, quę bibisti de manu domi-
ni calicem irę eius: vsq; ad fundũ calicis soporis bibisti, & potasti vsq;
ad feces. Nõ est qui sustentet eam ex omnibus filijs quos genuit: & nõ
est qui apprehendat manum eius ex omnibus filijs quos enutriuit.
Duo sunt quę occurrerunt tibi: quis contristabitur super te? vastitas
& contritio, & fames & gladius, ᵏquis consolabiturˀ te? Filij tui pro-
iecti sunt, dormierunt in capite omnium viarũ, sicut ˡoryxˀ illa quęa- G
tus: pleni indignatione dñi, increpatione dei tui. Idcirco audi ᵐhoc
ⁿpaupercula,ˀ & ebria nõ à vino. Hęc dicit dominator tuus dñs, & deus
tuus, ᵒq pugnauit pro pplo suo,ˀ Ecce tuli de manu tua calicẽ sopo-
ris, fundũ calicis indignationis meę, nõ adijcies vt bibas illum vltrà.

ᵃ vel, qui habet ius in me?
ᵇ veterascent,
ᶜ vel, gens
ᵈ expectabunt.
ᵉ iustitiam,
ᶠ vel, & tẽporibus pręteritis.
ᵍ Rahab, (.i. Aegypti:)
ʰ .i. Pharaonẽ
ⁱ Accelerauit incarceratus vt soluerẽ, & nõ est mortuus in fouea, nec passus est defectũ in cibo suo. (legit & in futuro Accelerabit &c.)
ᵏ Iq̃ cõsolabor
ˡ bos syluestris
ᵐ nũc (obsecro)
ⁿ vel, afflicta,
ᵒ qui iudicabit populũ suũ,

Inimicis Chri pręcipitibus, venia promittitur.
Fideles adhortat deus ad fidẽ & patientiã exemplo Abrahę, qui putat se desertos.
Chri expectatio gentiũ.
Psal. 36. c
Aufert timorẽ humanũ a fidelibus.
Exod. 14. e
Supra. 49. a
Docet ĩ quã miseria agat Ierlm, p̃ dicturus beneficiũ liberatiõis eius.
Supra. 47. b

Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerũt, & dixerũt ani mę tuę, Incuruare, vt transeamus: & posuisti vt terrã corpus tuum, & quasi viam transeuntibus. | tribulauerũt, (depopulauerunt.)

CAP. LII.

A Finẽ tribulationis prenũtiat à falsis doctoribus & prophetis sicut olim à capti. Babyl. Gene. 46. a Ro. 2. d B Iere. 36. e De pdicatoribus missis ad euãgelizãdũ. Ro. 10. c C Naum. 1. d La ob remissionẽ p xpm. Psal. 97. a Opa, post fidẽ in Chrm. 2. Co. 6. d D De Chri passione & glorificatione. Roma. 15. e

Consurge, cõsurge, induere fortitudine tua Sion: induere vestimẽtis glorię tuę Ierusalem ciuitas sancti, quia nõ adijciet vltrà vt pertranseat per te incircuncisus & immũdus. Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem: solue vincula colli tui captiua filia Sion: quia hęc dicit dominus, Gratis venũdati estis, & sine argento redimemini. Quia hęc dicit dominus deus, In Aegyptum descẽdit populus meus in principio, vt colonus esset ibi: & Assur absq; vlla caussa calũniatus est eum. Et nũc quid mihi est hic, dicit dominus: quoniã ablatus est populus meus gratis: Dominatores eius inique agũt, dicit dominus: & iugiter tota die nomẽ meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomẽ meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Quàm pulchri super montes pedes annũtiantis & pręedicantis pacem: annuntiantis bonũ, pręedicantis salutem, dicẽtis Sion, Regnabit deus tuus. Vox speculatorũ tuorum, leuauerũt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt quum cõuerterit dominus Sion. Gaudete & laudate simul deserta Ierusalem: quia cõsolatus est dñs populũ suum, redemit Ierusalem. Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium: & videbunt omnes fines terrę salutare dei nostri. Recedite, recedite, exite inde, pollutũ nolite tangere: exite de medio eius, mũdamini qui fertis vasa dñi. Quoniã nõ in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: pręcedet enim vos dominus, & cõgregabit vos deus Israel. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Sicut obstupuerũt super te multi: sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominũ. Iste asperget gentes multas, super ipsum cõtinebunt reges os suum: quia quibus non est narratum de eo, viderũt: & qui non audierũt, contemplati sunt.

| .i. quid cõtra eos agere debeo? | vlulare fecerunt eum, | vel, spernit. | Denudauit | festinatione | deformior est aspectus ei quàm aliorũ hominũ: & forma eius deformior quàm filiorũ hominum.) | Sic (vel, Verè) | claudent | intellexerũt. | ascendit

CAP. LIII.

A Qd non oẽs obediãt euangelio. Ioan. 12. f Ro. 10. d B Afflictio xpi pro pctõrum nostrorũ satisfactione. Mat. 9. b Mat. 8. e C 1. Pet. 2. d 1. Cor. 15. a Oẽs pctõres: oĩbus Christo opus. Mat. 26. f Iere. 11. d Act. 8. f D Christi innocentia. 1. Pet. 2. d 1. Ioan. 3. a Iustitia nr̃a Christus. Mat. 15. e Luc. 22. d

Quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatũ est? Et ascẽdet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neq; decor: & vidimus eum, & nõ erat aspectus, & desyderauimus eum: Despectum, & nouissimum virorum, virũ dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi abscõditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. Verè lãguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos reputauimus eũ quasi leprosum, & percussum à deo & humiliatũ. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostrę super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit: & posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet, & non aperiet os suũ. De angustia & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua: eò quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Et dominus voluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longęuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispartiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorũ tulit, & pro transgressoribus rogauit.

| forma q facere vt desyderaremus eum: | Despect & c. in noĩatiuo. | & auertebamus facies nostras ab eo, adeo erat | plaga | correctio super eũ vt nos haberemus pacẽ, | Oppressus est & afflictus, | Et dedit cum impijs sepulturã ei, & cũ diuite inter mortuos suos: quàuis .i. sepultus est sic impij & mortuus sicut diuites, quàuis &c.) | vel, expiatione peccati | per manum | magnã multitudinẽ dabo ei pro spolijs, & fortes erunt ei pro pręda.

CAP. LIIII.

Lauda sterilis quę non paris: decanta laudem & hinni quę nō pariebas: quoniam multi filij desertę magis quàm eius quę habebat virum, dicit dominus. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim, & ad leuam [a]penetrabis: & semen tuum gentes hęreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. Noli timere, quia non confunderis, neque erubesces: non enim te pudebit. quia confusionis adolescentię tuę obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuę non recordaberis amplius. Quia [b]dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen eius: & redemptor tuus sanctus Israel, Deus omnis terrę vocabitur. Quia vt mulierem derelictā, & mœrentem spiritu vocauit te dominus, & vxorem [c]ab adolescentia abiectam, dixit deus tuus. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redemptor tuus dominus. Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui ne inducerem aquas Noe vltrà supra terrā: sic iuraui vt non irascar tibi, & non increpem te. Montes enim commouebuntur, & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meę non mouebitur: dixit miserator tuus dominus. Paupercula tempestate conuulsa, absq; vlla consolatione, Ecce ego [d]sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam [e]iaspidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desyderabiles: vniuersos filios tuos doctos à domino: & multitudinem pacis filijs tuis. Et in iustitia fundaberis: [f]recede procul à calumnia, quia non timebis: & à pauore, quià non appropinquabit tibi. Ecce, accola [g]veniet, qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi. Ecce, ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creaui interfectorem ad disperdendū. Omne vas quod fictum est contra te, non [h]dirigetur: & omnem linguam resistentem tibi in iudicio, iudicabis. Hęc est hęreditas seruorum domini, & iustitia eorum apud me, dicit dominus.

CAP. LV.

Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentū, properate, emite & comedite: venite, emite absq; argento, & absque vlla commutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum [i]non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternū, misericordias Dauid fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac pręceptorem gentibus. Ecce, gentem quam nesciebas, vocabis: & gentes quę te non cognouerunt, ad te current [k]propter dominum deum tuum, & sanctum Israel: quia glorificauit te. Quęrite dominū dum [l]inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius, & ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meę cogitationes vestrę: neq; vię vestrę, vię meę, dicit dominus. Quia sicut exaltantur cœli à terra, sic [m]exaltatę sunt vię meę à vijs vestris, & cogitationes meę à cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltrà non reuertitur, sed inebriat terram & [n]infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quęcunq; volui, & prosperabitur in his ad quę misi illud. Quia in lętitia egrediemini, & in pace deducemini; montes & colles cantabunt coram

[a] dilatabis te:
[b] maritus tuus
[c] adolescētiarū (vel, iuuēculā)
[d] iaciam funda menta tua lapides tui erūt carbunculi.
[e] ex crystallo fenestras tuas:
carbunculi.
[f] vel, lōge eris
habitabit absque me: q habitat tecū, sup te cadet. aut, cōgregando cōgregabit se ad pugnam, qsqs fuerit q cōgregauerit se tecum, cadet.
[h] prosperabit:
[i] .i. pro re quę non est panis, & tamē panem esse putatis.
[k] per
[l] inuenit ipse,
[m] altiores sunt
[n] generare facit

A
Plures ex gētibus christo credentes q̄ ex Iudęis.
B
Luc. 23. d
Gala. 4. d
Promissionē suā de regno Christi cōfirmat deus, ne qd timeam.
C
Luc. 1. e
Gen. 9. b
Consolatio q̄ magnificentia, securitas, & fœlicitas
D
Fœlicitas regni Christi. docetur.
Christiani à deo docti.
Ioan. 6. e
E
A
Exhortat ad auditū verbi domini.
Eccli. 51. d
Actu. 13. e
B
Pœnitentia.
Misericordia.
C
Verbum dei prędicatū fructificans.
Lętitia.
D

vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Pro ᵃsaliunᵇ ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus: & erit ᶜdominus nominatus in signum ęternũ, quod non auferetur.

ᵃ rubo (vel, ꝑlna alba)
ᶜ dn̄o i nomẽ, (vel, gloriam)

CAP. LVI.

A Adhortatur ad iudiciũ & iustitiã & sabbathismum. Sapien. 1.a

HAec dicit dominus, Custodite iudicium & facite iustitiam: quia iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet istud: custodiens sabbathũ ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum. Et non dicat filius aduenę, Qui adhęret domino dicens, Separatione diuidet me dominus à populo suo. Et non dicat eunuchus, Ecce ego lignum aridum. Quia hęc dicit dominus eunuchis, Qui custodierint sabbatha mea, & elegerint quę ego volui, & tenuerint fœdus meum: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locuz, & nomen melius ᵃà filijsᵇ & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Et filios aduenę qui adhęrent domino vt colant eum, & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos: omnem custodientem sabbathũ ne polluat illud, & tenentem fœdus meum: Adducam eos in montez sanctum meum, & lętificabo eos in domo orationis meę: holocausta eorum, & victimę eorum placebunt mihi super altari meo: quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis. Ait dominus deus qui congregat dispersos Israel, Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. Omnes bestię agri venite ad deuorandum, vniuersę bestię saltus. Speculatores eius cęci omnes, nescierunt vniuersi: canes muti non valentes lattare, ᵃvidentes vana,ᵇ dormientes & amantes ᵃsomnia.ᵇ Et canes ᵃimpudentissimiᵇ nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisq; ad auaritiam suam, à summo ᵃvsq; ad nouissimuz.ᵇ Venite, sumamus vinum, & impleamus ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

B Cõsolatur ꝓpheta ꝓselytos, q in numero Iudęorũ recepti, desperabãt se C saluatũ iri, qa no de semine Abrahę erãt. Matth. 18.b Mar. 11.c

D Luc. 19.g Inuehitur in episcopoꝝ impietatem. Iere. 6.c Sapien. .b

ᵃ vel, q̃ filijs
ᵇ do mitãtes, iacentes,
ᵃ dormitationem.
ᵇ fortes animo
ᵇ eius.

CAP. LVII.

A Iustorũ finis incognitus. Pax eorum & requies. Impij vocantur ad iudiciũ, qbus multa scelera obijciuntur. B

IVstus perit, & non est qui recogitet in corde suo: & viri misericordię colliguntur, ᵃquia non est qui intelligat: à facie enim malitię collectus est iustus.ᵇ Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua. Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteri, & fornicarię. ᵃSuper quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? nunquid non vos filij scelesti, semen mendax? qui ᵃconsolamini inᵇ dijs subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus subter eminentes petras? In ᵃpartibus torrentis pars tua, hęc est sors tua: & ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium. nunquid super his ᵃnon indignabor?ᵇ Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, vt immolares hostias. Et post ostium, & retro postem posuisti ᵃmemorialeᵇ tuum: quia iuxta me discooperuisti, & ᵃsuscepisti adulterum:ᵇ dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus: dilexisti stratum eorũ ᵃmanu aperta.ᵇ ᵃEt ornasti te regio vnguento,ᵇ & multiplicasti pigmenta tua: Misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsq; ad inferos. In multitudine vię tuę laborasti: nec dixisti, ᵃQuiescam.ᵇ ᵃVitaz manus tuęᵇ inuenisti, propterea non ᵃrogasti.ᵇ Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neq; cogitasti in corde tuo? ᵃquia ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es.ᵇ Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. Quum clamaueris, liberent te cõgregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet ᵃaura.ᵇ Qui autem fiduciam habet mei, hęreditabit terrã, & possidebit montem sanctum meũ Et ᵃdicam,ᵇ Viam facite, prębete iter, ᵃdeclinate de semita,ᵇ auferte offendicula de via populi mei. Quia hęc dicit excelsus, & sublimis habitans ęternitatem: & sanctũ nomen eius in excelso & in sancto habitans, & cum cõtrito & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium, vt viuificet cor contritorum. Non

C Sperantib' in domino, vitę ęternę hęreditas ꝓmittit.

ᵃ & nemo est q aduertat q̃ iustus ꝓpter afflictione perit. Alij sic, & nemo est qui aduertat q̃ ꝓpter malũ, sub mũdo venturũ, cõgregatur iust' ad pãtres suos
ᵃ Sup quo oblectamini?
ᵃ coitus cum lapidibus lenibus
ᵃ consolationẽ accipiam?
ᵃ thymiama
ᵃ ascendisti excelsa:
ᵃ in loco quez vidisti.
ᵃ Et ꝑfecta es cũ oleo ad regem,
ᵃ Tędio mihi è
ᵃ vel, Requies virium tuarũ
ᵃ ęgrotasti: lassata es.
ᵃ an nõ ego sũ tacerẽ, & tu nõ timeres me?
ᵃ vanitas,
ᵃ dicet,
ᵃ mũdate viã,

enim in sempiternum litigabo, neq; vsq; ad finem irascar: quia spiri- D
tus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Propter iniquitatem Quare ma-
auaritię eius iratus sum, & percussi eum: abscondi, & indignatus sum: & li percussi.
abijt vagus in via cordis sui. Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi
eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius. Cre ui fructum
labiorum pacem, pacem ei qui longe est & qui prope, dixit dominus,
& sanaui eum. Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere nó po
test, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Non est pax Supr. 48. d
impijs, dicit dominus deus.

In seculum · induet sub. corpus vel hominem, · vel, rebellis · .i. faciam vt annuntietur pax pax

CAP. LVIII.

Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annútia populo A
meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de Instigat p-
die in diem quęrunt, & scire vias meas volunt: quasi gens quę iustitiá dicatores vt
fecerit, & iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitię, libere hypo
& appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus, & non aspexisti: hu crisim hu-
miliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce, in die ieiunij vestri inue- mano ope-
nitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce, ad li rum redar-
tes, & ad cótentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiu- B guant.
nare sicut vsq; ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Nú- Murmurát
quid tale est ieiuniú quod elegi, per diem affligere hominem animam hypocritę.
suam? nunquid cótorquere quasi circulú caput suum, & saccum & cine Ieiuniú im
rem sternere? nunquid istud vocabis ieiuniú, & diem acceptabilem dño? pioru, & Ie-
Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes im- iuniú dei.
pietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt Zacha. 7. b
liberos, & omne onus dirúpe. Frange esurienti panem tuú, & egenos C
vagosq; induc in domú tuam. Quú videris nudum, operi eum, & car Eze. 18. b
nem tuam ne despexeris. Tunc erúpet quasi mane lumen tuum, & sa Mat. 25. c
nitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria do
mini colliget te. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet te: clamabis, & di
cet, Ecce adsum. si abstuleris de medio tui catená, & desieris extendere
digitum, & loqui quod non prodest, Quum effuderis esurienti animá
tuam, & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tene
brę tuę erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit dñs semper, & im-
plebit splen doribus animam tuam, & ossa tua liberabit. Et eris quasi D
hortus irriguus, & sicut fons aquarú, cuius non deficient aquę. Et ędifi-
cabuntur in te deserta seculorú: fundamenta generationis & genera
tionis suscitabis: & vocaberis Aedificator sepium, auertens semitas in
quieté. Si auerteris à sabbatho pedem tuú, facere volútatem tuá in
die sancto meo, & vocaberis sabbathú delicatum, & sanctum dñi glorio-
sum, & glorificaueris eú dum non facis vias tuas, & nó inuenietur volú Sabbathu
tas tua vt loquaris sermonem: túc delectaberis super domino, & sustol- dei.
lam te super altitudines terrę, & cibabo te hęreditate Iacob patris tui.
Os enim domini loquutum est.

Inuenietis qđ vultis. Alij, manent studia vestra eadem, Alij, voluptatem capitis, pecunias vestras exigere,) · pecunias vestras · vel, vt curuet sicut iugum · iugi, · depressi · Nonne · à carne tua non abscódas te. · aurora · iugum, · vel, vana, · ducet te · satiabit siccitatibus · impiguabit, · à te · inueterata: · Cópactor rupę sepis, & instaurator semitarú ad habitandum. · vt nó facias.

CAP. LIX. A

Ecce, non est abbreuiata manus dñi vt saluare nequeat, neq; aggra- Nra culpa
uata est auris eius vt nó exaudiat: sed iniqtates vestrę diuiserút in- fit vt neq;
ter vos & deú vestrú, & peccata vestra absconderút faciem eius à vobis saluet nos
ne exaudiret. Manus.n. vestrę pollutę sunt sanguine, & digiti vestri ini dñs, neque
quitate: labia vestra loquuta sunt mendaciú, & lingua vestra iniquitaté exaudiat.
fatur. Nó est qui inuocet iustitiá, neq; est qui iudicet veré: sed cófidunt Nume. 11. c
in nihili, & loquútur vanitates: cóceperunt laboré, & pepererút iniqui- Supra. 50. a
tatem. Oua aspidú ruperunt, & telas araneę texuerút: qui comederit de Iniquitates
ouis eorú, morietur: & qđ cófotú est, erúpet in regulú. Telę eorum nó nras recen-
erunt in vestimentú, neq; operientur operibus suis: opera eorum opera set ppheta.
inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorú. Pedes eorú ad malú cur- B .T.1.d
runt, & festinát vt effundant sanguiné innocenté. Cogitationes eorú co Iob. 15. d
gitationes inutiles: vastitas & cótritio in vijs eorú. Viá pacis nescierút, Prouer. 1. b
& non est iudicium in gressibus eorum. Semitę eorú incuruatę sunt eis: Roma. 3. c

· peruersitaté, · vel, fractum

Peccata ca/ omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. Propter hoc elongatum est iu
ussa sunt ex diciú à nobis, & non apprehendet nos iustitia: expectauimus lucē, & ec
cęcationis ce tenebrę: splendorem, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut
nostrę. cęci, parietem, & quasi absq; oculis attrectauimus: impegimus meri/
die quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. 'Rugiemus' quasi ' Clamauimus
C vrsi omnes, & quasi colūbę 'meditantes gememus.) Expectauimus iu/ ' gemendo
dicium, & non est: salutem, & elongata est à nobis. Multiplicatę sunt
enim iniquitates nostrę corā te, & peccata nostra 'responderūt nobis.' ' accusant nos.
quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus, 'pec ' vel, qd a dño
care & mentiri ɔtra dominum:) & auersi sumus ne iremus post tergū ' ōfecimus, & qd
dei nostri, vt loqueremur calumniā & trangressionem: concepimus, & negauim' cū:
Mūdo īpie- loquuti sumus de corda verba mendacij. Et conuersum est retrorsum
tatibus abū iudicium, & iustitia 'longe' stetit: quia 'corruit' in platea veritas, & ' a longe
dante, me/ ęquitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuionem: & qui ' impegit
mor miseri recessit à malo, prędę patuit. Et vidit dominus, & malum apparuit in
cordię suę oculis eius, quia non est iudicium. Et vidit quia non est vir: & 'aporia ' admiratus
deus, parcit. tus' est, quia non est qui 'occurrat:' ' & saluauit sibi brachium suum, & ' intercedat &
D iustitia eius ipsa confirmauit eum.' Indutus est iustitia vt lorica, & ga agat cām eor:
Ephe. 6. c lea salutis in capite eius. Indutus est vestimentis vltionis, & opertus ' cui auxiliare/
1. Thes. 5. b est quasi pallio zeli. Sicut ad vindictā quasi ad retributionem indigna tur brachiū ei'
tionis hostibus suis, & 'vicissitudinem' inimicis suis: insulis vicem & quem sustine
reddet. Et timebunt qui ab occidente, nomen domini: & qui ab ortu so ret iustitia ei'.
lis, gloriam eius: quū venerit quasi fluuius 'violentus,' quē spiritus ' retributionē
domini cogit, & venerit *Sion redemptor, & eius qui redeunt ab ini/ ' vel, hostis.
quitate in Iacob, dicit dominus. Hoc fœdus meum cū 'eis,' dicit do/ * ad
Rom. 11. d minus, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quę posui in ore tuo, ' vel, ad eos
Verbū dei i nō recedēt de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis
ore ecclesię. tui, dicit dñs à modo & vsque in sempiternum. CAP. LX.

A SVrge, illuminare 'Ierusalem:' quia venit lumen tuū, & gloria do
Sermo ad mini super te orta est. Quia ecce tenebrę operient terrā, & caligo po
ecclesiā q̄ p pulos: super te aūt orietur dominus, & gloria eius in te videbitur. Et
pdicationē ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Le/
euangelij in ua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti ɔgregati sunt, venerunt
toto orbe tibi. Filij tui delonge venient, & filię tuę 'de látere surgent,' Tunc vi ' iuxta latus nu
cōgregat, & debis & ' afflues,' & 'mirabitur' & dilatabitur cor tuū, quādo conuersa trient .(LXX.
oībus bonis fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiū venerit tibi. 'Inunda super humeros
abūdare in tio' camelorū operiet te, dromedarij Madian, & Epha: omnes de Saba portabunt. Ve
cipit. venient. aurum & thus deferentes, & laudem domino annuntiantes. tera qdā exem/
Supra. 49. c Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabūt plária legūt sa
B tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meę gēt ꝑ surgent)
glorificabo. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbę ad fe ' illuminabe/
nestras suas? Me enim insulę expectabunt, & naues maris in principio, ris.
vt 'adducam' filios tuos delonge: argentum eorum, & aurum eorū ' timebit
cum eis nomini domini dei tui, & sancto Israel, quia glorificauit te.' Multitudo
Et ędificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum mini/ ' adducant
Apoc. 21. g strabunt tibi. In idignatione enī mea percussi te, & in 'reconciliatio/ ' voluntate
ne' mea misertus sum tui. Et aperientur portę tuę iugiter: die ac no/
cte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, & reges ea/
rum adducantur. Gens enim & regnum quod non seruierit tibi, peri/
C bit, & gentes 'solitudine' vastabuntur. Gloria Libani ad te veniet: ' vastando
abies & buxus & pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis
meę, & locum pedum meorum glorificabo. Et venient ad te 'curui' fi ' demissi
lij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorū
omnes qui 'detrahebant tibi,' & vocabunt te Ciuitatem domini, Sion ' spernebāt te.
Docet cōpa sancti Israel. Pro eo quòd fuisti derelicta & odio habita, & non erat ' gloriam per/
ratione ma qui per te transiret, ponam te in 'superbiam seculorum,' gaudium in petuam.

generationem & generationem. Et suges lac gentium, & mamilla regum lactaberis: & scies qa ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Pro ęre afferam aurū, & pro ferro afferam argentum: & pro lignis ęs, & pro lapidibus ferrū. Et ponā ᵃvisitationē tuaȝᵃ paceȝ, & prępositos tuos iustitiaȝ. Non audietur vltrà ᵇiniquitasᵇ in terra tua, vastitas & ꝯtritio in terminis tuis, & ᶜoccupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Nō erit tibi amplius sol ad lucendū per diē, nec splendor lunę illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucē sempiternā, & deus tuus in gloriam tuā. Non occidet vltrà sol tuus, & luna tua nō ᵈminuetur: qa erit tibi dominus in lucem sempiternā, & cōplebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuū hęreditabunt terram, ᵉgermenᵉ plantationis meę, opus manus meę ᶠad glorificandū. ᵍMinimusᵍ erit in mille, & paruulus in genteȝ fortissimā: Ego dominus in tēpore eius subito faciā istud. CAP LXI.

SPiritus domini super me, eò quòd vnxerit dominus me: ad annuntiandū mansuetis misit me, vt mederer cōtritis corde, & pręcidicareȝ captiuis ᵃindulgentiā, & clausis apertionem: Vt prędicarem annuȝ ᵇplacabilemᵇ domino, & diem vltionis deo nostro: vt ꝯsolarer omnes lugentes: Vt ᶜponeremᶜ lugentibus Sion, & darē eis ᵈcoronāᵈ pro cinere, oleū gaudij pro luctu, palliuȝ laudis pro spiritu mœroris: & vocabuntur ᵉin ea fortesᵉ iustitię, plantatio domini ᶠad glorificandū. Et ędificabunt deserta ᵍà seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, ʰdissipatas in generationē & generationeȝ.

Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra: & filij peregrinoꝝ, agricolę & vinitores vestri erunt. Vos autē sacerdotes domini vocabimini: Ministri dei nostri, dicetur vobis: ⁱfortitudinēⁱ gentium comedetis, & in gloria earū ᵏsuperbietis. Pro confusione vestra ˡduplici & rubore laudabunt partē eoꝝ: propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lętitia sempiterna erit eis. Quia ego dominus diligens iudicium, odio habens rapinā in holocaustum: & dabo opus eorū in veritate, & fœdus perpetuū feriā eis. Et scietur in gentibus semen eoꝝ, & germen eoꝝ in medio populorū: oēs qui viderint eos, cognoscent illos, qa isti sunt semen cui benedixit dñs. Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo: qa induit me vestimentis salutis: & indumento iustitię circundedit me, ᵐquasi sponsum decoratuȝ corona, & quasi spōsam ornatā monilibus suis. Sicut enī terra pfert germen suū, & sicut hortus semen suum germinat: sic dominus deus germinabit iustitiā, & laudē corā vniuersis gētibus. CAP. LXII.

PRopter Sion non tacebo, & propter Ierusalē non quiescā, donec egrediatur vt splendor ᵃiustusᵃ eius, & ᵇsaluatorᵇ eius vt lampas accendatur. Et videbunt gentes ᶜiustū tuū, & cuncti reges ᵈinclytum tuū: & vocabitur tibi nomen nouū, quod os domini ᵉnominabit. Et eris corona glorię in manu domini, & diadema regni ī manu dei tui. Non vocaberis vltrà Derelicta: & terra tua non vocabitur amplius Desolata: sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata. qa complacuit domino in te: & terra tua inhabitabitur. Habitabit enim iuuenis cū virgine, & habitabunt in te filij tui. Et ᶠgaudebitᶠ sponsus super sponsam, ᵍ& gaudebitᵍ super te deus tuus. Super muros tuos, Ierusalem, ꝯstitui custodes: tota die & tota nocte perpetuo nō tacebunt: Qui reminiscimini domini, ne taceatis, & ne detis silentiū ei, donec stabiliat, & donec ponat Ierl'm laudē in terra. Iurauit dominus: in dextera sua, & in brachio fortitudinis suę, Si dedero triticum tuum vltrà cibum inimicis tuis: & si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti. Quia qui congregabunt illud, comedent, & laudabunt dominum: & qui ʰcōportantʰ illud, bibent in atrijs quod sanctis meis. Transite, trāsite per portas, pr. parate viā populo, planū minister.

ᵃ vel, tributum tuū (aut, pfectus tuis qui capiūt a te tributa)
ᵇ rapina
ᶜ Chald. liter p. euenient redemptiones muro tuo, & sup portis tuis erunt laudantes.
ᵈ vel, deficiet:
ᵉ vel, virgultū
ᶠ vt glorificer.
ᵍ vel, Parua familia

ᵃ vel, libertatē,
ᵇ vel, beneplacitum
ᶜ ordinarem
ᵈ gloriam
ᵉ arbores
ᶠ vt glorificer.
ᵍ antiqua,
ʰ & qd desertuȝ est a gñone
ⁱ vel, opus
ᵏ exaltabimini.
ˡ duplicia recipietis & p ignominia laudabūt ī agris suis (Quidam vertūt, p ingēti cōfusione & ignominia vrā exultabūt sortē suā vobiscū habere cōmunem.)
ᵐ LXX, sicut spōso circundedit mihi mitrā & quasi spōsaȝ ornauit me mūdo.

ᵃ iustitia
ᵇ salus
ᶜ iustitiā tuam,
ᵈ gloriam tuā:
ᵉ declarabit.
ᶠ sicut lętatur
ᵍ sic & lętabit
ʰ congregant

lōruȝ q̄ passa est ecclia, quā ea bōa sit habitura annūtiato euangelio.
D
Apoc. 21. g 22. a
Sol.
Luna.
A
Chřs siue vnctus missus ad prędicationē euangelij.
Luc. 4. c
B
Ministri xbi ēt ex gētibus.
C
Sacerdotes doctores.
Profectus populi, gaudiū ministrorum verbi.
D
Exultatio ecclesię in spē pmissionum dei lętantis.
A
Prophetanď cessat pp impios a pdicādo Christo venturo.
B
Ecclię nomē nouū, in q̄ oīs voluntas fit. Ecclesia pilecta a deo.
C
Episcopi & ministri vigilant s i xbo
Fructus xbi.

D facite iter, e [p]eligite lapides, & eleuate signū ad populos. Ecce domi [p] remouete
Chri aduēt. nus auditū fecit in extremis terrę, dicitę filię Sion, Ecce saluator tuus
Mat. 21. a venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Et vocabunt
Zacha. 9. b eos Populus sanctus, redempti à domino. Tu autē vocaberis, Quę- [a] rubeis
sita ciuitas, & non Derelicta.

CAP. LXIII.

[b] ōmigrare (vl, ꝓficisci) faciēs (sub. Israelē ex oībus locis in quę dispsus ē)

A Prophetaad mirať Chrm sāguinolētū. Apoc. 19. c Chrus respō det se sangui ne inimicoꝝ aspsuꝫ, quos solus vicit.

QVis est iste qui venit de Edom, [a] tinctis vestibus de Bosra, iste for
mosus in stola sua [b] gradiens in multitudine fortitudinis suę?
Ego qui loquor iustitiam, & [c] propugnator sum ad saluandū. Qua-
re [d] ergo rubrū est indumentum tuum, e vestimenta tua sicut calcan
tium in torculari? Torcular calcaui solus, e de gentibus non est [e] vir [e] magnus
mecum: calcaui eos in furore meo, e conculcaui eos in ira mea: e asper- [f] quisquam
sus est sanguis eoꝝ super vestimenta mea, & omnia indumenta mea [g] admiratus sū
inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis [h] fulciret
meę venit. Circūspexi, & nō erat auxiliator: [g] quęsiui, & non fuit qui [i] iuuit me
[h] adiuuaret: & [i] saluauit mihi brachiū meum, e indignatio mea ipsa [k] potentiam
auxiliata est mihi. Et cōculcaui populos in furore meo, & inebriaui [l] misericordiā

B. Propheta cō memorat be neficia dei er ga Iersm.

eos in indignatione mea, e detraxi in terrā [k] virtutem eoꝝ. Misera [m] Vere
tionum dñi recordabor, laudem domini super oībus quę reddidit no [n] q nō mētiē z
bis dñs, & super multitudinem bonoꝝ domui Israel, quę largitus est [o] anxiebať eū
eis secundū [l] indulgentiā suam, & s̄m multitudinem misericordiaꝝ ipse,
suaꝝ. Et dixit, [m] Veruntamen populus meus est filij [n] nō negantes: e [p] q corā ipso ē,
factus est eis saluator. In omni tribulatione eoruꝫ [o] nō est tribulatus, [q] gestauit
& angelus [p] faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, e in indulgētia [r] antiquorū in
sua ipse redemit eos, & portauit eos, & [q] eleuauit eos cunctis diebus qb [s] misit Moy
C seculi. Ipsi aūt ad iracundiā prouocauerunt, & afflixerunt spiritū san sen pplo suo:
ctum eius: & ꝯuersus est eis in inimicum, e ipse debellauit eos. Et re- [t] pastore
Exod. 14. e cordatus est dierum [r] seculi Moysi populi sui: Vbi est qui eduxit eos [u] sāctitatis suę
de mari cum [s] pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius (vel, sanctum
spiritum [t] sancti sui? Qui duxit ad dexteram Moysen brachio maie- suum?)
statis suę: qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternū: [x] duxisti (dire
qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto nō impingentem. xisti)
tum, & vnaquęq; proximã suam planctũ: quia ascendit mors per fene
stras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos de foris,
iuuenes de plateis. Loquere, Hęc dicit dominus, Et cadet morticinum
hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi [a]fœnũ post ter-
gum metentis, & nõ est qui colligat. Hęc dicit dominus, Non glorie-
tur sapiens in sapientia sua, & nõ glorietur fortis in fortitudine sua, &
G nõ glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur,
scire & nosse me quia ego sum dominus qui facio misericordiã & iudi
cium & iustitiã in terra. hęc enim placẽt mihi, ait dominus. Ecce dies
venient, dicit dominus: & visitabo super omnem qui circũcisum ha-
bet preputium, super Aegyptũ, & super Iudã, & super Edom, & super
filios Ammon, & super Moab, & super omnes [b]qui attonsi sunt in co
mam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent preputium,
omnis autẽ domus Israel incircũcisi sunt corde. CAP. X.

A Vdite verbum quod loquutus est dñs super vos domus Israel.
A Hęc dicit dominus, Iuxta vias gentium nolite discere: & à signis
cœli nolite metuere, quę timent gentes: quia leges populorum vanę
sunt: quia lignum de saltu pręcidit opus manus artificis in ascia. Ar-
gento & auro decorauit illud: clauis & malleis cõpegit, vt nõ [c]dissol-
uatur. In similitudinem palmę fabricata sunt, & nõ loquentur: por-
tata tollentur, quia incedere nõ valent. Nolite ergo timere ea, quia
nec male possunt facere nec bene. Non est similis tui dñe: magnus es
tu, & magnũ nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te o rex
gentium? [d]Tuũ est enim decus. Inter cunctos sapientes gentiũ, & in
B vniuersis regnis eorũ nullus est similis tui. Pariter insipientes & fatui
[e]probabũtur: doctrina vanitatis eorũ lignum est. Argentũ [f]inuolu
tum, de Tharsis affertur, & aurum de Ophaz: opus artificis, & manus
ęrarij: hyacinthus & purpura indumentũ eorum, opus [g]artificũ vni-
uersa hęc. Dominus autẽ deus verus est: ipse deus viuens, & rex sempi
ternus. Ab indignatione eius cõmouebitur terra: & non sustinebunt
gentes cõminationẽ eius. Sic ergo dicetis eis, Dij qui cœlos & terram
non fecerũt, pereãt de terra & de his quę sub cœlo sunt. Qui facit terrã
in fortitudine sua, [h]pręparat orbẽ in sapiẽtia sua, & prudẽtia sua extẽ
dit cœlos. Ad vocẽ suã dat multitudinẽ aquarũ in cœlo, & eleuat ne-
C bulas ab extremitatibus terrę: fulgura in pluuiã facit, & educit ventum
de thesauris suis. Stultus factus est ois homo à scientia, cõfusus est ar
tifex ois in sculptili: quoniã falsum est qđ cõflauit, & nõ est spiritus in
eis. Vana sunt, & opus risu dignũ: in tempore visitationis suę peribũt.
Nõ est his similis pars Iacob: qui enim formauit oĩa, ipse est: & Israel
virga hereditatis eius: Dñs exercituũ nomen illi. Congrega de ter-
ra [i]cõfusionem tuam, quę habitas in obsidione: quia hęc dicit dñs,
Ecce, ego longè proijciam habitatores terrę in hac vice & tribulabo
eos, [k]ita vt inueniantur. Vę mihi super cõtritione mea, [l]pessima
plaga mea. Ego aũt dixi, Planè hęc infirmitas mea est, & portabo illã:
D Tabernaculũ meum vastatũ est, omnes funiculi mei dirupti sunt: filij
mei exierũt à me, & nõ subsistunt: non est qui extendat vltrà tentoriũ
meum, & erigat pelles meas. Quia [m]stultè gerũt pastores, & dñm non
quęsierũt: propterea non intellexerũt, & omnis grex eorũ dispersus est.
Vox auditionis ecce venit, & cõmotio magna de terra aquilonis: vt
ponat ciuitates Iuda in solitudinem, & habitaculũ draconum. Scio
dñe quia non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet, & [n]dirigat
gressus suos. Corripe me dñe, verũtamen in iudicio: & non in furore

In dei cognitione solum gloriandũ. 1.Cor.1.d 2.Cor.10.d

Incircũcisio cordis.

Nõ est metuẽdas sydeꝝ cõstellationes. De idolorum imbecillitate & dei potẽtia. Sapien.14.

Apoc.15.b

Infra.51.b Psal.134.b

Ierusalẽ culpę suę tribuit qđ patitur.

Pastores. Grex.

Dei est, hoĩs viã dirigere. Psal.6.a.

[a] manipulum

[b] dispersos ad extrema mũdi.

[c] egrediatur loco suo.

[d] Tibi cõuenit regnũ aut, Tibi obediẽdũ ẽ.

[e] cogũtur fieri.

[f] extensum

[g] industriorum

[h] stabiliuit

[i] merces tuas,

[k] vt inueniant. (sub. q̃ p̃dituri me mnisurus.)

[l] indurata (vel, quã dolet mihi)

[m] stulti facti sũt

[n] vel, pręparet

tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Effunde indignationem tuã super gentes quę non cognouerunt te, & super prouincias quę nomen tuum non inuocauerunt: quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & consumpserunt illum, & 'decus' eius dissipauerunt. Psal. 78. b

CAP. XI.

A

VErbum quod factũ est à domino ad Ieremiã, dicens, Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & ad habitatores Ierusalem, & dices ad eos, Hęc dicit dominus deus Israel, Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius, qđ pręcepi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de fornace ferrea, dicens, Audite vocẽ meã, & facite omnia quę pręcepi vobis: & eritis mihi in populũ, & ego ero vobis in deum: vt 'suscitem' iuramentũ qđ iuraui patribus vestris daturum me eis terrã fluentem lacte & melle, sicut est dies hęc. Et respõdi, & dixi, Amen domine. Et dixit dominus ad me, 'Vociferare' omnia verba hęc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens, Audite verba pacti huius, & facite illa: quia contestans cõtestatus sum patres vestros in die qua eduxi eos de terra Aegypti vsq; ad diem hanc. Mane cõsurgens cõtestatus sum, & dixi, Audite vocem meã. & non audierũt, nec inclinauerũt aurem suã: sed abierunt vnusquisq; in 'prauitate' cordis sui mali. Et induxi super eos omnia verba pacti huius, qđ pręcepi vt facerent, & non fecerũt. Et dixit dominus ad me, Inuenta est cõiuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalẽ. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorũ priores, qui noluerũt audire verba mea. Et hi ergo abierunt post deos alienos, vt seruirent eis: irritũ fecerunt domus Israel & domus Iuda pactũ meum qđ pepigi cum patribus eorũ. Quam ob rem hęc dicit dominus, Ecce ego inducã super eos mala, de quibus exire non poterũt: & clamabũt ad me, & non exaudiã eos. Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ierusalem, & clamabũt ad eos quibus libant, & non saluabũt eos in tempore afflictionis eorũ. Secundum numerum enim ciuitatũ tuarum erant dij tui Iuda: & secũdum numerũ viarum Ierusalem posuisti aras confusionis ad libandũ Baalim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem, & orationẽ: quia non exaudiam in tempore clamoris eorũ ad me, in tempore afflictionis eorum. 'Quid est q́ dilectus meus in domo mea facit scelera multa? nunquid carnes sanctę auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? 'Oliuam 'vberem,' pulchram, fructiferã, speciosam vocauit dominus nomen tuum. Ad vocem loquelę, grandis exarsit ignis in ea, & 'combusta sunt fruteta' eius. Et dominus exercituũ qui plantauit te, loquutus est super te malum: pro malis domus Israel & domus Iuda, quę fecerunt sibi ad irritandũ me, libantes Baalim. Tu autem domine demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostendisti mihi 'studia' eorũ. Et ego quasi agnus 'mansuetus,' qui 'portatur' ad victimam: & nõ cognoui quia cogitauerunt super me consilia, dicentes, 'Mittamus lignũ in panem eius,' & eradamus eum de terra viuentiũ, & nomen eius non memoretur amplius. Tu autem domine 'sabbaoth,' qui iudicas iustè, & probas renes & corda, videam vltionem tuaʒ ex eis: tibi enim reuelaui caussam meam. Propterea hęc dicit dominus ad viros Anathoth, qui quęrunt animam tuam, & dicunt, 'Non prophetabis' in nomine dñi, & non morieris in manibus nostris. Propterea hęc dicit dñs exercituũ, Ecce ego visitabo super eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum & filię eorũ morientur in fame, & reliquię non erunt ex eis: inducã enim malũ super viros Anathoth, annũ visitationis eorũ.

CAP. XII.

IVstus quidem tu es dñe, si disputero tecũ: verũtamen 'iusta' loquar ad te, Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui pręuaricãtur, & inique agũt? Plantasti eos, & radicẽ miserunt: proficiũt, & faciunt fructũ: prope es tu ori eorũ, & longe à renibus eorũ. Et tu dñe nosti me, vidisti me, & probasti cor meũ tecum. 'Congrega' eos quasi

---

Left margin glosses:

'habitaculum

'statuã (pstẽ)

'Predica

'duritiam

'Quid faceret dilectus meus vltra in domo mea, cũ fecerit ipsa tã multas abominatiões cum multis? & auferetur caro sancta (.i. deo oblata) à te, ob maleficia tua, in quibus exultasti.

'viridem,

'confregerunt ramos

'opera

'& velut bos,

'ducitur

'corrũpamus cibũ ei' ligno, .i. veneno,

'exercituum,

'Ne vaticineris

'iudicia

'Euelle

Right margin notes:

A Maledictio eorũ q non obediũt verbo pacti diuini.

Iubet dñs pactũ suum sępius pplo inculcari.

B

Ppls Iuda patrũ vestigia sequutus, deos adorat. Dñs se nõ C exauditurũ Iudęos dic, ieremiã etiã phibẽs p eis orare. Supra. 7. f Infra. 14. b

D De cõspiratiõe Iudęorũ in xpm. Isa. 53. c Sapi. 2. d Infra. 20. b Excidiũ Iudęorum ob Chrm tradĩtũ in manus gentium.

A Propheta impiorũ pspeitatẽ admiratur: tãẽ deũ iustum fateatur. Iob. 21. a Habac. 1. a

gregem ad victimã, & ʼsanctifica eos in die ʼoccisionis. Vsquequo luge
bit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiã habitantiũ
in ea? Consumptũ est animal, & volucre: quoniã dixerunt, Non videbit
B novissima nostra. Si cum peditibus currens laborasti: quomodo cõten
dere poteris cum equis? Quum autem in terra pacis securus ʼfueris,ʼ
quid facies in ʼsuperbiaʼ Iordanis? Nam & fratres tui, & domus patris
tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersum te, & clamauerunt post te plena
voce: ne credas eis, quum loquuti fuerint tibi bona. Reliqui domum
meam, dimisi hęreditatem meam: dedi dilectam ʼanimam meamʼ in
manus inimicorum eius. Facta est mihi hęreditas mea quasi leo in syl
ua: dedit contra me vocem, ideò odiui eam. Nunquid ʼauis discolorʼ
hęreditas mea mihi? nunquid auis tincta ʼper totum?ʼ venite, congre
C gamini omnes bestię terrę, properate ad deuorandum. Pastores multi
demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam: dederunt
portionem meam desyderabilem in desertum solitudinis. Posuerunt
eam in dissipationem, luxitq; super me. desolatione dsolata est omnis
terra: quia nullus est qui recogitet corde. Super ʼomnes viasʼ deserti
venerunt omnes vastatores terrę, quia gladius domini deuorabit ab
extremo terrę vsq; ad extremũ eius: non est pax vniuersę carni. Semina
uerunt triticum, & spinas messuerunt: hęreditatem acceperunt, & nõ eis
proderit: confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris domi
D ni. Hęc dicit dominus aduersuȝ oẽs vicinos meos pessimos, qui tan
gunt hęreditatem, quam distribui populo meo Israel: Ecce ego euel
lam eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio eorum. Et quũ
euulsero eos, conuertar, & miserebor eorum: & reducam eos, ʼvirũʼ ad
hęreditatem suã, & virum in terram suam. Et erit: si eruditi didicerint
vias populi mei, vt iurent in nomine meo Viuit dominus, sicut do
cuerunt populum meum iurare in Baal: ędificabuntur in medio popu
li mei. Quòd si non audierint: euellam gentem illam euulsione & per
ditione, ait dominus.

Terra Iudę omnibus vastata est ab amicis.

Relinquuntur a dño.

Inuehitur in pastores populi seductores.

Vicinis gentibus Iudęas infestãtibus minatur dominus interitum.

CAPVT XIII.

A HAec dicit dominus ad me, Vade, & ʼposside tibi lumbareʼ lineuȝ,
& pones illud super lumbos tuos, & in aquam non inferes illud. Et
possedi lumbare iuxta verbum domini, & posui circa lumbos meos. Et
factus est sermo domini ad me secundo, dicens, Tolle lumbare quod
possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphrâten, &
absconde ibi illud in foramine petrę. Et abij, & abscondi illud in Eu
phrâte, sicut pręceperat mihi dominus. Et factũ est post dies plurimos,
dixit dominus ad me, Surge, & vade ad Euphrâten: & tolle inde lumba
re, quod pręcepi tibi vt absconderes illud ibi. Et abij ad Euphrâten, &
fodi, & tuli lumbare de loco vbi absconderam illud: & ecce, computrue
rat lumbare, ita vt nulli vsui aptũ esset. Et factuȝ est verbũ domini ad
me, dicens, Hęc dicit dñs, Sic computrescere faciam supbiã Iuda & su
B perbiam Ierusalem multam, populum istum pessimum, qui nolunt au
dire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui: abieruntq; post
deos alienos, vt seruirent eis & adorarent eos: & erunt sicut lumbare
istud, quod nulli vsui aptum est. Sicut enim adhęret lumbare ad lum
bos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem do
mum Iuda, dicit dominus: vt essent mihi in populum, & in nomen, &
in laudem, & in gloriam: & non audierunt. Dices ergo ad eos sermo
nem istum. Hęc dicit dominus deus Israel, Omnis laguncula imple
bitur vino. Et dicent ad te, Nunqd ignoramus quia omnis laguncu
la implebitur vino? Et dices ad eos, Hęc dicit dominus, Ecce ego im
plebo omnes habitatores terrę huius, & reges qui sedent de stirpe Da
uid super thronum eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitato
res Ierusalem, ebrietate: & dispergaȝ eos ʼvirum à fratre suo,ʼ & patres,
& filios pariter, ait dominus: non parcam, & non concedam: neque mi

Interitus Iudęorum pfiguratur, & eorũ dispsio.

Quare assũptus Israel in populum dei, & quare reiectus.

ʼ Chald. stupẽ ppara eos ad diem
ʼ agas,
ʼ tumore (altitudine)
ʼ animę meę
ʼ sicut auis multi color
ʼ in circuitu sr per eam? .i. circa quã alię cõgregant, vt comedant carnẽ. Vł, Num aues tinctę sanguie occisorum sũt in circuitu hęreditatis meę, q̃ vbi saturatę fuerint venient bestię vt &c.
ʼ omnia loca excelsa
ʼ vnumquẽq;
ʼ eme cingulũ & infra.
ʼ alterum ad alterum.

serebor vt non disperdam eos. Audite, & auribus percipite; Nolite C
eleuari, quia dominus loquutus est. Date domino deo vestro gloriam, Prouocat
antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad mon ad poeniten
tes caliginosos: expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, tiam.
& in caliginem. Quòd si hoc non audieritis, in abscondito plora- Thren.1.a
bit anima mea 'à facie superbiæ:) plorans plorabit, & deducet ocu-
lus meus lachrimam, quia captus est grex domini. Dic regi & domi
natrici, Humiliamini, sedete: quoniam descendet de capite vestro co
rona gloriæ vestræ. Ciuitates austri clausæ sunt, & non est qui aperiat:
translata est omnis Iuda transmigratione perfecta. Leuate oculos
vestros, & videte 'qui venitis) ab aquilone: vbi est grex qui datus est
tibi, pecus 'inclytum tuum?) Quid dices quum visitauerit te? Tu
enim 'docuisti) eos aduersum te, '& erudisti in caput tuum.) Nun-
quid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem? D
Quòd si dixeris in corde tuo, Quare venerunt mihi hæc? Propter Caussa pdi
multitudinem iniquitatis tuæ 'reuelata sunt verecundiora tua, pol- ctorum ma-
lutæ sunt) plantæ tuæ. Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut iorum.
pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, quum 'didiceri- Infra.10.c
tis malum.) Et disseminabo eos, quasi stipulam quæ vento raptatur Consuetu-
in deserto. Hæc sors tua pars'que mensuræ tuæ à me, dicit dominus: quia tudo mali
oblita es mei, & confisa es in mendacio. vnde & ego nudaui 'femo indelebilis.
ra tua) contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria
tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ: super colles in agro
vidi abominationes tuas. Væ tibi Ierusalem: non mundaberis 'post
me: vsquequo adhuc?)

CAPVT XIIII.

A

Qvod factum est verbum domini ad Ieremiam 'de sermonibus De siccitate
siccitatis.) Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt, & obscuratæ futura in Iu
sunt in terra, & clamor Ierusalem ascendit. Maiores miserunt mi- dæa.
nores suos ad aquam: venerunt ad 'hauriendum,) non inuenerunt
aquam, reportauerunt vasa sua vacua: confusi sunt, & 'afflicti,) &
operuerunt capita sua. Propter terræ vastitatem, quia nó venit plu
uia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua. Nam &
cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba. Et onagri ste
terunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt ocu Oratio ppli
li eorum, quia non erat herba. Si iniquitates nostræ 'responderint petentis mi
nobis:) domine fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt 'auer sericordiam
siones) nostræ, tibi peccauimus. Expectatio Israel, saluator eius in a domino.
tempore tribulationis: quare quasi 'colonus) futurus es in terra, & B
quasi viator declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir
'vagus,) vt fortis qui non potest saluare? Tu autem in nobis es do
mine, & nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas Non exau-
nos. Hæc dicit dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes ditur pplus
suos, & non quieuit, & domino non placuit: Nunc recordabitur ini infidelis.
quitatum eorum, & visitabit peccata eorum. Et dixit dominus ad Supra.7.c.
me, Noli orare pro populo isto in bonum. Quum ieiunauerint, non Oratio
exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocaustomata & victi- ieiunia.
mas, non suscipiam ea: quoniam gladio, & fame, & peste consumam Falsi pphe
eos. Et dixi, A, a, a, domine deus, Prophetæ dicūt eis, Non vide- tę seducētes
bitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vo C pplm.
bis in loco isto. Et dixit dominus ad me, Falsò prophetæ vaticinan Infra.23.d
tur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis, neque loquutus 27.c.e.29.b
sum ad eos: visionem mendacem, & diuinationem, & 'fraudulentiam,)
& seductionem cordis sui prophetant vobis. Idcirco hæc dicit do-
minus de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non
misi, dicentes, Gladius & fames non erit in terra hac: In gladio &
fame consumentur prophetæ illi. Et populus quibus prophetant,

' superbiam vestram:

' eos qui veniunt
' gloriæ tuæ?
' assuefecisti
' vt sint principes sup caput tuum.
' discoopertæ sūt fimbriæ tuæ, discoopertæ sunt
' assueti sitis malefacere.
' fimbrias tuas
' postquam adhuc (sub. es imunda.)

' super prohibitionib'. (sub. pluuiarum.)
' fossas, (cisternas,)
' erubuerunt,

' testificatæ fuerint contra nos:
' rebelliones
' peregrinus
' attonitus,

' nihil

erunt proiecti in vijs Ierusalem pre fame & gladio, & non erit qui
sepeliat eos, ipsi & vxores eorum, filij & filię eorum, & effundam su-
per eos malum suum. Et dices ad eos verbum istud, Deducant ocu-
li mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant: quoniam cō-
tritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima
vehementer. Si egressus fuero ad agros: ecce, occisi gladio. & si in-
D troiero in ciuitatem: ecce, attenuati fame. Propheta ²quoque⁾ & sa-
cerdos abierunt in terram quam ignorabant. Nunquid proijciens
abiecisti Iudam? aut Sion abominata est anima tua? Quare ergo
percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? Expectauimus pacem, & non
est bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio. Cognouimus do-
mine impietates nostras, iniquitates patrū nostrorum, quia pecca-
uimus tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque
facias nobis contumeliam ²solij⁾ glorię tuę: recordare, ne irritum
facias fœdus tuum nobiscum. Nunquid sunt ²in sculptilibus⁾ gen-
tium qui pluant? aut cœli possunt dare imbres? Nonne tu es do-
minus deus noster, quem expectauimus? tu enim fecisti omnia hęc.

CAPVT XV.

A ET dixit dominus ad me, Si steterint Moyses, & Samuel coram
me, non est ²anima⁾ mea ad populum istum. Eijce illos à facie
mea, & egrediantur. Quòd si dixerint ad te, Quò egrediemur? dices
ad eos, Hęc dicit dominus, Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad
gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiui
tatem, ad captiuitatem. Et visitabo ²super eos quatuor species,⁾ di-
cit dominus, Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & vo-
latilia cœli & bestias terrę ad deuorandum & dissipandum: & dabo
eos in ²feruorem⁾ vniuersis regnis terrę propter Manassem filium
Ezechię regis Iuda, super omnibus quę fecit in Ierusalem. Quis
enim miserebitur tui Ierusalem? aut quis contristabitur pro te?
aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquisti me, dicit do-
B minus: retrorsum abijsti: & extendam manum meam super te, & in-
terficiam te: ²laboraui rogans.⁾ Et dispergam eos ventilabro in
portis terrę: interfeci & disperdidi populum meum, & tamen à vijs
suis non sunt reuersi. Multiplicatę sunt mihi viduę eius super are-
nam maris: induxi eis super ²matrem adolescentis⁾ vastatorem me-
ridie: misi super ciuitates repente terrorem. Infirmata est quę pe-
perit septem, defecit anima eius, occidit ei sol, cum adhuc esset dies;
confusa est, & erubuit. Et residuos eius in gladium dabo in con-
spectu inimicorum eorum, ait dominus. Vę mihi mater mea: ²qua
te⁾ genuisti me virum rixę, virum discordię in vniuersa terra? non
fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam: * omnes maledicunt mi-
C hi. Dicit dominus, ²Si non reliquię tuę in bonum, si non occurri ti-
bi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersus ini-
micum.⁾ Nunquid ²fœderabitur ferrum ferro⁾ ab aquilone, & ęs?
Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis in om-
nibus peccatis tuis, & ²in omnibus terminis tuis.⁾ ²Et adducam ini-
micos tuos de terra⁾ quam nescis: quia ignis succensus est in furore
meo, & super vos ardebit. Tu scis domine, recordare mei, & visita
me, & tuere me ab his qui persequuntur me. Noli in ²patientia⁾ tua
suscipere me: scito quoniam sustinui propter te opprobrium. In-
uenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi ver-
bum tuum in gaudium & in lętitiam cordis mei: quoniam inuo-
catum est nomen tuum super me domine deus exercituum. Non se-
di in ²concilio⁾ ludentium, ²& gloriatus sum⁾ à facie manus tuę:
D solus sedebam, quoniam ²cōminatione⁾ repleisti me. Quare factus est
dolor meus ²perpetuus,⁾ & plaga mea desperabilis renuit curari?

Thre.1.f.

Rursū orat ppłus pecca ta sua agno scēs: & ocu; cōmoratiōe pacti sui ad parcendum inuitans.

Supra.8.e

Rñdet dñs se neq; Moysen neq; Samuele exauditu; si pro ppło obsecrauerint, traditurus eos i varias calamitates

Zac.11.b

4.reg.21.a

Caussa tantoꝝ maloꝝ.

Amos.8.c

Cōqueritur se occasionem fuisse discordię.

Promittit ei auxilium.

Rursum annūtiat Iudeoꝝ vastationem.

Deut.32.c

Rom.10.d

Iterū veluti cōquerēdo petit liberari a sua afflictione.

Infra.30.c

² enim

² delicias (vel, flocifacias) solium

² inter inanitates

² voluntas

² eos quatuor flagellis (plagis)

² commotionem

² parcere grauabor. (vel, satur sū ꝯsolationis)

² matrē iuuenum (.i. ꝯgregationem optię virilitatis)

² quod

* sub. nihilominus (vel attamen)

² Clarius sic xtil, Certe i bonū ego te remanere faciā, & efficiā qd inimicus ipse rogabit te in tpe infortunij & tribulationis.

² putas qd ferrum aliquod possit cōterere ferrum

² ppter oia peccata tua, & peccata q sunt in oib' &c.

² Et transire faciā te ad inimicos tuos in terram

² lōganimitate (.i. ne differas vindictā meam)

² cętu

² nec exultaui

² furore

² fortis

*facta est mihi 'facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.) Propter hęc dicit dominus, Si conuerteris, conuertam te, & ante faciē meam stabis: & si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. ꝯuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum ęreum, 'fortem:) & bellabunt aduersum te, & non pręualebunt: quia ego tecum sum vt saluem te, & eruam te, dicit dominus. Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

(Margin: *fact' est mihi velut vena mēdax, veluti aquę quę nō sunt fideles, (vel, pinde mecū agis, sicut fons fallax, cuius aquę sunt incertę.) *munitum:)

(Margin: Respōdens dns, pphetę ōndit fructū laboris.)

CAP. XVI.

A Et factum est verbum domini ad me, dicens, Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij & filię in loco isto. Quia hęc dicit dominus super filios & filias, qui generantur in loco isto: & super matres eorum quę genuerūt eos: & super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac, Mortibus ęgrotationum morientur: non plangentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terrę erunt. Et gladio & fame consumentur: & erit cadauer eorum in escam volatilibus cœli, & bestijs terrę. Hęc enim dicit dominus, Ne ingrediaris domum 'conuiuij,) neque vadas ad plangendum, neque 'consoleris eos:) quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit dominus, misericordiam & miserationes.

(Margin: A Iudęorum calamitatem prędicit.)

(Margin: *luctus, *ꝯdoleas eis:)

B Et morientur grandes, & parui in terra ista: non sepelientur neque plangentur, & non se incident, neque caluitium fiet pro eis. Et non 'frangent inter eos lugenti panem) ad consolandum super mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre. Et domum conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas, & bibas. quia hęc dicit dominus exercituum deus Israel, Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij, & vocem lętitię, vocem sponsi & vocem sponsę. Et quum annuntiaueris populo huic omnia verba hęc, & dixerint tibi, Quare locutus est dominus super nos omne malum grāde istud? quę iniquitas nostra? aut quod peccatum nostrum quod peccauimus domino deo nostro? Dices ad eos, Quia dereliquerunt me patres vestri, ait dominus: & abierunt post deos alienos, & seruierunt eis, & adorauerūt eos: & me dereliquerunt, & legem meā nō custodierunt. Sed & vos peius operati estis, quàm patres vestri, ecce enim ambulat vnusquisque post 'prauitatem) cordis sui mali, vt me non audiat. Et eijciā vos de terra hac, in terram quam ignoratis vos, & patres vestri: & seruietis ibi dijs alienis die ac nocte, 'qui non dabunt vobis requiem.)

(Margin: *vel, extendēt se super luctū)

(Margin: Idolorum cultū & legis dei ꝯtēptum, tātę calamitatis caussam eē ōndit.)

(Margin: *duritiem)

(Margin: *quia nō dabo vobis misericordiam.)

C Propterea ecce dies veniunt, dicit dominus, & non dicetur vltrà. Viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Aegypti: sed, Viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra aquilonis, & de vniuersis terris ad quas ieci eos: & reducam eos in terrā suam, quam dedi patribus eorum. Ecce ego mittā piscatores multos, dicit dominus, & piscabuntur eos. Et post hęc mittā eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte & de omni colle, & de cauernis petrarum.

(Margin: C s.5.e Supra.3.f Captiuitatē Babylonicā ꝑdicit, & populi liberatione ab ea. Infra.23.b)

D Quia oculi mei sunt super omnes vias eorum: non sunt absconditę à facie mea, & nō fuit occultata iniqtas eorū ab oculis meis. Et reddā primū duplices iniqtates & peccata eorum: qa ꝯtaminauerunt terrā meā in morticinis idolorum suorum, & abominationibus suis impleuerūt hęreditatē meā. Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugiū meum in die tribulationis: ad te gentes venient ab extremis terrę, & dicent, Verè mēdaciū possederunt patres nostri, vanitatem quę eis nō ꝓfuit. Nunqd faciet sibi homo deos, & ipsi nō sunt dij? Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendā eis manum meā, & virtutē meā: & scient qa nomen mihi Dñs.

(Margin: Vocatio gentium.)

CAP. XVII.

A Peccatū iuda scriptū est stylo ferreo in vngue adamātino, exaratū super latitudinē cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. Quū recordati fuerint filij eorum ararū suarum, & lucorum suorum, lignorumque 'frondentiū) in mōtibus excelsis, sacrificātes in agro: fortitudinē tuā & oēs thesauros tuos i direptionē dabo, excelsa tua ꝓp pctā in vniuersis finibus tuis. Et

(Margin: A Iudęorum ꝑtinacitas.)

(Margin: *virentium)

ᵃrelinqueris sola ab hereditate tua, quam dedi tibi, & seruire te faciã ᵃremissio erit
inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniam ignem succendisti in fu in te (.i. detur
Maledicti rore meo: vsque in æternum ardebit. Hæc dicit dominus, Maledi- baberis ab he-
cõfidétes in ctus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, reditate &c.)
homine. & à domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricæ in deserto, & nõ
Infra. 48. a videbit quum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto in
B terra salsuginis & inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in domi-
Benedicti no, & erit dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum quod transplan-
quorũ domi tatur super aquas, quod ᵇad humorem mittit radices suas: & non ᶜti- ᵇsecus riuum
nus fiducia. mebit quum venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tempore sic- ᶜvel, videbit
Psal. 1. a citatis non erit sollicitũ, nec aliquando desinet facere fructum. ᵈPrauũ ᵈFraudulentũ
Cor homi- est cor omnium & inscrutabile: quis cognoscet illud? Ego dominus est cor præ om
nis prauũ. scrutans cor, & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam, & ni re, & peruersũ
Deus scruta iuxta fructum ᵉadinuentionum suarum. ᶠPerdix fouit quæ non pepe- ᵉoperũ suorũ
tor cordiũ. rit: ᵍfecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum dere- ᶠsicut
Apoc. 2. f linquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. Solium gloriæ ʰaltitudi- ᵍsic quĩ
Psal. 7. c nis à principio, locus sanctificationis nostræ. ⁱExpectatio Israel do- ʰsublimitas
1. reg. 16. b mine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in ter- ⁱO spes
Orat Iere- ra describentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium
mias auxi- dominum. Sana me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero:
liũ a do C quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me, Vbi est verbum do-
Derelinque mini? veniat. Et ego non ᵏsum turbatus, te pastorem sequens: & diem ᵏfestinaui (vel,
re deum. hominis non desyderaui, tu scis. Quod egressum est de labijs meis, recessi, vt clõ-
A quæ viuæ. rectum in conspectu tuo fuit. Non sis tu mihi formidini, spes mea tu gaui me, ne es
A domino in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur, & non confun sẽ pastor post
vera salus dar ego: paueant illi, & non paueam ego. Induc super eos diem af- te. (Chald. in-
petenda. flictionis, & duplici contritione contere eos. Hæc dicit dominus ad terp. nõ tarda
Sãctificatio me, Vade, & sta in porta filiorum populi per quam ingrediuntur re- ui pp verbum
nem sabba- ges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem: & dices ad tuũ vt vatic-
thi pcipit. eos, Audite verbum domini reges Iuda, & omnis Iuda, cunctiq́; ha- ner illis. i. nõ
bitatores Ierusalem qui ingredimini per portas istas. Hæc dicit domi- recuso annũtia
nus, Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabba- re verbũ tuum
thi: nec inferatis per portas Ierusalem, & nolite eijcere onera de domi eis) et diẽ do-
bus vestris in die sabbathi, & omne opus non facietis. Sanctificate diẽ loris (vel gra
D sabbathi, sicut præcepi patribus vestris. Et non audierunt, nec inclina- uis infirmita-
uerunt aurem suam: sed indurauerunt ceruicem suam ne audirent me, tis aut cõtritio-
& ne acciperent disciplinam. Et erit: Si audieritis me, dicit dominus, nis) nõ desyde
vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbathi: & si raui, tu scis.
sanctificaueritis diem sabbathi ne faciatis in eo omne opus: ingre-
dientur per portas ciuitatis huius reges & principes sedentes super so-
lium Dauid, & ascendentes in curribus & equis, ipsi & principes eo-
rum, viri Iuda, & habitatores Ierusalem: & habitabitur ciuitas hæc in
sempiternum. Et venient de ciuitatibus Iuda, & de circuitu Ierusalem,
& de terra Beniamin, & de campestribus, & de montuosis, & ab austro,
portantes holocaustum, & victimam, & sacrificium, & thus, & inferent
ˡoblationem in domum domini. Si autem non audieritis me, vt san ˡconfessiones
ctificetis diem sabbathi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas (vel, laudes)
Ierusalem die sabbathi: succendã ignem in portis eius, & deuorabit do
A mos Ierlm, & nõ extinguetur. CAPVT XVIII.
Exẽplo figu VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino, dicens, Surge & ᵃaudire te faciã
li osndit de' descende in domum figuli, & ibi ᵃaudies verba mea. Et descendi
I manu sua in domum figuli, & ecce, ipse faciebat opus super rotam. Et dissipatum
eẽ, cõtẽptores est vas quod ipse faciebat è luto, manibus suis: conuersusq́;, fecit il-
& bi sui posse lud, vas alterũ, sicut placuerat in oculis eius vt faceret. Et factũ est ver
se perdere, bum domini ad me, dicens, Nunquid sicut figulus iste, nõ potero vo-
eosdẽq; at se bis facere domus Israel, ait dominus? Ecce, sicut lutum in manu figuli,

Sic vos in manu mea, domus Israel. Repente loquar aduersum gentem & aduersus regnū, vt eradicem & destruā & disperdā illud. Si pœnitentiā egerit gens illa à malo suo quod loquutus sum aduersus eam: agā & ego pœnitentiā super malo quod cogitaui vt facerē ei: & subito loquar de gente & de regno, vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malū in oculis meis, vt non audiat vocem meā: pœnitentiā agam super bono quod loquutus sum vt facerem ei. Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ierusalē, dicens, Hæc dicit dñs, Ecce ego fingo cōtra vos malū, & cogito contra vos cogitationē. Reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. Qui dixerūt, Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque prauitati cordis sui mali faciemus. Ideò hæc dicit dñs, Interrogate gentes, Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel? Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possunt aquæ erumpentes *frigidæ, & defluentes? Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, & impingentes in vijs suis & in semitis seculi, vt ambularēt per eas in itinere nō trito: Vt fieret terra eorū in desolationē, & in sibilum sempiternū. Omnis qui præterierit per eā, obstupescet, & mouebit caput suū. Sicut ventus vrens dispergā eos coram inimico: dorsum, & nō faciem ostendam eis in die perditionis eorū. Et dixerunt, Venite, & cogitemus cōtra Ieremiā *cogitationes: non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à propheta. venite, & percutiamus eum lingua, & nō attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende domine ad me, & audi vocē aduersariorū meorū. Nunquid redditur pro bono malū, quia foderūt foueam animæ meæ? Recordare quod steterim in cōspectu tuo vt loquerer pro eis bonū, & auerterem indignationem tuā ab eis. Propterea da filios eorū in famem, & deduc eos in manus gladij: fiant vxores eorū absque liberis, & viduæ: & viri earū interficiātur morte: iuuenes eorū confodiantur gladio in prælio. Audiatur clamor de domibus eorū: adduces enim super eos latronem repente: quia foderūt foueā, vt caperent me, & laqueos absconderūt pedibus meis. Tu autem dñe scis omne consilium eorum aduersum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorū, & peccatum eorum à facie tua nō deleatur: fiant corruentes in cōspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

CAP. XIX.

HAec dicit dñs, Vade, & accipe lagunculā figuli testaceam à senioribus populi, & senioribus sacerdotū: & egredere ad vallem filij Ennom, quæ est iuxta introitū portæ fictilis: & prædicabis ibi verba quæ ego loquar ad te, & dices, Audite verbū domini reges Iuda, & habitatores Ierusalem: hæc dicit dñs exercituū deus Israel, Ecce ego inducā afflictionem super locum istum: ita vt omnis qui audierit illam, tinniant aures eius: eō quod dereliquerint me, & alienū fecerunt locū istum: & libauerunt in eo dijs alienis, quos nescierunt ipsi, & patres eorū, & reges Iuda: & repleuerunt locum istum sanguine innocentū: & ædificauerunt excelsa Baal ad comburendos filios suos igni in holocaustū Baal: quæ non præcepi, nec loquutus sum, nec ascenderunt in cor meum. Propterea ecce dies veniunt, dicit dominus: & non vocabitur amplius locus iste, Topheth, & Vallis filij Ennom, sed Vallis occisionis. Et dissipabo consiliū Iuda, & Ierusalem in loco isto: & subuertā eos gladio in cōspectu inimicorum suorū, & in manu quærentium animas eorum: & dabo cadauera eorum escam volatilibus cœli, & bestijs terræ. Et ponam ciuitatem hanc in stuporem, & in sibilum: omnis qui præterierit per eam, obstupescet, & sibilabit super vniuersa plaga eius. Et cibabo eos carnibus filiorū suorum, & carnibus filiarū suarum: & vnusquisque carnes amici sui comedet in obsidione & in angustia in qua concludent eos inimici eorum, & qui quærunt animas eorum. Et conteres lagunculam in oculis virorū qui ibunt tecum. Et dices ad eos, Hæc dicit dominus exercituum, Sic conte-

cogitationes
è loco alieno
antiquis,
p semitas viæ non calcatæ:
vel, orientalis
malas
exercitum
condones eis iniquitatem
fac cum
eme
& duc tecū de senioribus
orientalis:

resipiscere & reædificare.
Rom. 9. d
Isa. 45. b
B i. 1. b
Conuersis misericordia promittitur.
Iudæis obstinatis parat dñs exitium.
C
Ionæ. 3. d
Infra. 25. b et. 35. c
19. c 49. c et. 50. c
Cōspiratio Iudæorū in Ieremiam.
D
Oratio Ieremiæ cōtra aduersarios quib' mala nō tam imprecatur quā prædicit.
A
Prædicit Ierosolymitanū excidium ob cōtemptum verbi dei.
B
Supra. 18. c Infra. 49. c et. 50. c
C

tam populum istum, & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli quod non potest vltrà instaurari: & in Topheth sepelientur, eò quòd non sit alius locus ad sepeliendum. Sic faciam loco huic, ait dominus, & habitatoribus eius: & ponam ciuitatem istam sicut Topheth. Et erunt domus Ierusalem, & domus regum Iuda sicut locus Topheth immūdę: omnes domus, in quarum domatibus sacrificauerunt omni militię cœli, & libauerunt libamina dijs alienis.

D Venit autem Ieremias de Topheth, quò miserat eum dominus ad prophetandum, & stetit in atrio domus domini, & dixit ad omnem populum, Hęc dicit dominus exercituum deus Israel, Ecce, egò inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala quę loquutus sum aduersus eam: quoniam indurauerunt ceruicem suam, vt non audirent sermones meos.

CAP. XX.

A Et audiuit Phassur filius Emmer sacerdos, qui cōstitutus erat princeps in domo domini, Ieremiam prophetantem sermones istos. Et percussit Phassur Ieremiam prophetam, & misit eum in [a]neruum, quod erat in porta Beniamin superiori in domo domini. Quumq; illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Ieremiam de neruo, & dixit ad eum Ieremias, Non Phassur vocauit dominus nomen tuum, sed Pauorem vndiq: quia hęc dicit dominus, Ecce ego dabo te in pauorem, [b]te & omnes amicos tuos: & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt: & omnem Iudam dabo in manum regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio. Et dabo vni-

B uersam substantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omneq; [c]pretium, & cunctos thesauros regum Iuda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonem. Tu autem Phassur, & omnes habitatores domus tuę ibitis in captiuitatem, & in Babylonem venies, & ibi morieris: ibiq; sepelieris tu, & omnes amici tui quibus prophetasti mendacium. [d]Seduxisti me domine, & seductus sum: fortior me fuisti, & inualuisti, factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me, Quia [e]iam olim loquor, vociferans iniquitatē, & vastitatē clamito. Et factus est mihi sermo domini in opprobriū, & in derisum tota die. Et dixi, Non recordabor eius, neq; loquar

C vltrà in nomine illius. & factus est in corde meo quasi ignis exęstuās, claususq; in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens. Audiui enim contumelias multorū, & terrorem in circuitu, [f][g]Persequimini, & persequamur eum: ab omnibus viris qui erant pacifici mei, & [h]custodientes latus meum: si quo modo decipiatur, & pręualeamus aduersus eū, & consequamur vltionem ex eo. Dominus autem mecum est tanquam bellator fortis: idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt: confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquam delebitur. Et tu domine exercituum probator iusti, qui vides renes, & cor: videam quęso vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui caussam meam. Cantate domino, laudate domi-

D num: quia liberauit animam pauperis de manu malorū. Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Maledictus vir qui annunciauit patri meo dicens, Natus est tibi puer masculus: [i]& quasi gaudio lętificauit eum. Sit homo ille vt sunt ciuitates quas subuertit dominus, & non pœnituit eū, audiat clamorē mane, & vlulatū in tēpore meridiano: qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius cōceptus ęternus. Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborē & dolorem, & cōsumerentur in confusione dies mei?

CAP. XXI.

A Verbum quod factum est ad Ieremiam à domino, quādo misit ad eum rex Sedecias Phassur filiū Melchię, & Sophoniā filiū Maasię sacerdotem, dicens, Interroga pro nobis dnm, quia Nabuchodonosor

Ieremias ob verbū dei percutitur, & in carcerē cōijcitur.

Prędicit exilium Babylonicum.

Cōqueritur se eē in derisū ob verbum dei.

Nolēs cogitur prędicare verbum dei.

Fiducia prophetę in deum. Infra.13.g Supra.11.d

Grat. actio ob liberationes suas: post quam rursus à tentatiōe impetitur. Job.3.a

Vaticinatur Sedeciaę ca-

[a]carcerem, quē & infra.
[b]vel tibi, & oībus diligentibus te:
[c]pretiosum,
[d]Declinare fecisti (vel, Vidisti) me dñe, & declinaui:
[e]à tpe (vel multo iam tpe) loquor, vociferās (vel, ab eo quo loquutus sum, clamaui de vi & calamitate)
[f]dicentium,
[g]Annūtiate & illo (sub. mendaciū) & annūtiabim' illud (sub. regi. vel, deferte, aut deferam' illū siue idicate eū: indicabim' illum.
[h]obseruantes claudicationē meā: (.i. obseruabāt si caderē in aliquo)
[i]prosperabuntur, erit eis
qua

rex Babylonis prœliatur aduersum nos: si fortè faciat dominus nobiscũ piẽdõ, & vt
secundum omnia mirabilia sua, & recedat à nobis. Et dixit Ieremias ad bẽ curẽdã.
eos, Sic dicetis Sedeciæ, Hęc dicit dominus deus Israel, Ecce ego con-
arma uertam vasa belli, quę in manibus vestris sunt, & quibus vos pugna
tis aduersum regem Babylonis & Chaldęos, qui obsident vos in cir-
cuitu murorum: & congregabo ea in medio ciuitatis huius. Et debella B
bo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indi-
gnatione, & in ira grandi. Et percutiam habitatores ciuitatis huius: ho
mines & bestię pestilẽtia magna morientur. Et post hoc ait dominus,
dabo Sedeciam regem Iuda, & seruos eius, & populum eius & qui dere
licti sunt in ciuitate hac à peste, & gladio, & fame, in manu Nabucho-
donosor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu
ignoscet quęrentium animam eorum: & percutiet eos in ore gladij, & non fle- C
ctetur, neque parcet, nec miserebitur. Et ad populum hunc dices, Hęc
dicit dominus, Ecce ego do coram vobis viam vitę, & viam mortis. Infra.18.a
qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio & fame & peste: qui autẽ
egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldęos, qui obsident vos, viuet, &
erit ei anima sua quasi spolium. Posui enim faciem meam super ciui-
tatem hanc in malum, & non in bonum, ait dominus: in manu regis Infra.31.a
Babylonis dabitur, & exuret eam igni. Et domui regis Iuda, Audite
verbum domini. Domus Dauid, hęc dicit dominus, Iudicate mane iu
dicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne fortè egre- D
opprimentis: diatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & nõ sit qui extinguat
operũ & ifra. propter malitiã studiorum vestrorum. Ecce ego ad te habitatricẽ val
petrę lis solidę atq; cãpestris, ait dominus qui dicitis, Quis percutiet nos?
cõteret super & quis ingredietur domos nostras? Et visitabo super vos iuxta fructũ
nos? (vel descẽ studiorum vestrorum, dicit dominus: & succendã ignem in saltu eius:
det ꝯtra nos?) & deuorabit omnia in circuitu eius. CAP. XXII.

Hæc dicit dominus: Descende in domũ regis Iuda, & loqueris ibi A
verbum hoc, & dices, Audi verbũ domini rex Iuda qui sedes sup Regẽ Iuda
solium Dauid: tu & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per por adhortatur
tas istas. Hęc dicit dominus, Facite iudicium & iustitiã: & liberate vi ad iudiciũ
oppressum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & viduã & iustitiã.
opprimere, nolite cõtristare, neq; opprimatis inique: & sanguinem innocentẽ ne Supra.21.d
neq; rapere: effundatis in loco isto. Si enim facientes feceritis verbum istud: ingre-
dientur per portas domus huius reges sedentes de genere Dauid super B
thronum eius, & ascendentes currus & equos, ipsi & serui, & populus Quare sit
eorum. Quòd si non audieritis verba hęc: in memetipso iuraui, dicit Ierusalẽ in ca
dominus, quia in solitudinem erit domus hęc. Quia hęc dicit domi- ptiuitatem
nus super domũ regis Iuda, Galaad tu mihi caput Libani: si non po- ducta.
prǽparabo suero te solitudinem, vrbes inhabitabiles: & sanctificabo super te in- Deut. 29.d
terficientem virum & arma eius: & succident electas cedros tuas, & pręcipitabunt in ignem. Et pertransibunt gentes multę per ciuitatẽ hanc: 3.Reg.9.b
& dicet vnusquisq; proximo suo, Quare fecit dominus sic ciuitati huic C
grandi? Et respondebũt, Eò quòd dereliquerint pactũ domini dei sui,
& adorauerint deos alienos, & seruierint eis. Nolite flere mortuũ, neq;
proximũ suũ lugeatis super eũ fletu: plangite eũ qui egreditur, quia nõ reuertet vl-
conducit tra, nec videbit terrã natiuitatis suę: quia hęc dicit dominus ad Sellũ Mors Sellũ
facit excindi filiũ Iosię regis Iuda, qui regnauit ꝓ Iosia patre suo, qui egressus est filij Iosię ꝑ
vel tabulata, de loco isto, Non reuertetur huc amplius: sed in loco ad quem transtu dicitur.
aut opertimẽta li eum, ibi morietur, & terram istã non videbit amplius. Vę qui ędifi Prophetat
vel, minio (si- cat domũ suã in iniustitia, & cœnacula sua nõ i iudicio: amicũ suũ op contra Ioa
ue rubrica.) primet frustra, & mercedẽ eius nõ reddet ei. Qui dicit, Aedificabo mi- cim.
misces te cuũ hi domũ latam, & cœnacula spatiosa: qui aperit sibi fenestras, & facit D
cedrino ędifi- laquearia cedrina, pingitq; sinopide. Nunquid regnabis, quoniam
cio? confers te cedro? pater tuus nunquid nõ comedit & bibit, & fecit iu-

dicium & iustitiam ¹tunc quasi bene erat ei?\ Iudicauit caussam paupe
B tis e egeni in bonum suum. Nunquid non ²ideò quia cognouit me,\
dicit dominus? Tui verò oculi e cor ad auaritiam, & ad sanguinē in
nocentem fundendum, & ad ³calumniam,\ e ad ⁴cursum mali operis.)
Propterea hęc dicit dominus ad Ioacim filiū Iosię regem Iuda, Non
plangent eum, Vę frater & ⁵vę\ soror: non ⁶concrepabunt ei,\ Vę do
mine, & vę ⁷incl yte.\ Sepultura asini sepelietur, ⁸putrefactus) & proie
ctus extra portas Ierusalem. Ascende Libanum, & clama: & in Basan
da vocem tuam, e clama ad transeuntes quia cōtriti sunt omnes ama
tores tui. Loquutus sum ad te ⁹in abundantia tua: \dixisti, Non audiā.
F Hęc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam.
Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem
ibunt: e tunc confunderis, & erubesces ab omni malitia tua. Quę se
des in Libano, & nidificas in cedris, ²quomodo congemuisti\ quū ve
nissent tibi dolores, quasi dolores parturientis. Viuo ego, dicit do
minus: quia si fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda, annulus in
manu dextera mea: inde ³euellam eum.\ Et dabo te in manu quęren
tium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, e in ma
nu Nabuchodonosor regis Babylonis, e in manu Chaldęorū. Et mit
G tam te e matrem tuam quę genuit te, in terram alienam, in qua nati
non estis, ibiq; moriemini: & in terram ad quam ipsi leuant animam
suam, vt reuertantur illuc, e non reuertentur. Nunquid ⁴vas fictile at
que contritum \vir iste Iechonias? Nunquid ⁵vas absque omni volu
ptate?\ quare abiecti sunt ipse & semen eius, e proiecti in terram quam
ignorauerunt? Terra, terra, terra, audi sermonem domini. Hęc dicit do
minus, Scribe virum istū sterilem, virum qui in diebus suis non prospe
rabitur. nec enim erit de semine eius vir q sedeat super soliū Dauid, e
potestatem habeat vltrà in Iuda. CAP. XXIII.

A VAE pastoribus qui disperdunt e ¹dilacerant\ gregem pascuę meę,
dicit dominus. Ideò hęc dicit dominus deus Israel ad pastores q
pascunt populum meum, Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis
eos, e non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam ²studio
rum\ vestrorum, ait dominus. Et ego congregabo reliquias gregis
mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertam eos ad
³rura\ sua, e crescent e multiplicabuntur. Et suscitabo super eos pasto
res, & pascent eos: e non formidabunt vltrà, e non pauebunt: & ⁴nul
lus quęretur ex numero,\ dicit dominus. Ecce dies veniunt, dicit do
minus: e suscitabo Dauid germen iustum: e regnabit rex, e ⁵sapiēs erit:\
e faciet iudicium e iustitiam in terra. In diebus illius saluabitur Iuda,
B e Israel habitabit confidenter: e hoc est nomen quod vocabunt eum,
Dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies veniūt, dicit dominus:
e nō dicēt vltrà, Viuit dominus qui eduxit filios Israel de terra Aegy
pti: sed, Viuit dominus qui eduxit & adduxit semen domus Israel de
terra aquilonis, e de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc: e habita
bunt in terra sua. Ad prophetas, Contritum est cor meum in medio
mei, contremuerunt omnia ossa mea: factus sum quasi vir ebrius, &
quasi homo madidus à vino, à facie domini e à facie verborum san
ctorum eius. Quia adulteris repleta est terra, quia ⁶à facie maledictio
nis luxit\ terra, arefacta sunt arua deserti: factus est cursus eorum malus,
C e fortitudo eorum ⁷dissimilis.\ Propheta namque e sacerdos polluti
sunt: e in domo mea inueni malum eorum, ait dominus. Idcirco via
eorum erit quasi lubricum in tenebris: impellentur enim, e corruent
in ea: afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait do
minus. Et in Prophetis Samarię vidi fatuitatē: prophetabant in Baal,
e decipiebant populum meum Israel. Et in prophetis Ierusalem vidi
⁸similitudinem,\ adulterium, e iter mendacij: e confortauerunt manus

Captiuitatē Iechonię q e Ioacim, prędicit.

Inuehit in malos pastores gregē dñi lacerantes.
Ezech. 34. a
De cōuersione reliquarū ppli Iudaici ad fidem.
Christi xi pastoris aduent⁹ pdicit.
Infra. 33. c
Isa. 4. b. 40 c. 45. b
Ezech. 34
Dan. 9. g
Ioā. 1. g
Deut. 33. d
Supra. 16. c
Cōtra vitam pseudoprophetarum. Eorū pœna

¹e fuit e
²hoc ē cognoscere me,
³opressionem
⁴contritionem faciendum.
⁵ah (vel, heu) e infra.
⁶plangent eū,
⁷vel, nobilis.
⁸detractus
⁹vel, quum adhuc haberes oēs saturitatē:
²quā gratiosa fuisti (vel, quā grās habuisti)
³euellam te.
⁴vt idolū cōtēptū, cōtritus est (dispersus est)
⁵vt vas cōtritū, i quo nō ē voluntas? (.i. qđ displicet?)
¹dispergunt
²operum
³habitacula
⁴non deficiet,
⁵prosperabitur:
⁶vel, pp falsum iuramentū desolata est
⁷non recta (iusta.)
⁸fœda, (horribilia.)

pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua. Facti sunt mihi oēs vt Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha. Propterea hęc dicit dominus exercituū ad prophetas, Ecce ego cibabo eos absynthio, & potabo eos felle: à prophetis enim Ierusalem egressa est [a] pollutio [b] super omnem terram. Hęc dicit dominus exercituum, Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquūtur, nō de ore dñi. Dicūt his qui blasphemant me, Loquutus est dñs, Pax erit vobis. & omnibus qui ambulāt in [c] prauitate [d] cordis sui, dixerunt, Non veniet super vos malum. Quis enim affuit in [e] consilio [f] domini, & vidit & audiuit sermonem eius? quis cōsiderauit verbum illius & audiuit? Ecce, turbo dominicę indignationis egredietur, & tempestas erumpens: super caput impiorum veniet. Non reuertetur furor domini vsque dum faciat & vsque dum compleat cogitationem cordis sui. in nouissimis diebus intelligetis [g] consiliū eius. [h] Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: nō loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Si stetissent in [i] cōsilio [k] meo, & notafecissent verba mea populo meo: auertissem vtique eos à via sua mala, & [l] à cogitationibus [m] suis pessimis. Putásne deus è vicino ego sum, dicit dominus, & nō deus délonge? Si occultabitur vir in absconditis: & ego non videbo eum, dicit dominus? Nunquid non cœlum & terram ego impleo, dicit dominus? Audiui quę dixerunt prophetę, prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes, Somniaui, somniaui. Vsquequo istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui? Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum quę narrat vnusquisque ad proximum suum: sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal. Propheta qui habet somnium, narret somniū: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. quid paleis ad triticū, dicit dominus? Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit dominus: & quasi malleus cōterens petram? Propterea ecce ego ad prophetas, ait dominus: qui furantur verba mea vnusquisque à pximo suo. Ecce ego ad prophetas, ait dominus: qui [n] assumunt [o] linguas suas, & aiunt, Dicit dominus. Ecce ego ad prophetas somniātes mendacium, ait dominus: qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meū in mendacio suo & [p] in miraculis [q] suis: quum ego non misissem eos, nec mandassem eis: qui nihil profuerunt populo huic, dicit dominus. Si igitur interrogauerit te populus iste, vel ppheta, aut sacerdos, dicens, Quod est onus domini: dices ad eos, [r] Vt quid onus? [s] proijciam [t] quippe [u] vos, dicit dominus. Et propheta & sacerdos & populus q dicit, Onus dñi: visitabo sup virū illū, & super domū eius. Hęc dicetis vnusquisque ad proximū & ad fratrē suū, Quid respōdit dñs? & quid loquutus est dñs? Et onus domini vltra non memorabitur: quia onus erit vnicuique sermo suus: & peruertistis verba dei viuentis, dñi exercituū dei nostri. Hęc dices ad prophetā, Quid respondit tibi dominus? & quid loquutus est dominus? Si autem Onus dñi dixeritis: propter hoc hęc dicit dñs, Quia dixistis sermonem istum, Onus domini: & misi ad vos, dicens, Nolite dicere Onus domini: propterea ecce ego [x] tollam vos portans, & derelinquam vos, [y] & ciuitatem quam dedi vobis, & patribus vestris à facie mea: & dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam ęternā, quę nunquā obliuione delebitur.

[a] iniquitas
[c] duritia
[e] secreto
[g] in ea Itelligētia. (i aduertetis esse vera quę dico.)
[i] secreto
[l] ab operibus
[n] vel lenificāt
[p] blandicijs
[r] Quid onus? (vel, Quid pphetia? idignātis vox.)
[x] vl, obliuiscar vñi obliuiscendo, & euellam vos (aut, credā vos on' esse, & abijciā vos,)

Supra.9.c. D
Admonet populus ne pseudo prophetis credat.
Cōtra pseudoprophetas asserit Iudęę captiuitatē futuram.
E
Supra.14.c
Infra.27.c
&.29.c
Propheta pdicāte verbū dei puertit deus corda audientium.
Deus vbique est, cūcta intuens.
In prophetas sub nomie dñi mēdacia phetantes.
F
Miracula pseudoprophetarū.
Ironicę populi & pseudoprophetaꝝ interrogatiōi de onē dñi, rńdet grauitatē visiōis ad eos pertinere.
G
Supra.10.e

CAP. XXIIII.

Ostendit mihi dominus: & ecce duo calathi pleni ficis, positi ante templum domini: postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioacim regem Iuda, & principes eius, & fabrum, & inclusorem de Ierusalem, & adduxit eos in Babylonem. Calathus vnus, ficus bonas habebat nimis: vt solent ficus esse [a] primi temporis. [b] & calathus vnus, ficus habebat malas nimis, quę comedi non

[a] vel [maturę.

A
Visio duorū calathorū ficis plenorum.

B poterant, eò quòd essent malę. Et dixit dominus ad me, Quid tu vides
Ieremia? Et dixi, Ficus: ficus bonas, bonas valde: & malas, malas val-
Prima vi- de, quę comedi non possunt, eò quòd sint malę. Et factum est verbū
sio signifi- domini ad me, dicens, Hęc dicit dominus deus Israel, Sicut ficus hę bo
cat ptē ppli nę: sic cognoscam transmigrationem Iuda, quem emisi de loco isto in
à capti- C terram Chaldęorum, in bonum. Et ponam oculos meos super eos [a]ad [a]in bonum.
uitate redu placandum: & reducam eos in terram hanc: & ędificabo eos, & non
cendam. destruam: & plantabo eos, & non euellam. Et dabo eis cor vt sciant me
quia ego sum dominus: & erunt mihi in populū, & ego ero eis in deū:
Infra. 21. f quia reuertentur ad me in toto corde suo. Et sicut ficus pessimę, quę co-
D medi non pñt, eò qḋ sint malę: hęc dicit dñs, sic dabo Sedeciā regē Iu-
Infra. 29. d da, & principes eius, & reliquos de Ierusalē, qui remāserūt in vrbe hac,
Altera, Se- & qui habitant in terra Aegypti. Et dabo eos in vexationem afflictio-
deciā & reli- nemq; omnibus regnis terrę: in opprobriū, & in parabolā, & in prouer
quos popu- bium, & in maledictionem in vniuersis locis ad quę eieci eos. Et mit-
li pdendos. tam in eis gladium, & famē, & pestem: donec cōsumantur de terra, quā
dedi eis & patribus eorum.

CAP. XXV.

A VErbum quod factum est ad Ieremiā de omni populo Iudę: in an-
Captiuitatē no quarto Ioacim filij Iosię regis Iuda ipse, est annus primus Na
70. annorū buchodonosor regis Babylonis, Quòd loquutus est Ieremias prophe
pdicit Iere- ta ad omnem populū Iuda, & ad vniuersos habitatores Ierusalem, di-
mias ob ví- cens, A tertiodecimo anno Iosię filij Amon regis Iuda vsque ad diē
bi dei ptem- hanc: iste tertius & vicesimus annus, factum est verbum domini ad me,
ptum. & loquutus sum ad vos de nocte consurgens & loquens: & non audi-
stis. Et misit dominus ad vos omnes seruos suos prophetas, consurgēs
diluculo, mittensq;: & non audistis, neq; inclinastis aures vestras vt au
B diretis, quum diceret, Reuertimini vnusquisq; à via sua mala, & à pessi
4. Re. 17. d mis cogitationibus vestris: & habitabitis in terra quā dedit dominus
Supra. 18. e vobis & patribus vestris, à seculo & vsq; in seculum. Et nolite ire post
Infra. 35. e deos alienos, vt seruiatis eis, adoretisq; eos: neque me ad iracundiam
prouocetis in operibus manuum vestrarum, & non affligam vos. Et
non audistis me, dicit dominus: vt me ad iracundiam prouocaretis in
operibus manuum vestrarum, in malum vestrum. Propterea hęc dicit
dominus exercituum, Pro eo quòd non audistis verba mea, ecce ego
mittam, & assumam vniuersas cognationes aquilonis, ait dominus, &
Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & adducam eos su
per terram istam, & super habitatores eius, & super oēs natiōes quę in
circuitu illius sunt: & interficiam eos, & ponā eos in stuporē & in sibilū,
C & in solitudines sempiternas. Perdamq; ex eis vocem gaudij & vocē
lętitię, vocem spōsi & vocem sponsę, vocem molę & lumen lucernę.
Et erit vniuersa terra hęc in solitudinem & in stuporem: & seruient oēs
Ondit post gentes istę regi Babylonis septuaginta annis. Quumq; impleti fue-
70. annos, rint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentē
Babylōios illam, dicit dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldęorū: &
destruēdos. ponam illam in solitudines sempiternas. Et adducam super terram il-
Infra 29. c lam omnia verba mea quę loquutus sum cōtra eam, omne quod scri-
2. Par. 36. d ptum est in libro isto, quęcunq; prophetauit Ieremias aduersum om-
1. Esd. 1. a nes gentes: quia seruierunt eis, quum essent gētes multę & reges magni:
Dani. 9. a & reddam eis secundum opera eorum, & secundum facta manuū sua-
D rum. Quia sic dicit dominus exercituum deus Israel, Sume calicē vini
Olum gen- furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus ad
tium destru- quas ego mittā te. Et bibēt, & turbabunt, & insanient: à facie gladij quē
ctio pdicit. ego mittā inter eos. Et accepi calicē de manu domini, & ppinaui cun-
ctis gētibus ad quas misit me dominus: Ierusalem, & in ciuitatibus Iu-
da, & regibus eius & principibus eius: vt darē eos in solitudinē & in stu-
porē, & in sibilum, & in maledictionem, sicut est dies ista. Pharaoni regi

Aegypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius, & vniuersis 'generaliter:' cunctis regibus terrę Ausitidis: & cunctis regibus terrę Philisthijm, & Ascalonis, & Gazę, & Accaron, & reliquijs Azoti. & Idumęę, & Moab, & filijs Ammon. & cunctis regibus Tyri, & vniuersis regibus Sidonis: & regibus terrę insularũ qui sunt trans mare. & Dedan, & Thema, & Buz, & vniuersis 'qui attonsi sunt in comã.' & cũctis regibus Arabię: & cunctis regibus occidentis qui habitãt in deserto: & cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medorũ: cunctis quoq; regibus aquilonis deprope & delonge, 'vnicuiq; contra fratrem suum:' & omnibus regnis terrę, quę super faciem eius sunt: & rex Sesach bibet post eos. Et dices ad eos, Hęc dicit dominus exercituum deus Israel, Bibite & inebriamini, & vomite: & cadite, neq; surgatis, à facie gladij quem ego mittam inter vos. Quumq; noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos, Hęc dicit dominus exercituum, Bibentes bibetis: quia ecce in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum, ego incipio affligere: & vos quasi innocentes, & immunes eritis? non eritis immunes. gladium enim ego voco super omnes habitatores terrę, dicit dominus exercituum. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hęc, & dices ad illos, Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suã: rugiens rugiet super 'decorẽ' suũ: 'celeusma' quasi calcantiũ, concinetur aduersus omnes habitatores terrę. Peruenit sonitus vsq; ad extrema terrę: quia iudicium domino cũ gentibus: 'iudicatur ipse cũ omni carne,' impios 'tradidi' gladio, dicit dominus. Hęc dicit dominus exercituũ, Ecce afflictio egredietur de gente in gentem: & turbo magnus egredietur 'à summitatibus' terrę. Et erunt interfecti domini in die illa 'à summo' terrę vsque ad summum eius: non plangentur, & non colligentur, neq; sepelientur: in sterquilinium super faciem terrę iacebunt. Vlulate pastores, & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri, vt interficiamini: & 'dissipationes vestrę,' & cadetis q̃si vasa pretiosa. Et 'peribit fuga' à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis. Vox clamoris pastorũ, & vlulatus optimatiũ gregis: q; vastauit dñs pascua eorũ, & 'conticuerũt' arua 'pacis' 'à facie irę' furoris domini. Dereliquit quasi leo vmbraculũ suũ: q; facta est terra eorũ in desolationem 'à facie irę columbę,' & à facie irę furoris dñi. CA. XXVI.

IN principio regni Ioacim filij Iosię regis Iuda, factum est verbum istud à domino, dicens, Hęc dicit dominus, Sta in atrio domus domini, & loqueris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt vt adorent in domo domini, vniuersos sermones quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos: noli subtrahere verbum: si forte audiant & conuertantur vnusquisque à via sua mala: & pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam 'studiorum' eorum. Et dices ad eos, Hęc dicit dominus, Si nõ audieritis me vt ambuletis in lege mea quã dedi vobis: vt audiatis sermones seruorum meorum prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens, & dirigens, & non audistis: dabo domum istam sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terrę. Et audierunt sacerdotes, & prophetę, & omnis populus Ieremiam loquentem verba hęc in domo domini. Quumq; complesset Ieremias loquens omnia quę pręceperat ei dominus vt loqueretur ad vniuersum populum: apprehenderunt eum sacerdotes, & prophetę, & omnis populus, dicens, 'Morte moriatur.' Quare 'prophetauit' in nomine domini? dicens, Sicut Silo erit domus hęc: & vrbs ista desolabitur, 'eò quòd' non sit habitator. Et congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in domo domini. Et audierunt principes Iuda verba hęc: & ascenderunt de domo regis in domum domini, & sederunt in introitu portę domus domini

Left margin notes: promiscue. — terminis anguli mundi. — quibuscunq; cũ proximo suo: (vel, vni post alium) — habitaculum — vel, clamorẽ gaudij — iudex est ipse oĩs carnis, (vel, iudiciũ subibit cũ oĩ carne,) — tradet — a diuersis lateribus — ab extremo & infra. — cõpletę sũt dispersiões vrę, — (.i. pastores nõ poterũt effugẽ) — vel, succisa sũt — vel, quieta — vel, per iram — p irã inimici opprimentis, — operum — morieris — prophetasti — vt

Right margin: B — 1. Pet. 4. d — F — Ioel. 3. d — Amos. 1. a — C — Inuitat pastores gẽtiũ ad planctũ. — A — Ieremias inuitat pplm ad resipiscẽtiam. — B — 1. reg. 4. b — Cõprehẽsus a sacerdotibus & pphetis adducit in iudiciũ.

Accusat⁹ coram principib⁹ respõdit se verba dei tãtũ nuntiasse.

nouę. Et loquuti sunt sacerdotes, e prophetę ad principes, e ad omnẽ populũ dicentes, Iudicium mortis est viro huic: quia prophetauit aduersus ciuitatem istã, sicut audistis auribus vestris. Et ait Ieremias ad oẽs principes, & ad vniuersum populũ, dicens, Dominus misit me vt prophetarem ad domũ istam, & ad ciuitatem hanc omnia verba quę

D

Supra. 7. a

audistis. Núc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem domini dei vestri: & pœnitebit dominũ mali qđ loquutus est aduersum vos. Ego autem ecce in manibus vestris sum: facite mihi qđ bonum & rectuȝ est in oculis vestris. Verũtamen scitote & cognoscite ꝙ si occideritis me, sanguinẽ innocentem tradetis cõtra vosmetipsos, & contra ciuitatem istã, & habitatores eius. in veritate enim misit me dñs ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hęc.

E

Prĩcipes & pp̃ls absoluunt Ieremiã, inuitis sacerdotib⁹ e ꝓphis exẽplo Ezechię qui Michęã eadem prędicãtem absoluerat.

Mich. 3. d

Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes & prophetas, Non est viro huic iudiciũ mortis: quia in nomine domini dei nostri loquutus est ad nos. Surrexerũt ergo viri de senioribus terrę: & dixerũt ad omnem cœtum populi, loquentes, Micheas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechię regis Iuda: & ait ad omnem populum Iudę, dicens, Hęc dicit dominus exercituũ, Sion quasi ager arabitur: & Ierusalem in aceruum

F

lapidũ erit: & mons domus domini in excelsa syluarũ. Nunquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda: nunquid nõ timuerunt dñm, & deprecati sunt faciem domini & pœnituit dñm mali, qđ loquutus fuerat aduersum eos? Itaq; nos facimus malũ grande contra animas nostrãs. Fuit quoq; vir prophetans in nomine dñi Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduersus ciuitatem istam, & aduersus terram hanc iuxta omnia verba Ieremię. Et audiuit rex Ioacim, & omnes potentes, & principes eius verba hęc: & quęsiuit rex

G

Vrias ꝓpheta ad Ioacim occisus contra dei volũtatem.

interficere eũ. Et audiuit Vrias, & timuit, fugitq;, & ingressus est Aegyptum. Et misit rex Ioacim viros in Aegyptum, Elnathan filiũ Achobor, & viros cum eo in Aegyptum. Et eduxerunt Vriam de Aegypto: & adduxerunt eum ad regem Ioacim, & percussit eum gladio: & proiecit cadauer eius in sepulchris ᵃvulgi ignobilis. Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eum.

ᵃ filiorũ pp̃li. Heb.

CAP. XXVII.

A

Iussu domini Ieremias regi Iuda e vicinis regibus mittit vincula, q' bus monentur subijci Nabuchodonosor.

IN principio regni Ioacim filij Iosię regis Iuda, factum est verbum istud ad Ieremiam à dño, dicens, Hęc dicit dominus ad me, Fac tibi ᵇvincula, & ᶜcatenas: & pones eas in collo tuo: Et mittes eas ad reges Edom, & ad regem Moab, e ad regem filiorũ Ammon, e ad regẽ Tyri, & ad regem Sidonis: in manu nuntiorũ qui venerunt Ierusalem ad Sedeciam regem Iuda. & pręcipies eis vt ad dños suos loquantur, Hęc dicit dominus exercituũ deus Israel, Hęc dicetis ad dños vestros, Ego feci terrã, & homines, & iumenta, quę sunt super faciem terrę, in fortitudine mea magna & in brachio meo extento: & dedi eã ei qui placuit in oculis meis. Et nũc itaq; ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi. Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius: do-

ᵇ vectes (perticas, virgas)
ᶜ vel, iuga.

B

nec veniat tẽpus terrę eius & ipsius: & seruient ei gentes multę & reges magni. Gens autẽ & regnũ qđ non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicũq; non curuauerit collum suũ sub iugo regis Babylonis: in gladio & in fame & in peste visitabo super gentem illã, ait dñs: donec consumã eos in manu eius.

Admonet pp̃lm & reges ne pseudoprophetis credant.

Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos qui dicunt vobis, Non seruietis regi Babylonis. quia mendaciũ prophetãt vobis: vt longe vos faciant de terra vestra, & eijciant vos, & pereatis. Porrò gens quę subiecerit ceruicem suã sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei: dimittã eam in terra sua, dicit dñs: & colet eam, & habitabit in ea.

C

Et ad Sedeciam regem Iuda loquutus sum secũdum omnia verba hęc,

dicens, Subijcite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei, &
populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu, & populus tuus gladio,
& fame, & peste, sicut loquutus est dominus ad gentē quę seruire noluerit
regi Babylonis? Nolite audire verba prophetarū dicentium vobis,
Non seruietis regi Babylonis. quia mendacium ipsi loquuntur vobis.
Quia non misi eos, ait dñs: & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter: vt eijciant vos, & pereatis tam vos quàm prophetę qui vaticinātur vobis. Et ad sacerdotes, & ad omnem populū istum loquutus sum, *(S.14.c.13.d Infra.29.b)*
dicens, Hęc dicit dñs, Nolite audire verba prophetarū vestrorum, qui
prophetant vobis, dicentes, Ecce vasa domus domini reuertētur de Babylone nunc cito. mendaciū enim prophetant vobis. Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt viuatis. quare datur hęc ciuitas
in solitudinem? Et si prophetę sunt, & est verbū domini in eis: ᵃoccurrant domino ⁱ exercituū, vt non veniant vasa quę derelicta fuerant in D
domo domini, & in domo regis Iuda, & in Ierusalem, in Babylonem. *(ᵃ orent nunc dominum)*
Quia hęc dicit dñs exercituū ad colūnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorū, quę remāserunt in ciuitate hac: quę nō tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, quū transferret Iechoniā filium Ioacim regem
Iuda de Ierusalem in Babylonē, & omnes optimates Iuda & Ierusalē. *(4.Re.25.a)*
Quia hęc dicit dñs exercituum deus Israel ad vasa quę derelicta sunt in
domo domini, & in domo regis Iuda & Ierusalem: in Babylonē transferentur, & ibi erunt vsque ad diem visitationis suę dicit dñs: & afferri
faciam ea, & restitui in loco isto.

CAP. XXVIII.

A

Hananię pphetę falsa prophetia.

ET factum est in anno illo in principio regni Sedecię regis Iuda, in
anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur
propheta de Gabaon, in domo domini corā sacerdotibus & omni populo, dicens, Hęc dicit dominus exercituū deus Israel, Contriui iugum
regis Babylonis. Adhuc duo anni dierū, & ego referri faciam ad locum
istū omnia vasa domus domini quę tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Babylonē. Et Iechoniā filium Ioacim regē Iuda, & omnem transmigrationē Iudę, qui ingressi sunt in Babylonem, ego cōuertam ad locū istum, ait dñs. conterā enim iugū regis
Babylonis. Et dixit Ieremias propheta ad Hananiā prophetā in oculis sacerdotū, & in oculis omnis populi qui stabat in domo domini: & B
ait Ieremias propheta, Amen, sic faciat dominus: suscitet dñs verba
sua quę prophetasti, vt referantur vasa in domū domini, & omnis trāsmigratio de Babylone ad locū istum. Veruntamen audi verbū hoc quod
ego loquor in auribus tuis, & in auribꝰ vniuersi populi, Prophetę qui
fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetauerūt super terras multas, & sup regna magna, de pręlio & de afflictione, & de fame. Propheta
qui vaticinatus est pacem: quū venerit verbum eius, scietur propheta
quem misit dominus in veritate. Et tulit Hananias propheta ᵛcatenāⁱ
de collo Ieremię prophetę, & cōfregit eam. Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens, Hęc dicit dominus, Sic cōfringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierū de collo omniū
gentium. Et abijt Ieremias propheta in viam suā. Et factum est verbum domini ad Ieremiam, postquā confregit Hananias propheta catenam de collo Ieremię prophetę, dicens, Vade, & dices Hananię, Hęc dicit dominus, Catenas ligneas cōtriuisti: & facies pro eis catenas ferreas.
Quia hęc dicit dominus exercituū deus Israel, Iugum ferreū posui super collum cunctarum gentium istarum, vt seruiant Nabuchodonosor
regi Babylonis, & seruient ei: insuper & bestias terrę dedi ei. Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetā, Audi Anania: non misit te D
dominus, & tu confidere fecisti populū istum in mendacio. Idcirco hęc
dicit dominus, Ecce ego mittam te à facie terre: hoc anno morieris.
aduersum enim dominum loquutus es. Et mortuus est Hananias pro-

(Ostēdit Ieremias falsā Hananię prophetiā exēplo aliorū prophetarū) C

(ᵛ vectem (perticā, vel virgā))

(Inspiratꝰ à dño Ieremias increpat Hananiā, mortēq; ei pnūtiās.)

pheta in anno illo, mense septimo. CAP. XXIX.

A E T hęc sunt verba [a]libri quę misit Ieremias propheta de Ierusalem [a] literarũ quas
Epistola Ie- ad reliquias seniorũ transmigrationis, & ad sacerdotes, & ad prophe
remię missa tas, & ad omnem populũ quem traduxerat Nabuchodonosor de Ieru-
ad captiuos salem in Babylonem: postquã egressus est Iechonias rex, & [b]domina, [b] regina,
in Babylo- & eunuchi, & principes Iuda, & Ierusalem, & faber, & inclusor de Ieru
nem. salem: in manu Elasa filij Saphan, & Gamarię filij Helcię, quos misit
Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babyloné,
dicens, Hęc dicit dominus exercituũ deus Israel, omni transmigrationi
B quã transtuli de Ierusalem in Babylonem, Aedificate domos, & habi-
tate: & plantate hortos, & comedite fructum eorũ. Accipite vxores, &
generate filios & filias: & date filijs vestris vxores, & filias vestras date
viris, & pariant filios & filias: & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci
numero. Et quęrite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci: &
orate pro ea ad dominũ: quia in pace illius erit pax vobis. Hęc enim
dicit dominus exercituũ deus Israel, Non vos seducãt prophetę vestri
qui sunt in medio vestrũ, & diuini vestri: & ne attendatis ad somnia ve
stra quę vos somniatis: quia falso ipsi prophetant vobis in noĩe meo:
C non misi eos dicit dominus. Quia hęc dicit dominus, Quũ cœperint
Supra. 14. c impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo super
Prophetat vos verbũ meum bonum, vt reducã vos ad locum istũ. Ego enim scio
reductioné cogitationes, quas ego cogito super vos, ait dominus, cogitationes pa
à captiuita- cis & non afflictionis, vt dem vobis finem [c]& patientiã. Et inuocabitis [c]& spem. (vel
te post. 70. me, & ibitis: & orabitis me, & ego exaudiã vos. Quęretis me, & inue- qué expectatis)
annos. nietis: quũ quęsieritis me in toto corde vestro. Et inueniar à vobis, ait
Supra. 15. c dominus: & reducam captiuitatem vestrã: & congregabo vos de vni-
2. Par. 36. d uersis gentibus, & de cunctis locis ad quę expuli vos, dicit dominus: &
1. Esdrę. 1. a reuerti vos faciã de loco ad quem transmigrare vos feci. Quia dixistis,
Danie. 9. a Suscitabit nobis dominus prophetas in Babylone. Quia hęc dicit do
D minus ad regem qui sedet super soliũ Dauid, & ad omnem populũ ha-
Prędicit re- bitatorem vrbis huius, ad fratres vestros, qui non sunt egressi vobiscũ
gis & ppli q in transmigrationem. Hęc dicit dominus exercituũ, Ecce ego mittã in
remãserant eos gladiũ, & famem, & pestem: & ponã eos quasi ficus malas quę co-
in Ierusalé, medi non possunt, eò q pessimę sint. Et persequar eos in gladio, & in
exitium. fame, & in pestilentia: & dabo eos in vexationé vniuersis regnis terrę,
Supra. 24. c in maledictioné, & in stuporem, & in sibilũ, & in opprobrium cunctis
gentibus ad quas ego eieci eos eò q non audierint verba mea, dicit
dominus: quę misi ad eos per seruos meos prophetas de nocte consur
gens & mittens: & non audistis dicit dominus. Vos ergo audite ver-
E bum domini omnis transmigratio, quã emisi de Ierusalem in Babylo
Minat duo nem. Hęc dicit dominus exercituũ deus Israel ad Achab filium Colię,
bus pseudo & ad Sedeciã filiũ Maasię, qui prophetant vobis in nomine meo médã
prophetis citer, Ecce ego eos tradã in manus Nabuchodonosor regis Babylonis: [d]Vel, Et tolet ea
seducétibus & percutiet eos in oculis vestris. [d]Et assumetur ex eis maledictio omni ptiuitas Iudę
populum. transmigrationi Iudę quę est in Babylone dicentiũ, Ponat te dñs sicut quę est in Ba-
Sedeciam, & sicut Achab: quos [e]frixit rex Babylonis in igne pro eo q bel, accipiet ab
fecerint stultitiã in Israel, & mœchati sunt in vxores amicorũ suorum, & eis imprecatio
Semeię Ne- loquuti sunt verbũ in noĩe meo mendaciter qđ non mandaui eis. ego né, & dicet,
helamitę [f]sum iudex & testis, dicit dñs. Et ad Semeiã Nehelamité dices, Hęc di- [e] cõbussit (tor-
mors, prędi cit dñs exercituum deus Israel, Pro eo q misisti in noĩe tuo [g]libros ad ruit)
citur. omné populũ qui est in Ierusalé, & ad Sophoniã filiũ Maasię sacerdoté, [f] sum q cogno
F & ad vniuersos sacerdotes, dicens, Dñs dedit te sacerdoté pro Ioiadę sa- sco (vel, ego id
cerdotes vt sis dux in domo dñi super omné virum [h]arreptitiũ & pro- sco)
phetanté, vt mittas eum in neruũ & in carceré. Et nunc quare nõ incre- [g] literas
pasti Ieremiã Anathothiten, qui prophetat vobis? Quia [i]super hoc [h] furiosum
misit in Babylonem ad nos, dicens, Longum est: ędificate domos, & ha- [i] idcirco

bitate: & plantate hortos, & comedite fructus eorũ. Legit ergo Sopho-
epistolã hanc nias sacerdos librum istum in auribus Ieremię prophetę. Et factũ est
verbum domini ad Ieremiam, dicens, Mitte ad omnem trãsmigratio- G
nem, dicens, Hęc dicit dominus ad Semeiam Nehelamitem, Pro eo q̃
prophetauit vobis Semeias, & ego non misi eũ: & fecit vos cõfidere in
mendacio: idcirco hęc dicit dñs, Ecce ego visitabo super Semeiã Nehe-
lamitem, & super semen eius: non erit ei vir sedens in medio populi
huius, & non videbit bonum quod ego faciam populo meo, ait dñs:
defectionem quia prępuaricationẽ loquutus est aduersus dñm. CAP. XXX.

Hoc verbum quod factũ est ad Ieremiam à domino, dicens, Hęc di- A
cit dominus deus Israel, dicens, Scribe tibi omnia verba quę loquu- Reductio
tus sum ad te, in libro. Ecce enim dies veniũt, dicit dominus: & cõuer- populi à
captiuitatem tam conuersionẽ populi mei Israel & Iuda, ait dominus: & conuertã Babylone.
eos ad terram quã dedi patribus eorũ, & possidebunt eam. Et hęc ver-
ba quę loquutus est dominus ad Israel & ad Iudam, Quoniã hęc dicit
dominus, Vocem terroris audiuimus: formido, & nõ est pax. Interro-
gate, & videte si generat masculus: quare ergo vidi omnis viri manus
super lumbũ suum quasi parturientis, & cõuersę sunt vniuersę facies in
auruginem? Vę, quia magna dies illa, nec est similis eius: tempusq; tri- B
bulationis est Iacob, & ex ipsa saluabitur. Et erit in die illa, ait dñs exer- Ioel. 2. c
cituum: conterã iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam: & Amos. 5. c
non dominabuntur ei amplius alieni: sed seruient dño deo suo, & Da- Sopho. 1. d
uid regi suo quẽ suscitabo eis. Tu ergo non timeas serue meus Iacob, Isa. 44. a
vel, paratus erit. ait dñs, neq; paueas Israel: quia ecce ego saluabo te de terra lõginqua, Luc. 1. g
& semen tuum de terra captiuitatis eorũ: & reuertetur Iacob, & requie-
succidẽdo nõ succidam te. scet, & cunctis affluet bonis, & non erit quẽ formidet: quoniã tecum
ego sum, ait dñs, vt saluem te. faciam enim consummationẽ in cunctis
vel, desperata gentibus in quibus dispersi te: te autem non faciã in consummationẽ: C
ad sanitatẽ: medicinę curatiuę non sunt tibi. sed castigabo te in iudicio, vt nõ videaris tibi innoxius. Quia hęc Castigatiõe
dicit dñs: Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Non est qui iu- sua ostẽdit
dicet iudiciũ tuum ad alligandũ: curationum vtilitas nõ est tibi. Om- deus pplm
nes amatores tui obliti sunt tui, teq; non quęrent. plaga enim inimici peccatorẽ:
multiplicata percussi te castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuę Supra. 13. d
quia multiplicata sunt dura facta sunt peccata tua. Quid clamas super cõtritione tua? Insa- Supra. 15. d
nabilis est dolor tuus: propter multitudinẽ iniquitatis tuę, & dura Destructio
Curabo enim sanitatẽ tibi, peccata tua feci hęc tibi. Propterea omnes qui comedũt te, deuorabũ- inimicorũ
tur: & vniuersi hostes tui in captiuitatẽ ducentur: & omnes qui te va- Israelis.
sup tumulũ (vel cumulũ) suũ (.i. in loco suo. est enĩ altior vniuersa terra Israel.) stant, vastabũtur, cunctosq; prędatores tuos dabo tibi in prędã. Ob- Reducendũ
ducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te, dicit dñs. Israelẽ à ca-
Quia eiectã vocauerunt te Sion, Hęc est quę nõ habebat requirentem. ptiuitate, p-
Hęc dicit dñs, Ecce ego conuertã conuersionẽ tabernaculorũ Iacob, & dicit.
tectis eius miserebor: & ędificabitur ciuitas in excelso suo, & templũ D
sm̃ dispõnem suã habitabit. (vel, sm̃ cõsuetudinem suam manebit.) iuxta ordinem suũ fundabitur. Et egredietur de eis laus, voxq; ludẽ-
tium: & multiplicabo eos, & nõ minuentur: & glorificabo eos, & nõ
attenuabũtur. Et erunt filij eius sicut à principio, & cœtus eius corã me
permanebit. Et visitabo aduersum oẽs qui tribulant eũ. Et erit dux eius
ex eo: & princeps de medio eius producetur: & applicabo eũ, & accedet
ad me. Quis enim iste est, qui applicet cor suũ, vt appropinquet mihi,
amplificabo ait dñs? Et eritis mihi in populũ: & ego ero vobis in deum. Ecce turbo
se ꝯgregens: (vel manens) dñi furor egrediens, procella ruens: in capite impiorum cõquiescet.
Non auertet irã indignationis dñs: donec faciat & cõpleat cogitationẽ A
euaserat à gladio: cordis sui. In nouissimo dierũ intelligetis ea. CAP. XXXI. Pple israelẽ

vt perueniret In tempore illo, dicit dominus, Ero deus vniuersis cognationibus suę fœlicita-
Israel, & ipsi erunt mihi in populum. Hęc dicit dominus, Inuenit ti restituẽdũ
vel, A longo tempore gratiam in deserto populus qui remanserat gladio: vadet ad re- dicit.
quiem suã Israel. Longe dñs apparuit mihi, Et in charitate perpetua 1. Cor. 6. d

dilexi te, ideo attraxi te miserans. Rursumq; ędificabo te, & ędificabe
ris virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in cho-
ro ludentium. Adhuc plantabis vineas in montibus Samarię: plan-
tabunt plantantes, ᵃe donec tempus veniat, non vindemiabunt.⁾ ᵃe prophana
quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte Ephraim, Sur- bunt.(.i.com
gite, & ascendamus in Sion ad dominum deum nostrum. Quia hęc muné faciét.)
dicit dominus, Exultate in lętitia Iacob, & ᵇhinnite contra ca- ᵇexultate in
put⁾ gentium: ᶜpersonate, & canite,⁾ & dicite, Salua domine popu capite
B lum tuum reliquias Israel. Ecce ego adducam eos de terra aquilo- ᶜaudiri vos fa
A nis, & congregabo eos ab extremis terrę: inter quos erunt cęcus & cite, e laudate,
claudus, & pregnans & pariens simul, coetus magnus reuertentium
huc. In fletu venient: & in misericordia reducam eos. Et adducam eos
per torrentes aquarū in via recta, & non impingent in ea: quia factus
sum Israeli pater, e Ephraim primogenitus meus est. Audite verbum
domini gentes, e annuntiate in insulis quę procul sunt, & dicite, Qui
dispersit Israel, congregabit eum: & custodiet eum sicut pastor gregem
suum. Redemit enim dominus Iacob, & liberabit eum de manu po-
tentioris. Et venient, & laudabunt in monte Sion: e confluent ad bo-
na domini ᵃsuper frumento,⁾ & vino e oleo, & foetu pecorum & ar- ᵃpropter fru
C mentorum: eritq; anima eorum quasi ortus irriguus, & ᵇvltrà nō esu mentū.
rient.⁾ Tunc lętabitur virgo in choro, iuuenes e senes simul: & cōuer ᵇnon dolebit
tam luctum eorum in gaudium, e consolabor eos, e lętificabo à dolo (vel, nō paue
re suo. Et inebriabo animam sacerdotū pinguedine: & populus meus bit) amplius.
bonis meis ᶜadimplebitur,⁾ ait dominus. Hęc dicit dominus, Vox in ᶜsaturabitur,
excelso audita est lamentationis, luctus e fletus Rachel plorātis filios
Mat.2.d suos: e nolentis ᵃconsolari⁾ super eis, quia non sunt. Hęc dicit domi- ᵃadmittere cō
nus, Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia est mer solationem
ces operi tuo, ait dominus, e reuertētur de terra inimici. Et est spes no
uissimis tuis, ait dominus: e reuertentur filij tui ad terminos suos. Au
diens audiui Ephraim ᵃtransmigrantem,⁾ Castigasti me domine, & ᵃplangentem,
D ᵇeruditus⁾ sum, quasi ᶜiuuenculus indomitus.⁾ Conuerte me, e con- (vel consolan
Conuerti a uertar: quia tu dominus deus meus. Postquam enim conuertisti me, tem semetipsū)
peccatis est egi poenitentiam: e postquam ostendisti mihi, percussi femur meū. Con ᵇcastigatus
dei donum. fusus sum, e erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentię meę. ᶜvitulus non
ᵃSi filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus:⁾ quia ex quo assuetus sub.
loquutus sum de eo, adhuc recordabor eius. idcirco conturbata sunt ferre iugū.)
viscera mea super eum: miserans miserebor eius, ait dominus. Statue ᵃNōnne filius
tibi ᵇspeculam, pone tibi amaritudines:⁾ dirige cor tuum in viam re- ptiosus (incly
ctam, in qua ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tus) est mihi
Natiuitas tuas istas. Vsquequo ᶜdelicijs dissolueris filia vaga?⁾ quia creauit do- Ephraīs, nōne
CHRISTI minus nouum super terram: FOEMINA CIRCVNDABIT puer delectabi
prędicitur. VIRVM. Hęc dicit dominus exercituum deus Israel, Adhuc di- lis? (vel lusus
E cent verbum istud in terra Iuda, & in vrbibus eius, quum conuerte- meus.)
ro captiuitatem eorum Benedicat tibi dominus ᵃpulchritudo⁾ iusti ᵇtitulos, (la
tię, mons sanctus: & habitabunt in eo Iudas, e omnes ciuitates eius si pidē erectam)
mul: agricolę e minantes greges. Quia inebriaui animam lassam: & pone tibi cu
omnem animam ᵇesurientem saturaui.⁾ Ideò quasi de somno suscita mulos altos:
tus sum: e vidi, & somnus meus dulcis mihi. Ecce dies veniunt, dicit ᶜvertēs te huc
dominus: e seminabo domū Israel e domū Iuda semine hominum & e illuc filia re
Omnes in semine iumentorū. Et sicut ᵃvigilaui⁾ super eos vt euellerē, e demoli- bellis?
peccato suo rer, e dissiparem, e disperderē, e affligerem: sic vigilabo super eos vt ędi ᵃhabitaculum
morientur. ficem e plantem, ait dominus. In diebus illis non dicent vltrà, Pa ᵇtristē ipleui
F tres comederunt vuā acerbā, e dentes filiorū obstupuerunt. Sed vnus- ᶜvel, solicitus
Eze.18. quisq; in iniqtate sua morietur. ois homo qui comederit vuā acerbā, fui
Testamentū obstupescent dentes eius. Ecce dies venient, dicit dominus: e feriā do-
nouum. mui Israel, e domui Iuda foedus nouū, non sm pactū quod pepigi cū

patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Aegypti: pactū quod irritū fecerunt, 'et ego dominatus sum' eorum, dicit dn̄s. Sed hoc erit pactū quod feriam cū domo Israel post dies illos dicit dn̄s: Dabo legem meā in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam: et ero eis in deum, et ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vltrà vir proximum suū, et vir fratrem suum, dicens, Cognoscite dominū. omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsq; ad maximū, ait dominus: qa propitiabor iniquitati eorum, et peccati eorum nō memorabor amplius. Hęc dicit dominus qui dat solem in lumine diei, 'ordinem' lunę et stellarū in lumine noctis: qui turbat mare, & sonant fluctus eius, Dominus exercituū nomen illi. Si defecerint leges istę coram me, dicit dominus: tunc et semen Israel deficiet, vt nō sit gens coram me cunctis diebus. Hęc dicit dominus, Si mensurari potuerint cœli sursum, et inuestigari fundamenta terrę deorsum: et ego abijciā vniuersum semen Israel, propter oīa quę fecerunt, dicit dominus. Ecce dies veniūt, dicit dominus: et ędificabitur ciuitas domino à turre Hananeel, vsq; ad portam anguli. Et exibit vltrà normā mensurę in cōspectu eius super collem Gareb: et circuibit Goatha, et omnē vallem cadauerum, et cineres, 'et vniuersam regionem mortis,' vsq; ad torrentem Cedron et vsq; ad angulū portę equorum orientalis: 'sanctum domini,' non euelletur, et nō destruetur vltrà in perpetuū. CA. XXXII.

* vel, quis dominarer
* statuta
* simul cum ossibus mortuorum, Sedemoth,
* sanctificabitur domino,

Docti a deo christiani. Heb. 8. c. Luc. 1. g Supra. 24. c Remissio peccatorum. G Act. 10. g Promittit deus se nō omnino abiectu rū pplm suus Iudaicū. De reędificatione Ierlm.

VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino in anno decimo Sedecię regis Iuda: ipse est annus decimusoctauus Nabuchodonosor. Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem: & Ieremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda. Clauserat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens, Quare vaticinaris, dicens, Hęc dicit dominus, Ecce ego dabo ciuitatem istam in manu regis Babylonis, et capiet eam? Et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldęorum: sed tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os eius cū ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt. Et in Babylonā ducet Sedeciam: et ibi erit donec visitem eum, ait dominus. si autem dimicaueritis aduersum Chaldęos, nihil prosperū habebitis. Et dixit Ieremias, Factum est verbū domini ad me, dicens, Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens, Eme tibi agrū meū qui est in Anathoth: tibi enim cōpetit 'ex propinquitate' vt emas. Et venit ad me Hanameel filius patrui mei secundū verbū domini ad vestibulū carceris, et ait ad me, Posside agrum meum qui est in Anathoth in terra Beniamin: quia 'tibi cōpetit hęreditas, et tu propinquus es vt possideas.' Intellexi aūt quod verbū domini esset. Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei qui est in Anathoth: et appendi ei argentum 'septem stateres,' & decem argenteos. Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes: & appendi argentū in statera. Et accepi librū 'possessionis' signatum, & 'stipulationes, & rata, & signa forinsecus.' Et dedi librū possessionis Baruch filio Neri filij Maasię in oculis Hanameel patruelis mei, et in oculis testiū qui scripti erant in libro emptionis, in oculis omnium Iudęorum qui sedebant in atrio carceris. Et pręcepi Baruch coram eis dicens, Hęc dicit dominus exercituum deus Israel, Sume libros istos, librū emptionis hunc signatū, '& librū hunc qui apertus est:' et pones illos in vase fictili, vt pmanere possint diebus multis. Hęc enim dicit dominus exercituum deus Israel, Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vineę in terra ista. Et oraui ad dominum postquam tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicens, 'Heu, heu, heu,' domine deus: ecce tu fecisti cœlum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non 'erit tibi difficile omne verbum.' Qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinū filiorū eorum post eos fortissime, magne & potens, Domi-

* indicio redemptionis illius 'et priuilegiū tibi est illū redimere, qa propinquus es)
* tuus est iure hęreditario, & tua est redemptio, eme tibi.
* siclos
* emptionis
* acta, et statuta sine librū cōsuetudinū vēdendis et emēdis) simul cum exemplari.
* simul cum exemplari.
* Aha
* est tibi abscōditū (vel, ipossibile) quic quā. & infra.

A Conijcit Ieremias ī carcerē qd ciuitatē capiendam a rege Babylonis pphetasset. B Per agrum emptū a Ieremia iussu dñi significatur pplm reuersurum in possessionē terrę suę. C Exod. 34.

nus exercituū nomen tibi. Magnus cōsilio, ꝛ 'incōprehensibilis cogi/ 'multus cogi
D tatu:' cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorū Adam: vt red/
das vnicuiq; sm vias suas, & sm fructum adinuentionū eius. Qui po
suisti signa ꝛ portenta in terra Aegypti vsq; ad diē hanc, ꝛ in Israel,
& in hominibus: & fecisti tibi nomen sicut est dies hęc. Et eduxisti po/
pulū tuū Israel de terra Aegypti, in signis, & in portentis, & in manu
robusta, ꝛ in brachio extento, ꝛ in terrore magno. Et dedisti eis terrā
hanc, quā iurasti patribus eorum vt dares eis, terrā fluentem lacte &
melle. Et ingressi sunt, ꝛ possiderūt eā: ꝛ non obedierunt voci tuę, ꝛ in
lege tua nō ambulauerūt: omnia quę mandasti eis vt facerent, nō fece/
runt, ꝛ euenerunt eis oīa mala hęc. Ecce munitiones extructę sunt ad/
uersum ciuitatem, vt capiatur: & vrbs data est in manus Chaldęorū,
ꝛ in manus regis Babylonis, | qui pliantur aduersus eam à facie gla/
dij, ꝛ famis, & pestilentię: ꝛ quęcunq; loquutus es, acciderunt, vt tuipse
cernis. Et tu dicis mihi domine deus, Eme agrum argento, & adhibe
E testes: quum vrbs data sit in manus Chaldęorū? Et factum est verbū
domini ad Ieremiā, dicens, Ecce ego dominus deus vniuersę carnis:
nunqd mihi difficile erit omne verbū? Propterea hęc dicit dominus, * Nabuchodo
Ecce ego tradā ciuitatem istā in manus Chaldęorū, ꝛ in manus * regis nosor.
Babylonis, ꝛ capient eā: ꝛ venient Chaldęi pliantes aduersum vrbem
hanc, & succendent eā igni, & cōburent eā, & domos, in quarū domati
bus sacrificabant Baal, & libabant dijs alienis libamina ad irritandū
me. Erant enim filij Israel ꝛ filij Iuda iugiter facientes malū in oculis
meis ab adolescentia sua: filij Israel qui vsque nunc exacerbant me in
opere manuum suarū, dicit dominus. Quia in furore, ꝛ indignatione
mea facta est mihi ciuitas hęc, à die qua ędificauerunt eam, vsq; ad diē
istam, qua auferetur de conspectu meo ppter malitiam filiorum Israel
& filiorū Iuda, quam fecerunt ad iracundiam me prouocantes, ipsi, &
reges eorū, ꝛ principes eorū, & sacerdotes eorū, ꝛ prophetę eorū, viri Iu
F da ꝛ habitatores Ierusalem. Et verterunt ad me terga ꝛ non facies: quū
docerem eos diluculo, ꝛ erudirē, '& nollent' audire vt acciperent di/ 'noluerunt
sciplinā. Et posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatū est nomen
4.reg.23.a meū, vt polluerent eā. Et ędificauerunt excelsa Baal, quę sunt in valle
filij Ennom: vt 'initiarent' filios suos ꝛ filias suas Moloch: quod nō 'transire face
mandaui eis, nec ascendit in cor meū, vt facerent abominationē hanc, rent (sub. per
& in peccatū deducerent Iudam. Et nunc propter ista hęc dicit domi/ ignem .i. sacri
nus deus Israel ad ciuitatem hāc, de qua vos dicitis q tradatur in ma ficarent)
nus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peste. Ecce, ego congre/
gabo eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira
mea, ꝛ in indignatione grandi: ꝛ reducam eos ad locum istum, ꝛ habi
Ppłus dei. tare eos faciam cōfidenter. Et erunt mihi in populum, ꝛ ego ero eis in
Ezech.11.c deum. Et dabo eis cor vnum, ꝛ viam vnam, vt timeant me vniuersis
diebus: ꝛ bene sit eis, ꝛ filijs eorum post eos. Et feriā eis pactum sempi/
G ternum: & non 'desinam eis benefacere: '& timorem meū dabo in cor 'auertā me ab
Dei donū, de eorum, vt non recedant à me. Et lętabor super eis, quū bene eis fece eis bñfaciēdo.
timor sui, ro: ꝛ plantabo eos in terra ista in veritate in toto corde meo & in to/
vt fugentur ta anima mea. Quia hęc dicit dominus, Sicut adduxi super populum
peccata. istum omne malū hoc grande: sic adducam super eos omne bonum
qđ ego loquor ad eos. Et possidebuntur agri in terra ista: de qua vos
dicitis quòd deserta sit, 'eò quòd' non remanserit homo & iumen/ 'ita vt
tum, & data sit in manus Chaldęorum. Agri ementur pecunia, &
scribētur in libro, ꝛ imprimetur signum, & testes adhibebūtur: in ter
ra Beniamin, ꝛ in circuitu Ierusalē, in ciuitatibus Iuda, ꝛ in ciuitati
bus montanis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quę
ad austrum sunt: quia 'conuertam' captiuitatem eorum, ait do/ 'redire faciā
minus.

CAPUT XXXIII.

A

Monetur propheta orare pro populi liberatione quam promittit dominus.

ET factum est verbum domini ad Ieremiam secundò, quum adhuc clausus esset in atrio carceris, dicens, Hęc dicit dominus qui [a] factu rus est: dominus formaturus illud, & paraturus, Dominus nomē eius. Clama ad me, & exaudiā te: & annunciabo tibi grandia, & [b] firma quę nescis. Quia hęc dicit dominus deus Israel ad domos vrbis huius, & ad domos regis Iuda quę destructę sunt, ad munitiones, & ad gladium venientium vt dimicent cum Chaldęis, & impleāt eas cadaueribus hominum, quos percussi in furore meo & in indignatione mea, abscōdens faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorū. Ecce ego [c] obducam eis cicatricem, & sanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis [d] deprecationem pacis, & veritatis. Et cōuertam cōuersionem Iuda, & cōuersionem Israel: & ędificabo eos sicut à principio. Et emūdabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccauerunt mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum in quibus deliquerunt mihi, & spreuerūt me. Et erit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in [e] exultationē cunctis gentibus terrę quę audierint omnia bona quę ego facturus sum eis: & pauebunt, & turbabuntur in vniuersis bonis, & in omni pace quā ego faciam eis. Hęc dicit dominus, Adhuc audietur in loco isto (quem vos dicitis esse desertū, eò quod nō sit homo, nec iumentū) in ciuitatibus Iuda, & [f] foris Ierusalem, quę desolatę sunt [g] absque homine & absque habitatore & absque pecore) vox gaudij & vox lętitię, vox sponsi & vox sponsę, vox dicentiū, Cōfitemini domino exercituū, quoniam bonus dominus, quoniam in ęternum misericordia eius: & portantiū [h] vota in domū domini. reducam enim [i] conuersionem terrę sicut à principio, dicit dominus, Hęc dicit dominus exercituum, Adhuc erit in loco isto deserto absque homine, & absque iumento, & in cunctis ciuitatibus eius, habitaculum pastorum [k] accubantium greges. Et in ciuitatibus montuosis, & in ciuitatibus cāpestribus, & in ciuitatibus quę ad austrū sunt: & in terra Beniamin, & in circu Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda adhuc transibunt greges ad manū numerantis, ait dominus. Ecce dies venient, dicit dominus: & suscitabo verbū bonum quod loquutus sum ad domū Israel & ad domum Iuda. In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germē iustitię: & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Ierusalem habitabit confidenter: & [l] hoc est nomen quod vocabunt eam, Dominus iustus noster. Quia hęc dicit dominus, Non interibit de Dauid vir, qui sedeat super thronū domus Israel. Et de sacerdotibus & leuitis nō interibit vir à facie mea: qui offerat holocaustomata, & incendat sacrificium, & cędat victimas omnibus diebus. Et factum est verbum domini ad Ieremiā, dicens, Hęc dicit dominus, Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cū nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo: & pactū meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt nō sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & leuitę & sacerdotes ministri mei. Sicut enumerari non [m] possunt stellę coeli, & metiri arenę maris: sic multiplicabo semen Dauid serui mei, & leuitas ministros meos. Et factū est verbū domini ad Ieremiā, dicens, Nunquid non vidisti quid populus hic loquutus sit, dicens: Duę cognationes, quas elegerat dominus abiectę sunt: & populū meū despexerunt, [n] eò quod non sit vltrà gens corā eis. Hęc dicit dominus, Si pactū meū inter diem & noctē, & leges coeli & terrę non posui: equidem & semen Iacob, & Dauid serui mei proijciā, vt nō assumam de semine eius principes seminis Abrahā, Isaac, & Iacob. reducam enim [o] conuersionem eorū, & miserebor eis.

Left margin notes:
[a] facit hoc, qui absoluit (stabilit) quod cogitat (vel fingit,) Dominus nomen eius.
[b] fortia.
[c] curo ei sanitatē per medicinā.
[d] multitudinē
[e] gloriam
[f] in plateis
[g] ita vt nō sit homo
[h] confessionem (laudem)
[i] captiuitatē
[k] vel, curantiū
[l] Iste qui vocabit eam, est
[m] pōt exercitus
[n] vt
[o] captiuatem

Right margin notes:
Remittit deus peccata, & benefacit populo, ad gloriam suam.
B
C
De CHRISTO nasciturо. Supra. 23. a
Supra. 23. a
D
De regno Christi in ecclesia nunquam finituro.

CAP. XXXIIII.

A

Minatur ciuitatē tradēdā in manus regis Babylōis

VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino, quando Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, vniuersaque regna terrę quę erant sub potestate manus eius, & omnes populi

bellabant contra Ierusalem, & contra omnes vrbes eius, dicens, Hęc
dicit dominus deus Israel, Vade, & loquere ad Sedeciam regem Iuda: &
Sedecias tradendus regi Babel. dices ad eum, Hęc dicit dominus, Ecce ego tradā ciuitatem hanc in manu regis Babylonis, & succendet eam igni. Et tu nō effugies de manu
eius: sed comprehensione capieris, & in manu eius traderis: & oculi tui
oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, &
Babylonem introibis. Attamen audi verbum domini Sedecia rex Iu-
Cremabant corpora. da, Hęc dicit dominus ad te, Non morieris in gladio, sed in pace mo-
rieris, & fm cōbustiones patrū tuorū regum priorum qui fuerunt ante
te, sic cōburēt te, & vę domine plangent te: quia verbū ego loquutus vel, deflebe-
sum, dicit dominus. Et loquutus est Ieremias propheta ad Sedeciam ris & dicētib9,
B regem Iuda vniuersa verba hęc in Ierusalem. Et exercitus regis Baby ah domine,
lonis pugnabat contra Iersm, & contra omnes ciuitates Iuda quę reli
quę erant ctra Lachis, & ctra Azecha: hę enim superant de ciuitati-
Increpat eos qui fratres libertate donatos retrahūt in seruitutem. bus Iuda, vrbes munitę. Verbum quod factum est ad Ieremiam a do
mino, postquam percussit rex Sedecias fœdus cum omni populo in Ie
rusalem, prędicans eis libertatem, Vt dimitteret vnusquisq; seruū suū,
& vnusquisq; ancillā suā, Hebręū & Hebręā liberos: & nequaquā domi- vterentur & infra.
narent eis, id est in Iudęo & fratre suo. Audierunt ergo oēs prin
cipes, & vniuersus pplš, qui inierāt pactū, vt dimitteret vnusqsq; seruū
suū & vnusqsq; ancillā suā liberos, & vltra nō dn̄arentur eis. audierunt
igitur, & dimiserunt. Et conuersi sunt deinceps: & retraxerunt seruos
suos & ancillas suas, quos dimiserunt liberos, & subiugauerunt in fa-
mulos & famulas. Et factū est verbum domini ad Ieremiam a domi-
no, dicens, Hęc dicit dominus deus Israel, Ego percussi fœdus cum pa
tribus vestris in die qua eduxi eos de terra Aegypti de domo seruitu-
C tis, dicens, Quum completi fuerint septem anni, dimittat vnusquisq;
Exod. 21. a fratrem suū Hebręū, qui vēditus est ei, & seruiet tibi sex annis: & dimit
Deut. 15. c tes eū a te liberū. & non audierunt patres vestri me, nec inclinauerunt
aurem suam. Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in
oculis meis, vt prędicaretis libertatē vnusquisq; ad amicū suū: & inistis
pactū in cspectu meo, in domo in qua inuocatū est nomen meum su-
per eam. & reuersi estis, & cōmaculastis nomen meū: & reduxistis vnus
quisq; seruū suum, & vnusquisq; ancillam suam quos dimiseratis vt
essent liberi & suę potestatis: & subiugastis eos vt sint vobis serui & an
cillę. Propterea hęc dicit dominus, Vos nō audistis me, vt pdicaretis
libertatem vnusquisq; fratri suo, & vnusquisq; amico suo: ecce ego pdico vobis libertatem, ait dominus, ad gladiū, ad pestem, & ad famē: &
dabo vos in cōmotionem cunctis regnis terrę. Et dabo viros qui pręD uaricantur fœdus meum, & nō obseruauerunt verba fœderis, quibus
assensi sunt in cōspectu meo, vitulū, quem cciderunt in duas partes, &
transierunt inter diuisiones eius, principes Iuda & principes Ierusalē,
eunuchi & sacerdotes, & omnis populus terrę, qui transierunt inter di
uisiones vituli: & dabo eos in manus inimicorum suorum, & in manus
quęrentium animam corum: & erit morticinū eorū in escam volatilibus
cœli & bestijs terrę. Et Sedeciam regem Iuda & principes eius dabo in
manus inimicorum suorū, & in manus quęrentiū animas eorum, & in ma
nus exercituum regis Babylonis, qui recesserunt a vobis. Ecce ego pręcipio, dicit dominus: & reducam eos in ciuitatem hanc, & prœliabun-
tur aduersus eam: & capient eam, & incendent igni: & ciuitates Iuda da vt
A bo in solitudinem, eo q non sit habitator. CAP. XXXV.

Proposita Iudęis Rechabitarum obedientia, eorum supbiā confundit. VErbum quod factum est ad Ieremiam a domino in diebus Ioacim
filij Iosię regis Iuda, dicens, Vade ad domum Rechabitarum: &
loquere eis, & introduces eos in domū domini in vnā exedram thesau vnum e cubiculis,
rorum, & dabis eis bibere vinum. Et assumpsi Iezoniam filium Ieremię
filij Habsanię, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuersam domum
Rechabitarū:

ᵃcubiculum ᵇcubiculum

Rechabitarum: & introduxi eos in domū domini, ad ᵃgazophylaciū filiorū Hanan filij Iegdeliæ hominis dei, qđ erat iuxta gazophylaciū principū, sup ᵇthesaurū Maasiæ filij Sellum, qui erat custos vestibuli. Et posui corā filijs domus Rechabitarū scyphos plenos vino, & calices: et dixi ad eos, Bibite vinum. Qui responderūt, Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noster, præcepit nobis, dicens, Non bibetis vinum vos & filij vestri vsq; in sempiternum. Et domū nō ædificabitis, & sementem non seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis: sed in tabernaculis habitabitis cūctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super faciem terræ in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab, patris nostri, in omnibus quæ præcepit nobis ita vt nō biberemus vinū cunctis diebus nostris nos, & mulieres nostræ, filij & filiæ nostræ: & nō ædificaremus domos ad habitādū: & vineā & agrū & sementē non habuimus, sed habitauimus in tabernaculis, & obediētes fecimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noster. Quum aūt ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terram nostram, diximus, Venite, & ingrediamur Ierusalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ: & mansimus in Ierusalem. Et factum est verbum dñi ad Ieremiam, dicens, Hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Vade, & dic viris Iuda & habitatoribus Ierusalem, Nunquid nō recipietis disciplinā, vt obediatis verbis meis, dicit dominus? ᶜPræualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs suis vt non biberent vinum: & non biberunt vsq; ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui: ego autē loquutus sum ad vos, de mane consurgens, & loquens: & nō obedistis mihi. Misiq; ad vos omnes seruos meos prophetas, consurgens diluculo, mittensq;, & dicens, Conuertimini vnusquisq; à via sua pessima, & bona facite ᵈstudia vestra: & nolite sequi deos alienos, neq; colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus vestris: & non inclinastis aurem vestram, neq; audistis me. Firmauerūt igitur filij Ionadab filij Rechab præceptum patris sui quod præceperat eis: populus autem iste non obediuit mihi. Idcirco hæc dicit dominus exercituum, deus Israel, Ecce ego adduco super Iudā & super omnes habitatores Ierusalem vniuersam afflictionem quam loquutus sum aduersum illos: eò quòd loquutus sum ad illos, & non audierunt: vocaui illos, & non responderunt mihi. Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Pro eo quòd obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa quæ præcepit vobis: propterea hæc dicit dominus exercituum deus Israel, Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in cōspectu meo cunctis diebus.

B — Præceptum Ionadab patris Rechabitarum.

C

ᶜvel, Custoditi sunt

ᵈvel, opera

Supra. 18.b et. 25.b

D — Iudæis rebellib⁹ pœnā minat.

Rechabitis obediētibus fœlicitatem promittit.

CAP. XXXVI.

ET factū est in anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda: factum est verbū hoc ad Ieremiā à domino, dicens, Tolle volumē libri, & scribes in eo omnia verba quæ loquutus sum tibi aduersum Israel & Iudam, & aduersum oēs gentes: à die qua loquutus sum ad te ex diebus Iosiæ vsq; ad diem hanc. si forte audiente domo Iuda vniuersa mala q̄ ego cogito facere eis, reuertatur vnusquisq; à via sua pessima: & propitius ero iniquitati, & pctō eoꝝ. Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ: & scripsit Baruch ex ore Ieremiæ oēs sermones dñi, quos loquutus est ad eū in volumine libri. Et pcepit Ieremias Baruch, dicens, Ego clausus sum, nec valeo ingredi domū dñi. Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo verba dñi, audiēte pplo in domo domini in die ieiunij: insuper & audiente vniuerso Iuda, q̄ veniunt de ciuitatibus suis. Leges eis, si forte cadat oratio eorum in conspectu domini, & reuertatur vnusquisq; à via sua pessima: quoniā magnus furor & indignatio est, quā loquutus est dominus aduersus po-

A — Scribit Baruch dictāte Ieremia volumē maledictionum aduersus Iudā & Israel.

B — Mittitur eiusdem volumē ad populū.

pulum hunc. Et fecit Baruch filius Nerię iuxta omnia quę pręceperat ei Ie-
remias propheta, legens ex volumine sermones domini in domo do-
C mini. Factum est autem in anno quinto Ioacim filij Iosię regis Iu-
da, in mense nono: prędicauerunt ieiunium in conspectu domini omni
populo in Ierusalem, & vniuersę multitudini quę confluxerat de ciuita-
tibus Iuda in Ierusalem. Legitq; Baruch ex volumine sermones Iere-
mię in domo domini in [a] gazophylacio Gamarię filij Saphan scribę, [a] cubiculo
in vestibulo superiori, in introitu portę nouę domus domini, audien- e infra
te omni populo. Cumq; audisset Michęas filius Gamarię filij Saphan
omnes sermones domini ex libro: descendit in domum regis ad gazo-
phylacium scribę: & ecce, ibi omnes principes sedebant, Elisama scriba,
& Dalaias filius Semeię, & Elnathan filius Achobor, & Gamarias fi-
lius Saphan, & Sedecias filius Hananię, & vniuersi principes. Et nuncia-
D uit eis Michęas omnia verba quę audiuit, legente Baruch ex volumine
in auribus populi. Miserunt itaq; omnes principes ad Baruch, Iudi
filium Nathanię filij Selemię filij Chusi, dicentes, Volumen ex quo le-
gisti audiente populo, sume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch
filius Nerię volumen in manu sua, & venit ad eos. Et dixerunt ad eum,
Sede & lege hęc in auribus nostris. Et legit Baruch in auribus eorum.
Igitur quum audissent omnia verba, obstupuerunt vnusquisq; ad pro-
ximum suum, & dixerunt ad Baruch, Nuntiare debemus regi omnes sermo-
nes istos. Et interrogauerunt eum, dicentes, Indica nobis quomodo scri-
psisti omnes sermones istos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch, Ex ore suo
loquebatur [b] quasi legens [b] ad me omnes sermones istos: & ego scribebam
E in volumine, attramento. Et dixerunt principes ad Baruch, Vade, & ab-
scondere tu & Ieremias, & nemo sciat vbi sitis. Et ingressi sunt ad regem
in atrium. Porrò volumen commendauerunt in gazophylacio Elisamę
scribę: & nuntiauerunt audiente rege omnes sermones. Misitq; rex Iudi,
vt sumeret volumen. Qui tollens illud de gazophylacio Elisamę scri-
bę, legit audiente rege, & vniuersis principibus qui stabant circa regem.
Rex autem sedebat in domo hyemali in mense nono: & posita erat arula
coram eo [a] plena prunis. Cumq; legisset Iudi tres pagellas vel quatuor, [a] vel ardebat.
scidit illud scalpello scribę: & proiecit in ignem qui erat super arulam: do-
nec consumeretur omne volumen igni qui erat in arula. Et non timuerunt,
F neq; sciderunt vestimenta sua rex, & omnes serui eius qui audierunt vniuersos
sermones istos. Verumtamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias [a] contradixerunt [a] rogauerunt
regi ne combureret librum: & non audiuit eos. Et pręcepit rex Ieremiel filio regem
Amelech, & Saraię filio Ezriel, & Selemię filio Abdeel, vt comprehen-
derent Baruch scribam, & Ieremiam prophetam. abscondit autem eos do-
minus. Et factum est verbum domini ad Ieremiam postquam combusserat rex
volumen, & sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremię, dicens,
Rursum tolle volumen aliud: & scribe in eo omnes sermones priores, qui
erant in primo volumine, quod combussit Ioacim rex Iuda. Et ad Ioa-
cim regem Iuda dices, Hęc dicit dominus, Tu combussisti volumen istud,
G dicens, Quare scripsisti in eo annuntians, Festinus veniet rex Babylo-
nis, & vastabit terram hanc: & cessare faciet ex illa hominem & iumen-
tum? Propterea hęc dicit dominus contra Ioacim regem Iuda, Non
erit ex eo qui sedeat super solium Dauid: & cadauer eius proijcietur ad
ęstum per diem, & ad gelu per noctem. Et visitabo contra eum, & con-
tra semen eius, & contra seruos eius iniquitates suas: & adducam super
eos & super habitatores Ierusalem, & super viros Iuda omne malum
quod loquutus sum ad eos: & non audierunt. Ieremias autem tulit vo-
lumen aliud, & dedit illud Baruch filio Nerię scribę: qui scripsit in eo
ex ore Ieremię omnes sermones libri, quem combusserat Ioacim rex
Iuda igni: & insuper additi sunt sermones multo plures, quàm an-
tea fuerant.

Legit Baruch volumen coram omni populo.

Accersitus ad principes, verba eadem legit coram eis.

Nuntiant principes regi verba voluminis:

Iudi accepto volumine, & paucis in eo lectis illud in ignem proijcit.

Iussu domini aliud volumen scribit.

CAP. XXXVII.

ET regnauit rex Sedecias filius Iosię ꝓ Iechonia filio Ioacim: quem constituit regem Nabuchodonosor rex Babylonis in terra Iuda. Et non obediuit ipse, & serui eius, & populus terrę verbis dñi quę locutus est in manu Ieremię prophetę. Et misit rex Sedecias Iuchal filiũ Selemię, & Sophoniam filiũ Maasię sacerdotem ad Ieremiam prophetam, dicens, Ora pro nobis dñm deum nostrũ. Ieremias aũt liberè ambulabat in medio populi, non enim miserant eum in custodiam carceris. Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Aegypto: & audientes Chaldęi qui obsidebant Ierusalem, huiuscemodi nuntiũ, recesserũt ab Ierusalem. Et factũ est verbũ domini ad Ieremiã prophetã, dicens, Hęc dicit dominus deus Israel, Sic dicetis regi Iuda, qui misit vos ad me interrogãdũ: Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est vobis in auxiliũ, reuertetur in terrã suã in Aegyptũ. & redient Chaldęi, & bellabũt contra ciuitatẽ hanc: & capient eam, & succedẽt eam igni. Hęc dicit dominus, Nolite decipere animas vestras, dicentes, Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldęi: quia non abibunt: Sed & si percusseritis oẽm exercitũ Chaldęorum qui pliantur aduersum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: singuli de tentorio suo cõsurgent, & incendẽt ciuitatem hanc igni. Ergo quũ recessisset exercitus Chaldęorum ab Ierusalem propter exercitum Pharaonis, Egressus est Ieremias de Ierusalẽ vt iret in terram Beniamin, & diuideret ibi possessionem in cõspectu ciuiũ. Quũq; peruenisset ad portã Beniamin, erat ibi custos portę per vices, nomine Ierias, filius Selemię filii Hananię: & apprehendit Ieremiam prophetã, dicẽs, Ad Chaldęos profugis. Et rñdit Ieremias, Falsum est, non fugio ad Chaldęos. Et nõ audiuit eũ: sed comprehẽdit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes. Quam ob rem irati principes cõtra Ieremiam, cęsum eum miserũt in carcerẽ qui erat in domo Ionathan scribę: ipse enim ꝓpositus erat super carcerem. Itaq; ingressus est Ieremias in domũ laci & in ergastulum: & sedit ibi Ieremias diebus multis. Mittens aũt Sedecias rex tulit eũ: & interrogauit eum in domo sua absconditè, & dixit, Putásne est sermo à dño? Et dixit Ieremias, Est. Et ait, In manus regis Babylonis traderis. Et dixit Ieremias ad regẽ Sedeciam, Quid peccaui tibi & seruis tuis & populo tuo, quia misisti me in domũ carceris? Vbi sunt prophetę vestri qui ꝓphetabant vobis, & dicebant, Non veniet rex Babylonis super vos, & super terrã hanc? Nunc ergo audi obsecro domine mi rex, Valeat deprecatio mea in conspectu tuo: & ne me remittas in domum Ionathan scribę, ne moriar ibi. Pręcepit ergo rex Sedecias vt traderetur Ieremias in vestibulo carceris: & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de ciuitate: & mãsit Ieremias in vestibulo carceris.

Venit, & egressus est in medium | vt diuideret inde, (sub. se ipsum,) qa erat in medio ppli. i. vt recederet e medio populi sui. (Vel, ad partiẽdum ibi cum populo. i. cognatos a- diit, iter quos aliqd ptiret.) | carcerem: | Estne (. i. dicit ne aliqd dñs?) | Est. Ieremias. | Dixit ꝑterea | Cadat (. i. grata sit) | de platea (vico) pistorum

A | Succedit Sedecię Iechonię. | Mittit ad Ieremiam vt ꝓ se oret. | Pręsaid deurbis B excidium. | Proficiscẽs Ieremias in C terrã Beniamin cõprehẽditur. | Cęsus ĩ carcerẽ mittit. | Liberatur à D rege Sedecia.

CAP. XXXVIII.

AVdiuit autẽ Saphatias filius Mathan, & Gedelias filius Phassur, & Iuchal filius Selemię, & Phassur filius Melchię, sermones quos Ieremias loquebatur ad oẽm populũ, dicẽs, Hęc dicit dñs, Quicũq; manserit in ciuitate hac, morietur gladio & fame & peste: qui aũt profugerit ad Chaldęos, viuet, & erit anima eius sospes & viuens. Hęc dicit dominus, Tradendo tradetur ciuitas hęc in manu exercitus regis Babylonis, & capiet eã. Et dixerunt principes regi, Rogamus vt occidatur homo iste: de industria enim dissoluit manus virorũ bellantiũ, qui remanserũt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, loquẽs ad eos vniuersa verba hęc. siquidẽ homo iste nõ qrit pacẽ populo huic, sed malũ. Et dixit rex Sedecias, Ecce ipse in manibus vestris est: nec enim fas est regem vobis quicquam negare. Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchię filij Amélech qui erat in vestibulo carceris: & submiserunt Ieremiã in funibus: & in lacu non erat aqua, sed lutũ. Descẽdit itaq; Ieremias in cœnũ. Audiuit aũt Abdemélech Aethiops vir eunuchus

infimus

A | Pricipũ suasu demittit Ieremias in lacum. | Supra. 21. a | B | Abdemelech eunuchi rogatu iubet rex Ieremiã educi è lacu.

nuchus qui erat in domo regis, q misissent Ieremiam in lacu, porrò
rex sedebat in porta Beniamin. Et egressus est Abdemélech de domo
regis, & loquutus est ad regem, dicẽs, Dñe mi rex, male fecerũt viri isti
C omnia quęcunq; perpetrarunt contra Ieremiam prophetam, mittẽtes
eum in lacũ, vt moriatur ibi fame. non sunt enim panes vltrà in ciuita
te. Pręcepit itaq; rex Abdemélech Aethiopi, dicens, Tolle tecum hinc
triginta viros, & leua Ieremiã prophetã de lacu antequam moriatur.
Assumptis ergo Abdemélech secũ viris, ingressus est domũ regis, quę
erat sub 'cellario: & tulit inde veteres pãnos, & antiqua vestimenta q 'thesauro
cõputruerant: & submisit ea ad Ieremiã in lacũ per funiculos. Dixitq;
Abdemélech Aethiops ad Ieremiã, Pone veteres pãnos, & hęc scissa
& putrida sub cubito manuũ tuaꝝ, & subter funes. fecit ergo Ieremias
D sic. Et extraxerũt Ieremiã funibus, & eduxerũt eum de lacu. mansit aũt
Oñdit Iere Ieremias in vestibulo carceris. Et misit rex Sedecias, & tulit ad se Ie
mias q rõne remiã prophetã ad ostium tertium qđ erat in domo dñi: & dixit rex ad
possit eua- Ieremiã, Interrogo ego te sermonẽ, ne abscondas à me aliquid. Dixit
dere mortẽ aũt Ieremias ad Sedeciã, Si annũtiauero tibi, nunqd nõ interficies me?
rexq ipsum Et si consiliũ dedero tibi, non me audies. Iurauit ergo rex Sedecias Ie-
psulebat. remię clàm, dicens, Viuit dominus qui fecit nobis animam hãc, si occi
dero te, & si tradidero te in manus virorum istoꝝ qui quęrunt animã
tuam. Et dixit Ieremias ad Sedeciam, Hęc dicit dñs exercituum, deus
E Israel, si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet aĩa tua,
& ciuitas hęc non succẽdetur igni: & saluus eris tu, & domus tua. Si au
tem nõ exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hęc in ma
nus Chaldęorum, & succendẽt eam igni: & tu nõ effugies de manu eo-
rum. Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam, 'Solicitus sum ꝓpter Iudęos, 'Timeo
qui transfugerunt ad Chaldęos: ne fortè tradar in manus eoꝝ, & illu-
dant mihi. Rñdit autem Ieremias, & dixit ad eum, Non te tradẽt. audi
quęso vocem dñi, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet ani
F ma tua. Quòd si nolueris egredi: iste est sermo quem ostendit mihi do
minus, Ecce omnes mulieres quę remanserũt in domo regis Iuda, edu
centur ad principes regis Babylonis: & ipsę dicent, 'Seduxerunt te, & 'Incitauerunt
pręualuerunt aduersum te viri pacifici tui: demerserunt in cœno, & in te, (vel Suase-
lubrico pedes tuos, & recesserunt à te. Et oẽs vxores tuę, & filij tui edu- runt tibi,)
centur ad Chaldęos: & non effugies manus eorum, sed in manu regis
Babylonis capieris: & ciuitatem hanc comburet igni. Dixit ergo Sede
cias ad Ieremiam, Nullus sciat verba hęc, & non morieris. Si autem au
G dierint principes quia loquutus sum tecum: & venerint ad te, & dixe-
rint tibi, Indica nobis quid loquutus sis cũ rege, ne cęles nos, & nõ te
interficiemus: & quid loquutus est tecũ rex: dices ad eos, Prostraui ego
preces meas corã rege, ne me reduci iuberet in domũ Ionathan, & ibi
morerer. Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiã, & interrogaue-
runt eum: & loquutus est eis iuxta omnia verba quę pręceperat ei rex,
& cessauerũt ab eo: nihil enim fuerat auditũ. Mansit verò Ieremias in
vestibulo carceris, vsque ad diem quo capta est Ierusalem: & 'factum est
vt caperetur Ierusalem.

CAP. XXXIX.

A Nabucho- nosor obsi- det Ierusa lem. 4.Re.25.a Infra.52.a Fugit Sede cias.

ANno nono Sedecię regis Iuda, mense decimo, venit Nabuchodo
nosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalem, & ob-
sidebant eam. Vndecimo aũt anno Sedecię, mense quarto, nona men
sis aperta est ciuitas. Et ingressi sunt oẽs principes regis Babylonis, &
sederunt in porta media: Neregel, Serẽser, Semegar, Nabu, Sarsachim,
Rabsares, Neregel, Serẽser, Rebmag, & omnes reliqui principes regis
Babylonis. Quumq; vidisset eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri
bellatores, fugerunt: & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti re-
gis, & per portam quę erat inter duos muros, & egressi sunt ad viam
B deserti. Persequutus est autem eos exercitus Chaldęorum: & compre-

hendeꝛunt Sedeciam in campo solitudinis Ierichontinę, & captū addu- Cóprehēdi-
xerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblátha, quę est in tur à Chaldęis.
terra Emath: & loquutus est ad eum iudicia. Et occidit rex Babylonis Occidūtur
filios Sedecię in Reblátha, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occi- filij eius.
dit rex Babylonis. Oculos quoq; Sedecię eruit & vinxit eum compedi- Excęcatur.
bus, vt duceretur in Babyloné. Domum quoq; regis, & domum vulgi
succenderunt Chaldęi igni: & murum Ierusalem subuerterunt. Et reli-
quias populi, quę remanserant in ciuitate, & perfugas qui transfuge-
rant ad eum, & ²superfluos vulgi qui remanserant transtulit Nabuzar C
dan magister ³militū in Babylonem. Et de plebe pauperum, qui nihil
penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militum in terra Iu-
da: & dedit eis vineas & cisternas in die illa. Pręceperat autem Nabu Ieremias p-
chodonosor rex Babylonis de Ieremia, Nabuzardan magistro militię, tegitur.
dicens, Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilq; ei mali fa-
cias: sed vt voluerit, sic facias ei. Misit ergo Nabuzardan princeps mi-
litię, & Nabusezbaz & Rabsares, & Neregel, & Serésér, & Rebmag, & om-
nes optimates regis Babylonis, miserunt, & tulerunt Ieremiam de ve-
stibulo carceris, & tradiderūt eum Godolię filio Ahicam filij Saphan, D
vt ⁴intraret in domum, & habitaret in populo. Ad Ieremiā autem Abdeme-
factus fuerat sermo dñi, quū clausus esset in vestibulo carceris, dicens, lech ob fidu
Vade, & dic Abdemélech Aethiopi, dicens, Hęc dicit dñs exercituum ciā in deum
deus Israel, Ecce, ego inducā sermones meos super ciuitatem hanc in liberatur à ca
malū, & non in bonū: & erunt in cōspectu tuo in die illa. Et liberabo te ptiuitate.
in die illa, ait dñs: & non traderis in manus virorū quos tu formidas:
sed eruens liberabo te, & gladio nō cades: sed erit tibi anima tua in sa-
lutem, quia in me habuisti fiduciā, ait dñs.

² residuum
³ vel, laniorum et infra.
⁴ educerent

CAP. XL.

SErmo qui factus est ad Ieremiam à domino, postquam dimissus est A
à Nabuzardan magistro militię de Rama, quando tulit eum vin- Datur Iere
ctum catenis in medio omnium qui migrabant de Ierusalem & Iuda, mię facul-
& ducebantur in Babylonem. Tollens ergo princeps militię Ieremiā, tas ꝑficiscē
dixit ad eum, Dominus deus tuus loquutus est malum hoc super locū di quo ve-
istū, & adduxit: & fecit dominus sicut loquutus est: quia peccastis domi lit.
no, & non audistis vocem eius, & factus est vobis sermo hic. Nūc ergo
ecce solui te hodie de catenis quę sunt in manibus tuis: si placet tibi
vt venias mecū in Babyloné, veni: & ponā oculos meos super te. si aūt
displicet tibi venire mecū in Babyloné, reside: ecce omnis terra in con B
spectu tuo est, quod elegeris, & quò placuerit tibi vt vadas, illuc per-
ge. ¹Et mecū noli venire: sed habita apud Godoliā filiū Ahicam filij Habitat Ie
Saphā, quē pręposuit rex Babylonis ciuitatibus Iudę: habita ergo cum remias cum
eo in medio populi: vel quocūq; placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit populo reli
quoq; ei magister militię cibaria, et munuscula, & dimisit eum. Venit cto in Ieru
aūt Ieremias ad Godoliā filiū Ahicā in Masphath: & habitauit cum salē, cui prę
eo in medio populi qui relictus fuerat in terra. Quumq; audissent oēs erat Goda
principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones, ipsi & socij eorum, lias.
qꝺ pfecisset rex Babylonis Godoliā filiū Ahicam terrę: & qꝺ commēdasset
ei viros, et mulieres, et paruulos, et de pauperibus terrę qui non fue- C
rant translati in Babylonem: venerunt ad Godoliam in Masphath: &
Ismahel filius Nathanię, & Iohanan et Ionathan filij Caree, & Sareas
filius Thanehumeth, & filij Ophi q erāt de Netophathi, & Iezonias fi-
lius Maachathi, ipsi & viri eorū. Et iurauit eis Godolias filius Ahicam
filij Saphan, & ²comitibus eorū, dicēs, Nolite timere seruire Chaldęis: 4.Re.25.f
habitate in terra, et seruite regi Babylonis, et bene erit vobis. Ecce ego
habito in Masphath, vt ³rńdeam pręcepto Chaldęorū qui mittunt ad
nos: vos aūt colligite vindemiā, et messem et oleū, et condite in vasis
vestris: et manete in vrbibus vestris quas tenetis. Sed et oēs Iudęi qui
erāt in Moab, et in filijs Ammon, et in Idumęa, et in vniuersis regiōi-

¹ (qūi adhuc non reuersus fuerat) &
² viris
³ stem coram Chaldęis (vel, expectē Chaldęos qui venient)

bus, audito q dedisset rex Babylonis reliquias in Iudęa, e q prępofuis-
D set super eos Godoliá filium Ahicá filij Saphan: reuersi sunt inquã om
nes Iudęi de vniuersis locis ad quę fugerant: e venerunt in terrá Iuda
ad Godoliá in Masphath: e collegerunt vinú, e messem multá nimis.
Iohanan autem filius Caree, e omnes principes exercitus, qui dispersi
fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Masphath, e dixerũt
ei, Scito q Baalim rex filiorũ Ammon misit Ismahel filiuz Nathanię
percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahicam.
Iohanan autem filius Caree, dixit ad Godoliá seorsum in Masphath,
loquens, Ibo, e percutiam Ismahel filium Nathanię nullo sciente: ne
interficiat animá tuam, e dissipenter omnes Iudęi qui congregati sunt
ad te, e peribũt reliquię Iuda. Et ait Godolias filius Ahicam ad Ioha-
nan filium Caree, Noli facere verbum hoc: falsum enim tu loqueris de
Ismahel.

Iohanan prędicit Godolię duci mortẽ suá.

CAP. XLI.

A ET factum est in mense septimo, venit Ismahel filius Nathanię, filij
Elisamá de semine regali, e optimates regis, e decem viri cũ eo, ad
Godoliá filium Ahicá in Masphath: & comederũt ibi panes simul in
Masphath. Surrexit autẽ Ismahel filius Nathanię, e decem viri qui cũ
eo erant, e percusserũt Godoliá filium Ahicá filij Saphan gladio, e in-
terfecerunt eũ, quem pręfecerat rex Babylonis terrę. Omnes quoq; Iu-
dęos qui erant cum Godolia in Masphath, e Chaldęos qui reperti sunt
ibi, e viros bellatores percussit Ismahel. Secũdo autem die postquã oc
ciderat Godoliá nullo adhuc sciente: venerũt viri de Sichem, e de Silo,
e de Samaria octoginta viri: rasi barba, e scissis vestibus, e [a]squalẽtes:
B e munera e thus habebant in manu, vt offerrent in domo dñi. Egres-
sus ergo Ismahel filius Nathanię in occursum eorũ de Masphath, ince
dens e plorans ibat: cuuz autem occurrisset eis, dixit ad eos, Venite ad
Godoliá filium Ahicá. Qui quũ venissent ad medium ciuitatis, interfe
cit eos Ismahel filius Nathanię circa mediũ laci, ipse e viri qui erant cũ
eo. Decem autẽ viri reperti sunt inter eos, qui dixerũt ad Ismahel, Noli
occidere nos: quia habemus thesauros in agro, frumenti, & hordei, &
olei, & mellis. Et cessauit: & non interfecit eos cum fratribus suis. Lacus
autem in quem proiecerat Ismahel omnia cadauera virorũ quos per-
cussit propter Godoliá, ipse est quem fecit rex Asa, propter Baasa regẽ
Israel: ipsum repleuit Ismahel filius Nathanię occisis. Et captiuas du-
C xit Ismahel omnes reliquias populi, qui erát in Masphath: filias regis
& vniuersum populũ qui remanserat in Masphath: quos cõmendaue-
rat Nabuzardan princeps militię, Godolię filio Ahicam. Et cepit eos
Ismahel filius Nathanię: & abijt, vt transiret ad filios Ammon. Au
diuit autẽ Iohanan filius Caree, & oẽs principes bellatorũ qui erát cum
eo, omne maluz qđ fecerat Ismahel filius Nathanię. Et assumptis vni-
uersis viris, profecti sunt vt bellarẽt aduersum Ismahel filiũ Nathanię:
& inuenerunt eũ ad aquas multas quę sunt in Gabaon. Quũq; vidisset
omnis populus qui erat cũ Ismahel, Iohanan filiũ Caree, & vniuersos
principes bellatorũ qui erant cum eo, lętati sunt. Et reuersus est omnis
populus, quẽ ceperat Ismahel, in Masphath: reuersusq; abijt ad Ioha-
D nan filiũ Caree. Ismahel autem filius Nathanię fugit cuz octo viris à
facie Iohanan, & abijt ad filios Ammon. Tulit ergo Iohaná filius Ca
ree, & omnes principes bellatorũ qui erant cum eo, vniuersas reliquias
vulgi, quas reduxerát ab Ismahel filio Nathanię de Masphath, postq̃
percussit Godoliá filium Ahicá: fortes viros ad pręlium, & mulieres,
& pueros, & eunuchos quos reduxerat de Gabaon. & abierunt, & sede-
runt peregrinantes in Chamaam, quę est iuxta Bethlehem: vt pergerẽt,
& introirent Aegyptum à facie Chaldęorum timebant enim eos, quia
percusserat Ismahel filius Nathanię Godoliam filium Ahicam, quem
prępofuerat rex Babylonis in terra Iuda.

Ismahel dolo occidit Godoliá & alios cõplures.

[a] lacerati. (vel, incisas carnes habentes:)

Iohanan persequitur Ismahelẽ.

CAP. XLII.

A

Consulunt principes Ieremiã qd facere debeãt.

* Grata sit. vel, suscipe & audi orationem nostram.

ET accesserunt oẽs principes bellatorum, & Iohanan filius Caree, & Iezonias filius Osaię, & reliquũ vulgus à paruo vsq; ad magnũ: dixeruntq; ad Ieremiã prophetã, *Cadat) oratio nostra in cõspectu tuo: & ora pro nobis ad dñm deũ tuũ pro vniuersis reliquijs istis, qa derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur. & annũtiet nobis dñs deus tuus viã per quã pergamus, & verbũ qđ faciamus. Dixit aũt ad eos Ieremias ꝓpheta, Audiui: ecce ego oro ad dñm deũ vestrũ sm verba vestra. omne verbũ qđcunq; responderit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos quicq;. Et illi dixerũt ad Ieremiã, Sit dominus inter nos testis veritatis & fidei, si nõ iuxta omne verbum in quo miserit te dñs deus tuus ad nos, sic faciemus: siue bonũ est, siue malũ, voci domini dei nostri ad quẽ mittimus te, obediemus: vt bene sit nobis cum audierimus vocem domini dei nostri ad quẽ mittimus te, obediemus:

B

vt bene sit nobis cũ audierimus vocem dñi dei nostri. Cum aũt cõpleti essent decẽ dies, factũ est verbũ domini ad Ieremiã. Vocauitq; Iohanan filiũ Caree, & oẽs principes bellatorum, qui erant cũ eo, & vniuersum populũ à minimo vsq; ad maximũ, & dixit ad eos, Hęc dicit dominus deus Israel, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in cõspectu eius, Si quiescentes manseritis in terra hac, ędificabo vos, & non destruã: plãtabo, & non euellã: iam enĩ placatus sum sup malo qđ feci vobis. Nolite timere à facie regis Babylonis, quẽ vos pauidi formidatis: nolite metuere eũ, dicit dominus: qa vobiscum sum ego, vt saluos vos faciã, & eruã de manu eius, & dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciã in terra vestra. Si aũt dixeritis vos, Nõ habitabimus in terra ista, nec audiemus vocẽ domini dei nostri, dicentes, Nequaquã, sed ad terrã Aegypti pergemus: vbi nõ videbimus bellũ, & clangorẽ tubę nõ audiemus, & famem nõ sustinebimus: & ibi habitabimus. Propter hoc nũc audite verbũ domini reliquię Iuda, Hęc dicit dominus exercituũ deus Israel, Si posueritis faciẽ vestrã vt ingrediamini Aegyptũ, & intraueritis vt ibi habitetis: gladius quẽ vos formidatis, ibi cõprehendet vos in terra Aegypti: & fames pro qua estis soliciti, adhęrebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini. Omnesq; viri, qui posuerũt faciem suã vt ingrediãtur Aegyptũ, vt habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peste: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali qđ ego afferam sup eos. Quia hęc dicit dominus exercituum, deus Israel, Sicut *cõflatus) est furor meus, & indignatio mea sup habitatores Ierusalẽ: sic cõflabitur indignatio mea sup vos, cũ ingressi fueritis Aegyptũ: & eritis in iusiurãdum, & in stuporẽ, & in maledictũ, & in opprobriũ: & nequaquã vltrà videbitis locum istũ. *Verbum domini) super vos reliquię Iuda, Nolite intrare Aegyptũ: sciẽtes scietis qa obtestatus sum vobis hodie qa decepistis aĩas vestras. vos enim misistis me ad dñm deũ vestrũ, dicentes, Ora pro nobis ad dominũ deum nostrum: & iuxta oĩa quęcunq; dixerit tibi dominus deus noster, sic annũtia nobis, & faciemus. Et annuntiaui vobis hodie, & non audistis vocem domini dei vestri super vniuersis, pro quibus misit me ad vos. Nunc ergo scientes scietis quia gladio & fame & peste moriemini in loco ad quem voluistis intrare vt habitaretis ibi.

Monet reliquias populi ne proficiscantur in Aegyptũ.

C

D

* effusus & infra.

* vel, Loquutus est dñs

CAP. XLIII.

A

Reclamãte Ieremia, Iohanan abducit reliquias ppli in Aegyptũ.

FActum est aũt, cũ cõplesset Ieremias loquens ad populũ vniuersos sermones domini dei eorum, pro qbus miserat eũ dominus deus eorum ad illos, omnia verba hęc: dixit Azarias filius Osaię, & Iohanan filius Caree, & omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiã, Mendaciũ tu loqueris: non misit te dominus deus noster, dicens, Ne ingrediamini Aegyptũ, vt habitetis illic. Sed Baruch filius Nerię incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldęorum vt interficiat nos, & traduci faciat in Babylonem. Et nõ audiuit Iohanã filius Caree, & omnes principes bellatorum, & vniuersus populus, vocem domini vt manerent in

B

terra Iuda: sed tollens Iohanan filius Caree, & vniuersi principes bel
latorú vniuersos reliquiarú Iuda, qui reuersi fuerant de cunctis genti/
bus ad quas fuerant antè dispersi, vt habitarent in terra Iuda: viros &
mulieres, & paruulos, & filias regis: & omnem animam quá reliquerat
C Nabuzardan princeps militię cú Godolia filio Ahicá, filij Saphá: & Ie
remiam prophetá, & Baruch filiú Nerię: & ingressi sunt in terrá Aegy/
pti, quia non obedierút voci domini. Et venerunt vsq; ad Taphnis. Et
factus est sermo domini ad Ieremiá in Taphnis, dicens, Sume tibi lapi
des grandes in manu tua, & abscondas eos in [a]crypta, quę est sub muro [a]in luto, in for
lateritio, [b]in porta domus Pharaonis in Taphnis: cernétibus viris Iu/ nace laterum.
dęis. Et dices ad eos, Hęc dicit dominus exercituum deus Israel, Ecce,
D ego mittam, & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum
meum: & ponam thronú eius super lapides istos quos abscondi, & sta/
tuet solium suum super eos. Veniens'q; percutiet terrá Aegypti: quos
in morte, in mortem: & quos in captiuitate, in captiuitatem: & quos in
gladio, in gladium. Et succendet ignem in delubris deorú Aegypti, &
comburet ea, & captiuos ducet illos: & amicietur terra Aegypti, sicut
amicitur pastor pallio suo: & egredietur inde in pace. Et conteret sta/
tuas domus Solis quę sunt in terra Aegypti: & delubra deorum Aegy/
pti comburet igni.

CAP. XLIIII.

A Verbum qđ factum est ad Ieremiá, ad omnes Iudęos qui habitabát
Arguit po in terra Aegypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in mé/
pulum idó phis, & in terra Phathures, dicens, Hęc dicit dñs exercituú deus Israel,
lolatrię. Vos vidistis omne malú illud qđ adduxi super Ierusalé, & super omnes
vrbes Iuda: & ecce desertę sunt hodie, & nó est in eis habitator: propter
malitiam quá fecerút, vt me ad iracúdiam prouocarent, & irent, & sacri/
ficarent, & colerent deos alienos quos nesciebant & illi & vos & patres
vestri. Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas de nocte consur/
gens, mittens'q;, & dicens, Nolite oro facere verbú abominationis hu/
iuscemodi quá odiui. Et non audierút, nec inclinauerunt aurem suá vt
conuerterentur à malis suis, & nó sacrificarent dijs alienis. Et [c]cóflata [c]effusa
B est indignatio mea & furor meus: & succensa est in ciuitatibus Iuda, & in
plateis Ierusalem: & versę sunt in solitudiné & vastitatem secundú diē
hanc. Et nunc hęc dicit dñs exercituú deus Israel, Quare vos facitis
malú grande hoc contra animas vestras: vt intereat ex vobis vir & mu
lier, paruulus & lactens de medio Iudę, nec relinquatur vobis quicquá
residuú, prouocantes me in operibus manuú vestrarú, sacrificando dijs
alienis in terra Aegypti, in quá ingressi estis vt habitetis ibi: & disperea
tis, & sitis in maledictioné & in opprobriú cunctis gentibus terrę? Nun/
quid obliti estis mala patrum vestrorú, & mala regú Iuda, & mala vxo/
rum eius, & mala vestra, & mala vxorum vestrarú, quę fecerunt in terra
Iuda & in [d]regionibus Ierusalem? Non sunt [e]mundati vsque ad diem [d]plateis
hanc: & non timuerút, & non ambulauerút in lege [f]domini, & in prę ce [e]attriti (humi
C ptis meis, quę dedi corá vobis & coram patribus vestris. Ideò hęc dicit liati)
Minat eis dominus exercituú deus Israel, Ecce ego poná faciem meá in vobis in [f]mea,
exitium. malum: & disperdá omnem Iudam. Et assumá reliquias Iudę, qui po/
Amos.9.b suerunt facies suas vt ingrederentur terrá Aegypti, & habitarent ibi: &
consumentur omnes in terra Aegypti: cadent in gladio, & in fame: &
consumentur à minimo vsq; ad maximú, in fame & in gladio morien/
tur: & erunt in iusiurandú, & in [g]miraculú, & in maledictionem, & in op [g]stuporem
probriú. Et visitabo super habitatores terrę Aegypti, sicut visitaui Ie/
rusalem: in gladio, & fame, & peste. Et nó erit qui effugiat, & sit residuus
de reliquijs Iudęorú qui vadunt vt peregrinentur in terra Aegypti: &
reuertantur in terram Iuda ad quá ipsi eleuant animas suas, vt reuer/
D tantur & habitent ibi. non reuertentur nisi qui fugerint. Responderút
autem Ieremię omnes viri scientes q sacrificarent vxores eorum dijs

alienis: & vniuersę mulieres quarũ stabat multitudo grandis: & omnis Cõminatio
populus habitantiũ in terra Aegypti in Phathures, dicentes, Sermonẽ nem dñi vi
quem loquutus es ad nos in nomine domini nõ audiemus ex te: sed fa lipendẽtes,
cientes faciemus omne verbũ quod egredietur de ore nostro, vt sacri/ castigãtur.
ficemus reginę cœli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos & patres
nostri, reges nostri, & principes nostri in vrbibus Iuda, & in plateis Ie-
rusalem: & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumq́; non vi
dimus. Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare reginę cœli, &
libare ei libamina, indiguimus omnibus, & gladio & fame cõsumpti su
mus. Quòd si nos sacrificamus reginę cœli, & libamus ei libamina: nũ- Supra. 7. d
quid sine viris nostris facimus ei placentas ad colendũ eam, & libandũ
ei libamina? Et dixit Ieremias ad omnem populũ, aduersum viros, & E
aduersum mulieres, & aduersum vniuersam plebem, qui responderãt ei Rursus pœ
verbũ, dicens, Nunquid nõ sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus nam ei pro
Iuda & in plateis Ierusalem vos & patres vestri, reges vestri & principes ponit.
vestri & populus terrę, horum recordatus est dominus, & ascendit super
cor eius? Et non poterat dominus vltra portare propter malitiam stu-
diorum vestrorũ, & propter abominationes quas fecistis: & facta est ter-
ra vestra in desolationẽ, & in stuporem, & in maledictũ, ⸢eò q̃⸣ nõ sit ha- * vt
bitator, sicut est dies hęc. Propterea q̃ sacrificaueritis idolis, & peccaue
ritis domino: & non audieritis vocem domini, & in lege & in pręceptis
& in testimonijs eius non ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala F
hęc, sicut est dies hęc. Dixit autem Ieremias ad omnem populum & ad
vniuersas mulieres, Audite verbũ domini omnis Iuda, qui estis in ter
ra Aegypti. Hęc dicit dñs exercituum deus Israel, dicẽs, Vos, & vxores
vestrę loquuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicentes, Fa
ciamus vota nostra quę vouimus, vt sacrificemus reginę cœli, & libe-
mus ei libamina. Implestis vota vestra, & opere perpetrastis ea. Ideò
audite verbũ domini omnis Iuda, qui habitatis in terra Aegypti, Ecce
ego iuraui in nomine meo magno, ait dominus: quia nequaquã vltrà
vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudęi, dicentis, Viuit dñs
deus, in omni terra Aegypti. Ecce ego ⸢vigilabo⸣ super eos in malũ, &
nõ in bonum: & cõsumentur ões viri Iuda, qui sunt in terra Aegypti, * festino G
gladio & fame, donec penitus consumantur. Et qui fugerint gladiũ, re
uertentur de terra Aegypti in terrã Iuda viri pauci: & scient omnes reli
quię Iuda ingredientiũ terrã Aegypti, vt habitent ibi, cuius sermo cõ-
pleatur, meus, an illorũ. Et hoc vobis signũ, ait dñs, q̃ visitem ego su-
per vos in loco isto: vt sciatis quia verè cõplebuntur sermones mei cõ
tra vos in malũ. Hęc dicit dñs, Ecce ego tradã Pharaonem Ephree re-
gem Aegypti in manus inimicorũ eius, & in manus quęrẽtium animã
illius: sicut tradidi Sedeciam regem Iuda in manu Nabuchodonosor
regis Babylonis inimici sui, & quęrentis animã eius. CAP. XLV. A

VErbum quod loquutus est Ieremias propheta ad Baruch filiũ Ne- Arguit Ba
rię, quum scripsisset verba hęc in libro ex ore Ieremię, anno quar- ruch pusil-
to Ioacim filij Iosię regis Iuda, dicens, Hęc dicit dominus deus Israel lanimitatis,
ad te Baruch, Dixisti, Vę misero mihi, quoniam addidit dominus ⸢do * tristitiam tũ salus ei
lorem⸣ dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiẽ non inueni. Hęc pmittitur.
dicit dominus, Sic dices ad eum, Ecce quos ędificaui, ego destruo: & B
quos plantaui, ego euello, & vniuersam terram hanc. Et tu quęris tibi
grandia? noli quęrere quia ecce ego adducã malum super omnem car-
nem, ait dominus: & dabo tibi animam tuam ⸢in salutem⸣ in omnibus * pro spolio Heb.
locis ad quęcunq; perrexeris. CAP. XLVI.

QVod factum est verbũ domini ad Ieremiam prophetã contra gen A
tes ad Aegyptum aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis Prędicit cla
Aegypti, qui erat iuxta fluuiũ Euphraten in Charcanis, quem percussit dem Aegy
Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioacim filij Iosię re pti.

gis Iuda. Pręparate scutum & clypeum, & procedite ad bellum. Iungite
equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos lo-
ricis. Quid igitur? vidi ipsos pauidos & terga vertentes, fortes eorū cę-
sos: fugerunt concitι, nec respexerūt: terror vndiq;, ait dominus. Non fu-
giat velox, nec saluari se putet fortis: ad aquilonē iuxta flumen Euphrā-
B ten victi sunt, & ruerunt. Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & ve-
luti fluuiorū intumescunt gurgites eius? Aegyptus, fluminis instar ascē-
det, & velut flumina mouebūtur fluctus eius: & dicet, Ascendens ope-
riam terrā: perdam ciuitatem, & habitatores eius. Ascendite equos, &
exultate in curribus, & procedant fortes, Aethiopia & Libyes tenentes
scutum, & Lydij arripientes, & iacientes sagittas. Dies autē ille domini
dei exercituū dies vltionis, vt sumat vindictā de inimicis suis: deuora-
bit gladius & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorū: victima enim
C domini dei exercituū in terra aquilonis iuxta flumen Euphrāten. Ascen-
de in Galaad, & tolle resinam virgo filia Aegypti. frustra multiplicas
medicamina, sanitas nō erit tibi. Audierunt gentes ignominiā tuam,
& vlulatus tuus repleuit terrā: quia fortis impegit in fortem, ambo pa-
riter conciderunt. Verbum quod loquutus est dominus ad Ieremiam
prophetā, super eo q̄ venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis,
& percussurus terrā Aegypti: Annuntiate Aegypto, & auditum facite
D in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis: dicite, Sta, & prępa-
ra te: quia deuorabit gladius ea quę per circuitū tuum sunt. Quare 'cō-
putruit' fortis tuus? non stetit: quoniā dominus 'subuertit' eū. Multi-
plicauit ruentes, ceciditq; vir ad proximū suum: & dicent, Surge & re-
uertamur ad populum nostrū, & ad terrā natiuitatis nostrę à facie gla-
dij columbę. Vocate 'nomen Pharaonis regis Aegypti tumultū, ad-
duxit tempus.' Viuo ego (inquit rex, Dominus exercituū nomen eius)
E quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet.
Vasa trāsmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti: quia Memphis
in solitudine erit, & deseretur, & inhabitabilis erit. Vitula elegans atq;
formosa Aegyptus: 'stimulator' ab aquilone veniet ei. Mercenarij quo-
que eius qui versabātur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt,
& fugerunt simul, nec stare potuerunt: quia dies interfectionis eorum
venit super eos, tempus visitationis eorum. Vox eius quasi ęris sona-
bit: quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei,
F quasi cędentes ligna. Succiderunt saltum eius, ait dominus, qui sup-
putari non potest: multiplicati sunt super locustas, & non est eis nu-
merus. Confusa est filia Aegypti, & tradita in manus populi aquilo-
nis. Dixit dominus exercituum deus Israel, Ecce ego visitabo 'super
tumultum Alexandrię,' & super Pharaonem, & super Aegyptum, &
super deos eius, & super reges eius: & super Pharaonem, & super eos
qui confidunt in eo. Et dabo eos in manus quęrentium animā eorum,
& in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manus seruorum
G eius: & post hęc habitabitur sicut diebus pristinis, ait dominus. Et tu
ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israel: quia ecce ego te sal-
uum faciam de longinquo, & semen tuum de terra captiuitatis suę: &
reuertetur Iacob, & requiescet, & prosperabitur, & non erit qui exter-
reat eum. Et tu noli timere serue meus Iacob, ait dominus: quia te-
cum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes ad quas eieci te: te
verò non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec 'quasi innocenti
parcam tibi.'

' propulsat est, ' vel, propulsauit

' illuc Pharaonē regē Aegypti regē multitudinis magnę: transire fecit tēpus. (.i. diē q̄ cōdixerat se cū rege Babēl cōgressurū, nō ausus est adesse & se sistere, q̄ se alias de multitudine exercitus iactabat.)

' excisio

' vel, filios No (aut factū Alexandrię)

' excidēdo excidam te.

Promittitur Israeli liberatio.

CAP. XLVII.

A Quod factum est verbum domini ad Ieremiam prophetam contra
Palęsthinos, antequā percuteret Pharao Gazan, Hęc dicit domi-
nus, Ecce aquę ascendunt ab aquilone, & erunt quasi torrens inūdans:
& operient terrā & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius. Cla-
B mabunt homines, & vlulabunt omnes habitatores terrę à strepitu 'pō-

Sermo dñi cōtra Palęsthinos.

° strepitus vn/ pę armorum, & bellatorum eius,' à cõmotione quadrigarum eius, & C
gularũ equorũ multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios ' manibus
fortium eius, dissolutis,' pro aduentu diei in quo vastabuntur omnes Philisthijm, &
° propter debi dissipabitur Tyrus & Sidon cum omnibus reliquis auxilijs suis. depo/
litatẽ manuũ, pulatus est enim dominus Palęsthinos, reliquias insulę Cappadocię.
° succisa est Venit Caluitium super Gazan: 'conticuit' Ascalon, & reliquię vallis D
earũ. vsquequo concideris? O mucro domini, vsquequo non quiesces?
ingredere in vaginã tuam: refrigerare, & sile. Quomodo quiescet, quũ
dominus pręceperit ei aduersus Ascalonẽ, & aduersum maritimas eius
regiones, ibiq; condixerit ili?

CAP. XLVIII.

AD Moab. Hęc dicit dominus exercituum deus Israel, Vę super A
Nabo, quoniam vastata est, & confusa: capta est Cariathaím: Sermo do/
° ciuitas in ex/ confusa est 'fortis,' & tremuit. Non est vltrà 'exultatio' in Moab con mini cõtra
celso sita (vel, tra Hesebon: cogitauerunt malum, Venite, & disperdamus eam de Moabitas.
munitio,) gente. Ergo 'silens conticesces,' sequeturq; te gladius. Vox clamo/
° vel, gloriatio ris de Oronáim vastitas, & contritio magna. Contrita est Moab: an/
° Madmen suc nuntiate clamorẽ paruulis eius. Per ascensum.n. Luith plorans ascen/
cideris: det in fletu: quoniam in descensu Oronáim hostes vlulatum contri/
tionis audierunt, Fugite, saluate animas vestras: & eritis quasi myri/ Supra.17.a
° operibus (.i. cę in deserto. Pro eo enim quòd habuisti fiduciam in 'munitionibus'
pecudibus & tuis & in thesauris tuis, tu quoque capieris: & ibit Chamos in trans/
bobus) migrationem, sacerdotes eius, & principes eius simul. Et veniet prę/ B
do ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur: & peribunt valles, &
° alas Moab, dissipabuntur campestria, quoniam dixit dominus, Date 'florem Mo/
quia volans ab, quia florens' egredietur: & ciuitates eius desertę erunt, & inhabi/
tabiles. Maledictus qui facit opus domini fraudulenter: & maledictus
° Requieuit (vel, qui prohibet gladium suum à sanguine. 'Fertilis fuit' Moab ab ado/
Pacatus fuit) lescentia sua, & requieuit in fecibus suis: nec transfusus est de vase in
vas, & in transmigrationem non abijt: idcirco permansit gustus eius
in eo, & odor eius non est immutatus. Propterea ecce dies veniunt,
° homines qui dicit dominus: & mittam ei 'ordinatores, & stratores laguncularũ, &
iuuabunt eam sternent eum:' & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident.
migrare: Et confundetur Moab à Chamos, sicut confusa est domus Israel à Be/ C
thel, in qua habebat fiduciam. Quomodo dicitis, Fortes sumus, & 3.Reg.12.g
° vel, succide/ viri robusti ad pręliandum? Vastata est Moab, & ciuitates illius 'suc/ Isa.16.b
runt: cenderunt:' & electi iuuenes eius descenderunt in occisionem: ait rex,
Dominus exercituum nomen eius. Prope est interitus Moab, vt ve/
° Condolete ei niat: & malum eius velociter accurret nimis. 'Consolamini eum' om/
nes qui estis in circuitu eius, & vniuersi qui scitis nomen eius: dicite,
Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus? Descende de
gloria, & sede in siti habitatio filię Dibon: quoniam vastator Moab
ascendet ad te, dissipabit munitiones tuas. In via sta, & prospice ha/
bitatio Aroer: interroga fugientem, & ei qui euasit, dic, Quid acci/
dit? Confusus est Moab, quoniam victus est: vlulate, & clamate, an/
nuntiate in Arnon quoniam vastata est Moab. Et iudicium venit ad
terram campestrem: super Helon, & super Iasa, & super Mephaath, D
& super Dibon, & super Nabo, & super domum Deblathaím, & super
Cariathaím, & super Bethgamul, & super Bethmaon, & super Carioth,
& super Bosra: & super omnes ciuitates terrę Moab, quę longe & propè
° plaudet (vel, sunt. Abscissum est cornu Moab: & brachium eius contritũ est, ait dñs.
vertet se à late Inebriate eum, quoniã contra dominũ erectus est: & 'allidet manum'
re in latus) Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiã ipse. fuit enim in derisum
° condoluisti. tibi Israel: quasi inter fures reperisses eum. propter verba ergo tua quę
(vel, ejeceris.) aduersum illũ loquutus es, 'captiuus duceris.' Relinquite ciuitates, &
° lateribus oris habitate in petra habitatores Moab: & estote quasi colũba nidificans
foueę. in 'summo ore foraminis.' Audiuimus superbiam Moab, superbus est

valde: sublimitatem eius, & arrogantiã, & supbiã, & altitudinẽ cor elationem
dis eius. Ego scio, ait dominus, iactantiã eius: & q̃ non sit iuxta eã iram
virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. Ideò sup Moab ñ fecerũt qđ ſa
eiulabo, & ad Moab vniuersum clamabo, ad viros muri fictilis lamẽ tabãt se posse
tantes. De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines facere, mentitã
tuę transierunt mare, vsq; ad mare Iazer peruenerunt: super messem sunt
Iſa.16.c tuam, & vindemias tuam pdo irruit. Ablata est lętitia & exultatio de Cir Heres in
Carmelo & de terra Moab: & vinum de torcularibus sustuli: nequaq̃; gemiscã.
calcator vuę solitum celeusma cantabit De clamore Hesebon vsque Eodẽ plãctu
Eleale & Iasa, dederunt vocem suam: à Segor vsq; ad Oronãim vitu quo te deflea
F lã conternantem: aquę quoq; Nemrim pessimę erunt. Et auferaz de Iazer & Hesebo te
Moab, ait dominus, offerentem in excelsis, & sacrificantẽ dijs eius. Pro vel, fructus tu
pterea cor meum ad Moab quasi tibia cris resonabit: & cor meum ad os ciliuos,
viros muri fictilis dabit sonitum tibiarum: quia plus fecit q̃; potuit, vel, cantionẽ
Iſa.15.a idcirco perierunt. Omne enim caput caluitium, & omnis barba rasa vindemię.
Ezech.7.c erit: in cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium. triennem:
Et super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis planctus: quoniã I desolatiões
contriui Moab sicut vas inutile, ait dominus. Quomodo victa est, & Cir Heres
vlulauerunt? quomodo deiecit ceruicem Moab, & confusus est? eritq; residuę diuiſ
T HAEC verba libri que scripsit Baruch filius Nerię, filij Maasię, filij Sedecię, filij Sedei, filij Helcię in Babylonia, in anno quinto, in septimo die mensis, in tempore quo ceperunt Chaldęi Ierusalem, & succenderūt eam igni. Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechonię filij Ioacim regis Iuda, & ad aures vniuersi populi venientis ad librū: & ad aures potentiū filiorū regum, & ad aures presbyterorū, & ad aures populi, à minimo vsq; ad maximū eorum omniū habitantiū in Babylonia, ad flumen Sodi. Qui audientes plorabāt, & ieiunabant, & orabant in cōspectu dñi. Et collegerunt pecuniam, secūdum qđ potuit vniuscuiusq; manus: & miserunt in Ierusalem ad Ioacim filium Helcię filij Salom sacerdotem, & ad sacerdotes, & ad omnem populū qui inuenti sunt cum eo in Ierusalem, quū acciperet vasa templi domini que ablata fuerant de templo, reuocare in terrā Iuda decima die mensis Siban, vasa argentea que fecit Sedecias filius Iosię rex Iuda, postea quàm cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniā, & principes, & vinctos, & potentes, & populum terrę ab Ierusalem, & duxit eos in Babylonem. Et dixerunt, Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocaustomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram domini dei nostri: & orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies eorum sicut dies cœli super terram: & vt det dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorū. Et pro nobisipsis orate ad dominū deum nostrū: quia peccauimus domino deo nostro, & non est auersus furor eius à nobis vsq; in hūc diem. Et legite librū istum, quem misimus ad vos recitari in templo domini, in die solenni & in die opportuno: & dicetis, Domino deo nostro iustitia: nobis autē confusio faciei nostrę, sicut est dies hęc, omni Iuda & habitantibus in Ierusalē, regibus nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, & patribus nostris. Peccauimus ante dominū deum nostrum, & non credidimus, diffidentes in eū: & non fuimus subiectibiles illi, & nō audiuimus vocem domini dei nostri, vt ambularemus in mādatis eius que dedit nobis. A die qua eduxit patres nostros de terra Aegypti, vsq; ad diem hanc eramus incredibiles ad dominū deum nostrū: & dissipati recessimus, ne audiremus vocē ipsius. Et adhęserūt nobis multa mala, & maledictiones, que constituit dominus Moysi seruo suo: qui eduxit patres nostros de terra Aegypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut hodierna die. Et non audiuimus vocem domini dei nostri secundum omnia verba prophetarum quos misit ad nos: & abiuimus vnusquisque in sensum cordis nostri maligni, operari dijs alienis, facientes mala ante oculos domini dei nostri.

B Mittunt Iudei librū cū pecunia in Ierusalē ad reliquos fratres vt pro ipsis orent.

C

Infra.1.b

Danie.9.a

D

Danie.28.b

CAP. II.

A PRopter quod statuit dominus deus noster verbū suum quod loquutus est ad nos, & ad iudices nostros qui iudicauerunt in Ierusalem, & ad reges nostros, & ad principes nostros, & ad omnē Israel & Iuda: vt adduceret dominus super nos mala magna quę nō sunt facta sub coelo quemadmodū facta sunt in Ierusalē, secundū quę scripta sunt in lege Moysi, vt manducaret homo carnes filij sui, & carnes filię suę. Et dedit eos sub manu regū omnium qui sunt in circuitu nostro in improperiū & in desolationes, & in omnibus populis in quibus nos dispersit dominus. Et facti sumus subtus, & nō supra: quia peccauimus dño deo nostro, non obaudiendo voci ipsius. Dño deo nostro iustitia: nobis autē & patribus nostris cōfusio faciei, sicut est dies hęc.

B Quia loquutus est dominus super nos omnia mala hęc quę venerūt super nos: & nō sumus deprecati faciem domini dei nostri, vt reuerteremur vnusquisq; nostrum ā vijs nostris pessimis. Et vigilauit dominus in malis, & adduxit ea super nos: quia iustus est dominus in omnibus operibus suis quę mādauit nobis: & nō audiuimus vocem ipsius, vt iremus in pręceptis domini quę dedit ante faciem nostrā. Et nunc domine deus Israel, qui eduxisti populum tuū de terra Aegypti in manu valida, & in signis, & in prodigijs, & in virtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut est dies iste:

C peccauimus, impie egimus, inique gessimus dñe deus noster, in omnibus iustitijs tuis. Auertatur ira tua ā nobis: quia derelicti sumus pauci inter gentes, vbi dispersisti nos. Exaudi domine preces nostras, & orationes nostras, & educ nos propter te: & da nobis inuenire gratiā ante faciem eorū qui nos abduxerunt: vt sciat omnis terra quia tu es dominus deus noster, & quia nomen tuum inuocatū est super Israel, & super genus ipsius.

D Respice domine de domo sancta tua in nos, & inclina aurem tuā, & exaudi nos. Aperi oculos tuos, & vide: quia nō mortui qui sunt in inferno, quorū spiritus acceptus est ā visceribus suis, dabunt honorem & iustificationē domino: sed anima quę tristis est super magnitudinem mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriā & iustitiam domino. Quia non secūdum iustitias patrum nostrorū nos fundimus preces, & petimus misericordiam ante conspectū tuum dñe deus noster: sed quia misisti iram tuam,

E & furorem tuū super nos, sicut loquutus es in manu puerorū tuorum prophetarum, dicens, Sic dicit dominus, Inclinate humerū vestrum, & ceruicem vestrā, & opera facite regi Babylonis: & sedebitis in terra quā dedi patribus vestris. Quòd si nō feceritis, nec audieritis vocem domini dei vestri operari regi Babylonię: defectionem vestrā faciam de ciuitatibus Iuda, & ā foris Ierusalem, & auferam ā vobis vocem iucunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & vocem sponsę, & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. Et non audierunt vocem tuā, vt operarentur regi Babylonis: & statuisti

F verba tua quę loquutus es in manibus puerorū tuorum prophetarum, vt transferrentur ossa regum nostrorū, & ossa patrum nostrorū de loco suo, & ecce proiecta sunt in calore solis, & in gelu noctis: & mortui sunt in doloribus pessimis, in fame & in gladio, & in emissione. Et posuisti templum, in quo inuocatū est nomen tuum in ipso, sicut hęc dies, propter iniquitatē domus Israel & domus Iuda. Et fecisti in nobis domine deus noster secundum omnem bonitatem tuā, & secūdum omnem miserationem tuā illam magnā: sicut loquutus es in manu pueri tui Moysi in die qua pręcepisti ei scribere

G legem tuā coram filijs Israel, dicēs, Si nō audieritis vocē meā, multitudo hęc magna cōuertetur in minimā inter gentes, quò ego eos dispergā: quia scio q me non audiet populus. populus est enim dura ceruice: & conuertetur ad cor suū in terra captiuitatis suę: & scient quia ego sum dominus deus eorū: & dabo eis cor, & intelligent: & aures, & audient. Et laudabunt me in terra captiuitatis suę, & memores erunt nominis mei. Et auertent se ā dorso suo duro, & ā malignitatibus suis: quia reminiscentur viam patrū suorum qui peccauerunt in me. Et reuocabo illos in terram quā iuraui patribus eorum Abraham, Isaac & Iacob, & dominabūtur eius: & multiplicabo eos, & non

Propt pctā iuste se pati fatentur Iudei.
Deu.28.f
Vera Christianorū cōfessio.1.c.
Ira dei ā se auerti orāt Iudei.
Danie.9.d
Deu.26.d
Isa.63.d
Psal.113.d
Aīa esuriēs & peccatrix dat gloriā deo.
Vult dñs nos et principib' malis obtēperare.
Iere.29.b
Leuit.26.b
Deute.28.b
Populum ā captiuitate reuocaturū pmittit deus, illisq; testm nouū & ęternum daturum.

minorabuntur. Et statuam illis testamentum alterum sempiternum, vt sim illis in deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non mouebo amplius populum meum filios Israel à terra quã dedi illis.

CAP. III.

A

Pergit populus in oratione iã incepta pro sua liberatione.

ET nunc dñe oĩpotens deus Israel, anima in angustijs, & spiritus anxius clamat ad te: audi dñe & miserere, quia deus es misericors, & miserere nostri: quia peccauimus ante te. Quia tu sedes in sempiternũ, & nos peribimus in æuum. Domine omnipotens deus Israel audi nũc orationem mortuorũ Israel, & filiorũ ipsorum, qui peccauerũt ante te, & non audierunt vocem dñi dei sui, & agglutinata sunt nobis mala. Noli meminisse iniquitatũ patrum nostrorũ, sed memento manus tuę & nominis tui in tempore isto: quia tu es dominus deus noster, & laudabimus te domine, quia propter hoc dedisti timorem tuũ in cordibus nostris, & vt inuocemus nomen tuum, & laudemus te in captiuitate nostra, quia conuertimur ab iniquitate patrum nostrorũ qui peccauerunt ante te. Et ecce nos in captiuitate nostra sumus hodie, quã nos

B

Cõmendat pplo prudẽtiã, ondens ob neglectũ eius tanta mala illi obtigisse.

dispersisti in improperium, & in maledictum, & in peccatum, secũdum omnes iniquitates patrum nostrorũ qui discesserũt à te domine deus noster. Audi Israel mãdata vitę: auribus percipe, vt sciatis prudentiã. Quid est Israel quòd in terra inimicorũ es? inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cũ descẽdentibus in infernũ. Dereliquisti fontem sapientię. Nã si in via dei ambulasses, habitasses vtiq; in pace sup terrã. Disce vbi sit prudẽtia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit lõgiturnitas vitę & victus, vbi sit lumen oculorũ, & pax. Quis inuenit locũ eius: & quis intrauit in thesauros eius? Vbi sunt principes gentiũ, & qui dominãtur super bestias quę sunt super terram? qui in auibus cœli ludunt, qui argentũ thesaurizant & aurũ in quo cõfidunt homines, & nõ est finis acquisitionis eorũ? qui argentũ fabricãt & soliciti sunt, nec est inuentio operũ illorum? exterminati sunt, & ad

C

inferos descenderunt, & alij loco eorũ exurrexerunt. Iuuenes viderũt lumen, & habitauerunt super terrã, viam autem disciplinę ignorauerũt, neq; intellexerunt semitas eius, neq; filij eorum susceperunt eam, à facie ipsorum longe facta est: nõ est audita in terra Chanaan, neq; visa est in Theman. Filij quoq; Agar qui exquirunt prudentiam quę de terra est, negotiatores terrę, & Theman, & fabulatores, & exquisitores intelligentię, viam autẽ sapientię nescierunt, neq; cõmemorati sunt semitas eius. O Israel q̃; magna est domus dei, & ingens locus possessionis eius. Magnus est, & non habet finem: excelsus & immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellũ. Non hos elegit dominus, neq; viam disciplinę dedit

D

illis: propterea perierunt. Et quoniã non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiã. Quis ascendit in cœlum, & accepit eam, & deduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare: & inuenit illã, & attulit illã super aurum electum? Non est qui possit scire vias eius, neq; qui exquirat semitas eius: sed qui scit vniuersa, nouit eam, & adinuenit eã prudentia sua: qui pręparauit terrã in ęterno tempore, & repleuit eam bipedibus, & quadrupedibus: qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tremore. Stellę autem dederunt lumen in custodijs suis, & lętatę sunt: vocatę sunt, & dixerunt, Adsumus. & luxerunt ei cum iucũditate, qui fecit illas. Hic est deus noster, & non ęstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinę, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hęc in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est.

Solus deus sapiẽtię adinuentor.

De Christo incarnato.

CAP. IIII.

A

Legẽ tenentiũ, merces: & spernentiũ, poena.

Consolatio populi captiui.

HIc liber mandatorũ dei, & lex quę est in ęternum: omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortem. Conuertere Iacob, & apprehende eam, ambula per viam ad splendorem eius cõtra lumen eius. Ne tradas alteri gloriam tuã, & dignitatem tuam genti alienę. Beati sumus Israel: quia quę deo placent, manifesta sunt nobis. Animęquior esto populus dei, memorabilis Israel. Venundati estis gentibus, non in perditionem: sed propter quod in ira dei ad iracundiam prouocastis dominũ, traditi estis aduersarijs. Exacerbastis enim eum qui fecit vos, deum ęternũ, im-

immolantes dęmonijs & non deo. Obliti enim estis eum qui nutriuit vos, & contristastis nutricem vestram Ierusalem. Vidit enim iracundiam à deo venientem vobis, & dixit, Audite confines Sion, adduxit enim mihi deus luctum magnum: vidi enim captiuitatem populi mei, filiorũ meorum & filiarum, quã superduxit illis ęternus. Nutriui enim illos cum iucũditate: dimisi autem illos cum fletu & luctu. Nemo gaudeat super me viduam & desolatã: à multis derelicta sum propter peccata filiorũ meorum, quia declinauerunt à lege dei. Iustitias autem ipsius nescierunt, nec ambulauerunt per vias mandatorũ dei, neq; per semitas veritatis eius cum iustitia ingressi sunt. Veniant confines Sion, & memorentur captiuitatem filiorũ & filiarum mearum, quã superduxit illis ęternus. Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam, & alterius linguę: qui non sunt reueriti senem, neq; puerorum miserti sunt: & adduxerunt dilectos viduę, & à filijs vnicam desolauerunt. Ego autem quid possum adiuuare vos? Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos eripiet de manibus inimicorũ vestrorum. Ambulate filij, ambulate: ego enim derelicta sum sola. Exui me stola pacis, indui autẽ me sacco obsecrationis, & clamabo ad altissimũ in diebus meis. Animęquiores estote filij, clamate ad dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum. Ego enim speraui in ęternum salutem vestram: & venit mihi gaudium à sancto super misericordia quę veniet vobis ab ęterno salutari nostro. Emisi enim vos cum luctu & ploratu: reducet autem vos mihi dominus cum gaudio & iucunditate in sempiternum. Sicut enim viderunt vicinę Sion captiuitatem vestram à deo, sic videbunt & in celeritate salutem vestram à deo, quę superueniet vobis cum honore magno, & splendore ęterno. Filij patienter sustinete iram; quę superuenit vobis: persequutus est enim te inimicus tuus, sed cito videbitis perditionem ipsius: & super ceruices ipsius ascendes. Delicati mei ambulauerunt vias asperas: ducti sunt enim vt grex direptus ab inimicis. Animęquiores estote filij, & proclamate ad dominum: erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos. Sicut enim fuit sensus vester vt erraretis à deo: decies tantum iterum conuertentes requiretis eum. Qui enim induxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternam iucunditatem cum salute vestra. Animęquior esto Ierusalem: exhortatur enim te qui te nominauit. Nocentes peribunt, qui te vexauerunt: & qui gratulati sunt in tua ruina, punientur. Ciuitates quibus seruierunt filij tui, punientur, & quę accepit filios tuos. Sicut enim gauisa est in tua ruina, & lętata est in casu tuo: sic contristabitur in sua desolatione. Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit in luctum. Ignis enim superueniet ei ab ęterno in longiturnis diebus, & habitabitur à dęmonijs in multitudine temporis. Circumspice Ierusalem ad orientem, & vide iucunditatem à deo tibi venientem. Ecce enim veniunt filij tui quos dimisisti dispersos: veniunt collecti ab oriente vsque ad occidentem, in verbo sancti gaudentes in honorem dei.

B

Querimonia Ierusalem, & sub eius typo ecclesię.

C

D

Eiusdẽ consolatio ob futurã ciuiũ suorũ liberationẽ, quibus & salutis spẽ addit.

E

F

G

Infra. 5. b

CAPVT V.

EXue te Ierusalem stola luctus & vexationis tuę: & indue te decore & honore, quę à deo tibi est sempiterna gloria. Circundabit te diploide à deo iustitię, & impone mitram capiti tuo honoris ęterni. Deus enim ostendet splendorem suum in te, qui sub cœlo est. Nominabitur enim tibi nomen suum à deo in sempiternum, Pax iustitię & honor pietatis. Exurge Ierusalem, & sta in excelso: & circũspice ad orientem, & vide collectos filios tuos ab oriente sole vsque ad occidentem, in verbo sancti gaudentes dei memoria. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos dominus ad te portatos in honorem sicut filios regni. Constituit enim deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles replere in ęqualitatem terrę: vt ambulet Israel diligenter in honorem dei. Obumbrauerunt autem & syluę, & omne lignum suauitatis Israel mandato dei. Adducet enim deus Israel cum iucunditate in lumine maiestatis suę cum misericordia & iustitia quę est ex ipso.

A

Inuitat Ierusalẽ ad lętitiã ob reditũ sui populi, & sub illius typo ecclesia.

B

C

Supra. 4. g

D

EXEMPLVM epistolę quā misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniā à rege Babyloniorum, vt annunciaret illis secundum quod pręceptum est illi à deo.

CAPVT VI.

A Sap.13.14 PRopter peccata quę peccastis ante deum, abducemini in Babyloniā captiui à Nabuchodonosor rege Babyloniorum. Ingressi itaq; in Babylonem, eritis ibi annis plurimis & temporibus lōgis vsq; ad generationes se-
Isa.44.b ptem: post hoc autẽ educam vos inde cum pace. Nunc aũt videbitis in Babylonia deos aureos, & argenteos, & lapideos & ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus. Videte ergo ne & vos similes efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipsis. Visa itaq; turba de retro & ab ante adorantes, dicite in cordibus vestris, Te oportet adorari domine. Angelus autem meus vobiscum est: ipse autem exquirā animas vestras. Nam ligna ipsorum polita à fabro, ipsa etiam inaurata & inargentata falsa sunt: & nō possunt loqui. Et sicut virgini amanti ornamenta: ita accepto auro fabricati sunt. Coronas certè aureas habent super capita sua dij illorũ:
B vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurũ & argentũ, & erogāt illud in semetipsis. Dant aũt & ex ipso prostitutis, & meretrices ornāt: & iterum quū receperint illud à meretricibus, ornant deos suos. Hi aũt non liberantur ab ęrugine & tinea. Opertis aũt illis veste purpurea, extergunt faciem ipsorũ propter puluerem domus, qui est plurimus inter eos. Sceptrum aũt habet vt homo, sicut iudex regionis qui in se peccantem nō interficit. Habet etiam in manu gladium & securim, se autem de bello, & à latronibus nō liberat. Vnde vobis notum sit quia non sunt dij. Nō ergo *timueritis eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur: tales sunt & dij illorũ. Cōstitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium. Et sicut alicui qui regem offendit, circumseptę sunt ianuę, aut sicut ad sepulchrũ adductum mortuum: ita tutātur sacerdotes ostia clausuris & seris, ne à latronibus expolientur. Lucernas accendūt illis, & quidem multas: ex quibus nullā videre possunt, sunt aũt sicut trabes in domo. Corda verò eorũ dicũt elingere serpētes
C qui de terra sunt, dum comedunt eos & vestimentũ ipsorũ, & nō sentiunt. Nigrę fiunt facies eorũ à fumo, qui in domo fit. Supra corpus eorũ, & supra caput eorũ volāt noctuę, & hirundines, & aues etiā, similiter & cattę. Vnde sciatis quia nō sunt dij. Ne ergo timueritis eos. Aurum etiam quod habent, ad speciem est. nisi aliquis exterserit ęruginē, non fulgebunt: neq; enim dum cōflaren-
Isa.46.b tur sentiebāt. Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus nō inest ipsis. Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus. Cōfundantur etiam qui colunt ea. Propterea si ceciderint in terram, à semetipsis non cōsurgunt: neq; siquis eum statuerit rectum, per semetipsum stabit, sed sicut mortuis humeri illis apponentur. Hostias illorũ vendunt sacerdotes ipsorũ, & abutuntur: similiter & mulieres eorũ decerpentes, neq; infirmo, neq; mendicanti aliquid impertiunt, de sacrificijs eorum fętę & menstruatę cōtingunt. Scientes itaq; ex his quia non sunt dij, ne timeatis eos. Vnde enim vocantur dij? Quia mulieres apponunt dijs argenteis, & aureis, & ligneis: & in domibus eorũ sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam, quorũ capita nuda sunt. Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in cœna mortui. Vestimenta eorũ auferunt sacerdotes, & vestiũt
D vxores suas & filios suos. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, poterunt retribuere: neq; regem constituere possunt, neq; auferre. Similiter neque dare diuitias possunt, neq; malum retribuere. Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit: neq; hoc requirunt. Hominem à morte nō liberant, neque infirmum à potentiori eripiunt. Hominem cęcum, ad visum non restituunt: de necessitate hominem non liberabunt. Viduę non miserebuntur, neque orphanis benefacient. Lapidibus de monte similes sunt dij illorum, lignei & lapidei, & aurei & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur. Quomodo ergo ęstimandum est, aut dicendum illos esse deos? Ad-

* quędam exempl. legũt reueremini eos.

hæc cuꝫ, ipsis Chaldęis non honorantibus ea: qui quū audierint mutū
non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui: quasi
possint sentire qui non habent motum. & ipsi quum intellexerint, re-
linquent ea: sensum enim non habent ipsi dij illorum. Mulieres auteꝫ
circundatę funibus, in vijs sedent, succedentes ossa oliuarum. Quum
autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cuꝫ eo,
proximę suę exprobrat quòd ea nō sit digna habita sicut ipsa, neque fu E
nis eius diruptus sit. Omnia autem quę illis fiunt, falsa sunt. Quomo
do ęstimandum aut dicendum est illos esse deos? A fabris autem & ab
aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse sacer
dotes. Aurifices etiam ipsi qui ea faciunt, non sunt multi temporis.
Nunquid ergo possunt ea quę fabricata sunt ab ipsis, esse dij? Reli-
querunt autem falsa & opprobrium postea futuris. Nam quum super-
uenerit illis prælium, & mala: cogitant sacerdotes post se, vbi se ab-
scondant cum illis. Quomodo ergo sentiri debeant quoniaꝫ dij sunt,
qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt? Nam quuꝫ sint
lignea, & inaurata, & inargentata, scietur postea quia falsa sunt, ab vni
uersis gentibus & regibus: quę manifesta sunt quia non sunt dij, sed
opera manuum hominum, & nullum dei opus cum illis. Vnde ergo
notum est quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum
dei opus in ipsis est. Regem regioni non suscitant, neque pluuiam
hominibus dabunt. Iudicium quoque non discernent, neque regio-
nes liberabunt ab iniuria: quia nihil possunt, sicut corniculę inter me- F
dium cœli & terrę. Etenim quum inciderit ignis in domum deorum
ligneorum, & argenteorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum
fugient, & liberabuntur: ipsi verò sicut trabes in medio comburentur.
Regi autem & bello non resistent. Quomodo ergo existimandum est,
aut recipiendum quia dij sunt? Non à furibus, neque à latronibus se li
berabunt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati, quibus ini-
qui fortiores sunt. Aurum & argentum, & vestimentum quo operti
sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxilium ferent. Itaque melius
est esse regem ostentantem virtutem suam: aut vas in domo vtile, in
quo gloriabitur qui possidet illud: vel ostium in domo, quod custodit
quę in pace sunt: quàm falsi dij. Sol quidem & luna, ac sydera, quum
sint splendida & emissa ad vtilitates, obaudiunt. Similiter & fulgur
quum apparuerit, perspicuum est: idipsum autem & spiritus in omni
regione spirat. Et nubes quibus quum imperatum fuerit à deo peram
bulare in vniuersum orbem, perficiunt quod imperatum est eis. Ignis
etiam missus desuper vt consumat montes & syluas, facit qđ præceptū G
est ei. Hęc autē, neqꝫ speciebus, neqꝫ virtutibus vni eorū similia sunt.
Vnde neque existimandū est, neque dicendū illos esse deos, quando
non possunt neque iudiciuꝫ iudicare, neque quicquam facere homini
bus. Scientes itaque quia non sunt dij, ne ergo timueritis eos. Neque
enim regibus maledicent, neque benedicent. Signa etiam in cœlo gen-
tibus non ostendunt, neque vt sol lucebunt, neque illuminabunt vt lu
na. Bestię meliores sunt illis, quę possunt fugere sub tectum, ad prodes
se sibi. Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dij: propter
quod ne timeatis eos. Nam sicut in cucumerario formido nihil custo-
dit: ita sunt dij illorum lignei, & argentei, & inaurati. Eodem modo &
in horto spina alba, supra quam omnis auis sedet. Similiter & mortuo
proiecto in tenebris similes sunt dij illorum lignei, & inaurati, & inar
ᵃquędā exēpl. gentati. A purpura quoque & ᵃmarmore,ᵃ quę supra illos teneant,
legūt murice. scietis itaque quia non sunt dij. Ipsi etiam postremo comeduntur, &
erit opprobrium in regione. Melior est homo iustus qui non habet si
mulachra: nam erit longe ab opprobrijs.

EZECHIEL propheta cum Ioacim rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem: ibiq; his qui cum eo captiui fuerant, prophetauit, pœnitentibus quod ad Ieremię vaticiniū se vltrò aduersarijs tradidissent, & viderent adhuc vrbem Ierosolymā stare, quam ille casurā esse prędixerat. Tricesimo aūt ętatis suę anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad eos captiuos loqui. Et eodem tēpore, licet posterior, hic in Chaldęa, Ieremias in Iudęa prophetauerunt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodū rusticus est: sed ex vtroq; medie temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut Ieremias: principia voluminis & finem magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multū distat ab Hebraico. Vnde satis miror quid caussę extiterit, vt si eosdem in vniuersis libris habemus interpretes: in alijs eadē, in alijs diuersa trāstulerint. Legite igitur & hūc iuxta translationē nostrā: quoniā per cola scriptus & cōmata, manifestiorē legētibus sensum tribuit. Si aūt amici mei & hunc subsannauerint: dicite eis quod nemo eos cōpellat vt scribāt. Sed vereor ne illud eis eueniat quod gręce significātius dicitur, vt nocētur philolœdori.

PROPHETIA EZECHIELIS.

A Quo tpe prophetauerit Ezechiel, & quo loco. Ezechielis genus & officium.



ET factum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis: quum essem in medio captiuorū iuxta fluuiū Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones dei. In quinta mēsis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin, factum est verbū dñi ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldęorū, secus flumen Chobar: & facta est super eū ibi [f](manus) domini. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone: nubes magna, & ignis inuoluēs, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, id est de medio ignis. Et ex medio eius similitudo quatuor animaliū: & hic aspectus eorū, similitudo hoīs in eis. Et quatuor facies vni: & quatuor pennę vni. Et pedes eorū pedes recti, & plāta pedis eorum quasi planta pedis vituli, & scintillę quasi aspectus ęris [g](candentis.) Et manus hominis sub pennis eorū in quatuor partibus: & facies & pennas per quatuor partes habebant. Iunctęq; erant pennę eorū alterius ad alterum. Non reuertebantur quum incederent sed vnūquodq; [h](ante faciem suam gradiebatur.) Similitudo autem vultus eorū, facies hoīs: & facies leonis à dextris ipsorū quatuor: facies autem bouis, à sinistris ipsorum quatuor: & facies aquilę ipsorum quatuor. Et facies eorum, & pennę eorum extentę desuper: duę pennę singulorum iungebantur, & duę tegebant corpora eorum. Et vnūquodq; eorum coram facie sua ambulabat: [i](vbi erat impetus spiritus,) illuc gradiebantur: nec reuertebantur quum ambularent. Et similitudo animaliū, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentiū, & quasi aspectus lampadarū. hęc erat [k]visio discurrēs in medio animaliū splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant: & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.

B Visio quatuor animalium.

C

D

Visio rotarum.

Quumq; aspicerem animalia, apparuit rota vna super terrā iuxta animalia, habens quatuor facies. Et aspectus rotarum, & opus earū, [l](quasi visio maris:) & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera, quasi sit rota in medio rotę. Per quatuor partes earum cun-

[f] .i. prophetia.
[g] politi.
[h] .i. directe pedebat. & ita.
[i] quocunq; pellebat eos ventus,
[l] apparebat sicut lapis Tharsis: (vel, sicut hyacinthus:)

* Dorsum
* dorsa earum plena erāt oculis.

* vel, voluntas enī aīalis (aut spūs eni aīalis, & infra.

* erat instar firmamenti,
* color
* extenta erat
* oīpotentis
* vocem loquelę (vel, magnū tumultum.)
* vel, similis throno:
* tanquam colorem

tes ibant: & nō reuertebātur quū ambularent. *Statura* quoq; erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: & *totū corpus oculis plenū* in circuitu ipsarū quatuor. Quumq; ambularent aīalia, ambulabant pariter & rotę iuxta ea: & quū eleuarentur aīalia de terra, eleuabātur simul & rotę. Quocunq; ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotę pariter eleuabātur, sequentes eum. *Spiritus enī vitę* erat in rotis. Cū euntibus ibāt, & cum stantibus stabant: & cū eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotę, sequentes ea: qa spiritus vitę erat in rotis. Et similitudo super capita aīaliū, *firmamenti, quasi *aspectus*, crystalli horribilis, & *extenti* super capita eorū desuper. Sub firmamento aūt pennę eorū rectę alterius ad alterum: vnūquodq; duabus alis velabat corpus suū, & alterū similiter velabatur. Et audiebam sonum alarū, quasi sonū aquarū multarū, quasi sonū *sublimis dei* quū ambularent, *quasi sonus erat multitudinis* vt sonus castrorum. quūq; starent, demittebantur pennę eorū. Nā quum fieret vox super firmamentum qđ erat super caput eorū, stabant, & submittebant alas suas. Et super firmamentū qđ erat imminens capiti eorū, quasi aspectus lapidis sapphiri *similitudo throni:* & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et vidi *quasi speciem* electri, velut aspectū ignis intrinsecus eius per circuitū. à lumbis eius & desuper, & à lumbis eius vsq; deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu. Velut aspectum arcus quum fuerit in nube in die pluuię, hic erat aspectus splendoris per gyrum. Hęc visio similitudinis glorię domini.

B

E

G Visio throni & imaginis sup thronum.

CAP. II.

ET vidi, & cecidi in faciem meā: & audiui vocē loquentis. Et dixit ad me, Fili hoīs sta super pedes tuos, & loquar tecū. Et ingressus est in me spiritus postquam loquutus est mihi, & statuit me supra pedes meos: & audiui loquentem ad me, & dicentem, Fili hoīs mitto ego te ad filios Israel, ad gentes *apostatrices,* quę recesserunt à me: ipsi & patres eorū pręuaricati sunt pactū meū vsq; ad diem hanc. Et filij dura facie & *indomabili* corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos, Hęc dicit dominus deus, *Si fortè vel ipsi audiant, & si fortè qescant,* quoniā domus exasperans est: & *scient* qa ppheta fuerit in medio eorum. Tu ergo fili hoīs ne timeas eos, neq; sermones eorū metuas: quoniā *increduli & subuersores* sunt tecum, & cum *scorpionibus* habitas. verba eorū ne timeas, & vultus eorū ne formides: qa domus exasperans est. Loqueris ergo verba mea ad eos, si fortè audiāt, & quiescant: quoniā *irritatores* sunt. Tu autem fili hominis audi quęcunq; loquor ad te. & noli esse *exasperans sicut domus exasperatrix* est: aperi os tuum, & comede quęcunq; ego do tibi. Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris: & scriptę erant in eo lamentationes, & *carmen, & vę.*

* rebelles,

* duro
* Et ecce, si audierint, & cessauerint (qm domus rebellis ē) scient
* rebelles & spīę
* vel, tribulis
* rebelles
* rebellis, sicut dom^9 rebellis
* gemitus

A Mittitur ppheta ad reuocandū populū ab errore,

B

C

D

CAPVT III.

ET dixit ad me, Fili hominis quodcunq; inueneris comede: comede volumen istud, & vadēs loquere ad filios Israel. Et aperui os meū, & cibauit me volumine illo, & dixit ad me, Fili hominis venter tuus *comedet, & viscera tua complebuntur* volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel *dulce.* Et dixit ad me, Fili hoīs vade ad domū Israel, & loqueris verba mea ad eos. Nō enim ad populum *profundi sermonis, & ignotę* linguę tu mitteris, ad domum Israel: neque ad populos multos profundi sermonis, & ignotę linguę quorum nō *possis audire* sermones: & si ad illos mitteris, ipsi audirent te. Domus autē Israel nolunt audire te: qa nolūt audire me. omnis quippe domus Israel *attrita* fronte est, & duro corde. Ecce, dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuā duriorem frontibus eorum. Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorum; quia domus

* vl, comedat, & viscera tua cōpleantur
* prę dulcedīe.
* vel, multiplicis linguę & difficilis (aut, q submisse loquat, & qui habebat grauem linguam)
* vel, intelligas
* dura

A Propheta pastus xbo dei & ɔstantia spūs accepta, ad Israel in trāsmigrationē mittitur.

B

C ʼexasperansʼ est. Et dixit ad me, Fili hominis, omnes sermones meos ʼrebellis
quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi: & va-
de, ingredere ad transmigrationem ad filios populi tui, & loqueris ad
eos, & dices eis, Hęc dicit dñs deus: si forte audiant & quiescant. Et as-
sumpsit me spiritus, & audiui post me vocem cōmotionis magnę, Be-
nedicta gloria domini de loco suo. & vocem alarum animaliū percutien-
tium alterā ad alterā, & vocem rotarum sequentiū animalia, & vocem
cōmotionis magnę. Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me: & abij
D amarus in indignatione spiritus mei: manus enī domini erat ʼmecum
ꝑfortans me.ʼ Et veni ad transmigrationē ʼad aceruum nouarū fru- ʼsuper me fortis.
gum,ʼ ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar: & sedi vbi illi se-
debant: & mā si ibi septem diebus ʼmœrensʼ in medio eorum. Quum aūt ʼThelabib
Infra. 33. b pertransissent septem dies, factū est verbum dñi ad me, dicens, Fili ho- ʼadmirans
Pœna pa-storis nō annuntiantis ppl'o sua E peccata. minis speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbū,
& annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impiū, Morte morieris: nō
annuntiaueris ei, neque loquutus fueris vt auertatur ā via sua impia, &
viuat: ipse impius in iniqtate sua morietur, sanguinem aūt eius de ma
nu tua requiram. Si aūt tu annūtiaueris impio, & ille nō fuerit cōuersus
ab impietate sua, & ā via sua impia: ipse qdem in impietate sua morie
tur, tu aūt aīam tuam liberasti. Sed & si cōuersus iustus ā iustitia sua fue
rit, & fecerit iniqtatem: ponam offendiculum coram eo, ipse morietur:
F qa non annuntiasti ei, in peccato suo morietur, & nō erunt in memo-
Iussu dñi in cāpū egres-sus videt gloriā dei. Supra. 1. a ria iustitię eius quas fecit: sanguinem verò eius de manu tua requiram.
Si aūt tu annuntiaueris iusto vt nō peccet iustus, & ille nō peccauerit:
viuens viuet, qa annuntiasti ei, & tu animā tuam liberasti. Et facta est
super me manus domini, & dixit ad me, Surgens egredere in campū, &
ibi loquar tecum. Et surgens egressus sum in campū: & ecce ibi gloria
domini stabat, quasi gloria quā vidi iuxta fluuiū Chobar: & cecidi in fa
ciem meā. Et ingressus est in me spiritus, & statuit me sup pedes meos: &
G & loquutus est mihi, & dixit ad me, Ingredere, & includere in medio do
Captiuitas figuratur. mus tuę. Et tu fili hominis ecce data sunt super te vincula, & ligabunt
te in eis: & non egredieris in medio eorum. Et linguam tuam adhęrere fa-
ciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus
exasperans est. Quum autem loquutus fuero tibi, aperiam os tuum, &
dices ad eos, Hęc dicit dominus deus, Qui audit, audiat: & qui quie-
scit, quiescat: quia domus exasperans est. CAP. IIII.

A Et tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coram te: & de-
Vrbis Ierusalem obsidio signat. scribes in eo ciuitatem Ierusalem. Et ordinabis aduersus eam obsi
dionem, & ędificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis cō
tra eam castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginem fer-
ream, & pones eam murū ferreum inter te & inter ciuitatem: & obfirma
bis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circundabis eā: signū
Diuturnitas captiuitatis Israel & Iuda. est domui Israel. Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones
iniquitates domus Israel super eo: numero dierum quibus dormies su
per illud ʼ& assumesʼ iniquitates eorum. Ego autem dedi tibi annos
iniquitatis eorum, numero dierū trecentos & nonaginta dies: & por- ʼportabis
B tabis iniquitatem domus Israel. Et quum compleueris hęc, dormies su
Nume. 14. f per latus tuum dextrū secundo: & ʼassumesʼ iniquitatem domus Iuda
quadraginta diebus. diem pro anno, diem inquā pro anno dedi tibi. ʼportabis
Et ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem tuam, & brachium tuū
erit ʼexertū:ʼ & prophetabis aduersus eam. Ecce, circundedi te vinculis: ʼdiscoopertū.
Prędicit fames futura in captiuitate. & non te conuertes ā latere tuo in latus aliud, donec compleas dies ob
sidionis tuę. Et tu sume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & len
tem, & milium, & viciam: & mittes ea in vas vnum, & facies tibi panes nu
mero dierum quibus dormies super latus tuum: trecentis & nonagin-
C ta diebus comedes illud. Cibus autem tuus quo vesceris, erit in pon-
dere

dere viginti stateres in die: à tempore vsq; ad tempus comedes illud. Et aquã in mensura bibes, sextam partem hin: à tempore vsq; ad tempus bibes illud. Et quasi subcineritium hordeaceum comedes illud: & stercore quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum. Hęc dicit dominus, Sic comedent filij Israel panem suum pollutum inter gentes ad quas eijciam eos. Et dixi, 'A, a, a,' domine deus, ecce anima mea non est polluta, & morticinum & laceratum à bestijs non comedi ab infantia mea vsq; nunc, & non est ingressa in os meum omnis caro immunda. Et dixit ad me, Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis: & facies panem tuu; in eo. Et dixit ad me, Fili hominis, ecce conteram baculũ panis in Ierusalem: & comedent panem suũ in pondere, & in solicitudine: & aquam in mensura, & in angustia bibent. vt deficientibus pane & aqua, corruat vnusquisq; ad fratrem suum, & cõtabescat in iniquitatibus suis.

Margin: Ah ah, — D — Supra. 5. d & 14. d

CAP. V.

ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum, 'radentem pilos:' & assumes eum, & duces per caput tuũ, & per barbam tuã: & assumes tibi staterã ponderis, & diuides eos. Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta cõpletionem dierũ obsidionis: & assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius: tertiã verò aliam disperges in ventũ, & gladium nudabo post eos. Et sumes inde paruum numerũ: & ligabis eos in summitate pallij tui. Et ex eis rursus tolles, & proijcies eos in medio ignis, & cõbures eos igni: & ex eo egredietur ignis in omnem domũ Israel. Hęc dicit dominus deus, Ista est Ierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras. Et cõtempsit iudicia mea, vt plus esset impia q̃; gentes: & pręcepta mea vltrà q̃; terrę quę in circuitu eius sunt. iudicia enim mea proiecerũt, & in pręceptis meis nõ ambulauerũt. Idcirco hęc dicit dominus deus, Quia superastis gentes quę in circuitu vestro sunt, & in pręceptis meis nõ ambulastis, & iudicia mea nõ fecistis, & iuxta iudicia gentium quę in circuitu vestro sunt non estis operati: ideò hęc dicit dñs deus, Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentiũ: & faciam in te quę non feci, & quibus similia vltrà non faciã propter omnes abominationes tuas. Ideò patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos: & faciã in te iudicia, & ventilabo vniuersas reliquias tuas 'in omnem ventũ.' Idcirco viuo ego dicit dñs deus, Nisi pro eo q̃ sanctum meu; violasti in omnibus 'offensionibus' tuis, & in cũctis abominationibus tuis; ego quoq; confringam, & non parcet oculus meus, & nõ miserebor. Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiã verò partem tuã in omnem ventum dispergã, & gladiũ euaginabo post eos. Et cõplebo furorem meũ, & requiescere faciã indignationem meã in eis, & cõsolabor: & scient quia ego dominus loquutus sum in zelo meo, quũ impleuero omnem indignationem meã in eis. Et dabo te in desertũ & in opprobriũ gentibus quę in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis prętereũtis. Et eris opprobrium & 'blasphemia,' exemplu; & stupor in gentibus quę in circuitu tuo sunt, quũ fecero in te iudicia in furore & in indignatione, & in increpationibus irę: ego dominus loquutus sum. quãdo misero sagittas famis pessimas in eos, quę erunt 'mortiferę,' ad quas mittam vt disperdam vos: & famem congregabo super vos, & conterã in vobis baculũ panis. Et immittam in vos famem & bestias pessimas vsq; ad internecionem: & pestilentia & sanguis transibunt per te, & gladium inducam super te. ego dominus loquutus sum.

Margin: nouaculam tonsoriam. — A — Aenigma pilorũ quo significatur vastatio populi. — Caussa irę dei in populum suum. — B — vel, in omne latus. — contaminationibus — C — Aenigma pilorũ edisserit dñs. — D — vel, contemptus. — in destructionem. — Supra. 4. d Infra. 14. d

CAP. VI.

ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis pone faciem tuã ad montes Israel: & prophetabis ad eos, & dices, Montes Israel audite verbum domini dei: hęc dicit dominus deus montibus & collibus, rupibus & vallibus, Ecce ego inducam super vos gladium, & di-

Margin: A — Propĩ pctm idololatrię pplm perculiẽdũ pdicit. — Infra. 36. a

sperdam excelsa vestra, & demoliar aras vestras, & confringentur simu-
lachra vestra: & deijciam interfectos vestros ante idola vestra. Et dabo
cadauera filiorum Israel ante faciem simulachrorum vestrorum: & di
spergam ossa vestra circa aras vestras in omnibus habitationibus ve-
B stris. Vrbes desertę erunt, & excelsa demolientur & dissipabuntur: & in-
teribunt arę vestrę, & confringentur: & cessabunt idola vestra, & con-
terentur delubra vestra, & delebuntur opera vestra. Et cadet interfectus
in medio vestri: & scietis quia ego sum dominus. Et relinquam
in vobis 'eos qui fugerint' gladium in gentibus, quum dispersero vos
in terras. Et recordabuntur mei liberati vestri in gentibus ad quas ca-
ptiui ducti sunt: quia 'contriui cor eorum' fornicans & recedens à me,
& oculos eorum fornicantes post idola sua: & 'displicebunt sibimet su
C per malis quę fecerant' in vniuersis abominationibus suis, & scient
quia ego dominus non frustra loquutus sum vt facerem eis malum
hoc. Hęc dicit dominus deus, Percute manu tua, & 'allide pedem
tuum, '& dic Heu, ad omnes abominationes malorum domus Israel:
quia gladio, fame, & peste ruituri sunt. Qui longe est, peste morie-
tur: qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit & obsessus
fame morietur: & complebo indignationem meam in eis. Et scie-
D tis quia ego dominus, quum fuerint interfecti vestri in medio ido-
lorum vestrorum in circuitu ararum vestrarum, in omni colle excel-
so, & in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum ne-
morosum, & subtus vniuersam quercum frondosam, locum vbi ac-
cenderunt thura redolentia vniuersis idolis suis. Et extendam manum
meam super eos: & faciam terram desolatam & destitutam à deser-
to Deblátha in omnibus habitationibus eorum: & scient quia ego
dominus.

CAP. VII.

A ET factus est sermo domini ad me, dicens, Et tu fili hominis hęc di-
cit dñs deus terrę Israel, Finis venit, venit finis super quatuor pla-
gas terrę. Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te: & iu-
dicabo te iuxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes
tuas. Et non parcet oculus meus super te, & non miserebor: sed vias
tuas ponam super te, & abominationes tuę in medio tui erunt: & scie-
tis quia ego dominus. Hęc dicit dominus deus, Afflictio vna, afflictio
B ecce venit finis venit, venit finis, euigilabit aduersum te: ecce venit. Ve-
nit 'contritio super te, qui habitas in terra: venit tempus, prope est
dies occisionis, '& non glorię montium.' Nunc de propinquo effun-
dam iram meam super te, & complebo furorem meum in te: & iudica-
bo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua. Et non par-
cet oculus meus, nec miserebor: sed vias tuas imponam tibi, & abomi
nationes tuę in medio tui erunt: & scietis quia ego sum dominus per-
C cutiens. Ecce dies, ecce venit. egressa est contritio, floruit virga, germi
nauit superbia. Iniquitas surrexit in 'virga impietatis: 'non ex eis, &
non ex populo, neque ex 'sonitu eorum: '& non erit 'requies 'in eis.
Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit, non lętetur: & qui ven
dit, non lugeat: quia ira super omnem populum eius. Quia q vèdit,
ad 'id quod vendidit 'non reuertetur: & 'adhuc in viuentibus vita eo-
D rum.' visio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur: &
'vir in iniquitate vitę suę non confortabitur.' Canite tuba, prępa-
rentur omnes, & non est qui vadat ad pręliū: ira enim mea super vni-
uersum populum eius. Gladius foris: & pestis & fames intrinsecus. Qui
in agro est, gladio morietur: & qui in ciuitate, pestilentia & fame deuo
rabuntur. Et saluabuntur qui fugerint ex eis: & erunt in mótibus qua-
si columbę conuallium omnes 'trepidi,' vnusquisque in iniquitate
E sua. Omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis. Et ac-
cingent se cilicijs, & operiet eos formido: & in omni facie confusio, & 'gementes

Pœnitētiam reliquarū populi ꝓphetat, & liberationem.

Obstinatorū interitus ꝑdicitur.

Finis toti⁹ terrę Israel repēte venturus.

Excidij eius causa.

Oī pſidio destituetur ppls, vt nō possit aduersarijs resistere. Isa.15.a

Iere.48.f

'aliqui q fugiēt 'contriui me ꝑ cor eorum 'succidēt à facie eorū ꝓpter mala q̄ fecerūt (vel, litigabūt, aut cōtēdēt cum se ipsis, eo qd non obtēperauerint mihi. Chal. interp. Et succidēt, & videbūt. i. agnoscēt mala q̄ fecerunt.

'extēde (vel, percute. Chal. interp. conculca) pede tuo.

'Inia maturis & infra.

'& ñ celeusma mōtis. (vel, in quo nō iubilabūt i mōtib⁹.)

'virgā ipsā:

'cisipsis: (.i. eorum famine)

'lamentum (.i. null⁹ est q flendeat puerti)

'venditorem

'& in vita existente aīa eorum non reuertet. (vel, sic verte, Ob id ne reuertatur iterū venditor ad merces suas: qm̄ ei quādiu adhuc superstes vtuus est, nihil deficiet. visio enim &c.)

'vel, nemo confidat in iniquitate sua in vita eius sua. (aut, qd multa habeat.)

in vniuersis capitibus eorum caluitium. Argentum eorum foris proij
cietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum & au Prou.11.B
rum eorum non valebit liberare eos in die furoris domini. Animam Soph.1.d
suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur: quia 'scan Eccle.5.c
dalum iniquitatis eorum factum est. 'Et ornamentum monilium suo
rum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum & B
simulachrorum fecerunt ex eo: propter hoc dedi eis illud in immundi
tiam: & dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impijs ter
rę in prędam, & contaminabunt illud. Et auertam faciem meam ab eis,
& violabunt 'arcanum' meum: & introibunt in illud 'emissarij,' & con Iubetur ppheta sum
taminabunt illud. Fac 'conclusionem:' quoniam terra plena est iudi
cio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate. Et adducam pessimos de gen C mā īmīnētiū malorū annūtiare.
tibus, & 'possidebunt' domos eorum: & quiescere faciam superbiam po
tentium, & possidebunt sanctuaria eorum. 'Angustia' superueniente
requirent pacem, & non erit. 'Conturbatio super conturbationem' ve
niet, & auditus super auditum: & quęrent visionem de propheta, & lex
peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. Rex lugebit, & princeps in
duetur mœrore, & manus populi terrę conturbabuntur. Secundum viam
eorum faciam eis, & secundum iudicia eorum iudicabo eos: & scient quia
ego dominus.

Margin (left): *ruina hęc propter iniquitatem eorum fit. *adyti (.i. sanctum sanctorum) *diruentes, *catenam: *polluentur *Precisione *Contritio super contritionem

CAP. VIII.

ET factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis: ego A
sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me, & cecidit Apparitio similitudinis dei.
ibi super me 'manus' domini dei. Et vidi, & ecce similitudo quasi aspe
ctus ignis: ab aspectu lumborum eius & deorsum, ignis: & à lumbis
eius & sursum, quasi aspectus splendoris, vt visio electri. Et emissa si Ezechiel in spū adductus
militudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei: & eleuauit
me spiritus inter terram & cœlum: & adduxit me in Ierusalem in 'vi B est in Ierusalē.
sione' dei, 'iuxta ostium interius' quod respiciebat ad Aquilonem, vbi Dan.15.c
erat statutum idolum zeli ad prouocandum 'ęmulationem.' Et ecce
ibi gloria dei Israel secundum visionem quam videram in campo. Et
dixit ad me, Fili hominis leua oculos tuos ad viam Aquilonis. Et le
uaui oculos meos ad viam Aquilonis: & ecce ab Aquilone portę al Ostēdit dñs C pphetę abominatiōes idolatrię domus Israel & maxie sacerdotū.
taris idolum zeli in ipso introitu. Et dixit ad me, Fili hominis putásne
vides tu quid isti faciant abominationes magnas, quas domus Israel
facit hic, vt procul recedam à sanctuario meo? & adhuc conuersus vi
debis abominationes maiores. Et introduxit me ad ostium atrij: & vi
di, & ecce foramen vnum in pariete. Et dixit ad me, Fili hominis fode pa
rietem. Et cum perfodissem parietem, apparuit ostium vnum. Et dixit
ad me, Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. D
Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium
abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete
in circuitu per totum. Et septuaginta viri de senioribus domus Israel,
& Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum, stantium ante pictu Iezonias.
ras: & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua: & vapor nebu
lę de thure consurgebat. Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis quę E
seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in 'abscondi
to cubilis sui:' dicunt enim, Non videt dominus nos, dereliquit domi Vox infidelium.
nus terram. Et dixit ad me, Adhuc conuersus videbis abominationes
maiores quas isti faciunt. Et introduxit me per ostium portę domus do
mini, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebant
plangentes 'Adonidem.' Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis: ad F
huc conuersus videbis abominationes maiores his. Et introduxit me
in atrium domus domini interius: & ecce in ostio templi domini inter
vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra
templum domini, & facies ad orientem: & adorabant ad ortum solis.
Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis: nunquid leue est hoc domui Iu

Margin (left): *i. prophetię spiritus *visionibus *ad ostium portę atrij interioris *i. ad iram *cubiculis suis pictis: *Thmuz (nomen idoli)

C da, vt facerent abominationes istas quas fecerunt hic: quia replentes
terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum me: & ecce applicāt 'ra
mum' ad nares suas. Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus
meus, nec miserebor: & quũ clamauerint ad aures meas voce magna,
non exaudiam eos.

'foetorem

CAP. IX.

A Idololatrarū interit⁹ & iustop sal⁹.

A ET clamauit in auribus meis voce magna, dicens, Appropinquaue
runt 'visitationes' vrbis, & vnusquisq; 'vas interfectionis' habet in
manu sua. Et ecce sex viri veniebāt de via portę superioris, q̃ respicit ad
Aquilonem: & vniuscuiusq; vas interitus in manu eius: vir quoq; vnus
in medio eorũ vestitus erat lineis: & atramentarium scriptoris ad renes
eius: & ingressi sunt, & steterunt iuxta altare ęreum. Et gloria domi-
B ni Israel 'assumpta est de' cherub, quę erat super eum ad limẽ domus:
& vocauit virum qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris
habebat in lumbis suis. Et dixit dñs ad eum, Transi per mediam ciuita
tem in medio Ierusalẽ: & signa 'thau' super frontes virorũ gementiũ &
dolentium super cunctis abominationibus quę fiunt in medio eius.
Et illis dixit audiente me, Transite per ciuitatem sequentes eum, & per-
cutite: non parcat oculus vester, neq; misereamini. Senem, adolescentu
C lum & virginem, paruulũ & mulieres interficite vsq; ad internecionẽ:
omnem aũt super quẽ videritis thau, ne occidatis, & à sanctuario meo
incipite. Cœperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem do-
mus. Et dixit ad eos, Cõtaminate domum, & implete atria interfectis:
egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos qui erãt in ciuitate. Et
cęde completa remansi ego: ruiq́; super faciem meam, & clamans aio,
Heu, heu, heu dñe deus, ergõne disperdes oẽs reliquias Israel, effundẽs
D furorem tuum super Ierusalẽ? Et dixit ad me, Iniquitas domus Israel
& Iuda magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus, & ciui-
tas repleta est auersione: dixerunt enim, Dereliquit dominus terram, &
dñs non videt. Igitur & meus non parcet oculus, neq; miserebor: viam
eorum super caput eorum reddam. Et ecce vir qui erat indutus lineis,
qui habebat atramentarium in 'dorso suo,' respondit verbum, dicens,
Feci sicut pręcepisti mihi.

Seruãdi signantur. Exo. 12. c Apoc. 7. a Occidũt nõ signati.

Querimõia pphetę ob cędem ppli cuius cãm reddit ei dñs.

'vel, pfecti (.i. q cõstituti sunt ad destruẽdam ciuitatem.) 'instrũ ad pdẽdũ & insta. 'recessit a 'signũ & litera. 'lũbis suis.

CAP. X.

A De viro e medio rotarũ & cherubim prunas accipiẽte in signum cremationis vrbis Ierusalem.

A ET vidi, & ecce in firmamẽto quod erat super caput cherubim, qua-
si lapis sapphirus, & quasi species similitudinis solij, apparuit su-
per ea. Et dixit ad virũ qui indutus erat lineis, & ait, Ingredere in me-
dio rotarum quę sunt subtus cherubim: & imple manum tuam prunis
ignis quę sunt inter cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressusq;
est in conspectu meo: cherubim autem stabant à dextris domus quum
ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius. Et eleuata est glo-
ria domini desuper cherub ad limen domus: & repleta est domus nu-
be, & atrium repletum est splendore glorię domini. Et sonitus alarum
cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi vox dei omni-
B potentis loquentis. Quumq́; pręcepisset viro qui indutus erat lineis,
dicens, Sume ignem de medio rotarum quę sunt inter cherubim: ingres
sus ille stetit iuxta rotam. Et extendit cherub manum de medio cheru-
bim, ad ignem qui erat inter cherubim: & sumpsit, & dedit in manus
eius qui indutus erat lineis: qui accipiens egressus est. Et apparuit in
cherubim similitudo manus hominis subtus pẽnas eorum. & vidi, &
ecce quatuor rotę iuxta cherubim: rota vna iuxta cherub vnũ, & rota
alia iuxta cherub vnum: species aũt rotarum erat quasi 'visio' lapidis
'chrysolithi' & aspectus earũ similitudo vna quatuor: quasi sit rota in
C medio rotę. Quumq́; ambularent, in quatuor partes gradiebantur: &
nõ reuertebantur ambulantes sed ad locũ ad quem ire declinabat quę
prima erat, sequebantur & cęterę, nec reuertebantur. Et omne corpus
earũ, & colla, & manus, & pennę, & circuli plena erant oculis, in circui-
tu quatuor rotarum. Et rotas istas vocauit 'volubiles,' audiente me.

Repetitio visiõis rotap.

Supra. 1. c

'color 'vel, tharsis. 'rotas, (orbes.)

Quatuor aūt facies habebat vnum: facies vna, facies cherub: & facies secunda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilę. Et eleuata sunt cherubim: ipsum est animal quod videram iuxta fluuiū Chobar. Quumq; ambularent cherubim: ibant pariter & rotę iuxta ea: & quum eleuarent cherubim alas suas, vt exaltarentur de terra, non residebant rotę, sed & ipsę iuxta erant. Stantibus illis, stabant: & cū eleuatis eleuabātur. Spūs enim vitę erat in eis. Et egressa est gloria dñi à limine tēpli: & stetit super cherubim. Et eleuātia cherubim alas suas, exaltata sunt à terra corā me: & illis egredientibus, rotę quoq; subsequutę sunt: & stetit in introitu portę domus dñi orientalis, & gloria dei Israel erat sup ea. Ipsum est animal quod vidi subter deū Israel iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia cherubim essent. Quatuor quatuor vultus vni, & quatuor alę vni: & similitudo manus hominis sub alis eorum. Et similitudo vultuū eorū, ipsi vultus quos videram iuxta fluuiū Chobar, & intuitus eorū, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

vnūquodq; cherub: | Aialis | auertebāt se | ventus enim aialis | D | Cherubim | & vnūquodq; cōtra faciē suā ibat. (vel, quorū quodlibet directe procedebat.) | Supra. 1. A

CAP. XI.

Et eleuauit me spiritus, & introduxit me ad portam domus domini orientalem, quę respicit ad solis ortum: & ecce in introitu portę viginti quinq; viri: & vidi in medio eorū Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaię, principes populi. Dixitq; ad me, Fili hominis, hi sunt viri qui cogitant iniquitates, & tractant consiliū pessimū in vrbe ista: dicentes, Nonne dudum ędificatę sunt domus? hęc est lebes, nos aūt carnes. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis. Et irruit in me spiritus dñi, & dixit ad me, Loquere, Hęc dicit dominus, Sic loquuti estis domus Israel, & cogitationes cordis vestri ego noui. Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias eius interfectis. Propterea hęc dicit dominus deus, Interfecti vestri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hęc est lebes: & educam vos de medio eius. Gladium metuistis, & gladium inducam super vos, ait dominus deus. Et eijciam vos de medio eius, daboq; vos in manu hostium, & faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo vos, & scietis quia ego dominus. Hęc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio eius in carnes: in finibus Israel iudicabo vos. Et scietis quia ego dominus: quia in pręceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iuxta iudicia gentiū, quę in circuitu vestro sunt, estis operati.

Et factum est, quum prophetarem, Pheltias filius Banaię mortuus est: & cecidi in faciem meam clamans voce magna, & dixi, Heu, heu, heu domine deus: consummationem tu facis reliquiarum Israel. Et factum est verbum domini ad me, dicens, Fili hominis fratres tui fratres tui viri propinqui tui, & omnis domus Israel vniuersi, quibus dixerunt habitatores Ierusalem, Longe recedite à domino: nobis data est terra in possessionem. Propterea hęc dicit dominus deus, Quia longe feci eos in gentibus, & quia dispersi eos in terris: ero eis in sanctificationē modicam in terris ad quas venerunt. Propterea loquere, Hęc dicit dominus deus, Cōgregabo vos de populis, & adunabo de terris in quibus dispersi estis: daboq; vobis humū Israel. Et ingredientur illuc, & auferent omnes offensiones cunctasq; abominationes eius de illa. Et dabo eis cor vnum, & spūm nouū tribuam in visceribus eorū: & auferam cor lapideum de carne eorū, & dabo eis cor carneum: vt in pręceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciantq; ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in deum. Quorum autem cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum viā in capite suo ponam, dicit dominus deus. Et eleuauerunt cherubim alas suas, & rotę cum eis: & gloria dei Israel erat super ea. Et ascendit gloria domini de medio ciuitatis, stetitq; super montem qui est ad orientem vrbis. Et spiritus leuauit me: adduxitq; in Chaldęam ad transmigrationem, in vi-

A | Qui ppłm Ierusalē seducebant. | Nōdum in propinquo (sub. est destructio quam prędicit Ezechiel.) ędificemus domos. | Cōtra hos vaticinat, ꝑ dicēs eoꝝ dispersionē. | B | Mors Pheltię ob quam reliq ppli timent exitiū. | Futurā captiuoꝝ reductiōes audit à dño. | C | Cordis innouatio à deo vt in pręceptis ei' ambulemus. | sui | Iere. 23. f | Infra. 36. f | Proprijs cōsilijs innitētib' minat. | abominatiōes & infra. | D | Recedit gloria dei Ierusalē, & propheta i spiritu reuertitur in Chaldęam.

sio me in spū dei: & sublata est à me visio quā videram. Et loquutus sum
ad trāsmigrationē oīa verba dñi q̄ ostēderat mihi. CAP. XII.

A
Parabola vasorum trās-migratiōis.
ET factus est sermo domini ad me, dicēs, Fili hominis in medio do
mus [a]exasperantis [a]tu habitas: qui oculos habent ad videndum, & | [a]rebellis & infra.
non vident: & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus ex-
asperans est. Tu ergo fili hominis fac tibi vasa transmigrationis, &
transmigrabis per diem coram eis: transmigrabis aūt de loco tuo ad lo
cum alterū in conspectu eorum, si fortè aspiciant: quia domus exasperās
est. Et efferes foras vasa tua quasi vasa transmigrantis per diē in cōspectu
B eorū: tu autem egredieris vespere coram eis, sicut egreditur migrans.
Ante oculos eorum perfode tibi parietē: & egredieris per eum. In con
spectu eorum in humeris [b]portaberis, [b]in caligine [c]efferēris: [c]faciē tuā | [b]portabis, (vel, efferes,)
velabis, & non videbis terram: quia portentum dedi te domui Israel.
Feci ergo sicut præceperat mihi dominus: vasa mea protuli quasi vasa | [c]efferes:
transmigrantis per diem: & vespere perfodi mihi parietem manu: in ca
C ligine egressus sum, & in humeris portatus in conspectu eorū. Et fa-

Expositio parabolæ quæ Sedeciæ regis captio significat.
ctus est sermo dñi manè ad me, dicens, Fili hoīs nūquid nō dixerūt ad
te domus Israel domus exasperās, Quid tu facis? Dic ad eos, Hæc dicit
dominus deus, Super ducem onus istud, qui est in Ierusalem: & super
omnem domum Israel, quæ est in medio eorum. Dic, Ego portentum
vestrū: quomodo feci, sic fiet illis: in transmigrationē, & in captiuitatē
ibunt. & dux qui est in medio eorum, in humeris [d]portabitur, [d]in cali- | [d]portabit.
D gine egredietur: parietem perfodient, vt educant eum: facies eius ope-
Infra. 17.f & 32.a
rietur, vt non videat oculis terram. Et extendam rete meum super
eum, & capietur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem in ter
ram Chaldæorum: & ipsam non videbit, ibiq́; morietur. Et omnes qui
circa eum sunt, præsidium eius, & agmina eius dispergam in omnem
ventum: & gladium euaginabo post eos. Et scient quia ego dominus,
quando dispersero illos in gentibus, & disseminauero eos in terris. Et
relinquam ex eis viros paucos à gladio, & fame, & pestilentia: vt nar-

E
Alia parabola q̄ angustia famis & sitis significatur.
rent omnia scelera eorum in gentibus ad quas ingredientur: & scient
quia ego dominus. Et factus est sermo domini ad me, dicēs, Fili ho-
minis panem tuum in [e]conturbatione [e]comede: sed & aquam tuam in | [e]vel, tremore
[f]festinatione & mœrore [f]bibe. Et dices ad populum terræ, Hæc dicit do | [f]cōmotiōe, & tremore
minus deus ad eos qui habitant in Ierusalem in terra Israel, Panem
suum in solicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent:
F vt desoletur terra à [g]multitudine sua, [g]propter iniquitatem omnium | [g]plenitudine sua, (vel, corpis suis.)

Prædictorū malorum acceleratio prædicitur.
qui habitant in ea. Et ciuitates quæ nunc habitantur, desolatæ erunt,
terraq́; deserta: & scietis quia ego dominus. Et factus est sermo do-
mini ad me, dicens, Fili hominis quod est prouerbium istud vobis in
terra Israel dicentium, In longum differentur dies, & peribit omnis vi
2.Pe.1.a
sio. Ideò dic ad eos, Hæc dicit dominus deus, Quiescere faciam prouer
bium istud, neque vulgò dicetur vltrà in Israel. Et loquere ad eos q̄
G appropinquauerint dies, & sermo omnis visionis. Non enim [h]vltrà | [h]blanda
omnis visio cassa, neque diuinatio [h]ambigua in medio filiorum Israel.
Quia ego dominus loquar: quodcunque loquutus fuero verbum, &
fiet: non prolongabitur amplius: sed in diebus vestris domus exaspe-
rans loquar verbum, & faciam illud dicit dominus deus. Et factus est
sermo domini ad me, dicens, Fili hominis, ecce domus Israel dicen-
tium, Visio quam hic videt, in dies multos: & in tempora longa iste
prophetat. Propterea dic ad eos, Hæc dicit dominus deus, Nō prolon-
gabitur vltrà omnis sermo meus: verbum quod loquutus fuero, com-
plebitur, dicit dominus deus. CAP. XIII.

A
Sermo dñi cōtra pseu-
ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis vaticinare
ad prophetas Israel, qui prophetant: & dices prophetantibus de
corde suo, Audite verbum domini, Hæc dicit dominus deus. Væ pro-

phetis insipientibus: qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in desertis, pphetę tui Israel erant. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel: vt staretis in plio in die domini. Vident vana, & diuinant mendaciũ, dicentes, Ait dominus: quũ dominus nõ miserit eos. e perseuerauerunt cõfirmare sermonem. Nunquid nõ visionem cassam vidistis, & diuinationem mẽdacem loquuti estis? & dicitis, Ait dominus: quũ ego non sim loquutus. Propterea hęc dicit dominus deus, Quia loquuti estis vana, & vidistis mendacium: ideò ecce ego ad vos, dicit dominus deus: Et erit manus mea super prophetas qui vident vana e diuinant mendacium: in cõcilio populi mei nõ erunt, e i scriptura domus Israel nõ scribentur, nec in terram Israel ingredientur: & scietis quia ego dominus deus: eò q deceperint populum meum, dicentes, Pax, e non est pax: e ipse ędificabat parietem illi autem liniebant eum luto absq; paleis. Dic ad eos qui liniunt absque temperatura, q casurus sit: erit enim imber inundans, & dabo lapides pręgrandes desuper irruentes, & ventum procellę dissipantem: Siquidem ecce cecidit paries. Nunquid non dicetur vobis, Vbi est litura quã linistis? Propterea hęc dicit dominus deus: Et erumpere faciam spiritum tẽpestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit: & lapides grandes in ira in consumptionem. Et destruam parietem quem linistis absque temperamento: & adęquabo eum terrę, & reuelabitur fundamentum eius: & cadet, & consumetur in medio eius: & scietis quia ego sum dominus. Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eum absque temperamento, dicamq; vobis, Non est paries, & nõ sunt qui liniunt eum. Prophetę Israel qui prophetant ad Ierusalem, & vident ei visionem pacis: & non est pax, ait dominus deus. Et tu fili hominis pone faciem tuam contra filias populi tui, quę prophetant de corde suo: e vaticinare super eas, e dic, Hęc dicit dominus deus, Vę quę consuunt puluillos sub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia sub capite vniuersę ętatis ad capiendas animas: & quum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum. Et violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei & fragmen panis, vt interficerent animas quę non moriuntur, & viuificarent animas quę non viuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs. Propter hoc hęc dicit dominus deus, Ecce ego ad puluillos vestros quibus vos capitis animas volantes: dirumpam eos de brachijs vestris: & dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum. Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt vltrà in manibus vestris ad prędandum: & scietis quia ego dominus. Pro eo quòd mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui: & confortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret: propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, e eruam populum meum de manu vestra: & scietis quia ego dominus.

CAPVT XIIII.

ET venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me. Et factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalũ iniquitatis suę statuerunt contra faciem suam: nunquid interrogatus respondebo eis? Propter hoc loquere eis, e dices ad eos, Hęc dicit dominus deus, Homo homo de domo Israel, qui posuerit imũditias suas in corde suo, e scandalum iniquitatis suę statuerit contra faciem suam, e venerit ad prophetã interrogans per eum me: ego dominus respõdebo ei in multitudine immunditiarũ suarũ: Vt capiatur domus Israel in corde suo quo recesserunt à me in cunctis idolis suis. Propterea dic ad domum

Marginal notes (left): In rupturis (sub. muroũ) neque sepiuisti sepẽ aũ domũ. — spem dederũt (sub. pplo) ad cõfirmãdũ verbũ (.i. pphetiã sui mendacẽ. — firmitate. — firmitate — grãdinis, corruere faciẽt (sc. parietẽ, e vẽtus turbinum scindet illum: — vel, cõplanatio quã cõplanastis? — grãdinis — firmitate: & infra. — discooperiet — velamina (linteola) sup caput oĩs statur; ad venandum — .i. pmittebãt eis vitam, — cõtaminabant — vel, mori nõ debentes, e eis qs viuere non cõuenit, pmitterent vitam, — venamini animas vt volent (sub. extra corpora, vel, ĩ medio volatu) — liberas faciaz — vel, volatu. — velamina — idola sua & infra. — offendiculuz e infra. — Quicunq;

Marginal notes (right): do pphetas ppĩm docẽtes consilia cordis sui. Infra. 14. c — B — C — Sermo dñi cõtra pphetissas mendaces. — D — A — Propter peccata dñs populo verbũ suũ denegat. Cõtẽptores vbi sui decipit iterũ dñs p pseudo pphetas.

EXEMPLVM epistolę quã misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babylonẽm à rege Babyloniorum, vt annunciaret illis secundum quod pręceptum est illi à deo.

CAPVT VI.

A Propter peccata quę peccastis ante deum, abducemini in Babyloniã ca
Sap.15.14 ptiui à Nabuchodonosor rege Babyloniorum. Ingressi itaq; in Baby-
lonem, eritis ibi annis plurimis & temporibus lõgis vsq; ad generationes se
Isa.44.b ptem: post hoc autẽ educam vos inde cum pace. Nunc aũt videbitis in Ba
bylonia deos aureos & argenteos, & lapideos & ligneos in humeris portari,
ostentantes metum gentibus. Videte ergo ne & vos similes efficiamini
factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipsis. Visa itaq; turba de re
tro & ab ante adorantes, dicite in cordibus vestris, Te oportet adorari domi
ne. Angelus autem meus vobiscum est: ipse autem exquirã animas vestras.
Nam ligna ipsorum polita à fabro, ipsa etiam inaurata & inargentata falsa
sunt: & nõ possunt loqui. Et sicut virgini amanti ornamenti: ita accepto au-
ro fabricati sunt. Coronas certè aureas habent super capita sua dij illorũ:
B vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurũ & argentũ, & erogãt illud in semetip
sis. Dant aũt & ex ipso prostitutis, & meretrices ornãt: & iterum quũ recepe-
rint illud à meretricibus, ornant deos suos. Hi aũt non liberantur ab ęrugi-
ne & tinea. Opertis aũt illis veste purpurea, extergunt faciem ipsorũ propter
puluerem domus, qui est plurimus inter eos. Sceptrum aũt habet vt homo,
sicut iudex regionis qui in se peccantem nõ interficit. Habet etiam in manu
gladium & securim: se autem de bello, & à latronibus nõ liberat. Vnde vo-
bis notum sit quia non sunt dij. Nõ ergo *timueritis eos. Sicut enim vas ho * quędam
minis confractũ inutile efficitur: tales sunt & dij illorũ. Cõstitutis illis in do exẽpl. le-
mo, oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium. Et sicut alicui gũt reue
qui regem offendit, circumseptę sunt ianuę, aut sicut ad sepulchrũ adductũ reamini
mortuum: ita tutãtur sacerdotes ostia clausuris & seris, ne à latronibus ex- eos.
polientur. Lucernas accendũt illis, & quidem multas: ex quibus nullã videre pos
sunt, sunt aũt sicut trabes in domo. Corda verò eorũ dicũt elingere serpẽtes
C qui de terra sunt, dum comedunt eos & vestimentũ ipsorũ, & nõ sentiunt. Ni
grę fiunt facies eorũ à fumo, qui in domo fit. Supra corpus eorũ, & supra ca
put eorũ volãt noctuę, & hirundines, & aues etiã, similiter & cattę. Vnde scia
tis quia nõ sunt dij. Ne ergo timueritis eos. Aurum etiam quod habent, ad spe-
ciem est. nisi aliquis exterserit ęruginẽ, non fulgebunt: neq; enim dum cõflaren
Isa.46.b tur sentiebãt. Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus nõ inest ipsis. Si-
ne pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hoibus.
Cõfundantur etiam qui colunt ea. Propterea si ceciderint in terrã, à semet-
ipsis non cõsurgunt: neq; si quis eum statuerit rectum, per semetipsũ stabit,
sed sicut mortuis humeri illis apponentur. Hostias illorũ vendunt sacerdo-
tes ipsorũ, & abutuntur: similiter & mulieres eorũ decerpentes, neq; infirmo,
neq; mendicanti aliquid impertiunt, de sacrificijs eorũ foetę & menstruatę
cõtingunt. Scientes itaq; ex his quia non sunt dij, ne timeatis eos. Vnde enĩ
vocantur dij? Quia mulieres apponunt dijs argenteis, & aureis, & ligneis: &
in domibus eorũ sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita, & bar
bam rasam, quorũ capita nuda sunt. Rugiunt autem clamantes contra deos
suos, sicut in coena mortui. Vestimenta eorũ auferunt sacerdotes, & vestiũt
D vxores suas & filios suos. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si
quid boni, poterunt retribuere: neq; regem constituere possunt, neq; aufer-
re. Similiter neque dare diuitias possunt, neq; malum retribuere. Si quis illis
votum vouerit, & non reddiderit: neq; hoc requirunt. Hominẽ à morte nõ
liberant, neque infirmum à potentiori eripiunt. Hominem cęcum, ad visũ
non restituunt: de necessitate hominẽ non liberabunt. Viduę non misere-
buntur, neque orphanis benefacient. Lapidibus de monte similes sunt dij il
lorum, lignei & lapidei, & aurei & argentei. Qui autem colunt ea, confun-
dentur. Quomodo ergo ęstimandum est, aut dicendum illos esse deos? Ad-

hac eiꝫ, ipsis Chaldęis non honorantibus ea: qui quũ audierint mutũ
non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui: quasi
possint sentire qui non habent motum. & ipsi quum intellexerint, re-
linquent ea: sensum enim non habent ipsi dij illorum. Mulieres auteꝫ
circundatę funibus, in vijs sedent, succedentes ossa oliuarum. Quum
autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cuꝫ eo,
proximę suę exprobrat quòd ea nõ sit digna habita sicut ipsa, neque fu- B
nis eius diruptus sit. Omnia autem quę illis fiunt, falsa sunt. Quomo
do ęstimandum aut dicendum est illos esse deos? A fabris autem & ab
aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse sacer
dotes. Aurifices etiam ipsi qui ea faciunt, non sunt multi temporis.
Nunquid ergo possunt ea quę fabricata sunt ab ipsis, esse dij? Reli-
querunt autem falsa & opprobrium postea futuris. Nam quum super-
uenerit illis prælium, & mala: cogitant sacerdotes post se, vbi se ab-
scondant cum illis. Quomodo ergo sentiri debeant quoniaꝫ dij sunt,
qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt? Nam quuꝫ sint
lignea, & inaurata, & inargentata, scietur postea quia falsa sunt, ab vni
uersis gentibus & regibus: quę manifesta sunt quia non sunt dij, sed
opera manuum hominum, & nullum dei opus cum illis. Vnde ergo
notum est quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum
dei opus in ipsis est. Regem regioni non suscitant, neque pluuiam
hominibus dabunt. Iudicicium quoque non discernent, neque regio-
nes liberabunt ab iniuria: quia nihil possunt, sicut corniculę inter me- B
dium cœli & terrę. Etenim quum inciderit ignis in domum deorum
ligneorum, & argenteorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum
fugient, & liberabuntur: ipsi verò sicut trabes in medio comburentur.
Regi autem & bello non resistent. Quomodo ergo existimandum est,
aut recipiendum quia dij sunt? Non à furibus, neque à latronibus se li
berabunt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati, quibus ini-
qui fortiores sunt. Aurum & argentum, & vestimentum quo operti
sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxilium ferent. Itaque melius
est esse regem ostentantem virtutem suam: aut vas in domo vtile, in
quo gloriabitur qui possidet illud: vel ostium in domo, quod custodit
quę in pace sunt: quàm falsi dij. Sol quidem & luna, ac sydera, quum
sint splendida & emissa ad vtilitates, obaudiunt. Similiter & fulgur
quum apparuerit, perspicuum est: idipsum autem & spiritus in omni
regione spirat. Et nubes quibus quum imperatum fuerit à deo peram
bulare in vniuersum orbem, perficiunt quod imperatum est eis. Ignis
etiam missus desuper vt consumat montes & syluas, facit qđ præceptũ
est ei. Hęc autẽ, neq; speciebus, neq; virtutibus vni eorũ similia sunt. C
Vnde neque existimandũ est, neque dicendũ illos esse deos, quando
non possunt neque iudiciuꝫ iudicare, neque quicquam facere homini
bus. Scientes itaque quia non sunt dij, ne ergo timueritis eos. Neque
enim regibus maledicent, neque benedicent. Signa etiam in cœlo gen-
tibus non ostendunt, neque vt sol lucebunt, neque illuminabunt vt lu
na. Bestię meliores sunt illis, quę possunt fugere sub tectum, ad prodes
se sibi. Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dij: propter
quod ne timeatis eos. Nam sicut in cucumerario formido nihil custo-
dit: ita sunt dij illorum lignei, & argentei, & inaurati. Eodem modo &
in horto spina alba, supra quam omnis auis sedet. Similiter & mortuo
proiecto in tenebris similes sunt dij illorum lignei, & inaurati, & inar
ᵛquędã exépl. gentati. A purpura quoque & ᵛmarmore,ˋ quę supra illos teneant,
legũt murice. scietis itaque quia non sunt dij. Ipsi etiam postremo comeduntur, &
erit opprobrium in regione. Melior est homo iustus qui non habet si
mulachra: nam erit longe ab opprobrijs.

D. HIERONYMI IN EZECHIE-
LEM PRAEFATIO.

EZECHIEL propheta cum Ioacim rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem: ibiq; his qui cum eo captiui fuerant, prophetauit, pœnitentibus q ad Ieremiȩ vaticiniũ se vltrò aduersarijs tradidissent, & viderent adhuc vrbem Ierosolymã stare, quã ille casurã esse pdixerat. Tricesimo aũt ȩtatis suȩ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad cõcaptiuos loqui. Et eodem tẽpore, licet posterior, hic in Chaldȩa, Ieremias in Iudȩa pphetauerunt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodũ rusticus est: sed ex vtroq; medie temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut Ieremias: principia voluminis & finem magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multũ distat ab Hebraico. Vnde satis miror qd caussȩ extiterit, vt si eosdẽ in vniuersis libris habemus iterpretes: in alijs eadẽ, i alijs diuersa trãstulerint. Legite igitur & hũc iuxta translationẽ nostrã: quoniã per cola scriptus & commata, manifestiorẽ legẽtibus sensum tribuit. Si aũt amici mei & hunc subsannauerint: dicite eis q nemo eos cõpellat vt scribãt. Sed vereor ne illud eis eueniat qđ grȩce significãtius dicitur, vt nocẽtur philolœdori.

PROPHETIA EZECHIELIS.

A
Quo tpe p phetauerit Ezechiel, & quo loco.
Ezechielis genus & officium.



ET factum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis: quum essem in medio captiuorũ iuxta fluuiũ Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones dei. In quinta mẽsis, ipse est annus qntus transmigrationis regis Ioachin, factum est verbũ dñi ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldȩorũ, secus flumen Chobar: & facta est super eũ ibi (manus) domini. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone: nubes magna, & ignis inuoluẽs, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, id est de medio ignis. Et ex medio eius similitudo quatuor animaliũ: & hic aspectus eorũ, similitudo hoĩs in eis. Et quatuor facies vni: & quatuor pennȩ vni. Et pedes eorũ pedes recti, & plãta pedis eorum quasi planta pedis vituli, & scintillȩ quasi aspectus ȩris (candentis.) Et manus hominis sub pennis eorũ in quatuor partibus: & facies & pennas per quatuor partes habebant. Iunctȩq; erant pennȩ eorũ alterius ad alterum. Non reuertebantur quum incederent sed vnũquodq; (ante faciem suã gradiebatur.) Similitudo autem vultus eorũ, facies hoĩs: & facies leonis à dextris ipsorũ quatuor: facies autem bouis, à sinistris ipsorũ quatuor: & facies aquilȩ ipsorum quatuor. Et facies eorum, & pennȩ eorũ extentȩ desuper: duȩ pennȩ singulorum iungebantur, & duȩ tegebant corpora eorum. Et vnũquodq; eorum corã facie sua ambulabat: (vbi erat impetus spiritus,) illuc gradiebantur: nec reuertebantur quũ ambularent. Et similitudo animaliũ, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentiũ, & quasi aspectus lampadarũ. hȩc erat (visio) discurrẽs in medio animaliũ splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Quumq; aspicerem animalia, apparuit rota vna super terrã iuxta animalia, habens quatuor facies. Et aspectus rotarum, & opus earũ, (quasi visio maris:) & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earũ & opera, quasi sit rota in medio rotȩ. Per quatuor partes earum cun-

B
Visio quatuor animalium.

C

D

Visio rotarum.

(Marginal glosses:) i. pphetia; politi; i. directe pcedebat. & ista; quocunq; pellebat eos ventus; apparebat sicut lapis Tharsis: (vel, sicut hyacinthus;)

ter ibant: e nō reuertebātur quū ambularent. ²Statura⁾ quoq; erat ro- B
tis, & altitudo, e horribilis aspectus: e ²totū corpus oculis plenū⁾ in cir
cuitu ipsarū quatuor. Quumq; ambularent aialia, ambulabant pariter
& rotę iuxta ea: e quū eleuarentur aialia de terra, eleuabātur simul &
rotę. Quocunq; ibat spiritus, illuc eunte spiritu, e rotę pariter eleuabā
tur, sequentes eum. ²spiritus enī vitę⁾ erat in rotis. Cū euntibus ibāt,
e cum stantibus stabant: e cū eleuatis à terra, pariter eleuabantur & ro
tę, sequentes ea: qa spiritus vitę erat in rotis. Et similitudo super ca- F
pita aialium, ²firmamenti,⁾ quasi ²aspectus,⁾ crystalli horribilis, e ²ex-
tenti⁾ super capita eorū desuper. Sub firmamento aūt pennę eorū rectę
alterius ad alterum: vnūquodq; duabus alis velabat corpus suū, e ale-
terū similiter velabatur. Et audiebam sonum alarū, quasi sonū aquarū
multarū, quasi sonū ²sublimis dei⁾ quum ambularent, ²quasi sonus erat
multitudinis⁾ vt sonus castrorum, quūq; starent, demittebantur pen-
nę eorū. Nā quum fieret vox super firmamentum qd erat super caput
eorū, stabant, e submittebant alas suas. Et super firmamentū qd erat G
imminens capiti eorū, quasi aspectus lapidis sapphiri ²similitudo thro
ni:⁾ & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis
desuper. Et vidi ²quasi speciem⁾ electri, velut aspectum ignis intrinse-
cus eius per circuitū à lumbis eius e desuper, e à lumbis eius vsq; deor
sum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu. Velut aspectum
arcus quum fuerit in nube in die pluuię, hic erat aspectus splendoris
per gyrum. Hęc visio similitudinis glorię domini. CAP. II.

ET vidi, & cecidi in faciem meā: & audiui vocē loquentis. Et dixit A
ad me, Fili hoīs sta super pedes tuos, e loquar tecū. Et ingressus est
in me spiritus postquam loquutus est mihi, & statuit me supra pedes
meos: & audiui loquentem ad me, e dicentem, Fili hoīs mitto ego te
ad filios Israel, ad gentes ²apostatrices,⁾ quę recesserunt à me: ipsi e pa
tres eorū pręuaricati sunt pactū meū vsq; ad diem hanc. Et filij dura fa B
cie e ²indomabili⁾ corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos,
Hęc dicit dominus deus, ²Si fortè vel ipsi audiant, e si fortè quiescant,
quoniā domus exasperans est: e scient⁾ qa ppheta fuerit in medio eo-
rum. Tu ergo fili hoīs ne timeas eos, neq; sermones eorū metuas: quo- C
niā ²increduli e subuersores⁾ sunt tecum, & cum ²scorpionibus⁾ habi-
tas. verba eorū ne timeas, e vultus eorū ne formides: qa domus exaspe-
rans est. Loqueris ergo verba mea ad eos, si fortè audiāt, & quiescant:
quoniā ²irritatores⁾ sunt. Tu autem fili hominis audi quęcunq; lo-
quor ad te: & noli esse ²exasperans sicut domus exasperatrix⁾ est: aperi D
os tuum, & comede quęcunq; ego do tibi. Et vidi, & ecce manus missa
ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui
erat scriptus intus & foris: & scriptę erant in eo lamentationes, & ²car
men,⁾ e vę. CAPVT III.

ET dixit ad me, Fili hominis quodcunq; inueneris comede: comede A
volumen istud, e vadēs loquere ad filios Israel. Et aperui os meū,
& cibauit me volumine illo, & dixit ad me, Fili hominis venter tuus
²comedet, e viscera tua complebuntur⁾ volumine isto, quod ego do ti
bi. Et comedi illud: e factum est in ore meo sicut mel ²dulce.⁾ Et dixit
ad me, Fili hoīs vade ad domū Israel, & loqueris verba mea ad eos.
Nō enim ad populum ²profundi sermonis, & ignotę⁾ linguę tu mit-
teris, ad domum Israel: neque ad populos multos profundi sermonis,
e ignotę linguę quorum nō ²possis audire⁾ sermones: e si ad illos mit B
teceris, ipsi audirent te. Domus autē Israel nolunt audire te: qa nolūt
audire me. omnis quippe domus Israel ²attrita⁾ fronte est, & duro cor
de. Ecce, dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, e frontē tuā
duriorem frontibus eorum. Vt adamantem & vt silicem dedi fa-
ciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorum; quia domus

² Dorsum
² dorsa earum plena erāt oculis.
² vel, voluntas enī aialis (aut spūs enī aialis, & infra.
² erat instar firmamenti,
² color
² extenta erat
² oīpotentis
² vocem loquelę (vel, magnū tumultum.)
² vel, similis throno:
² tanquam colorem
² rebelles,
² duro
² Et ecce, si audierint, e cessauerint (qm domus rebellis ē) scient
² rebelles e spīę
² vel, tribulis
² rebelles
² rebellis, sicut dom⁹ rebellis
² gemitus
² vl, comedat, & viscera tua cōpleantur
² pre dulcedīe.
² vel, multiplicis linguę & difficilis (aut, q submisse loquat, e qui habebat grauem linguam)
² vel, intelligas
² dura

Visio throni e imaginis sup thronum.

Mittitur ppheta ad reuocandū populū ab errore.

Propheta pastus xbo dei e pstantia spūs accepta, ad Israel in trāsmigrationē mittitur.

C exasperans est. Et dixit ad me, Fili hominis, omnes sermones meos quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi: et vade, ingredere ad transmigrationem ad filios populi tui, & loqueris ad eos, & dices eis, Hęc dicit dñs deus: si forte audiant & quiescant. Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem cōmotionis magnę, Benedicta gloria domini de loco suo. et vocem alarum animaliū percutientium alterā ad alteram, et vocem rotarum sequentiū animalia, & vocem cōmotionis magnę. Spiritus quoque leuauit me, et assumpsit me: & abij amarus in indignatione spiritus mei: manus enī domini erat mecum
D confortans me. Et veni ad transmigrationē ad aceruum nouarū frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar: et sedi vbi illi sedebant: & māsi ibi septem diebus moerens in medio eorum. Quum aūt pertransissent septem dies, factū est verbum dñi ad me, dicens, Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbū, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impiū, Morte morieris: nō annuntiaueris ei, neque loquutus fueris vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem aūt eius de manu tua requiram. Si aūt tu annūtiaueris impio, & ille nō fuerit conuersus ab impietate sua, et à via sua impia: ipse quidem in impietate sua morietur, tu aūt aīam tuam liberasti. Sed et si conuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo, ipse morietur: quia non annuntiasti ei, in peccato suo morietur, et nō erunt in memoria iustitię eius quas fecit: sanguinem verò eius de manu tua requiram.
F Si aūt tu annuntiaueris iusto vt nō peccet iustus, et ille nō peccauerit: viuens viuet, quia annuntiasti ei, & tu animā tuam liberasti. Et facta est super me manus domini, et dixit ad me, Surgens egredere in campū, et ibi loquar tecum. Et surgens egressus sum in campū: & ecce ibi gloria domini stabat, quasi gloria quā vidi iuxta fluuiū Chobar: et cecidi in faciem meā. Et ingressus est in me spiritus, & statuit me sup pedes meos:
G et loquutus est mihi, et dixit ad me, Ingredere, et includere in medio domus tuę. Et tu fili hominis ecce data sunt super te vincula, et ligabunt te in eis: & non egredieris in medio eorum. Et linguam tuam adhęrere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Quum autem loquutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos, Hęc dicit dominus deus, Qui audit, audiat: & qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est.

CAP. IIII.

A ET tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coram te: et describes in eo ciuitatem Ierusalem. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ędificabis munitiones, et comportabis aggerem, & dabis cōtra eam castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam murū ferreum inter te et inter ciuitatem: et obfirmabis faciem tuam ad eam, et erit in obsidionem, & circundabis eā: signū est domui Israel. Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel super eo: numero dierum quibus dormies super illud assumes iniquitates eorum. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierū trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatem domus Israel. Et quum compleueris hęc, dormies
B super latus tuum dextrū secundo: & assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. diem pro anno, diem inquā pro anno dedi tibi. Et ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem tuam, & brachium tuū erit exertū: et prophetabis aduersus eam. Ecce, circundedi te vinculis: et non te conuertes à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obsidionis tuę. Et tu sume tibi frumentum, et hordeum, & fabam, & lentem, et milium, et vitiam: et mittes ea in vas vnum, et facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus tuum: trecentis & nonaginta
C diebus comedes illud. Cibus autem tuus quo vesceris, erit in pondere

Left margin notes: Infra. 33. b — Pœna pastoris nō annuntiantis ppło sua peccata. — Iussu dñi in campū egressus videt gloriā dei. Supra. 1. a — Captiuitas figuratur. — Vrbis Ierusalem obsidio signat. — Diuturnitas captiuitatis Israel & Iuda. — Nume. 14. f — Prędicit fames futura in captiuitate.

Right margin notes: rebellis — super me fortis. — The labib. — admirans — portabis — portabis — discoopertū.

dere viginti stateres in die: à tempore vsq; ad tempus comedes illud. Et aquã in mensura bibes, sextam partem hin: à tempore vsq; ad tempus bibes illud. Et quasi subcineritium hordeaceum comedes illud: & stercore quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum. Hęc dicit dominus, Sic comedent filij Israel panem suum pollutum inter gentes ad quas eijciam eos. Et dixi, ' A, a, a, ' domine deus, ecce anima mea non est polluta, & morticinum & laceratum à bestijs non comedi ab infantia mea vsq; nunc, & non est ingressa in os meum omnis caro immunda. Et dixit ad me, Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis: & facies panem tuū in eo. Et dixit ad me, Fili hominis, ecce conteram baculū panis in Ierusalem: & comedent panem suū in pondere, & in solicitudine: & aquam in mensura, & in angustia bibent. vt deficientibus pane & aqua, corruat vnusquisq; ad fratrem suum, & cō tabescat in iniquitatibus suis.

' Ah ah,

D

Supra. 5. d & 14. d

CAP. V.

ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum, ' radentem pilos: ' & assumes eum, & duces per caput tuū, & per barbam tuā: & assumes tibi staterā ponderis, & diuides eos. Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta cōpletionem dierū obsidionis: & assumes tertiā partem, & concides gladio in circuitu eius: tertiā verò aliam disperges in ventū, & gladium nudabo post eos. Et sumes inde paruum numerū: & ligabis eos in summitate pallij tui. Et ex eis rursus tolles, & proijcies eos in medio ignis, & cōbures eos igni: & ex eo egredietur ignis in omnem domū Israel. Hęc dicit dominus deus, Ista est Ierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu eius terras. Et cōtempsit iudicia mea, vt plus esset impia q̃ gentes: & pręcepta mea vltrà q̃ terrę quę in circuitu eius sunt. iudicia enim mea proiecerūt, & in pręceptis meis nō ambulauerūt. Idcirco hęc dicit dominus deus, Quia superastis gentes quę in circuitu vestro sunt, & in pręceptis meis nō ambulastis, & iudicia mea nō fecistis, & iuxta iudicia gentium quę in circuitu vestro sunt non estis operati: ideò hęc dicit dn̄s deus, Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentiū: & faciam in te quę non feci, & quibus similia vltrà non faciā propter omnes abominationes tuas. Ideò patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres suos: & faciā in te iudicia, & ventilabo vniuersas reliquias tuas ' in omnem ventū. ' Idcirco viuo ego dicit dn̄s deus, Nisi pro eo q̃ sanctum meū violasti in omnibus ' offensionibus ' tuis, & in cūctis abominationibus tuis: ego quoq; confringam, & non parcet oculus meus, & nō miserebor. Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiā verò partem tuā in omnem vētum dispergā, & gladiū euaginabo post eos. Et cōplebo furorem meū, & requiescere faciā indignationem meā in eis, & cōsolabor: & scient quia ego dominus loquutus sum in zelo meo, quū impleuero omnem indignationem meā in eis. Et dabo te in desertū & in opprobriū gentibus quę in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis prętereūtis. Et eris opprobrium & ' blasphemia, ' exemplū & stupor in gentibus quę in circuitu tuo sunt, quū fecero in te iudicia in furore & in indignatione, & in increpationibus irę: ego dominus loquutus sum. quādo misero sagittas famis pessimas in eos, quę erunt ' mortiferę, ' ad quas mittam vt disperdam vos: & famem congregabo super vos, & conterā in vobis baculū panis. Et immittam in vos famem & bestias pessimas vsq; ad internecionem: & pestilentia & sanguis transibunt per te, & gladium inducā super te. ego dominus loquutus sum.

' nouaculam tonsoriam.

A

Aenigma pilorū quo significatur vastatio populi.

Caussa irę dei in populum suum.

B

' vel, in omne latus.

' contaminationibus

C

Aenigma pilorū edisserit dn̄s.

D

' vel, contemptus.

' in destructionem.

Supra. 4. d Infra. 14. d

CAP. VI.

ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis pone faciem tuā ad montes Israel: & prophetabis ad eos, & dices, Montes Israel audite verbum domini dei: hęc dicit dominus deus montibus & collibus, rupibus & vallibus, Ecce ego inducam super vos gladium, & di-

A

Propt̄ pctm̄ idololatrię pplm̄ percutiēdū pdicit.

Infra. 36. a

sperdam excelsa vestra, & demoliar aras vestras, & confringentur simu
lachra vestra: & deijciam interfectos vestros ante idola vestra. Et dabo
cadauera filiorum Israel ante faciem simulachrorum vestrorum: & di
spergam ossa vestra circa aras vestras in omnibus habitationibus ve
B stris. Vrbes desertę erunt, & excelsa demolientur & dissipabuntur: & in
teribunt arę vestrę, & confringentur: & cessabunt idola vestra, & con
terentur delubra vestra, & delebuntur opera vestra. Et cadet interfectus
in medio vestri: & scietis quia ego sum dominus. Et relinquam
in vobis [a]eos qui fugerint gladium in gentibus, quum dispersero vos
in terras. Et recordabuntur mei liberati vestri in gentibus ad quas ca
ptiui ducti sunt: quia [b]contriui cor eorum fornicans & recedens à me,
& oculos eorum fornicantes post idola sua: & [c]displicebunt sibimet su
C per malis quę fecerant in vniuersis abominationibus suis, & scient
quia ego dominus non frustra loquutus sum vt facerem eis malum
hoc. Hęc dicit dominus deus, Percute manu tua, & [d]allide pedem
tuum, & dic Heu, ad omnes abominationes malorum domus Israel:
quia gladio, fame, & peste ruituri sunt. Qui longe est, peste morie
tur: qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit & obsessus
fame morietur: & complebo indignationem meam in eis. Et scie
D tis quia ego dominus, quum fuerint interfecti vestri in medio ido
lorum vestrorum in circuitu ararum vestrarum, in omni colle excel
so, & in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum ne
morosum, & subtus vniuersam quercum frondosam, locum vbi ac
cenderunt thura redolentia vniuersis idolis suis. Et extendam manus
meam super eos: & faciam terram desolatam & destitutam à deser
to Deblátha in omnibus habitationibus eorum: & scient quia ego
dominus.

CAP. VII.

A ET factus est sermo domini ad me, dicens, Et tu fili hominis hęc di
cit dñs deus terrę Israel, Finis venit, venit finis super quatuor pla
gas terrę. Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te: & iu
dicabo te iuxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes
tuas. Et non parcet oculus meus super te, & non miserebor: sed vias
tuas ponam super te, & abominationes tuę in medio tui erunt: & scie
tis quia ego dominus. Hęc dicit dominus deus, Afflictio vna, afflictio
B ecce venit finis venit, venit finis, euigilabit aduersus te: ecce venit. Ve
nit [e]contritio super te, qui habitas in terra: venit tempus, prope est
dies occisionis, [f]& non glorię montium. Nunc de propinquo effun
dam iram meam super te, & complebo furorem meum in te: & iudica
bo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua, Et non par
cet oculus meus, nec miserebor: sed vias tuas imponam tibi, & abomi
nationes tuę in medio tui erunt: & scietis quia ego sum dominus per
C cutiens. Ecce dies, ecce venit. egressa est contritio, floruit virga, germi
nauit superbia. Iniquitas surrexit in [g]virga impietatis: non ex eis, &
non ex populo, neque ex [h]sonitu eorum: & non erit [i]requies in eis.
Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit, non lętetur: & qui ven
dit, non lugeat: quia ira super omnem populum eius. Quia q vẽdit,
ad [k]id quod vendidit non reuertetur: & [l]adhuc in viuentibus vita eo
D rum. visio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur: &
[m]vir in iniquitate vitę suę non confortabitur. Canite tuba, prępa
rentur omnes, & non est qui vadat ad pręliũ: ira enim mea super vni
uersum populum eius. Gladius foris: & pestis & fames intrinsecus. Qui
in agro est, gladio morietur: & qui in ciuitate, pestilentia & fame deuo
rabuntur. Et saluabuntur qui fugerint ex eis: & erunt in mõtibus qua
si columbę conuallium omnes [n]trepidi, vnusquisque in iniquitate
E sua. Omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis. Et ac
cingent se cilicijs, & operiet eos formido: & in omni facie confusio, & [o]gementes

Pœnitẽtiaꝫ reliqarũ populi pphetat, & liberatiõeꝫ.

Obstinatorũ interitus pdicitur.

Finis toti[us] terrę Israel repẽte venturus.

Excidij eius causa.

Ol pſidio destituetur ppls, vt nõ possit aduersarijs resistẽ.

Isa. 15. a

Iere. 48. f

[a] aliq̃t q fugiẽt
[b] ↄtriui me pp cor eorum
[c] succidẽt à facie eo pp mala q̃ fecerũt (vl, litigabũt, aut ↄtẽdẽt cũ se ipsis, eo q̃ non obtẽperauerint mihi. Chal iterp. Et succidẽt, & videbũt. i. agnoscẽt mala q̃ fecerunt.
[d] extẽde (vel, percute. Chal. interp. cõculca) pede tuo.
[e] Ira matutia q infra.
[f] & ñ celeusma mõtis. (vel, in quo nõ iubilabũt i mõtib[us].)
[g] virgã ipsã:
[h] eisipsis: (.i. eo femine)
[i] lamentus (.i. null[us] est q fleat pueri)
[k] venditorem
[l] ẽt in vita existente aĩa eo non reuertet. (vel, sic verte, Ob id ne reuertat itẽ vẽditor ad merces suas: q̃m eĩ quãdiu adhuc superstes futurus est, nihil deficiet. visio enim &c.)
[m] vel, nemo cõfidat in iniqtate sua in victus suũ. (aut, qd multa habeat.)

in vniuersis capitibus eorum caluitium. Argentum eorum foris proij
cietur,& aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum & au Prou.11.a
rum eorum non valebit liberare eos in die furoris domini. Animam Soph.1.d
suam non saturabunt,& ventres eorum non implebuntur:quia ᵃscan/ Eccle.5.c
dalum iniquitatis eorum factum est. ᵃEt ornamentum moniliũ suo/
rum in superbiam posuerunt,& imagines abominationum suarum & F
simulachrorum fecerunt ex eo:propter hoc dedi eis illud in immundi
tiam:& dabo illud in manus alienorum ad diripiendum,& impijs ter
rę in prędam,& contaminabunt illud Et auertam faciẽ meam ab eis,
& violabunt ᵃarcanum meũ:& introibunt in illud ᵇemissarij,& con Iubetur p
taminabunt illud. Fac ᶜconclusionem: quoniam terra plena est iudi/ pheta sum
cio sanguinũ,& ciuitas plena iniquitate. Et adducas pessimus de gen/ G mã lma
tibus,& ᵈpossidebunt domos eorum:& quiescere faciam superbias po/ néũ malo
tentium, & possidebunt sanctuaria eorum. ᵉAngustia superueniente rũ annũtia
requirent pacem,& non erit. ᶠConturbatio super conturbationẽ ve/ re.
niet,& auditus super auditũ: & quęrent visionem de propheta,& lex
peribit à sacerdote,& consiliũ à senioribus. Rex lugebit,& princeps in/
duetur mœrore,& manus populi terrę conturbabuntur. Secundũ viã
eorum faciam eis,& secundum iudicia eorũ iudicabo eos:& scient quia
ego dominus.

ᵃruina hęc p/pter iniquita/tẽ eorũ fit.
ᵃadytũ(.i.san/ctũ sanctoꝝ)
ᵇdiruentes,
ᶜcatenam:
ᵈpolluentur
ᵉPręcisione
ᶠCõtritio sup contritionem

CAP. VIII.

ET factum est in anno sexto,in sexto mense,in quinta mensis:ego A
sedebam in domo mea,& senes Iuda sedebant coram me,& cécidit Apparitio
ibi super me ᵃmanus domini dei. Et vidi,& ecce similitudo quasi aspe simitudinis
ctus ignis:ab aspectu lumborum eius & deorsum, ignis:& à lumbis dei.
eius & sursum,quasi aspectus splendoris,vt visio electri. Et emissa si/ Ezechiel in
militudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei:& eleuauit spũ adduct
me spiritus inter terram & cœlum:& adduxit me in Ierusalem in ᵃvi/ B est in
sione dei, ᵇiuxta ostium interius quod respiciebat ad Aquilonem,vbi Ierusalẽ.
erat statutum idolum zeli ad prouocandum ᶜęmulationem. Et ecce Dan.15.c
ibi gloria dei Israel secundum visionem quam videram in campo. Et
dixit ad me, Fili hominis leua oculos tuos ad viam Aquilonis. Et le
uaui oculos meos ad viam Aquilonis:& ecce ab Aquilone portę al/ Ostẽdit dñs
taris idolum zeli in ipso introitu. Et dixit ad me, Fili hominis putásne C pphe
vides tu quid isti faciant abominationes magnas,quas domus Israel tę abomi/
facit hic,vt procul recedam à sanctuario meo:& adhuc conuersus vi/ natiões ido
debis abominationes maiores. Et introduxit me ad ostium atrij:& vi/ lolatrię do
di,& ecce foramẽ vnũ in pariete. Et dixit ad me, Fili hominis fode pa mᵘ Israel &
rietem. Et quum perfodissem parietem,apparuit ostium vnũ. Et dixit maxie sacer
ad me, Ingredere,& vide abominationes pessimas,quas isti faciũt hic. D dotũ.
Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium
abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete
in circuitu per totum. Et septuaginta viri de senioribus domus Israel,
& Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum,stantium ante pictu Iezonias
ras:& vnusquisque habebat thuribulum in manu sua:& vapor nebu/
lę de thure consurgebat. Et dixit ad me,Certè vidisti fili hominis quę E
seniores domus Israel faciunt in tenebris,vnusquisque in ᵃabscondi/
to cubilis sui: dicunt enim,Non videt dominus nos,dereliquit domi Vox infide
nus terram. Et dixit ad me, Adhuc conuersus videbis abominationes lium.
maiores quas isti faciunt. Et introduxit me per ostiũ portę domus do
mini,quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebant
plangentes ᵃAdonidem. Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis:ad/ F
huc conuersus videbis abominationes maiores his Et introduxit me
in atrium domus domini interius:& ecce in ostio templi domini inter
vestibulum & altare,quasi vigintiquinq; viri dorsa habentes contra
templum domini,& facies ad orientem:& adorabant ad ortum solis.
Et dixit ad me,Certè vidisti fili hois:nunquid leue est hoc domui Iuda

ᵃI.prophetię spiritus
ᵃvisionibus
ᵇad ostiũ portę atrij interioris
ᶜi.ad iram
ᵃcubiculis suis pictis:
ᵃThmuz(nomen idoli)

C da, vt facerent abominationes istas quas fecerunt hic: quia replentes terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum me: & ecce applicāt 'ramum' ad nares suas. Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miserebor: & quum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

'sectorem

CAP. IX.

A

Idololatrarū interitꝰ & iustoꝝ salꝰ.

ET clamauit in auribus meis voce magna, dicens, Appropinquauerunt 'visitationes' vrbis, & vnusquisq; 'vas interfectionis' habet in manu sua. Et ecce sex viri veniebāt de via portę superioris, quę respicit ad Aquilonem: & vniuscuiusq; vas interitus in manu eius: vir quoq; vnus in medio eorū vestitus erat lineis: & atramentarium scriptoris ad renes eius: & ingressi sunt, & steterunt iuxta altare ęreum. Et gloria domini Israel 'assumpta est de' cherub, quę erat super eum ad limē domus: & vocauit virum qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis. Et dixit dñs ad eum, Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalē: & signa 'thau' super frontes virorū gementiū & dolentium super cunctis abominationibus quę fiunt in medio eius.

'vel, pfecti (.i. q pstituti sunt ad destruēdam ciuitatem.)

'instēs ad pdēdū & insta.

B

Seruādi signantur.

Exo. 12. c

Apoc. 7. a

Occidūt nō signati.

'recessit a

'signū & līra.

Et illis dixit audiente me, Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: non parcat oculus vester, neq; misereamini. Senem, adolescentulum & virginem, paruulū & mulieres interficite vsq; ad internecionē: omnem aūt super quē videritis thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos, Cōtaminate domum, & implete atria interfectis: egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos qui erāt in ciuitate. Et cęde completa remansi ego: ruiq; super faciem meam, & clamans aio, Heu, heu, heu dñe deus, ergōne disperdes oēs reliquias Israel, effundēs furorem tuum super Ierusalē? Et dixit ad me, Iniquitas domus Israel & Iuda magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione: dixerunt enim, Dereliquit dominus terram, & dñs non videt. Igitur & meus non parcet oculus, neq; miserebor: vias eorum super caput eorum reddam. Et ecce vir qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in 'dorso suo,' respondit verbum, dicens, Feci sicut pręcepisti mihi.

C

D

Querimōia pphetę ob cędes ppli cuius cām reddit ei dñs.

'lūbis suis.

CAP. X.

A

De viro e medio rotarū & cherubim prunas accipiēte in signum exustiōis vrbis Ierusalem.

ET vidi, & ecce in firmamēto quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, & quasi species similitudinis solij, apparuit super ea. Et dixit ad virū qui indutus erat lineis, & ait, Ingredere in medio rotarum quę sunt subtus cherubim: & imple manum tuam prunis ignis quę sunt inter cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressusq; est in conspectu meo: cherubim autem stabant à dextris domus quum ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius. Et eleuata est gloria domini desuper cherub ad limen domus: & repleta est domus nube, & atrium repletum est splendore glorię domini. Et sonitus alarum cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi vox dei omnipotentis loquentis. Quumq; pręcepisset viro qui indutus erat lineis, dicens, Sume ignem de medio rotarum quę sunt inter cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotam. Et extendit cherub manum de medio cherubim, ad ignem qui erat inter cherubim: & sumpsit, & dedit in manus eius qui indutus erat lineis: qui accipiens egressus est. Et apparuit in cherubim similitudo manus hominis subtus pēnas eorum. & vidi, & ecce quatuor rotę iuxta cherubim: rota vna iuxta cherub vnū, & rota alia iuxta cherub vnum: species aūt rotarum erat quasi 'visio' lapidis 'chrysolithi' & aspectus earū similitudo vna quatuor: quasi sit rota in medio rotę. Quumq; ambularent, in quatuor partes gradiebantur: & nō reuertebantur ambulantes sed ad locū ad quem ire declinabat quę prima erat, sequebantur & cęterę, nec reuertebantur. Et omne corpus earū, & colla, & manus, & pennę, & circuli plena erant oculis, in circuitu quatuor rotarum. Et rotas istas vocauit 'volubiles,' audiente me.

B

Repetitō visiōis rotaꝝ.

'color

'vel, tharsis.

C

Supra. 1. c

'rotas, (orbes.)

Quatuor aũt facies habebat ²vnum:¹facies vna,facies cherub:ę facies
secunda,facies hominis:& in tertio facies leonis: & in quarto facies
aquilę. Et eleuata sunt cherubim:ipsum est animal quod videram iu-
xta fluuiũ Chobar. Quumq; ambularent cherubim:ibant pariter ę ro
tę iuxta ea:& quum eleuarent cherubim alas suas, vt exaltarentur de
terra,non ²residebant¹rotę,sed & ipsę iuxtà erant. Stantibus illis,sta-
bant:ę cũ eleuatis eleuabãtur. ²Spũs enim vitę¹ erat in eis. Et egressa D
est gloria dñi à limine tẽpli:ę stetit super cherubim. Et eleuãtia cheru-
bim alas suas,exaltata sunt à terra corã me:ę illis egredientibus, rotę
quoq; subsequutę sunt:& stetit in introitu portę domus dñi orientalis,
& gloria dei Israel erat sup ea. Ipsum est animal quod vidi subter deũ
Israel iuxta fluuium Chobar:& intellexi quia cherubim essent. Qua-
tuor,quatuor vultus vni,& quatuor alę vni:& similitudo manus ho
minis sub alis eorum. Et similitudo vultuũ eorũ,ipsi vultus quos vi-
deram iuxta fluuiũ Chobar,ę intuitus eorũ,²& impetus singulorum
ante faciem suam ingredi.¹

CAP. XI.

ET eleuauit me spiritus,ę introduxit me ad portam domus domini A
orientalem,quę respicit ad solis ortum:ę ecce in introitu portę vi
gintiquinq; viri:ę vidi in medio eorũ Iezoniam filium Azur,ę Phel
tiam filium Banaię,principes populi. Dixitq; ad me, Fili hominis,hi
sunt viri qui cogitant iniquitates,& tractant consiliũ pessimũ in vrbe
ista:dicentes,²Nonne dudum ędificatę sunt domus?¹hęc est lebes,nos
aũt carnes. Idcirco vaticinare de eis,vaticinare fili hominis. Et irruit
in me spiritus dñi,ę dixit ad me, Loquere, Hęc dicit dominus, Sic lo-
quuti estis domus Israel,ę cogitationes cordis vestri ego noui. Pluri-
mos occidistis in vrbe hac,& implestis vias eius interfectis. Propterea
hęc dicit dominus deus, Interfecti vestri,quos posuistis in medio eius,
hi sunt carnes,& hęc est lebes:ę educam vos de medio eius. Gladium B
metuistis,& gladium inducam super vos,ait dominus deus. Et ejiciam
vos de medio eius,daboq; vos in manu hostium,& faciam in vobis
iudicia. Gladio cadetis:in finibus Israel iudicabo vos,& scietis quia
ego dominus. Hęc non erit vobis in lebetem,ę vos non eritis in me-
dio eius in carnes: in finibus Israel iudicabo vos. Et scietis quia ego
dominus:quia in pręceptis meis non ambulastis,ę iudicia mea non fe
cistis,sed iuxta iudicia gentiũ,quę in circuitu vestro sunt,estis operati.

Et factum est,quum prophetarem, Pheltias filius Banaię mortuus
est:& cecidi in faciem meam clamans voce magna,& dixi, Heu,heu,
heu domine deus:consummationem tu facis reliquiarum Israel. Et fa C
ctum est verbum domini ad me,dicens, Fili hominis fratres tui fratres
tui viri propinqui tui,& omnis domus Israel vniuersi,quibus dixe-
runt habitatores Ierusalem, Longe recedite à domino:nobis data est
terra in possessionem. Propterea hęc dicit dominus deus, Quia longe
feci eos in gentibus,ę quia dispersi eos in terris: ²ero¹eis in sanctifica
tionẽ modicam in terris ad quas venerunt. Propterea loquere, Hęc di
cit dominus deus, Cõgregabo vos de populis,ę adunabo de terris in
quibus dispersi estis:daboq; vobis humũ Israel. Et ingredientur illuc,
ę auferent omnes ²offensiones¹cunctasq; abominationes eius de illa.
Et dabo eis cor vnum,ę spũm nouũ tribuam in visceribus eorũ:ę au
feram cor lapideum de carne eorũ,ę dabo eis cor carneum:vt in prę- D
ceptis meis ambulent,ę iudicia mea custodiant,faciantq; ea:ę sint mi
hi in populum,ę ego sim eis in deum. Quorum autem cor post offen
dicula & abominationes suas ambulat,horum viã in capite suo po
nam,dicit dominus deus. Et eleuauerunt cherubim alas suas,& rotę
cum eis:ę gloria dei Israel erat super ea. Et ascendit gloria domini de
medio ciuitatis,stetitq; super montem qui est ad orientem vrbis. Et spi
ritus leuauit me:adduxitq; in Chaldęam ad transmigrationem,in vi-

Left margin:
²vnũquodq; cherub:
²auertebãt se
²ventus enim aialis
²ę vnũquodq; cõtra faciẽ suam ibat. (vel, quo rum quodlibet directe proce- debat.)
²Nõ dum in p- pinquo (sub. est destructio quam prędicit Ezechiel.) ędi ficem domos.
²sui
²cõtaminatiões & infra.

Right margin:
Aialis
Cherubim
Supra.1.e
Qui ppłm Ierusalẽ se- ducebant.
Cõtra hos vaticinat,p̃ dicẽs eor dispersionẽ.
Mors Phel tię ob quam reliq ppli tũ met exitiũ. Futurã ca- ptiuorũ re- ductiões au dit à dño.
Cordis inno uatio à deo vt in pręce ptis ei᷑ am- bulemus.
Iere.23.f
Infra.16.f
Proprijs cõ filijs innitẽ tib᷑ minat.
Recedit glo ria dei Ieru salẽ, & pro- pheta ĩ spi ritu reuertĩ tur in Chal dęam.

sio ne in spũ dei: & sublata est à me visio quã videra. Et loquutus sum
ad trásmigrationẽ oĩa verba dñi q̃ ostẽderat mihi. CAP. XII.

A ET factus est sermo domini ad me, dicẽs, Fili hominis in medio do-
Parabola mus [a]exasperantis[a] tu habitas: qui oculos habent ad videndum, & [a]rebellis
vasoꝝ trãs- non vident: & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus ex- & infra.
migratiõis. asperans est. Tu ergo fili hominis fac tibi vasa transmigrationis, &
transmigrabis per diem coram eis: transmigrabis aũt de loco tuo ad lo-
cum alterũ in conspectu eorũ, si fortè aspiciant: quia domus exasperãs
est. Et efferes foras vasa tua q̃si vasa transmigrantis per diẽ in cõspectu
B eorũ: tu autem egredieris vespere coram eis, sicut egreditur migrans.
Ante oculos eorum perfode tibi parietẽ: & egredieris per eum. In con-
spectu eorum in humeris [b]portaberis, [c]in caligine [c]efferēris: faciẽ tuã [b]portabis, (vel,
velabis, & non videbis terram: quia portentum dedi te domui Israel. efferes,)
Feci ergo sicut præceperat mihi dominus: vasa mea protuli quasi vasa [c]efferens.
transmigrantis per diem: & vespere perfodi mihi parietem manu: in ca-
C ligine egressus sum, & in humeris portatus in conspectu eorũ. Et fa-
Expositio ctus est sermo dñi manè ad me, dicens, Fili hois nũquid nõ dixerũt ad
parabolæ q̃ te domus Israel domus exasperãs, Quid tu facis? Dic ad eos, Hæc dicit
Sedeciæ re- dominus deus, Super ducem onus istud, qui est in Ierusalem: & super
gis captio omnem domum Israel, quæ est in medio eorum. Dic, Ego portentum
significat. vestrũ: quomodo feci, sic fiet illis: in transmigrationẽ, & in captiuitatẽ
ibunt. & dux qui est in medio eorum, in humeris [d]portabitur, in cali- [d]portabit.
D gine egredietur: parietem perfodient, vt educant eum: facies eius ope-
Infra. 17.f rietur, vt non videat oculis terram. Et extendam rete meum super
& 32.a eum, & capietur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem in ter-
ram Chaldæorũ: & ipsam non videbit, ibiq̃; morietur. Et omnes qui
circa eum sunt, præsidium eius, & agmina eius dispergam in omnem
ventum: & gladium euaginabo post eos. Et scient quia ego dominus,
quando dispersero illos in gentibus, & disseminauero eos in terris. Et
relinquam ex eis viros paucos à gladio, & fame, & pestilentia: vt nar-
Alia para- rent omnia scelera eorum in gentibus ad quas ingredientur: & scient
bola q̃ angu- quia ego dominus. Et factus est sermo domini ad me, dicẽs, Fili ho-
stia famis & minis panem tuum in [e]conturbatione comede: sed & aquam tuam in [e]vel, tremore
sitis signifi- [f]festinatione & mœrore bibe. Et dices ad populum terræ, Hæc dicit do- [f]cõmotiõe, &
catur. minus deus ad eos qui habitant in Ierusalem in terra Israel, Panem tremore
suum in solicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent:
F vt desoletur terra à [g]multitudine sua, propter iniquitatem omnium [g]plenitudine
Prædictorũ qui habitant in ea. Et ciuitates quæ nunc habitantur, desolatæ erunt, sua, (vel, cor-
maloꝝ acce- terraq̃; deserta: & scietis quia ego dominus. Et factus est sermo do- pis suis,)
leratio pdi- mini ad me, dicens, Fili hominis quod est prouerbium istud vobis in
citur. terra Israel dicentium, In longũ differentur dies, & peribit omnis vi-
2.Pe.3.a sio. Ideò dic ad eos, Hæc dicit dominus deus, Quiescere faciam prouer-
bium istud, neque vulgò dicetur vltrà in Israel. Et loquere ad eos q̃
G appropinquauerint dies, & sermo omnis visionis. Non enim [h]vltrà [h]blanda
omnis visio cassa, neque diuinatio [h]ambigua in medio filioꝝ Israel.
Quia ego dominus loquar: quodcunque loquutus fuero verbum, &
fiet: non prolongabitur amplius: sed in diebus vestris domus exaspe-
rans loquar verbum, & faciam illud dicit dominus deus. Et factus est
sermo domini ad me, dicens, Fili hominis, ecce domus Israel dicen-
tium, Visio quam hic videt, in dies multos: & in tempora longa iste
prophetat. Propterea dic ad eos, Hæc dicit dominus deus, Nõ prolon-
gabitur vltrà omnis sermo meus: verbum quod loquutus fuero, com-
plebitur, dicit dominus deus. CAP. XIII.

A ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis vaticinare
Sermo dñi ad prophetas Israel, qui prophetant: & dices prophetantibus de
cõtra pseu- corde suo, Audite verbum domini, Hæc dicit dominus deus. Væ pro-

phetis insipientibus: qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in desertis, pphetę tui Israel erant Non ascendistis ex aduerso, neq; opposuistis murum pro domo Israel: vt staretis in plio in die domini. Vident vana, & diuinant mendaciū, dicentes, Ait dominus: quū dominus nō miserit eos. & perseuerauerunt ɔfirmare sermonem. Nunquid nō visionem cassam vidistis, & diuinationem mēdacem loquuti estis? & dicitis, Ait dominus: quū ego non sim loquutus. Propterea hęc dicit dominus deus, Quia loquuti estis vana, & vidistis mendaciū: ideò ecce ego ad vos, dicit dominus deus: Et erit manus mea super prophetas qui vident vana & diuinant mendacium: in cōcilio populi mei nō erunt, & ī scriptura domus Israel nō scribentur, nec in terram Israel ingredientur: & scietis quia ego dominus deus: eò q; deceperint populum meum, dicentes, Pax, & non est pax: & ipse ędificabat parietem illi autem liniebant eum luto absq; paleis. Dic ad eos qui liniunt absque temperatura: q; casurus sit: erit enim imber inundans, & dabo lapides pręgrandes desuper irruentes, & ventum procellę dissipantem: Siquidem ecce cecidit paries. Nunquid non dicetur vobis, Vbi est litura quā linistis? Propterea hęc dicit dominus deus: Et erumpere faciam spiritum tēpestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit: & lapides grandes in ira in consumptionem. Et destruam parietem quem linistis absque temperamento: & adęquabo eum terrę, & reuelabitur fundamentum eius: & cadet, & consumetur in medio eius: & scietis quia ego sum dominus. Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eum absque temperamento, dicamq; vobis, Non est paries, & nō sunt qui liniunt eum. Prophetę Israel qui prophetant ad Ierusalem, & vident ei visionem pacis: & non est pax, ait dominus deus. Et tu fili hominis pone faciem tuam contra filias populi tui; quę prophetant de corde suo: & vaticinare super eas, & dic, Hęc dicit dominus deus, Vę quę consuunt puluillos sub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia sub capite vniuersę ętatis ad capiendas animas: & quum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum. Et violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei & fragmen panis, vt interficerent animas quę non moriuntur, & viuificarent animas quę non viuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs. Propter hoc hęc dicit dominus deus, Ecce ego ad puluillos vestros quibus vos capitis animas volantes: dirumpam eos de brachijs vestris: & dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum. Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt vltrà in manibus vestris ad prędandum: & scietis quia ego dominus. Pro eo quòd mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui: & confortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret: propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu vestra: & scietis quia ego dominus.

Margin (left): In rupturis (sub. murorū) & neq; sepiuisti sepē aū domū. spem dederūt (sub. pplo) ad ɔfirmādū verbū (.i. pphetiā suā mendacē. — firmitate. — firmitate — grādinis, corruere faciet (sub. parietē, & vētus turbinum scindet illum: — vel, cō planatio quā complanastis? — gradinis — firmitate: & infra. — discooperiet — velamía (linteola) sup caput oīs statur; ad venandū; — .i. pmittebāt eis vitam, — ɔtaminabant — vel, mori nō debentes, & eis q̄s viuere non ɔuenit, pmitterent vitam, — venamini animas vt volent (sub. extra corpora, vel, ī medio volatu) — liberas facia; — vel, volatu. — velamina

Margin (right): do pphetas pplm docētes consilia cordis sui. Infra. 14. c — B — C — Sermo dñi ɔtra pphetissas mendaces. — D

CAPVT XIIII.

Et venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me. Et factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalū iniquitatis suę statuerunt contra faciem suam: nunquid interrogatus respondebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos, Hęc dicit dominus deus, Homo homo de domo Israel, qui posuerit īmūditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suę statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetā interrogans per eum me: ego dominus respōdebo ei in multitudine immunditiarū suarū: Vt capiatur domus Israel in corde suo quo recesserunt à me in cunctis idolis suis. Propterea dic ad domum

Margin (left): idola sua & infra. — offendiculu; & infra. — Quicunq;

Margin (right): A — Propter peccata dñs populo verbū suū denegat. Cōtēptores vbi sui decipit ūerdū dñs p se seu do pphetas.

Israel, Hęc dicit dominus deus, Conuertimini, & [a]recedite ab idolis ve- [a] vel, conuerti
stris, & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras. facite alios
Quia [b]homo homo de domo Israel, & de [c]proselytis quicunq; aduena [b] si quispiam
C fuerit in Israel, si alienatus fuerit à me, & posuerit idola sua in corde [c] peregrinis
suo, & scandalū iniquitatis suę statuerit cōtra faciem suā, & venerit ad
prophetam vt interroget per eum me: ego dominus respondebo ei per
me. Et ponā faciem meam super hominem illū, & faciam eū in [d]exem- [d] signum
plum & in prouerbiū, & disperdam eum de medio populi mei: & scie-
tis quia ego dominus. Et propheta quum errauerit, & loquutus fuerit
D verbum: ego dominus decepi prophetā illum: & extendā manum meā
super illū, & delebo eum de medio populi mei Israel. Et portabūt ini-
quitatem suā: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetę
Supra. 11. a erit. vt non erret vltra domus Israel à me, neq; polluatur in vniuersis
pręuaricationibus suis: sed sint mihi in populū, & ego sim eis in deum,
ait dominus exercituū. Et factus est sermo domini ad me dicens, Fili
hominis, terra quū peccauerit mihi, vt pręuaricetur pręuaricans, exten-
dam manum meā super eam, & cōteram *virgam panis eius: & immit- * d
E tam in eam famem, & interficiā de ea hominem & iumentū. Et si fue-
Iusti non li- rint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua li-
berabūt im- berabunt animas suas, ait dominus exercituū. Quòd si & bestias pessi-
pios à ma- mas induxero super terram, vt vastem eam: & fuerit inuia, eò q non sit
lis imissis, sz pertrāsiens propter bestias: Tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego dicit
ipsi iusti tm dominus deus, quia nec filios nec filias liberabunt: sed ipsi soli libera-
sua iustitia buntur, terra autem desolabitur. Vel si gladium induxero super terram
saluabūtur. illam, & dixero gladio, Transi per terrā: & interfecero de ea homines &
F iumentum: Et tres viri isti fuerint in medio eius: viuo ego dicit domi-
I. 4. d. 5. d nus deus, non liberabunt filios neq; filias: sed ipsi soli liberabuntur. Si
autem & pestilentiā immisero super terrā illam, & effudero indigna-
Consolatio tionem meā super eam in sanguine, vt auferā ex ea hominem & iumen
eorū qui in tum: Et Noe, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius: viuo ego, dicit
Babylonem dominus deus, quia filium & filiā non liberabūt: sed ipsi iustitia sua li
transmigra berabunt animas suas. Quoniam hęc dicit dominus deus, Quòd & si
uerant. quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pe
G stilentiam immisero in Ierusalem, vt interficiā de ea hominē & pecus:
Tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias: ecce ipsi
egredientur ad vos, & videbitis viam eorū & adinuentiones eorum: &
consolabimini super malo quod induxi in Ierusalem, in omnibus quę
importaui super eam. Et consolabuntur vos, quum videritis viam eo-
rum & [e]adinuentiones eorum: & cognoscetis quòd nō frustra fecerim [e] opera
omnia quę feci in ea, ait dominus deus. CAP. XV.

A ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis quid fiet de
Vt lignum ligno vitis ex omnibus lignis [a]nemorū, quę sunt inter ligna sylua- [a] palmite in-
vitis inuti- rum? Nunquid tolletur de ea lignū, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea qui q est (vel,
le igni tra- paxillus, vt dependeat in eo quodcūq; vas? Ecce, igni datū est [b]in escā, propagine in-
ditur, sic Ie vtranq; partem eius cōsumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fa- quā vitis quę
rusalē exurē uillam: nunquid vtile erit ad opus? Etiam quū esset integrum, non erat est)
dam dicit. aptū ad opus: quanto magis quū illud ignis deuorauerit, & cōbusserit, [b] ad cōsumēdū
B nihil ex eo fiet operis? Propterea hęc dicit dominus deus, Quo modo
lignū vitis inter ligna syluarum qd dedi igni ad deuorandū, sic tradidi
habitatores Ierusalem. Et ponā faciem meā in eos: de igne egredien-
tur, & ignis cōsumet eos. Et scietis quia ego dominus quū posuero fa
ciem meā in eos, & dedero terrā inuiam & desolatam: eò q pręuarica-
tores extiterint, dicit dominus deus. CAP. XVI.

A ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis notas fac Ie
Abomina- rusalem abominationes suas, & dices, Hęc dicit dominus deus Ie- [a] Habitatio-
tiones Ieru rusalem, [a]Radix tua & generatio tua de terra Chanáan; pater tuus nes tuę.

Amorrhęus, & mater tua Chetęa. Et quando nata es, in die ortus tui
non est pręcisus vmbilicus tuus, & in aqua non es lota in salutem, nec
sale salita, nec inuoluta pánis. Non pepercit super te oculus, vt faceret
tibi vnum de his, misertus tui: sed proiecta es super faciem terrę in abie
ctione animę tuę in die qua nata es. Transiens autem per te, vidi te cō
culcari in sanguine tuo: et dixi tibi (quum esses in sanguine tuo, Viue.)
dixi inquā tibi, In sanguine tuo viue. (Multiplicatam quasi germen
agri dedi te:) & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & per
uenisti ad (mundū muliebrem:) vbera tua intumuerūt, & pilus tuus ger
minauit. & eras nuda, & (cōfusione plena.) Et transiui per te, & vidi te:
& ecce tempus tuū, tempus amantium: et expandi amictū meum super
te, & operui ignominiā tuam. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum
tecum, ait dominus deus: & facta es mihi. Et laui te aqua, & emundaui
sanguinem tuum ex te & vnxi te oleo. Et vestiui te discoloribus, & cal
ceaui te hyacintho: & cinxi te bysso, & indui te (subtilibus.) Et ornaui
te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collū B
tuum. Et dedi (inaurem super os tuū,) & circulos auribus tuis, & coro
nam decoris in capite tuo. Et ornata es auro & argento, & vestita es
bysso, & polymito, & multis coloribus: similam, & mel, & oleum come
disti, & decora facta es vehemēter nimis: & profecisti in regnū. Et egres
sum est nomen tuū in gentes propter speciem tuā: quia perfecta eras in
decore meo quem posuerā super te, dicit dominus deus. Et habens fi
duciam in pulchritudine tua fornicata es (in nomine tuo:) & exposui
sti fornicationem tuā omni transeunti, (vt eius fieres.) Et sumens de ve
stimentis tuis, fecisti tibi excelsa (hinc inde cōsuta:) & fornicata es super
eis, sicut non est factum, neq; futurum est. Et tulisti vasa decoris tui, de
auro meo atq; argento meo, quę dedi tibi: & fecisti tibi imagines ma
sculinas, & fornicata es in eis. Et sumpsisti vestimenta tua multicolo
ria, & operuisti illas: & oleum meū, & thymiama meum posuisti coram
eis. Et panem meum quem dedi tibi, similam & oleum & mel quibus
enutriui te, posuisti in conspectu eorū in odorem (suauitatis,) & factū C
est, ait dominus deus. Et tulisti filios tuos & filias tuas quas generasti
mihi: & immolasti eis ad deuorandum. Nunquid parua est fornicatio
tua? Immolasti filios meos, & dedisti illos (cōsecrans eis.) Et post om
nes abominationes tuas & fornicationes tuas nō es recordata dierum
adolescentię tuę, quando eras nuda & (confusione plena,) cōculcata in
sanguine tuo. Et accidit post omnem malitiā tuam (vę vę tibi: ait do
minus deus) & ędificasti tibi (lupanar,) & fecisti tibi (prostibulum) in
cunctis plateis. Ad omne caput vię ędificasti (signum prostitutionis
tuę:) & abominabilem fecisti decorem tuū: & diuisisti pedes tuos omni
transeunti, & multiplicasti omnes fornicationes tuas. Et fornicata es
cum filijs Aegypti vicinis tuis magnarū carnium: & multiplicasti for
nicationem tuam ad irritandū me. Ecce ego extendam manum meam
super te, & (auferam ius tuū:) & dabo te (in animas) odientium te filia
rum Palęsthinarū, quę erubescunt in via tua scelerata. Et fornicata es
in filijs Assyriorum, eò q̄ necdum fueris expleta: & postquā fornicata
es, nec sic es satiata. Et multiplicasti fornicationem tuam in terra Cha
naan cum Chaldęis: & nec sic satiata es. (In quo mundabo) cor tuum, D
ait dominus deus: quū facias omnia hęc opera mulieris meretricis (&
procacis?) Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis vię, & excel
sum tuum fecisti in omni platéa: nec facta es quasi meretrix (fastidio au
gens pretium,) sed quasi mulier adultera quę super virum suū inducit
alienos. Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mer
cedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis vt intrarent ad te
vndiq; ad fornicandū tecum. Factumq; est in te contra consuetudinem
mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio; in eo

In sanguine tuo viue.
vel, Eduxi tui te sicut virgultum campi, vt cresceres:
ornamentum ornamentorū:
discooperta.
serico.
circulū naribus tuis, (vel, frontalia super faciem tuam,)
propter famā tuam:
erga eū desyderium tuum. (vel, & obsequuta es voluntati eius.)
multicoloria:
quietis: (suauem:)
ad ducēdum per ignem.
discooperta,
excelsa e.ſ.
excelsum
excelsum tuū:
diminuā statutū cibū tibi:
vel, volūtati
Quā imbecille (debile) est
animū sui habentis? (vel, egregię & potentis?)
spernēdo mercedē (sub. ā fornicāte tibi datā. Vel, vt laudares ptius qd accipiebas.
Aut, q̄ posses gloriari de mercede,)

Arguit ingratitudis ob fornicatione suam cū idolis.

salē enarrationem, pmisit bn̄ficia dei erga eā cō memorat.

enim quòd dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te
contrarium. Propterea meretrix audi verbum domini. Hęc dicit do-
minus deus, Quia ˀeffusum est ęs tuum,ˀ & reuelata est ignominia tua
Minatur ei in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super omnia idola abo- ˀ effusa est (.i.
pœnam. minationum tuarum in sanguine filiorũ tuorum quos dedisti eis: ecce discooperta)
ego congregabo omnes amatores tuos quibus ˀcõmistaˀ es, & omnes turpitudo tua
quos dilexisti cum vniuersis quos oderas: & congregabo eos super te ˀ iucundata
vndiq;, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem
turpitudinem tuam. Et iudicabo te iudicijs adulterarũ & effundentium
Infra. 23. b sanguinem: & dabo te in sanguinẽ furoris & zeli. Et dabo te in manus
eorum, & destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulũ tuum: &
denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui: & derelin
E quent te nudam ˀplenamq́; ignominia.ˀ Et adducent super te multitu- ˀ e discoopta.
dinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladijs suis. Et cõ-
burent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierũ plu-
4. Re. 25. a rimarum: & desines fornicari, & mercedes vltrà nõ dabis. Et requiescet
indignatio mea in te & auferetur zelus meus à te, & quiescã, nec irascar
amplius. Eò q́ non fueris recordata dierũ adolescentię tuę, & prouo-
casti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas in capite tuo de-
di, ait dominus deus, & non ˀfeci iuxta scelera tua inˀ omnibus abomi- ˀ fecisti cogita
nationibus tuis. Ecce, omnis qui ˀdicit vulgò prouerbiũ, in te assumet tiones sup (.i.
illud,ˀ dicens, Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuę es tu, quę nõ fuisti solici
proiecit virum suũ, & filios suos: & soror sororũ tuarum es tu, quę pro- ta vel tristis pp
Scelera alia iecerunt viros suos & filios suos: mater vestra Chetęa, & pater vester abominatiões
rũ gentium Amorrhęus. Et soror tua maior, Samaria, ipsa & filię eius quę habitãt tuas)
iustificat cõ ad sinistrã tuam: soror autem tua minor te, quę habitat à dextris tuis, ˀ parabolice lo
paratione Sodoma & filię eius. Sed nec in vijs earũ ambulasti, neq; secũdum sce quitur, sup te
peccatoruȝ lera earũ fecisti pauxillũ minus: ˀpenè ˀsceleratiora fecisti illis in omni- parabolicè lo-
Ierusalem. bus vijs tuis. Viuo ego, dicit dominus deus quia nõ fecit Sodoma soror quetur,
F tua ipsa, & filię eius, sicut fecisti tu & filię tuę. Ecce hęc fuit iniquitas So ˀ imo
Cã abomi- domę sororis tuę, Superbia, saturitas panis & ˀ abundantia, & otiumˀ ˀ abũdãtia otij
nationũ in ipsius & filiarũ eius: & manũ egeno & pauperi non porrigebant. Et ele
quas incide uatę sunt, & fecerunt abominationes corã me: & abstuli eas sicut vidi.
runt Sodo- Et Samaria dimidiũ peccatorũ tuorum nõ peccauit: sed vicisti eas scele
mitę. ribus tuis & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis
Gen. 19. f quas operata es. Ergo & tu porta cõfusionem tuam, quę vicisti sorores
tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis: iustificatę sunt enim à te: ergo
& tu cõfundere, & porta ignominiã tuam, quę iustificasti sorores tuas. ˀ captiuitatem
Et cõuertam ˀrestituens eas cõuersione Sodomorũ cum filiabus suis, & (vel, p̃uarica-
conuersione Samarię & filiarũ eius: & conuertã reuersionem tuam in tionẽ) earũ, ca-
medio earũ, vt portes ignominiã tuam, & cõfundaris in omnibus quę ptiuitatẽ. s. So
fecisti, consolans eas.ˀ Et soror tua Sodoma, & filię eius reuertentur ad domorũ & vil
antiquitatem suã: & Samaria, & filię eius reuertentur ad antiquitatem larũ eius, & ca-
G suam: & tu, & filię tuę reuertemini ad antiquitatem vestrã. Non fuit ptiuitatẽ capti
autem Sodoma soror tua audita in ore tuo, in die superbię tuę, anteq; uitatũ tuaȝ in
reuelaretur malitia tua: sicut hoc tempore in opprobriũ filiarũ Syrię, & medio earuȝ)
cunctarũ in circuitu tuo filiarũ Palęsthinarũ, quęˀ ambiunt teˀ per gyrũ. (vel, pręuarica
Misericordia Scelus tuũ, & ignominiã tuam tu portasti, ait dñs deus. Quia hęc di tioné tuã cum
pœnitenti cit dñs deus, Et faciam tibi sicut despexisti iuramentũ, vt irritum faceres pręuaricatio-
p̃mittitur. pactum: & recordabor ego pacti mei* tecũ in diebus adolescentię tuę: & ne earum) vt
suscitabo tibi pactum sempiternũ. Et recordaberis viarum tuarũ, & con portes &c.
funderis: quũ receperis sorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & ˀ contẽnunt te
dabo eas tibi in filias, sed nõ ex pacto tuo. Et suscitabo ego pactũ meũ * q̃ pepigi
tecum: & scies quia ego dominus, vt recorderis & cõfundaris, & nõ sit ˀ vel, excusatio
tibi vltra ˀaperire os prę confusione tua,ˀ quum placatus tibi fuero in propter pudo-
omnibus quę fecisti, ait dominus deus. CAP. XVII. rem tuum;

ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis propone A
ęnigma, & narra parabolã ad domum Israel, & dices, Hęc dicit do
minus deus, Aquila grandis magnarũ alarum, longo membrorũ du
ctu, plena plumis & varietate venit ad Libanũ, & tulit medullã cedri.
Summitatem frondiũ eius auulsit: & transportauit eam in terrã Cha
naan, in vrbe negotiatorũ posuit illam. Et tulit de semine terrę, & po
suit illud in terra pro semine: vt firmaret radicem super aquas mul
tas, in superficie posuit illud. Quumq; germinasset, creuit in vineam B
latiorem, humili statura, respicientibus ramis eius ad eã: & radices eius
sub illa erant. facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit
propagines. Et facta est aquila altera grãdis, magnis alis, multisq; plu
mis: & ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eã, palmites suos
extendit ad illã, vt irrigaret eam de areolis germinis sui. In terra bo
na super aquas multas plantata est: vt faciat frondes, & portet fructũ,
vt sit in vineã grandem. Dic, Hęc dicit dominus deus, Ergóne prospe C
rabitur? nónne radices eius euellet, & fructus eius distringet, & siccabit
omnes palmites germinis eius, & arescet: & nõ in brachio grandi, neq;
in populo multo, vt euelleret eam radicitus? Ecce plantata est: ergóne
prosperabitur? nóne quum tetigerit eam ventus vrens siccabitur, & in
areis germinis sui arescet? Et factum est verbũ domini ad me, dicẽs,
Dic ad domũ exasperantem, Nescitis quid ista significent? Dic, Ecce,
venit rex Babylonis in Ierusalem: & assumet regem, & principes eius, & D
adducet eos ad semetipsum in Babylonem. Et tollet de semine regni,
ferietq; cum eo fœdus, & ab eo accipiet iusiurãdum. sed & fortes terrę
tollet: vt sit regnũ humile, & nó eleuetur, sed custodiat pactũ eius, & ser
uet illud. Qui recedens ab eo, misit nũtios ad Aegyptũ, vt daret sibi
equos, & populũ multũ. Nunquid prosperabitur, vel cõsequetur salu
tem, qui fecit hęc? & qui dissoluit pactũ, nunquid effugiet? Viuo ego di
cit dñs deus, quoniã in loco regis qui constituit eum regem, cuius fecit E
irritum iuramentũ, & soluit pactũ qđ habebat cũ eo, in medio Babylo
nis morietur. Et nó in exercitu grandi, neq; in populo multo faciet cõ
tra eum Pharao pręlium: in iactu aggeris, & in extructione vallorũ, vt
interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentũ, vt solueret fœ
dus, & ecce dedit manũ suam. & quum omnia hęc fecerit, non effugiet.
Propterea hęc dicit dominus deus, Viuo ego, quoniã iuramẽtum qđ
spreuit, & fœdus quod pręuaricatus est, ponã in caput eius. Et expandã F
super eum rete meũ, & cõprehendetur in sagena mea: & adducam eũ in
Babylonem, & iudicabo eum ibi in pręuaricatione qua despexit me.
Et omnes profugi eius cum vniuerso agmine suo, gladio cadent: resi
dui autem in omnem ventũ dispergentur: & scietis quia ego dominus
loquutus sum. Hęc dicit dominus deus, Et sumam ego de medulla
cedri sublimis, & ponam: de vertice ramorũ eius tenerum distringam,
& plantabo super montem excelsum & eminentem. In monte subli G
mi Israel plantabo illud, & erũpet in germen, & faciet fructum, & erit
in cedrum magnã: & habitabunt sub eo omnes volucres & vniuersum
volatile, sub vmbra frondium eius nidificabit. Et scient omnia ligna
regionis quia ego dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui li
gnum humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignũ aridum.
Ego dominus loquutus sum, & feci.

CAP. XVIII.

ET factus est sermo domini ad me, dicens, Quid est quod inter vos A
parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel, dicentes,
Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.
Viuo ego dicit dominus deus, si erit vltrà vobis parabola hęc in pro
uerbium in Israel, Ecce omnes animę, meę sunt: vt anima patris ita &
anima filij, mea est: anima quę peccauerit, ipsa morietur. Et vir si fue
rit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, in montibus non comederit,

longis alis,
nouellarum plantationum (vel, ramorũ)
tulit illud
salicem posuit illud (.i. vt salix vilis ponit, posuit illud.)
congregauit (misit, aut extendit)
vel, lineis sulcorum plantationis suę.
lineis (sulcis)
rebellem,
rebellans cõtra eum,
euadet,
propter prępuaricationem
summitate
vel, instar cumuli eleuatũ.
parabolicè loquimini parabolam istam
vt parabolicè loquamini parabolam istam.

Parabola duarũ aquilarum signat Sedeciã, cõtra iusiurandum relicta amicitia Nabuchodonosor, se ad regẽ Aegypti trãstulisse, & ideo perijsse.
Expositio parabolę.
Supra. 12. d
Infra. 32. a
Prophetia de Christo.
Ab vnoquoq; pœnã peccati sui esse portandam denuntiat.
Iere. 31. c

& oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel: & 'vxorem pro/ ' quępiam nō
B ximi sui nō violauerit,& ad mulierem menstruatā nō accesserit,& 'ho oppressent,
Isa.58.b minem nō cōtristauerit,) pignus debitori reddiderit,per vim nihil ra/
Math.25.c puerit,panem suū esurienti dederit,& nudum operuerit vestimento,ad
vsurā non cōmodauerit & amplius nō acceperit, ab iniqtate auerterit
manū suā,& iudiciū verū fecerit inter virū & virū: & in pceptis meis
ambulauerit,& iudicia mea custodierit,vt faciat veritatē:hic iustus est,
vita viuet,ait dñs deus. Quòd si genuerit filiū latronem effundentē
sanguinē,& fecerit vnū de istis:& hęc qdem oia non facientē, sed in mō
C tibus comedentē,& vxorē proximi sui polluentem:egenū & pauperem
'contristantem,) rapientē rapinas,pignus nō reddentē,& ad idola leuan ' opprimentē,
tē oculos suos,abominationē facientē ad vsurā dantem & amplius ac/
cipientem:nunqd viuet? Nō viuet:qm̄ vniuersa hęc detestāda fecerit,
morte morietur,sanguis eius in ipso erit. Quòd si genuerit filiū, qui
videns oīa peccata patris sui quę fecit,timuerit,& nō fecerit simile eis:
super mōtes nō comederit,& oculos suos nō leuauerit ad idola domus
Israel,& vxorē proximi sui nō violauerit,& 'virū nō cōtristauerit,) pi/ ' quēquam nō
gnus nō retinuerit,& rapinā nō rapuerit,panem suū esurienti dederit, oppresserit,
D & nudū operuerit vestimento:ā pauperis iniuria auerterit manū suā,
vsurā & superabundantiā non acceperit,iudicia mea fecerit,& in pręce
ptis meis ambulauerit:hic non morietur in iniqtate patris sui, sed vi
Deut.24.c ta viuet. Pater eius quia calūniatus est,& vim fecit fratri,& malū opera
4.reg.4.b tus est in medio populi sui:ecce mortuus est in iniqtate sua. Et dici/
2.Par.25.b tis,Quare nō portabit filius iniqtatem patris? Videlicet qa filius iudi
Resipiscēti ciū & iustitiā operatus est,oīa pręcepta mea custodiuit & fecit illa, viuet
salus pmit/ vita. Anima quę peccauerit,ipsa morietur:filius nō portabit iniquita
titur. tem patris,& pater nō portabit iniquitatem filij:iustitia iusti super eū
E erit,& impietas impij erit super eū. Si aūt impius egerit pœnitentiam
ab oībus peccatis suis quę operatus est,& custodierit oīa pcepta mea,
Psal.10.a & fecerit iudiciū & iustitiam: vita viuet,& nō morietur. Omniū iniqui
Infra.33.c tatū eius quas operatus est,non recordabor:in iustitia sua quā opera/
Iusto se a tus est,viuet. Nunqd voluntatis meę est mors impij,dicit dñs deus, &
via recta a/ non vt cōuertatur ā vijs suis,& viuat? Si aūt auerterit se iustus à iusti
uertētimors tia sua,& fecerit iniquitatem sm omnes abominationes quas operari
ī dicitur. solet impius,nunqd viuet? Omnes iustitię eius quas fecerat, nō recor/
F dabuntur:in 'pręuaricatione) qua pūaricatus est, & in peccato suo qđ ' pter pręua
Infra.33.d peccauit,in ipsis morietur. Et dixistis,Nō est ęqua via dñi. Audite er ricationem,
go domus Israel, Nunqd via mea nō est ęqua,& nō magis vię vestrę
prauę sunt? Quum enim auerterit se iustus ā iustitia sua, & fecerit ini/
quitatē,morietur in eis:in iniustitia quā operatus est morietur. Et quū
auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est,& fecerit iudi/
Vię dei. cium & iustitiā:ipse aīam suam viuificabit. Considerans enim,& auer/
Vię hoīs. tens se ab oībus iniquitatibus suis quas operatus est,vita viuet & nō
G morietur. Et dicunt filij Israel,Nō est ęqua via domini. Nunquid vię
Ad pœnitē meę non sunt ęquę domus Israel,& non magis vię vestrę prauę? Id/
tiā hortat. circo vnumquenq; iuxta vias suas iudicabo domus Israel, ait domi/
Matth.3.a nus deus. Cōuertimini,& agite pœnitentiā ab oībus iniquitatibus
Benignitas vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite ā vobis om/
dei ī pctōres nes pūaricationes vestras in quibus pūaricati estis, & facite vobis cor
Infra.33.c nouū,& spiritū nouū:& qre moriemini domus Israel? Quia nolo mor
tē morientis,dicit dñs deus:reuertimini,& viuite. CAP. XIX.

A ET tu assume planctum super principes Israel,& dices, Quare ma/
Captiuitas ter tua lęna inter leones cubauit:in medio leunculorū enutriuit ca/
Ioachaz & tulos suos. Et eduxit vnū de leunculis suis,leo factus est:& didicit cape
Ioacim per re prędam,hominemq; comedere. Et audierunt de eo gentes, '& non ' retibus suis
leunculos & absq; vulneribus suis) ceperunt eum;& adduxerunt eū in catenis in ter

ram Aegypti. Quę quum vidisset quoniā ²infirmata est,¹ & perijt expe
ctatio eius: tulit vnū de leunculis suis, leonem cōstituit eū. Qui incede
bat inter leones, & factus est leo: & didicit prędam capere, & hoīes deuo
rare: didicit viduas facere, & ciuitates eorū in desertum adducere: & deso
lata est terra & plenitudo eius à voce rugitus illius. Et conuenerunt ad
uersus eum gentes vndiq; de prouincijs, & expanderunt super eum rete
suum, & in ²vulneribus¹ eorū captus est. Et miserunt eū in ²caueam,¹
in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis: miseruntq; eū in ²car
cerem,¹ ne audiretur vox eius vltrà super montes Israel. Mater tua
quasi vinea in sanguine tuo super aquā plantata est: fructus eius, & frō
des eius creuerunt ex aquis multis. Et factę sunt ei virgę solidę in sce
ptra dominantiū, & exaltata est statura eius inter frōdes: & ²vidit altitu
dinē suā¹ in multitudine palmitū suorū. Et euulsa est in ira, in terrāq;
proiecta: & ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerunt, & arefactę
sunt virgę roboris eius, ignis comedit eam. Et nunc transplātata est in
desertum, in terra inuia & sitienti. Et egressus est ignis de virga ramorū
eius, qui fructū eius comedit: & non fuit in ea virga fortis, sceptrū do
minantium. ²Planctus est, & erit in planctum.¹

CAP. XX.

Et factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis: venerūt
viri de senioribus Israel vt interrogarent dnm̄, & sederūt corā me.
Et factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hoīs loquere senioribus
Israel, & dices ad eos, Hęc dicit dominus deus, Nunqd ad interrogan
dū me vos venistis? Viuo ego qa nō respondebo vobis, ait dominus
deus. ²Si iudicas eos, si iudicas¹ fili hoīs: abominationes patrum eorū
ostende eis. Et dices ad eos, Hęc dicit dominus deus, In die qua elegi
Israel, & leuaui manū meā pro stirpe domus Iacob: & apparui eis in ter
ra Aegypti, & leuaui manum meā pro eis, dicens, Ego dominus deus
vester: in die illa leuaui manū meam pro eis, vt educerem eos de terra
Aegypti, in terrā quā prouideram eis, fluentem lacte & melle, quę est
²egregia¹ inter omnes terras. Et dixi ad eos, Vnusquisq; offensiones
oculorū suorū abijciat, & in idólis Aegypti nolite pollui: ego dominus
deus vester. Et ²irritauerunt me,¹ nolueruntq; me audire: vnusquisq;
abominationes oculorū suorum nō proiecit, nec idóla Aegypti reli
querunt: & dixi vt effunderē indignationem meā super eos, & implerē
iram meā in eis, in medio terrę Aegypti. Et feci propter nomen meū,
vt non violaretur coram gentibus, in quarū medio erāt, & inter quas
apparui eis, vt educerē eos de terra Aegypti. Eieci ergo eos de terra
Aegypti, & eduxi eos in desertum. Et dedi eis pręcepta mea, & iudicia
mea ²ostendi eis,¹ quę faciens homo, viuet in eis. Insuper & sabbatha
mea dedi eis, vt esset signum inter me & eos: & scirent quia ego domi
nus sanctificans eos. Et irritauerūt me domus Israel in deserto, in pręc
ceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quę faciens
homo viuet in eis: & sabbatha mea violauerunt vehemēter. dixi ergo
vt effunderem furorem meum super eos in deserto, & cōsumerem eos.
Et feci propter nomen meum, ne violaretur corā gentibus de quibus
eieci eos in conspectu earū. Ego igitur leuaui manum meā super eos
in deserto, ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluentem lacte &
melle, ²pręcipuam terrarū oīum:¹ quia iudicia mea proiecerunt, & in
pręceptis meis non ambulauerunt, & sabbatha mea violauerunt: post
idóla enim cor eorū gradiebatur. Et pepercit oculus meus super eos,
vt non interficerem eos: nec consumpsi eos in deserto, Dixi autem ad
filios eorū in solitudine, In pręceptis patrum vestrorum nolite incede
re, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idólis eorū polluamini. Ego
dominus deus vester, in pręceptis meis ambulate, & iudicia mea custo
dite, & facite ea. Et sabbatha mea sanctificate, vt sit signum inter me &
vos; & sciatis quia ego sum dominus deus vester. Et exacerbauerunt

---

Left margin notes:

² diu expectas/set,

² retibus

² cōpedes, (vel, catēas ferreas.)

² vel, munitiōes

² cōspecta est in altitudine sua

² vel, Hoc ē lamētabile, & dignū lamentatione.

² Nunqd iudicabis eos, nunqd iudicabis

² desyderabilis

² rebellauerūt contra me, & infra.

² scire feci eos,

² desyderabiliorem oībus alijs terris:

Right margin notes:

leonem significatur.

B

C

Pręteritā vebis Israelis fœlicitatē ōsteribit, & pręsentē calamitatē.

D

Osee.13.d

A

Dn̄s negat se respōsurū rogātibus, ob pctm̄ ingratitudis qō hic obijcit.

B

Leui.18.a

Rom.10.a

Sabbathus, Exod.20.b 31.c

Deut.5.b

Exo.16.f

C

me filij, & in pręceptis meis non ambulauerunt: ꝛ iudicia mea nõ cu-
stodierunt, vt facerent ea: quę quũ fecerit homo, viuet in eis: & sabba-
tha mea violauerunt. ꝛ cõminatus sum vt effunderem furorem meũ
super eos, & implerem iram meã in eis in deserto. Auerti autem ma-
num meã, & feci propter nomen meũ vt nõ violaretur corã gentibus,
de qbus eieci eos in oculis earũ. Iterum leuaui manũ meã in eos in so
D litudine, vt dispergerem illos in nationes, & ventilarem in terras: eõ
Pręcepta nó bona. ꝙ iudicia mea nõ fecissent, ꝛ pcepta mea reprobassent, & sabbatha mea
violassent, & post idola patrum suoꝝ fuissent oculi eoꝝ. Ergo & ego
dedi eis pcepta non bona, & iudicia [a] in quibus [b] non viuent: & pollui
eos in muneribus suis quũ [c] offerrent omne qđ aperit vuluam, [d] pro-
pter delicta sua: & scient qa ego dominus. Quam ob rem loquere ad
domũ Israel fili hominis: & dices ad eos, Hęc dicit dominus deus. Ad-
huc & in hoc blasphemauerunt me patres vestri, quum spreuissent me
contemnentes: ꝛ induxissem eos in terram super quam leuaui manum
meam vt darem illam eis: viderunt omnem collem excelsum, & omne
lignum nemorosum, & immolauerunt ibi victimas suas: & dederunt
ibi irritationẽ oblationis suę, & posuerunt ibi odores suauitatis suę, ꝛ
Excelsum. libauerunt libationes suas. Et dixi ad eos, Quid est excelsum ad quod
E vos ingredimini? Et vocatum est nomen eius Excelsum, vsq; ad hanc
diem. Propterea dic ad domum Israel, Hęc dicit dominus deus, Certe
in via patrum vestrorum vos polluimini, ꝛ post [e] offendicula [f] eorum
vos fornicamini. Et in oblatione donorũ vestrorum quum traducitis
filios vestros per igneȝ, vos polluimini in omnibus idolis vestris vsq;
hodie: & ego respondebo vobis domus Israel? Viuo ego dicit do-
minus deus, quia nõ respondebo vobis. Neque cogitatio mentis ve-
strę fiet, dicentium, Erimus sicut gentes, & sicut cognationes terrę, vt
Reditũ a ca- colamus ligna & lapides. Viuo ego dicit dominus deus, quoniam
ptiuitate p- in manu forti, & in brachio extento, ꝛ in furore effuso [g] regnabo super
mittit domi- vos. Et educam vos de populis: & congregabo vos de terris, in qui-
nus pplo. bus dispersi estis: in manu valida & in brachio extento, & in furore ef-
fuso regnabo super vos. Et adducam vos in desertum populorum, &
F [h] iudicabor vobiscũ [i] ibi facie ad faciem. Sicut iudicio contendi aduer-
sum patres vestros in deserto terrę Aegypti: sic [k] iudicabo vos, [l] dicit
dominus deus. Et subijciam vos sceptro meo, & inducam vos in vin-
culis fœderis. Et eligam de vobis transgressores & impios, & de terra
incolatus eorum educam eos & in terram Israel non ingredientur: &
scietis qa ego dominus. Et vos domus Israel, hęc dicit dominus deus,
Singuli post idola vestra ambulate & seruite eis. Quod si & in hoc nõ
audieritis me, ꝛ nomen meũ sanctũ pollueritis vltra in muneribus ve-
stris ꝛ in idolis vestris: in monte sancto meo, in mõte excelso Israel, ait
dominus deus, ibi seruiet mihi ois domus Israel, omnes inquã in ter-
ra in qua placebunt mihi: ꝛ ibi quęrã primitias vestras, & [m] initiũ deci-
marũ vestrarũ [n] i oibus sanctificatioibus vestris. In odorẽ suauitatis su-
scipiã vos, cũ eduxero vos de ppl'is, ꝛ ɔgregauero vos de terris in quas
G dispsi estis: ꝛ sanctificabor in vobis in oculis nationũ. Et scietis qa ego
dñs, quũ induxero vos ad terrã Israel, in terrã p qua leuaui manũ meã
vt darem eã patribus vestris. Et recordabimini ibi viarum vestrarum,
ꝛ omniũ scelerũ vestroꝝ, quibus polluti estis in eis: ꝛ displicebitis vo-
bis in conspectu vestro in oibus malitijs vestris quas fecistis. Et scietis
quia ego dominus, quũ benefecero vobis propter nomen meũ, ꝛ non
secundũ vias vestras malas, neq; secundum scelera vestra pessima do-
Per saltũ ex- mus Israel, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, di-
urendũ, icẽ- cens, Fili hominis, pone faciem tuã ɔtra viam austri, ꝛ stilla ad Aphri-
diũ vrbis si- cum, ꝛ ꝓpheta ad saltũ agri meridiani. Et dices saltui meridiano, Au-
gnificatur. di verbum domini: hęc dicit dominus deus, Ecce ego succendam in te

[a] vel, pp quę transire face-rent per igneȝ oia primoge-nita eoꝝ, vn-de afflix eos.

[e] abominatio-nes

[h] i. stabo ad iu-diciũ vobiscũ & infra.

[k] iudicabor vo-biscum.

[m] primitias me-ri vestroꝝ

ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignũ aridum: non extinguetur flamma succensionis: & comburetur in ea omnis facies ab Austro vsque ad Aquilonem. Et videbit vniuersa caro quia ego dominus succendi eam, nec extinguetur. Et dixi, A, a, a, domine deus: ipsi dicunt de me, Nunquid nõ per parabolas loquitur iste?

CAPVT XXI.

ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam ad Ierusalem, & stilla ad sanctuaria, & propheta contra humum Israel. Et dices terrę Israel, Hęc dicit dominus deus, Ecce ego ad te, & eijciam gladium meum de vagina sua, & occidam in te iustum & impium. Pro eo autem quòd occidi in te iustum & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab austro vsque ad aquilonem: vt sciat omnis caro quia ego dominus eduxi gladium meum de vagina sua irreuocabilem. Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis. Quumq́; dixerint ad te, Quare tu gemis? dices, Pro auditu, quia venit, & tabescet omne cor, & dissoluentur vniuersę manus, & (infirmabitur) omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquę: ecce venit, & fiet, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis, propheta, & dices, Hęc dicit dominus deus, Loquere, Gladius gladius exacutus est, & limatus.) Vt cędat victimas exacutus est, vt splẽdeat limatus est: qui moues sceptrum filij mei, succidisti omne lignum.) Et dedi eum ad leuigandum, vt teneatur manu: iste exacutus est gladius, & iste limatus est, vt sit in manu interficientis. Clama & vlula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel qui fugerant: gladio traditi sunt cũ populo meo,) idcirco plaude super femur. quia probatus est, & hoc quum sceptrum subuerterit, & non erit: dicit dominus deus.) Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum: hic est gladius occisionis magnę, qui obstupescere eos facit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas.) In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti & limati ad fulgendum, amicti) ad cędem. Exacuere,) vade ad dexteram siue ad sinistram, quocunque faciei tuę est appetitus. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam: ego dominus loquutus sum. Et factus est sermo domini ad me, dicens, Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egredientur ambę. Et manu capiet coniecturam, in capite vię ciuitatis conijciet.) Viam pones, vt veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Ierusalem munitissimam. Stetit enim rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quęrens, commiscens) sagittas: interrogauit idola, exta consuluit. Ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalem, vt ponat arietes,) vt aperiat os in cęde, vt eleuet vocem in vlulatu, vt ponat arietes contra portas, vt comportet aggerem, vt ędificet munitiones. Eritq́; quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum, & sabbathorum otium imitans: ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendum.) Idcirco hęc dicit dominus deus, Pro eo quod recordati estis iniquitatis vestrę, & reuelastis pręuaricationes vestras, & apparuerint peccata vestra in omnibus (cogitationibus) vestris; pro eo inquam quod recordati

Right margin: A Minaę gladius hoc est clades vrbis Ierosolymę tanq. — B — C — D — De diuinatione regis Babylonis — E — F

Left margin notes:

angustijs afficietur:
tersus
quõ gaudere mus de hoc gladio tribus filiorũ abijciẽte, & oẽ lignũ? (quasi dicat, quomodo gauderemus eo: quandoquidem nullũ lignũ quod quã valet ad virgã filij mei, id est, omnium gẽtium correptiões leues erũt ad correptionẽ Israelitarum)
pauores gladij fuerunt in populo meo,
percute
quia ad probationẽ eductus est: & quid erit si etiam tribũ nõ abiecerit, id est, si et tribũ filiorum meorũ non reprobauerit excidendo illam?)
qui percutiet eos in penetralibus vt liquescat cor, & multiplicet offendicula.
heu quas refulgens est, compactus
Vni te (vel, recede.
Et locũ elige, capud vię ciuitatis elige (vel in capite vię eliget sibi locum.)
ter sit (vt splẽderet, vt eis diuinaret sicut quidã in pollice splẽdidũ.) Quidã vertunt, iecit sagittas in aera vt videret in quã partẽ caderẽt, super Ammonitas an super Ierusalem)
duces
Et erit eis quasi diuinauerint frustra in oculis eorum, ac si eis iurassent iuramẽtis & hoc recordari facit iniquitatis, vt capiatur.
operibus

Deiectionē Sedeciæ regis ostēdit.

cordati estis, manu capiemini. Tu autem prophane impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita: hæc dicit dominus deus, Aufer cidarim, tolle coronam: nonne hæc est quæ humilē subleuauit, & sublimem humiliauit? Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam: & hoc nō

G factum est, donec veniret cuius est iudicium, & tradā ei. Et tu fili hominis, propheta, & dic, Hæc dicit dominus deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorū: & dices, Mucro mucro euagina te ad occidendum, lima te vt interficias, & fulgeas. Quum tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia, vt dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum veniet dies in tempore iniquitatis præfinita. Reuertere ad vaginam tuam in locum in quo creatus es: in terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & fundā super te indignationem meam: in igne furoris mei sufflabo in te, daboq; te in manus hominum insipientium & fabricantium interitum. Igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis: quia ego dominus loquutus sum.

Destructionem filiorū Ammon iubetur ꝓpheta prophetare. Post aliorū cædē, tandem ipsi Nabuchodonosor minatur dñs interitū.

CAPVT XXII.

A ET factum est verbum domini ad me, dicens, Et tu fili hominis, nōnne iudicas, nōnne iudicas ciuitatem sanguinū, & ostendes ei omnes abominationes suas? Et dices, Hæc dicit dominus deus, Ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius: & quæ fecit idola contra semetipsam, vt pollueretur. In sanguine tuo qui ā te effusus est, deliquisti: & in idolis tuis quæ fecisti, polluta es: & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum: propterea dedi te opprobrium gentibus, & irrisionem vniuersis terris. Quæ iuxta sunt &

B quæ procul ā te, triumphabunt de te: sordida, nobilis, grandis interitu. Ecce principes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te, ad effundendum sanguinem. Patrem & matrem contumelijs affecerunt in te, aduenam calumniati sunt in medio tui, pupillum & viduam contristauerunt apud te: Sanctuaria mea spreuistis, & sabbatha mea polluistis. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te, scelus operati sunt in medio tui. Verecundiora patris

C discooperuerunt in te, immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te. Et vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominationem, & socer nurum suam polluit nefarie, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te. Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem: vsuram & superabundantiam accepisti, & auare proximos tuos calumniabaris: meiq; oblita es, ait dominus deus. Ecce, complosi manus meas super auaritiam tuam quam fecisti, & super sanguinem qui ef-

D fusus est in medio tui. Nunquid sustinebit cor tuum, aut præualebunt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi? ego dominus loquutus sum, & faciam. Et dispergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam ā te. Et possidebo te in conspectu gentium: & scies quia ego dominus. Et factum est verbum domini ad me, dicens, Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam: omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis, scoria argenti fa-

E cti sunt. Propterea hæc dicit dominus deus, Eo quòd versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ierusalem congregatione argenti, & æris & stanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis: vt succendam in ea ignem ad conflandum. sic congregabo in furore meo & in ira mea, & requiescam: &

Sermo dñi contra Ierusalem propter homicidiū & parētibus negatū honoré, aliaq; scelera.

Iere. 5. e

Deprauationé populi Israel ostēdit.

in tēpe iniqtatis pręfinitæ quā finiet se dies malefactor: & infra.
Auferā cidarim tollā coronā: & quę modo est nō erit: humilē subleuabo & superbū humiliabo. (vel, Aufer insulā & depone coronā: qm̄ neq; hoc neq; illud manebit infimus vult se exaltare, quū tn̄ necesse sit humiliari exaltatum.)
Subuersio. sub. suo.
vel, Etiam si iterum inderet vaginæ, ego tn̄ in terra &c.
artificum ad destructionem.

idest effundentē sanguinē innoxium (vel, aut sitiētē sanguinē.)
vel, ridebunt
sordida nomine (vel, quę famę malę es.)
oppresserunt
fraudulenti
fœda
Turpitudinem
immundā mēstruę
affixerunt
fraudabas pximos tuos cū oppssione:
stabit (consistet)
eris capiēs hereditatē in te (i. nō amplius eris hęreditas mea, sz tibiipsi hęreditas eris)
.i. quēadmodū congregatur argentū &c.

conflabo vos. Et congregabo vos, & fuccendam vos in igne furoris
mei, & conflabimini in medio eius. Vt conflatur argentum in medio
fornacis, sic eritis in medio eius: & scietis quia ego dominus, quum ef-
fuderim indignationem meam super vos. Et factus est sermo domi
ni ad me, dicens, Fili hominis, dic ei, Tu es terra immunda, & nõ com
pluta in die furoris. Coniuratio prophetarum in medio eius: sicut leo
rugiens capiensq; prędam, animas deuorauerũt, opes & ᵃpretium ac-
ceperunt, viduas eius multiplicauerũt in medio illius. Sacerdotes eius
contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea: inter san-
ctum & prophanum non habuerunt distantiam: & inter pollutum &
mundum non intellexerunt: e à sabbathis meis auerterũt oculos suos,
e coinquinabar in medio eorum. Principes eius in medio illius quasi
lupi rapientes prędã: ad effundendũ sanguinẽ, e ad perdendas animas,
& auare sectanda lucra. Prophetę aũt eius liniebant eos ᵇabsq; tempe
ramento videntes vana, e diuinantes eis mendaciũ, dicẽtes, Hęc dicit
dñs deus: quum dñs non sit loquutus. Populi terrę ᶜcalumniabantur
calumniam, e rapiebant violenter: egenum & pauperẽ affligebant, &
aduenam opprimebant calumnia absq; iudicio. Et quęsiui de eis virũ
qui interponeret sepem, & ᵈstaret oppositus contra me pro terra, ne
dissiparem eam: & non inueni. Et effudi super eos indignationẽ meã,
in igne irę meę consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi,
ait dominus deus.

ᵃgloriam

ᵇluto absq; firmitate

ᶜoccupabãt occupationẽ (.i. aliena bõa occupabãt.)

ᵈstatueret se in rupturam

De impia pseudoprophetarũ e sacerdotũ doctrina, et eorũ inexplebili auaritia.

Principũ tyrannis. Mich. 3. d Soph. 3. d

Populi flagitia.

CAP. XXIII.

ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis, duę mulie- A
res filię matris vnius fuerũt. Et fornicatę sunt in Aegypto, in ado
lescentia sua fornicatę sunt: ibi subacta sunt vbera earum, e fractę sunt
mammę ᵉpubertatis earum. Nomina autem earum Oolla maior: &
Ooliba soror eius: e habui eas, & pepererunt filios, e filias. Porrò ea-
rum nomina, Samaria Oolla, & Ierusalem Ooliba. Fornicata est igi-
tur super me Oolla, & ᶠinsaniuit in amatores suos, in Assyrios propin
quantes, vestitos hyacintho principes, & magistratus, iuuenes ᵍcupidi
nis vniuersos, equites, ascensores equorum. Et dedit fornicatiões suas
super eos electos filios Assyriorum vniuersos: & in omnibus in quos
insaniuit, in munditijs eorum polluta est. Insuper & fornicatiões suas
quas habuerat in Aegypto, non reliquit: nam & illi dormierunt cum
ea in adolescentia eius, & illi confregerunt vbera pubertatis eius, & B
effuderunt fornicationem suam super eam. Propterea tradidi eam in
manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum
insaniuit libidine. Ipsi discooperuerunt ignominiam eius filios & fi-
lias eius tulerunt, e ipsam occiderunt gladio: e factę sunt famosę mu-
lieres, e iudicia perpetrauerunt in ea. Quod quũ vidisset soror eius
Ooliba, plus quàm illa insaniuit libidine: & fornicationem suam su-
per fornicationem sororis suę ad filios Assyriorum prębuit impuden
ter, ducibus & magistratibus ad se venientibus indutis veste varia, equi
tibus qui vectabantur equis, e adolescentibus forma cunctis egregia.
Et vidi quòd ʰpolluta esset: via vna ambarũ. Et auxit fornicationes
suas: quumq; vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldęorũ C
expressas coloribus, e accinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capiti-
bus eorum formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylo
nis terręq; Chaldęorum in qua orti sunt: insaniuit super eos concupi
scentia oculorum suorũ, e misit nuntios ad eos in Chaldęã. Quumq;
venissent ad eam filij Babylonis ad cubile ⁱmammarum, polluerunt
eam stupris suis, e polluta est ab eis, e ᵏsaturata est anima eius ab illis.
Denudauit quoque fornicationes suas: & discooperuit ignominiam
suam: & recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore
eius. Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescen
tię suę, quibus fornicata est in terra Aegypti. Et insaniuit libidine su-

ᵉvirginitatis vt infra.

ᶠadamauit vt infra.

ᵍdesyderabiles

ʰpolluerant se eodẽ modo ambę.

ⁱvel, amorũ.

ᵏrecessit

De fornicatiõe i. idololatria Samarię e Ierusalẽ sub nõie Oollę, & Oolibę.

Supra. 16. e

Comparatiõe Samarię, fornicationes Ierusalẽ ipudentiores ostendit.

per concubitum eorum, quorum carnes sunt vt carnes asinorum: & si-
cut fluxus equorum fluxus eorum. Et visitasti scelus adolescentię tuę, recordata es
quando subacta sunt in Aegypto vbera tua, & confractę sunt mammę foeditatis
Vastatio Ie- pubertatis tuę. Propterea Ooliba, hęc dicit dominus deus, Ecce
rusalē pdici- ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est recessit ę Israel
tur. D anima tua: & congregabo eos aduersum te in circuitu, filios Babylonis,
& vniuersos Chaldęos, nobiles, tyrannosq; & principes oēs filios Assy-
riorum, iuuenes forma egregia, duces & magistratus vniuersos, prin-
cipes principum, & nominatos ascensores equorum. Et venient super
te instructi curru & rota multitudo populorum: lorica & clypeo et galea
armabuntur contra te vndique: & dabo coram eis iudicium, & iudica-
bunt te iudicijs suis. Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum
in furore: nasum tuum & aures tuas pręcident: & quę remanserint, gla-
dio concident: ipsi filios tuos & filias tuas capient, & nouissimū tuum
deuorabitur igni. Et denudabunt te vestimentis tuis, & tollēt vasa glo-
rię tuę. Et requiescere faciā scelus tuum de te, & fornicationem tuam de
terra Aegypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Aegypti non recorda-
E beris amplius. Quia hęc dicit dominus deus, Ecce ego tradam te in ma-
nus eorū quos odisti, in manus de quibus satiata est anima tua, & agēt
tecum in odio: & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam &
ignominia plenā, & reuelabitur ignominia fornicationum tuarū, sce- discooperta
lus tuum & fornicationes tuę. Fecerunt hęc tibi quia fornicata es post
gentes, inter quas polluta es in idólis earum. In via sororis tuę ambu-
lasti, & dabo calicem eius in manu tua. Hęc dicit dominus deus, Calicē
sororis tuę bibes profundū & latū: eris in derisum & in subsannationem
quę est capacissima. Ebrietate & dolore repleberis, calice moeroris et magn (sub.
tristitię, calice sororis tuę Samarię. Et bibes illum, & potabis vsq; ad calix) ad capi
feces, & fragmenta eius deuorabis, & vbera tua lacerabis: qa ego loqu- dus. sub. (mul
tus sum, ait dominus deus. Propterea hęc dicit dominus deus, Quia tū vini.)
F oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus solitudinis et
Vtriusq; me- tuum, & fornicationes tuas. Et ait dominus ad me, dicens, Fili homi- desolationis
retricis ad- nis, nunquid iudicas Oollam & Oolibam, & annuntias eis scelera eapē
ulteriū repe- quia adulteratę sunt, et sanguis in manibus earū, & cū idólis suis forni-
titur. catę sunt: insuper & filios suos quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad
deuorandum. Sed & hoc fecerunt mihi, Polluerunt sanctuarium meum
in die illa, et sabbatha mea prophanauerunt. Quumq; immolarent fi-
lios suos idólis suis: & ingrederētur sanctuariū meū in die illa vt pol- ingrediebātur
luerent illud: etiā hęc fecerunt in medio domus meę. Miserunt ad vi- ecce sic
ros venientes délonge, ad quos nuntios miserant, itaq; ecce venerūt: Etiam
quibus te lauisti, et circúlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo vel, pro quos
muliebri. Sedisti in lecto pulcherrimo, et mensa ornata est ante te: thy-
miama meū, et vnguentū meum posuisti super eam. Et vox multitudi-
G nis exultantis erat in ea: & in viris qui de multitudine hominum ad- pacificę (quie
ducebantur et veniebant de deserto, posuerunt armillas in manibus tę)
eorum, & coronas speciosas in capitibus eorum. Et dixi ei quę attrita Sabęi (sub.
est in adulterijs, Nunc fornicabuntur in fornicatiōe sua etiā hęc. Et in- Aethiopici)
gressi sunt ad eā quasi ad mulierē meretricē: sic ingrediebantur ad Ool- inueterata
lam et ad Oolibā mulieres nefarias. Viri ergo iusti sunt: hi iudica- foedas
bunt eas iudicio adulterarū, et iudicio effundentium sanguinē: qa adul-
Kap eritid. terę sunt, et sanguis in manibus earū. Hęc enim dicit dñs deus, Ad- vel, Adducam
duc ad eas multitudinē, et trade eas in tumultū et in rapinā: et lapidē- cōmotionē
tur lapidibus populorum, & cōfodiantur gladijs eorum: filios & filias earum à multitudie
interficient, et domus earū igne succendent. Et auferā scelus de terra, et ne.
discent oēs mulieres ne faciant secundum scelus earum. Et dabunt sce-
lus vestrum super vos, et peccata idolorum vestrorū portabitis: et scie- vel, pœnas pec
tis quia ego dominus deus. CAP. XXIIII. idola vestra.

ET factum est verbum domini ad me in anno nono, in mense deci- A Per ollā & quefacti scē diu Ierusa lē probat.
mo, decima mensis, dicens, Fili hominis, scribe tibi nomen diei hu
ius in qua confirmatus est rex Babylonis aduersum Ierusalē hodie. Et
dices per prouerbiū ad domū irritatricē parabolam, & loqueris ad eos,
Hęc dicit dominus deus, Pone ollam: pone inquam, & mitte in eam
aquam. Congere frusta eius in eam, omnem partem bonā, femur & armū,
electa & ossibus plena. Pinguissimū pecus assume, compone quoque B
strues ossium sub ea: efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius in
medio eius. Propterea hęc dicit dominus deus, Vę ciuitati sanguinū,
ollę cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea: per partes
& per partes suas eijce eam, non cecidit super eam sors. Sanguis enim
eius in medio eius est, super limpidissimam petrā effudit illū: non effu-
dit illū super terrā, vt possit operiri puluere. Vt superinducerē indigna-
tionē meam, & vindicta vlciscerer: dedi sanguinem eius super petram
limpidissimam, ne operiretur. Propterea hęc dicit dñs deus, Vę ci- C Nahū. 3. a Hab. 2. c
uitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. Congere ossa quę
igne succendam: consumentur carnes, & concoquetur vniuersa com-
positio, & ossa tabescent. Pone quoque eam super prunas vacuam, vt
incalescat & liquefiat ęs eius: & conflетur in medio eius inquinamen-
tum eius, & consumatur rubigo eius. Multo labore sudatum est, &
non exiuit de ea nimia rubigo eius, neq; per ignem. Immūditia tua
execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis: D
sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meā
in te. Ego dominus loquutus sum, Venit, & faciam: non transeam,
nec parcam, nec placabor: iuxta vias tuas, & iuxta adinuētiōes tuas
iudicabo te, dicit dominus. Et factum est verbum domini ad me, di- Parabola & vxore Ezechielis mortua.
cens, Fili hominis, ecce ego tollo à te desyderabile oculorum tuorum
in plaga: & non planges, neq; plorabis, neq; fluent lachrymę tuę. Inge
misce tacens, mortuorum luctum non facies: corona tua circūligata
sit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora vela-
bis, nec cibos lugentium comedes. Loquutus sum ergo ad populum
mane, & mortua est vxor mea vespere: feciq; mane sicut pręceperat mi
hi. Et dixit ad me populus, Quare non indicas nobis quid ista signifi- Parabolā edisserit propheta.
cent quę tu facis? Et dixi ad eos, Sermo dñi factus est ad me, dicens, Lo
quere domui Israel: Hęc dicit dominus deus, Ecce ego polluā sanctua-
rium meum, superbiam imperij vestri, & desyderabile oculorū vestro- E
rum, & super quo pauet anima vestra: & filij vestri & filię vestrę quas
reliquistis, gladio cadent. Et facietis sicut feci, Ora amictu non velabi-
tis, & cibos lugentium non comedetis, coronas habebitis in capitibus
vestris, & calceamenta in pedibus: non planges neq; flebitis, sed tabe-
scetis in iniquitatibus vestris, & vnusquisque gemet ad fratrem suū.
Eritq; Ezechiel vobis in portentum: iuxta omnia quę fecit, facietis
quum venerit istud: & scietis quia ego dominus deus. Et tu fili homi-
nis, ecce in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium di-
gnitatis, & desyderium oculorum eorum super quo requiescunt ani-
mę eorum, filios & filias eorum: in die illa quum venerit fugiens ad
te, vt annunciet tibi: in die inquā illa aperietur os tuum cum eo qui
fugit, & loqueris, & non silebis vltrà: erisq; eis in portentum, & scietis
quia ego dominus.

CAP. XXV.

ET factus est sermo domini ad me dicens, Fili hominis, pone faciem A Sermo dñi cōtra filios Ammon & super ruinā Ierusalē sūt lętati.
tuam contra filios Ammon: & prophetabis de eis. Et dices filijs
Ammon, Audite verbum domini dei: Hęc dicit dominus deus, Pro eo
quòd dixisti euge euge super sanctuarium meum, quia pollutum est:
& super terram Israel, quoniam desolata est: & super domum Iuda,
quoniā ducti sunt in captiuitatē: idcirco ecce ego tradam te filijs orien
talibus in hęreditatem, & collocabūt caulas suas in te, & ponēt in te ten-

approppinquauit
electis ossib.
simpl.
vel ebullire
fac ebullitiōes eius, & et coq
que ossa eius in medio eius.
spuma in ea est, & spuma
cadat
eminētē & ĩ
vt
cōdi cōdimētū aromatibus, &
ossa cōburant.
fundum
spuma
Mendacijs laborare fecit se ipsam,
spuma
igni cōsumet spuma eius.
retractabo,
pœnitebit me:
opera tua iudicabunt
mitra & īfra.
hoius (vel, luctus) & infra.
indulgentias aię vestrę: (vl, qui ex animo parcitis:)
vel, alter ad alterum,
glorię eor,
euasor
ab auditū auris: Heb.

A toria sua: ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibent lac tuum. Daboq;
B Rabbath in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pe-
corum: & scietis quia ego dominus. Quia hęc dicit dominus deus, Pro
eo quòd plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu
super terram Israel: idcirco ecce ego extendam manum meam super
te, & tradam te in direptionem gentium, & interficiam te de populis,

Cótra Moab e Seir.

& perdam de terris, & conteram: & scies quia ego dominus. Hęc di-
cit dominus deus, Pro eo quòd dixerunt Moab e Seir, Ecce sicut om-
nes gentes, domus Iuda? idcirco ecce ego aperiam humerum Moab
C de ciuitatibus, de ciuitatibus inquam eius, & de finibus eius inclytas
terrę Bethiesimoth, & Beelmeon, & Cariathaim, filijs orientis cum
filijs Ammon, & dabo eam in hęreditatem: vt non sit vltrà memo-
ria filiorum Ammon in gentibus. Et in Moab faciam iudicia: & scient

Cótra Idumęam.

quia ego dominus. Hęc dicit dominus deus, Pro eo quòd fecit Idu-
męa vltionem vt se vindicaret de filijs Iuda peccauitq; delinquens,
& vindictam expetiuit de eis: idcirco hęc dicit dominus deus. Exten-
dam manum meam super Idumęam, & auferam de ea hominem &
iumentum, & faciam eam desertam ab Austro: & qui sunt in De-
D dan, gladio cadent. Et dabo vltionem meam super Idumęam per ma-
num populi mei Israel: & facient in Edom iuxta iram meam & furo-

Cótra Palęsthinos.

rem meum: & scient vindictam meam, dicit dominus deus. Hęc di-
cit dominus deus, Pro eo quòd fecerunt Palęsthini vindictam, & vl-
ti se sunt toto animo, interficientes & implentes inimicitias vete-
res: propterea hęc dicit dominus deus Ecce ego extendam manum
meam super Palęsthinos, & interficiam interfectores, & perdam reli-
quias maritimę regionis: faciamq; in eis vltiones magnas arguens
in furore: & scient quia ego dominus, quum dedero vindictam meam
super eos.

CAP. XXVI.

Tyrũ euertẽdá prędicit, quò insultauerit destructę Ierusalem.

A ET factum est in vndecimo anno, prima mensis, factus est sermo do-
mini ad me, dicens, Fili hominis, pro eo quòd dixit Tyrus de Ie-
rusalem, Euge, confractę sunt portę populorum, conuersa est ad me:
implebor, deserta est. propterea hęc dicit dominus deus: Ecce ego su-
per te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit ma-
re fluctuans. Et dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius: & ra-
dam puluerem eius de ea, e dabo eam in limpidissimã petram. Sic-
catio sagenarum erit in medio maris, quia ego loquutus sum, ait do-
minus deus: & erit in direptionem gentibus. Filię quoque eius quę
sunt in agro, gladio interficientur: & scient quia ego dominus. Quia
B hęc dicit dominus deus, Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodono
sor regem Babylonis ab aquilone regem regum, cum equis, & curri-
bus, e equitibus, e cœtu, populoq; magno. Filias tuas quę sunt in agro,
gladio interficiet: e circundabit te munitionibus, e comportabit agge
C rem in gyro: e eleuabit contra te clypeũ. Et vineas & arietes tempera
bit in muros tuos, & turres tuas destruet in armatura sua. Inundatio-
ne equorum eius operiet te puluis eorum: à sonitu equitum e rotarũ
& curruum mouebuntur muri tui, quum ingressus fuerit portas tuas
quasi per introitum vrbis dissipatę. Vngulis equorum suorum concul
cabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cędet, & statuę tuę
C nobiles in terram corruent. Vastabunt opes tuas, diripient negotia
tiones tuas. Et destruent muros tuos, e domos tuas pręclaras subuer-
tent: e lapides tuos, & ligna tua, e puluerem tuum in medio aquarum
ponent. Et quiescere faciam multitudinẽ canticorum tuorũ, & sonitus

Iere.7.g

citharatũ tuarũ non audietur amplius. Et dabo te in limpidissimã pe-
trã, siccatio sagenarum eris: nec ędificaberis vltrà: quia ego domi-
nus loquutus sũ, ait dominus deus. Hęc dicit dominus deus Tyro,
Nunquid non à sonitu ruinę tuę e gemitu interfectorũ tuorum quum

Admiratio e stupor...

latus Moab, ciuitatib' inquã, ciuitatibus inquã, ei', q sunt ĩ extremo ei', quę sunt desyderabiles terrę ei', ipsi Bethiesimoth, e Beelmeon, e Cariathaim, versus orientales, vt veniãt (vel, bellũ gerãt) cõtra filios Ammõ, e dabo ec.

à Theman & Dedan.

cum contẽptu

ad deuastationẽ inimicitijs pperuis (vel, vt emitterẽt vir' ĩ ueteratę inimicitię:)

Cheretęos,

port' maris:

verram

vt est summitas petrę.

Extensio

vel, Et habitatores villarum eius e infra.

balistas cõtra eam ponet.

fortitudinis tuę

vel, pdabunt

vt summitas petrę,

expansio

occisi fuerint, in medio tui commouebuntur insulę, & descendent de sedi-
bus suis omnes principes maris: & auferent exuuias suas, & vestimenta
sua varia abijcient, & induentur stupore, in terra sedebunt, & attoniti
super repentino casu tuo admirabuntur? Et assumentes super te lamen- D
tum, dicent tibi; Quomodo peristi quę habitas in mari, vrbs inclyta,
quę fuisti fortis in mari cū habitatoribus tuis, quos formidabant vni-
uersi? Nunc stupebunt naues in die pauoris tui: & turbabuntur insulę
in mari, eò quòd nullus egrediat ex te. Quia hęc dicit dominus deus,
Quum dedero te vrbem desolatam sicut ciuitates quę non habitan-
tur: & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquę multę: & detra-
xero te cū his qui descendunt in lacū ad populū sempiternū, & collo-
cauero te in terra nouissima sicut solitudines veteres cum his q dedu-
cuntur in lacū, vt non habiteris, porrò quū dedero gloriā in terra vi- C
uentiū: in nihilū redigam te, & non eris, & requisita nō inuenieris vltrā
in sempiternum, dicit dominus deus.

CAP. XXVII. A

ET factum est verbum domini ad me, dicens, Tu ergo fili hominis,
assume super Tyrum lamentum: & dices Tyro, quę habitat in introi-
tu maris, negotiationi populorum ad insulas multas, Hęc dicit domi-
nus deus, O Tyre, tu dixisti, Perfecti decoris ego sum, & in corde ma-
ris sita. Finitimi tui qui te ędificauerunt, impleuerunt decorem tuum:
abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris: cedrū
de Libano tulerunt, vt facerent tibi malum: quercus de Basan dola-
uerunt in remos tuos: & transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, &
pretoriola de insulis Italię. Byssus varia de Aegypto texta est tibi in
velum, vt poneretur in malo: hyacinthus & purpura de insulis Elisa, fa- B
cta sunt operimentum tuum. Habitatores Sidonis & Aradij fuerunt re-
miges tui: sapientes tui Tyre facti sunt gubernatores tui. Senes Giblij &
prudentes eius habuerunt nautas ad ministerium varię supellectilis
tuę: omnes naues maris & nautę earum fuerunt in populo negotia-
tionis tuę. Persę & Lydi & Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores
tui: clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo. Filij Aradij
cum exercitu tuo erant super muros tuos in circuitu: sed & Pigmei qui
erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per
gyrum: ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam. Carthaginenses ne-
gotiatores tui, à multitudine cunctarum diuitiarum: argento, ferro, C
stanno, plumboq; repleuerunt nundinas tuas. Gręcia, & Thubal, & Mo-
soch, ipsi institores tui: mancipia, & vasa ęrea adduxerunt populo tuo.
De domo Thogormę, equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forū
tuum. Filij Dedan negotiatores tui: insulę multę negotiatio manus
tuę: dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in pretio tuo.
Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum gut-
tam, & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chod-
chod proposuerunt in mercatu tuo. Iuda & terra Israel ipsi institores
tui in frumento primo: balsamū, & mel, & oleum, & resinam pro- D
posuerunt in nundinis tuis. Damascenus negotiator tuus in multitu-
ne operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, in vino pin-
gui, in lanis coloris optimi. Dan, & Gręcia, & Mosel in nundinis
tuis proposuerunt ferrum fabrefactum: stacten, & calamus in nego-
tiatione tua. Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum: Arabia
& vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuę: cum agnis,
& arietibus, & hędis venerunt ad te negotiatores tui. Venditores Sa-
ba & Reema ipsi negotiatores tui: cum vniuersis primis aromatibus, &
lapide pretioso & auro, quod proposuerunt in mercatu tuo. Haran, &
Chenne, & Eden negotiatores tui Saba: Assur, & Chelmad venditores E
tui. Ipsi negotiatores tui multifariam inuolucribus hyacinthi, &
polymitorum, gazarumq; pretiosarum, quę obuolutę & astrictę erāt

Gotiatorum vastatione Tyri.

Inuitat propheta ad planctum ob Tyri desolationē.

Tyri celebritatem ex frequētia & varietate negotiatorum describit.

q laudabaris, habitatores insularum in die ruinę: sepulchrum & infra. vel, q mortu est à seculo inferiori q fuerunt à seculo negotiatrici vel, ędificauerūt tibi naues nisi nauis filia. (i. negotiatio) Assyriorum instaurauerūt rimas tuas te, ad exercendā negotiationem tuam. scuta sua Tharsenses pauones reddiderūt in bonū tuum. carbunculum, vestes diuersorū colorum, coralia vniones terrę Minith: Phanag, (nomē loci) Helbon, (i. pingui, electo & optimo.) albis. nitidum (purum:) in vestib. libertatis. (i. pretiosis, q liberi homines decent.) in multis generibus. in palliis & in thesauris (capsis) pretiosa vestium

multis: ' cedros' quoque habebant in negotiationibus tuis. Naues maris, ' torquentes
ris, ' principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata ni- ' pariter ad te
mis in corde maris. In aquis multis adduxerunt te remiges tui: ventus ambulantes
F Auster contriuit te in corde maris. Diuitię tuę, & 'thesauri tui, & mul- ' nundinę tuę,
Subita Tyri tiplex instrumentum tuum, nautę tui, & gubernatores tui qui tenebant & negotiatio
destructio. supellectilem tuã, & populo tuo prçerant: viri quoque bellatores tui qui tua, remiges
erant in te, cum vniuersa multitudine tua quę est in medio tui: cadent tui, & nautę
Planctus sup in corde maris in die ruinę tuę. 'A sonitu clamoris 'gubernatorũ 'tuoru tui, instaurato
eandem. rum côturbabuntur 'classes, ' & descendent de nauibus suis omnes qui res fissurarum
tenebant remũ: nautę & vniuersi gubernatores maris in terra stabunt, tuarũ, & exercit
& eiulabunt super te voce magna, & clamabunt amarè: & superiacient res negotiatio
puluerem capitibus suis, & cinere côspergentur. Et radent super te cal- nẽ tuã. viris te,
G uitium & accingentur' ciliciis: ' & plorabunt te in amaritudine animę ' nautarum
ploratu amarissimo. Et assument super te carmen lugubre, & plangent ' suburbana
te, Quę est vt Tyrus, quę 'obmutuit' in medio maris: Quę in exitu ne- ' facies,
gotiationum tuarũ de mari, impleisti populos multos: in multitudine ' succisa est
diuitiarum tuarũ, & 'populorũ tuorum 'ditasti reges terrę: Nunc con- ' negotiationũ
trita es à mari, in profundis aquarũ ' opes tuę, ' & omnis multitudo tuarum
tua quę erat in medio tui, ceciderũt. Vniuersi habitatores insularũ ob ' negotiatio
stupuerũt super te: & reges earũ 'omnes tempestate percussi mutauerũt tua,
vultus. ' Negotiatores populorũ sibilauerunt super te: 'ad nihilũ de- ' formidauerũt
ducta es, ' & nõ eris vsque in perpetuum. CAP. XXVIII. formidine, indi

A Et factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis dic principi gnati sunt vul
Sermo dñi Tyri: Hęc dicit dominus deus, Eò quòd eleuatum est cor tuum, & tu. (i. prę se tu
cõtra reges dixisti, Deus ego sum, & in cathedra dei sedi in corde maris: quum sis lerũt indigna
Tyri ob eĩ homo & non deus: & dedisti cor tuum quasi cor dei. Ecce sapientior es tionem.)
superbiam. tu Daniele: omne secretum non est absconditum à te. In sapientia tua ' terror fuisti.
Daniel. & prudentiã tua fecisti tibi 'fortitudinem: ' & acquisisti aurũ & argen- ' opes: & ita.
B tum in thesauris tuis. In multitudine sapientię tuę, & in negotiatione
tua multiplicasti tibi fortitudinem: & eleuatum est cor tuum in robore
tuo. Propterea hęc dicit dominus deus, Eò quòd eleuatũ est cor tuum
quasi cor dei: idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos
gentium: & nudabũt gladios suos super pulchritudinẽ sapientię tuę, &
polluerũt decorem tuũ. Interficient & detrahent te: & morieris 'in inte- ' morte
C ritu occisorũ in corde maris. Nunquid dicens loqueris, Deus ego sum,
coram interficientibus te, quum sis homo & non deus, in manu occi-
dentium te: Morte incircumcisorum morieris in manu alienorum: quia
Inuitatur ego loquutus sum, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad
pphetã ad me, dicens, Fili hominis, leua planctũ super regem Tyri: & dices ei, Hęc
plangendũ dicit dominus deus. Tu 'signaculum similitudinis ' plenus sapientia,
regẽ Tyri. & perfectus decore. In 'deliciis' paradisi dei fuisti: omnis lapis pretiosus ' sigillas sũmã
D operimentũ tuum: sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus, & onyx, & (numerũ. i. si
beryllus, sapphirus, & carbunculus, & smaragdus: aurum opus 'deco- gillas, pficis q;
G ris tui, & foramina tua, in die qua conditus es pręparata sunt. Tu cherub sũmã, qa in te
sub extentus & protegens, & posui te in monte sancto dei, in medio la- è sigillũ totũ)
pidum ignitorũ ambulasti. Perfectus in viis tuis à die conditionis tuę, ' vel, Eden
donec inuenta est iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuę re- ' tympanorum
pleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti: & 'eieci te de mõte dei, tuoru & tibiarũ
E & perdidi te ô cherub, protegens de medio lapidum ignitorũ. Et ele- tuarum in te.
uatum est cor tuum 'in decore tuo: ' perdidisti sapientiam tuam in de- ' prophanabo
core tuo, in terram proieci te ante faciem regum dedi te, vt cernerent (occidam).
te. In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis ' propter deco
tuę polluisti sanctificationem tuam: producam ergo ignem de medio rem tuum.
F tui qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in cõspectu om-
nium videntium te. Omnes qui nouerint te in gentibus, obstupescent
super te: 'nihili factus es, ' & non eris in perpetuũ. Et factus est sermo ' terror fuisti.

domini ad me, dicens, Fili hominis pone faciem tuam contra Sidonem: F
& prophetabis de ea, & dices, Hec dicit dominus deus, Ecce ego ad te Sermo dñi
Sidon, & glorificabor in medio tui: & scient quia ego dominus quum fe contra Sido-
cero in ea iudicia, & sanctificatus fuero in ea. Et immittam ei pestilen- nem.
tiam & sanguinem in plateis eius: & corruent interfecti in medio eius
ᵃ spina pũgẽs, gladio per circuitũ: & scient quia ego dominus. Et non erit ultra do-
ᵇ ex omnibus mui Israel ᵃoffendiculũ amaritudinis,) & spina dolorem inferens, ᵇvn
ᶜ spernunt (di diq;) per circuitum eorum qui ᶜaduersantur eis:) & scient quia ego domi G
ripiunt) eos: nus deus. Hec dicit dominus deus, Quãdo cõgregauero domũ Israel Promittit
de populis in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram gentibus: & dñs filios Is
ᵈ vel, cõfidẽter: habitabunt in terra sua quam dedi seruo meo Iacob. Et habitabunt in rael se con-
ea ᵈsecuri:) & ędificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt gregaturũ.
confidenter, quum fecero iudicia in omnibus qui aduersantur eis per D
circuitum: & scient quia ego dominus deus eorum. CAP. XXIX.

IN anno decimo, decimo mense, duodecima die mensis, factũ est ver A
bũ domini ad me, dicens, Fili hominis pone faciem tuã cõtra Pha- Prophetat
raonem regem Aegypti: & prophetabis de eo, & de Aegypto vniuer- cõtra Pha-
sa. Loquere, & dices, Hec dicit dominus deus, Ecce ego ad te Pharao raonem.
ᵃ cete rex Aegypti ᵃdraco) magne, qui cubas in medio fluminum tuorum: &
ᵇ hamum dicis, Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Et ponã ᵇfrenũ) in ma
xillis tuis: & agglutinabo pisces fluminum tuorũ squamis tuis: & ex-
traham te de medio fluminum tuorũ, & vniuersi pisces tui squamis tuis
adherebunt. Et proijciam te in desertum, & oẽs pisces fluminis tui: sup
faciem terrę cades, non colligeris, neq; cõgregaberis: bestijs terrę, & vola
tilibus coeli dedi te ad deuorandũ. Et scient omnes habitatores Aegy-
pti quia ego dominus: pro eo quod fuisti baculus arundineus domui Is- B
rael. Quando apprehenderunt te manu, & cõfractus es, & lacerasti oẽm
humerum eorũ: & innitentibus eis super te, cõminutus es, & ᶜdissolui-
ᶜ stetisti (stare sti) omnes renes eorũ. Propterea hec dicit dominus deus, Ecce ego ad Aegypti de
facies) ducam sup te gladium: & interficiam de te hominem & iumentũ. Et erit solationem
terra Aegypti in desertum & in solitudinem: & scient quia ego dominus: pdicit, & Ae
pro eo quod dixerit, Fluuius meus est, & ego feci eũ. Idcirco ecce ego ad gyptiorum
te, & ad flumina tua: daboq; terram Aegypti in solitudinẽ gladio dis- dispersionẽ.
sipatam, à turre Syenes, vsque ad terminos Aethiopię. Non pertran-
sibit eam pes hominis, neque pes iumenti gradietur in ea: & non habi-
tabitur quadraginta annis. Daboq; terram Aegypti desertam in me-
dio terrarum desertarum, & ciuitates eius in medio vrbium subuersa- C
rum, & erunt desolatę quadraginta annis: & dispergam Aegyptios in Post. 40. an
nationes, & ventilabo eos in terras. Quia hec dicit dominus deus, Post nos se resti-
finem quadraginta annorum congregabo Aegyptũ de populis in qui- tuturũ Ae-
bus dispersi fuerant. Et reducã captiuitatem Aegypti, & collocabo eos gyptũ polli
ᵈ habitationis in terra Phathures, in terra ᵈnatiuitatis suę:) & erunt ibi in regnũ hu cetur dñs.
eorum: mile. Inter cętera regna erit humillima, & non eleuabitur vltra su-
per nationes, & imminuã eos ne imperent gentibus. Neque erunt vl-
trà domui Israel in confidentia, docentes iniquitatem, vt fugiant & se- Aegyptus,
quantur eos: & scient quia ego dominus deus. Et factũ est in vicesimo merces re-
& septimo anno, in primo, in vna mensis: factum est verbum domini gis Nabu-
ad me, dicens, Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit chodono-
exercitũ suum seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decalua- D sor ob
tũ, & omnis humerus depilatus est: & merces nõ est reddita ei, neq; exer laborẽ quem
citui eius de Tyro, pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam. Pro subijt aduer
pterea hec dicit dominus deus, Ecce ego dabo Nabuchodonosor re- sus Tyrũ.
gem Babylonis in terra Aegypti: & accipiet multitudinem eius, & de-
prędabitur manubias eius, & diripiet spolia eius: & erit merces exerci-
ᵉ vel, propter tus illius. Et ᵉoperi) quo seruiuit aduersus eã, dedi ei terram Aegypti:
opus pro eo quod laborauerunt mihi, ait dominus deus. In die illo pullulabit

cornu domui Israel, ꝛ tibi dabo apertum os in medio eorum: ꝛ scient
quia ego dominus. CAP. XXX.

A ET factum est verbũ domini ad me, dicens, Fili hominis, propheta ꝛ
Plangitur destructio Aegypti et vrbiũ eius. dic, Hęc dicit dñs deus, Vlulate, vę vę diei: quia iuxta est dies, ꝛ ap-
propinquabit dies dñi: dies nubis, tẽpus gentiũ erit. Et veniet gladius
in Aegyptum: ꝛ erit pauor in Aethiopia, quũ ceciderint vulnerati in
Aegypto, ꝛ ablata fuerit multitudo illius, ꝛ destructa fundamẽta eius.
B Aethiopia, ꝛ Libya, ꝛ Lydi, ꝛ omne reliquũ vulgus, ꝛ Chub, ꝛ filij ter-
rę fœderis: cũ eis gladio cadent. Hęc dicit dñs deus, Et corruent fulcien-
tes Aegyptum, ꝛ destruetur superbia imperij eius: à turre Syenes gladio
cadent in ea, ait dñs deus exercituũ. ꝛ dissipabũtur in medio terrarũ de-
solatarũ, ꝛ vrbes eius in medio ciuitatũ desertarũ erunt. Et scient quia
C ego dñs, quũ dedero ignem in Aegypto, ꝛ attriti fuerint omnes auxi-
liatores eius. In die illa egredientur nũtij à facie mea in trieribus ad ˊcõ-
terendamˋ Aethiopię cõfidentiam, ꝛ erit pauor in eis in die Aegypti: ˀ conterendam
quia absq; dubio veniet. Hęc dicit dñs deus, Et cessare faciã multitudi-
nem Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. Ipse ꝛ po-
pulus eius cũ eo fortissimi gentiũ adducentur ad disperdendã terram: ꝛ
D euaginabũt gladios suos super Aegyptũ, ꝛ implebunt terrã interfectis.
Et faciam alueos fluminũ aridos, ꝛ tradam terrã in manus pessimorũ: ꝛ
Zach. 13. a dissipabo terrã, ꝛ plenitudinem eius in manu alienorũ. ego dñs loqu-
tus sum. Hęc dicit dñs deus, Et disperdam simulachra, ꝛ cessare faciam
idola de Memphis: ꝛ dux de terra Aegypti nõ erit amplius: ꝛ dabo ter-
rorem in terra Aegypti. Et disperdã terram Phatures, ꝛ dabo ignẽ in
Taphnis, ꝛ faciã iudicia in Alexandria. Et effundã indignationem meã
E super Pelusium robur Aegypti, ꝛ interficiã multitudinẽ Alexandrię.
Et dabo ignẽ in Aegypto: ˊquasi parturiens ˋdolebit Pelusium, ꝛ Ale-
xandria erit dissipata, ꝛ in Memphis angustię ˀ quotidianę. ˋ Iuuenes ˀ dolendo
Heliopoleos, ꝛ Pubasti gladio cadent, ꝛ ipsę captiuę ducentur. Et in ˀ in die
Taphnis nigrescet dies, quũ contriuero ibi sceptra Aegypti, ꝛ defecerit
in ea superbia potentię eius: ipsam nubes operiet, ˀfilięˋ autem eius in
captiuitatẽ ducentur. Et iudicia faciã in Aegypto: ꝛ scient quia ego do- ˀ habitatores villarum eius
F minus. Et factum est in vndecimo anno, in primo mense, in septima
mensis, factum est verbũ domini ad me, dicens, Fili hominis, brachium
Pharaonis regis Aegypti cõfregi: ꝛ ecce non est obuolutũ, vt restitue-
retur ei sanitas, vt ligaretur pãnis, ꝛ fasciretur linteolis, ꝛ recepto robo-
re posset tenere gladiũ, Propterea hęc dicit dominus deus, Ecce ego ad
Pharaonẽ regem Aegypti: ꝛ cõminuam brachiũ eius forte, sed confra-
ctum: ꝛ deijciam gladiũ de manu eius. Et dispergã Aegyptũ in genti-
G bus, ꝛ ventilabo eos in terris. Et confortabo brachia regis Babylonis,
daboq; gladium meũ in manu eius: ꝛ cõfringam brachia Pharaonis,
ꝛ gement gemitibus interfecti corã facie eius. Et cõfortabo brachia re-
gis Babylonis, ꝛ brachia Pharaonis concident: ꝛ scient quia ego dñs,
quũ dedero gladium meũ in manu regis Babylonis, ꝛ extenderit eum
super terrã Aegypti. Et dispergam Aegyptũ in nationes, ꝛ ventilabo
eos in terras: ꝛ scient quia ego dominus. CAP. XXXI.

A ET factum est in anno vndecimo, tertio mense, vna mensis, factũ est
Cõparatio fœlicitatis Pharaonicę cũ fœlicitate Assyriorum. verbũ domini ad me, dicens, Fili hominis dic Pharaoni regi Aegy-
pti, ꝛ populo eius, Cui similis factus es in magnitudine tua: Ecce Assur
quasi cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excel-
susq; altitudine, & inter condensas frondes eleuatũ est cacumen eius.
Aquę nutrierunt illũ, abyssus exaltauit illũ: flumina eius manabant in
circuitu radicũ eius, & riuos suos emisit ad vniuersa ligna ˀregionis. ˋ
B Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis: & mul- ˀ campi.
tiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami eius ˀprę aquis multis. ˋ ˀ propter aquas multas.
Quumq; extendisset vmbram suã, in ramis eius fecerunt nidos omnia

volatilia cœli, & sub frondibus eius genuerunt omnes bestiæ saltuū, &
sub vmbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum. ʼ Eratq;
pulcherrimus ʼin magnitudine sua, & in dilatatione arbustorū suorū:
erat enim radix illius iuxta aquas multas. Cedri non fuerūt altiores illo C
in paradiso dei, abietes non adęquauerūt summitatem eius, & ʼplatani
non fuerunt ęquę frondibus illius: ʼomne lignū paradisi dei nō est assi-
milatum illi, & pulchritudini eius, quoniā speciosum feci eū, & multis
condensisq; frondibus: & ęmulata sunt eū omnia ligna ʼvoluptatis,ʼ
quę erant in paradiso dei. Propterea hęc dicit dominus deus, Pro eo
q sublimatus est in altitudine, & dedit summitatē suam ʼvirentē atq; D
condensam,ʼ & eleuatū est cor eius in altitudine sua: tradidi eū in ma-
nus fortissimi gentiū, faciens faciet ei iuxta impietatē eius. Eieci eum, &
succident eū alieni & ʼcrudelissimi nationū,ʼ & proijcient eū super mō-
tes, & in cunctis cōuallibus corruent rami eius, & cōfringentur ʼarbu-
sta ʼeius in vniuersis rupibus terrę, & recedēt de vmbraculo eius omnes
populi terrę, & relinquent eū. In ruina eius habitauerūt omnia vola- E
tilia cœli, & in ramis eius fuerūt vniuersę bestię regionis. Quā ob rem
non eleuabūtur in altitudine sua omnia ligna aquarū, nec ponent sub-
limitatem suā inter nemorosa atq; frondosa, nec stabunt in sublimitate
sua omnia quę irrigantur aquis: quia omnes traditi sunt in mortē ad
terram ʼ vltimāʼ in medio filiorum hominū ad eos qui descendunt in
ʼlacum.ʼ Hęc dicit dominus deus, In die quādo descendit ad inferos F
induxi luctum, operui eum abysso: & prohibui flumina eius, & coercui
aquas multas: ʼcōtristatus estʼ super eum Libanus, & omnia ligna agri
ʼcōcussa ʼsunt. A sonitu ruinę eius cōmoui gentes, quū deducerem eum
ad infernū cum his qui descendebant in lacum: & cōsolata sunt in terra
infima omnia ligna ʼvoluptatis egregia ʼatq; pręclara in Libano, vni-
uersa quę irrigantur aquis. Nam & ipsi cum eo descendent ad infernū G
ad interfectos gladio: & brachium vniuscuiusq; sedebit sub vmbraculo
eius in medio nationū eius. Cui assimilatus es o inclyte atq; sublimis
inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cū lignis voluptatis ad terram
vltimā: in medio incircūcisorū dormies, cū eis q interfecti sunt gladio.
Ipse est Pharao, & oīs multitudo eius: dicit dn̄s deus. CA. XXXII.

ET factū est: duodecimo anno, in mense duodecimo, in vna mensis, A
factū est verbum dn̄i ad me, dicens, Fili hominis assume lamentum
super Pharaonē regem Aegypti, & dices ad eū, Leoni, gentiū assimila-
tus es, & ʼdraconi ʼqui est in mari: & ʼventilabas cornu in fluminibus
tuis,ʼ & cōturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina eorū.
Propterea hęc dicit dn̄s deus, Expandā super te rete meū in multitudi-
ne populorū multorū, & extraham te in sagena mea. Et proijciam te in
terrā, super faciem agri abijciā te: & habitare faciā super te omnia vola-
tilia cœli, & saturabo de te bestias vniuersę terrę. Et dabo carnes tuas su- B
per mōtes, & implebo colles tuos ʼsanieʼ tua. Et irrigabo terrā ʼfœtore
sanguinis tui ʼsuper mōtes, & valles implebūtur ex te. Et operiā quum
extinctus fueris, cœlos: & nigrescere faciā stellas eius: solē nube tegā, &
luna non dabit lumen suū. Omnia luminaria cœli mœrere faciā super
te: & dabo tenebras super terrā tuā, dicit dn̄s deus. Et irritabo cor popu-
lorum multorū, quū induxero contritionē tuā in gentibus super terras
quas nescis. Et stupescere faciā super te populos multos, & reges eorum
horrore nimio formidabūt super te quū ʼ volare ʼcœperit gladius meus C
super facies eorū: & obstupescent repente singuli pro anima sua in die
ruinę tuę. Quia hęc dicit dn̄s deus, Gladius regis Babylonis veniet
tibi, in gladijs fortiū deijciā multitudinem tuā, ʼinexpugnabiles ʼomnes
gentes hę: & vastabūt superbiā Aegypti, & dissipabitur multitudo eius.
Et perdā omnia iumenta eius quę erāt super aquas plurimas: & non cō-
turbabit eas pes hominis vltrā, neq; vngula iumentorum turbabit eas.

ʼ Pulcherrimʼ effectus est
ʼ castanęę arbores nō fuerūt sicut rami eius:
ʼ Eden,
ʼ inter cōdensa,
ʼ fortes gentiū,
ʼ rami eius & infra.
ʼ infimam
ʼ sepulchrum.
ʼ obtenebratus
ʼ fessa
ʼ Eden electa & infra.
ʼ cete
ʼ educebas flumina tua,
ʼ celsitudine
ʼ inundantem sanguine tuo
ʼ coruscare
ʼ fortes

Vt excellentiā Pharaonis cū Assyriorū sublimitate contulit, ita similes eius interitū prędicit.

Iubetur propheta plangere Pharaonē regem Aegypti.

Supra. 12. d & 17. f
Isa. 13. b
Ioel. 3. c
Mat. 24. a

Vastationē Aegypto & rege Babylonis vētura prędicit.

tunc purissimas reddã aquas eorũ, & flumina eorũ quasi oleũ adducã in profundum, ait dñs deus, quum dedero terrã Aegypti desolatã. Deseretur autẽ descendere faciam terra à plenitudine sua, quando percussero omnes habitatores eius: & sci-

D scient quia ego dñs. Planctus est, & plangent eũ: filiæ gentium plangent eũ, super Aegyptũ, & super multitudinẽ eius plangent eũ, ait dñs deus. Et factũ est in duodecimo anno, in quintadecima mensis, factus est verbũ domini ad me, dicens, Fili hominis cane carmen lugubre super multitudinẽ Aegypti: & detrahe eam ipsam, & filias gentiũ robustarũ ad terram vltimã cum his qui descendũt in lacũ. Quo pulchrior es? descende, & dormi cum incircũcisis. In medio interfectorũ gladio cadent: gladius datus est, attraxerũt eam, & omnes populos eius. Loquentur ei potentissimi robustorũ de medio inferni, qui cũ auxiliatoribus eius descenderunt, & dormierunt incircũcisi, interfectiq; gladio.

E Ibi Assur, & omnis multitudo eius: in circuitu illius sepulchra eius: omnes interfecti, & qui ceciderũt gladio. Quorũ data sunt sepulchra in nouissimis laci: & facta est multitudo eius per gyrũ sepulchri eius vniuersi interfecti, cadentesq; gladio, qui dederant quõdam formidinẽ suam in terra viuentiũ. Ibi Aelam, & omnis multitudo eius per gyrũ sepulchri illius. omnes hi interfecti, ruentesq; gladio, qui descenderunt incircũcisi ad terram vltimã: qui posuerunt terrorẽ suum in terra viuentiũ, & portauerunt ignominiã suam cum his qui descenderũt in lacum. In medio interfectorũ posuerunt cubile eius in vniuersis populis eius: in circuitu eius sepulchrum illius. omnes hi incircũcisi interfe-

F ctiq; gladio. dederunt enim terrorẽ suum in terra viuentiũ, & portauerunt ignominiã suam cum his qui descendũt in lacum, in medio interfectorũ positi sunt. Ibi Mosoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in circuitu eius sepulchra illius. omnes hi incircũcisi interfectiq;, & cadentes gladio: quia dederunt formidinem suã in terra viuentiũ. Et nõ dormient cum fortibus, cadentibusq;, & incircuncisis qui descenderunt ad infernũ cum armis suis: & posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorũ in ossibus eorũ: quia terror fortium facti sunt in terra viuentium. Et tu ergo in medio incircũcisorum cõtereris, & dormies cũ interfectis gladio. Ibi Idumæa, reges eius, & omnes duces eius,

G qui dati sunt cum exercitu suo cũ interfectis gladio: & qui cum incircũcisis dormierunt, & cum his qui descendunt in lacum. Ibi principes aquilonis omnes, & vniuersi venatores: qui deducti sunt cũ interfectis, pauentes, & in sua fortitudine cõfusi: quia dormierunt incircuncisi cum interfectis gladio, & portauerunt confusionem suam cum his qui descendunt in lacum. Vidit eos Pharao, & cõsolatus est super vniuersa multitudine sua, quæ interfecta est gladio Pharao & omnis exercitus eius, ait dominus deus: quia dedit terrorẽ suum in terra viuentium, & dormiuit in medio incircuncisorum cum interfectis gladio Pharao & omnis multitudo eius: ait dñs deus.

CAP. XXXIII.

A ET factũ est verbũ dñi ad me, dicens, Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos, Terra quũ induxero super eam gladiũ, & tulerit populus terræ virũ vnũ de nouissimis suis, & cõstituerit eũ super se speculatorem: & ille viderit gladiũ venientem super terrã, & cecinerit buccina, & annũtiauerit populo: audiens autẽ quisquis ille est, sonitũ buccinæ, & nõ se obseruauerit, veneritq; gladius, & tulerit eũ: sanguis ipsius super caput eius erit. Sonũ buccinæ audiuit, & nõ se obseruauit, sanguis eius in ipso erit: si autem se custodierit, animã suam saluabit. Quod si speculator viderit gladiũ veniẽtem, & nõ insonuerit buccina,

B & populus se nõ custodierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animã: ille quidẽ in iniquitate sua captus est, sanguinẽ autem eius de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: audiens ergo ex ore meo sermonẽ, annuntiabis eis ex me. Si me

Plãctus super descẽsu eius ad inferos.

Qui cũ Aegypto descẽderint ad inferos.

Euangelici pastoris officium describit.

Supra.3.d

vel, Lamentabile est.

i. villas

gladio dati sunt,

cũ incircuncisis, interfectisq; & infra.

qui sunt lateribus sepulchri: (vel, ifimo foueæ:)

vel, cũ incircuncisis

inferiorem.

pœnæ

Sidonij:

pp iniquitatẽ suã & infra.

Dicente me ad impium, Impie, morte morieris: non fueris loquutus vt se cu-
stodiat impius à via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, san-
guiné autē eius de manu tua requirā. Si autē annūtiante te ad impium
vt à viis suis cõuertatur, nõ fuerit cõuersus à via sua: ipse in iniquitate
sua morietur: porrò tu animā tuā liberasti. Tu ergo fili hominis dic
ad domū Israel, Sic loquuti estis, dicentes, Iniquitates nostrę, & peccata
nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quo ergo viuere pote-
rimus? Dic ad eos, Viuo ego, dicit dñs deus, nolo mortē impii, sed vt
cõuertatur impius à via sua, & viuat. Conuertimini cõuertimini à viis
vestris pessimis: & quare moriemini domus Israel? Tu itaq; fili homi-
nis dic ad filios populi tui, Iustitia iusti nõ liberabit eū in quacūq; die
peccauerit: & impietas impii nõ nocebit ei in quacūq; die cõuersus fue-
rit ab impietate sua: & iustus nõ poterit viuere in iustitia sua in quacun-
que die peccauerit. Etiam si dixero iusto quod vita viuat, & cõfisus in iu-
stitia sua fecerit iniquitatē: omnes iustitię eius obliuioni tradentur, &
in iniquitate sua quā operatus est, in ipsa morietur. Si autē dixero im-
pio, Morte morieris: & egerit pœnitentiā à peccato suo, feceritq; iudi-
cium & iustitiā, & pignus restituerit ille impius, rapinamq; reddiderit, in
mandatis vitę ambulauerit, nec fecerit quicq; iniustū: vita viuet, & nõ
morietur. Omnia peccata eius quę peccauit, nõ imputabūtur ei: iudiciū
& iustitiā fecit, vita viuet. Et dixerūt filii populi tui, Nõ est 'ęqui pon-
deris via dñi: & ipsorū via iniusta est. Cū enim recesserit iustus à iu-
stitia sua, feceritq; iniquitates: morietur in eis. Et cū recesserit impius
ab impietate sua, feceritq; iudiciū & iustitiā: viuet in eis. Et dicitis, Nõ
est recta via dñi. Vnūquenq; iuxta vias suas iudicabo de vobis domus
Israel. Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta
mensis trãsmigrationis nostrę, venit ad me qui fugerat de Ierusalē, di-
cens, Vastata est ciuitas. Manus autem dñi facta fuerat ad me vespere
antequā veniret qui fugerat: aperuitq; os meum donec veniret ad me
mane: & aperto ore meo nõ silui amplius. Et factū est verbum dñi ad
me, dicens, Fili hominis, qui habitant in ruinosis his, super humum
Israel loquētes aiūt, Vnus erat Abrahā, & hereditate possedit terrā: nos
autē multi sumus, 'nobis data est terra in possessionē. Idcirco dices ad
eos, Hęc dicit dñs deus, Qui 'in sanguine comeditis, & oculos vestros
leuatis ad 'immūditias vestras, & sanguinē funditis: nūquid terrā here-
ditate possidebitis? Stetistis in gladiis vestris, fecistis abominationes, &
vnusquisq; vxorē proximi sui polluit: & terrā hereditate possidebitis?
Hęc dices ad eos, Sic dicit dñs deus, Viuo ego quia qui in ruinosis ha-
bitant, gladio cadent: & qui in agro est, bestiis tradetur ad deuorādum:
qui autem in pręsidiis & speluncis sunt, peste morientur. Et dabo terrā
in solitudinē & in desertum, & deficiet superba fortitudo eius: & desola-
buntur mōtes Israel, eo quod nullus sit qui per eos transeat. Et scient quia
ego dñs, cum dedero terram eorū desolatā & desertam propter vniuer-
sas abominationes suas quas operati sunt. Et tu fili hominis: filii po-
puli tui qui loquuntur de te iuxta muros, & in ostiis domorū: & dicunt
vnus ad alterum, vir ad proximū suum loquentes, Venite, & audia-
mus quis sit sermo egrediens à domino. Et veniunt ad te, quasi si in-
grediatur populus, & sedent corā te populus meus: & audiunt ser-
mones tuos, & non faciunt eos: quia in canticū oris sui vertunt illos,
& auaritiam suā sequitur cor eorum. Et es eis quasi carmen musicum,
quod suaui dulciq; sono canitur: & audient verba tua, & non facient
ea. Et quum venerit quod prędictum est (ecce enim venit) tunc scient
quod prophetes fuerit inter eos.

CAP. XXXIIII.

ET factum est verbum domini ad me, dicens, Fili hominis prophe-
ta de pastoribus Israel, propheta, & dices pastoribus, Hęc dicit do-
minus deus, Vę pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nõne

Desperãtes cõfirmat & promissiõe misericordię dei erigit.

C

Supra.18.g

Vt iusto si ad peccãdũ se addixerit, nihil ꝓsunt priores iusti-tię: ita ipso resipiscenti, D anteacta peccata nõ iputantur.

'ęqua

Supra.18.g

Excidiũ Ierusalē factũ nuntiatur.

E

Sermo dñi contra reliquias ppli.

'Vel, Idcirco procul dubio dabitur nobis hęc

'de sanguine

'idola

F

G

In derisores verbi prophetę.

'subsannationes ore suo faciunt.

A

In pastores qui neglecta

grege Chri- greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & qđ crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis.
sti quę sua
sunt quęrunt.
Iere. 23. a
Quod infirmũ fuit non cõsolidastis, & quod ęgrotum non sanastis, & quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & qđ perierat non quęsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, &
B cũ potẽtia. Et dispersę sũt oues meę, eò ꝙ nõ esset pastor: & factę sunt in deuorationem oĩum bestiarũ agri, & dispersę sunt. Errauerunt greges mei in cunctis mõtibus, & in vniuerso colle excelso: & super omnem
Dicit dñs se faciem terrę dispersi sunt greges mei, & nõ erat qui requireret, nõ erat
visitaturũ o- inquã qui requireret. Propterea pastores audite verbum domini, Vi-
ues suas dis- uo ego, dicit dominus deus, quia pro eo ꝙ facti sunt greges mei in rapi-
sipatas, & nam, & oues meę in deuorationem oĩum bestiarum agri, eò ꝙ nõ esset
eas congre- pastor (neq; enim quęsierunt pastores mei gregem meũ: sed pascebant
gaturum. pastores semetipsos, & greges meos nõ pascebant) propterea pastores
C audite verbũ domini, Hęc dicit dominus deus, Ecce ego ipse super pastores, requirã gregem meum de manu eoꝝ, & cessare eos faciã vt vltrà nõ pascant gregẽ, nec pascant amplius pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eoꝝ, & nõ erit vltrà eis in escam. Quia hęc dicit dominus deus, Ecce ego ipse requirã oues meas, & 'visitabo' eas. Sicut visitat pastor gregem suũ in die quando fuerit in medio ouiũ suarum dissipatarum: sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersę fuerãt in die nubis & caliginis. Et educã eas de populis, & cõgregabo eas de terris, & inducã eas in terram suam: & pa-
D scam eas in mõtibus Israel, in riuis, & in cunctis 'sedibus' terrę. In pascuis vberrimis pascã eas, & in mõtibus excelsis Israel erũt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciã, dicit dominus deus. Quod perierat, requirã: & qđ abiectũ erat, reducã: & quod cõfractũ fuerat, alligabo: & qđ infirmũ fuerat, consolidabo: & qđ
Arguit quo- pingue & forte, 'custodiã': & pascã illas in iudicio. Vos autem gre-
rũdã ex gre- ges mei, hęc dicit dominus deus, Ecce ego iudico inter pecus & pecus,
ge malitiã. 'arietũ & hircorum.' Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? insuper & reliquias pascuarũ vestrarum cõculcastis pedibus vestris: & quum
E purissimã aquam biberitis, reliquã pedibus vestris turbabatis. Et oues meę his quę cõculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur: & quę pe-
Venit pasto- des vestri turbauerant hęc bibebãt. Propterea hęc dicit dominus deus
ré CHRI- ad vos, Ecce, ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum. Pro eo
STVM pro- ꝙ lateribus, & humeris impingebatis, & cornibus vestris 'ventilabatis
mittit, & cũ omnia infirma pecora,' donec dispergerentur foras: saluabo gregem
eo pacẽ. meum, & nõ erit vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. ET
Ioan. 10. b SVSCITABO SVPER EA PASTOREM vnum, qui pascat ea,
2. g F seruum meum Dauid: ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorem. Ego
Isa. 40. c autem dominus ero eis in deum: & seruus meus Dauid princeps in me-
4. g. b dio eorum: ego dominus loquutus sum. Et faciam cum eis pactum
Danie. 9. g pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra: & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. Et ponam eos in circuitu collis mei benedictione: & deducam imbrem in tempore suo, pluuię benedictionis erunt. Et dabit lignum agri fructũ suum, & terra dabit germen suũ, & erunt in terra sua absq; timore: & scient quia ego dominus, quum contriuero 'catenas iugi' eoꝝ, & eruero eos de manu imperantiũ sibi. Et
G non erunt vltrà in rapinam gentibus, neq; bestię terrę deuorabũt eos: sed habitabunt cõfidenter absq; vllo terrore. Et suscitabo eis germen nominatũ: & nõ erunt vltrà imminuti fame in terra, neq; portabunt amplius opprobria gentium. Et scient quia ego dominus deus eorum
Ioan. 10. b cũ eis, & ipsi populus meus domus Israel: ait dominus deus. Vos autem greges mei, greges pascuę meę homines estis: & ego dominus

'quęram

'vel, habitationibus

'quidã vertũt, arietes & hircos.

'cornu petebatis omnes infirmas,

'vincula

deus vester, dicit dominus deus. CAP. XXXV. A

ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis pone faciem tuam adversum montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi, Hec dicit dominus deus, Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum super te, & dabo te desolatum atque desertum. Urbes tuas demoliar, & tu desertus eris: & scies quia ego dominus. Eo quod fueris inimicus sempiternus, & concluseris filios Israel in manus gladii in tempore afflictionis eorum, in tempore [a]iniquitatis extreme: propterea vivo ego, dicit dominus deus, B quoniam sanguini tradam te, & sanguis te persequetur: & quum sanguinem oderis, sanguis persequetur te. Et dabo montem Seir desolatum atque desertum: & auferam de eo euntem & redeuntem. Et implebo montes eius occisorum suorum: in collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent. In solitudines sempiternas tradam te, & civitates tue non habitabuntur: & scietis quia ego dominus deus. Eo quod dixeris, Due gentes, C & due terre mee erunt, & hereditate possidebo eas quum dominus esset ibi: propterea vivo ego dicit dominus deus, quia faciam iuxta iram tuam, & secundum zelum tuum quem fecisti odio habens eos: & notus efficiar per eos quum te iudicavero. Et scies quia ego dominus, audivi universa opprobria tua que loquutus es de montibus Israel, dicens, D Deserti: nobis ad devorandum dati sunt. Et insurrexistis super me ore vestro, & [b]derogastis adversum me verba vestra: ego audivi. Hec dicit dominus deus, Letante universa terra, in solitudinem te redigam. Sicuti gavisus es super hereditatem domus Israel, eo quod fuerit dissipata, sic faciam tibi: dissipatus eris mons Seir, & Idumea omnis: & scient quia ego dominus deus. CAPUT XXXVI. A

TU autem fili hominis propheta super montes Israel, & dices, Montes Israel audite verbum domini, Hec dicit dominus deus, Eo quod dixerit inimicus de vobis, Euge, altitudines sempiterne in hereditatem date sunt nobis: propterea vaticinare, & dic, Hec dicit dominus deus, Pro eo quod desolati estis, & conculcati per circuitum, & facti in hereditatem reliquis gentibus, & ascendistis super labium lingue, & opprobrium populi: propterea montes Israel audite verbum domini dei, Hec dicit dominus deus montibus, & collibus, torrentibus, vallibusque, & desertis, parietinis, & urbibus derelictis, que depopulate sunt & subsannate a reliquis gentibus B per circuitum. Propterea hec dicit dominus deus, Quoniam in igne zeli mei loquutus sum de reliquis gentibus, & de Idumea universa: que dederunt terram meam sibi in hereditatem cum gaudio, & toto corde, & ex animo: eiecerunt eam, ut vastarent: idcirco vaticinare super humum Israel, & dices montibus & collibus, [c]iugis & vallibus, Hec dicit dominus deus, Ecce ego in zelo meo, & in furore meo loquutus sum, eo quod confusionem gentium sustinueritis. Idcirco hec dicit dominus deus, Ego levavi manum meam, ut gentes que in circuitu vestro sunt ipse confusionem suam portent. Vos autem montes Israel ramos vestros germinetis, & fructum vestrum afferatis populo meo Israel: prope enim est ut veniat. Quia ecce ego ad vos, & convertar ad vos, & arabimini, & accipietis sementem. Et multiplicabo in vobis homines, omnemque domum Israel: & habitabuntur civitates, & ruinose instaurabuntur. Et replebo vos hominibus & iumentis: & multiplicabuntur, & crescent: & habitare vos faciam sicut a principio, bonisque donabo maioribus quam habuistis ab initio: & scietis quia ego dominus. Et adducam super vos homines populum meum Israel, & hereditate possidebunt te: & eris eis in hereditatem, & non addes ultra ut absque eis sis. Hec dicit dominus deus, Pro eo quod dicunt de vobis Devoratrix hominum es, & suffocans gentem tuam: propterea homines non comedes amplius, & gentem tuam non necabis ultra, ait dominus deus: nec auditam faciam in te amplius confusionem D gentium, & opprobrium populorum nequaquam portabis, & gentem tuam non amittes amplius, ait dominus deus. Et factum est verbum domini ad me,

[a] quo propter iniquitatem eorum venit finis: (vel, quo finita fuit iniquitas eorum:)

[b] multiplicastis

[c] torrentibus

Futura mortis Seir, hoc est Idumeorum destructio quod populus domini affluxerit.

Promittit Israeli liberationem a gentibus. Supra. 6. a

dicens, Fili hominis, domus Israel habitauerunt in humo sua, & polluerunt eã in vijs suis, & in studijs suis: iuxta immunditiã menstruatę fa-
cta est via eorũ corã me. Et effudi indignationẽ meã super eos pro san-
guine quẽ fuderunt sup terrã, & in idolis suis polluerunt eã. & dispersi
eos in gentes, & ventilati sunt in terras: iuxta vias eorũ, & adinuen- vel, mores
Isa.52.e tiones eorũ iudicaui eos. Et ingressi sunt ad gẽtes ad quas introierũt, vel, opera
Rom.2.d & polluerũt nomen sanctũ meum cum diceretur de eis, Populus domi-
E ni iste est, & de terra eius egressi sunt. Et peperci nomini sancto meo, qđ
Bñficia i Iudęos collata, misericordię dei tribuenda: non eorũ meritis. polluerat domus Israel in gentibus ad quas ingressi sunt. Idcirco di-
cẽs domui Israel, Hęc dicit dominus deus, Non ꝓpter vos ego faciã
domus Israel: sed propter nomen sanctũ meũ qđ polluistis in gẽtibus
ad quas intrastis. Et sanctificabo nomen meũ magnum, qđ pollutum
est inter gentes, qđ polluistis in medio eorũ: vt sciant gentes quia ego do-
minus, ait dominus exercituũ, cũ sanctificatus fuero in vobis corã
eis. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris,
Innouat deus cor nim, vt i pceptis eius possimus ãbulare. & adducam vos in terram vestrã. Et effundã super vos aquã mundã,
& mũdabimini ab oĩbus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis
vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouũ, & spiritum nouum po
nam in medio vestri: & auferam cor lapideũ de carne vestra, & dabo
F vobis cor carneum. Et spiritum meũ ponã in medio vestri: & faciã vt
Supra.11.d in pręceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. Et
habitabitis in terra quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in popu
lum, & ego ero vobis in deũ. Et saluabo vos ex vniuersis inquinamẽ-
tis vestris: & vocabo frumentũ, & multiplicabo illud, & nõ imponã vo
bis famem. Et multiplicabo fructum ligni & genimina agri: vt nõ por
tetis vltra opprobriũ famis in gentibus. Et recordabimini viarũ ve-
strarũ pessimarum, studiorumq; non bonorũ: & displicebunt vobis ini vel, qđ fueris
quitates vestrę & scelera vestra. Non propter vos ego faciam, ait do- sióe digni estis
minus deus, notum sit vobis: cõfundimini & erubescite sup vijs vestris iudicabitis in
domus Israel. Hęc dicit dominus deus, In die qua mundauero vos ex cõspectu vestro
G omnibus iniquitatibus vestris, & inhabitari fecero vrbes, & instauraue pp iniquitates
ro ruinosa: & terra deserta fuerit exculta, quę quondã erat desolata in vestras & abo-
oculis omnis viatoris: dicẽt, Terra illa inculta, facta est vt hortus vo minatiões ve
luptatis: & ciuitates desertę, & destructę atq; suffossę, munitę sedęrũt. stras.
runt. Et scient gentes quęcunque derelictę fuerint in circuitu vestro, Eden:
quia ego dominus ędificaui dissipata, plantauiq; inculta, ego domi- manserunt.
nus loquutus sim & fecerim. Hęc dicit dominus deus, Adhuc in hoc in
uenient me domus Israel, vt faciã eis: Multiplicabo eos sicut gregem
hominum, vt gregem sanctum, vt gregem Ierusalem in solẽnitatibus
eius: Sic erunt ciuitates desertę, plenę gregibus hominum: & scient quia
ego dominus.

CAPVT XXXVII.

A Reductionẽ ppli captiui prophetat. Facta est super me manus dñi, & eduxit me in spiritu domini: & di-
misit me in medio cãpi qui erat plenus ossibus, & circũduxit me per
ea in gyro: erãt aũt multa valde sup faciem cãpi, siccaq; vehementer.
Et dixit ad me, Fili hoĩs putásne viuent ossa ista? Et dixi, Domine deus
tu nosti. Et dixit ad me, Vaticinare de ossibus istis: & dices eis, Ossa ari
da audite verbũ domini. Hęc dicit dñs deus ossibus his, Ecce ego in-
B tromittã in vos spũm, & viuetis: & dabo super vos neruos, & succrescere
re faciam super vos carnes, & superextendã in vobis cutẽ: & dabo vo-
bis spiritum, & viuetis: & scietis quia ego dominus. Et ꝓphetaui sicut
pręceperat mihi: factus est aũt sonitus ꝓphetante me, & ecce cõmotio: &
accesserunt ossa ad ossa, vnũquodq; ad iuncturã suã. Et vidi, & ecce su-
per ea nerui, & carnes ascenderũt: & extenta est in eis cutis desuper, &
spiritũ non habebãt. Et dixit ad me, Vaticinare ad spũm, vaticinare fi
C li hoĩs, & dices ad spiritũ, Hęc dicit dñs deus, A quatuor ventis veni
spũs, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et prophetaui, sic

oni properat mihi: & ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt: stetêrûtq;
sup pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me, Fili hois
ossa hęc vniuersa, domus Israel est: ipsi dicunt, Aruerunt ossa nostra, &
perijt spes nŕa, & abscissi sumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos,
Hęc dicit dńs de⁹, Ecce ego aperiā tumulos vŕos, & educā vos de sepul
chris vestris pp̄ls meus: & inducā vos i terrā Israel. Et scietis qa ego do
minus, quū aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vŕis
popule meus: & dedero spūm meū in vobis, & vixeritis, & requiescere vos D
faciā super humū vestrā: & scietis qa ego dńs loquutus sum, & feci, ait
dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicēs, Et tu fili hois
sume tibi lignum vnū: & scribe sup illud, Iudę & filiop Israel sociorum
eius. & tolle lignum alterp, & scribe sup illud, ᵃIoseph) lignū Ephraim,
& cunctę domus Israel, sociorūq; eius. Et adiunge illa, vnum ad alterū
tibi in lignum vnū: & erunt in vnionem in manu tua. Quum aūt dixe
rint ad te filij populi tui loquentes, Nonne indicas nobis qd in his ti
bi velis: loqueris ad eos, Hęc dicit dńs deus, Ecce ego assumam lignū E
Ioseph, qd est in manu Ephraim, & tribus Israel quę sunt ei adiunctę:
& dabo eas pariter cū ligno Iudā, & faciā eas in lignum vnū, & erunt
vnum in manu eius. Erunt aūt ligna sup quę scripseris in manu tua,
in oculis eop. Et dices ad eos, Hęc dicit dńs deus, Ecce ego assumam fi
lios Israel de medio nationū ad quas abierunt: & ↄgregabo eos vn-
diq;, & adducā eos ad humum suā. Et faciā eos in gentem vnā in terra
in montibus Israel, & rex vnus erit oibus imperans: & nō erunt vltrā F
duę gentes, nec diuidentur amplius in duo regna. Neq; polluentur vl-
trā in idolis suis & abominationibus suis, & cunctis iniqtatibus suis: &
saluos eos faciā de vniuersis sedibus suis in qbus peccauerūt, & emun-
dabo eos: & erunt mihi ppl̄s, & ego ero eis deus. Et seruus meus Dauid
rex super eos, & pastor vnus erit oium eop: in iudicijs meis ambulabūt,
& mandata mea custodient, & facient ea. Et habitabunt sup terrā quam
dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres vestri: & habitabūt G
super eam ipsi, & filij eop, & filij filiop eop, vsq; in sempiternum: & Da-
uid seruus meus princeps eop in perpetuum. Et percutiam illis foedus
pacis, pactum sempiternū erit eis: & ᵇfundabo eos, & multiplicabo, &
dabo sanctificationem meā in medio eop in perpetuū. Et erit taberna
culū meum in eis: & ero eis deus, & ipsi erunt mihi populus. Et scient
gentes quia ego dominus sanctificator Israel quum fuerit sanctifica-
tio mea in medio eorum in perpetuum.

CAP. XXXVIII.

ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis pone fa- A
ciem tuam contra Gog terram Magog, principem capitis Mosoch
& Thubal: & vaticinare de eo, & dices, Hęc dicit dominus deus, Ecce
ego ad te Gog principem capitis Mosoch & Thubal, & ᶜcircumagā)
te, & ponam ᵈfrenum) in maxillis tuis: & educam te & omnem exer-
citum tuum, equos & equites vestitos ᵉloricis) vniuersos, multitudi-
nem magnam hastam & clypeum arripientium & gladium. Persę,
Aethiopes, & Libyes cum eis: omnes scutati & galeati. Gomer, & vni-
uersa agmina eius, domus Thogorma látera Aquilonis, & totum ro-
bur eius: populiq; multi tecum. Prępara & instrue te & omnem multi- B
tudinem tuam quę coaceruata est ad te: & esto eis in pręceptum. Post
dies multos visitaberis: in nouissimo annorum venies ad terram quę
ᶠreuersa) est à gladio & congregata est de populis multis, ad montes
Israel qui fuerunt deserti iugiter: hęc de populis educta est, & habi-
tabunt in ea confidenter vniuersi. Ascendens autem quasi tempestas
venies & quasi nubes, vt operias terram tu & omnia agmina tua,
& populi multi tecum. Hęc dicit dominus deus, In die illa ascendent C
sermones super cor tuum, & cogitabis cogitationem pessimam: & di-
ces, Ascendam ad terram ᵍabsq; muro:) veniam ad quiescentes habi-

ᵃ natiuus è, Io-
sepho: aut ge-
nitiu⁹, Iosephi

ᵇ dabo eos, (vl
sic faciam eis
quod)

ᶜ conteram
ᵈ hamos
ᵉ omni armo-
rū genere

ᶠ contrita

ᵍ villarū: (vel,
apertā)

Decē tribuū
cū duabus
vnionem
ostendit.

Ioan. 10. b
Chŕus vni⁹
ppl̄i Chŕia-
ni rex & pa-
stor vn⁹ atq;
ęternus.
G 3.14.1?
Io. 1.g. 10.b
Isa. 40. c
Iere. 23. a
Dan. 9. g
Ioan. 1?. e
Psal. 103. b
116. a

Vaticinat
Gog & Ma
gog ventu-
ros cū instru
cto exercitu
i terras pro
missionis.
Apo. 20. e

Eorum co-
natus.

tantesq́; secure: hi omnes habitant sine muro, vectes & portę non sunt
D eis. Vt diripias spolia, & inuadas prędam, vt inferas manú tuam super
Repetit eos qui deserti fuerant & postea 'restituti,' & super populú qui est con-
Gog aduen gregatus ex gentibus, qui possidere cœpit & esse habitator vmbilici ter-
tú à prophetis re. Saba, & Dedan, & negotiatores Tharsis, & omnes leones eius dicent
iam olim pro tibi, Nunquid ad sumenda spolia tu venis? ecce ad diripiendá prędam
nunciatur. congregasti multitudinem tuá, vt tollas argentú & aurum, & auferas su-
pellectilem atq; substantiá, & diripias manubias infinitas. Propterea
E vaticinare fili hominis, & dices ad Gog, Hęc dicit dominus deus, Nun-
quid non in die illo, quú habitauerit populus meus Israel confidenter,
scies? Et venies de loco tuo à lateribus Aquilonis tu & populi multi te-
cum. ascensores equorú vniuersi, cœtus magnus, & exercitus vehemens.
Et ascendes super populú meum Israel quasi nubes, vt operias terram.
In nouissimis diebus eris, & adducam te super terrá meam: vt sciant gen-
tes me, quú sanctificatus fuero in te in oculis eorú o Gog. Hęc dicit do-
F minus deus, Tu ergo ille es de quo locutus sum in diebus antiquis in
manu seruorú meorum prophetarú Israel, qui prophetauerút in die-
bus illorum temporú, vt adducerem te super eos. Et erit in die illa, in
die aduentus Gog super terrá Israel, ait dominus deus, ascendet indi-
gnatio mea in furore meo. Et in zelo meo, in igne irę meę locutus
sum quia in die illa erit cómotio magna super terram Israel: & commoue-
buntur à facie mea pisces maris, & volucres cœli, & bestię agri, & omne
G reptile quod mouetur super humum, cunctiq; homines qui sunt super
Mat. 24. c faciem terrę: & subuertentur montes, & cadent 'sepes,' & omnis murus [' gradus,]
Luc. 21. c corruet in terram. Et conuocabo aduersus eum in cunctis montibus
Eiusdé inte meis gladium, ait dominus deus: gladius vniuscuiusq; in fratrem suum
ritus. dirigetur. Et iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre vehementi, & la-
pidibus immensis: ignem, & sulphur pluam super eum, & super exerci-
tum eius, & super populos multos qui sunt cum eo. Et magnificabor &
sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium: & scient quia
ego dominus.

CAP. XXXIX.

A TV autem fili hominis vaticinare aduersum Gog, & dices, Hęc dicit
Rursus osté dńs deus, Ecce ego super te Gog principé capitis Mosoch & Thu- [' conteram]
dit destru- balie 'circumagam' te, & 'educam te,' & ascendere te faciam de lateribus [' relinquá sex-]
ctioné Gog Aquilonis: & adducam te super montes Israel. Et percutiá arcum tuú in [tá partem ex te]
& Magog. manu sinistra tua: & sagittas tuas de manu dextera tua deijciam. Super [(vel, decipiare]
Apo. 20. c montes Israel cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui qui sunt tecú: [faciá te. Chal.]
feris, auibus, omniq́; volanti, & bestijs terrę dedi te ad deuorandú. Super [Interpr. errare]
B faciem agri cades: quia ego locutus sum, ait dńs deus. Et immittá igné [siue seduci fa-]
in Magog, & in his qui habitant in insulis confidenter: & scient quia ego [ciam te)]
dńs. Et nomen sanctú meum notú faciam in medio populi mei Israel,
& non polluam nomen sanctú meú amplius: & scient gentes quia ego dńs
sanctus Israel. Ecce venit & factú est, ait dńs deus: hęc est dies de qua lo- [' lanceas]
cutus sum. Et egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succen- [* ipsi]
dent & combur ent arma, clypeú & hastas, arcum & sagittas, & baculos ma- [' tráseuntium]
nuú, & 'contos:' & succendent ea igni septé annis. Et non portabút ligna [(vel, per quem]
C de regionibus, neq; succident de saltibus: quoniá arma succendent igne, [itur]
& deprędabuntur eos quibus prędę fuerant, & diripient vastatores suos, [' q obturare fa-]
Sepulchrum ait dominus deus. Et erit in die illa: dabo * Gog locum nominatú se- [ciet ipsa trans-]
Gog & eius pulchrú in Israel vallem 'viatorú' ad orientem maris, 'quę obstupe- [euntes (animo]
exercitus. scere faciet pręteretútes: & ibi sepelient ibi Gog, & omnem multitudiné eius, [mo poterit p]
& vocabitur Vallis multitudinis Gog. Et sepelient eos domus Israel, [eam ambulare]
vt mundent terram septem mensibus. Sepeliet autem eú omnis popu- [quoniam sepe-]
D lus terrę, & erit eis nominata dies in qua glorificatus sum, ait dominus [lient &c.]
deus. Et viros iugiter constituent lustrantes terram 'qui sepeliant, & re- [' vel, vt requi-]
quirant' eos qui remanserant super faciem terrę, vt emundent eam: post [rant, & sepeliát]

mensés

menses autem septem quærere incipient. Et circuibunt peragrantes terrã: quumq; viderint os hominis, statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant illud pollinctores in valle multitudinis Gog. Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabunt terram. Tu ergo fili hominis hæc dicit dominus deus, Dic omni volucri, & vniuersis auibus cunctisq; bestijs agri, Conuenite, properate, concurrite vndiq; ad victimam meam quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel: vt comedatis carnem, & bibatis sanguinem. Carnes fortium comedetis, & sanguinem principũ terræ bibetis: arietum, agnorum, & hircorũ, taurorumq;, & altilium, & pinguiũ omnium. Et comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem, de victima quam ego immolaui vobis: & saturabimini super mensam meã de equo, & equite forti, & de vniuersis viris bellatoribus, ait dominus deus. Et ponã gloriam meam in gentibus: & videbunt oĩs gentes iudiciũ meum qđ fecerim, & manũ meã quã posuerim super eos. Et scient domus Israel quia ego dñs deus eorũ à die illa & deinceps. Et scient gentes qm̃ in iniquitate sua capta sit domus Israel: eo q̃ dereliquerint me, & abscondērim faciẽ meã ab eis, & tradiderim eos in manus hostium, & ceciderint in gladio vniuersi. Iuxta immunditiã eorũ & scelus feci eis, & abscondi faciẽ meam ab illis. Propterea hæc dicit dñs deus, Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel: & assumam zelum pro nomine sancto meo. Et portabunt confusionẽ suam, & oẽm præuaricationem qua præuaricati sunt in me, quum habitauerint in terra sua confidenter neminẽ formidantes, & reduxero eos de populis, & congregauero de terris inimicorum suorũ, & sanctificatus fuero in eis in oculis gentium plurimarum. Et scient quia ego dñs deus eorũ, eo q̃ transtulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suã, & non dereliquerim quenquã ex eis ibi. Et non abscondam vltrà faciem meam ab eis, eo q̃ effuderim spiritum meum super omnem domum Israel, ait dominus deus.

vel, sepelientes · *Ipm cũ suis à volucrib. & bestijs deuorãdũ prædicit.* · F · *propter iniquitatem suam* · *Quare domus Israel vastata.* · G · *Reductio à captiuitate promittitur.* · *& non esset qui exterreret,* · *Supra. 36. c*

CAP. XL.

IN vicesimo quinto anno transmigrationis nostræ in exordio anni, decima mẽsis, quartodecimo anno, postquã percussa est ciuitas: in ipsa hac die facta est super me manus dñi, & adduxit me illuc. In visionibus dei adduxit me in terrã Israel, & dimisit me super mõtẽ excelsum nimis: super quẽ erat quasi ædificium ciuitatis vergẽtis ad Austrum. Et introduxit me illuc: & ecce vir, cuius erat species quasi spẽs æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mẽsuræ in manu eius: stabat autẽ in porta. Et loquutus est ad me idẽ vir, Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuũ in omnia quæ ego ostendam tibi: quia vt ostendantur tibi adductus es huc: annũtia omnia quæ tu vides, domui Israel. Et ecce murus forinsecus in circuitu domus vndiq;, & in manu viri calamus mẽsuræ sex cubitorũ & palmo: & mẽsus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudinẽ quoq; calamo vno. Et venit ad portam quæ respiciebat viã orientalẽ, & ascẽdit per gradus eius: & mẽsus est limen portæ calamo vno latitudinẽ, id est, limen vnũ calamo vno in latitudine: & thalamũ vno calamo in longũ, & vno calamo in latũ: & inter thalamos, quinq; cubitos: & limẽ portæ iuxta vestibulũ portæ intrinsecus, calamo vno. Et mẽsus est vestibulũ portæ octo cubitorum, & frõtẽ eius duobus cubitis: vestibulũ autẽ portæ erat intrinsecus. Porrò thalami portæ ad viã oriẽtalẽ, tres hinc & tres inde: mẽsura vna triũ, & mensura vna frontiũ ex vtraq; parte. Et mẽsus est latitudinẽ liminis portæ decem cubitorũ: & lõgitudinẽ portæ tredecim cubitorũ. & marginẽ ante thalamos cubiti vnius: & cubitus vnus finis vtrinq;. thalami autẽ, sex cubitorũ erãt hinc & inde. Et mẽsus est portam à tecto thalami, vsq; ad tectũ eius, latitudinẽ viginti quinq; cubitorũ: ostium contra ostiũ. Et fecit frontes per sexaginta cubitos: & ad frontẽ atriũ portæ vndiq;

A · *Prophetæ ostẽditur futura restauratio ciuitatis & templi.* · B · *postẽ portæ.* · *& postẽ alterum* · *postes* · *postibus* · *hostij* · *vel, terminus* · *vel, marginis (aut, termini)* · *postes sexagita cubitorũ:* · *vnicuiq; postiũ atrij*

C per circuitum. Et 'ante facie' portę quę pertingebat vsq; ad 'facie' vestib' 'vel, altitudi-
buli portę interioris, quinquaginta cubitos. Et fenestras 'obliquas' in 'vel, pncipiú
thalamis & in frontibus eorum quę erant intra portam vndiq; per cir 'angustas fo-
cuitum: similiter autem erant & in vestibulis fenestrę per gyrum intrin rinsecus
secus, & ante frontes pictura palmarum cęlata. Et eduxit me ad atriũ
exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentum stratum lapide in atrio
per circuitum: triginta 'gazophylacia' in circuitu pauimenti. Et paui 'cubicula
mentum 'in fronte' portarum secundum longitudinem portarũ erat 'ad latus
inferius. Et mensus est latitudinem à 'facie' portę inferioris vsque ad 'limine
frontem atrij interioris extrinsecus, centum cubitos ad orientem & ad
aquilonem. Portam quoq; quę respiciebat viam Aquilonis atrij exte-
rioris, mẽsus est tam in longitudine q̃; in latitudine. Et thalamos eius
tres hinc & tres inde: & 'frontem' eius & vestibulum eius secundũ men 'postes
suram portę prioris: quinquaginta cubitorum longitudinẽ eius, & la
titudinem vigintiquinq; cubitorum. Fenestrę autem eius, & 'vestibu- 'testudines,
D lum,' & sculpturę secundum mensurã portę quę respiciebat ad orien- & infra.
tem: & septé graduum erat ascensus eius, & vestibulum ante eá. Et por
ta atrij interioris contra portã Aquilonis, & orientalé: & mensus est à
porta vsq; ad portam centum cubitos. Et eduxit me ad viam Austra
lem, & ecce porta quę respiciebat ad Austrum: & mensus est 'frontem' 'postes
eius, & vestibulum eius iuxta mensuras superiores. Et fenestras eius &
vestibula in circuitu, sicut fenestras cęteras: quinquaginta cubitorum
longitudine, & latitudine vigintiquinq; cubitorum. Et in gradibus se-
ptem ascendebatur ad eam: & vestibulum ante fores eius: & cęlatę pal-
mę erant, vna hinc, & altera inde in fronte eius. Et porta atrij interio-
ris in via Australi: & mensus est à porta vsq; ad portam in via Austra
li, centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam Au
stralem: & mensus est portam iuxta mensuras superiores Thalamum
eius, & frontem eius, & vestibulũ eius hisdem mẽsuris: & fenestras eius,
& vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & la
E titudinis vigintiquinq; cubitos. Et vestibulum per gyrũ longitudine
vigintiquinq; cubitorum, & latitudine quinq; cubitorum. Et vestibu-
lum eius ad atrium exterius, & palmas eius in fronte: & octo gradus
erant quibus ascẽdebatur per eam. Et introduxit me in atrium interius
per viam orientalem: & mensus est portam secundum mensuras supe-
riores. Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, sicut suprà:
& fenestras eius, & vestibula in circuitu, longitudine quinquaginta cu-
bitorum, & latitudine vigintiquinque cubitorum. Et vestibulum eius,
id est atrij exterioris: & palmę cęlatę in frõte eius hinc & inde: & in octo
gradibus ascẽsus eius. Et introduxit me ad portã q̃ respiciebat ad Aqui
lonem: & mensus est secundum mensuras superiores. Thalamum eius,
& frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitum, lon-
gitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine vigintiquinque cubi-
torum. Et vestibulum eius respiciebat ad atrium exterius: & cęlatura
F palmarum in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus ascẽsus eius.
Et per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum: ibi laua-
bunt holocaustum. Et in vestibulo portę duę mensę hinc, & duę mensę
inde: vt immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro deli-
cto. Et ad latus exterius quod ascendit ad ostium portę quę pergit ad
Aquilonem, duę mensę: & ad latus alterum ante vestibulũ portę, duę
mensę. Quatuor mẽsę hinc, & quatuor mẽsę inde: per látera portę octo
mensę erant super quas immolabunt. Quatuor autem mensę ad holo
caustũ, de lapidibus quadris extructę: longitudine cubiti vnius & dimi- 'vncini ferrei
dij, & latitudine cubiti vnius & dimidij, & altitudine cubiti vnius: super (sub. qb' suspẽ
quas ponent vasa in quibus immolatur holocaustum & victima. Et debát carnes)
'labia' earum palmę vnius, 'reflexa' intrinsecus per circuitum: sup mẽ 'reflexi

lis autem, carnes oblationis. Et extra portam interiorē gazophylacia
cantorum in atrio interiori, quod erat in látere portę respicientis ad G
aquilonē: & facies eorū contra viam australem, vna ex látere portę oriē
talis quę respiciebat ad viā Aquilonis. Et dixit ad me, Hoc gazophy-
laciū quod respicit viā meridianā, est sacerdotū qui excubant in custo-
dijs templi. Porrò gazophylacium quod respicit ad viā Aquilonis, sa-
cerdotū erit q excubāt ad ministeriū altaris. isti sunt filij Sadoc, qui ac-
cedunt de filijs Leui ad dñm, vt ministrent ei. Et mensus est atrium lon
gitudine centum cubitorum, & latitudine centū cubitorū per quadrū:
& altare ante faciē templi. Et introduxit me in vestibulū templi: & mē-
sus est vestibulū quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde: & latitudi-
nem portę trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde. Longitu- A
dinem autem vestibuli, viginti cubitorum: & latitudinē vndecim cu
bitorum, & octo gradibus ascendebatur ad eam. Et columnę erant in
frontibus: vna hinc, & altera inde.

CAP. XLI.

ET introduxit me in templum, & mensus est frontes sex cubitos lati A
tudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernacu
li. Et latitudo portę, decem cubitorum erat: & látera portę quinq; cu-
bitis hinc, & quinque cubitis inde: & mensus est longitudinē eius qua-
draginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum. Et introgres-
sus intrinsecus, mensus est in fronte portę duos cubitos: & portam, sex
cubitorum: & latitudinem portę, septem cubitorū. Et mensus est longi B
tudinem eius viginti cubitorum, & latitudinē viginti cubitorum, ante
faciem templi: & dixit ad me, Hoc est sanctum sanctorum. Et mensus est
parietem domus sex cubitorum: & latitudinē lateris, quatuor cubitorū
vndiq; per circuitum domus. Látera autem, latus ad latus, bis trigin-
ta tria: & erat eminentia quę ingrederentur per parietem domus, in la-
teribus per circuitum, vt continerent, & non attingerent parietem tem C
pli. Et platéa erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, & in
cœnaculum templi deferebat per gyrum: idcirco latius erat templum
in superioribus: & sic de inferioribus ascēdebatur ad superiora, in me-
dium. Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata látera
ad mensuram calami sex cubitorū spatio: & latitudinē per parietē láte-
ris forinsecus quinq; cubitorū: & erat interior domus in lateribus do-
mus. Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circui-
tu domus vndiq;. Et ostiū láteris ad orationē: ostium vnum ad viam
Aquilonis, & ostium vnū ad viam Australem: & latitudinem loci ad
orationem, quinq; cubitorum in circuitu. Et ędificium quod erat se-
paratum versumq; ad viam respicientem ad mare, latitudinis septua-
ginta cubitorū. paries autē ędificij, quinq; cubitorum latitudinis per cir
cuitum: & longitudo eius, nonaginta cubitorum. Et mensus est domus D
longitudinem, centum cubitorū: & quod separatum erat ędificium, &
parietes eius, longitudinis centū cubitorū. Latitudo autem ante facie
domus: & eius quod erat separatum contra orientem, centum cubito-
rum. Et mensus est longitudinem ędificij contra faciem eius quod erat
separatum ad dorsum, ethecas ex vtraque parte centum cubitorum:
& templum interius, & vestibula atrij. Limina & fenestras obli-
quas, & ethecas in circuitu per tres partes, contra vniuscuiusque li-
men, stratumq; ligno per gyrum in circuitu: terra autem vsque ad fe-
nestras, & fenestrę clausę super ostia. Et vsque ad domum interio-
rem, & forinsecus: & omnem parietem in circuitu intrinsecus, & fo-
rinsecus, ad mensuram. Et fabrefacta cherubim & palmę: & palma
inter cherub & cherub, duásque facies habebat cherub. Faciem ho-
minis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex
alia parte: expressam per omnem domum in circuitu. De terra vsque E
ad superiora portę, cherubim & palmę cęlatę erant in pariete templi.

Marginal notes (left): cubicula & infra. — culum. — iuxta postes: postes eis. — Dispositio ędificandi templi, & ad id pertinentia. — vniuscuiusq; cubiculi. — Trabes autē, trabs sup trabem triū & triginta pedū ingredientes parietē dom^9 &c. — Et dilatabat interstitiū muri sup quod erāt capita trabiū. — per medium. — domus — fundamentū cubiculorum — cubili — & interstitium relictū dom^9 cubiculorū qd erat extrinsec^9. — cubicula — ostia cubiculorū tendebāt ad interstitium relictum — relicti, — corā solario — & thalamos — extrinsecus latas, & intrinsec^9 strictas, eis. — operę desup. — aspect^9 vtriusq; postis ostij sanctuarij, erat sicut aspectus postis tēpli,

Limen, quadrangulũ: & facies sanctuarij, aspectus contra aspectum. Altaris lignei trium cubitoꝝ altitudo: & longitudo eius, duoꝝ cubitoꝝ: & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et loquutus est ad me, Hęc est 'mensa' coram dño. Et duo ostia erant in tẽplo, & in sanctuario. Et in duobus ostijs ex vtraq; parte bina erant ostiola, q in seinuicẽ plicabantur: bina enim ostia erant ex vtraq; parte ostiorum. Et cęlata erãt in ipsis ostijs templi cherubim, & sculptura palmarũ, sicut in parietibus quoq; expressa erant: quam ob rem & grossiora erãt ligna in vestibuli fronte forinsecus. Super q̃ fenestrę obliquę, & similitudo palmarum hinc atq; inde in 'humerulis' vestibuli: secundũ latera domus, latitudinemq; parietum.

'sub. q̃ stare vel, q̃ fuit

'lateribus

CAP. XLII.

A De gazophylacijs, cęterisq; ad vsus sacroꝝ separãdis.

ET eduxit me in atrium exterius per viã ducentẽ ad aquilonẽ, & introduxit me in gazophylacium, quod erat contra 'separatum ędificium' & contra ędem vergentem ad aquilonẽ. In facie longitudinis, centũ cubitos ostij aquilonis: & latitudinis quinquaginta cubitos: contra viginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentum stratum lapide atrij exterioris, vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante 'gazophylacia' deambulatio decẽ cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens viç cubiti vnius. Et ostia eorum ad aquilonem: vbi erant gazophylacia in superioribus 'humiliora:' quia supportabant porticus q̃ ex illis eminebant de inferioribus, & de medijs ędificij. Tristega enim

'solariũ (cubiculum)

'cubicula

' vl, breuiora

B erant, & non habebant columnas, sicut erant columnę atriorum: propterea eminebant de inferioribus, & de medijs à terra cubitis quinquaginta. Et 'peribolus' exterior, secundum gazophylacia, q̃ erant in via atrij exterioris ante gazophylacia: longitudo eius, quinquaginta cubitoꝝ. Quia longitudo erat gazophylacioꝝ atrij exterioris, quinquaginta cubitoꝝ: & longitudo ante faciem templi, centum cubitoꝝ. Et erat subter gazophylacia hęc introitus ab oriente 'ingredientium' in ea de atrio exteriori: in latitudine periboli atrij, quod erat contra viã orientalem, in faciem ędificij 'separati.' Et erant ante ędificium gazophylacia: & via ante faciem eoꝝ iuxta similitudinẽ gazophylacioꝝ, q̃ erant

'paries & ꝑ

'dũ ingrediẽ

'& solariũ.

C in via aquilonis; secundũ longitudinẽ eorum, sic & latitudo eorum: & omnis introitus eorum, & similitudines, & ostia eorum secundũ ostia gazophylaciorũ q̃ erant in via respiciente ad Notum: ostium in capite viç, quę via erãt ante vestibulum separatũ per viam orientalẽ ingredientibus. Et dixit ad me, Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austri, quę sunt ante ędificium separatũ: hęc sunt gazophylacia sancta, in quibus vescuntur sacerdotes qui appropinquant ad dñm in sancta sanctorum. ibi ponent sancta sanctoꝝ, & oblationẽ pro peccato, & pro delicto: locus enim sanctus est. Quum aũt ingressi fuerint sacerdotes, non egredietur de sanctis in atriũ exterius: & ibi reponẽt vestimenta sua in

D quibus ministrãt, quia sancta sunt: vestiẽturq; vestimẽtis alijs, & sic procedent ad populũ. Quumq; cõplesset mẽsuras domus interioris, eduxit me per viã portę quę respiciebat ad viã oriẽtalẽ: & mẽsus est eã vndiq; per circuitum. Mensus est aũt contra ventum orientalem calamo mensurę: quingentos calamos in calamo mensurę per circuitum. Et mẽsus est contra ventum aquilonis quingentos calamos, in calamo mensurę per gyrum. Et ad ventum australem mensus est quingentos calamos, in calamo mensurę per circuitum. Et ad ventum occidentalẽ mensus est quingentos calamos, in calamo mensurę. Per quatuor ventos mẽsus est murum eius vndiq; per circuitum, longitudinem quingentorũ cubitorum, & latitudinem quingentoꝝ cubitorum, diuidentem inter sanctuarium & vulgi locum.

CAP. XLIII.

A Videt gloriã dei tẽplum ei quasi

ET duxit me ad portam quę respiciebat ad viam orientalem, Et ecce gloria dei Israel ingrediebatur per viam orientalẽ: & vox erat quasi vox aquarum multarũ, & terra splendebat à 'maiestate' eius.

'gl̃ia & infra.

visionem Et vidi visionē secundum speciem quā videram, qn̄ venit vt disperderet ingrederet, B
e infra. ciuitatem: & spēs secundum aspectum quē viderā iuxta fluuium Chobar, quo añ re-
bar & cecidi super faciem meam. Et maiestas dñi ingressa est templum e regione
per viam portę quę respiciebat ad orientem. Et eleuauit me spūs, & in- Supra. 9.a
troduxit me in atrium interius: & ecce repleta erat gloria dñi domus. Supra. 1.a
Et audiui loquentem ad me de domo, & vir stabat iuxta me. Et dixit ad B
me, Fili hominis, locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum, Idololatria
vbi habito in medio filiorum Israel in ęternū: & non polluent vltrā do- filiorum Isra-
mus Israel nomen sanctū meū, ipsi, & reges eorum in fornicationibus el commemo-
cadaueribus suis, & in ruinis regū suorum, & in excelsis. Qui fabricati sunt limen suū ratur pp quam
iuxta limē meum, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter consumpti
me & eos: & polluerunt nomē sanctum meū in abominationibus quas sunt.
fecerunt: propter qd̄ cōsumpsi eos in ira mea. Nunc ergo repellant pro-
cul fornicationē suam, & ruinas regum suorum à me: & habitabo in me- C
dio eorum semper. Tu aūt fili hominis ostēde domui Israel templum, & Iubet eos
exemplar confundantur ab iniquitatibus suis: & metiantur fabricā, & erubescāt reuocare ad
ex omnibus quę fecerunt. Figurā domus, & fabricę eius exitus & introi- pœnitentiam.
tus, & oēm descriptionē eius, & vniuersa pcepta eius, cunctumq; ordi-
nem eius, & omnes leges eius ostende eis, & scribes in oculis eorū: vt cu-
stodiant oēs descriptiones eius, & pręcepta illius, & faciant ea. Ista est
lex domus, In summitate montis omnis finis eius, in circuitu sanctum
sanctorum est, hęc est ergo lex domus. Istę aūt mensurę altaris in cubito D
i. medio verissimo, qui habebat cubitum & palmum: in sinu eius erat cubitus, Descriptio
e infra. & cubitus in latitudine: & definitio eius vsq; ad labium eius, in circuitu altaris.
altitudo palmus vnus. hęc quoq; erat fossa altaris. Et de sinu terrę vsq; ad cre-
pidinē nouissimā duo cubiti, & latitudo cubiti vnius: & à crepidine mi-
nore vsq; ad crepidinē maiorem q̄tuor cubiti, & latitudo cubiti vnius.
Ipsum aūt al- Ipse aūt ariel q̄tuor cubitorum: & ab ariel vsq; sursum, cornua q̄tuor.
tare Et ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos la-
altari e isra. titudinis: quadrangulatum ęquis lateribus. Et crepido quatuordecim E
atrium cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in qua-
vel, clausura tuor angulis eius: & corona in circuitu eius dimidij cubiti, & sinus
eius vnius cubiti per circuitū: gradus aūt eius versi ad orientē. Et di- Ritus sacri-
xit ad me, Fili hominis hęc dicit dñs deus, Hi sunt ritus altaris, in qua- ficandi.
cunq; die fuerit fabricatum: vt offeratur super illud holocaustū, & effun-
datur sanguis. Et dabis sacerdotibus Leuitis, q sunt de semine Sadoc,
qui accedunt ad me, ait dñs deus, vt offerant mihi vitulū de armento
pro peccato. Et assumēs de sanguine eius pones super quatuor cornua F
loci vbi offe- eius, & super quatuor angulos crepidinis, & super coronā in circui-
runt, tu: & mundabis illud & expiabis. Et tolles vitulum qui oblatus fuerit
scd̄m pceptū pro peccato: & combures eum separato loco domus extra sanctuariū.
pfectum (sine Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro pecca-
vitio) e isra. to: & expiabunt altare, sicut expiauerunt in vitulo. Quumq; comple-
ueris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arie-
tem de grege immaculatum. Et offeres eos in conspectu domini: & mit- G
tent sacerdotes super eos sal, & offerent eos in holocaustum domino.
Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie: & vitulum de ar-
mento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus
vel, suam. expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum eius. Ex-
pletis autem septem diebus, in die octaua & vltrà, facient sacerdotes su-
per altare holocausta vestra, & quę pro pace offerunt: & placatus ero
vobis, ait dominus deus.

CAP. XLIIII. A

ET conuertit me ad viam portę sanctuarij exterioris, quę respiciebat Quę porta
ad oriētem: & erat clausa. Et dixit dñs ad me, Porta hęc, clausa erit: templi sit
non aperietur, & vir non transiet per eam: quoniam dñs deus Israel clausa ostē-
ingressus est per eam, eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, dit.

vt comedat panem coram domino: per viam portę vestibuli ingredie-
paratum versumq; ad viam respicientem ad mare, latitudinis septua-
ginta cubitorū. paries aūt ędificij, quinq; cubitorum latitudinis per cir-
cuitum: & longitudo eius, nonaginta cubitorum. Et mensus est domus C
longitudinem, centum cubitorū: & quod separatum erat ędificium, &
parietes eius, longitudinis centū cubitorū. Latitudo autem ante facies
domus: & eius quod erat separatum contra orientem, centum cubito-
rum. Et mensus est longitudinem ędificij contra faciem eius quod erat
separatum ad dorsum, ethecas ex vtraque parte centum cubitorum:
& templum interius, & vestibula atrij. Limina & fenestras obli-
quas, & ethecas in circuitu per tres partes, contra vniuscuiusque li-
men, stratumq; ligno per gyrum in circuitu: terra autem vsque ad fe-
nestras, & fenestrę clausę super ostia. Et vsque ad domum interio-
rem, & forinsecus: & omnem parietem in circuitu intrinsecus, & fo-
rinsecus, ad mensuram. Et fabrefacta cherubim & palmę: & palma
inter cherub & cherub, duasque facies habebat cherub. Faciem ho- D
minis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex
alia parte: expressam per omnem domum in circuitu. De terra vsque
ad superiora portę, cherubim & palmę cęlatę erant in pariete templi.

Marginal notes (left): cubicula s infra. — iuxta postes: — postes eis. — vniuscuiusq; cubiculi. — Trabes autē, trabs sup trabem triū & triginta pedū ingredientes parietē dom' &c. — Et dilatabat interstitiū muri sup quod erāt capita trabiū. — per medium. — domus — fundamentū cubiculorum — cubili — & interstitium relictū dom' cubiculoꝝ qd erat extrīsec'. — cubicula — ostia cubiculorū tendebāt ad interstitium relictum — relicti, — corā solario — & thalamos extrinsecus latas, & itrinsec' strictas, &c. — optię desup. — aspect' vtriusq; postis ostij sanctuarij, erat sicut aspectus postis tēpli,

Marginal note (right): Dispositio ędificādi templi, & ad id ptinētiū.

limen, quadranguli: & facies sanctuarij, aspectus contra aspectum. Altaris lignei trium cubitorum altitudo: & longitudo eius, duorum cubitorum: & anguli eius, et longitudo eius, et parietes eius lignei. Et loquutus est ad me, Hęc est 'mensa' coram dño. Et duo ostia erant in teplo, & in sanctuario. Et in duobus ostijs ex vtraque parte bina erant ostiola, q in seinuicé plicabantur: bina enim ostia erant ex vtraque parte ostiorum. Et cęlata erát in ipsis ostijs templi cherubim, & sculptura palmarum, sicut in parietibus quoque expressa erant: quam ob rem et grossiora erát ligna in vestibuli fronte forinsecus. Super q fenestrę obliquę, & similitudo palmarum hinc atque inde in 'humerulis' vestibuli: secundum latera domus, latitudinemque parietum. 'sub. q stare ... vel, q fuit 'lateribus

CAP. XLII.

A De gazophylacijs, cęterisque ad vsum sacrorum separádis.

ET eduxit me in atrium exterius per viá ducenté ad aquiloné, & introduxit me in gazophylacium, quod erat contra 'separatum ędificium' & contra ędem vergentem ad aquilonem. In facie longitudinis, centú cubitos ostij aquilonis: & latitudinis quinquaginta cubitos: contra viginti cubitos atrij interioris, et contra pauimentum stratum lapide atrij exterioris, vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante 'gazophylacia' deambulatio decé cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens viç cubiti vnius. Et ostia eorum ad aquilonem: vbi erant gazophylacia in superioribus 'humiliora:' quia supportabant porticus q ex illis eminebant de inferioribus, et de medijs ędificij. Tristega enim erant, & non habebant columnas, sicut erant columnę atriorum: propterea eminebant de inferioribus, & de medijs á terra cubitis quinquaginta. Et 'peribolus' exterior, secundum gazophylacia, q erant in via atrij exterioris ante gazophylacia: longitudo eius, quinquaginta cubitorum. Quia longitudo erat gazophylaciorum atrij exterioris, quinquaginta cubitorum: & longitudo ante faciem templi, centum cubitorum. Et erat subter gazophylacia hęc introitus ab oriente 'ingredientium' in ea de atrio exteriori: in latitudine periboli atrij, quod erat contra viá orientalem, in faciem ędificij 'separati.' Et erant ante ędificium gazophylacia: & via ante faciem eorum iuxta similitudiné gazophylaciorum, q erant in via aquilonis: secundú longitudiné eorum, sic et latitudo eorum: & omnis introitus eorum, & similitudines, & ostia eorum secundú ostia gazophylaciorú q erant in via respiciente ad Notum: ostium in capite viç, quę via erat ante vestibulum separatú per viam orientalé ingredientibus. Et dixit ad me, Gazophylacia Aquilonis, et gazophylacia Austri, quę sunt ante ędificium separatú: hęc sunt gazophylacia sancta, in quibus vescuntur sacerdotes qui appropinquant ad dñm in sancta sanctorum. ibi ponent sancta sanctorum, & oblationé pro peccato, et pro delicto: locus enim sanctus est. Quum aút ingressi fuerint sacerdotes, non egredietur de sanctis in atriú exterius: & ibi reponét vestimenta sua in quibus ministrát, quia sancta sunt: vestientur que vestiméntis alijs, & sic procedent ad populú. Quumque cópleßet mésuras domus interioris, eduxit me per viá portę quę respiciebat ad viá oriétalé: & mésus est eá vndique per circuitum. Mensus est aút contra ventum orientalem calamo mensurę: quingentos calamos in calamo mensurę per circuitum. Et mésus est contra ventum aquilonis quingentos calamos, in calamo mensurę per gyrum. Et ad ventum australem mensus est quingentos calamos, in calamo mensurę per circuitum. Et ad ventum occidentalé mensus est quingentos calamos, in calamo mensurę. Per quatuor ventos mésus est murum eius vndique per circuitum, longitudinem quingentorú cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum, diuidentem inter sanctuarium & vulgi locum.

'solariú (cubiculum)
'cubicula
'vl, breuiora
B
'paries & ...
'duç ingredi...
'& solari...
C
D

CAP. XLIII.

A Videt gloriam dei templum ...

ET duxit me ad portam quę respiciebat ad viam orientalem. Et ecce gloria dei Israel ingrediebatur per viam orientalé: & vox erat ei quasi vox aquarum multarú, & terra splendebat á 'maiestate' eius. 'glia et infra.

Et vidi visionē secundum spēm quā videram, qn̄ venit vt disperderet ingrediēte, B
*visionem e infra. ciuitatem: & spēs secundum aspectum quē viderā iuxta fluuium Chobar quo añ re-
bar & cecidi super faciem meam. Et maiestas dñi ingressa est templum cesserat.
per viam portę quę respiciebat ad orientem. Et eleuauit me spūs, e in- Supra. 9. a.
troduxit me in atrium interius: & ecce repleta erat gloria dñi domus. Supra. 1. a
Et audiui loquentem ad me de domo, e vir stabat iuxta me. Et dixit ad B
me, Fili hominis, locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum, Idololatriæ
vbi habito in medio filiorum Israel in ęternū: & non polluent vltrā do filiorum Israe-
mus Israel nomen sanctū meū, ipsi, & reges eorum in fornicationibus ei cōmemo-
*cadaueribus suis, & *in ruinis *regū suorum, & in excelsis. Qui fabricati sunt limen suū rat pp quas
iuxta limē meum, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter consumpsi
me & eos: e polluerunt nomē sanctum meū in abominationibus quas sunt.
fecerunt: propter qđ cōsumpsi eos in ira mea. Nunc ergo repellant po- C
cul fornicationē suam, & ruinas regum suorum à me: & habitabo in me- Iubet eos
dio eorum semper. Tu aūt fili hominis ostēde domui Israel templum, & erubescit reuocare ad
confundantur ab iniquitatibus suis: e metiantur *fabricā, & introi poenitentiam.
*exemplar ex omnibus quę fecerunt. Figurā domus, & fabricę eius exitus e ordi-
tus, & oēm descriptionē eius, & vniuersa pcepta eius, cunctumq; cu
nem eius, e omnes leges eius ostende eis, e scribes in oculis eorū: vt
custodiant oēs descriptiones eius, & pręcepta illius, & faciant ea. Ista est
lex domus. In summitate montis omnis finis eius, in circuitu sanctus D
sanctorum est, hęc est ergo lex domus. Istę aūt mensurę altaris in cubito Descriptio
*.i. medio e infra. verissimo, qui habebat cubitum e palmum: in *sinu eius erat cubitus, altaris.
& cubitus in latitudine: & definitio eius vsq; ad labium eius, in circuitu
*altitudo palmus vnus. hęc quoq; erat *fossa altaris. Et de sinu terrę vsq; ad cre-
pidinē nouissimā duo cubiti, & latitudo cubiti vnius: & à crepidine mi-
nore vsq; ad crepidinē maiorem q̄tuor cubiti, e latitudo cubiti vnius.
*Ipsum aūt altare *Ipse aūt ariel q̄tuor cubitorum: & ab *ariel vsq; sursum, cornua q̄tuor.
*altari e ifra. Et ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos la- E
*atrium titudinis: quadrangulatum ęquis lateribus. Et *crepido quatuordecim
*vel, clausura cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in qua-
tuor angulis eius: & *corona in circuitu eius dimidij cubiti, & sinus
eius vnius cubiti per circuitū: gradus aūt eius versi ad orientē. Et di- Ritus sacri-
xit ad me, Fili hominis hęc dicit dñs deus, Hi sunt ritus altaris, in qua- ficandi.
cunq; die fuerit fabricatum: vt offeratur super illud holocaustū, e effun-
datur sanguis. Et dabis sacerdotibus Leuitis, q sunt de semine Sadoc,
qui accedunt ad me, ait dñs deus, vt offerant mihi vitulū de armento F
pro peccato. Et assumēs de sanguine eius pones super quatuor cornua
*loci vbi offerunt, eius, & super quatuor angulos *crepidinis, & super coronā in circui-
tu: & mundabis illud & expiabis. Et tolles vitulum qui oblatus fuerit
*scdm pceptū pro peccato: & combures eum *separato loco domus extra sanctuariū.
*pfectum (sine vitio) e ifra. Et in die secunda offeres hircum caprarum *immaculatum pro pecca-
to: & expiabunt altare, sicut expiauerunt in vitulo. Quumq; comple-
ueris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arie- G
tem de grege immaculatum. Et offeres eos in conspectu domini: & mit-
tent sacerdotes super eos sal, & offerent eos in holocaustum domino.
Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie: & vitulum de ar-
mento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus
expiabunt altare, & mundabunt illud: e implebunt manum *eius. Ex-
*vel, suam. pletis autem septem diebus, in die octaua & vltrā, facient sacerdotes su-
per altare holocausta vestra, & quę pro pace offerunt: & placatus ero
vobis, ait dominus deus.

CAP. XLIIII. A

ET conuertit me ad viam portę sanctuarij exterioris, quę respiciebat Quę porta
ad oriētem: e erat clausa. Et dixit dñs ad me, Porta hęc, clausa erit: templi sit
non aperietur, & vir non transiet per eam: quoniam dñs deus Israel clausa ostē-
ingressus est per eam, eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, dit.

vt comedat panem coram domino: per viam portę vestibuli ingredie-
tur: & per viam eius egredietur. Et adduxit me per viam portę aquilo-
nis in conspectu domus: & vidi, & ecce impleuit gloria domini domus
Reddit dñs domini: & cecidi in faciem meam. Et dixit ad me dominus, Fili ho-
pphetã atte minis pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia
tum. B quę ego loquor ad te de vniuersis 'ceremonijs' domus dñi, & de cun- 'statutis
ctis legibus eius & pones cor tuum in vijs tẽpli, per oẽs exitus sanctua-
Iubet pplo rij. Et dices ad 'exasperantem me' domũ Israel, Hęc dicit dñs deus, Suf- 'rebellem
exprobare ficiãt vobis omnia scelera vestra domus Israel: 'eo q inducitis' filios 'quũ induxe-
sua scelera. alienos incircumcisos corde & incircuncisos carne, vt sint in sanctuario ritis
Incircũcis⁹ meo, & polluant domum meã: & offertis panes meos, adipem & sangui-
corde & car nem: & dissoluitis pactum meũ in omnibus sceleribus vestris. Et non
ne. seruastis pręcepta sanctuarij mei: & posuistis custodes obseruationum
Qui admit mearum in sanctuario meo vobismetipsis. Hęc dicit dñs deus, Om-
tendi C nis alienigena incircuncisus corde & incircuncisus carne nõ ingredie-
ad ministe- tur sanctuarium meum, omnis filius alienus qui est in medio filiorum
riũ tẽpli, & Israel. Sed & Leuitę qui longè recesserunt à me in errore filiorum Israel,
qui ab illo & errauerunt à me post idola sua, & portauerũt iniquitatẽ suã: erunt in
rejiciendi. sanctuario meo 'ędititui,' & ianitores portarum domus, & ministri do- 'ministri
mus: ipsi mactabunt holocausta, & victimas populi: & ipsi stabunt in
cõspectu eorum, vt ministrent eis. Pro eo q ministrauerunt illis in con-
spectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in offendiculum iniqui-
tatis: idcirco leuaui manum meam super eos, ait dñs deus, & portaue-
D runt iniquitatem suam, Et non appropinquabunt ad me, vt sacerdotio
fungantur mihi, neq; accedent ad omne sanctuarium meum iuxta san-
cta sanctorum: sed portabunt confusionem suam, & scelera sua quę fe-
cerũt. Et dabo eos ianitores domus in omni ministerio eius, & in vni-
Quos ex sa uersis quę fient in ea. Sacerdotes aũt Leuitę filij Sadoc, qui custodie-
cerdotib⁹ ve runt 'ceremonias' sanctuarij mei, quũ errarent filij Israel à me: ipsi acce- 'custodiã (pręce-
lit admitti i dent ad me, vt ministrent mihi: & stabunt in conspectu meo, vt offerãt pta) & infra.
sanctuariũ mihi adipem & sanguinem, ait dñs deus. Ipsi ingredientur sanctuarium
suũ pscribit, meum, & ipsi accedent ad mensam meam, vt ministrent mihi, & custo-
simul & E diant ceremonias meas. Quumq; ingredientur portas atrij interioris,
eorum offĩm. vestibus lineis induentur: nec ascendet super eos quicquam laneum,
quando ministrant in portis atrij interioris & intrinsecus. Vittę lineę
erunt in capitibus eorum, & feminalia linea erunt in lumbis eorum, &
non accingentur in sudore. Quumq; egredientur atrium exterius ad po-
pulum, exuent se vestimentis suis in quibus ministrauerant, & reponẽt
Vinum. ea in gazophylacio sanctuarij, & vestient se vestimentis alijs: & nõ san-
Vxores. ctificabunt populum in vestibus suis. Caput autem suum non radent,
Leui. 21.c neque comam nutrient: sed tondentes attondent capita sua. Et vinum
F non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. Et
viduam, & repudiatam non accipient vxores, sed virgines de semine
domus Israel: sed & viduam, quę fuerit vidua à sacerdote, accipiẽt. Et
populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum: & inter
mundum & immũdum ostendent eis. Et quum fuerit controuersia, sta-
bunt in iudicijs meis, & iudicabunt: leges meas, & pręcepta mea in om-
nibus solẽnitatibus meis custodient, & sabbatha mea sanctificabunt. Et
ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur: nisi ad patrẽ
G & matrem, & filium & filiam, & fratrem & sororẽ quę alterum virum
Hęreditas non habuit: in quibus contaminabuntur. Et postquam fuerit emunda-
sacerdotũ. tus, septem dies numerabuntur ei. Et in die introitus sui in sanctuariũ
Deu. 18.a ad atrium interius vt ministret mihi in sanctuario, offeret pro peccato
Num. 18.c suo, ait dominus deus. Erit autem eis hęreditas, ego hęreditas eorum:
Exo. 22.d & possessionem non dabitis eis in Israel, ego enim possessio eorum. Vi-
Leui. 21.b ctimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent: & omne 'votum' 'dedicatum

In Israel, ipsorum erit. Et primitiua omnium primogenitorũ, & omnia
ę spontaneę oblata — ' libamenta' ex omnibus quę offeruntur, sacerdotum erunt: & primi-
tiua ' ciborum vestrorum) dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem
ᵖ pastarum vestratum — domui tuę. Omne morticinum, & captum à bestia de auibus & de peco-
ribus, non comedent sacerdotes.

CAP. XLV.

Qvumq́; cœperitis terram diuidere sortito, separate primitias do- A
mino sanctificatũ de terra longitudine vigintiquinq; millia, & la- Ex tota ter-
titudine decem millia: sanctificatum erit in omni termino eius per cir- ra promissio-
ᵖ quingenti in longitudine, cũ quingentis in latitudie, quadratum — cuitum. Et erit ex omni parte sanctificatũ ' quingentos per quingẽtos, nis separãt
quadrifariam per circuitũ:) & quinquaginta cubitis in suburbana eius q̃tuor por-
per gyrum. Et à mensura ista mensurabis longitudinem vigintiquinq; tiones, q̃rũ
millium, & latitudinẽ decem millium, & in ipso erit templũ, sanctumq́; prima sacer-
sanctorum. Sanctificatũ de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarij, B dotibᵘ
qui accedunt ad ministeriũ domini: & erit eis locus in domos, & in san- & tẽplo de-
ctuarium sanctitatis. Vigintiquinq; autem millia longitudinis & decẽ putatur.
millia latitudinis erunt Leuitis qui ministrant domui: ipsi possidebunt Altera Le-
ᵖ cubicula — viginti ᵖ gazophylacia.) Et possessionẽ ciuitatis dabitis quinque millia uitis.
ᵖ oblationem spontaneam — latitudinis, & longitudinis vigintiquinq; millia, secundum ' separatio- Tertia ciui-
nem) sanctuarij, omni domui Israel. Principi quoq; hinc & inde, ' in se- tati.
ᵖ iuxta oblationem — parationem ' sanctuarij, & ' in possessionẽ) ciuitatis, ' contra faciem sepa- C
rationis) sanctuarij, & contra faciem possessionis vrbis: à látere maris Quarta pri
ᵖ iuxta possessionem — vsque ad mare, & à látere orientis vsque ad orientem: longitudinem cipi.
autem iuxta vnamquanq; partem à termino occidentali vsque ad ter-
ᵖ añ oblationẽ sanctitatis &c. (.i. pricipi dari dz ab vtroq; latere sanctuarij & ciuitatis quicqd situ est cõtra sanctuarium, & ciuitatem, &c.) — minum orientalem. De terra erit ei possessio in Israel: & non depopu-
labuntur vltrà principes populum meum: ' sed) terram dabunt domui
Israel secundum tribus eorum. Hec dicit dominus deus, Sufficiat vo- Exhortatio
bis principes Israel: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium ad pricipes
& iustitiam facite, separate ' confinia) vestra à populo meo, ait do- Israel.
minus deus. Sta tera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis. Ephi D
& batus ęqualia, & vnius mensurę erunt: vt capiat decimã partem cori De ęquita-
batus, & decimã partem cori ephi: iuxta mensurã cori erit ęqua libra- te ponderis
tio eorum. Siclus autem, viginti obolos habet. Porrò viginti sicli, & & mensurę.
vigintiquinque sicli, & quindecim sicli: mnam faciunt. Et hę sunt Siclus
ᵖ & — primitię quas tolletis: sextam partem ephi de coro frumenti, & se- Exo. 30. b
ᵖ tributa — xtam partem ephi de coro hordei. Mensura quoque olei, Batus olei Leui. 27. e
decima pars cori est: & decem bati, corum faciunt: quia decem bati im- B
plent corum. Et arietem vnum de grege ducentorum de his quę nu- Nume. 3. g
triunt Israel in sacrificium, & in holocaustũ, & in pacifica ad expiandũ Mna.
pro eis, ait dominus deus. Omnis populus terrę tenebitur primitijs De pmitijs.
ᵖ principis erit offerre — his principi in Israel. Et ' super principem erunt ' holocausta, & sacri-
ficium, & libamina in solennitatibus, & in calendis, & in sabbathis, &
in vniuersis solennitatibus domus Israel. Ipse faciet pro peccato sa-
crificium, & holocaustum, & pacifica ad expiandum pro domo Israel.

Hęc dicit dominus deus, In primo mense, vna mensis sumes vi- F
tulum de armento immaculatum: & expiabis sanctuarium. Et tol- De oblatio
let sacerdos de sanguine quod erit pro peccato: & ponet in posti- nibus pri-
bus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in postibus por- mi mensis.
tę atrij interioris. Et sic facies in septima mensis pro vnoquoque qui
ignorauit, & errore deceptus est, & expiabitis ' pro domo.) In pri- De oblatio
ᵖ domum, — mo mense, quartadecima die mensis erit vobis paschę solennitas; se- nibᵘ paschę.
ptem diebus azyma comedentur. Et faciet princeps in die illa pro se G
& pro vniuerso populo terrę, vitulum pro peccato. Et in septem
dierum solennitate faciet holocaustum domino septem vitulos: & se- A
ptem arietes immaculatos quotidie septem diebus. & pro peccato hir- Scenophe-
cum caprarum quotidie. Et sacrificium ephi per vitulum, & ephi per gię.
arietem faciet; & olei hin per singula ephi, Septimo mense, quinta-

Tunc puriſſimas reddã aquas eorũ, & flumina eorũ quaſi oleũ adducã, in profundum eam, ait dñs deus, quum dedero terrã Aegypti deſolatã. Deſeretur autẽ deſcendere fa-terra à plenitudine ſua, quando percuſſero omnes habitatores eius: & ſcient quia ego dñs. Planctus eſt, & plangent eũ: filię gentium plangent eũ, ſuper Aegyptũ, & ſuper multitudinẽ eius plangent eũ, ait dñs deus. Et factũ eſt in duodecimo anno, in quintadecima menſis, factus eſt verbũ domini ad me, dicens, Fili hominis cane carmen lugubre ſuper multitudinẽ Aegypti: & detrahe eam ipſam, & filias gentiũ robuſtarũ ad terram vltimã cum his qui deſcendũt in lacũ. Quo pulchrior es? deſcende, & dormi cum incircũciſis. In medio interfectorũ gladio cadent: gladius datus eſt, attraxerũt eam, & omnes populos eius. Loquentur ei potentiſſimi robuſtorũ de medio inferni, qui cũ auxiliatoribus eius deſcenderunt, & dormierunt incircũciſi, interfectiq; gladio. Ibi Aſſur, & omnis multitudo eius: in circuitu illius ſepulchra eius: omnes interfecti, & qui ceciderũt gladio. Quorũ data ſunt ſepulchra in nouiſſimis laci: & facta eſt multitudo eius per gyrũ ſepulchri eius: vniuerſi interfecti, cadentesq; gladio, qui dederant quõdam formidinẽ ſuam in terra viuentiũ. Ibi Aelam, & omnis multitudo eius per gyrũ ſepulchri illius. omnes hi interfecti, ruentesq; gladio, qui deſcenderunt incircũciſi ad terram vltimã: qui poſuerunt terrorẽ ſuum in terra viuentiũ, & portauerunt ignominiã ſuam cum his qui deſcenderũt in lacum. In medio interfectorũ poſuerunt cubile eius in vniuerſis populis eius: in circuitu eius ſepulchrum illius. omnes hi incircũciſi interfectiq; gladio. dederunt enim terrorẽ ſuum in terra viuentiũ, & portauerunt ignominiã ſuam cum his qui deſcendũt in lacum, in medio interfectorũ poſiti ſunt. Ibi Moſoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in circuitu eius ſepulchra illius. omnes hi incircũciſi interfectiq;, & cadentes gladio: quia dederunt formidinem ſuã in terra viuentiũ. Et no dormient cum fortibus, cadentibusq;, & incircunciſis qui deſcenderunt ad infernũ cum armis ſuis: & poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis, & fuerunt iniquitates eorũ in oſſibus eorũ: quia terror fortium facti ſunt in terra viuentium. Et tu ergo in medio incircũciſorum cõtereris, & dormies cũ interfectis gladio. Ibi Idumea, reges eius, & omnes duces eius, qui dati ſunt cum exercitu ſuo cũ interfectis gladio: & qui cum incircũciſis dormierunt, & cum his qui deſcendunt in lacum. Ibi principes aquilonis omnes, & vniuerſi venatores: qui deducti ſunt cũ interfectis, pauentes, & in ſua fortitudine cõfuſi: quia dormierunt incircunciſi cum interfectis gladio, & portauerunt confuſionem ſuam cum his qui deſcendunt in lacum. Vidit eos Pharao, & cõſolatus eſt ſuper vniuerſa multitudine ſua, quę interfecta eſt gladio Pharao & omnis exercitus eius, ait dominus deus: quia dedit terrorẽ ſuum in terra viuentium, & dormiuit in medio incircunciſorum cum interfectis gladio Pharao & omnis multitudo eius: ait dñs deus.

Marginalia: D — Planctus ſup deſcẽſu eius ad inferos. — E — Qui cũ Aegypto deſcẽderint ad inferos. — F — G — vel, Lamentabile eſt. — i. villas — gladio dati ſunt, — cũ incircunciſis, interfectiſq; & infra. — qui ſunt lateribus ſepulchri: (vel, ifimo foueę:) — vel, cũ incircunciſis — inferiorem: — pœnę — Sidonij:

CAP. XXXIII.

A ET factũ eſt verbũ dñi ad me, dicens, Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos, Terra quũ induxero ſuper eam gladiũ, & tulerit populus terrę virũ vnũ de nouiſſimis ſuis, & cõſtituerit eũ ſuper ſe ſpeculatorẽ: & ille viderit gladiũ venientem ſuper terrã, & cecinerit buccina, & annũtiauerit populo: audiens autẽ quiſquis ille eſt, ſonitũ buccinę, & nõ ſe obſeruauerit, veneritq; gladius, & tulerit eũ: ſanguis ipſius ſuper caput eius erit. Sonũ buccinę audiuit, & nõ ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit: ſi autem ſe cuſtodierit, animã ſuam ſaluabit. B Quod ſi ſpeculator viderit gladiũ venientem, & nõ inſonuerit buccina: & populus ſe nõ cuſtodierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animã: ille quidẽ in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Et tu fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: audiens ergo ex ore meo ſermonẽ, annuntiabis eis ex me. Si me

Marginalia: Euangelici paſtoris officium deſcribit. — Supra. 3. d — pp iniquitatẽ & infra.

dicente ad impiũ, Impie, morte morieris: non fueris loquutus vt se cu-
stodiat impius à via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur, san-
guiné autẽ eius de manu tua requirã. Si autẽ annũtiante te ad impium Desperãtes
vt à vijs suis cõuertatur, nõ fuerit cõuersus à via sua: ipse in iniquitate cõfirmat &
sua morietur, porrò tu animã tuã liberasti. Tu ergo fili hominis dic promissiõe
ad domũ Israel, Sic loquuti estis, dicentes, Iniquitates nostrę, & peccata misericordię
nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quõ ergo viuere pote dei erigit.
rimus? Dic ad eos, Viuo ego, dicit dñs deus, nolo mortẽ impij, sed vt C
cõuertatur impius à via sua, & viuat. Conuertimini cõuertimini à vijs Supra. 18. g
vestris pessimis: & quare moriemini domus Israel? Tu itaq; fili homi Vt iusto si
nis dic ad filios populi tui, Iustitia iusti nõ liberabit eũ in quacũq; die ad peccãdũ
peccauerit: & impietas impij nõ nocebit ei in quacũq; die cõuersus fue- se addixerit,
rit ab impietate sua: & iustus non poterit viuere in iustitia sua in qua- nihil ꝓsuge
cũq; die peccauerit. Etiam si dixero iusto ꝙ vita viuat, & cõfisus in iu- priores iusti
stitia sua fecerit iniquitatẽ: omnes iustitię eius obliuioni tradentur, & tię: ita ipso
in iniquitate sua quã operatus est, in ipsa morietur. Si autẽ dixero im- resipiscenti,
pio, Morte morieris: & egerit pœnitentiã à peccato suo, feceritq; iudi- D antеacta
cium & iustitiã, & pignus restituerit ille impius, rapinãq; reddiderit, in peccata nõ
mandatis vitę ambulauerit, nec fecerit quicq̃ iniustũ: vita viuet, & nõ iputantur.
morietur. Omnia peccata eius quę peccauit, nõ imputabũtur ei: iudiciũ
ᵃ ęqua & iustitiã fecit, vita viuet. Et dixerũt filij populi tui, Nõ est ᵃęqui pon-
deris via dñi: & ipsorũ via iniusta est. Quũ enim recesserit iustus à iu- Supra. 18. g
stitia sua, feceritq; iniquitates: morietur in eis. Et quũ recesserit impius Excidiũ Ie-
ab impietate sua, feceritq; iudiciũ & iustitiã: viuet in eis. Et dicitis, Nõ rusalẽ factũ
est recta via dñi. Vnũquenq; iuxta vias suas iudicabo de vobis domus nuntiatur.
Israel. Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta E
mensis trãsmigrationis nostrę, venit ad me qui fugerat de Ierusalẽ, di-
cens, Vastata est ciuitas. Manus autem dñi facta fuerat ad me vespere
antequã veniret qui fugerat: aperuitq; os meum donec veniret ad me
mane, et aperto ore meo nõ silui amplius. Et factũ est verbum dñi ad
me, dicens, Fili hominis, qui habitant in ruinosis his, super humum
Israel loquẽtes aiũt, Vnus erat Abrahã, & hęreditate possedit terrã: nos Sermo dñi
ᵃ Vel, idcirco ꝑ autẽ multi sumus, ᵃnobis data est terra in possessionẽ. Idcirco dices ad contra reli-
culdubio dabi eos, Hęc dicit dñs deus, Qui ᵇin sanguine comeditis, & oculos vestros quias ppli.
tur nobis hęc leuatis ad ᶜimmũditias vestras, & sanguinẽ funditis: nũquid terrã hęre F
ᵇ de sanguine ditate possidebitis? Stetistis in gladijs vestris, fecistis abominationes, &
ᶜ idola vnusquisq; vxorẽ proximi sui polluit: & terrã hereditate possidebitis?
Hęc dices ad eos, Sic dicit dñs deus, Viuo ego quia qui in ruinosis ha-
bitant, gladio cadent: & qui in agro est, bestijs tradetur ad deuorãdum:
qui autem in presidijs & speluncis sunt, peste morientur. Et dabo terrã
in solitudinẽ & in desertum, & deficiet superba fortitudo eius: & desola-
buntur mõtes Israel, eo ꝙ nullus sit qui per eos transeat. Et scient quia
ego dñs, quũ dedero terram eorũ desolatã & desertam propter vniuer- G
sas abominationes suas quas operati sunt. Et tu fili hominis: filij po In deriso-
puli tui qui loquuntur de te iuxta muros, & in ostijs domorũ: & dicunt res verbo
vnus ad alterum, vir ad proximũ suum loquentes, Venite, & audia- prophetę.
mus quis sit sermo egrediens à domino. Et veniunt ad te, quasi si in-
greditur populus, & sedent coram te populus meus: & audiunt ser-
ᵃ subsannatio- mones tuos, & non faciunt eos: quia in ᵃcanticũ oris sui vertunt illos,
nes ore suo fa & auaritiam suã sequitur cor eorum. Et es eis quasi carmen musicum,
ciunt. quod suaui dulciq; sono canitur: & audient verba tua, & non facient D
ea. Et quum venerit quod prędictum est (ecce enim venit) tunc scient
ꝙ prophetes fuerit inter eos. CAP. XXXIIII.

ET factum est verbum domini ad me, dicens, Fili hominis prophe- A
ta de pastoribus Israel, propheta, & dices pastoribus, Hęc dicit do- In pastores
minus deus, Vę pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne ꝙ neglecta

grege Christi quę sua sunt quęrunt. Iere.23.a

greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmũ fuit non cõsolidastis, & quod ęgrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quęsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, &

B cũ potẽtia. Et dispersę sũt oues meę, eò quòd nõ esset pastor: & factę sunt in deuorationem omnium bestiarũ agri, & dispersę sunt. Errauerunt greges mei in cunctis mõtibus, & in vniuerso colle excelso: & super omnem faciem terrę dispersi sunt greges mei, & nõ erat qui requireret, nõ erat inquã qui requireret. Propterea pastores audite verbum domini, Viuo ego, dicit dominus deus, quia pro eo quòd facti sunt greges mei in rapinam, & oues meę in deuorationem omnium bestiarum agri, eò quòd nõ esset pastor (neque enim quęsierunt pastores mei gregem meũ: sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos nõ pascebant) propterea pastores

Dicit deus se visitaturum oues suas dissipatas, & eas congregaturum.

C audite verbũ domini, Hęc dicit dominus deus, ecce ego ipse super pastores, requirã gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciã vt vltrà nõ pascant gregẽ, nec pascant amplius pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum, & nõ erit vltrà eis in escam. Quia hęc dicit dominus deus, Ecce ego ipse requirã oues meas, & ² visitabo ³ eas. Sicut cut visitat pastor gregem suũ in die quando fuerit in medio ouiũ suarum dissipatarum: sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersę fuerãt in die nubis & caliginis. Et educã eas de populis, & cõgregabo eas de terris, & inducã eas in terram suam: & pa-

² quęram & infra.

D scam eas in mõtibus Israel, in riuis, & in cunctis ² sedibus ³ terrę. In pa- scuis vberrimis pascã eas, & in mõtibus excelsis Israel erit pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciã, dicit dominus deus. Quod perierat, requiram: & quod abiectũ erat, reducã: & quod cõfractũ fuerat, alligabo: & quod infirmũ fuerat, consolidabo: & quod pingue & forte, ² custodiã: ³ & pascã illas in iudicio. Vos autem greges mei, hęc dicit dominus deus, Ecce ego iudico inter pecus & pecus, ² arietũ & hircorum. ³ Nonne satis vobis erat pascua bona depascentibus, per & reliquias pascuarũ vestrarum cõculcastis pedibus vestris? & quum

² vel, habitationibus

Arguit quosdã ex grege malitiã.

² quidã vertũt, disperdam:

² arietes & hircos.

E purissimã aquam biberitis, reliquã pedibus vestris turbabatis. Et oues meę his quę cõculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur: & quę pedes vestri turbauerant hęc bibebãt. Propterea hęc dicit dominus deus ad vos, Ecce, ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum. Pro eo quòd lateribus, & humeris impingebatis, & cornibus vestris ² ventilabatis ³ omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras: saluabo gregem meum, & nõ erit vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. ET SVSCITABO SVPER EA PASTOREM vnum, qui pascat ea,

Ve pastores CHRISTVM promittit, & cũ eo pacẽ. Ioan.10.b 1.g

² cornu petebatis omnes infirmas,

F seruum meum Dauid: ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem dominus ero eis in deum: & seruus meus Dauid princeps in medio eorum: ego dominus loquutus sum. Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra: & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. Et ponam eos in circuitu collis mei benedictione: & deducam imbrem in tempore suo, pluuię benedictionis erunt. Et dabit lignum agri fructũ suum, & terra dabit germen suũ, & erunt in terra sua absque timore: & scient quia ego dominus, quum contriuero ² catenas iugi ³ eorum, & eruero eos de manu imperantiũ sibi. Et

Isa.40.c 45.b Danie.9.g

² vincula

G non erunt vltrà in rapinam gentibus, neque bestię terrę deuorabũt eos: sed habitabunt cõfidenter absque vllo terrore. Et suscitabo eis germen nominatũ: & nõ erunt vltrà imminuti fame in terra, neque portabunt amplius opprobria gentium. Et scient quia ego dominus deus eorum cũ eis, & ipsi populus meus domus Israel: ait dominus deus. Vos autem greges mei, greges pascuę meę homines estis: & ego dominus

Ioan.10.b

Deus vester, dicit dominus deus. CAP. XXXV. A

ET factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis pone facies tuam aduersum montē Seir, & prophetabis de eo, & dices illi, Hęc dicit dominus deus, Ecce ego ad te mons Seir, & extendā manū super te, & dabo te desolatū atq; desertū. Vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris: & scies quia ego dominus. Eō q fueris inimicus sempiternus, & cō clauseris filios Israel in manus gladij in tempore afflictionis eorū, in tē pore *iniquitatis extremę: propterea viuo ego, dicit dominus deus, quoniā sanguini tradā te, & sanguis te persequetur: & quū sanguinem oderis, sanguis persequetur te. Et dabo mōtem Seir desolatū atq; desertum: & auferā de eo euntē & redeuntē. Et implebo montes eius occisorum suorum: in collibus tuis, & in vallibus tuis, atq; in torentibus interfecti gladio cadent. In solitudines sempiternas tradā te, & ciuitates tuę non habitabuntur: & scietis quia ego dominus deus. Eō q dixeris, Duę gentes, & duę terrę meę erunt, & hęreditate possidebo eas quum dominus esset ibi: propterea viuo ego dicit dominus deus, quia faciam iuxta irā tuam, & secundum zelum tuum quem fecisti odio habens eos: & notus efficiar per eos quum te iudicauero. Et scies quia ego dominus, audiui vniuersa opprobria tua quę loquutus es de montibus Israel, dicēs, Deserti: nobis ad deuorandum dati sunt. Et insurrexistis super me ore vestro, & *derogastis aduersum me verba vestra: ego audiui. Hęc dicit dominus deus, Lętante vniuersa terra, in solitudinem te redigam. Sicuti gauisus es super hęreditatem domus Israel, eō quōd fuerit dissipata, sic faciam tibi: dissipatus eris mons Seir, & Idumęa omnis: & sciēt quia ego dominus deus.

Futura mortis Seir, hoc est Idumęorū destructio qō populus dñi afflixit. B

* quo pp iniquitatē eorum venit finis: (vel, quo finita fuit iniquitas eorum:)

C

D

* multiplicastis

CAPVT XXXVI. A

TV autem fili hōis propheta super mōtes Israel, & dices, Montes Israel audite verbum domini, Hęc dicit dominus deus, Eō q dixerit inimicus de vobis, Euge, altitudines sempiternę in hęreditatem datę sunt nobis: propterea vaticinare, & dic, Hęc dicit dñs deus, Pro eo q desolati estis, & conculcati per circuitū, & facti in hęreditatē reliquis gētibus, & ascendistis super labiū linguę, & opprobriū populi: propterea montes Israel audite verbum domini dei, Hęc dicit dominus deus mōtibus, & collibus, torrentibus, vallibus q;, & desertis, parietinis, & vrbibus derelictis, quę depopulatę sunt & subsannatę à reliquis gentibus per circuitum. Propterea hęc dicit dominus deus, Quoniā in igne zeli mei loquutus sum de reliquis gentibus, & de Idumęa vniuersa: quę dederunt terrā meā sibi in hęreditatem cū gaudio, & toto corde, & ex animo: & eiecerūt eā, vt vastarent: idcirco vaticinare sup humū Israel, & dices montibus & collibus, *iugis & vallibus, Hęc dicit dñs deus, Ecce ego in zelo meo, & in furore meo loquutus sum, eō q confusionē gentiū sustinueritis. Idcirco hęc dicit dominus deus, Ego leuaui manū meam, vt gentes quę in circuitu vestro sunt ipsę confusionē suā portēt. Vos aūt mōtes Israel ramos vestros germinetis, & fructū vestrū afferatis populo meo Israel: prope enim est vt veniat. Quia ecce ego ad vos, & conuertar ad vos, & arabimini, & accipietis sementē. Et multiplicabo in vobis hoīes, oēm q; domū Israel: & habitabuntur ciuitates, & ruinosa instaurabuntur. Et replebo vos hoībus & iumentis: & multiplicabūtur, & crescent: & habitare vos faciā sicut à principio, bonis q; donabo maioribus q habuistis ab initio: & scietis quia ego dominus. Et adducā super vos homines pplm meū Israel, & hęreditate possidebunt te: & eris eis in hęreditatem, & nō addes vltrā vt absque eis sis. Hęc dicit dominus deus, Pro eo q dicunt de vobis, Deuoratrix hoīum es, & suffocans gentem tuā: propterea hoīes nō comedes amplius, & gentem tuā nō necabis vltrā, ait dominus deus: nec auditā faciā in te amplius confusionem gentiū, & opprobriū populorum nequaquā portabis, & gentem tuā non amittes amplius, ait dominus deus. Et factū est verbū domini ad me,

Promittit Israeli liberationem à gentibus. Supra. 6. a

B

* torrentibus

C

D

A dicens, Fili hominis, domus Israel habitauerunt in humo sua, et pol-
luerunt eã in vijs suis, et in studijs suis: iuxta immunditiã menstruatę fa-
cta est via eorũ corã me. Et effudi indignationẽ meã super eos pro san-
guine quẽ fuderunt sup terrã, et in idolis suis polluerunt eã. Et dispersi
eos in gentes, & ventilati sunt in terras: iuxta vias eorũ, & adinuen- vel, mores
Isa.52.e tiones eorũ iudicaui eos. Et ingressi sunt ad gẽtes ad quas introierũt, vel, opera
Rom.2.d et polluerũt nomen sanctũ meum quũ diceretur de eis, Populus domi-
E ni iste est, et de terra eius egressi sunt. Et peperci nomini sancto meo, qđ
Bñficia i Iu polluerat domus Israel in gentibus ad quas ingressi sunt. Idcirco di-
dęos colla- ces domui Israel, Hęc dicit dominus deus, Non ꝓpter vos ego faciam
ta, miseri- domus Israel: sed propter nomen sanctũ meũ qđ polluistis in gẽtibus
cordię dei ad quas intrastis. Et sanctificabo nomen meũ magnum, qđ pollutum
tribuenda: est inter gentes, qđ polluistis in medio eorũ: vt sciant gentes q̃a ego do-
non eorum minus, ait dominus exercituũ, quũ sanctificatus fuero in vobis coram
meritis. eis. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris,
Innouat de & adducam vos in terram vestrã. Et effundam super vos aquã mundã,
us cor nim, & mũdabimini ab oĩbus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis
vt i pceptis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouũ, et spiritum nouum po-
ei9 possimus nam in medio vestri: & auferam cor lapideũ de carne vestra, & dabo
ãbulare. F vobis cor carneum. Et spiritum meũ ponã in medio vestri: & faciã vt
Supra.11.d in pręceptis meis ambuletis, et iudicia mea custodiatis et operemini. Et
habitabitis in terra quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in popu-
lum, et ego ero vobis in deũ. Et saluabo vos ex vniuersis inquinamẽ-
tis vestris: et vocabo frumentũ, et multiplicabo illud, et nõ imponã vo-
bis famem. Et multiplicabo fructum ligni et genimina agri: vt nõ por-
tetis vltrã opprobriũ famis in gentibus. Et recordabimini viarum ve-
strarũ pessimarum, studiorumq́; non bonorũ: & displicebunt vobis ini- vel, qđ fuerĩ
quitates vestrę et scelera vestra. Non propter vos ego faciam, ait do- siõe digni estis
minus deus, notum sit vobis: cõfundimini & erubescite sup vijs vestris iudicabitis in
domus Israel. Hęc dicit dominus deus, In die qua mundauero vos ex cõspectu vestro
G omnibus iniquitatibus vestris, et inhabitari fecero vrbes, & instauraue- pp iniquitatẽ
ro ruinosa: & terra deserta fuerit exculta, quę quondã erat desolata in vestras e abo-
oculis omnis viatoris: dicẽt, Terra illa inculta, facta est vt hortus vo- minationẽs ve-
H luptatis: & ciuitates desertę, & destructę atq; suffossę, munitę sede- stras.
runt. Et scient gẽtes quęcunque derelictę fuerint in circuitu vestro, Eden:
quia ego dominus ędificaui dissipata, plantauiq́; inculta, ego domi- manserunt
nus loquutus sum & fecerim. Hęc dicit dominus deus, Adhuc in hoc in-
uenient me domus Israel, vt faciã eis: Multiplicabo eos sicut gregem
hominum, vt gregem sanctum, vt gregem Ierusalem in solẽnitatibus
eius: Sic erunt ciuitates desertę, plenę gregibus hominum: & scient qa
ego dominus. CAPVT XXXVII.

A Facta est super me manus dñi, et eduxit me in spiritu domini: & di-
Reductionẽ misit me in medio cãpi qui erat plenus ossibus, & circũduxit me per
ppli captiui ea in gyro: erãt aũt multa valde sup faciem cãpi, siccaq́; vehementer.
prophetat. Et dixit ad me, Fili hoĩs putãsne viuent ossa ista? Et dixi, Domine deus
tu nosti. Et dixit ad me, Vaticinare de ossibus istis: & dices eis, Ossa ari-
da audite verbũ domini. Hęc dicit dñs deus ossibus his, Ecce ego in-
B tromittã in vos spũm, et viuetis: et dabo super vos neruos, et succrescere
re faciam super vos carnes, & superextendã in vobis cutẽ: et dabo vo-
bis spiritum, et viuetis: et scietis quia ego dominus. Et pphetaui sicut
pręceperat mihi: factus est aũt sonitus pphetante me, et ecce cõmotio: &
accesserunt ossa ad ossa, vnũquodq; ad iuncturã suã. Et vidi, & ecce su-
per ea nerui, & carnes ascenderũt: & extenta est in eis cutis desuper, &
spiritũ non habebãt. Et dixit ad me, Vaticinare ad spũm, vaticinare fi-
C li hoĩs, & dices ad spiritum, Hęc dicit dñs deus, A quatuor ventis veni
spũs; et insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et prophetaui, sic

sicut præceperat mihi: & ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt: stetérūtq;
sup pedes suos exercitus grādis nimis valde. Et dixit ad me, Fili hois
ossa hęc vniuersa, domus Israel est: ipsi dicunt, Aruerunt ossa nostra, &
perijt spes nrā, & abscissi sumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos,
Hęc dicit dn̄s de⁹, Ecce ego aperiā tumulos vr̄os, & educā vos de sepul
chris vestris pp̄ls meus: & inducā vos i terrā Israel. Et scietis qa ego do
minus, quū aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vr̄is
popule meus: & dedero spūm meū in vobis, & vixeritis, & requiescere vos D
faciā super humū vestrā: & scietis qa ego dn̄s loquutus sum, & feci, ait
dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicēs, Et tu fili hois Decē tribuū
sume tibi lignum vnū: & scribe sup illud, Iudę & filior Israel sociorum cū duabus
ᵃ potius E, Io- eius. & tolle lignum alter, & scribe sup illud, ᵃIoseph) lignū Ephráim, vnionem
sepho: aut ge- & cunctę domus Israel, sociorūq; eius. Et adiunge illa, vnum ad alterū ostendit.
nitiu⁹, Iosephi tibi in lignum vnū: & erunt in vnionem in manu tua. Quum aūt dixe
rint ad te filij populi tui loquentes, Nonne indicas nobis qd in his ti
bi velis: loqueris ad eos, Hęc dicit dn̄s deus, Ecce ego assumam lignum E
Ioseph, qd̄ est in manu Ephráim, & tribus Israel quę sunt ei adiunctę:
& dabo eas pariter cū ligno Iudę, & faciā eas in lignum vnū, & erunt
vnum in manu eius. Erunt aūt ligna sup quę scripseris in manu tua,
in oculis eor. Et dices ad eos, Hęc dicit dn̄s deus, Ecce ego assumam fi
lios Israel de medio natiōnū ad quas abierunt: & cgregabo eos vn-
diq;, & adducā eos ad humum suā. Et faciā eos in gentem vnā in terra
in montibus Israel, & rex vnus erit oībus imperans: & nō erunt vltrà F
duę gentes, nec diuidentur amplius in duo regna. Neq; polluentur vl- Ioan. 10. b
trà in idólis suis & abominationibus suis, & cunctis iniqtatibus suis: & Chr̄us vni⁹
saluos eos faciā de vniuersis sedibus suis in qbus peccauerūt, & emun- ppl̄i Christia-
dabo eos: & erunt mihi ppl̄s, & ego ero eis deus. Et seruus meus Dauid ni rex & pa-
rex super eos, & pastor vnus erit oīum eor: in iudicijs meis ambulabūt, stor vn⁹ atq;
& mandata mea custodient, & facient ea. Et habitabunt sup terrā quam ęternus.
dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres vestri: & habitabūt G 3. 34. b
super eam ipsi, & filij eor, & filij filior eor, vsq; in sempiternum: & Da- Io. 1. g. 10. b
uid seruus meus princeps eor in perpetuum. Et percutiam illis fœdus Isa. 40. c
ᵇ dabo eos, (vł pacis, pactum sempiternū erit eis: & ᵇfundabo eos, &) multiplicabo, & Iere. 23. a
sic faciam eis dabo sanctificationem meā in medio eor in perpetuū. Et erit taberna Dan. 9. g
quod) culū meum in eis: & ero eis deus, & ipsi erunt mihi populus. Et scient Ioan. 1. e
gentes quia ego dominus sanctificator Israel quum fuerit sanctifica- Psal. 109. b
tio mea in medio eorum in perpetuum. CAP. XXXVIII. 118. a

Et factus est sermo domini ad me, dicens, Fili hominis pone fa- A
ciem tuam contra Gog terram Magog, principem capitis Mosoch Vaticinat
& Thubal: & vaticinare de eo, & dices, Hęc dicit dominus deus, Ecce Gog & Ma
ᵃ conteram ego ad te Gog principem capitis Mosoch & Thubal, & ᵃcircumagā) gog ventu-
ᵇ hamos te, & ponam ᵇfrenum) in maxillis tuis: & educam te & omnem exer- ros cū instru
ᶜ omni armo- citum tuum, equos & equites vestitos ᶜloricis) vniuersos, multitudi- cto exercitu
rū genere nem magnam hastam & clypeum arripientium & gladium. Persę, i terram pro
Aethiopes, & Libyes cum eis: omnes scutati & galeati. Gomer, & vni- missionis.
uersa agmina eius, domus Thogorma látera Aquilonis, & totum ro- Apo. 20. c
bur eius: populíq; multi tecum. Prępara & instrue te & omnem multi- B
tudinem tuam quę coaceruata est ad te: & esto eis in pręceptum. Post
dies multos visitaberis: in nouissimo annorum venies ad terram quę
ᵈ contrita ᵈreuersa) est à gladio & congregata est de populis multis, ad montes
Israel qui fuerunt deserti iugiter: hęc de populis educta est, & habi-
tabunt in ea confidenter vniuersi. Ascendens autem quasi tempestas
venies & quasi nubes, vt operias terram tu & omnia agmina tua,
& populi multi tecum. Hęc dicit dominus deus, In die illa ascendent C
ᵉ villarū: (vel, sermones super cor tuum, & cogitabis cogitationem pessimam: & di- Eorum co-
apertā). ces, Ascendam ad terram ᵉabsq; muro.) veniam ad quiescentes habi- natus.

tanteq; securè: hi omnes habitant sine muro, vectes & portę non sunt
D eis. Vt diripias spolia, & inuadas prędam, vt inferas manũ tuam super
Repetit eos qui deserti fuerant & postea ²restituti,³ & super populũ qui est con-
Gog aduen gregatus ex gentibus, qui possidere cœpit & esse habitator vmbilici ter
tũ à ꝓphetis rę. Saba, & Dedan, & negotiatores Tharsis, & omnes leones eius dicent
iam olim ꝓ tibi, Nunquid ad sumenda spolia tu venis? ecce ad diripiendã prędam
nuntiatum. congregasti multitudinem tuã, vt tollas argentũ & aurum, & auferas su
pellectilem atq; substantiã, & diripias manubias infinitas. Propterea
E vaticinare fili hominis, & dices ad Gog, Hęc dicit dominus deus, Nun-
quid non in die illo, quũ habitauerit populus meus Israel confidenter,
scies? Et venies de loco tuo à lateribus Aquilonis tu & populi multi te
cum, ascensores equorũ vniuersi, cœtus magnus, & exercitus vehemẽs.
Et ascendes super populũ meum Israel quasi nubes, vt operias terram.
In nouissimis diebus eris, & adducã te super terrã meam: vt sciant gen-
tes me, quũ sanctificatus fuero in te in oculis eorũ o Gog. Hęc dicit do
F minus deus, Tu ergo ille es de quo loquutus sum in diebus antiquis in
manu seruorũ meorum prophetarũ Israel, qui prophetauerũt in die-
bus illorum temporũ, vt adducerem te super eos. Et erit in die illa: in
die aduentus Gog super terrã Israel, ait dominus deus, ascendet indi-
gnatio mea in furore meo. Et in zelo meo, in igne irę meę loquutus
sum quia in die illa erit cõmotio magna super terram Israel: & cõmoue
buntur à facie mea pisces maris, & volucres cœli, & bestię agri, & omne
G reptile quod mouetur super humum, cunctiq; homines qui sunt super
Mat.14.c faciem terrę: & subuertentur montes, & cadent ²sepes,³ & omnis murus ² gradus,
Luc.21.e corruet in terram. Et conuocabo aduersus eum in cunctis montibus
Eiusdẽ inte meis gladium, ait dominus deus: gladius vniuscuiusq; in fratrem suum
ritus. dirigetur. Et iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre vehementi, & la-
pidibus immensis: ignem, & sulphur pluam super eum, & super exerci-
tum eius, & super populos multos qui sunt cum eo. Et magnificabor &
sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium: & scient quia
ego dominus.

CAP. XXXIX.

A TV autem fili hominis vaticinare aduersum Gog, & dices, Hęc dicit
Rursus oste dñs deus, Ecce ego super te Gog principẽ capitis Mosoch & Thu- ² conteram
dit destru- bal: & ²circũagam³ te, & ²educam te,³ & ascendere te faciam de lateribus ³ relinquã sex-
ctionẽ Gog Aquilonis: & adducã te super montes Israel. Et percutiã arcum tuũ in tã partẽ ex te
& Magog. manu sinistra tua: & sagittas tuas de manu dextera tua deijciam. Super (vel, desolare
Apo.20.c montes Israel cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui qui sunt tecũ: faciã te. Chal.
feris, auibus, omniq; volatili, & bestijs terrę dedi te ad deuorandũ. Super interpr. errare
B faciẽ agri cades: quia ego loquutus sum, ait dñs deus. Et immittã ignẽ siue seduci fa-
in Magog, & in his qui habitant in insulis cõfidenter: & scient quia ego ciam te)
dñs. Et nomen sanctũ meum notũ faciam in medio populi mei Israel,
& non polluã nomen sanctũ meũ amplius: & scient gentes quia ego dñs
sanctus Israel. Ecce venit & factũ est, ait dñs deus: hęc est dies de qua lo ² lanceas:
quutus sum. Et egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succen- * ipsi
dent & cõburent arma, clypei & hastas, arcum & sagittas, & baculos ma- ² trãseuntium
nuũ, & ²contos:³ & succendent ea igni septẽ annis. Et non portabũt ligna (vel, per quem
C de regionibus, neq; succident de saltibus: quoniã arma succẽdent igne, itur)
& deprędabũtur eos quibus prędę fuerant, & diripient vastatores suos, ² q obturare fa
Sepulchrum ait dominus deus. Et erit in die illa: dabo* Gog locum nominatũ se ciet ipsa tran-
Gog & eius pulchrũ in Israel vallem ²viatorũ³ ad orientem maris, ²quę obstupe- seuntes (ita ne
exercitus. scere faciet prętereũtes: & ³sepelient ibi Gog, & omnem multitudinẽ eius, mo poterit p
& vocabitur Vallis multitudinis Gog. Et sepelient eos domus Israel, eam ambulare
vt mundent terram septem mensibus. Sepeliet autem eũ omnis popu- quoniam sepe
D lus terrę, & erit eis nominata dies in qua glorificatus sum, ait dominus lient &c.
deus. Et viros iugiter constituent lustrantes terram ²qui sepeliant, & re ²vel, vt requi-
quirant³ eos qui remanserant super faciem terrę, vt emundent eam: post rant, & sepeliãt

mensem

mensēs autem septem quęrere incipiēt. Et circuībunt peragrātes terrā:
quumq; viderint os hominis, statuent iuxta illud titulum, donec sepe
vel, sepeliētes liant illud pollinctores in valle multitudinis Gog. Nomen autem ci
uitatis Amona, & mundabunt terram. Tu ergo fili hominis hęc di Ipm cū suis
cit dominus deus, Dic omni volucri, & vniuersis auibus cunctisq; be ā volucrib⁹
stijs agri, Conuenite, properate, concurrite vndiq; ad victimam meam B & bestijs
quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel: vt ↄcuorādū p̄
comedatis carnem, & bibatis sanguinem. Carnes fortium comedetis, & dicit.
sanguinem principū terrę bibetis: arietum, agnorum, & hircorū, tauro
rumq;, & altilium, & pinguiū omnium. Et comedetis adipem in satu
ritatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem, de victima quam ego im
molaui vobis: & saturabimini super mensam meā de equo, & equite
forti, & de vniuersis viris bellatoribus, ait dominus deus. Et ponā glo F
riam meam in gentibus: & videbunt oēs gentes iudiciū meum qđ fece
rim, & manū meā quā posuerim super eos. Et scient domus Israel quia
ego dn̄s deus eorū ā die illa & deinceps. Et scient gentes qm̄ in ini Quare do
ppter iniqui quitate sua capta sit domus Israel: eō q̄ dereliquerint me, & abscondē mus Israel
tatem suam rim faciē meā ab eis, & tradiderim eos in manus hostium, & ceciderint vastata.
in gladio vniuersi. Iuxta immunditiā eorū & scelus feci eis, & abscondi
faciē meam ab illis. Propterea hęc dicit dn̄s deus, Nunc reducam ca G
ptiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel: & assumam zelum Reductio ā
pro nomine sancto meo. Et portabunt confusionē suam, & oēm pręuari captiuitate
cationem qua pręuaricati sunt in me, quum habitauerint in terra sua pmittitur.
& non esset q confidenter neminē formidantes, & reduxero eos de populis, & con
exterreret, gregauero de terris inimicorum suorum, & sanctificatus fuero in eis in
oculis gentium plurimarum. Et scient quia ego dn̄s deus eorum, eō q̄ Supra. 36. c
transtulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suā, &
non dereliquerim quenquā ex eis ibi. Et non abscondam vltrà faciem
meam ab eis, eō q̄ effuderim spiritum meum super omnem domum
Israel, ait dominus deus.

CAP. XL.

IN vicesimo quinto anno transmigrationis nostrę in exordio anni, A
decima mēsis, quartodecimo anno, postquam percussa est ciuitas: in Prophetę
ipsa hac die facta est super me manus dn̄i, & adduxit me illuc. In visio ostēdit futu
nibus dei adduxit me in terrā Israel, & dimisit me super mōtē excelsum ra restaura
nimis: super quē erat quasi ędificium ciuitatis vergētis ad Austrum. Et tio ciuitatis
introduxit me illuc: & ecce vir, cuius erat species quasi spēs ęris, & funi & templi.
culus lineus in manu eius, & calamus mēsurę in manu eius: stabat autē
in porta. Et loquutus est ad me idē vir, Fili hominis vide oculis tuis,
& auribus tuis audi, & pone cor tuū in omnia quę ego ostendam tibi:
quia vt ostendantur tibi adductus es huc: annūtia omnia q̄ tu vides, do
mui Israel. Et ecce murus forinsecus in circuitu domus vndiq;, & in ma
nu viri calamus mēsurę sex cubitorum & palmo: & mēsus est latitudinem
ędificij calamo vno, altitudinē quoq; calamo vno. Et venit ad portam
postē portę. quę respiciebat viā orientalē, & ascēdit per gradus eius: & mēsus est li B
& postē alterū men portę calamo vno latitudinē, id est, limen vnū calamo vno in
latitudine: & thalamū vno calamo in longū, & vno calamo in latū: &
postes inter thalamos, quinq; cubitos: & limē portę iuxta vestibulū portę in
postibus trinsecus, calamo vno. Et mēsus est vestibulū portę octo cubitorum, &
hostij frōtē eius duobus cubitis: vestibulū autē portę erat intrinsecus. Porrò
vel, terminum thalami portę ad viā orientalē, tres hinc & tres inde: mēsura vna triū, &
vel, marginis mensura vna frontiū ex vtraq; parte. Et mēsus est latitudinē liminis
(aut, termini) portę decem cubitorum: & lōgitudinē portę tredecim cubitorum. & margi
postes sexa nē ante thalamos cubiti vnius: & cubitus vnus finis vtrinq;. thalami
ginta cubitorum: autē, sex cubitorum erāt hinc & inde. Et mēsus est portam ā tecto thalami,
vnicuiq; po vsq; ad tectū eius, latitudinē viginti quinq; cubitorum: ostium contra ostiū.
sti atrij Et fecit frontes per sexaginta cubitos: & ad frontē atrij portę vndiq;

C per circuitum. Et 'ante faciē' portę quę pertingebat vsq; ad 'faciē' vesti 'vel, altitudo
buli portę interioris, quinquaginta cubitos. Et fenestras 'obliquas' in 'vel, pncipiū
thalamis & in frontibus eorum quę erant intra portam vndiq; per cir 'angustas fo-
cuitum: similiter autem erant & in vestibulis fenestrę per gyrum intrin rinsecus
secus, & ante frontes pictura palmarum cęlata. Et eduxit me ad atriū
exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentum stratum lapide in atrio
per circuitum: triginta 'gazophylacia' in circuitu pauimenti. Et paui 'cubicula
mentum 'in fronte' portarum secundum longitudinem portarum erat 'ad latus
inferius. Et mensus est latitudinem à 'facie' portę inferioris vsque ad 'limine
frontem atrij interioris extrinsecus, centum cubitos ad orientem & ad
aquilonem. Portam quoq; quę respiciebat viam Aquilonis atrij exte-
rioris, mēsus est tam in longitudine q; in latitudine. Et thalamos eius
tres hinc & tres inde: & 'frontem' eius & vestibulum eius secundū men 'postes
suram portę prioris: quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & la-
D titudinem vigintiquinq; cubitorum. Fenestrę autem eius, & 'vestibu- 'testudines
lum,' & sculpturę secundum mensurā portę quę respiciebat ad orien- & infra.
tem: & septē graduum erat ascensus eius, & vestibulum ante eā. Et por
ta atrij interioris contra portam Aquilonis, & orientalē: & mensus est à
porta vsq; ad portam centum cubitos. Et eduxit me ad viam Austra
lem, & ecce porta quę respiciebat ad Austrum: & mensus est 'frontem' 'postes
eius, & vestibulum eius iuxta mensuras superiores. Et fenestras eius &
vestibula in circuitu, sicut fenestras cęteras: quinquaginta cubitorum
longitudine, & latitudine vigintiquinq; cubitorum. Et in gradibus se-
ptem ascendebatur ad eam: & vestibulum ante fores eius: & cęlatę pal-
mę erant, vna hinc, & altera inde in fronte eius. Et porta atrij interio-
ris in via Australi: & mensus est à porta vsq; ad portam in via Austra
li, centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam Au
stralem: & mensus est portam iuxta mensuras superiores. Thalamum
eius, & frontem eius, & vestibulū eius hisdem mēsuris: & fenestras eius,
E & vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & la-
titudinis vigintiquinq; cubitos. Et vestibulum per gyrum longitudine
vigintiquinq; cubitorum, & latitudine quinq; cubitorum. Et vestibu-
lum eius ad atrium exterius, & palmas eius in fronte: & octo gradus
erant quibus ascēdebatur per eam. Et introduxit me in atrium interius
per viam orientalem: & mensus est portam secundum mensuras supe-
riores. Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, sicut suprà:
& fenestras eius, & vestibula in circuitu, longitudine quinquaginta cu-
bitorum, & latitudine vigintiquinque cubitorum. Et vestibulum eius,
id est atrij exterioris: & palmę cęlatę in frōte eius hinc & inde: & in octo
gradibus ascēsus eius. Et introduxit me ad portā q̄ respiciebat ad Aqui
lonem: & mensus est secundum mensuras superiores. Thalamum eius,
& frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitum, lon-
gitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine vigintiquinque cubi-
F torum. Et vestibulum eius respiciebat ad atrium exterius: & cęlatura
palmarum in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus ascēsus eius.
Et per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum: ibi laua-
bunt holocaustum. Et in vestibulo portę duę mensę hinc, & duę mensę
inde: vt immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro deli-
cto. Et ad latus exterius quod ascendit ad ostium portę quę pergit ad
Aquilonem, duę mensę: & ad latus alterum ante vestibulū portę, duę
mensę. Quatuor mēsę hinc, & quatuor mēsę inde: per látera portę octo
mensę erant super quas immolabunt. Quatuor autem mensę ad holo
caustū, de lapidibus quadris extructę: longitudine cubiti vnius & dimi- 'vncini ferrei
dij, & latitudine cubiti vnius & dimidij, & altitudine cubiti vnius: super (sub. qb' suspē
quas ponent vasa in quibus immolatur holocaustum & victima. Et debāt carnes)
'labia' eorum palmę vnius, 'reflexa' intrinsecus per circuitum; sup men 'reflexi

fis autem, carnes oblationis. Et extra portas interiorẽ gazophylacia C
cubicula e infra, cantorum in atrio interiori, quod erat in látere portę respicientis ad
aquilonẽ: & facies eorum contra viam australem, vna ex látere portę orie
talis quę respiciebat ad viã Aquilonis. Et dixit ad me, Hoc gazophy-
laciũ quod respicit viã meridianã, est sacerdotũ qui excubant in custo-
diis templi. Porrò gazophylacium quod respicit ad viã Aquilonis, sa-
cerdotũ erit qui excubãt ad ministeriũ altaris. Isti sunt filij Sadoc, qui ac-
cedunt de filijs Leui ad Dñm, vt ministrent ei. Et mensus est atrium lon
gitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorũ per quadrũ:
& altare ante faciẽ templi. Et introduxit me in vestibulũ templi: & mẽ
sus est vestibulũ quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde: & latitudi- A
nem portę trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde. Longitu-
dinem autem vestibuli, viginti cubitorum: & latitudinem vndecim cu
bitorum, & octo gradibus ascendebatur ad eum. Et columnę erant in
frontibus: vna hinc, & altera inde. CAP. XLI.

iuxta postes: postes e.f. ET introduxit me in templum, & mensus est frontes sex cubitos lati A
tudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernacu Dispositio ędificãdi templi, e ad id ptinẽtiũ.
li. Et latitudo portę, decem cubitorum erat: & látera portę quinq; cu-
vniuscuiusq; cubiculi bitis hinc, & quinque cubitis inde: & mensus est longitudinẽ eius qua-
draginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum. Et introgres-
Trabes autẽ, trabs sup tra- sus intrinsecus, mensus est in fronte portę duos cubitos: & portam, sex
bem triũ & tri cubitorum: & latitudinem portę, septem cubitorũ. Et mensus est longi
ginta pedũ in tudinem eius viginti cubitorum, & latitudinẽ viginti cubitorum, ante
gredientes pa faciem templi: & dixit ad me, Hoc est sanctum sanctorum. Et mensus est
rietẽ dom⁹ &c. parietem domus sex cubitorum: & latitudinẽ lateris, quatuor cubitorum
vndiq; per circuitum domus. Látera autem, latus ad latus, bis trigin-
Et dilatabat tatria: & erãt eminentia quę ingrederentur per parietem domus, in la- B
sterstitiũ muri teribus per circuitum, vt continerent, & non attingerent parietem tem
sup quod erãt pli. Et platéa erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, & in
capita trabiũ. cœnaculum templi deferebat per gyrum: idcirco latius erat templum
per medium. in superioribus: & sic de inferioribus ascẽdebatur ad superiora, in me-
domus dium. Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata látera
fundamentũ ad mensuram calami sex cubitorum spatio: & latitudinẽ per parietẽ láte-
cubiculorum ris forinsecus quinq; cubitorum: & erat interior domus in lateribus do-
cubili mus. Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circui
e interstitiũ tu domus vndiq;. Et ostiũ láteris ad orationẽ: ostium vnum ad viam
relictũ dom⁹ Aquilonis, & ostium vnũ ad viam Australem: & latitudinem loci ad
cubiculorum qđ orationem, quinq; cubitorum in circuitu. Et ędificium quod erat se-
erat extrĩsec⁹. paratum versumq; ad viam respicientem ad mare, latitudinis septua-
cubicula ginta cubitorum. paries autẽ ędificij, quinq; cubitorum latitudinis per cir C
ostia cubicu- cuitum: & longitudo eius, nonaginta cubitorum. Et mensus est domus
lorũ tendebãt longitudinem, centum cubitorũ: & quod separatum erat ędificium, &
ad interstitiũ parietes eius, longitudinis centũ cubitorum. Latitudo autem ante facies
relictum domus: & eius quod erat separatum contra orientem, centum cubito-
relicti, rum. Et mensus est longitudinem ędificij contra faciem eius quod erat
corã solario separatum ad dorsum, & ethecas ex vtraque parte centum cubitorum:
e thalamos & templum interius, & vestibula atrij. Limina & fenestras obli-
extrinsecus la quas, & ethecas in circuitu per tres partes, contra vniuscuiusque li-
tas, e itrinsec⁹ men, stratumq; ligno per gyrum in circuitu: terra autem vsque ad fe-
strictas, e.f. nestras, & fenestrę clausę super ostia. Et vsque ad domum interio-
optę desup. rem, & forinsecus: & omnem parietem in circuitu intrinsecus, & fo-
aspect⁹ vtriusq; rinsecus, ad mensuram. Et fabrefacta cherubim & palmę: & palma D
postis ostij inter cherub & cherub, duásque facies habebat cherub. Faciem ho-
sanctuarij, erat minis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex
sicut aspectus alia parte: expressam per omnem domum in circuitu. De terra vsque
postis tẽpli, ad superiora portę, cherubim & palmę cęlatę erant in pariete templi.

Limen, quadrangulū: & facies sanctuarij, aspectus contra aspectum. Altaris lignei trium cubitoꝝ altitudo: & longitudo eius, duoꝝ cubitoꝝ: & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et loquutus est ad me, Hęc est 'mensa' coram dn̄o. Et duo ostia erant in tēplo, & in sanctuario. Et in duobus ostijs ex vtraq; parte bina erant ostiola, q̄ in semet ipsa plicabantur: bina enim ostia erant ex vtraq; parte ostiorum. Et cęlata erāt in ipsis ostijs templi cherubim, & sculptura palmaruꝫ, sicut in parietibus quoq; expressa erant: quam ob rem & grossiora erāt ligna in vestibuli fronte forinsecus. Super q̄ fenestrę obliquę, & similitudo palmarum hinc atq; inde in 'humerulis' vestibuli: secundus latera domus, latitudinemq́; parietum. 'sub.q̄ stare debet vel, q̄ fuit 'lateribus

CAP. XLII.

De gazophylacijs, cęterisq́; ad vsus sacroꝝ separādis.

A ET eduxit me in atrium exterius per viā ducentē ad aquilonē, & introduxit me in gazophylacium, quod erat contra 'separatum' ędificium, & contra ędem vergentem ad aquilonem. In facie longitudinis, centū cubitos ostij aquilonis: & latitudinis quinquaginta cubitos: contra viginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentum stratum lapide atrij exterioris, vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante 'gazophylacia' deambulatio decē cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens vię cubiti vnius. Et ostia eorum ad aquilonem: vbi erant gazophylacia in superioribus 'humiliora:' quia supportabant porticus q̄ ex illis eminebant de inferioribus, & de medijs ędificij. Tristega enim B erant, & non habebant columnas, sicut erant columnę atriorum: propterea eminebant de inferioribus, & de medijs à terra cubitis quinquaginta. Et 'peribolus' exterior, secundum gazophylacia, q̄ erant in via atrij exterioris ante gazophylacia: longitudo eius, quinquaginta cubitoꝝ. Quia longitudo erat gazophylacioꝝ atrij exterioris, quinquaginta cubitoꝝ: & longitudo ante faciem templi, centum cubitoꝝ. Et erat subter gazophylacia hęc introitus ab oriente 'ingredientium' in ea de atrio exteriori: in latitudine periboli atrij, quod erat contra viā orientalem, in faciem ędificij 'separati.' Et erant ante ędificium gazophylacia: & via ante faciem eoꝝ iuxta similitudinē gazophylacioꝝ, q̄ erant C in via aquilonis; secundū longitudinē eorum, sic & latitudo eorum: & omnis introitus eorum, & similitudines, & ostia eorum secundū ostia gazophylaciorū q̄ erant in via respiciente ad Notum: ostium in capite vię, quę via erat ante vestibulum separatū per viam orientalē ingredientibus. Et dixit ad me, Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austri, quę sunt ante ędificium separatū: hęc sunt gazophylacia sancta, in quibus vescuntur sacerdotes qui appropinquant ad dn̄m in sancta sanctorum. ibi ponent sancta sanctoꝝ, & oblationē pro peccato, & pro delicto: locus enim sanctus est. Quum aūt ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atriū exterius: & ibi reponēt vestimenta sua in D quibus ministrāt, quia sancta sunt: vestientur q; vestimētis alijs, & sic procedent ad populū. Quumq; cōplesset mēsuras domus interioris, eduxit me per viā portę quę respiciebat ad viā orietalē: & mēsus est eā vndique per circuitum. Mensus est aūt contra ventum orientalem calamo mensurę: quingentos calamos in calamo mensurę per circuitum. Et mēsus est contra ventum aquilonis quingentos calamos, in calamo mensurę per gyrum. Et ad ventum australem mensus est quingentos calamos, in calamo mensurę per circuitum. Et ad ventum occidentalē mensus est quingentos calamos, in calamo mensurę. Per quatuor ventos mēsus est murum eius vndiq; per circuitum, longitudinem quingentorū cubitorum, & latitudinem quingentoꝝ cubitorum, diuidentem inter sanctuarium & vulgi locum. 'solariū (cubiculum) 'cubicula 'vl, breuiora 'paries & s 'dūs ingredil '& solarij

CAP. XLIII.

A ET duxit me ad portam quę respiciebat ad viam orientalem. Et ecce gloria dei Israel ingrediebatur per viam orientalē: & vox erat ei quasi vox aquarum multarū, & terra splendebat à 'maiestate' eius. 'glīa e infra.

Videt glīaꝫ dei tēplum

° visionem ¶ infra. Et vidi visionē secundum °speciem quā videram, qñ venit vt disperderet ingrederet, B
ciuitatem: & spēs secundum aspectum quē viderā iuxta fluuium Chobar, quo añ res
bar & cecidi super faciem meam. Et maiestas dñi ingressa est templuz refferat.
per viam portę quę respiciebat ad orientem. Et eleuauit me spūs, & in- Supra. 9. a
troduxit me in atrium interius: & ecce repleta erat gloria dñi domus. Supra. 1. a
Et audiui loquentez ad me de domo, & vir stabat iuxta me. Et dixit ad B
me, Fili hominis, locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum, Idololatriā
vbi habito in medio filiorum Israel in ęternū: & non pollucent vltra do filiorum Israe-
° cadaueribus mus Israel nomen sanctū meū, ipsi, & reges eorum in fornicationibus el cōmemo
suis, & °in ruinis regū suorum, & in excelsis. Qui fabricati sunt limen suū rat pp quas
iuxta limē meum, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter consumpsi
me & eos: & polluerunt nomē sanctum meū in abominationibus quas fuit.
fecerunt: propter qđ cōsumpsi eos in ira mea. Nunc ergo repellant p-
cul fornicationē suam, & ruinas regum suorum à me: & habitabo in me- C
° exemplar dio eorum semper. Tu aūt fili hominis ostēde domui Israel templum, & Iubet eos
confundantur ab iniquitatibus suis: & metiantur °fabricā, & erubescāt reuocare ad
ex omnibus quę fecerunt. Figurā domus, & fabricę eius exitus & introi pœnitentiā.
tus, & oēm descriptionē eius, & vniuersa pcepta eius, cunctumq; ordi-
nem eius, & omnes leges eius ostende eis, & scribes in oculis eorū: vt cu-
stodiant oēs descriptiones eius, & pręcepta illius, & faciant ea. Ista est
lex domus. In summitate montis omnis finis eius, in circuitu sanctus
° .i. medio ¶ infra. sanctorum est, hęc est ergo lex domus. Istę aūt mensurę altaris in cubito D
° altitudo verissimo, qui habebat cubitum & palmum: in °sinu eius erat cubitus, Descriptio
& cubitus in latitudine: & definitio eius vsq; ad labiuz eius, in circuitu altaris.
palmus vnus. hęc quoq; erat °fossa altaris. Et de sinu terrę vsq; ad cre
pidinē nouissimā duo cubiti, & latitudo cubiti vnius: & à crepidine mi
° Ipsum aūt altare nore vsq; ad crepidinē maiorez q̄tuor cubiti, & latitudo cubiti vnius.
° Ipse aūt ariel q̄tuor cubitorum: & ab °ariel vsq; sursum, cornua q̄tuor.
° altari ¶ Ifra. Et ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos la
° atrium titudinis: quadrangulatum ęquis lateribus. Et °crepido quatuordecim E
° vel, clausura cubitoruz longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in qua-
tuor angulis eius: & °corona in circuitu eius dimidij cubiti, & sinus
eius vnius cubiti per circuitū: gradus aūt eius versi ad orientē. Et di Ritus sacri
xit ad me, Fili hominis hęc dicit dñs deus, Hi sunt ritus altaris, in qua- ficandi.
cunq; die fuerit fabricatum: vt offeratur super illud holocaustū, & effun
datur sanguis. Et dabis sacerdotibus Leuitis, q sunt de semine Sadoc,
qui accedunt ad me, ait dñs deus, vt offerant mihi vitulū de armento
pro peccato. Et assumēs de sanguine eius pones super quatuor cornua F
° loci vbi offerunt, eius, & super quatuor angulos °crepidinis, & super coronā in circui-
tu: & mundabis illud & expiabis. Et tolles vitulum qui oblatus fuerit
° scdm pceptū pro peccato: & combures eum °separato loco domus extra sanctuariū.
° pfectum (sine vitio) ¶ Ifra. Et in die secunda offeres hircum caprarum °immaculatum pro pecca-
to: & expiabunt altare, sicut expiauerunt in vitulo. Quumq; comple-
ueris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arie-
tem de grege immaculatuz. Et offeres eos in conspectu domini: & mit G
tent sacerdotes super eos sal, & offerent eos in holocaustum domino.
Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie: & vitulum de ar-
mento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus
° vel, suam. expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum °eius. Ex-
pletis autem septem diebus, in die octaua & vltrà, facient sacerdotes su
per altare holocausta vestra, & quę pro pace offerunt: & placatus ero
vobis, ait dominus deus.

CAP. XLIIII. A

ET conuertit me ad viaz portę sanctuarij exterioris, quę respiciebat Quę porta
ad oriētem: & erat clausa. Et dixit dñs ad me, Porta hęc, clausa erit: templi sit
non aperietur, & vir non transiet per eam: quoniam dñs deus Israel clausa ostēt
ingressus est per eaz, eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, dic.

vt comedat panem coram domino: per viam portę vestibuli ingredie
tur: & per viam eius egredietur. Et adduxit me per viam portę aquilo
nis in conspectu domus: & vidi, & ecce impleuit gloria domini domum
Reddit dñs domini: & cecidi in faciem meam. Et dixit ad me dominus, Fili ho-
pphetā attē minis pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia
tum. B quę ego loquor ad te de vniuersis 'ceremonijs' domus dñi, & de cun- 'sta iussa'
ctis legibus eius & pones cor tuum in vijs tēpli, per oēs exitus sanctua
Iubet pphō rij. Et dices ad 'exasperantem me' domū Israel, Hęc dicit dñs deus, Suf 'rebellem
exprobare ficiāt vobis omnia scelera vestra domus Israel: 'eo φ inducitis' filios 'quū induce
sua scelera. alienos incircumcisos corde & incircumcisos carne, vt sint in sanctuario tis
Incircūcisi' meo, & polluant domum meā: & offertis panes meos, adipes & sangui
corde & car nem: & dissoluitis pactum meū in omnibus sceleribus vestris. Et non
ne. seruastis pręcepta sanctuarij mei: & posuistis custodes obseruationum
Qui admit mearum in sanctuario meo vobismetipsis. Hęc dicit dñs deus, Om-
tendi C nis alienigena incircuncisus corde & incircuncisus carne nō ingredie-
ad ministe- tur sanctuarium meum, omnis filius alienus qui est in medio filiorum
riū tēpli, & Israel. Sed & Leuitę qui longē recesserunt à me in errore filiorū Israel,
qui ab illo & errauerunt à me post idola sua, & portauerūt iniquitatē suā: erunt in
reijciendi. sanctuario meo 'ędituui,' & ianitores portarum domus, & ministri do 'ministri,
mus: ipsi mactabunt holocausta, & victimas populi: & ipsi stabunt in
cōspectu eorum, vt ministrent eis. Pro eo φ ministrauerunt illis in con
spectu idolorū suorum, & facti sunt domui Israel in offendiculum iniqui
tatis: idcirco leuaui manum meam super eos, ait dñs deus, & portaue-
D runt iniquitatem suam, Et non appropinquabunt ad me, vt sacerdotio
fungantur mihi, neque accedent ad omne sanctuarium meum iuxta san
cta sanctorum: sed portabunt confusionem suam, & scelera sua quę fe-
cerūt. Et dabo eos ianitores domus in omni ministerio eius, & in vni
Quos ex sa uersis quę fient in ea. Sacerdotes aūt Leuitę filij Sadoc, qui custodie
cerdotib' ve runt 'ceremonias' sanctuarij mei, quū errarent filij Israel à me: ipsi acce 'custodiā (pręce-
lit admitti i dent ad me, vt ministrent mihi: & stabunt in conspectu meo, vt offerāt pta) & infra.
sanctuariū mihi adipem & sanguinem, ait dñs deus. Ipsi ingredientur sanctuariū
suū pscribit, meum, & ipsi accedent ad mensam meam, vt ministrent mihi, & custo
simul & E diant ceremonias meas. Quumq; ingredientur portas atrij interioris,
eorū officiū. vestibus lineis induentur: nec ascendet super eos quicquam laneum,
quando ministrant in portis atrij interioris & intrinsecus. Vittę lineę
erunt in capitibus eorum, & feminalia linea erunt in lumbis eorum, &
non accingentur in sudore. Quumq; egredientur atrium exterius ad po
pulum, exuent se vestimentis suis in quibus ministrauerant, & reponēt
Vinum. ea in gazophylacio sanctuarij, & vestient se vestimentis alijs: & nō san
Vxores. ctificabunt populum in vestibus suis. Caput autem suum non radent,
Leui. 21.c neque comam nutrient: sed tondentes attondent capita sua. Et vinum
F non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. Et
viduam, & repudiatam non accipient vxores, sed virgines de semine
domus Israel: sed & viduam, quę fuerit vidua à sacerdote, accipiēt. Et
populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum: & inter
mundum & immūdum ostendent eis. Et quum fuerit controuersia, sta
bunt in iudicijs meis, & iudicabunt: leges meas, & pręcepta mea in om-
nibus solēnitatibus meis custodient, & sabbatha mea sanctificabunt. Et
ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur: nisi ad patrē
G & matrem, & filium & filiam, & fratrem & sororē quę alterum virum
Hęreditas non habuit: in quibus contaminabuntur. Et postquam fuerit emunda
sacerdotū. tus, septem dies numerabuntur ei. Et in die introitus sui in sanctuariū
Deu. 18.a ad atrium interius vt ministret mihi in sanctuario, offeret pro peccato
Num. 18.c suo, ait dominus deus. Erit autem eis hęreditas, ego hęreditas eorum:
Exo. 22.d & possessionem non dabitis eis in Israel, ego enim possessio eorū. Vi
Leui. 22.b ctimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent: & omne 'votum' 'dedicatum

in Israel, ipsorum erit. Et primitiua omnium primogenitorũ, & omnia libamenta ex omnibus que offeruntur, sacerdotum erunt: & primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem domui tuę. Omne morticinum, & captum à bestia de auibus & de pecoribus, non comedent sacerdotes.

spontaneę oblata

pastarum vestrarum

CAP. XLV.

A

QVumq́; cœperitis terram diuidere sortito, separate primitias domino sanctificatũ de terra longitudine vigintiquinq; millia, & latitudine decem millia: sanctificatum erit in omni termino eius per circuitum. Et erit ex omni parte sanctificatũ quingentos per quingẽtos, quadrifariam per circuitũ: & quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrum. Et à mensura ista mensurabis longitudinem vigintiquinq; millium, & latitudinẽ decem millium, & in ipso erit templũ, sanctumq́; sanctorum. Sanctificatũ de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarij, qui accedunt ad ministeriũ domini: & erit eis locus in domos, & in sanctuarium sanctitatis. Vigintiquinq; autem millia longitudinis & decẽ millia latitudinis erunt Leuitis qui ministrant domui: ipsi possidebunt viginti gazophylacia. Et possessionẽ ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis vigintiquinq; millia, secundum separationem sanctuarij, omni domui Israel. Principi quoq; hinc & inde, in separationem sanctuarij, & in possessionẽ ciuitatis, contra faciem separationis sanctuarij, & contra faciem possessionis vrbis: à látere maris vsque ad mare, & à látere orientis vsque ad orientem: longitudinem autem iuxta vnamquanq; partem à termino occidentali vsque ad terminum orientalem. De terra erit ei possessio in Israel: & non depopulabuntur vltrà principes populum meum: sed terram dabunt domui Israel secundum tribus eorum. Hec dicit dominus deus, Sufficiat vobis principes Israel: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium & iustitiam facite, separate confinia vestra à populo meo, ait dominus deus. Sta tera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis. Ephi & batus ęqualia, & vnius mensurę erunt: vt capiat decimã partem cori batus, & decimã partem cori ephi: iuxta mensurã cori erit ęqua libratio eorum. Siclus autem, viginti obolos habet. Porrò viginti sicli, & vigintiquinque sicli, & quindecim sicli: mnam faciunt. Et hę sunt primitię quas tolletis: sextam partem ephi de coro frumenti, & sextam partem ephi de coro hordei. Mensura quoque olei, Batus olei decima pars cori est & decem bati, corum faciunt: quia decem bati implent corum. Et arietem vnum de grege ducentorum de his quę nutriunt Israel in sacrificium, & in holocaustũ, & in pacifica ad expiandũ pro eis, ait dominus deus. Omnis populus terrę tenebitur primitijs his principi in Israel. Et super principem erunt holocausta, & sacrificium, & libamina in solennitatibus, & in calendis, & in sabbathis, & in vniuersis solennitatibus domus Israel. Ipse faciet pro peccato sacrificium, & holocaustum, & pacifica ad expiandum pro domo Israel.

Hęc dicit dominus deus, In primo mense, vna mensis sumes vitulum de armento immaculatum: & expiabis sanctuarium. Et tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato: & ponet in postibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in postibus portę atrij interioris. Et sic facies in septima mensis pro vnoquoque qui ignorauit, & errore deceptus est, & expiabitis pro domo. In primo mense, quartadecima die mensis erit vobis paschę solennitas: septem diebus azyma comedentur. Et faciet princeps in die illa pro se & pro vniuerso populo terrę, vitulum pro peccato. Et in septem dierum solennitate faciet holocaustum domino septem vitulos: & septem arietes immaculatos quotidie septem diebus. & pro peccato hircum caprarum quotidie. Et sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet: & olei hin per singula ephi. Septimo mense, quintadecima

Left margin notes:

quingenti in lõgitudine, cũ quingentis in latitudie, quadratum

cubicula

oblationem spontaneam

iuxta oblationem

iuxta possessionem

añ oblationẽ sanctitatis &c. (.i. pricipi dari dz ab vtroq; latere sanctuarij & ciuitatis quicqd sitũ est cõtra sanctuarium, & ciuitatem, &c.)

&

tributa

principis erit offerre

domum.

Right margin notes:

A Ex tota terra pmissionis separant quatuor portiones, quarum prima sacerdotib⁹ & tẽplo deputatur.

B Altera Leuitis.

Tertia ciuitati.

C Quarta principi.

Exhortatio ad pricipes Israel.

D De ęquitate ponderis & mensurę.

Siclus Exo. 30.b Leui. 27.c

E Nume. 3. g Mna.

De pmitijs.

F De oblationibus primi mensis.

De oblationib⁹ paschę.

G

Scenophegia

decima die mensis in solennitate faciet sicut suprà dicta sunt per septem dies: tam pro peccato, quàm pro holocausto, & in sacrificio, & in oleo.

CAPVT XLVI.

A Sacrificia sabbathi & calendarũ.
HAec dicit dominus deus, Porta atrij interioris, quę respicit ad orientem, erit clausa sex diebus in quibus opus fit: die autẽ sabbathi aperietur, sed & in die calendarũ aperietur. Et intrabit princeps per viam vestibuli portę deforis, & stabit in limine portę: & facient sacerdotes holocaustum eius, & pacifica eius: & adorabit super limen portę, & egredietur: porta autem non claudetur vsq; ad vesperã. Et adorabit populus terrę ad ostium portę illius in sabbathis & in calendis coram dño.

B Oblatio principis.
Holocaustũ autem hoc offeret princeps domino: in die sabbathi sex agnos immaculatos, & arietem immaculatũ: & sacrificiũ ephi per arietem: in agnis autem sacrificiũ quod dederit manus eius: & olei hin, per singula ephi. In die autem calendarũ vitulũ de armento immaculatũ: & sex agni, & arietes immaculati erunt. Et ephi per vitulũ, ephi quoq; per arietẽ faciet sacrificiũ. De agnis autem, sicut inuenerit manus eius: & olei hin, per singula ephi.

C Per q̃s portas templum ingredi e ex eo egredi oporteat.
Quumq; ingressurus est princeps, per viã vestibuli portę ingrediatur, & per eandẽ viam exeat. Et quũ intrabit populus terrę in cõspectu dñi in solennitatibus: qui ingredietur per portã aquilonis, vt adoret, egrediatur per viam portę meridianę: porro qui ingredietur per viã portę meridianę, egrediatur per viã portę aquilonis: nõ reuertetur per viã portę per quã ingressus est, sed e regione illius egredietur.

D Princeps aũt in medio eorũ cũ ingredientibus ingredietur: & cũ egredientibus egredietur. Et in *nũdinis, & in solemnitatibus erit sacrificiũ ephi per vitulũ, & ephi per arietẽ: in agnis autẽ erit sacrificiũ sicut inuenerit manus eius: & olei hin, per singula ephi. * festiuitatibus

De spontaneo principis holocausto.
Quũ autem fecerit princeps spontaneũ holocaustũ, aut pacifica volũtaria dño: aperietur ei porta quę respicit ad orientẽ, & faciet holocaustũ suum, & pacifica sua, sicut fieri solet in die sabbathi: & egredietur, claudeturq; porta postquã exierit.

E Et agnum *eiusdẽ anni, immaculatũ, faciet holocaustum quotidie dño: *semper mane faciet illud. Et faciet sacrificiũ super eo *cata mane mane sextã partẽ ephi: & de oleo tertiã partẽ hin, vt misceatur similę: sacrificium domino legitimũ, iuge atq; perpetuũ. Faciet agnũ & sacrificium, & oleũ cata mane mane: holocaustũ sempiternũ. * anniculum * singulo * singulo mane & infra.

De donis eiusdẽ hereditarijs.
Hęc dicit dñs deus, Si dederit princeps donũ alicui de filijs suis: hęreditas eius, filiorũ suorum erit, possidebunt eam hęreditarie. Si autẽ dederit legatum de hęreditate sua vni seruorũ suorum: erit illius vsq; ad annum remissionis, & reuertetur ad principẽ: hęreditas autem eius filijs eius erit.

F Et nõ accipiet princeps de hęreditate populi per violentiã, & de possessione eorũ: sed de possessione sua hęreditatẽ dabit filijs suis: vt non dispergatur populus meus vnusquisq; à possessione sua.

Coquinę sacerdotum.
Et introduxit me per ingressum qui erat ex latere portę in gazophylacia sanctuarij ad sacerdotes, quę respiciebant ad Aquilonẽ: & erat ibi locus * vergens ad occidentẽ. Et dixit ad me, Iste est locus vbi coquent sacerdotes pro peccato, & pro delicto: vbi coquent sacrificiũ, vt non efferant in atrium exterius, & sanctificetur populus. * ad latus

G Et eduxit me in atrium exterius, & circũduxit me per quatuor angulos atrij: & ecce, atriolum erat in angulo atrij, atriola singula per angulos atrij. In quatuor angulis atrij atriola disposita: quadraginta cubitorũ per longum, & triginta per latũ: mensurę vnius quatuor erant. Et paries per circuitũ ambiens quatuor atriola: & culinę fabricatę erant subter porticus per gyrum. Et dixit ad me, Hęc est domus culinarum in qua coquent ministri domus domini victimas populi.

CAP. XLVII.

A Visio aquarum è tẽplo manãtium.
ET conuertit me ad portã domus, & ecce aquę egrediebantur subter limen domus ad orientẽ: facies enim domus respiciebat ad orientem: aquę autem descendebant in latus templi dextrũ ad meridiem al-

stris. Et eduxit me per viam portę aquilonis,& conuertit me ad viam foras portã exteriorem,viam quę respiciebat ad orientem:& ecce aquę redundantes à látere dextro. Quũ egrederetur vir ad orientem,qui habebat funiculũ in manu sua,& mensus est mille cubitos:& traduxit me per aquã vsq; ad talos. Rursumq; mensus est mille,& traduxit me per aquã vsq; ad genua:& mensus est mille,& traduxit me per aquã vsque ad renes. Et mensus est mille,torrentem quem non potui pertransire: quoniã intumuerant aquę 'profundi torrentis qui non potest trasuadari.' Et dixit ad me, Certe vidisti fili hominis. Et eduxit me,& cõuertit ad ripã torrentis. Quumq; me cõuertissem,ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraq; parte. Et ait ad me, Aquę istę quę egrediuntur ad 'tumulos sabuli orientalis,' & descendũt ad plana deserti,intrabũt mare,& exibunt,& sanabũtur aquę. Et omnis anima viuens quę serpit, quocũq; venerit torrens, viuet:& erunt pisces multi satis postquã venerint illuc aquę istę,& sanabũtur:& viuent omnia ad quę venerit torrens. Et stabunt super illa piscatores,ab Engaddi vsq; ad Engallim siccatio sagenarũ erit:plurimę species erunt piscium eius,sicut pisces maris magni,multitudinis nimię: 'in litoribus autem eius, & in palustribus' non sanabũtur,quia in salinas dabuntur. Et super torrentẽ orietur in ripis eius ex vtraq; parte 'omne lignum pomiferũ:' non defluet folium ex eo,& non deficiet fructus eius:per singulos menses afferet primitiua,quia aquę eius de sanctuario egredientur:& erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinã. Hęc dicit dominus deus, Hic est terminus in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israel: quia Ioseph duplicem funiculũ habet. Possidebitis autem eam singuli ęque vt frater suus:super quã leuaui manum meam vt darem patribus vestris:& cadet terra hęc vobis in possessionẽ. Hic est autem terminus terrę:ad plagã septentrionalem,à mari magno via Hethalon,venientibus Sedãda,Emath,Berotha,Sabarim,quę est inter terminus Damasci & cõfinium Emath domus Thichon quę est iuxta terminũ Auran. Et erit terminus à mari vsque ad atrium Enon terminus Damasci, & ab Aquilone ad Aquilonẽ, & terminus Emath:plaga autẽ septentrionalis. Porrò plaga orientalis de medio Auran & de medio Damasci,& de medio Galaad,& de medio terrę Israel, Iordanis disterminans ad mare orientale,metiemini etiam plagã orientalem. Plaga autem Australis meridiana,à Thamar vsq; ad aquas cõtradictionis Cades:& torrens vsq; ad mare magnum:& hęc est plaga ad meridiem Australis. Et plaga maris,mare magnũ à confinio per directũ,donec venias Emath: hęc est plaga maris. Et diuidetis terrã istam vobis per tribus Israel : & mittetis eam in hęreditatem vobis, & aduenis qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrũ:& erunt vobis sicut indigenę inter filios Israel : vobiscum diuident possessionem in medio tribuum Israel. In tribu autem quacunq; fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait dominus deus.

B

C

D

Baptismĩ gratia.

Termini terrę pmissionis, & eius diuisio per tribus.

Gen. 48. d

'natatidis (.i. adq adeo eleuatę erãt, vt pede pertrãsiri non possent, sz oportet natare.)

'Gelila antiquã (vel, orientalem)

'cœnosa autẽ ei' & palustria

'oẽs fructiferę arbores:

CAP. XLVIII.

ET hęc nomina tribuum à finibus Aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath atrium Enan terminus Damasci ad Aquilonẽ iuxta viam Emath. Et erit ei plaga orientalis mare, Dan vna. Et à termino Dan,à plaga orientali vsq; ad plagã maris, Aser vna:& 'super' terminus Aser,à plaga orientali vsq; ad plagã maris, Nephthali vna. Et super terminũ Nephthali,à plaga orientali vsq; ad plagã maris, Manasse vna. Et super terminũ Manasse,à plaga orientali vsq; ad plagam maris, Ephráim vna. Et super terminũ Ephraim,à plaga orientali vsq; ad plagam maris, Ruben vna. Et super terminũ Ruben à plaga orientali vsq; ad plagam maris, Iuda vna. Et super terminũ Iuda, à plaga orientali vsq; ad plagam maris,erunt primitię quas separabitis viginti quinque millibus latitudinis & longitudinis, sicuti singulę partes à

A

Sortes septẽ tribuũ.

'iuxta

plaga orientali vsq; ad plagam maris: & erit sanctuariū in medio eius.
Repetuntur partes possessionis sacerdotum & templi. Primitię quas separabitis domino: longitudo vigintiquinq; millibus, & latitudo decem millibus. Hę autem erunt primitię sanctuarij sacerdotum: ad Aquilonem longitudinis vigintiquinq; millia, & ad mare latitudinis decem millia, sed & ad orientē latitudinis decem millia, & ad meridiem longitudinis vigintiquinq; millia: & erit sanctuariū domini in medio eius.
B Sacerdotibus sanctuariū erit de filijs Sadoc, qui custodierūt 'ceremonias meas,' & nō errauerunt quū errarent filij Israel, sicut errauerunt & Leuitę. Et erunt eis primitię de primitijs terrę sanctum sanctorū, iuxta terminum Leuitarū. ['custodias meas, (vel, pręcepta mea.)]
Leuitarum Sed & Leuitis similiter iuxta fines sacerdotū vigintiquinq; millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo viginti & quinq; millium, & latitudo decem millium. Et non vendēdabunt ex eo, neq; mutabunt, neq; transferentur primitię terrę, quia sanctificatę sunt domino.
Ciuitatis, Quinq; millia autem quę supersunt in latitudine per vigintiquinq; millia, prophana erūt vrbis in habitaculū, & in suburbana: & erit ciuitas in medio eius. Et hę mensurę eius: Ad plagā septentrionalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagam meridianā, quingenta & quatuor millia: & ad plagā orientalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagā occidentalem, quingenta & quatuor millia. Erunt autem suburbana ciuitatis, ad Aquilonem ducenta quinquaginta, & ad meridiem ducenta quinquaginta, &
C ad orientē ducenta quinquaginta millia, & ad mare ducenta quinquaginta. Quod autem reliquū fuerit in longitudine 'secūdum primitias sanctuarij,' decem millia in orientem, & decē millia in occidentem, 'erūt sicut primitię sanctuarij:' & erūt fruges eius panes his qui seruiunt ciuitati. Seruientes autē ciuitati, operabūtur ex omnibus tribubus Israel. Omnes primitię vigintiquinq; millium, per vigintiquinque millia in quadrum, separabuntur in 'primitias' sanctuarij, & possessionē ciuitatis. ['eregione sanctuarij. 'quę sunt eregione oblationis sanctitatis (vel sanctuarij) 'oblationem & infra.]
Principis. Quod autem reliquū fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum sanctuarij, & possessionis ciuitatis eregione vigintiquinq; millium primitiarum vsq; ad terminū orientalem sed & ā mari eregione vigintiquinq; millium vsq; ad terminum maris, similiter in partibus principis erit: & erunt primitię sanctuarij, & sanctuariū templi in medio eius. De possessione autem Leuitarū & de possessione ciuitatis in medio partium principis erit: inter terminum Iuda, & inter terminū Beniamin, & ad principem pertinebit.
Sortes reliquarum tribuum. Et reliquis tribubus, A plaga orientali, vsque ad plagam occidentalem, Beniamin vna. Et 'contra' terminum ['iuxta]
D Beniamin, ā plaga orientali vsq; ad plagā occidentalem Symeon vna. ['iuxta] Et 'super' terminum Symeonis ā plaga orientali vsq; ad plagam occidentalem, Issachar vna. Et super terminum Issachar, ā plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Zabulon vna. Et super terminū Zabulon, ā plaga orientali vsq; ad plagam maris, Gad vna. Et super terminum Gad, ad plagam Austri in meridiem: & erit finis de Thamar, vsque ad aquas contradictionis Cades, hęreditas contra mare magnū. Hęc est terra quam mittetis in sortem tribubus Israel: & hę partitiones earum ait dominus deus.
Et portę ciuitatis. Et hi egressus ciuitatis: A plaga septentrionali quingentos & quatuor millia mēsurabis. Et portę ciuitatis in nominibus tribuum Israel: portę tres ā septentrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui vna. Et ad plagam orientalem, quingentos & quatuor millia: & portę tres, porta Ioseph vna, porta Beniamin vna, porta Dan vna. Et ad plagam meridianam, quingentos & quatuor millia metieris: & portę tres, porta Symeonis vna, porta Issachar vna, porta Zabulon vna. Et ad plagam occidentalem, quingentos & quatuor millia: & portę eorum tres, porta Gaad vna, porta Aser vna, porta Nephthali, vna. Per circuitum, decem & octo millia: & nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.

PRAEFATIO.

DANIELEM prophetã iuxta septuaginta interpretes dñi saluato-
ris ecclesię nõ legunt, vtentes Theodotionis editione: e hoc cur acciderit, ne
scio. Siue .n. quia sermo Chaldaicus est, e quibusdã proprietatibus à nostro
eloquio discrepat, noluerũt septuaginta interpretes easdem linguę lineas in
translatione seruare: siue sub nomine eorũ ab alio nescio quo nõ satis Chal
dęam linguã sciente, editus est liber: siue aliud quid caussę extiterit ignorãs:
hoc vnũ affirmare possum, ꝙ multũ à veritate discordet, e recto iudicio re-
pudiatus sit. Sciendũ quippe est Danielẽ maxime e Esdrã Hebraicis qdẽ lr̃is,
sed Chaldęo sermone cõscriptos: e vnã Ieremię pericopen: Iob quoq; cum
Arabica lingua plurimã habere societatem. Deniq; e ego adolescẽtulus post
Quintiliani e Tullij lectionem ac flores rhetoricos, quũ me in linguę huius
pistrinũ reclusissem: e multo sudore, multoq́; tẽpore vix cœpissem anhelãtia
stridentiaq́; verba resonare, e quasi per cryptã ambulans, rari desuper lumẽ
aspicerẽ, impegi nouissime in Danielẽ: e tanto tędio affectus sum, vt despe-
ratione subita omnẽ laborem veterẽ voluerim cõtemnere. Verũ adhortante
me quodã Hebręo, e illud mihi crebrius in sua lingua ingerente, Labor im
probus oĩa vincit; qui mihi videbar sciolus, inter Hebręos cœpi rursus disci
pulus esse Chaldaicus. Et vt verũ fatear, vsq; ad pręsentẽ diẽ magis possum
sermonẽ Chaldaicũ legere e intelligere, q̃; sonare. Hęc idcirco refero, vt diffi
cultatẽ vobis Danielis ostenderẽ: qui apud Hebręos nec Susannę habet histo
rias, nec hymnũ triũ puerorũ, nec Belis draconisq; fabulas: quas nos, quia in
toto orbe dispersę sunt, veru anteposito, easq́; iugulãte subiecimus: ne vi-
deremur apud imperitos magnã partem voluminis detruncasse. Audiui ego
quendã de pręceptoribus Iudęorũ, quũ Susannę derideret historiã, e à Gręco
nescio quo eã diceret esse cõfictã: illud opponere qđ Origeni quoq; Africanus
opposuit, etymologias has ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι,
de Gręco sermone descẽdere. Cuius rei nos intelligentiã nostris hanc possu-
mus dare: vt verbi gratia, dicamus de arbore ilice dixisse eũ, ilico pereas: e à
lentisco, in lentẽ te cõminuat angelus: vel non lente pereas, aut lentus, id est
flexibilis ducaris ad mortẽ: siue aliud quid ad arboris nomen cõueniẽs. Dein
de tantũ fuisse otij tribus pueris cauillabatur, vt in camino ęstuãtis incendij
metro luderẽt: e per ordinẽ ad laudẽ dei oĩa elemẽta prouocarent. aut qđ mi
raculũ diuinęq; aspirationis indiciũ, vel draconẽ interfectũ offa picis, vel sa
cerdotũ Belis machinas deprehẽsas: quę magis prudẽtia solertis viri, q̃; pro
phetali essent spiritu perpetrata? Quũ verò ad Habacuc veniret e de Iudęa
in Chaldęã raptũ discophorũ lectitaret, quęrebat exemplũ vbi legissemus in
toto veteri testamẽto quẽquã sanctorũ graui volasse corpore, e in pũcto ho-
rę tanta terrarũ spatia trãsisse. Cui quũ quidam è nostris satis ad loquendũ
promptulus, Ezechielẽ adduxisset in mediũ, e diceret eũ de Chaldęa in Iudęã
fuisse translatũ: derisit hominẽ, e ex ipso volumine demõstrauit Ezechielẽ in
spiritu se vidisse transpositum. Denique e apostolum nostrum videlicet vt
eruditum virum, e qui legem ab Hebręis didicisset, non fuisse ausum affir-
mare se raptum in corpore, sed dixisse, Siue in corpore, siue extra corpus, ne
scio, deus scit. His e talibus argumentis apocryphas in libro ecclesię fabulas
arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud ad-
moneo, non haberi Danielem apud Hebręos inter prophetas: sed inter eos
qui agiographa cõscripserunt. In tres siquidẽ partes omnis ab eis scriptura
diuiditur: in legẽ, in prophetas, e in agiographa: id est in quinq;, e octo, e in
vndecim libros: de quo nõ est huius tẽporis disserere. Quę aũt ex hoc ꝓphe-
ta, imò cõtra hunc librũ Porphyrius obijciat: testes sunt Methodius, Euse-
bius, e Apollinaris: qui multis versuũ millibus eius vesanię rñdentes, nescio
an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos ò Paula & Eustochiũ, fun
datis pro me ad dñm preces: vt quãdiu in hoc corpusculo sum, scribã aliqd
gratũ vobis, vtile ecclesię, dignũ posteris. Pręsentiũ quippe iudicijs oblatrã-
tium nõ satis moueor: qui in vtrãq; partẽ, aut amore labuntur, aut odio.

DANIELIS PROPHETIA.

A

Captiuitaté Ioacis regis Iuda refert propheta. De filijs captiuis iubet rex eligi, qui doceant literas & linguá Chaldęorum.



NNO Tertio regni Ioacim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem, & obsedit eam. Et tradidit dominus in manu eius Ioacim regem Iudę, e partem vasorum domus dei: e asportauit ea in terrá Sennaar, in domum dei sui, e vasa intulit in domú thesauri dei sui. Et ait rex Asphenez pręposito eunuchorum, vt introduceret de filijs Israel, e de semine regio, & 'tyrannorum' pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, e eruditos omni sapientia, 'cautos scientia, e doctos disciplina,' & qui possent stare in palatio regis: vt doceret eos literas, & linguam Chaldęorum. Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, e de vino vnde bibebat ipse: vt enutriti tribus annis, postea starent in conspectu regis. Fuerunt ergo inter eos de filijs Iudę, Daniel, Ananias, Misael, & Azarias. Et imposuit eis prępositus eunuchorum, nomina: Danieli, Baltassar: Ananię, Sidrach: Misaeli, Misach: e Azarię, Abdenago. Proposuit autem Daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus eius: e rogauit eunuchorum prępositum ne contaminaretur. Dedit autem deus Danieli gratiam e misericordiam in conspectu principis eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum ad Danielem, Timeo ego dominum meum regem qui constituit vobis cibum e potum. qui si viderit vultus vestros macilentiores pre cęteris adolescentibus coęuis vestris, condemnabitis caput meum regi. Et dixit Daniel ad Malasar, quem constituerat princeps eunuchorum super Danielem, Ananiam, Misaelem, e Azariam, Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decem, e dentur nobis legumina ad vescendum, e aqua ad bibendum: e contemplare vultus nostros, e vultus puerorum qui vescuntur cibo regio: & sicut videris, facies cú seruis tuis. Qui 'audito sermone huiuscemodi,' tentauit eos diebus decem. Post dies aút decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores prę omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. Porrò Malasar tollebat cibaria, e vinum potus eorum: dabatq; eis legumina. Pueris autem his dedit deus scientiam e disciplinam in omni libro e sapientia: Danieli autem intelligentiam omnium visionum e somniorum. Completis itaque diebus, post quos dixerat rex vt introducerentur: introduxit eos prępositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor. Quumq; eis loquutus fuisset rex, non sunt inuenti tales de vniuersis, vt Daniel, Ananias, Misael, & Azarias: & steterunt in conspectu regis. Et omne verbum sapientię e intellectus quod sciscitatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplú super cunctos ariolos e magos qui erant in vniuerso regno eius. Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri regis.

' principum

' vel, ingeniosos & intelligentes,

B

Annona regia eis cőstituitur.

Daniel abstinet a cibis regis Babyloniorum.

C

' mortem gessit eis hoc, &

D

Horum puerorú sciétia & disciplina.

Infra. c. g

CAPVT II.

A

Somnium Nabuchodonosor.

IN anno secundo regni Nabuchodonosor vidit Nabuchodonosor somnium: e conterritus est spiritus eius, e somnium eius fugit ab eo. Pręcepit autem rex vt conuocarentur arioli, e magi, & malefici, e Chaldęi: vt indicarent regi somnia sua. Qui quum venissent steterunt coram rege: e dixit ad eos rex, Vidi somnium: e mente confusus ignoro quid viderim. Responderuntq; Chaldęi regi Syriace, Rex in sempiternum viue: dic somnium seruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. Et respondens rex ait Chaldęis, 'Sermo' recessit à me: nisi indicaueritis mihi somniú e coniecturá eius, 'peribitis' vos, e domus vestrę 'publicabuntur.' Si autem somnium & coniecturam eius narraueritis: pręmia & dona, & honorem multum accipietis à me. somnium igitur, et interpretationem eius indicate mihi. Responderunt secundò, atque dixerunt, Rex somnium dicat seruis suis, et interpretationem illius indicabimus. Responditq; rex, et ait, Certè noui

Accersitis magis, quęrit ab eis & somniú & eius interpretationem.

' Res & infra.

' in frusta pőeminí

' in latrinas (lutú) ponent.

B

quòd tempus redimitis, scientes quòd recesserit à me sermo. Si ergo somnium non indicaueritis mihi, vna est de vobis sententia, quòd interpretationem quoque fallacem & deceptione plenam composueritis vt loquamini mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mihi, vt sciam quòd interpretationem quoq; eius veram loquamini. Respondentes ergo Chaldęi coram rege, dixerunt, Non est homo super terram, qui sermonem tuum, rex, possit ⸢implere:⸣ sed neque regum quisquam magnus & potens, verbum huiuscemodi sciscitatur ab omni ariolo, & mago, & Chaldęo. Sermo enim quē tu quęris, rex, grauis est: nec reperietur quisquam qui indicet illum in conspectu regis: exceptis dijs, quorum non est cum hominibus conuersatio. Quo audito, rex in furore & in ira magna pręcepit vt perirent omnes sapiētes Babylonis. Et egressa sententia, sapientes interficiebantur: quęrebanturq; Daniel & socij eius, vt perirent. Tunc Daniel requisiuit de lege atque sententia ab Arioch ⸢principe militię⸣ regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis. Et interrogauit eum qui à rege potestatem acceperat, quam ob caussam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa. Quum ergo rem indicasset Arioch Danieli, Daniel ingressus rogauit regem vt tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Et ingressus est domum suam: Ananięq; & Misaeli, & Azarię socijs suis, indicauit negotium: vt quęrerent misericordiam à facie dei coeli super ⸢sacramento⸣ isto, ⁊ nō perirent Daniel ⁊ socij eius, cum cęteris sapientibus Babylonis. Tunc Danieli ⸢mysterium⸣ per visionem nocte reuelatum est: & benedixit Daniel deum coeli, & loquutus ait, Sit nomen domini benedictum à seculo & vsque in seculum: quia sapientia & fortitudo eius sunt. Et ipse mutat tempora & etates: transfert regna atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiā intelligentibus ⸢disciplinam.⸣ Ipse reuelat profunda & abscondita: & nouit in tenebris constituta: ⁊ lux cum eo est. Tibi deus patrum meorum confiteor, teq; laudo: quia sapientiam ⁊ fortitudinē dedisti mihi: & nunc ostendisti mihi quę rogauimus te, quia sermonem regis aperuisti nobis. Post hęc Daniel ingressus ad Arioch quem constituerat rex vt perderet sapientes Babylonis, sic ei loquutus est, Sapientes Babylonis ne perdas: introduc me in conspectu regis, ⁊ solutionem regi narrabo. Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei, Inueni hominem de filijs transmigrationis Iudę, qui solutionem regi annuntiet. Respondit rex: ⁊ dixit Danieli cuius nomen erat Baltassar, Putásne verè potes mihi indicare somnium quod vidi, ⁊ interpretationem eius? Et respondens Daniel coram rege, ait, Mysterium quod rex interrogat, sapientes, magi, & arioli, ⁊ aruspices nequeunt indicare regi: sed est deus in coelo reuelans mysteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor, quę ventura sunt in nouissimis temporibus. Somnium tuum, ⁊ visiones capitis tui in cubili tuo, huiuscemodi sunt, Tu rex cogitare coepisti in strato tuo quid esset futurum post hęc: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quę ventura sunt. Mihi quoq; nō ⸢in sapientia⸣ quę est in me plus quàm in cunctis viuentibus, sacramentum hoc reuelatum est: sed vt interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mētis tuę scires. Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis: statua illa magna ⁊ statura sublimis stabat contra te, ⁊ intuitus eius erat terribilis: Huius statuę caput, ex auro optimo erat: pectus autem & brachia, de argento: porrò venter & femora ex ęre. Tibię autem, ferreę. Pedum quędam pars erat ferrea, quędam autem fictilis. Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus ⁊ percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, ęs, argentum ⁊ aurum, ⁊ redacta quasi in ⸢fauillā⸣

Margin notes (left):
* indicare
* principe interficientium (.i. executore)
* secreto
ꝛ infra.
* secretum
* scientiam
* propter sapientiam
* quisquilias

Margin notes (right):
Respondēt se nō posse indicare.
Iubet rex oēs sapientes Babylonis īterfici.
C
Petit Daniel tēpus sibi dari ad q̄stiones dissoluendam.
Danieli reuelat mysterium dns.
Psal. 115 d
Gratiarum actio.
D
Confiteri, ⁊ laudare.
Introducit Daniel ad regem.
Regi sōniū indicat Daniel, ⁊ eius interpretationem.
E

ęstiuę areę, quę rapta sunt vento: nullusq́; locus inuentus est eis: lapis autem qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. hoc est somnium. Interpretationem quoque eius

F dicemus coram te, rex. Tu rex regum es: & deus cœli regnum & fortitudinem & imperium & gloriam dedit tibi: & omnia in quibus habitant filij hominum & bestię agri, volucres quoque cœli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa cōstituit. Tu es ergo caput aureum. Et post te consurget regnum aliud minus te: & regnum tertium aliud ęreum, quod imperabit vniuersę terrę: & regnum quartum erit velut ferreum. Quomodo ferrum comminuit & domat omnia: sic comminuet & conteret omnia hęc. Porrò quia vidisti pedum & digitorum partem testeam figuli, & partem ferream: regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, secundum quod vidisti ferrum mistum testę ex luto. Et digitos pedum ex parte ferreos & ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum. Quòd autem vidisti ferrum mistum testę ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhęrebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testę. In diebus autem regnorum illorum suscitabit deus cœli regnum quod in ęternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem & consumet vniuersa regna hęc: & ipsum stabit in ęternum. Secundum quod vidisti quòd de mōte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & ęs, & argentum & aurum, deus magnus ostendit regi quę ventura sunt postea. & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius. Tunce rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & 'Danielem adorauit:' & hostias, & incensum pręcepit vt sacrificarent ei. Loquens ergo rex, ait Danieli, Vere deus vester, deus deorum est, & dominus regum, reuelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc 'sacramentum.' Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa & magna dedit ei: & constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis, & pręfectum & magistrum super cunctos sapientes Babylonis. Daniel autem postulauit à rege: & constituit super opera prouincię Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: ipse autem Daniel 'erat in foribus regis.'

De regno CHRISTI ęterno.

G *Lapis Christus.*

Daniel a rege, exaltat.

Danieli locauit se:

secretum.

I. manebat in curia apud regem.

CAPVT III.

A Nabuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, & statuit eam in campo Dura prouincię Babylonis. Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus & iudices, duces & tyrannos, & pręfectos, omnesq́; principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuę quam erexerat Nabuchodonosor rex. Tunc cōgregati sunt satrapę, magistratus & iudices, duces & tyranni, & optimates qui erant in potestatibus constituti, & vniuersi principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuę quam erexerat Nabuchodonosor rex. Stabant autem in conspectu statuę quam posuerat Nabuchodonosor rex, & pręco clamabat valenter, Vobis dicitur populis, tribubus & linguis, In hora qua audieritis sonitum tubę & fistulę & citharę, sambucę, & psalterij & symphonię & vniuersi generis musicorum, cadentes adorate statuam auream quam constituit Nabuchodonosor rex. Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Post hęc igitur statim vt audierunt omnes populi sonitum tubę, fistulę, & citharę, sambucę & psalterij, symphonię & omnis generis musicorum: cadentes omnes populi, tribus, & linguę adorauerunt statuam auream quam constituerat Nabuchodonosor rex. Statimq́; & in ipso tempore accedentes viri Chaldęi accusauerunt Iudęos: dixeruntq́; Nabuchodonosor regi, Rex in ęternum viue, tu rex posuisti decretum

Erigit a rege aurea statua, quam adorari pręcipit.

Accusant Sidrach, Misach, & Ab-

Vt omnis homo qui audierit sonitum tubę, fistulę, & citharę, sambucę & psalterij, & symphonię, & vniuersi generis musicorum, prosternat se, & adoret statuam auream: si quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudęi, quos constituisti super opera regionis Babylonię, Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & statuam auream quam erexisti non adorant. Tunc Nabuchodonosor rex in furore & in ira pręcepit vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago: qui confestim adducti sunt in conspectu regis. Pronuntians'q; Nabuchodonosor rex, ait eis, Verène Sidrach, Misach, & Abdenago deos meos non colitis, & statuam auream quam constitui non adoratis? Nunc ergo si estis parati, quacunque hora audieritis sonitum tubę, fistulę, citharę, sambucę, & psalterij & symphonię, omnis'q; generis musicorum, prosternite vos, & adorate statuam quam feci: quòd si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis est deus qui eripiet vos de manu mea? Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonosor, Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim deus noster quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, o rex, liberare. Quòd si noluerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & statuam auream quam erexisti non adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago. Et pręcepit vt succenderetur fornax septuplum quàm succendi consueuerat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confestim viri illi vincti cum bracis suis, & tiaris, & *calceamentis & vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. nam iussio regis vrgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porrò viros illos qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est Sidrach, Misach, et Abdenago, ceciderũt in medio camino ignis ardẽtis, colligati.

*Margin: Ob decretum regium contempserunt. — B — Hi ad regem adducti, statuã adorare iubentur. — Recusant. — Mittunt, in fornacem. — *pallijs — C*

Quę sequuntur, in Hebręis voluminibus non reperi.

Et ambulabant in medio flammę laudantes deum, & benedicentes domino. Stans autem Azarias orauit sic, aperiens'q; os suum in medio ignis ait, Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula: quia iustus es in omnibus quę fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & vię tuę rectę, & oĩa iudicia tua vera. Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia quę induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem: quia in veritate & iudicio induxisti omnia hęc propter peccata nostra. Peccauimus enim & inique egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus, & pręcepta tua nõ audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut pręceperas nobis vt bene nobis esset. omnia ergo quę induxisti super nos, & vniuersa quę fecisti nobis, in vero iudicio fecisti: & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorũ & pessimorum, pręuaricatorum'q;, & regi iniusto & pessimo vltra omnem terram. Et nunc non possumus aperire os: confusio, & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his qui colunt te. Ne, quęsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuum, neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectũ tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum: quibus loquutus es, pollicens quòd multiplicares semen eorum sicut stellas cœli, & sicut arenam quę est in litore maris: quia domine imminuti sumus plus quàm om-

Margin: Azarię oratio fidei, & humilitatis plena. — D

tes gentes, sumusq; humiles in vniuersa terra hodie propter pecca
ta nostra. Et non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta,
neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incen
sum, neque locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire miseri
cordiam tuã: sed in anima contrita, & spiritu humilitatis suscipiamur.
Sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorũ
pinguium: sic fiat sacrificium nostrũ in cõspectu tuo hodie, vt placeat
tibi: quoniã non est confusio cõfidentibus in te. Et nunc sequimur te in
toto corde, & timemus te, & quęrimus faciem tuã. Ne cõfundas nos:
sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundũ multitudinẽ
misericordię tuę. Et erue nos in mirabilibus tuis & da gloriam nomi
ni tuo domine: & cõfundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala,
confundantur in omni potentia, & robur eorũ cõteratur: & sciant quia
tu es dominus deus solus, & gloriosus super orbem terrarum. Et non
cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacem, naphtha
& stuppa & pice & malleolis, & effundebatur flamma super fornacem
B cubitis quadragintanouem: & erupit, & incendit quos reperit iuxta for
Ab igne intacti deum laudant. nacem de Chaldęis. Angelus autem domini descendit cum Azaria &
socijs eius in fornacẽ: & excussit flãmã ignis de fornace, & fecit mediũ for
nacis quasi ventũ roris flantẽ, & nõ tetigit eos oĩno ignis, neq; cõtrista
uit, nec quicquã molestię intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore lauda
dabant & glorificabant & benedicebant deũ in fornace: dicentes,

Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabilis & super
exaltatus in secula: & benedictum nomen glorię tuę sanctum & lau
dabile & superexaltatum in omnibus seculis.

Benedictus es in templo sancto glorię tuę, & superlaudabilis & super
gloriosus in secula.

Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis & superexaltatus
in secula.

Benedictus es qui intueris abyssos, & sedes super cherubim, & laudabi
lis & superexaltatus in secula.

Benedictus es in firmamento cœli, & laudabilis & gloriosus in secula.

Benedicite omnia opera domini domino, laudate & superexaltate eum
in secula.

Benedicite angeli domini domino, laudate & superexaltate eum in
secula.

Benedicite cœli domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Psal. 148. a Benedicite aquę omnes quę super cœlos sunt domino, laudate & su
perexaltate eum in secula.

Benedicite omnes virtutes domini domino, laudate & superexaltate
eum in secula.

Benedicite sol & luna domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite stellę cœli domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnis imber & ros domino, laudate & superexaltate eum
in secula.

Benedicite omnis spiritus dei domino, laudate & superexaltate eum
in secula.

Benedicite ignis & ęstus domino, laudate & superexaltate eum in
secula.

Benedicite frigus & ęstas domino, laudate & superaltate eum in
secula.

F Benedicite rores & pruina domino, laudate & superexaltate eum
in secula.

Benedicite gelu & frigus domino, laudate & superexaltate eum
in secula.

Benedicite

Benedicite glacies & niues domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite noctes & dies dño, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite lux & tenebrę dño, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite fulgura & nubes domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicat terra dominum, laudet & superexaltet eum in secula.

Benedicite montes & colles domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite vniuersa germinantia in terra domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite fontes domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite maria & flumina domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite cete, & omnia quę mouentur in aquis domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes volucres cœli domino, laudate & superexaltate eũ in secula.

Benedicite omnes bestię & pecora domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite filij hominũ domino, laudate & superexaltate eũ in secula.

Benedicat Israel dominum, laudet & superexaltet eum in secula.

Benedicite sacerdotes domini domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite serui domini dño, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite spiritus & animę iustorum domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite sancti & humiles corde domino, laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite Anania, Azaria, Misael domino, laudate & superexaltate eum in secula: quia eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardẽtis flammę, & de medio ignis eruit nos.

Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Benedicite omnes religiosi domino deo deorũ, laudate, & confitemini ei, quia in omnia secula misericordia eius.

Hucusque in Hebręo non habetur: & quę posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.

Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit propere, & ait optimatibus suis, Nónne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi dixerunt, Verè rex. Respondit rex, & ait, Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait, Sidrach, Misach, & Abdenago serui dei excelsi, egredimini, & venite. Statimq́ egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. Et congregati satrapę, & magistratus, & iudices, & potentes regis contemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, etiam [b] sarabala eorum non fuissent immutata, & odor ignis non transisset per eos. Et erumpens Nabuchodonosor, ait, Benedictus deus eorum, Sidrach videlicet, Misach, & Abdenago, qui misit angelum suum, & eruit seruos suos qui crediderunt in eum; & verbum regis immuta-

G Fide i deũ, liberãtur Sidrach, Misach, & Abdenago ab igne.

Nabuchodonosor cõfitetur potẽtiã dei, viso miraculo.

[b] vestimenta

uerunt,& tradiderunt corpora sua ne seruirent & ne adorarent om-
nem deum,excepto deo suo. A me ergo positum est hoc decretum, vt
omnis populus,tribus,& lingua quęcunque loquuta fuerit blasphe-
miam contra deum Sidrach,Misach & Abdenago, dispereat, & do-
mus eius [2]vastetur. [3]neque enim est alius deus qui possit ita saluare. [2] i. latrinae(vel lutū) ponat.
Tunc rex [3]promouit Sidrach,Misach,et Abdenago in prouincia Ba-
bylonis. NABVCHODONOSOR rex, omnibus populis, [3] magnificauit
gentibus,et linguis,qui habitant in vniuersa terra,pax vobis multipli-
cetur. Signa et mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo mi-
hi prędicare signa eius,quia magna sunt: et mirabilia eius,quia fortia:
Infra. 7.d et regnum eius,quia regnum sempiternum,et potestas eius in genera-
tione et generationem. CAP. IIII.

A EGo Nabuchodonosor quietus eram in domo mea,et florens in pa-
Rursū som latio meo. somnium vidi quod perterruit me: et cogitationes meę
niat Nabu- in stratu meo,& visiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me
chodono- propositum est decretum,vt introducerentur in conspectu meo cun-
sor. cti sapientes Babylonis,& vt solutionem somnij indicarent mihi. Tūc
ingrediebantur arioli,magi,Chaldęi,& aruspices,& somnium narra
ui in conspectu eorum:& solutionem eius non indicauerunt mihi,do-
nec [4]collega ingressus est in conspectu meo Daniel,cui nomen Baltas- [4] demum
sar secundum nomē dei mei qui habet spiritū deorū sanctorum in se-
metipso: & somnium coram ipso loquutus sum. Baltassar princeps
ariolorum,quoniam ego scio quòd spiritum sanctorum deorum ha-
beas in te,et omne sacramentum non est impossibile tibi: visiones som
B niorum meorum quas vidi,& solutionem earum narra. Visio capi-
tis mei in cubili meo, Videbam, & ecce arbor in medio terrę,et altitu-
do eius nimia. Magna arbor & fortis:& proceritas eius contingens
coelum: aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersę terrę. Folia
eius pulcherrima, & fructus eius nimius:& esca vniuersorum in ea.
subter eam habitabant animalia et bestię,& in ramis eius conuersa-
bantur volucres coeli: et ex ea vescebatur omnis caro. Videbam in vi-
sione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil & sanctus de coelo
descendit: clamauit fortiter,& sic ait, Succidite arborem, & pręcidite
ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiant be-
stię quę subter eam sunt,& volucres de ramis eius. Veruntamen ger-
men radicum eius in terra sinite,et alligetur vinculo ferreo et ęreo in
C herbis [5]quę foris sunt, et rore coeli tingatur, et cum feris pars eius in [5] agri
herba terrę. Cor eius ab humano commutetur,et cor ferę detur ei: et
septem tempora mutentur super eum. [6]In sententia vigilum decre- [6] In decreto vi-
tum est, et sermo sanctorum, et petitio: donec, cognoscant, viuentes gilū,verbū: et in
quoniam dominatur excelsus in regno hominum, et cuicunque vo- sermone scōrū
luerit, dabit illud,et humilimum hominem constituerit super eum. petitio: vt co-
Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor rex: tu ergo Baltassar inter- gnoscant &c.)
pretationem narra festinus: quia omnes sapientes regni mei nō queunt .i. tale ī collo-
solutionem edicere mihi: tu autem potes, quia spiritus deorum san- quio vigilū et
ctorum in te est. Tunc Daniel, cuius nomen Baltassar, coepit in- sanctoꝝ ange-
Sōniū regis tra semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora: & cogitationes eius loꝝ qśitū et cō
Daniel iter conturbabant eum. Respondens autem rex ait,Baltassar, somnium et clusū est: vt co-
ptat, d amis interpretatio eius non conturbent te. Respondit Baltassar,et dixit,Do gnoscāt &c.)
siōe re D mine mi,somnium his qui te oderunt: et interpretatio eius hostibus
gni,et habi- tuis sit. Arborem quam vidisti sublimem atque robustam,cuius alti-
tatiōe ci' cū tudo pertingit ad coelum,et aspectus illius in omnem terram,et rami
bestijs,ac tā eius pulcherrimi,et fructus eius nimius,et esca omnium in ea,subter eā
dē ei' in re- habitantes bestię agri,et in ramis eius commorantes aues coeli: tu es
gnum resti rex,qui magnificatus es,et inualuisti: et magnitudo tua creuit,et per-
tutione. uenit vsque ad coelū,et potestas tua in terminos vniuersę terrę. Quòd

autem vidit rex vigilem, & sanctum descendere de coelo, & dicere, Suc
cidite arborem, & dissipate illam, attamen germen radicum eius in ter
ᵃagri. ra dimittite, et vinciatur ferro & ęre in herbis ᵃforis, ᵃet rore coeli con-
ᵇpars spergatur, et cum feris sit ᵇpabulum ᵇeius, donec septem tempora mu-
ᶜe decretum tentur super eum: hęc est interpretatio ᶜsententię ᶜaltissimi, ᵈquę ᵈperue
ᵈquod nit super dñm meum regem. Ejicient te ab hominibus, & cū bestijs ᵉfe E
ᵉagri ris ᵉerit habitatio tua, & fœnū vt bos comedes, & rore coeli infunde- Infra.5.d
ris: septē quoque tempora mutabūtur super te, donec scias ꝙ dominetur
excelsus super regnū hoīum, & cui cunque voluerit det illud. Quòd aūt
ᶠdixerunt ᶠprępcepit ᶠvt relinqueretur germen radicū eius, id est, arboris: regnum
tuum tibi manebit postquā cognoueris potestatē esse coelestem. Quam Eccli.3.d
ob rem, rex, consiliū meū placeat tibi, & peccata tua ᵍeleemosynis ᵍredi
ᵍiustitia me, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ʰignoscet deus
ʰprolōgabit ti delictis tuis. ʰOmnia hęc venerūt sup Nabuchodonosor regē. Post Nabucho-
bi pacē tuam. finē mensium duodecim, in aula Babylonis deambulabat. Rndit'q; rex, donor è re-
(sub. deus) & ait, Nónne hęc est Babylon ciuitas magna quā ego ędificaui in do- gno eiici-, e
mū regni, in robore fortitudinis meę, & in gloria decoris mei? Quū'q; cū bestijs co
sermo adhuc esset in ore regis, vox de coelo ruit, Tibi dicitur Nabucho F medit.
donosor rex, Regnū tuū transibit à te, & ab hominibus ejicient te, & cū
ᶦagri bestijs ᶦ& feris ᶦerit habitatio tua: fœnū quasi bos comedes, & septē tem
pora mutabuntur super te: donec scias ꝙ dominetur excelsus in regno
hominum, & cuicunque voluerit det illud. Eadem hora sermo completus
est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum vt
bos comedit, & rore coeli corpus eius infectum est: donec capilli eius in
similitudinem aquilarū crescerent, & vngues eius quasi auiū. Igitur Nabucho-
post finē dierū ego Nabuchodonosor oculos meos ad coelū leuaui, & donosor ef-
ᵏcognitio mea ᵏsensus meus redditus ᵏest mihi: & altissimo benedixi, & viuentē in sem fectꝰ potētiꝰ
reddita & ꝙ piternū laudaui, & glorificaui: quia potestas eius potestas sempiterna, G solius
& regnū eius in generatione & generationem: & oēs habitatores terrę dei, e in re-
ˡtanꝗ nihilū apud eū ˡin nihilū ˡreputati sunt. Iuxta volūtatē enim suā facit tam in gnū restituī
ᵐexercitibus ᵐvirtutibus ᵐcoeli ꝗ in habitatoribus terrę: & nō est qui resistat manui tur.
eius, & dicat ei, Quare fecisti? In ipso tpe sensus meus reuersus est ad Infra.7.d
ⁿreuersus sum: me, & ad honorē regni mei, decoremꝗ; ⁿperueni: ⁿ& figura mea reuer
sa est ad me: & optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, &
in regno meo restitutus sum: & magnificentia amplior addita est mihi.
Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico re-
gem coeli: quia omnia opera eius vera, & omnes vię eius iudicia, &
gradientes in superbia potest humiliare.

CAP. V.

ᵃLXX. mille- Balsasar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis ᵃmille: & vnus A
narijs, e corāꝫ quisque secundum suam bibebat ętatem. ᵇPręcepit ergo ᵇiam temulē Balsasar rex
mille vinū bi- tus ᵇvt afferrentur vasa aurea & argentea quę asportauerat Nabucho Babylonis,
bebat. donosor pater eius de templo quod fuit in Ierusalem: vt biberent in abutens va-
ᵇin dulcedine eis rex & optimates eius, vxoresꝗ; eius & concubinę. Tunc allata sunt sis tēpli, vi-
vini (vel, in- vasa aurea quę asportauerat de templo quod fuerat in Ierusalem: & bi det manuꝫ
stinctu vini & berunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinę illius. Bibebāt scribentē ad
temulentus) vinum & laudabant deos suos aureos & argenteos, ęreos, ferreos, li- parietem.
gneosꝗ; & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus
hominis scribentis contra candelabrū in superficie parietis aulę regię:
& rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commu B
tata est, & cogitationes eius conturbabant eum: & ᶜcōpages ᶜrenū eius
ᶜcingula soluebantur, & genua eius ad seinuicē collidebantur. Exclamauit itaque
rex fortiter vt introducerent magos, Chaldęos, & aruspices. Et prolo- Accersiti à
quens rex ait sapientibus Babylonis, Quicunque legerit scripturam rege magi
hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura vestie non valent
tur, & torquem auream habebit in collo & tertius in regno meo erit. scripturam
Tunc ingressi omnes sapientes regis nō potuerūt nec scripturā legere, edissere.

nec interpretationem eius indicare regi. Vnde rex Balsasar satis contur
C batus est, & vultus illius immutatus est: sed & optimates eius turbaban
tur. Regina autē pro re quę acciderat regi & optimatibus eius, domum
conuiuij ingressa est: & proloquens ait, Rex in ęternum viue: nō te con
turbent cogitationes tuę, neque facies tua immutetur. Est vir in regno
tuo, qui spūm deorū sanctorum habet in se: & in diebus patris tui scien
tia & sapientia inuētę sunt in eo: nā & rex Nabuchodonosor pater tuus
principem magorum, incantatorū, Chaldęorum, & aruspicum cōstituit
eum, pater inquā tuus ô rex: quia spūs amplior, & prudentia, intelligen
tiaq́; & interpretatio somniorū, & ostensio secretorū, ac solutio ligatorū
D inuētę sunt in eo, hoc est in Daniele: cui rex posuit nomē Baltassar. nūc
Vocat Da- itaq; Daniel vocetur, & interpretationem narrabit. Igitur introdu-
niel. ctus est Daniel coram rege. Ad quem prefatus rex ait, Tu es Daniel de
filijs captiuitatis Iudę, quem adduxerat pater meus rex de Iudęa? Au
diui de te quoniam spiritum deorū habeas: & scientia, intelligentiaq́;
ac sapientia ampliores inuentę sunt in te. Et nunc introgressi sunt in
conspectu meo sapientes magi, vt scripturā hanc legerent, & interpreta
tionem eius indicarent mihi: & nequiuerūt sensum huius sermonis edi
cere. Porrò ego audiui de te quod possis obscura interpretari, & ligata dis
E soluere: si ergo vales scripturam legere, et interpretationē eius indica-
re mihi, purpura vestieris, et torquem auream circa collū tuū habebis,
Scripturā & tertius in regno meo princeps eris. Ad quę rūdens Daniel, ait coram ,tua
legit, et iter rege, Munera tua sint tibi, & dona 'domus tuę' alteri da: scripturā aūt
pretat: regē legā tibi, rex, et interpretationē eius ostendā tibi. O rex, deus altissimus
ves & regno regnū et magnificentiā, gloriā & honorem dedit Nabuchodonosor pa
deturbādū. tri tuo: & propter magnificentiā quā dederat ei, vniuersi populi, tribus
& linguę tremebant, et metuebāt eū. Quos volebat, interficiebat: & quos
volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humi
F liabat. Quando aūt eleuatū est cor eius, & spūs illius obfirmatus est ad
superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est: & à
Supra.4.e filijs hominū eiectus est, sed & cor eius cum bestijs positum est, & cum
'onagris' erat habitatio eius, fœnum quoq; vt bos comedebat, & rore 'vel, gregib⁹
cœli corpus eius infectum est: donec cognosceret quod potestatem habe-
ret altissimus in regno hominū, & quęcunq; voluerit suscitabit super il-
lud. Tu quoq; filius eius Balsasar, non humiliasti cor tuum, quum sci
res hęc omnia: sed aduersum dominatorem cœli eleuatus es: & vasa do *mane,
mus eius allata sunt coram te: & tu, & optimates tui, et vxores tuę, &
concubinę tuę vinum bibistis in eis: deos quoq; argenteos, & aureos, &
G ęreos, ferreos, ligneosq́; & lapideos qui non vident, neq; audiūt, neq;
sentiunt, laudasti: porrò deum qui habet flatū tuū in manu sua & oēs
vias tuas, nō glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, qui
scripsit hoc quod exaratum est. Hęc est autem scriptura quę digesta est:
Mane,* thecel, phares. Et hęc est interpretatio sermonis. Mane: nume
rauit deus regnum tuum, & compleuit illud. Thecel: appensus es in sta
tera, et inuentus es minus habens. Phares: diuisum est regnum tuum,
Interfecto et datum est Medis & Persis. Tunc iubente rege indutus est Daniel pur
Balsasar, suc pura, & circundata est torques aurea collo eius: & prędicatum est de eo
cedit Dari⁹ quod haberet potestatem tertius in regno suo. Eadem nocte interfectus
Medus. est Balsasar rex Chaldęus. Et Darius Medus successit in regnum, annos
Iere.50.a natus sexagintaduos.

CAP. VI.

A PLacuit Dario, & constituit super regnum satrapas centum viginti,
Daniel cōsti vt essent in toto regno suo. Et super eos, principes tres, ex quibus
tuit à rege Daniel vnus erat: vt satrapę illis redderent rationem, & rex non sustine
princeps su ret molestiam. Igitur Daniel superabat omnes principes & satrapas: quia
B satrapas. spiritus dei amplior erat in illo. Porrò rex cogitabat constituere eū su-
per omne regnum: vnde principes & satrapę quęrebant occasionem vt

ᵃvel, q est aduersus regnū: ᵇcorruptelam ᶜerror & corruptela ᵈsuaserunt

inuenirent Danieli ᵃex latere regni: nullamq́; caussam, & ᵇsuspicionē reperire potuerunt, eò q fidelis esset, & omnis ᶜculpa & suspicio nō inueniretur in eo. Dixerunt ergo viri illi, Non inueniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege dei sui. Tunc principes & satrapę ᵈsurripuerunt regi, & sic loquuti sunt ei, Dari rex, in ęternum viue: consilium inierunt omnes principes regni tui, magistratus & satrapę, senatores & iudices, vt decretum imperatorū exeat, & edictus, Vt oīs qui petierit aliquam petitionē à quocunq; deo & homine, vsq; ad triginta dies, nisi à te, rex, mittatur in lacū leonum. Nunc itaq; rex confirma sententiam, & scribe decretum: vt non immutetur quod statutū est à Medis & Persis, nec pręuaricari cuiquā liceat. Porrò rex Darius proposuit edictum, & statuit. Quod quū Daniel cōperisset, id est constitutam legem, ingressus est domū suam: & fenestris apertis in cœnaculo suo, cōtra Ierusalem tribus tēporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturq́; corā deo suo sicut & antè facere cōsueuerat. Viri ergo illi curiosius inquirentes, inuenerūt Danielē orantē, & obsecrantem deum suū. Et accedentes loquuti sunt regi super edicto, Rex, nunquid non cōstituisti vt oīs homo qui rogaret quēquā de dijs & hominibus vsq; ad dies triginta, nisi te, rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos rńdens rex ait, Verus est sermo iuxta decretū Medorū atq; Persarum, quod pręuaricari non licet. Tunc rńdentes dixerunt coram rege, Daniel de filijs captiuitatis Iudę, non curauit de lege tua & de edicto q̄d cōstituisti: sed tribus tēporibus per diē orat obsecratione sua. Quod verbū quū audisset rex, ᵉsatis contristatus est: & pro Daniele ᶠposuit cor) vt liberaret eum, & vsq; ad occasum solis laborabat vt erueret illū. Viri aūt illi ᵍintelligentes regem, dixerunt ei, Scito, rex, quia lex Medorū atq; Persarum est, vt omne decretū quod cōstituerit rex, nō liceat immutari. Tūc rex pręcepit, & adduxerunt Danielē, & miserunt eū in lacum leonū. Dixitq́; rex Danieli, Deus tuus quē colis semper, ipse liberabit te. Allatusq́; est lapis vnus, & positus est super os laci: quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatū suorū, ne quid fieret cōtra Danielē. Et abijt rex in domū suā, & dormiuit incœnatus, cibiq́; non sunt allati coram eo, insuper & somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo consurgēs, festinus ad lacū leonum perrexit: appropinquansq́; lacui, Danielē voce lachrymabili inclamauit, & affatus est eum, Daniel serue dei viuentis, deus tuus cui tu seruis semper, putásne valuit te liberare à leonibus? Et Daniel regi rńdens ait, Rex in ęternum viue, Deus meus misit angelū suum, & conclusit ora leonū, & non nocuerūt mihi: quia coram eo iustitia inuenta est in me: sed & coram te, rex, delictum non feci. Tunc vehementer rex gauisus est super eo, & Danielem pręcepit educi de lacu: eductusq́; est Daniel de lacu, & nulla lęsio inuēta est in eo, quia credidit deo suo. Iubente aūt rege adducti sunt viri illi qui accusauerunt Danielē: & in lacū leonū missi sunt, ipsi & filij, & vxores eorū: & non peruenerūt vsq; ad pauimentum laci, donec arriperēt eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt. Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis, tribubus, & linguis habitantibus in vniuersa terra,

B Edicti excogitatio aduersus Danielem.

C Edicti promulgatio, cuius tamē violator Daniel accusat apud regem.

D

ᵉmultū displicuit ei, ᶠLXX, contēdebat ᵍcōgregati ad regē, (vel, persuadētes regi)

E Iussu regis mitti in lacū leonū.

F 1.Mach.2.f Eius liberatio, q fidei in deū tribuit.

Accusatores Danielis exponunt leonibus dilaniandi. G

PAX vobis multiplicetur. A me constitutum est decretum, vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscant, & paueant deum Danielis. Ipse est enim deus viuens & ęternus in secula: & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vsque in ęternum. Ipse liberator atq; saluator, faciens signa & mirabilia in cœlo & in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum. Porrò Daniel ʰperseuerauit vsq; ad regnum Darij, regnumq́; Cyri Persę.

Darij decreti publicatione deum Danielis pdicat.

ʰpsperatus est

Supra.1.d

CAP. VII.

A Anno primo Balsasar regis Babylonis, Daniel somnium vidit: visio autem capitis eius in cubili suo: & somnium scribens, breui sermone comprehendit, summatimq́; perstringens, ait, Videbam in vi-

Visio quatuor bestiarum

ei Danieli sione mea nocte, & ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari ma-
ostenditur. gno. Et quatuor bestię grandes ascendebāt de mari diuersę inter se. Pri-
ma quasi 'leęna,' & alas habebat aquilę: aspiciebam donec euulsę sunt 'leo
alę eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor
hominis datum est ei. Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit: &
tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei, Sur-
B ge, comede carnes plurimas. Post hęc aspiciebam, & ecce alia quasi par-
dus, & alas habebat quasi auis, quatuor super se: & quatuor capita erāt
in bestia, & potestas data est ei. Post hęc aspiciebam in visione noctis,
& ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis, & fortis nimis: dentes fer-
reos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedi-
bus suis conculcans: dissimilis autem erat cęteris bestijs quas videram
ante eam, & habebat cornua decem. Considerabam cornua, & ecce cor-
nu aliud paruulum ortum est de medio eorum: & tria de cornibus pri-
mis euulsa sunt à facie eius: & ecce oculi, quasi oculi hominis erant in 'allati sunt,
C cornu isto, & os loquens ingentia. Aspiciebam, donec throni 'positi
sunt,' & antiquus dierum sedit: vestimentum eius candidum quasi nix,
& capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius, flammę ignis:
Apo. 5. d rotę eius, ignis accensus. Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à fa-
cie eius: millia millium ministrabant ei, & decies millies centena mil-
lia assistebant ei: iudicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam pro-
pter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur: &
vidi 'quoniam' interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & tradītū 'donec
esset ad comburendum igni. aliarum quoque bestiarum ablata esset
D potestas: & tempora vitę constituta essent eis vsque ad tempus & tem-
pus. Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli qua-
si filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit: &
Luc. 1. c in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem,
Mich. 4. c & regnum: & omnes populi, tribus, & linguę ipsi seruient: potestas
Supra. 3. g eius, potestas ęterna quę non auferetur, & regnum eius quod non cor-
4. g rumpetur. Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in 'his,' & 'medio corpo-
Visio inter visiones capitis mei conturbauerunt me. Accessi ad vnum de assi- ris,
pretal ð E stentibus, & veritatem quęrebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mi-
qtuor mun hi interpretationem sermonum, et docuit me, Hę quatuor bestię ma-
di regnis. gnę: quatuor sunt regna, quę consurgent de terra. 'Suscipient autem 'Vsquequo su-
regnum sancti dei altissimi: '& obtinebunt regnum vsque in seculum premi sci po-
et in seculum seculorum. Post hoc volui libenter discere de bestia quar- tietur regno:
ta, quę erat dissimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dentes* & (vel, Suscipiēt
vngues eius 'ferrei:' comedebat & comminuebat, & reliqua pedibus aūt regnū san-
De potētia suis conculcabat. & de cornibus decem quę habebat in capite: & de alio ctorum altissi-
& incre- F quod ortum fuerat ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo morum:)
mēto Anti quod habebat oculos, & os loquens grandia, & maius erat cęteris. *eius ferrei,
christi. Aspiciebam: & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & 'ęrei:
pręualebat eis: donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit san-
ctis 'excelsi,' & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. Et sic 'altissimis,
ait, Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit om- & infra.
nibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & 'conculcabit,' & com- 'turbabit,
minuet eam. Porrò cornua decem ipsius regni, decem reges erunt. &
G alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges hu-
miliabit. Et sermones cōtra excelsum loquetur, & sanctos altissimi con-
teret: et putabit quòd possit mutare tempora et leges, et tradentur in
manu eius vsque ad tempus & tempora et dimidium temporis. Et iu-
dicium sedebit, vt auferatur potentia, et conteratur, & dispereat vsque
De regno in finem. Regnum autem, et potestas, & magnitudo regni quę est sub-
xp'i ęterno. ter omne cœlum, detur populo sanctorum altissimi: cuius regnum, re-
Luc. 1. c gnum sempiternum est, et omnes 'reges' seruient ei & obediēt. Hucusque 'vel, plūtes

finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar, & fa
cies mea mutata est in me, verbũ aũt in corde meo conseruaui. C. VIII.

ANno tertio regni Balsasar regis, visio apparuit mihi, ego Daniel, A
post id quod videram in principio. Vidi in visiõe mea, quũ essem in
Susan 'castro quod' est in Aelam 'regione: 'vidi aũt in visione esse me
super 'portam' Vlai. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus
stabat 'ante paludem,' habens cornua excelsa, & vnum excelsius altero
atq; succrescens. Postea vidi arietem cornibus ventilantem contra occi-
dentem, & contra Aquilonem, & cõtra meridiem: & omnes bestię non
poterant resistere ei, neq; liberari de manu eius: fecitq; secundum vo-
luntatem suam, & magnificatus est. Et ego 'intelligebam:' ecce autem B
hircus caprarum veniebat ab occidente super faciem totius terrę, & nõ
tangebat terram: porrò hircus habebat cornu 'insigne' inter oculos
suos. Et venit vsq; ad arietem illum cornutum, quem videram stantem
ante 'portam,' & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suę. Quumq;
appropinquasset prope arietem, 'efferatus' est in eum, & percussit arie
tem: & comminuit duo cornua eius, & non poterat aries resistere ei:
quumq; eum misisset in terram, conculcauit, & nemo quibat liberare
arietem de manu eius. Hircus autem caprarum magnus factus est ni- C
mis: quumq; creuisset, fractum est cornu magnũ, & orta sunt quatuor
cornua subter illud per quatuor ventos cœli. De vno autem ex eis
egressum est cornu vnum modicum: & factum est grande contra meri
diem, & contra orientem, & 'contra fortitudinem,' Et 'magnificatus
est' vsq; ad 'fortitudinem' cœli: & deiecit de 'fortitudine' & de stellis,
& conculcauit eas. Et vsq; ad principem 'fortitudinis' magnificatum
est: & ab eo tulit 'iuge' sacrificium, & deiecit locũ sanctificationis eius.
'Robur' autem datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata: D
& prosternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur. Et audiui vnũ
de sanctis loquentem: & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquenti,
Vsquequo visio, & iuge sacrificium, & 'peccatum desolationis quę fa-
cta est:' & sanctuarium, & fortitudo conculcabitur? Et 'dixit ei,' Vsq;
ad vesperam & mane, dies duo millia trecenti: & mundabitur sanctua-
rium. Factum est autem quũ viderem ego Daniel visionem, & quę-
rerem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri.
Et audiui vocem viri inter Vlai: & clamauit, & ait, Gabriel fac intelli-
gere 'istam' visionẽ. Et venit, & stetit iuxta vbi ego stabã: quũq; venis
set, pauens corrui in faciem meam, & ait ad me, Intellige fili hominis,
quoniã 'in tempore finis' complebitur visio. Quumq; loqueretur ad
me, collapsus sum pronus in terrã: & tetigit me, & statuit me in 'gradu'
meo, dixitq; mihi, Ego ostendã tibi quę futura sunt in nouissimo ma
ledictionis: quoniam habet tempus finem suum. Aries quem vidisti
habere cornua, rex Medorum est atq; Persarum. Porrò hircus capra-
rum: rex Gręcorum est. & cornu grande quod erat inter oculos eius: F
ipse est rex primus. Quòd autem fracto illo surrexerunt quatuor pro
eo: quatuor reges de gente eius consurgent, sed 'non in fortitudine
eius.' Et post regnum eorum quum creuerint iniquitates, consurget
rex 'impudens' facie, & intelligens 'propositiones.' & roborabitur for
titudo eius, sed non 'in viribus suis:' & supra quàm credi potest, vni-
uersa vastabit, & prosperabitur, & faciet. Et interficiet robustos, & po-
pulũ sanctorũ secundum voluntatem suam, & diriget dolus in manu G
eius: & cor suum magnificabit, & in 'copia rerum omniũ' occidet plu
rimos: & contra principem principum consurget, & sine 'manu' con
teretur. Et visio vespere & mane, quę dicta est, vera est: tu ergo visio-
nem signa, quia post multos dies erit. Et ego Daniel 'langui,' & ęgro-
taui per dies: quumq; surrexissem, faciebam opera regis, & stupebam ad
visionem, & non erat qui interpretaretur. CAPVT IX.

Visio pugnę inter arietẽ & hircum.

Visionis intelligẽtia de cõflictu regis Persarũ & regis Gręcorum. Infra .9.f

De rege impudẽti Antichristo.

regia q̃ (vel, vrbe capitali, quę)
prouincia:
flumen
iuxta flumẽ,
animaduertebã:
visibile
fluuium,
eleuatus
ad terrã desyderabilẽ (vel, iucundam. i. Israelem.)
creuit
exercitum
exercitu
exercitus
vel, diurnum
tempus
prępuaricatio desolans (vel, stupẽda & admiranda.)
dixit ad me
istũ (hunc)
vel, i vltimo tempore,
loco
vel, nõ tã potẽtes quã ipse.
fortis (vel, inuerecundus)
enigmata
ex viribus suis proprijs:
vel, dolo (aut pace, siue quũ pax sperabit. Quidã vertũt, prosperitate)
fortitudine
contritus sum,

A IN anno primo Darij filij Assueri de semine Medorum, qui impera-
Daniel po- uit super regnum Chaldęorum: Anno vno regni eius, ego Daniel in
stulat ípleri tellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo domini ad
à deo qd p- Ieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem septua
misit de re- ginta anni. Et posui faciem meam ad dominum deum meum rogare
ditu populi & deprecari in ieiunijs, sacco & cinere. Et oraui dominū deum meum,
ab exilio Ba & confessus sum, & dixi, Obsecro domine deus magne & terribilis, cu-
bylonico. stodiens pactum & misericordiá diligentibus te & custodientibus man
B data tua. Peccauimus, iniquitates fecimus, impie egimus, & recessimus:
Iere.25.c & declinauimus à mandatis tuis ac iudicijs. Non obediuimus seruis
& 29.c tuis prophetis qui loquuti sunt in nomine tuo regibus nostris, princi-
2.Esd.1.b pibus nostris, patribus nostris, omnīq; populo terrę. Tibi domine iu-
Vera cófes- stitia: nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iuda, & habita-
sio. toribus Ierusalem & omni Israel, his qui prope sunt, & his qui procul
Baruch.1.c in vniuersis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorū, in qui-
bus peccauerunt in te domine. Nobis confusio faciei, regibus nostris,
principibus nostris, & patribus nostris qui peccauerunt: tibi autem do-
mino deo nostro misericordia & propitiatio, quia recessimus à te, &
C non audiuimus vocem domini dei nostri vt ambularemus in lege eius
quam posuit nobis per seruos suos prophetas. Et omnis Israel pręua-
ricati sunt legem tuam, & declinauerunt ne audirent vocem tuam: &
stillauit super nos maledictio & 'detestatio quę scripta 'est in libro Moy
si serui dei, quia peccauimus ei. Et 'statuit 'sermones suos quos loqu- ' insiurádum qd scriptum
tus est super nos & super principes nostros qui iudicauerunt nos, vt su
Deu.27.c perinduceret in nos magnū malum quale nunquá fuit sub omni cœlo, ' vel, impleuit
secúdum qd factum est in Ierusalem. Sicut scriptum est in lege Moysi,
omne malum hoc venit super nos: & non rogauimus faciem tuam do
mine deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & 'cogita- 'intelligerem
remus 'veritatem tuam. Et' vigilauit 'dominus super malitiá, & addu- ' festinauit
xit eam super nos: * iustus dominus deus noster in omnibus operibus * quoniam
suis quę fecit, non enim audiuimus vocem eius. Et nunc domine deus
noster qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, &
fecisti tibi nomen secundum diem hanc, peccauimus, iniquitatem feci-
Baruch.2.c mus. Domine 'in omnem iustitiá tuam 'auertatur obsecro ira tua, & ' sm oēs iustitias tuas
Exod.15.c furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, & à monte sancto tuo. Propter pec
cata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorū, Ierusalem & populus
tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo
exaudi deus noster orationem serui tui, & preces eius: & 'ostende' faciē ' illustra (luce te fac)
D tuam super sanctuariū tuum quod desertum est propter 'temetipsum.'
Inclina deus meus aurem tuam & audi: aperi oculos tuos, & vide deso ' dominum
lationem nostras, & ciuitatem super quá inuocatum est nomen tuum.
neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem
tuam, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi domine, placare domi
Exaudit Da ne: attende & fac, ne moreris propter temetipsum deus meus: quia no-
nielis oro. men tuum inuocatum est super ciuitatem & super populum tuum.
Gabriel. Quumq; adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea & pec-
Supra.8.e cata populi mei Israel, vt prosternerem preces meas in conspectu dei
F mei, pro móte sancto dei mei: adhuc me loquente in oratione mea, ecce
Visioné 70 vir Gabriel quem videram in visione à principio, cito volans tetigit
Hebdoma- me in tempore sacrificij vespertini. Et docuit me, & loquutus est mihi,
dú edisserit dixitq;, Daniel, nunc egressus sum vt docerē te, & intelligeres. Ab exor
ei angelus. dio precum tuarū egressus est sermo: ego autem veni vt indicarem tibi,
Mat.24.b quia vir desyderiorum es: tu ergo animaduerte sermonem, & intellige
Ioan.1.g visionem. Septuaginta hebdomades 'abbreuiatę 'sunt super populum ' definitę (determinatę)
tuum & super vrbem sanctam tuam, vt consumatur pręuaricatio, & fi-
nem accipiat peccatū, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempi-

sterna, & impleatur visio & prophetia: & vngatur sanctus sanctorum. Scito ergo & animaduerte: ab exitu sermonis vt iterum ędificetur Ierusalem, vsq; ad CHRISTVM ducem, hebdomades septé & hebdomades sexagintaduę erũt: & rursum ędificabitur platea, & muri in angustia temporũ. Et post hebdomades sexagintaduas occidetur CHRISTVS: & nõ erit ⁽eius populus qui eum negaturus est.⁾ Et ciuitaté & sanctuarium dissipabit populus ⁽cum duce venturo:⁾ & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium. & ⁽erit in templo abominatio desolationis:⁾ & vsq; ad cõsummationem & finem perseuerabit desolatio.

CAPVT X.

ANno tertio Cyri regis Persarum, verbum reuelatum est Danieli cognomento Baltassar, & verbum verum, & ⁽fortitudo magna:⁾ intelleritq; sermonem, ⁽intelligentia enim est opus in visione.⁾ In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarũ diebus, panem desyderabilem non comedi, & caro & vinum nõ introierunt in os meũ, sed neq; vnguento vnctus sum: donec cõplerentur trium hebdomadarum dies. Die autem vicesima & quarta mensis primi eram iuxta fluuium magnũ, qui est Tigris. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo: & corpus eius quasi chrysolithus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens, & brachia eius: & ⁽quę deorsum sunt, vsque ad pedes,⁾ quasi species ęris candentis: & vox sermonum eius vt vox multitudinis. Vidi autem ego Daniel solus visionem: porrò viri qui erant mecum non viderunt, sed terror nimius irruit super eos, & fugerũt in absconditum. Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc: & non remãsit in me fortitudo, sed & ⁽species⁾ mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquam virium. Et audiui vocem sermonum eius: & audiens iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hęrebat terrę. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum. Et dixit ad me, Daniel vir desyderiorũ intellige verba quę ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Quumq; dixisset mihi sermonem istum, steti tremens. Et ait ad me, Noli metuere Daniel: quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Veni autem vt docerem te quę ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus: quoniam adhuc visio in dies. Quumq; loqueretur mihi huiuscemodi verbis, deieci vultum meum ad terram, & tacui. Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea: & aperiens os meũ loquutus sum, & dixi ad eum qui stabat contra me, Domine mi in visione tua ⁽dissolutę sunt compages meę,⁾ & nihil in me remansit virium. Et quomodo poterit seruus domini ⁽mei⁾ loqui cum domino ⁽meo?⁾ nihil enim in me remansit virium, sed & halitus meus ⁽intercluditur.⁾ Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis, & confortauit me, & dixit, Noli timere vir desyderiorum, pax tibi: cõfortare, & esto robustus. Quumq; loqueretur mecum, conualui, & dixi, Loquere domine mi, quia confortasti me. Et ait, Nunquid scis quare venerim ad te? & nunc reuertar, vt pręlier aduersum principem Persarum. Quum enim egrederer, apparuit princeps Grecorum veniens. Verumtamen annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis: & nemo est ⁽adiutor meus⁾ in omnibus his, nisi Michael princeps vester.

CAP. XI.

Left margin notes:

ei. (sub. ipso verus sacerdos vel rex)
ducis venturi: (vel, princeps veniens:)
sup extẽsionẽ abomiationũ admirari faciet. (vel, admirabil hõ. Alij vertũt, sup alã abominatiões desolationis. i. stati vt videritis abominationẽ affigi in portica tẽpli, scitote adesse initia calamitatũ. Alij, ma. sonĩ dęmonio rũ psidio aderit qui vastat. Alij, pp abominatiões, q̃a Christum occiderunt.)

tps logu est:
q aiaduertit quid sibi velit ea visio.
pedes eius,
vis

conuersi sunt dolores mei in me,
illius
illo?
non remãsit in me.

qui mecum maneat

Right margin notes:

G
Vnctio sp̃s.
Rędificatio Ierusalẽm sub Nehemia.
CHRISTI mors.
Abiectio Impiorum Iudęorum.
Mat. 24. b
A
Appet Danieli vir lineis vestib. indutus.
B
Quare ad eũ missus sit declarat.
C
D

A Vaticinium de regibus Persarum. De regno Gręcię.

EGo autem ab anno primo Darij Medi stabam vt confortaretur & roboraretur. Et nunc veritatem annũciabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimijs super omnes: & quũ inualuerit diuitijs suis, concitabit omnes aduersum regnũ Gręcię. Surget vero rex fortis, & dominabitur potestate multa: & faciet qđ placuerit ei. Et quũ steterit, conteretur regnũ eius, & diuidetur in quatuor ventos cœli: sed non in posteros eius, neq; secundum potentiam illius qua dominatus est. Lacerabitur enim regnũ eius etiam in externos, exceptis his.

De regno Aegypti, & fœdere ei⁹ & bello cũ regno Syrię.

Et cõfortabitur rex Austri, & de principibus eius: pręualebit super eũ, & dominabitur ditione, multa enim dominatio eius. Et post finem annorũ fœderabuntur: filiaq; regis Austri veniet ad regem Aquilonis 'facere amicitiam,' & non obtinebit fortitudinem brachij: nec stabit semen eius: & tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam, 'adolescentes eius,' & qui confortabant eam in temporibus.

B

Et stabit de germine radicũ eius 'plantatio:' & veniet cũ exercitu, & ingredietur 'prouinciam' regis Aquilonis: & abutetur eis, & obtinebit. Insuper vt deos eorum, & 'sculptilia,' vasa quoq; pretiosa auri & argenti, captiua ducet in Aegyptum: 'ipse pręualebit' aduersus regem Aquilonis. Et intrabit in regnum rex Austri, & reuertetur ad terrã suam. Filij autem eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituũ plurimorũ: & veniet properans & inũdans: & reuertetur & concitabitur, '& congredietur cum robore eius.' Et prouocatus rex Austri egredietur, & pugnabit aduersus regem Aquilonis, & pręparabit multitudinẽ nimiam, & dabitur multitudo in manu eius.

C De Iudeis ad regẽ Aegypti confugientib⁹, q̃s rex Syrię Antiochus persequitur, nobis Antichristũ prefigurans. Esa.19.c

Et capiet multitudinẽ, & exaltabitur cor eius, & deijciet multa millia: sed nõ pręualebit. Conuertetur enim rex Aquilonis, & pręparabit multitudinẽ multo maiorem q̃; prius: & in fine temporum annorumq; veniet properans cũ exercitu magno & opibus nimijs. Et in temporibus illis multi cõsurgent aduersus regẽ Austri: filij quoq; pręuaricatorũ populi tui extollentur vt impleant visionẽ, & corruent. Et veniet rex Aquilonis, & cõportabit aggerẽ, & capiet vrbes munitissimas: & brachia Austri non sustinebũt, & cõsurgent electi eius ad resistendũ, & non erit fortitudo. Et faciet veniens super eũ iuxta placitum suũ, & non erit qui stet cõtra faciem eius: & stabit in terra 'inclyta,' & cõsumetur in manu eius. Et ponet faciem suã vt veniat ad tenendũ vniuersum regnũ eius, & recta faciet cũ eo: & filiam fœminarũ dabit ei, vt euertat illud: & non stabit, nec illius erit.

D

Et cõuertet faciem suã ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet 'principẽ opprobrij sui, & opprobriũ eius cõuertetur in eũ.' Et cõuertet faciem suam ad imperiũ terrę suę, & impinget & corruet, & nõ inuenietur. Et stabit in loco eius 'vilissimus, & indignus decore regio:' & in paucis diebus cõteretur, nõ in furore nec in pręlio. Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clã, & obtinebit regnũ 'in fraudulẽtia.' Et brachia 'pugnãtis expugnabũtur à facie eius,' & cõterentur: insuper & dux fœderis. Et post amicitias, cũ eo faciet dolũ: & ascendet, & superabit in modico populo. Et abũdantes & vberes vrbes ingredietur: & faciet quę non fecerunt patres eius, & patres patrũ eius: rapinas & prędã & diuitias eorũ dissipabit, & cõtra 'firmissima cogitationes inibit:' & hoc, vsq; ad tẽpus. Et concitabitur fortitudo eius & cor eius aduersum regẽ Austri in exercitu magno:

E

& rex Austri prouocabitur ad bellũ multis auxilijs & fortibus nimis: & nõ stabunt, quia inibũt aduersus eum cõsilia. Et comedẽtes panẽ cum eo, conterent illũ, exercitusq; eius opprimetur: & cadent interfecti plurimi. Duorũ quoq; regũ cor erit vt malefaciant, & ad mensam vnã mendaciũ loquentur, & nõ proficient: quia adhuc finis in aliud tẽpus. Et reuertetur in terrã suam cũ opibus multis: & cor eius aduersum testamentũ sanctum, & faciet, & reuertetur in terrã suam. Statuto tẽpore reuertetur, & veniet ad Austrũ: & non erit priori simile nouissimũ. Et ve-

' vt faciant rectitudines,
' & genitor ei⁹ super basim eius: (vel, in locum eius:)
' munitionem
' principes
' & ipse p annos stabit (vel, plurib⁹ annis stabit quã rex Aquilonis) vsq; ad munitionem eius.
' desyderabili (id est, in terra Israel,)
' princeps opprobriũ suum illi, vt ne pbriũ suum sibi obijciat. Quidã sic vertũt, quidã princeps destruet eum, vt exhibeat ei cõtumeliã super contumeliam, quę alias ei obuentura est.)
' furibũdus tyrannus
' blanditijs.
' inundatione inundabũt coram illo,
' munitiones cogitabit cogitationes:

niẽt super eũ 'trieres, & Romani,\ & percutietur, & reuertetur, & indignabitur cõtra 'testamentũ sanctuarij,\ & faciet: reuertetur'q;, & cogitabit aduersum eos qui dereliquerũt testamentũ sanctuarij. Et brachia ex eo stabũt, & pollucnt sanctuariũ fortitudinis, & auferent iuge sacrificiũ: & dabunt abominationẽ in desolationẽ. Et 'impij in testamentũ simulabũt fraudulenter\: populus autẽ sciens deum suũ, obtinebit & faciet. Et docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio & in flamma & in captiuitate & in rapina 'dierũ.\ Quumq; corruerint, subleuabũtur auxilio paruulo: & applicabũtur eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent, vt cõflentur: & 'eligantur\ & dealbentur vsq; ad tẽpus prefinitum: quia adhuc aliud tẽpus erit. Et faciet iuxta voluntatem suã rex, & eleuabitur & magnificabitur aduersus omnem deũ: & aduersus deum deorũ loquetur magnifica, & dirigetur, donec cõpleatur iracũdia. 'perpetrata quippe est definitio.\ Et deum patrum suorũ non reputabit: & erit in concupiscentijs fœminarũ, nec quenquã deorũ curabit: quia aduersum vniuersa cõsurget. Deum autẽ Maozim in loco suo venerabitur: & deũ quem ignorauerũt patres eius colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebusq; pretiosis. Et faciet vt muniat Maozim cũ deo alieno quem cognouit, & multiplicabit gloriã: & dabit eis potestatem in multis, & terrã diuidet 'gratuito.\ Et in tempore prefinito preliabitur aduersus eũ rex Austri: & quasi tẽpestas veniet contra illũ rex Aquilonis in curribus & in equitibus & in classe magna: & ingredietur terras, & cõteret & pertrãsiet. Et introibit in terram 'gloriosam,\ & multi corruent: he autẽ sole saluabũtur de manu eius, Edom, & Moab, & principium filiorũ Ammon. Et mittet manũ suam in terras: & terra Aegypti nõ effugiet. Et dominabitur thesaurorũ auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti: per Libyam quoq;, & Aethiopiã transibit. Et fama turbabit eũ ab oriente & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna vt conterat & interficiat plurimos. Et figet tabernaculum 'suum Apadno\ inter maria, super montem inclytũ & sanctum: & veniet vsq; ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

CAP. XII.

IN tempore autem illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui: & veniet tempus 'quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperũt vsq; ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terre puluere, euigilabunt: alij in vitam eternã, alij in opprobriũ 'vt videant semper.\ Qui autẽ docti fuerint, fulgebũt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas eternitates. Tu autẽ Daniel claude sermones, & signa librum vsq; ad tempus statutũ: plurimi pertrãsibunt, & 'multiplex erit\ scientia. Et vidi ego Daniel, & ecce quasi duo alij stabant: vnus hinc super ripã fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixit viro qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis, Vsq; quo finis horũ mirabilium? Et audiui virũ qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, quũ eleuasset dexterã & sinistrã suam in cœlum, & iurasset per viuentem in eternũ, quia in tempus & tẽpora, & dimidium temporis. & quũ completa fuerit dispersio manus populi sancti, cõplebuntur vniuersa hec. Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi, Domine mi quid erit post hec? Et ait, Vade Daniel: quia clausi sunt, signatiq; sermones vsque ad prefinitũ tempus. 'Eligentur\ & dealbabuntur, & quasi ignis probabũtur multi: & impie agent impij, neque intelligent omnes impij, porrò docti intelligent. Et à tempore quum ablatum fuerit iuge sacrificiũ, & posita fuerit abominatio in desolationem: dies mille, ducenti nonaginta. Beatus qui expectat & peruenit vsq; ad dies mille trecentos trigintaquinq;. Tu autem Daniel vade 'ad prefinitum:\ & requiesces, & stabis in sorte tua, in finem dierum.

'naues Cithĩi, (.i. Grecorũ) 'fœdus sanctum, & s. 'preuaricatores pacti simulare faciet blãditijs: (vel, fœdifragis adulabitur verbis blandis) 'diebus multis, 'mundentur 'quia decisio seu conclusio facta est.

'pretio (vel, pro vili tributo.) 'desyderabilem (.i. israeliticã)

'palatij sui

'angustie

'ad cõtemptũ sempiternum.

'multiplicabitur

'Purificabuntur

'ad finẽ: (vel, vsquequo finiatur:)

F

Anthiochi elatio.

G

A Prophetat mortuorũ resurrectionem. Mat. 24. c

B Doctorum claritas. Prophetie huius obscuritas.

C Apoc. 10. a

D

Hucusq; Danielem in Hebreo volumine legimus.
Quę sequuntur usq; ad finem libri, de Theodotionis editione
translata sunt. CAP. XIII.

A Ioacim duxit uxorem Susannã filiã Helcię.

ET erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioacim: & accepit vxorem nomine Susannam filiam Helcię, pulchram nimis, & timentem deũ. Parentes enim illius quum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moysi. Erat autem Ioacim diues valde, & erat ei pomariũ vicinum domui suę: & ad ipsum confluebant Iudęi, eò q esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in illo anno, de quibus loquutus est dominus, Quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum Ioacim, & veniebant ad eum omnes qui habebant iudicia. Quum autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui. Et videbant eã senes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius. & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos vt non viderent cœlum, neq; recordarentur iudiciorum iustorum.

Eam cõcupiscunt duo pŕsbyteros.

B Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum: erubescebant enim indicare sibi concupiscentias suam, volentes concumbere cum ea. & obseruabant quotidie solicitius videre eam. Dixitq; alter ad alterũ, Eamus domum, quia hora prandij est. Et egressi recesserunt à se. Quumq; reuertissent venerunt in vnum: & sciscitãtes ab inuicem caussam, confessi sunt concupiscentiã suam: & tunc in communi statuerunt tempus quãdo eam possent inuenire solam. Factum est autẽ, quum obseruarent diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri & nudiustertius, cum duabus solis puellis, voluitq; lauari in pomario. ęstus quippe erat: & non erat ibi quisquam, pręter duos senes absconditos, & cõtemplantes eã. Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleum, & smigmata, & ostia pomarij claudite, vt lauer. Et fecerũt sicut pręceperat: clauseruntq; ostia pomarij, & egressę sunt per posticum vt afferrent quę iusserat. nesciebatq; senes intus esse absconditos. Quũ autem egressę essent puellę, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eas, & dixerunt, Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in concupiscentia tui sumus: quam ob rem assentire nobis, & commiscere nobiscum. quod si nolueris, dicemus contra te testimonium quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc caussam emiseris puellas à te. Ingemuit Susanna, & ait, Angustię sunt mihi vndiq;. si enim hoc egero, mors mihi est: si aũt non egero, nõ effugiã manus vestras. Sed melius est mihi absq; opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu domini. Et exclamauit voce magna Susanna exclamauerũt aũt senes aduersus eam. Et cucurrit vnus ad ostia pomarij, & aperuit. Quũ ergo audissent clamorem famuli domus in pomario, irruerũt per posticũ, vt viderent quidnã esset. Postq; aũt senes loquuti sunt, erubuerũt serui vehemẽter: qa nunq; dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna.

Ab eis suaditur.

C

Oppressa ingemescit & exclamat.

Accusatur adulterij a senibus.

D Et facta est dies crastina. Quũq; venisset populus ad Ioacim viri eius, venerũt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam, vt interficerent eã. Et dixerunt corã populo, Mittite ad Susannam filiã Helcię vxorẽ Ioacim. Et statim miserunt. Et venit cũ parentibus, & filijs, & vniuersis cognatis suis. porrò Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie. At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur (erat enim cooperta) vt vel sic satiarentur decore eius. Flebãt igitur sui, & oẽs qui nouerant eã. Cõsurgentes aũt duo presbyteri in medio pplĩ, posuerũt manus suas sup caput eius. Quę flens suspexit ad cœlũ. erat enĩ cor eius fiduciã habens in dño. Et dixerunt presbyteri, quũ deambularemus in pomario soli, ingressa est hęc cum duabus puellis: & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas. Venitq; ad eam adolescens qui

Iussu eorũ adducit corã populo.

Falsũ presbyterorũ testimoniũ in Susannã.

erat absconditus, & concubuit cum ea. Porrò nos quum essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter cōmisceri. Et illum quidem nō quiuimus cōprendere, quia fortior nobis erat, & aperto ostio exiluit: hanc autem quum apprehendissemus, interrogauimus quisnā esset adolescens, & noluit indicare nobis. B
huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit. Deus æterne, qui absconditorū es cognitor, qui nosti oīa antequā fiant, tu scis quoniā falsum testimonium tulerunt cōtra me: & ecce morior, quū nihil horum fecerim quę isti malitiosè composuerunt aduersum me. Exaudiuit autem dominus voces eius. Quumque duceretur ad mortem, suscitauit dominus spiritum sanctū pueri iunioris, cuius nomen Daniel: & exclamauit voce magna, Mundus ego sum à sanguine huius. Et conuersus oīs populus ad eum, dixit, Quis est iste sermo quem tu loquutus es? Qui quū staret in medio eorum, ait, Sic fatui filij Israel, nō iudicantes, neque quod verū est cognoscentes, cōdemnastis filiā Israel? Reuertimini ad iudiciū, quia falsum testimoniū loquuti sunt aduersus eā. Reuersus est ergo populus cū festinatione, & dixerūt ei senes, Veni, & sede in medio nostrum, & indica nobis: quia tibi deus dedit F
honorē senectutis. Et dixit ad eos Daniel, Separate illos ab inuicē procul, & diiudicabo eos. Quum ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum, Inueterate dierū malorum, nunc venerunt peccata tua quę operabaris prius, iudicans iudicia iniusta, innocētes opprimens & dimittens noxios, dicente domino, Innocentē & iustū non interficies. Nūc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait, Sub schino. Dixit autem Daniel, Rectè mentitus es in caput tuum: ecce enim angelus dei acceptа sentētia ab eo, scindet te medium. Et amoto eo iussit venire aliū, & dixit ei, Semen Chanáan, & nō Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum: sic faciebatis filiabus Israel, & illę timentes loquebantur vobis: sed filia Iuda non sustinuit iniquitatem vestrā. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait, Sub prino. Dixit autem G
ei Daniel, Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim angelus domini, gladium habens, vt secet te medium, & interficiat vos. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt deum qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimoniū) feceruntque eis sicut male egerant aduersus proximam, vt facerent secundū legem Moysi: & interfecerunt eos, & saluatus est sanguis innoxius in die illa. Helcias autem, & vxor eius laudauerunt deū pro filia sua Susanna cum Ioacim marito eius, & cognatis omnibus: quia non esset inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa, & deinceps. Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.

Morti adiudicatur.

Oratio eius ad deum.

Suscitat spiritus Danielis qui Susannā liberat.

Exod. 23. a

Susannę calumniatores a Daniele conuicti, lege talionis plectuntur.

Deut. 19. d

CAP. XIIII. A

ERat autem Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius. Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos, similę artabę duodecim, & oues quadraginta, vini quoque amphorę sex. Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum: porrò Daniel adorabat deum suum. Dixitque ei rex, Quare non adoras Bel? Qui respondens ait ei, Quia non colo idola manufacta, sed viuentem deum qui creauit cœlum & terram, & habet potestatem omnis carnis. Et dixit rex ad eum. Nónne videtur tibi esse Bel viuens deus? An non vides quāta comedat & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens, Ne erres rex. Iste est enim intrinsecus luteus, & forinsecus æreus, neque comedit aliquādo. Et iratus rex vocauit sacerdotes eius, & ait eis, Nisi dixeritis mihi quis est iste qui comedat impensas B

De idolo Bel & cibo eius, quē sacerdotes vorabant.

Monstrat a his, moriemini. Si autem ostenderitis quoniam Bel comedat hęc, mo⸗
Dániele rex, rietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi, Fiat iu⸗
pastus inijt xta verbum tuū. Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxo
cū sacerdoti ribus & paruulis & filijs. Et venit rex cum Daniele in templū Belis. Et
bus, eorūq; dixerunt sacerdotes Belis, Ecce nos egredimur foras: & tu rex pone
dolum de⸗ escas, & vinū misce, & claude ostium, & signa annulo tuo: & quum in⸗
prehendit. gressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel, morte morie⸗
mur, vel Daniel qui mentitus est aduersum nos. *Contemnebant autē, *Quędā exem
qa fecerant sub mensa absconditū introitum, & per illū ingrediebantur plaria legunt,
C semper, & deuorabant ea. Factum est igitur postq; egressi sunt illi, & rex Confidebant
posuit cibos ante Bel, pręcepit Daniel pueris suis, & attulerūt cinerem,
& cribrauit per totum templū coram rege: & egressi clauserunt ostiuz:
& signantes annulo regis abierunt. Sacerdotes aūt ingressi sunt nocte
iuxta consuetudinem suam, & vxores, & filij eorum: & comederunt om⸗
nia, & biberunt. Surrexit aūt rex primo diluculo, & Daniel cū eo. Et ait
rex, Saluáne sunt signacula Daniel? Qui respondit, Salua rex. Statimq;
quū aperuisset ostium, intuitus rex mensam, exclamauit voce magna,
Magnus es Bel, & nō est apud te dolus quisquam. Et risit Daniel: & te
D nuit regem, ne ingrederetur intrò, & dixit, Ecce pauimentū, animad⸗
Detecta eo⸗ uerte cuius vestigia sunt hęc. Et dixit rex, Video vestigia virorum, &
ruz fraude, mulierum, & infantium. Et iratus est rex. Tunc apprehendit rex sacer⸗
occiduntur dotes, & vxores & filios eorū: & ostenderunt ei abscondita ostiola per
cū vxorib⁹ quę ingrediebantur, & consumabant quę erāt super mensaz. Occidit er
& filijs. go illos rex, & tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subuertit eum,
Daniel Bel & templū eius. Et erat draco magnus in loco illo & colebant eū Ba
euertit, & bylonij. Et dixit rex Danieli, Ecce nunc nō potes dicere quia iste nō sit
draconē in⸗ deus viuens. adora ergo eum. Dixitq; Danieli regi, Dominum deum
terficit. meum adoro: qa ipse est deus viuens: iste autem non est deus viuens.
E Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absq; gla
dio & fuste. Et ait rex, Do tibi. Tulit ergo Daniel picem, & adipem, &
pilos, & coxit pariter: fecitq; massas, & dedit in os draconis, & diruptus
est draco. Et dixit Daniel, Ecce quem colebatis. Quod quum audissent
Babylonij, indignati sunt vehementer: & cgregati aduersum regem, di
xerunt, Iudęus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacer
Conjicit in dotes occidit. Et dixerunt quum venissent ad regem, Trade nobis Da⸗
lacū leonū. nielem, alioquin interficiemus te, & domum tuam. Vidit ergo rex qđ
irruerent in eum vehementer: & necessitate cōpulsus tradidit eis Da⸗
F nielem. Qui miserunt eum in lácum leonum, & erat ibi diebus sex. Por
rò in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie,
Pascit eum & duę oues: & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielem. Erat
Habacuc. autem Habacuc propheta, in Iudęa, & ipse coxerat pulmentum, & in⸗
triuerat panes in alueolo: & ibat in campum vt ferret messoribus. Di⸗
xitq; angelus domini ad Habacuc, Fer prandium quod habes, in Ba⸗
bylonem Danieli, qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc, Domine
Babylonem non vidi, & lacū nescio. Et apprehendit eum angelus do⸗
Eze. 8.b mini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitq; eum
G in Babylonem super lacū in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc,
dicens, Daniel serue Dei, tolle prandium quod misit tibi deus. Et ait
Daniel, Recordatus es mei deus, & non dereliquisti diligentes te. Sur⸗
gensq; Daniel comedit. Porrò angelus domini restituit Habacuc con
Rex inueni festim in loco suo. Venit ergo rex die septimo vt lugeret Danielem: &
ens eū a leo venit ad lacum, & introspexit, & ecce Daniel sedens in medio leonuz.
nibus inta⸗ Exclamauit voce magna rex dicens, Magnus es domine deus Danie⸗
ctum, iubet lis. Extraxit eum de lacu leonum. Porrò illos qui perditionis eius cau⸗
e lacu edu⸗ sa fuerant, intromisit in lacū, & deuorati sunt in momento in corā eo.
ci.

D. HIERONYMI IN XII. PROPHETAS PRAEFATIO.

NON idem ordo est duodecim prophetarum apud Hebręos, qui est apud nos. Vnde secundum id quod ibi legitur, hic quoque dispositi sunt. Osee cómaticus est, & quasi per sententias loquens. Ioel planus in principijs: in fine obscurior. Et vsque ad Malachiam, habent singuli proprietates suas: quas Esdram scribam, legisque doctorem Hebręi autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere: hoc tantum vos o Paula & Eustochium admonitas volo, vnum librum esse duodecim prophetarum: Et Osee synchronum Isaię: Malachiam verò Aggęi & Zacharię fuisse téporibus. In quibus autem tempus nó pręfertur in titulo: sub illis eos regibus prophetasse sub quibus & hi qui ante eos habent titulos, prophetauerunt.

ALIVS PROLOGVS.

REGVLAE Sunt hę sub quibus significationibus nominum, ad quas tribus per prophetas sermo domini dirigatur. Quotiescunque ad decem tribus tenditur prophetia, sub his nominibus designantur, id est Ephráim, Samaria, Israel, Ioseph, Iezrahel, Bethel, Bethauen, & interdú Iacob. Quádo aút ad duas loquitur tribus, sub his nominibus sermo profertur: id est Iuda, Ierusalem, Beniamin, Domus Dauid: & interdú Iacob. Aliquoties Israel ad totas duodecim tribus refertur. Duplex est apud Hebręos sententia de his quatuor versibus, qui in capite sunt pnotati. Plerique enim dicunt quod ab Esdra scriba in omnibus prophetis sic fuerit titulatú: vt pscripto vniuscuiusque nomine, prophetia cuius sit sequens, noscatur. Ipse est autem Esdras qui vltimus prophetarum, Malachię nominę scribitur. Alij verò dicunt quod ab ipsis prophetis per spiritum sanctum, vt cętera, sunt conscripta.

PRAEFATIO B. HIERONYMI IN OSEE PROPHETAM.

TEMPORIBVS Osię, & Ioatham, Achaz, & Ezechię regum Iuda, & Ieroboam filij Ioas regis Israel: Osee filius Beeri, ad prophetiá dicendá, spiritu sancto repletus est. De memorato itaque numero regum, Achaz rex Iuda, & Ieroboam rex Israel, dominum derelinquentes, vt historię regum & Paralipoménon indicant etiam Israel idololatrię crimen imperio ac potestate sua admittere coegerút. Propter quod deus ad Osee hęc loquutus est, dicens, Accipe tibi vxorem fornicariam siue fornicationum: & fac tibi filios fornicationis. Fornicariam itaque, non elocati corporis meretricem, sed gentilem deum ignorantem, appellat: quę dei creatoris sui amore pcepto, simulachrorum se subiecit desyderijs. Sed quum dei pcepto ppheta in hac re paruisset, conceptú ex ea filium, Iezrahel pcepit nominare: deo pollicente, post breue tempus sanguinem Iezrahel in domo, Iehu vindicare. cuius pmissionis hęc caussa est: Iehu per Eliseum in regem iuuncto ad defendendum sanguinem Naboth ciuis Iezrahel, quę tunc temporis metropolis erat, quem Iezabel Achab regis Israel vxor interemerat, sicut regum historia exponit: is quum grauiter iuxta diuinum pceptum vindicandi sanguinis caussa, in omnem memorati domum desęuisset, hoc peracto dominum dereliquisse inuenitur. cuius pronepote Ieroboam (qui lectione comprehensus est) originis suę facta imitante, ac contra dei pręcepta & religionem cum populo Israel agente: sanguis Naboth, qui in loco certe Iezrahel fuerat profusus, in domo Iehu patris memorati Ieroboam pro peccato reddúdaturus significatur. Hinc factum est vt ira dei in populo Israel per denuntiationé prophetę, processura diceretur. Domui autem Iudę misericordia lectione comprehensa, ob hoc promissa est, quia Ezechias rex Iuda filius Achaz sublatis idolis quę tam pater eius quám cęteri reges consecrauerant, templum dei purgasse & purificasse monstratur.

PROLOGVS IN IOEL PROPHETIAM.

Ex principio commentariorum B. Hieronymi in Ioel.

SANCTVS Ioel apud Hebræos post Osee ponitur. Et sicut ibi sub nomine Ephraim, ad decem tribus pfertur vaticiniũ, quę vel Samaria, vel Israel sępe memoratur: sic in hoc ppheta omne qđ ož, ad tribum Iuda & ad Ierlm pertinere credendũ est: ꝙ nullã omnino Israelis. i. decem tribuum, in hoc fieri mentionẽ. Tempora quoq; qbus prophetauit, eadem debemus accipere quę in Osee legimus, In diebus Ozię, Ioatham, ꝙ Achaz, & Ezechię regũ Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. Porrò factum esse sermonẽ dñi, ad meritũ eius refertur cui fit, nõ ad ꝯditionem illius qui fieri dicitur, vt alibi legimus, Dñs factus est mihi in salutẽ. Auditus aũt in scripturis sanctis, nõ est iste qui ad aures sonat, sed qui in corde pcipitur: iuxta illud qđ dñs loquitur in Euãgelio, Qui habet aures audiendi, audiat. Qđ aũt dicitur Hebraice HAAZINV, Gręce ἐνωτίσασθε, Latine sonat, auribus pcipite: proprie nõ aure, sed corde pcipitur. Qui senes sunt ꝙ cœlestes, audiũt spiritualiter, q aũt habitãt in terra, appellãturq; terreni, auribus pcipiunt. Vbicunq; aũt hęc duo verba iuncta ponunt: nõ ad simplicẽ tantũ verboꝝ sonũ, sed ad reconditã quoq; dictoꝝ intelligentiã ptinere intelligendũ est. In Genesi Lamech loqtur ad vxores suas Ada ꝙ Sella, Audite ꝟba mea vxores Lamech: aurib⁹ pcipite ſmones meos: qa virũ occidi in vulnus meũ, ꝙ iuuenẽ in liuorẽ meũ. Et Isaias, Audite cœli, ꝙ auribus pcipe terra.

PRAEFATIO IN AMOS PROPHETIAM.

OZIAS Rex quum dei religionem solicite ęmularetur: nimio religionis amore prouocatus, ꝯtra pceptum legis Moysi arrepto thuribulo (vt in historia libri secundi Paralipomenon ostenditur) sacerdotale officiũ psumere conatus est. Ob eã rem terręmotum in templo dei exortũ ꝯdat, cuius etiã Zacharias ppheta meminit. Ante hunc itaq; terręmotũ Amos ppheta temporibus pdicti regis, ꝙ temporibus Ieroboam filij Ioas regis Israel: in eas gentes quę lectione cõprehensę sunt, iram dei ob eas caussas quas memorauit aduturam denũtiat. Et qa idem propheta in sequentibus ait, Super tribus impietatibus ꝙ super quatuor nõ ꝯuertam eum: tertio peccatoꝝ indulgentiã deũ dare posse significat: quam quarto eadem peccata admittentibus, nec pœnitentiã nec indulgentiã daturũ annuntiat. Nã per ignis similitudinem, quẽ in pdictas gentes imittendum pdixit: grauem atq; irreuocabilem dei iram ad euersionẽ earundẽ ciuitatũ pcessurã voluit demõstrare.

ALIA PRAEFATIO.

Ex principio commentariorum B. Hieronymi in Amos.

HIC Amos propheta & pastor qui sequitur Ioelẽ, & est tertius duodecim prophetarũ, nõ fuit pater Isaię prophetę: quanquã ꝙ ille, propheta extiterit. Nam alijs literis ille, alijs iste apud Hebræos scribitur: quę differentia literarũ apud Latinos nõ habetur: ꝙ ille fortis vel robustus, hic vero populus auulsus interpretatur: qa loquitur ꝯtra decẽ tribus, quę per idololatriã à cultu dei, ꝙ à regno Dauid erant auulsę. Fuit aũt cognatio eius ex oppido Thecue, qđ sex milliaribus distat à Bethleem: curam gerens pecoruꝫ in latitudine camporũ qui sunt proximi oppido Thecue, in qbus humo arida atq; arenosa nihil omnino frugum gignitur, sed vberrimis pascuis abundant: & ideo cuncta sunt plena pastoribus, ꝙ sterilitas terrę cõpensatur pecorũ multitudine. Ex hoc numero pastoꝝ fuit Amos, imperitus sermone, sed nõ scientia. Prophetauit aũt eisdeꝫ temporibus qbus Ioel, Nahum, Ionas, Osee, Isaias. Sed aliquantulum exorsus est prophetare antequam Isaias. Maxime aũt contra deceꝫ tribus loquutus est: pauca de duabus interserens. Hunc ablatum de numero pastorum misit dominus, vt in Samaria pphetaret: quem Amasias sacerdos frequenter plagis afflixit: tandem filius eius Ozias vecte per tempora trãsfixit. Post hęc semiuiuus in terrã suã euectus, post aliquot dies dolore vulneris expirauit: sepultusq; est cũ patribus suis.

IACOB patriarcha habuit fratrem Esau: qui ob coctionem rufam, propter quã vendidit primogenita, Edom Hebręa lingua appellatus est, quod latine rufus dicitur. Is memoratũ fratrẽ suũ, qui Israel nomen acceperat, graui odio cõmotus interimere conatus est. Qua de caussa oẽs qui populũ Israel, id est filios patriarchę Iacob, pdicti Esau odiũ imitati, persequuti sunt: Esau & Edom appellati sunt. Et quia populus Israel de captiuitate Chaldęorũ per Cyrum regẽ Persarum nutu dei reuocatus in Ierusalem, ab alio regno grauiter afflictus atq; oppressus est: ideò hoc regnũ, quod more Esau, prędictum populum persequutum est, per denuntiationem Abdię prophetę increpatur, q nõ dei indignatione, sed sua virtute populum superatum gloriabatur. de quo regno olim per Dauid in psalmo centesimo trigesimo sexto dictũ est, Memorare dñe filiorũ Edom in die Ierusalẽ. Nã reliqua lectione comprehensa, futurum in gentes iudicium ob caussas lectione comprehensas: regnũq; dei in populo Israel significatur. Hebręi hũc dicũt esse, qui sub rege Samarię Achab, & impijssima Iezabel, pauit centum prophetas in specubus, qui non curuauerunt genu ante Baal: & de septem millibus erat, quos Elias arguitur ignoraſſe. Sepulchrum quoq; eius vsq; hodie cum mausoleo Elisei prophetę & Baptistę Ioãnis, in Sebaste venerationi habetur, quę olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Iudęę, Antipatri filius, in honorẽ Augusti Cęsaris Gręco nomine vocauit Augustam. Hic igitur quia centum prophetas pauerat, accepit gratiã prophetalẽ: & de duce exercitus, fit dux ecclesię. Tunc in Samaria paruum gregem pauerat: nunc in toto orbe CHRISTI pascit ecclesias. & φερώνυμως, sicut in Actis apostolorũ Stephanus martyrio coronatus: ita & hic, seruus appellatus est domini.

Istud ex principio cõmentariorũ. B. Hieronymi in Abdiã.

PROLOGVS IN PROPHETIAM IONAE.

Ex proęmio commentariorum. B. Hieronymi in Ionam.

IONAM sanctum Hebręi affirmant filium fuiſſe mulieris viduę Sareptanę, quẽ Elias propheta mortuum suscitauit: matre postea dicente ad eum, Nunc cognoui quia vir dei es tu: & verbũ dei in ore tuo veritas est. Ob hanc etiam caussam ipsum puerum sic vocauit, Amathi. Amathi enim in nostra lingua, veritatem sonat. Et ex eo quod verum Elias loquutus est: ille qui suscitatus est, filius esse dicit veritatis. Ideo de veritate columba nascitur: quia Ionas columbã sonat. In condemnationem aũt Israel Ionas ad gentem mittitur: q Niniue agente poenitentiam, illi in malitia perseuerant. Temporibus quippe Ieroboam filij Ioas regis Israel, qui deo derelicto, cũ populo suo in Samaria idõlis sacrificabat, Ionam prophetã fuiſſe, quartus liber regũ indicat. Is quũ prophetia illuminante peccatores ciuitatis Niniue dei misericordiã consequuturos videret: ne falsa prędicare videretur, ad denuntiandum interitum eiusdem ciuitatis ire nolebat. Nã sicut deus ad Abrahã de impietate Sodomorum & Gomorrhęorum loquutus est, Clamor Sodomorum & Gomorrhęorum peruenit ad me: Ita & de Niniue dicitur, Eò q ascenderit clamor malitię eius ad deum. Et quia sententiã dei de Sodomis facta, minime reuocata est: ita & Ionas aduersum Niniuen prolatam sententiã reuocari nolebat: diuinę dispensationis ignarus, qui salutem hominum ad se conuertentium magis vult, quàm interitum. Hoc illi acciderat quod & sancto Eliseo, qui filium Sunamitidis mulieris, mortuum ignorauit. Ideò à conspectu dei fugere se Ionas putabat, humanum aliquid paſſus, dicente Dauid, Quò ibo à spiritu tuo: & à facie tua quò fugiam?

PROLOGVS IN MICHÆÆ PROPHETIAM.

TEMPORIBVS Ioatham & Achaz & Ezechię regum Iuda, Michęam prophetam ad hanc prophetiam spiritu sancto repletũ fuisse, lectio ipsa demonstrat. Sed de supradicto numero regum, Ioatham & Ezechiam deo ob religionem placuisse, historia libri quarti Regum, & secundi Paralipomenon indicat. Achaz verò relicto deo, idola Samarię, quibus etiam filios suos in sacrificium igni concremandos obtulerat: coluisse constat. Quam ob rem, deus Samariam, quę reges Israel & Iuda memoratorum simulachrorum superstitione fefellerat, increpans, indignationem suam in eam processuram comminatus est. Populo etiam Israel pręuaricatori, & principibus eius, qui eundẽ populum fallaci suasione ad colenda idola impulerant, verbis in sequentibus, captiuitatem & interitum affuturum denuntiat.

PROLOGVS IN PROPHETIAM NAHVM.

Ex proœmio cõmentariorum B. Hieronymi in Nahum.

NAHVM prophetam ante aduentum regis Assyriorũ, qui populum Israel captiuum in suam regionem transtulerat, fuisse, Hebręorum traditio confirmat. Siquidem in fine huius lectiõis, prędicti regis aduentum, idem propheta annunciare monstratur. Sed quum habitatores Niniue, Iona interitum ciuitatis prędicante, ne diuina ira denũtiatum interitum sustinerent, peccatorum & impietatis pœnitentiam egissent, accepta dei misericordia, grauioribus se criminibus implicuerunt. Qua de caussa memoratus propheta spiritu sancto plenus, iudicium dei annuntians, ita loquutus est, Deus zelans, & vlciscens dominus est &c. Iam enim decem tribus ab Assyrijs deductę fuerant in captiuitatem sub Ezechia rege Iuda: sub quo etiam nunc in consolationem populi transmigrati aduersum Niniuen visio cernitur. Nec erat parua consolatio, tam his qui iam Assyrijs seruiebant, quàm reliquis qui sub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin ab eisdem hostibus obsidebantur, vt audirent Assyrios quoque à Chaldęis esse capiendos: sicut in sequentibus libri huius demonstrabitur. Sciendum autem est quòd Niniue in nostra lingua de Hebręo, speciosam sonat. Speciosus autem, hic mundus dicitur. Vnde & apud Gręcos κόσμος ab ornatu nomẽ accepit. Et quicquid nunc aduersum Niniuen dicitur: de mundo figuraliter prędicari sentiamus. Quam ob caussam & assumptio quam septuaginta interpretãtur λῆμμα, & Aquila ἆρμα interpretatus est: apud Hebręos MASSA ponitur, id est graue onus: eò ꝙ eam aduersus quam videtur, premat, nec sinat eleuare ceruices. Simulq́; hoc attendendũ, quòd hęc ipsa vel assumptio, vel onus, vel pondus prophetę, visio sit. Non enim loquitur propheta in ἐκστάσει, vt Montanus & Prisca, Maximillaq́; delyrant: sed quod prophetat, liber est visionis intelligentis vniuersa quę loquitur: & pondus hostium faciẽtis suo populo visionem. De consummatione itaque mundi secundum ἀναγωγὴν, ò Paula & Eustochium, in consolationem sanctorum prophetia texitur: vt quęcunq; in mundo vident, quasi prętereuntia & caduca contemnant, & pręparent se ad iudicij diẽ, vbi vltor aduersum veros Assyrios affuturus est dominus.

Ex prooemio commentariorum. B. Hieronymi in Habacuc.

QVATVOR prophetę in duodecim pphetaꝝ volumine ptinent: ē qbus tres in pncipio λῆμμα.i. pōdus titulū hñt, Nahum, Habacuc, ꝛ Malachias. Porrò Zacharias, in medio & circa finē duos huiuscemodi ponit titulos: ē qbus vnus est, Onus ꝟbi dñi in terra Adrach ꝛ Damasci requiei eius. alter in fine, Onus ꝟbi dñi sup Israel. De Nahū, orōnibus tuis iam liber editus est: de Zacharia, ꝛ Malachia, si vita comes fuerit, differet. Nūc Habacuc habemus in manibus, q vel ex eo ꝙ amabilis dñi est, vocat amplexatio. vel ꝙ in certamē & luctā ꝛ (vt ita dicā) amplexū cū deo ꝯgredit: amplexātis. i. luctātis, sortitus est nomē. Nullus. n. tā audaci voce ausus est deū ad disceptationē iustitię ꝓuocare, ꝛ dicere ei, Cur in rebus humanis, ꝛ in mūdi istiꝰ πολιτείᾳ tāta reꝝ versat iniqtas? Vociferabor ad te vim patiēs: ꝛ nō saluabis? Quare ostēdisti mihi iniqtatē ꝛ laborē videre? Lacerata est lex, ꝛ nō puenit vsq; ad finē iudiciū: qa impius pualet aduersus iustū: ideò egredit iudiciū puersum. Vides ꝙ temeraria vox sit, ꝛ quodāmō blasphemātis creatorē suū ad iudiciū ꝓuocare: ꝛ vas fragile aduersus figulū, cur tale vel tale factū sit, disputare? Necnō ꝛ hoc aīaduertēdū, ꝙ assumptio vel pōdus, q̄ grauia ēe iam diximus, pphetę visio est: ꝛ aduersum Mōtani dogma peruersus, intelligit qđ videt: nec vt amēs loqtur: nec more insaniētiū fœminaꝝ dat sine mēte sonū. Vñ ꝛ apls iubet vt si pphetātibus alijs, alij fuerit reuelatū, taceāt q prius loquebant. Et statim, Nō est inqt dissensiōis deus, sed pacis. Ex quo intelligit, quū qs voluntate reticet, ꝛ alteri locū dat ad loquēdū, posse & loq & tacere quū velit. Qui aūt in ἐκστάσει. i. inuitus loqtur: nec tacere nec loq in sua ptāte hʒ. Illud quoq; disce (qa semel ā me violenter exigis, vt q̄si quosdā gradus ꝛ scalas ad altiora nitēti, historiaꝝ tibi interpreter) pphetiā ēe ꝯtra Babylonē & Nabuchodonosor regē Chaldęoꝝ: vt qūo prior ppheta Nahū, quē Habacuc seqtur, vaticiniū habuit ꝯtra Niniuen ꝛ Assyrios, q vastauerunt decē tribus, q̄ vocant Israel: ita Habacuc pphetiā habeat aduersus Babylonē, ꝛ Nabuchodonosor: ā qbus Iuda & Ierusalē, templumq; subuersa sunt. Et vt scias eo tpe fuisse Habacuc, quo iam duę tribus q̄ vocabant Iudas, ductę erāt in captiuitatē, Daniel docere te poterit: ad quē in lacū leonū Habacuc cum prādio mittitur? quāq; apud Hebręos hęc ipsa nō legatur historia. Igitur siue qs recipiat scripturā illā, siue nō recipiat: vtrūq; p nobis est. Aut. n. recipit: ꝛ iam post factā rē liber Habacuc texit: aut nō recipit, ꝛ q̄si ppheta scribit q̄ ventura cognoscit. Interim sm litterā cātur aduersus dei ppheta: cur Nabuchodonosor tēplū dei vastet ꝛ Iudā: cur Ierusalē quōdā vrbs dñi, destruat: q̄re clamet ppls, & nō exaudiatur, vociferetur ad dñm oppressus ā Chaldęis, & nō saluetur? q̄re ēt ipse ppheta vel ppls, ex cuius psona nūc loqtur, ad hoc vixerit, & hucusq; perductus sit, vt iniquitatē hostiū & suum laborē videat, cur iniustitia pualeat aduersum se. Et hoc dicit pręmētis angustia, nesciēs aurū in igne ꝯflari, ꝛ tres pueros de camino ignis puriores exisse q̄ intrauerāt. Sed & hoc gnāle accipere possumus, ꝙ ex psona humanę impatiētię loquatur: vt in q̄rulā vocē & plenā doloris erūpat, dicēs, Quare respicis ꝯtemptores, & taces ꝯculcāte impio iustiorem se? Hęc aūt loqtur, nesciens iudicia dei inuestigabilia, & pfundū diuitiaꝝ sapiētię & sciētię eius, ꝙ nō ita videat deus, vt videt homo. Homo tm̄ psentia respicit, deus futura & ęterna cognoscit. Et qūo si ęgrotus ꝛ ęstuās febribus aquā frigida postulet, & dicat ad medicū, Vim patior, crucior, vror, exanimor, vsquequo medice clamabo, & nō exaudies? Et rñdeat ei sapiētissimus ac clemētissimus medicus, Scio quo tpe dare debeā qđ postulas: & nō misereor mō, quia misericordia ista crudelitas est, ꝛ volūtas tua ꝯtra te petit. Ita & deus nesciens clemētię suę pōdera atq; mēsuras, interdum nō exaudit clamātē: vt eū pbet, ꝛ magis ꝓuocet eū ad rogādū, ꝛ q̄si igne excoctū iustiorē & puriorē faciat. Quod intelligēs Apostolus scdm id ꝙ misericordiā ꝯsequutus est ā dño, ait, Sed nō deficimus in tribulatiōibus. Et bñdicit dñm in omni tpe. Et scit ꝙ qui perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit: & gloriatur in labore & dolore, Et cū Ieremia dicit, Tribulationem & miseriam inuocabo: vt qūo alius inuocat deum, sic sanctus vir & bellator inuictus ad exercendum se & probandū, tribulationem & miseriam venire desyderat.

Illud ex principio commētarioꝝ B. Hieronymi in Abacuc.

PROLOGVS IN SOPHONIAE PROPHETIAM.

Ex principio cōmentariorum. B. Hieronymi in Sophoniam.

TRADVNT Hebręi, cuiuscū℗ pphetę pr̄ aut auus ponat in titulo, ipsos quoq; pphetas fuisse. Vñ ⁊ Amos vnus de duodecim pphetis q dixerat, Nō sum ppheta, nec filius pphetę, sz pastor capraꝝ vellicās sycomoros: pr̄is nomē ī titulo nō hz. Hoc si veꝝ est, Sophonias ppheta, noīe (vt ita dicā) pphetico, ⁊ gl̄iosa maioꝝ suoꝝ stirpe gñatus est: habuit enim patrē Chusi, auū Godoliā, proauū Amariā, attauū Ezechiā: & talē q̄drigā ipse velut extremus auriga ꝯpleuit. Nomē Sophonię, alij speculā: alij arcanū dñi trāstulerūt. Siue igit̄ specula, siue abscōditū dñi interpretet: vtrūq; pphetę ꝯuenit. Dr̄ enim ad Ezechielē, Fili hoīs speculatorē te posui domui Israel. Iste ergo ppheta q erat in specula ⁊ in sublimibus ꝯstitutus, ⁊ nouerat mysteria dñi: filius erat Chusi q interpretat̄ humilitas. Hēbat quoq; auū Godoliā, q dr̄ magnitudo dñi: ⁊ proauū Amariā, q & ipse vertit̄ in sermonē dñi: & attauus Ezechiā, qui sonat fortitudo dñi. De fortitudine itaq; dñi natus est sermo dñi: ⁊ de sermone dñi, nata est magnitudo dñi: & de magnitudine nata est hūilitas: vt quū puenerit aliqs ad pfectū, dicat, Quia non sum dignus vocari apl̄s. Et illud in psalmis, Dñe nō est exaltatū cor meū: neq; elati sunt oculi mei. Iosiā regē Iudę cuius tpībus Sophonias pphetasse inuenit̄, deo p̄ oībus regibus Iudę placuisse, historia q̄rti libri regū ⁊ scd̄i paralipomenō demōstrat. Iosias simulachra q̄ pr̄ suus Amō, vel auus Manasses in tēplo dei collocauerat, deiecta cōminuisse mōstrat. In qbus & serpētē ęreū à Moyse factū: quē errori inductus populus, superstitiōe idoloꝝ detētus, admiserat. Idē custodisse pascha: & intermissis tēporibus multis solus celebrasse mōstrat. Ideò deus p pphetā tpībus memorati regis q̄ prouētura erāt ostendens gentibus quidē lectione ꝯprehensis affuturū iudiciū: populo vero Israel salutē: & ciuitati Ierusalē restaurationē tūc tp̄is tribuendam textu lectionis denunciauit.

PROLOGVS IN PROPHETIAM AGGAEI.

IEREMIAS ppheta ob cām piurij Sedecię regis (vt historia libri secundi Paralipomenō indicat) q fidē pmissaꝝ Nabuchodonosor regi Chaldęoꝝ nō seruauerat, pplm Israel refert cū memorato rege Ierusalē, expugnata Ierusalē, captiuū in Babylonē fuisse pductū. Sed quū memoratus pp̄s multis tpībus idolis seruiēdo, & effusiōe sanguinis innocētū se grauiter īpiasset: volēs deus gñationē vniuersaꝫ eiusdē populi ob cās memoratas penitus deperire, septuaginta annoꝝ captiuitatē eūdē pplm in regno Chaldęoꝝ statuit sustinere: hac rōne, vt cōpleto numero annorū, nouus pp̄s à memoratis peccatis īmunis ad renouatiōē Ierusalē pueniret. Sexagesimo itaq; scd̄o anno, regno Chaldęoꝝ subuerso, cui adhuc octo anni restabant ad regnādū, qd̄ ēt sexta visio Danielis ostēdit: quū pp cām sacrilegij, qd̄ in eadē visiōe planet̄, fuisset extinctū, Darius q Medis īperabat, vt septima visio Danielis ostēdit, memoratoꝝ regno successit. Cuius prio anno regni, vt decima visio Danielis manifestat, Daniel supputatis annis vidēs appropinquare tp̄s reuersiōis, q̄ p Ieremiā fuerat pmissa, orās tā p se, q̄; p pp̄lo, eādē pmissionē à deo postulabat īpleri. Cui p Gabrielē archangelū in eadē visiōe iuxta p̄ces eiusdē, vniuersa cōpleta eē, deus dixit. Nā moriente supradicto Dario rege Medorū, & succedēte in regno, Cyro rege Persaꝝ: pmissiōe dei cōpleta, p eundē regē populū Israel in Ierusalē reductū, historia scd̄i libri Paralipomēnon, & initiū Esdrę prophetę ꝯfirmant. Quūq; à populo Israel & senioribus tēplū dei ędificari cœpisset: mortuo Cyro rege, ac regnāte Dario rege Persaꝝ, q memorato Cyro successerat: vicinę gentes ciuitatis Ierusalē, (vt idē Esdras refert) restaurationē tēpli ⁊ ciuitatis resistēdo impedire cœperūt. Qua ratiōe deterritus populus Israel, reparationē supradicti tēpli dñi necdū iuxta pmissionē ꝯcessam eē credebat. Propter qd̄ in scd̄o anno regni memorati Darij regis Persaꝝ, Aggęus propheta à deo missus, Zorobabel q de tribu erat Iuda, qui ptātem regni suscepturus erat, ⁊ Iesum filiū Iosedec summū sacerdotē admonet, vt credāt cōpleto numero annoꝝ tp̄s restaurationis Ierusalē aduenisse: hoc ēt addito, ne incredulitatē populi vellent imitari, de quo deus per eū dixit, Pp̄s hic dicit, Nōdum venit tp̄s vt ędificetur domus dei. Omnia autē quę textu huius prophetię ꝯtinent̄, reuersionē populi, ędificationem templi, renouationem ciuitatis, obseruātiā sacerdotalem, & interitum regnorum gentium cęterarum significant.

SECVNDO anno Darij regis Medorum Aggęum & Zachariã pphetasse, lectióes eorundem declarãt. Sed hac de cã Aggęus Zacharię in ordine prophetarũ pręlatus esse videtur, quod eum duobus mensibus, vt prędictorum lectiones ostendunt, in prophetia pręcessisse inuenitur, & ad reparationem templi pręcepto dei populum animasse, vt Esdras refert, dicens, In secundo anno Darij regis Persarum prophetauerunt Aggęus & Zacharias filius Addo prophetę, super Iudęos qui erant in Iuda & Ierusalem, super Israel in nomine dei Israel super eos. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, & principes eius: inchoauerunt[que] ędificare domum dei, quę est in Ierusalem. Quibus quum adessent prophetę, exhortatione sua adiuuerunt eos. Nã & populũ Israel ab imitatione paternorũ delictorum, per suam admonitionem idem propheta cupiens reuocare, verbis lectione cõprehensis vsus est, Vidi nocte: & ecce vir ascenderat super equũ rubeum &c. Vidit propheta virum equo rubeo sedentem, & stantem in medio myrteti vmbrosi: cuius visióis hęc solutio est: Vir ascendens equum rubeũ: licet angelus intelligatur, tamen quia prędicti coloris equum conscendere visus est, vindictam sanguinis in eam gentem significat afferendã, quę populũ Israel in captiuitaté redegerat. Nã & Isaias propheta, per ruborem vestimentorum, inter gentes vindictam cum sanguine à deo proferendam demonstrans, his verbis vsus est, dicens, Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra &c. Stanté verò in medio myrteti vmbrantis quod dixit: lętitiam populo affuturam, per myrteti significationem voluit designari. Eius ligni Moyses in Leuitico quũ faceret mentioné, ait, Accipietis die prima fructus ligni speciosi, vt lętitiã populi, per bene olentis ligni & speciosi vmbraculum demonstraret. Sed hanc visionem quę liberationem populi, & vindictam de aduersarijs affuturam demonstrat, ob hoc noctu propheta se vidisse memorauit, quia populũ Israel in prima liberatióe de terra Aegypti, noctu discessisse constabat: cuius exépli quia pręsens populus aliquã partem in se retinere videbatur, liberatio eiusdem ac reditus captiuitatis de terra Chaldęorum per noctem prophetę est reuelata.

PROLOGVS IN MALACHIAE PROPHETIAM.

Audite verbum hoc vaccę ᶠpingues, quę estis in monte Samarię: quę calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quę dicitis dominis vestris, Afferte & bibemus. Iurauit dominus deus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & ᵍleuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. Et per aperturas exibitis altera contra alteram, & proijciemini in Armon, dicit dominus. Venite ad Bethel, & impie agite: ad Galgalam, & multiplicate pręuaricationem: & offerte mane victimas vestras, ʰtribus diebus decimas vestras. Et sacrificate de fermentato laudem: & vocate ⁱvoluntarias oblationes, & annuntiate, sic enim voluistis filij Israel, dicit dominus deus. Vnde & ego dedi vobis ᵏstuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris: & non estis reuersi ad me, dicit dominus. Ego quoque prohibui à vobis imbrem, quum adhuc tres menses superessent vsque ad messem: & plui super vnam ciuitatem, & super alteram ˡciuitatem non plui: pars vna compluta est, & pars super quam non plui, aruit. Et venerunt duę & tres ciuitates ad vnam ciuitatem vt biberent aquam, & non sunt satiatę: & non redistis ad me, dicit dominus. Percussi vos in vento vrente & in aurugine, multitudinem hortorum vestrorum, & vinearum vestrarum, olíueta vestra & ficeta vestra comedit eruca: & non redistis ad me, dicit dominus. Misi in vos ᵐmortem in via Aegypti. percussi in gladio iuuenes vestros, vsque ad captiuitatem equorum vestrorum: & ascendere feci ⁿputredinem castrorum vestrorum in nares vestras: & non redistis ad me, dicit dominus. Subuerti vos, sicut subuertit deus Sodomam & Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus ab incendio: & non redistis ad me dicit dominus. Quapropter hęc faciam tibi Israel: postquam autem hęc fecero tibi, pręparare in occursum dei tui Israel. Quia ecce formans montes, & creans ventum, & annuntians homini ᵒeloquium suum, faciens ᵖmatutinam nebulam, & gradiens super excelsa terrę: Dominus deus exercituũ nomen eius.

CAP. V.

Audite verbum istud quod ego leuo super vos planctum domus Israel. Cecidit, & non adijciet vt resurgat virgo Israel: proiecta est in terram suam, & non est qui suscitet eã. Quia hęc dicit dominus deus, Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquẽtur in ea centum: & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decẽ in domo Israel. Quia hęc dicit dominus deus

ᵃcõtritiões (occisiões)
ᵇvel, medio
ᶜrecondentes
ᵈangulo
ᵉangulo grabbati. (Quidã vertũt, sic diripuerũt pedẽ lectisternij, in Damasco vero diripuerũt indelectu lũ, hoc est, q vt plurimũ habitabãt in Damasco sub rege ex Syria q̃ eos subdiderat sibi. 1. reg. 13.)
ᶠBasan.
ᵍtollet vos (sub. inimicus) in spinis, & posteritatẽ vestrã hamis piscatoris. (Chal. interp. & eleuabũt vos populi in clypeis, & filios & filias in nauiculis piscatorum.)
ʰpost tres annos
ⁱ(sub. ad solennitatẽ) sponte oblata cõgregare facite:
ᵏmunditiam
ˡsub. eam sup quam pluere feci
ᵐpestilentiam
ⁿfœtorem
ᵒopus
ᵖauroram, tenebras, (vel, auroram & tenebras.)

Inuitantur alienigenę
C vt videãt ęqtatẽ iudiciorum dei aduersꝰ Israelem.
C
A
Sub typo vaccaꝝ pinguiũ in prímates inuehit, eoꝝ pœnas pdicẽs.
Eoꝝ idolo-
B latriaꝫ subsannat.
Laus.
Fame pcussi, non sunt cõuersi ad deum.
C
Gen. 19. e
D
Adhortatꝰ ad fiduciaꝫ in deũ post ppessa mala.
A
Casuꝫ Israelis lugetꝰ.
Ad rei piscritiam vocat.

B domui Israel, Quęrite me, & viuetis. Et nolite quęrere Bethel,
& in Galgalā nolite intrare, & in Bersabee non transibitis: quia
Galgala captiua ducetur, & Bethel erit inutilis. Quęrite do-
minum, & viuite: ne forte cōburatur domus Ioseph vt ignis:
& deuorabit, & non erit qui extinguat Bethel. Qui conuertitis
in absynthium iudicium, & iustitiā in terra relinquitis. Facien-
tem arcturum, & orionem, & conuertentem in mane tenebras,
C & diem in noctem mutantem: qui vocat aquas maris, & effun-
dit eas super faciem terrę: Dñs nomen est eius. Qui subridet va-
stitatē super robustū, & depopulationē super potentē affert.
Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè
abominati sunt. Idcirco, pro eo quod diripiebatis pauperē, & prę-
dam electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ędificabi-
tis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, &
D non bibetis vinum earum. Quia cognoui multa scelera vestra,
& fortia peccata vestra: hostes iusti accipientes munus, & pau-
peres deprimentes in porta. Ideò prudens in tempore illo tace-
bit, quia tempus malum est. Quęrite bonum, & non malum,
vt viuatis: & erit dominus deus exercituum vobiscum, sicut di-
xistis. Odite malum, & diligite bonum, & constituite in porta
E iudicium: si forte misereatur dominus deus exercituum reliquijs
Ioseph. Propterea hęc dicit dominus deus exercituum domina-
tor, In omnibus plateis planctus: & in cunctis quę foris sunt, di-
cetur vę vę: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum
eos qui sciunt plangere. Et in omnibus vineis erit planctus: quia
pertransibo in medio tui, dicit dominus. Vę desyderantibus
diem domini: ad quid eam vobis? dies domini ista, tenebrę, &
nō lux. Quomodo si fugiat vir à facie leonis, occurrat ei vrsus:
F & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem,
& mordeat eum coluber. Nunquid non tenebrę dies domini, &
non lux: & caligo, & non splendor in ea? Odi & proieci festi-
uitates vestras: & non capiam odorem cœtuum vestrorum. Quòd
si obtuleritis mihi holocaustomata, & munera vestra, non susci-
piam: & vota pinguium vestrorum non respiciam. Aufer à me
tumultum carminum tuorum: & cantica lyrę tuę non audiam.
G Et reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrēs for-
tis. Nunquid hostias & sacrificiū obtulistis mihi in deserto qua-
draginta annis, domus Israel? Et portastis tabernacula Mo-
loch vestro, & imaginem idolorum vestrorum, sydus dei ve-
stri: quę fecistis vobis. Et migrare vos faciam trans Damascum,
dicit dominus, Deus exercituum nomen eius. CAP. VI.

A VAe vobis qui opulenti estis in Sion, & confiditis in mon-
te Samarię: optimates capita populorum, ingredientes
pompatice domum Israel. Transite in Chalane, & videte, &
ite inde in Emath magnam: & descendite in Geth Palęsthino-
rum, & ad optima quoque regna horum: si latior terminus eo-
rum termino vestro est. Qui separati estis in diem malum: &
appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis ebur-
B neis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de
grege, & vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem
psalterij: sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici. Bi-
bentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & ni-
hil patiebantur super contritione Ioseph. Quapropter nunc
migrabunt in capite transmigrantium: & auferetur factio la-
sciuientium. Iurauit dominus deus in anima sua, dicit do-
minus deus exercituum, Detestor ego superbiam Iacob, & do-

Infra.9.b
Odiū pphi
prophetas,
ob quod, &
paupeꝝ op
pressiones,
ei⁹ in- D
fœlicitatē p
nūtiat.
Soph.1.c
Exhortatio
ad opa bōa.
Rom.11.b
Psal.90.d
Dici domi-
ni mala de
scribit.
Iere.30.b
Ioel.2.c
Soph.1.d
Festiuitates
et sacrificia
eoꝝ abijcit.
Isa.1.d
Mal.1.d.2.c
Act.7.e
Aduers' op
timates Isrl
pphetat.
Luc.6.d
Iurat dñs se
ipleturū q

in nihilum.
findat sicut ignis
domum Ioseph:
(sub. Inquirite post
dnm) Qui facit
tenebrescere facit:
roborat vastatorem
vastator super muni
tionem veniet.
cibum electum, .i. fru
mentum)
mendicos (.i. mendi
corum iudicium) per
uertentes
pacificū (.i. sacrificia
pacificorū)
vel, multitudinem
voluet se
Siccuth (nomē ido
li) regem vestrum,
placentam
quieti
noiati à pncipio gē
tiū, & venerūt ad eos
domus Israel.
nunqd meliores sūt
regnis istis? num am
plior est terminus eo
rum termino vestro?
longinquum putant
ppiquā cogitat sedē
extenditis vos
saginarij.
pticularia hūt canti
ca secundum musicū
instrm Nebel:
vel sciētiam instrūm
musicorū.
non condolebant
appropinquabit luct
extendētiū se in lectis

rem eius odi, & tradam ciuitatem cũ habitatoribus suis. Quod si reliqui fuerint decem viri in domo vna: & ipsi morientur. Et tollet eum [a]propinquus suus, & comburet eum, [b]vt efferat ossa de domo: & dicet ei qui in penetralibus domus est, Nunquid [c]adhuc est [d]penes te? Et respondebit, Finis est. Et dicet ei, Tace, [e]& non recorderis nominis domini. [f]Quia ecce dñs mandauit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorẽ scissionibus. Nũquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis, quoniam conuertistis in [g]amaritudinem [h]iudicium, & fructum iustitię in absynthium? Qui lętamini in nihili: qui dicitis, Nunquid nõ in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Ecce enim suscitabo super vos domus Israel, dicit dominus deus exercituum, gentem: & conterent vos ab introitu Emath, vsq; ad torrentem deserti.

CAP. VII.

HAec ostendit mihi dominus deus: & ecce fictor locustę in principio [a]germinantium serotini imbris, & ecce serotinus post tonsionem regis. [b]Et factum est: quum consummasset comedere herbam terrę, dixi. Domine deus [c]propitius esto [d]obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? [e]Misertus est dominus [f]super hoc: Non erit, dicit dominus. Hęc ostendit mihi dominus deus: & ecce vocabat [g]iudicium ad ignem [h]dominus deus, & deuorabit abyssum multam, & comedit simul partem. Et dixi, Domine deus, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Misertus est dominus super hoc: Sed & istud non erit, dicit dominus deus. Hęc ostendit mihi: & ecce dominus stans super murum [i]litum, & in manu eius trulla cęmentarij. [k]Et dixit dominus ad me, Quid tu vides Amos? Et dixi, [l]Trullam cęmentarij. [m]Et dixit dominus, Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel: non adijciã vltrà [n]superinducere [o]eum. Et demolientur excelsa idoli, & [p]sanctificationes [q]Israel desolabuntur: & consurgam super domum Ieroboam in gladio. Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Ieroboam regem Israel, dicẽs, [r]Rebellauit [s]cõtra te Amos in medio domus Israel: non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Hęc enim dicit Amos, In gladio morietur Ieroboã, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos, Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda: & comede ibi panem: & prophetabis ibi. Et in Bethel nõ adijcies vltrà vt prophetes: quia [t]sanctificatio [u]regis est, & domus regni est. Respónditq; Amos, & dixit ad Amasiam, Non sum propheta, & non sum filius prophetę: sed armentarius ego sum [x]vellicans sycomoros. [y]Et tulit me dominus quum sequerer gregem: & dixit dominus ad me, Vade, propheta ad populum meum Israel. Et nunc audi verbum domini, Tu dicis, Non prophetabis super Israel, & nõ stillabis super domum idoli. Propter hoc hęc dicit dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filię tuę in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.

CAP. VIII.

HAec ostendit mihi dominus deus: & ecce [a]vncinus pomorum. [b]Et dixit, Quid tu vides Amos? Et dixi, Vncinum pomorum. Et dixit dominus ad me, Venit finis super populũ meũ Israel: non adijciam vltrà vt pertranseam eum. Et [c]stridebunt cardines [d]templi in die illa, dicit dominus deus: multi morientur in omni loco, proijcietur silentium. Audite hoc qui [e]conteritis pauperem, & [f]deficere facitis [g]egenos terrę, dicites, Quando trãsibit mensis, & venundabimus merces: & sabbathũ, & ape-

Marginal notes (left):

[a]patruus ei[us], & auũculus eius, (vel, cõburẽs eum s. ꝓpter fœtorẽ,) [c]sub. alios mortuus [e]q̃a nõ (sub. sumus assueti) cõmemorare nomẽ dñi. (vel, noluerit quò cõmemoratio tũ fieret nominis dñi) [g]vel, venenũ (aut fel)

[a]quo ascẽdebat (vel, germinabat) herba serotina, & ecce herba serotĩa ascẽdebat post tonsiones herbaꝝ q̃s exciderat rex. [c]parce [e]Pœnituit dñm et.ĩ. [g]ad iudiciũ cum igne

[i]ꝑpẽdiculi (.i. ꝑpendiculo stãneo cõstructũ) & in manu eius ꝑpendiculum stãneum. [l]Perpendiculũ. et.ĩ. [n]vt pertranseã (.i. puniam eum) [p]sanctuaria [r]Cõiurauit

[t]palatiũ

[x]vel, colligens syluestres ficus.

[a]canistrũ plenũ fructibus ęstatis. & infra. [c]in vlulatum vertent cantica [e]absorbetis [f]cogitantes succidere (sub. e mundo)

Marginal notes (right):

C contra Israel ꝓpa fuit. Iere. 51.b Infra. 8.b

D

A Per locustã videns Amos totius Israelis absumptionẽ, oratiõe suã eã auertit.

B Alia plaga quã itidem reuocat. Abiectio ppli p trullã cęmẽtarij designata.

C Obsistit Amasias prophetę dei.

Amos õ se testimoniũ D reddit, ꝓphetãs aduersũ Amasiã & ppli captiuitatẽ ꝓnuntians.

A Filijs regni Israel ostẽditur.

In pauperũ oppressores. B

aperiemus frumentum: vt imminuamus ᵃmensuram, & augeamus ᵇsiclum, & supponamus stateras dolosas, vt ᶜpossideamus in argento egenos & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus? Iurauit dominus ᵈin superbiã Iacob, Si oblitus fuero vsq; in finem omnia opera eorum. Nunquid sup isto non cõmouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius: & ascendet quasi fluuius vniuersus, & eijcietur, & ᵉdefluet q̃si riuus Aegypti? Et erit in die illa dicit dominus deus, occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. & conuertã festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum: & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium: & ponam eam quasi luctũ vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amarũ. Et ecce, dies veniunt, dicit dñs: & emittam famem in terram: non famem panis, neq; sitim aquę, sed audiendi verbum dñi. Et cõmouebuntur à mari vsque ad mare, & ab Aquilone vsq; ad orientem: circuibunt quęrentes verbum dñi, & non inuenient. In die illa deficient virgines pulchrę, & adolescentes in siti. Qui iurant in delicto Samarię, & dicunt, Viuit deus tuus Dan, & viuit via Bersabee. & cadent, & nõ resurgent vltrà.

Supra.6.c — Acerbitatẽ calamitatis Israelitícę describit. — Iere.15.b — Tob.2.b — 1.Mac.1.e — Famẽ verbi dei prophetat.

C, D

ᵃepha. ᵇvendamus ᶜper celsitudinem suã (sub quę nota est in) ᵈvel, absorbebitur velut fluuius Aegypti.

CAP. IX.

A Vidi dominum stantem super altare: & dixit, Percute ᵃcardinem, & cõmoueantur ᵇsuperliminaria: ᶜauaritia enim in capite omniũ, & nouissimum eorũ in gladio interficiam: non erit fuga eis qui fugient: & non saluabitur ex eis qui fugerit. Si descenderint vsque ad infernũ, inde manus mea educet eos: & si ascenderint vsq; ad cœlũ, inde detraham eos. Et si abscõditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferã eos: & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mãdabo serpẽti, & mordebit eos. Et si abierint in captiuitatẽ corã inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos: & ponam oculos meos super eos in malũ, & non in bonum. Et dñs deus exercituũ qui tangit terrã, & tabescet: & lugebunt omnes habitantes in ea: & ascendet sicut riuus omnis, & ᵈdefluet sicut fluuius Aegypti. Qui ędificat in cœlo ascensionem suã, & fasciculũ suum sup terrã fundauit: qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciẽ terrę, Dñs nomen eius. Nunquid nõ vt filij Aethiopũ vos estis mihi filij Israel, ait dñs: nunquid non Israel ascendere feci de terra Aegypti: & Palęsthinos de Cappadocia, & Syrios de Cyrene? Ecce oculi dñi dei super regnum peccans, & conteram illud à facie terrę: verumtamen conterens non conterã domũ Iacob, dicit dñs. Ecce enim mandabo ego, & ᵉconcutiam in omnibus gẽtibus domũ Israel, sicut concutitur in cribro: & non cadet lapillus super terram. In gladio morientur oẽs peccatores populi mei: qui dicunt, Non appropinquabit, & non veniet super nos malum. In die illa suscitabo tabernaculũ Dauid, qđ cecidit: & reędificabo aperturas murorũ eius, & ea quę corruerant instaurabo: & reędificabo eum sicut in diebus antiquis. Vt possideant reliquias Idumęę, & oẽs nationes, ᶠeõ q̃ inuocatũ sit nomen meũ super eos: dicit dñs faciens hęc. Ecce dies veniunt, dicit dominus: & ᵍcomprehendet arator messorem, & calcator vuę mittentẽ semen: & stillabunt montes ʰdulcedinẽ, & oẽs colles ⁱculti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Israel: & ędificabunt ciuitates desertas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinũ earum: & facient hortos, & comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: & non euellam eos vltrà de terra sua quam dedi eis, dicit dominus deus tuus.

Duarũ tribuũ & tẽpli euersionem pnuntiat. — Manus dei nemo põt euadere. — Psal.138.a — Iere.44.e — Supra.5.c — Israelis ingratitudinẽ carpit. — Ecclię instauratio. — Act.15.c — Ioel.3.d

A, B, C, D

ᵃsuperliminare, ᵇpostes: ᶜet in frusta concidas eos in capite omnes ipsos, ᵈprofundum erit (demergetur) ᵉcõmouere faciam ᶠsuper quas inuocatum est nomen meũ: ᵍaccedet arator cum messore, & calcator vuarum cum portante semen: ʰmustum, ⁱfluent.

PROPHETIA ABDIÆ.



ISIO ABDIAE. Hęc dicit do- A
minus deus ad Edom, Auditum audi
uimus à domino, & legatum ad gen-
tes misit, surgite, & consurgamus ad-
uersus eum in prelium. Ecce paruulũ
dedi te in gentibus: contemptibilis tu
es valde. Supbia cordis tui extulit te,
habitantem in [a]scissuris petrarũ, exal B
tantem solium tuum: qui dicis in cor-
de suo. Quis detrahet me in terram?
Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum
tuum: inde detraham te, dicit dominus. [b]Si fures introissent ad
te, si latrones per noctem; quomodo conticuisses? nonne furati
essent sufficientia sibi? si vindemiatores introissent ad te, nun-
quid saltem racemuz reliquissent tibi? Quomodo scrutati sunt C
Esau: inuestigauerunt abscondita eius? Vsque ad terminuz emi
serunt te omnes viri fœderis tui: illuserunt tibi. Inualuerũt ad-
uersum te viri pacis tuę: qui comedunt tecuz, ponent [c]insidias
subter te: non est prudentia in eo. Nunquid non in die illa dicit
dominus, perdam sapientes de Idumęa, & prudentiam de mon
te Esau? Et timebunt fortes tui [d]à meridie, vt intereat vir de
monte Esau. Propter interfectionem, & propter iniquitatem in
fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in ęternum. D
In die quum stares aduersus eum, quando capiebant alieni exer
citum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ieru
salem mittebant sortem: tu quoq; eras quasi vnus ex eis. Et non
[e]despicies in die fratris tui, in die [f]peregrinationis eius: & non
lętaberis super filios Iuda, in die perditionis eorum: & non ma
gnificabis os tuum in die angustię. Neque ingredieris portam E
populi mei in die ruinę eorum: neque despicies & tu in malis
eius in die vastitatis illius: & non [g]emitteris aduersus exercituz
eius in die vastitatis illius. Neq; [h]stabis in exitibus, vt interfi-
cias eos qui fugerint: & non concludes reliquos eius in die tri-
bulationis. Quoniam iuxta est dies domini super omnes gen-
tes: sicut fecisti, fiet tibi, retributionem tuam conuertet in caput
tuum. Quomodo enim bibistis super montem sanctum meuz, F
bibent omnes gentes iugiter: & bibent & absorbebunt, & erunt
quasi non sint. Et in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus: &
possidebit domus Iacob [i]eos qui se possederant. Et erit domus
Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula: &
[k]succendentur in eis, & deuorabunt eos: & non erunt reliquię
domus Esau, quia dominus loquutus est. Et hęreditabũt hi qui
ad Austrum sunt, montem Esau, & qui in campestribus Phili- G
stiim: & possidebunt regionem Ephráim & regionem Samarię:
& Beniamin possidebit Galaad. Et transmigratio exercitus hu-
ius filiorum Israel, omnia loca Chananęorum vsque ad Sare-
ptham: & [l]transmigratio Ierusalem, quę in [m]Bosphoro est, pos
sidebit ciuitates Austri. Et ascendent saluatores in monte Sion
iudicare montem Esau; & erit domino regnum.

[a] vel, munitionibus
[b] Vetera exemplaria cõsentientibus Hebręis legũt, sup excelsa sede sua: q dicit in corde suo,
[b] Quũ nocte sup te venient fures & pdatores, ò quam opprimeris tu! certe ipsi furabũtur, donec satis habeãt. Si vero veniant vindemiatores ad te, certe non relinquent racemum residuum.
[c] plagam
[d] o Theman.
[e] aspicere debebas (sic verte sequẽtia verba futuri temporis)
[f] alienationis
[g] mittere debas (sub. manus tuas) in substãtiã eius (vel, & mittere aliquem cõtra exercitum eius)
[h] stare debas in biuio,
[i] possessiones suas.
[k] succendent eos,
[l] vel, qui expulsi sunt de
[m] vel, Hispania

Abdias accipit legatione à dño aduers' Edõ
Iere. 49. c
Cõtra fiduciaz eius in diuitias
Iere. 49. d
In amicos.
In prudẽtiã carnis.
Isa. 29. c
1. Cor. 1. c
Euersionis Edõ cã pcipua.
Prophetia de Christo & ecclia.
Destruitur Esau ab Israelitis.

IONÆ PROPHETIA.

A
Ionas missus in Niniuē ad prēdicandū, fugit.



T FACTVM est verbum domini ad Ionam filium Amathi, dicens, Surge, & vade in Niniuen ciuitatē grandem, & prędica in ea quia ascendit malitia eius coram me. Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie domini, & descendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis: & dedit naulum eius, & descendit in eam, vt iret cū eis in Tharsis à facie domini.

B
Orta tempestate ob eius inobedientiā in mare pręcipitatur.

Dominus autem ¹misit ventum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, & nauis ²periclitabatur conteri. Et timuerunt nautę, & clamauerunt viri ad deum suum: & miserunt vasa quę erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis & Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei, Quid tu ³sopore deprimeris? surge, inuoca deum tuum, si forte ⁴recogitet deus de nobis, & non pereamus. Et dixit ⁵vir ad collegam suum, Venite, & mittamus sortes, & sciamus quare hoc malū sit nobis. Et miserunt sortes:

¹ proiecit
² putabatur
³ soporatus?
⁴ vel, placetur deus
⁵ vnusquisque ad proximum

C
& cecidit sors super Ionam. Et dixerunt ad eum, Indica nobis cuius caussa malū istud sit nobis: quod est opus tuum? * & quę terra tua? & quò vadis? vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos, Hebręus ego sum, & dominum deum cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam. Et timuerunt viri timore magno, et dixerunt ad eum, Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim viri quòd à facie domini fugeret: quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eum, Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat, et intumescebat super eos. Et dixit ad eos, Tollite

* & vnde venis?

D
me, et mittite in mare, et cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hęc grandis venit super vos. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant: quia mare ibat, et intumescebat super eos. Et clamauerunt ad dominum, et dixerunt, Quęsumus domine, ne pereamus in anima viri istius, et ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu domine, sicut voluisti, fecisti. Et tulerunt Ionam, et miserunt in mare: & stetit mare à feruore suo. Et timuerunt viri timore magno dominum, & immolauerunt hostias domino, & vouerunt vota.

CAP. II.

Hostię. A
Vota.
Ionas à pisce absorptus.

ET pręparauit dominus piscem grandem, vt deglutiret Ionā: & erat Ionas in ventre piscis tribus diebus et tribus noctibus. Et orauit Ionas ad dñm deū suū de vtero piscis. Et dixit,
Clamaui de tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam.

Matt. 12. c
16. a B
Luc. 11. d
1. Cor. 15. a
Eiusdē citium C
Psal. 119. a
Psal. 58. a

Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt.
Et ego dixi, Abiectus sum à conspectu oculorum tuorū, verūtamen rursus ¹videbo templum sanctum tuum.
Circundederunt me aquę vsque ad animam, abyssus vallauit me, ²pelagus operuit caput meum.
Ad extrema montium descendi, terrę vectes concluserunt me in ęternum: & subleuabis de corruptione vitam meam, domine deus meus.

¹ aspiciam ad
² vel, alga alligata est capiti meo.

ᵃ deficeret
ᵇ & venit
ᶜ .i. votum quod se facturos vouerant quum essent in periculo maris, vt est in fine primi capitis)

Quum ᵃangustiaretur⁾ in me anima mea, domini recordatus sum: ᵇvt veniat⁾ ad te oratio mea ad templű sanctum tuű. D
Qui custodiunt vanitates frustra, ᶜmisericordiam⁾ suam derelinquent.
Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quęcunq; voui reddam pro salute domino. Iubste dñs euomuit piscis Ionã.
Et dixit dominus pisci: & euomuit Ionam in aridam.

CAPVT III.

ET factum est verbum domini ad Ionam secundo, dicens, A
Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prędica Rursum iubet pdicare Niniuitis.
in ea prędicationem quã ego loquor ad te. Et surrexit Ionas,
& abijt in Niniuen iuxta verbum domini: & Niniue erat ciuitas
magna itinere trium dierum. Et cœpit Ionas introire ciuita-
tem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit, Adhuc quadragin B
ta dies, & Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniuitę in Ei pdicatio
dominű: & prędicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à ma Niniuitarũ
iore vsq; ad minorem. Et peruenit verbű ad regem Niniue: & resipiscẽtia
surrexit de solio suo, & abiecit vestimentű suum à se, & indu- Mat. 12.d
tus est sacco, & sedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex Luc. 11.e
ore regis & principum eius, dicens, Homines, & iumenta, & bo C
ues, & pecora non gustent quicquã: nec pascantur, & aquã non
bibant. Et operiantur saccis homines & iumenta, & clament ad
deum in fortitudine: & conuertatur ᵃvir⁾ à via sua mala & ab
iniquitate quę est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur, D
& ᵇignoscat deus:⁾ & reuertatur à furore irę suę, & non peribi- Iere. 18.b
mus? Et vidit deus opera eorum quia cõuersi sunt de via sua Ioel. 2.c
mala: & ᶜmisertus est deus⁾ super malitia quã loquutus fuerat Misericordiã
vt faceret eis, & non fecit. pœnitentia sequũtur.

ᵃ vnusquisque
ᵇ vel, pœniteat deum:
ᶜ pœnituit

CAP. IIII.

ET ᵈafflictus est Ionas afflictione⁾ magna, & iratus est: & ora A
uit ad dominum, & dixit, Obsecro domine, nunquid non Affligit Ionas q̃ sermo eius contra Niniuẽ nõ fuerit implet
hoc est verbum meum, quum adhuc essem in terra mea? pro-
pter hoc preoccupaui vt fugerem in Tharsis. scio enim quia
tu deus clemens & misericors es, patiens & multę miseratio-
nis, & ignoscens super malitia. Et nűc domine tolle quęso ani
mam meam à me: quia melior est mihi mors quàm vita. Et di B
xit dominus, ᵉPutásne bene irasceris tu?⁾ Et egressus est Ionas Psal. 85.a
de ciuitate, & sedit contra orientem ciuitatis: & fecit sibimet Ioel. 2.c
vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec vi- Increpatur à domino.
deret quid accideret ciuitati. Et prępárauit dominus deus ᶠhe
deram,⁾ & ascendit super caput Ionę, vt esset vmbra super ca-
put eius, ᵍ& protegeret eum, laborauerat enim:⁾ & lętatus est C
Ionas super hedera, lętitia magna. Et parauit deus vermem Per hederã, iniuitã eius iracundiam ostendit dominus.
ʰascensu diluculi in crastinum:⁾ & percussit hederam, & exa-
ruit. Et quum ortus fuisset sol, pręcepit dominus vento cali-
do & vrenti: & percussit sol super caput Ionę, & ęstuabat: &
petiuit animę suę vt moreretur, & dixit, Melius est mihi mori,
quàm viuere. Et dixit deus ad Ionam, Putásne bene irasceris D
tu super hederam? Et dixit, Bene irascor ego vsq; ad mortem.
Et dixit dominus, Tu ⁱdoles super hederam,⁾ in qua non la-
borasti, neque fecisti vt cresceret, quę sub vna nocte nata est &
sub vna nocte perijt: & ego non parcam Niniue ciuitati ma-
gnę, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum,
qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iu-
menta multa?

ᵈ displicuit Ionę displicentia
ᵉ vel, Nõnne vehemẽs ira est tibi? & infra.
ᶠ cucurbitam (quidam dicunt esse genus herbę maxima folia habẽtis)
ᵍ vt erueret eum à malo eius:
ʰ ascendente aurora in crastinum:
ⁱ cupis parci cucurbitę.

MICHÆÆ PROPHETIA.

A

Quo tpe pphetauerit Micheas.
Cõminatio in regnum Israeliticũ e Iudaicũ.
Isa.26.d



VERBUM domini quod factũ est ad Micheã Morasthitem, in diebus Ioathan, Achaz, & Ezechię regum Iuda: quod vidit super Samariam e Ierusalem. Audite populi omnes: & attendat terra & plenitudo eius: & sit dominus deus vobis in testem, dominus de templo sancto suo. Quia ecce dominus egreditur de loco suo: & descendet, & calcabit super excelsa terrę. Et consumentur montes subtus eũ: & valles scindentur sicut cera à facie ignis, sicut aquę quę decurrunt in preceps.

B In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel. Quod scelus Iacob? nonne Samaria? Et quę excelsa Iudę? nonne Ierusalem? Et ponã Samariam quasi aceruum lapidum in agro quum plantatur vinea: & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. Et omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius cõburentur igne, & omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsq; ad mercedem meretricis reuertentur.

C Super hoc plangã, & vlulabo: vadam spoliatus & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionũ: quia desperata est plaga eius, quia venit vsq; ad Iudã, tetigit portam populi mei vsq; ad Ierusalem. In Geth nolite annũtiare, lachrymis ne ploretis: in domo pulueris puluere vos cõspergite. Et transite vobis habitatio pulchra, confusa ignominia: nõ est egressa, quę habitat in exitu: planctum domus vicinę accipiet ex vobis, quę stetit sibimet. Quia infirmata est in bonum quę habitat in amaritudinibus: quia descendit malum à domino in portã Ierusalẽ. Tumultus quadrigę stuporis habitanti Lachis: principium peccati est filię Sion, quia in te inuenta sunt scelera Israel.

D In Philisthęos.

Propterea dabit emissarios super hereditatem Geth: domos mendacij in deceptionem regibus Israel. Adhuc heredem adducam tibi quę habitas in Maresa: vsq; ad Odollã veniet gloria Israel. Decaluare, & tondere super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te.

CAP. II.

A

Pctã populi recenset, ob q̃ flagella pnũtiat.

VAe qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud, quoniã contra deum est manus eorũ. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos: & calũniabantur virum & domũ eius, virum & hereditatem eius. Idcirco hec dicit dominus, Ecce ego cogito super familiam istam malũ: vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimũ est. In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum

B

liquescent
propter preuaricationem
vel, Quis fuit caussa preuaricationis Iacob?
vel, quis fuit caussa excelsorum
in
pp̃ter domos ipsius Aphra (.i. propter domos villarum quę sunt extra vrbem, q̃ fuerũt ipsi Aphra, quę sunt hodie desolatę)
transi habitatrix (vel, quieta) Saphir, cum denudatis pudendis: non est egressa habitatrix Saanan ad plãctum Bethaesel, vnicuiq; vestrum auferet mansionem suã. (vel, accipiet, sub. inimicus recedẽ à vobis, eo quod stetit, subaudi, in obsidione vestri.
Quia doluit pp̃ter bonũ, sub. q̃ priuata est) habitatrix Maroth:
Liga quadrigas ad equos velocissimos, o habitatrix
dabit dona ipsi Moreseth
domus Achzib erunt
iniquitatem,
est facultas in manibus
opprimebant
lamentabunt lamentum: in lamento dicetur,

cum suauitate, dicentium,) Depopulatione vastati sumus: pars populi mei comutata est: quomodo re cedet à me, quum reuertatur qui regiones nostras diuidat? Propter hoc non erit tibi mittens funiculus sortis in cœtu domini. Ne loquamini loquentes, Non stillabit super istos, non cóprehendet cofusio. Dicit domus Iacob, Nunquid abbreuiatus est spiritus domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nónne verba mea bona sunt cum eo qui rectè graditur? Et econtrario populus meus in aduersarium consurrexit. Désuper tunicam pallium sustulistis: & eos qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum: à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. Vtinam nó essem vir habens spiritú, & mendacium potius loquerer: stillabo tibi in vinú, & in ebrietatem: & erit super quē stillatur populus iste. Congregatione congregabo Iacob totum te: in vnum conducá reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur à multitudine hominum. Ascendet enim pandens iter ante eos: diuidét, & transibunt portam, & egredientur per eám: & transibit rex eorum coram eis, & dominus in capite eorum.

C

D

CAP. III.

ET dixi, Audite principes Iacob, & duces domus Israel, Nunquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonú, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorú désuper eis, & carnem eorú désuper ossibus eorú? Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum désuper excoriauerút: & ossa eorum cófregerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollę. Tunc clamabunt ad dominú, & non exaudiet eos: & abscondet faciem suá ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis. Hęc dicit dominus super prophetas qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis, & prędicant pacé: & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prelium. Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebrę vobis pro diuinatione: & occumbet sol super prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. Et confundentur qui vident visiones, & confundentur diuini: & operient omnes vultus suos, quia non est responsum dei. Veruntamen ego repletus sum fortitudine spiritus domini, iudicio & virtute: vt annuntiem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. Audite hęc principes domus Iacob, & iudices domus Israel qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui ędificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalé in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetę eius in pecunia diuinabant: & super dominum requiescebant,

A — Cótra principum tyránidem.

B — Cótra pseudoprophetas.

C — Prophę dei authoritas. Rursum in primatum scelera.

D — Ezech. 22. f Sophu. 3. a

(Marginal glosses:)

remouit à nobis? quos sperabamus nobis restitui, diuisit sibi (sub. hostis) agros nostros. vel, quó redirer ea mihi ab ipso, vt potiremur iterum agris nostris, quos diuisit ipse.

ipsi stillabant (.i. dicebant, sub. Israelitę) Ne stilletis (.i. nolite prophetare nobis.) propterea nó stillabunt istis, ne cóprehendat eos ignominia.

O dicta

talia sunt opera

benefaciunt ei

vel, heri

in inimicum stabat. (.i. vt inimicus, alter contra alterum stabat. (Vel, econtra, populus meus me sibi facit inimicum.)

Econtra, eos qui sine cura (confidenter) transibant, exuistis tunica & pallio, ac si effugissent ex plio.

gloriam meam (vel, ornamentum meum)

corruptione ferti valde.

Si fuerit quispiam qui ambulet per viam venti (.i. inania & leuia annuntiet) & mendacium mentitus fuerit, dicendo, Stillabo (id est prophetabo) tibi de vino & ebrietate: talis erit conueniens stillans (.i. propheta) populo isti.

destructor (fractor)

vel, operibus

prēparant

erubescent diuini

vel, verbum

domino innitebantur,

Ierusalē de- | dicentes, Nunquid non dominus in medio nostrū? non venient super nos mala. Propter hoc, caussa
structio. | vestri, Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi
Iere. 26. f | acervus lapidum erit, & mons templi in excelsa syl
uarum.

CAP. IIII.

A | ET erit: in nouissimo dierū erit mons domus do-
Prophetia | mini præparatus in vertice montium, & 'subli- | ' vel, altior erit collibus:
de Christo, | mis super colles: & fluent ad eum populi. Et pro-
ecclesia, & | perabunt gentes multę, & dicent, Venite, ascenda-
verbo dei. | mus ad montem domini & ad domum dei Iacob:
Isa. 2. a | & docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius:
quia de Sion egredietur lex, & verbum domini de Ierusalem. Et iudicabit inter populos multos, & cor
ripiet gentes fortes vsque in longinquum: & conci-
dent gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligo
B | nes: non sumet gens aduersus gentem gladium, &
non discent vltrà belligerare. Et sedebit 'vir' sub- | ' vnusquisque
tus vineam suam, & subtus ficum suam, & non erit
qui deterreat: quia os domini exercituum loquutū
est. Quia omnes populi ambulabunt vnusquisq; in
Israelitarū | nomine dei sui: nos autem ambulabimus in nomi-
vocatio in | ne domini dei nostri in ęternū & vltrà. In die illa
regnū xpi. | dicit dominus, congregabo claudicantem: & eam
Soph. 3. d | quam eieceram, colligam, & quā afflixeram. Et po-
Luc. 1. e | nam claudicantem, in reliquias: & eam quę 'labora- | ' eiecta fuerat,
Danie. 7. | uerat,' in gentem robustam: & regnabit dominus su
C | per eos in monte Sion, ex hoc nunc & vsque in ęter-
Ecclesię cō | num. Et tu turris gregis 'nebulosa' filia Sion vsq; | ' arx
firmatio ad | ad te veniet: & veniet 'potestas prima' regnum filię | ' vel, dominium primum
uersus ho- | Ierusalem. Nunc quare 'mœrore contraheris?' nū- | ' vociferabis vociferationem?
stes. | quid rex non est tibi, aut cōsiliarius tuus perijt, quia
comprehendit te dolor sicut parturientem? Dole, &
'satage' filia Sion quasi parturiens: quia nūc egre- | ' ingemisce
dieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies
vsque ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te
D | dominus de manu inimicorū tuorum. Et nunc con
gregatę sunt super te gentes multę: quę dicunt, 'La
pidetur.' & 'Aspiciat' in Sion oculus noster. Ipsi au | ' Peccauit.
tem non cognouerunt cogitationes domini, & non | ' aspiciet (.i. iucundum spectacu-
intellexerunt consilium eius: quia congregauit eos | lum videbimus in Sion.)
quasi 'fœnum areę.' Surge, & tritura filia Sion: quia | ' manipulum ad aream.
cornu tuum ponā ferreum, & vngulas tuas ponam
ęreas: & cōminues populos multos, & interficies do-
mino 'rapinas' eorum, & fortitudinem eorum do- | ' desyderium
mino vniuersę terrę.

CAP. V.

A | NVnc 'vastaberis filia latronis:' obsidionem po | ' coniunges te exercitui filia exer
Imminens | suerunt super nos, in virga percutient maxil- | citus: (id est veniet aduersum te
vrbis Ieru- | lam iudicis Israel. ET TV BETHLEHEM | exercitus:)
salem vasta | Ephratha, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi
tio. | egredietur qui sit dominator in Israel: & egressus
Christ° dux. | eius ab initio à diebus ęternitatis. Propter hoc da-
Mat. 2. a | bit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet:
Ioan. 7. f | & reliquię fratrum eius cōuertentur ad filios Israel.
Et stabit, & pascet in fortitudine domini, in sublimi-
tate nominis domini dei sui: & 'cōuertentur,' quia | ' manebunt,
nunc magnificabitur vsq; ad terminos terrę. Et erit

[ſ]it pax: Aſſyrius quum venerit in terram noſtram,
& quando calcauerit in domibus noſtris: & ᵃſuſcita-
bimusˋ ſuper eum ſeptem paſtores, & octo primates
homines. Et ᵇpaſcentˋ terram Aſſur in gladio, & ter
ram Nemrod in ᶜlanceis eius: & liberabit ab Aſſur,
quum venerit in terram noſtram, & quum calcauerit
in terminis noſtris. Et erunt reliquię Iacob in me- C
dio populorum multorum quaſi ros à domino, & Reliquiarũ
quaſi ſtillę ſuper herbam quę non expectat virum & Iſrael exal-
non pręſtolatur filios hominum. Et erunt reliquię tatio.
Iacob in gentibus in medio populorum multorũ,
quaſi leo in iumentis ſyluarũ, & quaſi catulus leo-
nis in gregibus pecorum: qui quum tranſierit, & cõ-
culcauerit, & ceperit, non eſt qui eruat. Exaltabitur
manus tua ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici tui
interibunt. Et erit in die illa, dicit dominus: ᵈaufe D
ramˋequos tuos de medio tui, & diſperdã quadrigas A deo Iſrae
tuas. Et perdam ciuitates terrę tuę, & deſtruam om- le aufert de
nes munitiones tuas, & auferam maleficia de manu us o[mn]e c[…]
tua, & diuinationes nõ erunt in te. Et perire faciam [o]mis fiduciã.
ſculptilia tua, & ſtatuas tuas de medio tui: & nõ ado-
rabis vltrà opera manuum tuarum. Et euellam lu-
cos tuos de medio tui: & conteram ciuitates tuas. Et
faciam in furore & in indignatione vltionem in om
nibus gentibus quę nõ audierunt.

CAP. VI.

AVdite ᵉquę dominus loquitur, Surge, ᶠconten A
de iudicio aduerſum montes,ˋ & audiant col- Adhorta-
les vocem tuam. Audiant montes iudicium domi- tio ad au-
ni, & fortia fundamenta terrę: quia iudicium domi- diendũ dei
ni cũ populo ſuo, & cum Iſrael ᵍdiiudicabitur.ˋ Po iudiciũ ad-
pule meus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi? uerſus ingra
reſponde mihi. Quia eduxi te de terra Aegypti, & tũ Iſraelẽ.
de domo ſeruientium liberaui te: & miſi ante faciem Exo.15.c
tuam Moyſen, & Aaron, & Mariam. Popule meus Nume.22.a
memento quęſo quid cogitauerit contra te Balach 23.b
rex Moab: & quid reſponderit ei Balaã filius Beor, B
de Setim vſque ad Galgalam, vt cognoſceres iu- Quę ſacrifi
ſtitias domini. ʰQuid dignum offeram domino?ˋ cia requirat
curuabo genu deo excelſo? nunquid offeram ei ho- dominus.
locauſtomata, & vitulos anniculos? Nunquid ⁱpla-
cari poteſtˋ dominus in millibus arietũ, aut in mul-
tis millibus ᵏhircorum pinguium?ˋ Nunquid dabo
primogenitum meum pro ſcelere meo, fructũ ven-
tris mei pro peccato animę meę? Indicabo tibi o ho
mo quid ſit bonum, & quid dominus requirat à te,
Vtiq; facere iudicium, & diligere miſericordiam, & C
ˡſolicitumˋambulare cũ deo tuo. Vox domini ad Iſraelis im
ciuitatem clamat, & ᵐſalus erit timentibusˋ nomen pietates ar-
tuũ: audite ⁿtribus, & quis approbabit illud?ˋ ᵒAd- guit.
huc ignisˋin domo impij theſauri iniquitatis, ᵖ& me-
ſura minor irę plena.ˋ Nunquid iuſtificabo ſtateram
impiã, & ſacculi pondera doloſa? ᵠin quibus diuites
eiusˋ repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea lo-
quebantur mendaciũ, & lingua eorũ fraudulẽta in Deu.25.d
ore eorũ. Et ego ergo ʳcœpi percutere te perditione Agg.1.b
ſuper peccatis tuis. Tu comedes & non ſaturaberis, D

ᵃ vel, mittemus
ᵇ confringent
ᶜ gladijs ſuis:
ᵈ ſuccidere faciam
ᵉ quęſo
ᶠ vel, oſtende iudicium monti-
bus.
ᵍ vult diſputare.
ʰ Quo pręoccupabo dominum? (vel, Cum quo veniam corã do-
mino?)
ⁱ delectabitur
ᵏ torrentium (riuorum) olei?
ˡ humiliare ſe, ambulando
ᵐ vir ſapiens timebit
ⁿ quę ſit virga, & quis conſtituit
eam.
ᵒ vel, Nõnne adhuc
ᵖ epha paruũ (vel, modius tenuis)
deteſtabile. (ſub. domino.)
ᵠ cuius (ſub. ciuitatis) diuites
ʳ ęgrotare feci te percutiendo te,
deſolando

& humiliatio tua in medio tui. ʼEt apprehendes,
& non saluabis:ʼ ʼ& quos saluaueris in gladiũ da
bo.ʼ Tu seminabis, & nõ metes: tu calcabis oliuã, &
nõ vngeris oleo: & mustũ, & nõ bibes vinũ: & custo-
disti precepta Amri, & omne opus domus Achab:
& ambulasti in voluntatibus eorũ, vt darem te in
perditionem & habitantes in ea in sibilum, & op-
probrium populi mei portabitis. CAP. VII.

A

Impiorum multitudinem & vere piorum luget paucitatem.

VAe mihi, qa factus sum sicut ʼqui colligit in Au
tũno racemos ʼ vindemię: nõ est botrus ad co-
medendum, ʼprecoquas ficus ʼ desyderauit anima
mea. Perijt ʼsanctus ʼ de terra, & rectus in homini-
bus non est: oẽs in sanguine insidiantur, vir fratrem
suũ ʼad mortẽ ʼ venatur. ʼMalũ manum suarum di
cũt bonũ: ʼ princeps postulat, & iudex ʼin reddendo
est: ʼ & magnus loquutus est ʼdesyderiũ animę suę,
& conturbauerunt eã. ʼ Qui optimus in eis est, quasi
ʼpaliurus: ʼ & qui rectus, quasi spina de sepe. ʼDies
speculationis tuę, visitatio tua venit: ʼ nũc erit va-
stitas eorũ. Nolite credere amico: & nolite confide-

B

Cõtra veritatẽ ne propinquissimis quidem aequiescendum. Mat. 10. c
Suã in deum fiduciã ostẽdit in persona sanctorũ.

re in duce: ab ea que dormit ĩ sinu tuo custodi clau
stra oris tui. Quia filius contumeliã facit patri, & filia
consurget aduersus matrẽ suã, nurus aduersus socrum
suã: & inimici hominis domestici eius. Ego autem
ʼad dñm aspiciam, ʼ expectabo deũ saluatorem meũ:
audiet me deus meus. Ne lęteris inimica mea super
me, quia cécidi: consurgam quum sedero in tenebris,
dominus lux mea est. Irã domini portabo, quoniam
peccaui ei: donec cãm meã iudicet, & faciat iudicium
meũ: educet me in lucem, videbo iustitiam eius. Et
aspiciet inimica mea, & operietur cõfusione, quę di-
cit ad me, Vbi est dominus deus tuus? Oculi mei vi

C

debunt in eã: nunc erit in conculcationem, vt lutum
platearũ. Dies vt ędificentur ʼmacerię tuę: ʼ in die
illa longe fiet ʼlex. ʼ In die illa & vsque ad te ve-
niet * Assur, & vsq; ad ciuitates munitas: & à ciuita
tibus munitis vsq; ad flumẽ, & ad mare ʼde mari, ʼ &
ad mõtẽ de mõte. Et terra erit in desolationẽ propter
habitatores suos, & propter fructũ cogitationũ eorũ.

Ecclesię prosperitas.

Pasce populũ tuum in virga tua, gregẽ hęredita-
tis tuę, ʼhabitantes solos in saltu, in medio Carme
li: pascentur ʼ Basan & Galaad iuxta dies antiquos.
Secundum diẽ egressionis tuę de terra Aegypti ostẽ
dã ei mirabilia. Videbũt gẽtes, & confundentur super

D

omni fortitudine sua: ponent manũ super os, aures
eorũ surdę erunt. Lingent puluerem sicut serpentes,
velut reptilia terrę ʼproturbabũtur ʼ de ędibus suis:
dominũ deũ nostrũ ʼdesyderabunt, ʼ & timebunt te.

Spe promissionum dei eã confirmat. Act. 10. g

Quis deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & trã-
sfers peccatũ reliquiarum hęreditatis tuę? non ʼim-
mittet ʼ vltrã furorem suũ, quoniam volens miseri
cordiam est. Reuertetur, & miserebitur nostri, ʼdepo
net ʼ iniquitates nostras: & projciet in profundum
maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Ia-
cob, misericordiam Abraham: quę iurasti patribus
nostris à diebus antiquis.

ʼ Etiam si insequeris, neminẽ po-
teris eripere: (Quidã vertũt, Et tã
ges, sub. vxorem tuã ad conceptio-
nem: & non eijciet, sub. conceptum.)
ʼ vel, & quem eiecerit (vel, peperit vxor) gladio dabo.

ʼ fructus ęstatis (.i. sicut fructus q
colliguntur à pauperibus in ęsta
te) sicut racemi
ʼ primitiuum fructum
ʼ vel, probus (aut misericors)
ʼ cum reti
ʼ Reputant quod bona ei deberẽt
fieri pp malitiã manuũ suarũ:
ʼ iudicat propter retributionem:
(.i. iudicat ad voluntatem princi
pis vt retribuatur ei.)
ʼ vel, contritionem animę suę, &
istud postea intricant.
ʼ spina.
ʼ vel, Visitatio tua veniet tibi in
die qua speculabaris (.i. sperabas
tibi bonum)
ʼ dominum expectabo, (vel, in
domino sperabo)

ʼ parietes: (vel, muri:)
ʼ tributũ. Chald. interp. cessabunt
statuta populorum.
* de
ʼ vel, occidentale,

ʼ qui habitas confidenter in sylua in
medio Carmeli pascent ((vel vt alij
qui vertunt, vt in sylua ęque pos-
sint quiescere, ac in medio aruo-
rum: vt ipsi pascantur)

ʼ mouebunt se
ʼ formidabunt,

ʼ tenet (vel, reseruat)

ʼ subijciet



NVS NINIVE. Liber visionis Nahum Elcesei. Deus æmulator, et ulciscens dominus, ulciscens dominus & habens furorē: ulciscens dn̄s in hostes suos, & ¹irascēs ipse inimicis suis. Dominus patiens, & magnus fortitudine, & ²mūdans nō faciet innocentē: dominus in tēpestate & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedū eius. Increpās mare & exiccās illud: & omnia flumina ad desertum deducens. ³Infirmatus est Basan, & Carmelus: & flos Libani elanguit. Montes cōmoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contremuit terra a facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. Ante faciem indignationis eius qs stabit? & quis ⁴resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est vt ignis: & petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus dominus, & ⁵confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se. Et in diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius: & inimicos eius persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra dominum? consummationem ipse faciet: nō consurget ⁶duplex tribulatio. Quia ⁷sicut spinæ seinuicem complectuntur: sic conuiuium eorum pariter potantium, consumētur quasi stipula ariditate plena. Et te exibit cogitans contra dominum malitiam: mente pertractans præuaricationem. Hæc dicit dominus, ⁸Si perfecti fuerint: & ita plures, sic quoque attondentur, & pertransibit: afflixi te, & non affligam te vltrà. Et nunc conteram ⁹virgas eius de dorso tuo, & vincula tua disrumpam. Et præcipiet super te dominus, non ¹⁰seminabitur ex nomine tuo amplius: de domo dei tui interficiam sculptile & conflatile, ponam sepulchrum tuum, quia ¹¹inhonoratus es. Ecce super montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacem: celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adijciet vltrà vt pertranseat in te ¹²belial, vniuersus interijt.

CAPVT II.

AScendit qui ¹³dispergat coram te, qui custodit obsidionē: contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde. Quia reddidit dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt. Clypeus fortium eius ¹⁴ignitus, viri ¹⁵exercitus ¹⁶in coccineis: ¹⁷igneæ habenæ currus in die præparationis eius, & ¹⁸agitatores consopiti sunt. In itineribus ¹⁹conturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in plateis: aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis: velociter ascendent muros eius, & præparabitur ²⁰vmbraculum. Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum. Et ²¹miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabantur, gementes vt columbæ, ²²murmurātes in cordibus suis. Et Niniue quasi piscina aquarum ²³aquæ eius: ipsi vero fugerūt. State state: & nō est q reuertatur. Diripite argentum, diripite aurum: & non est finis diuitiarum ²⁴ex omnibus vasis desyderabilibus. ²⁵Dissipata est, & cor sciffa, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, bis irridet, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium eorum sicut

A Prædicat Nahum deū vindictā in Assyrios, & bonitatē in Iudæos.

B

C

D Liberatiōnē ab Assyrijs pmittit Isa. 52.b Rom. 10.c

A Victoriam Chaldæorū aduersum Assyrios describit.

B

C

Isa. 13.b

¹ Iram reseruans
² i. q nemini parcit. Vel, puniens ondit neminē esse innocētem.
³ Desolatus
⁴ stabit
⁵ fortitudo
⁶ his
⁷ vsq ad spinas cōplexas (sub. venient:) & quæ inebriati fuerint ebrij,
⁸ Non erunt in pace: & quanto plures fuerint, tāto magis excindent,
⁹ iugum
¹⁰ vocabitur semen
¹¹ nihil reputatus
¹² impius.
¹³ conteret dispergēdo
¹⁴ rubefactus,
¹⁵ vel, roboris (.i. fortes)
¹⁶ intecti coccino:
¹⁷ sicut faces ignis
¹⁸ abietes pauefactæ sūt .i. sagittæ abiegnæ, aut magnates,
¹⁹ insanient ascensores equorū, festinanter ambulabunt per plateas:
²⁰ operimentum
²¹ Hussab (nomē reginæ) captiua ducta est, iussa est ascendere:
²² percutiētes corda sua.
²³ a dieb⁹. i. multo tpe:
²⁴ gloria præ omni vase desyderabili.
²⁵ Sic euacuabit & deuastabitur, qd deficiēt corda, & genua collident, & erit dolor i cūctis &c.

nigredo ollę.) Vbi est habitaculum leonum, & pascua catu-
lorum leonum: ad quam iuit leo, ut ingrederetur illuc:) ca-
D tulus leonis, & non est qui exterreat? Leo cœpit sufficienter ca-
tulis suis, & necauit leęnis suis: & impleuit prędа speluncas
suas, & cubile suum rapina. Ecce ego ad te dicit dominus exer-
cituum, & succendam vsque ad fumum quadrigas tuas, & leun-
culos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prędã tuã,
& non audietur vltrà vox nuntiorum tuorum.

CAPVT III.

A VAe ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione)
plena: non recedet à te rapina. Vox flagelli, & vox impe-
tus rotę, & equi frementis, & quadrigę feruentis,) & equitis
ascendentis: & micantis gladij, & fulgurantis hastę, & multitu-
dinis interfectę, & grauis ruinę:) nec est finis cadauerum, &
corruent in corporibus suis. Propter multitudinem fornica-
tionum meretricis speciosę, & gratę, & habentis maleficia,
quę vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias) in
maleficijs suis: Ecce ego ad te dicit dominus exercituum: & re-
uelabo pudenda tua) in facie tua, & ostendam in gentibus
B nuditatem) tuam, & regnis ignominiam tuam. Et projiciam
super te abominationes, & contumelijs te afficiam, & ponam
te in exemplum.) Et erit: omnis qui viderit te, resiliet à te, &
dicet, Vastata est Niniue: quis commouebit super te caput?)
vnde quęram consolatorem tibi? Nunquid melior es Ale-
xandria populorum,) quę habitat in fluminibus? aquę in cir
cuitu eius: cuius diuitię,) mare: aquę, muri eius. Aethiopia
fortitudo eius, & Aegyptus, & non est finis: Aphrica & Libyes
fuerunt in auxilio tuo. Sed & ipsa in transmigrationẽ ducta
est in captiuitatem: paruuli eius elisi sunt in capite omnium
viarum, & super inclytos eius miserunt sortem, & omnes opti-
C mates eius confixi) sunt in compedibus. Et tu ergo inebriabe-
ris, & eris despecta:) & tu quęres auxilium ab inimico.)
Omnes munitiones tuę sicut ficus cum grossis suis: si con-
cussę fuerint, cadent in os comedentis. Ecce populus tuus mu-
lieres in medio tui: inimicis tuis ad apertionem) pandentur
portę terrę tuę, deuorabit ignis vectes tuos. Aquam propter
obsidionem hauri tibi, extrue) munitiones tuas: intra in lu
tum & calca, subigens tene laterem.) Ibi comedet te ignis:
peribis gladio, deuorabit te vt bruchus: cõgregare ergo vt bru
D chus, multiplicare vt locusta. Plures fecisti negotiationes tuas,
quàm stellę sint cœli: bruchus expansus) est, & auolauit. Cu
stodes) tui quasi locustę: & paruuli) tui quasi locustę locu-
starum quę considunt in sępibus in die frigoris: sol ortus est &
auolauerunt, & non est cognitus locus earum vbi fuerint. Dor
mitauerunt pastores tui rex Assur, sepelientur principes) tui:
latitauit) populus tuus in montibus, & non est qui congre-
get. Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua: om
nes qui) audierunt auditionem tuam, compresserunt manũ)
super te: quia super quem non transijt malitia tua semper?

Niniuen vrbem sanguinũ euertendã pdicit.
Ezec.24.b
Abac.2.c
Isa.47.c
Huius vastationẽ cõfirmãdo petit ꝓposito exemplo Alexãdrię.
Vires earũ quibus innitebatur, subsannat.

& leęnas
mendacio & rapina plena:
saltantis
multitudinis interfectę
populos
fimbrias tuas
turpitudinem
tanquam inquinamentum. (fordes.)
condolebit ei?
vel, quę multos habet populos,
antemurale.
alligati
abscondita:
munitionem fortem propter inimicum.
aperiendo
fortifica
robora fornacem.
vel, grassatus
Maiores (vel: Dñi)
prefecti (principes)
quiescent fortes
dispersus est
curata contritio tua, infirmata est plaga tua omnes &c.
id dici de te, complo-
serunt manus

PROPHETIA HABACVC.



NVS QVOD vidit Habacuc propheta. Vsquequo domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te 'vim patiens,' e non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem e 'laborem,' 'videre prędam & iniustitiam contra me? e factum est iudiciuz e contradictio potentior?' Propter hoc 'lacerata' est lex, e non peruenit vsq ad 'finē' iudicium: qa impius 'pręualet aduersus' iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. Aspicite in gentibus e videte, e admiramini, e obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cum narrabitur. Quia ecce ego suscitabo Chaldęos, gentem amaram & velocem, ambulantem super latitudinem terrę, vt possideat tabernacula non sua. Horribilis e terribilis est: ex semetipso iudicium & onus eius egredietur. Leuiores pardis equi eius, e 'velociores' lupis vespertinis, e diffundentur equites eius: equites naq; eius de longe venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendū. Omnes ad 'pdam' venient. 'facies eoꝝ ventus vrens:' e ꝯgregabit quasi arenam, captiuitatem. Et ipse de regibus 'triumphabit,' e 'tyrāni' ridiculi eius erunt: ipse super oēm munitionem ridebit, e cōportabit aggerem, e capiet eam. Tunc mutabitur spiritus, e pertrāsibit, e 'corruet:' hęc est fortitudo eius dei sui. Nunqd non tu à principio domine deus meus, sancte meus, e nō 'moriemur? Domine in iudiciuz posuisti eum: e fortem vt corriperes, fundasti euz. Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, e respicere ad iniqtatem non poteris. Quare non respicis sup iniqua agentes, e taces deuorante impio iustiorem se? Et facies hoīes quasi pisces maris, e quasi reptile non habens principem. Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua, e ꝯgregauit in rete suū. Super hoc lętabitur e exultabit, propterea immolabit sagenę suę, e sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, e cibus eius 'electus.' 'Propter hoc ergo expandit sagenā suā, e semper interficere gentes non cessat.'

CAP. II.

SVper custodiam meā stabo, e figam gradum super munitionez: e ꝯtemplabor, vt videam qd dicatur mihi, e quid respondeam ad arguentem me. Et respondit mihi dominus, e dixit, Scribe visuz, e explana euz super tabulas: vt 'percurrat qui legerit eū.' Quia adhuc visus procul, e 'apparebit' in finem, e nō mentietur. si morā fecerit, expecta illuz: qa veniens veniet, e nō tardabit. Ecce 'qui incredulus est,' nō erit recta anima eius i semetipso: iustus aūt in fide sua viuet. 'Et quo modo vinū potantem decipit: sic erit vir superbus, e non decorabitur:' qui dilatauit quasi infernus animam suā: & ipse quasi mors, & nō adimpletur: & ꝯgregabit ad se omnes gentes, & coaceruabit ad se oēs populos. Nunqd non omnes isti super euz parabolam sument, e 'loquelam' ęnigmatū eius? & dicetur, Vę ei qui multiplicat non sua? vsquequo e aggrauat ꝯtra se densum lutum? Nunquid non repente consurgent, qui mordeant te: & suscitabūtur 'lacerantes' te, & eris in rapinam eis? Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te oēs qui reliqui fuerint de populis: ppter sanguinē hominis, & 'iniquitatem terrę' ciuitatis, & omnium habitantiuz in ea. Vę qui congregat auaritiam malā domui suę, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Cogitasti confusionez domui tuę, 'concidisti' populos multos, & peccauit anima tua.

' ppter iniqtates vel, violentiam
' peruersitatem,
' e pateris me videre vastationez & iniquitatez ex aduerso mihi? & ꝯtentio e rixa in altum se tollit:
' debilitata
' secl; .i. pfectionē
' corona cingit
' acriores
' rapinam
' vel, ꝯtra facies eoꝝ erunt vt ventus orientalis (q est vehemens vētus)
' ridebit,
' principes
' delinquet:
' pinguis.
' Nunqd proptera euacuabit sagenā suā, e semp interficere gentes non parcet?
' vel, statim legi possit.
' loquetur (.i. in fine vētura est)
' superbi
' verūtamen potator vini qui pmaricatur qui est vir supbus, nō pmanebit: qui &c.
' interpretationē
' mouētes (ꝯturbantes)
' rapinas qs exercuisti erga terrā

A In persona sanctoꝝ piꝝ querit ppheta. qd mali iustos psequātur.
B Chaldęos suscitatos esse a dn̄o ostendit ad iustorū correptionē.
Act. 13. f
C
eoꝝ ruina.
Querelā repetit.
D
A Responsionē expectat a domino.
Isa. 21. c
Iubetur cōfidere.
Fidei efficacia.
Isa. 21. A
Ioan. 3. d
B Rō. 1. b
Heb. 10. g
Gala. 3. b
Superbia impios confundit.
Auaritia.

C Quia lapis de pariete clamabit: & lignum quod inter iuncturas ędificiorum est, respondebit. Vę qui ędificat ciuitatem in sanguinibus, & Ezech.24.b
preparat vrbem in iniquitate. Nunquid non sunt hęc à domino exercituum: Laborabunt enim populi in multo igne: & gentes in vacuum, Nahu 3.1.a
& deficient. Quia replebitur terra, vt cognoscant gloriam domini, quasi aquę operientes mare. Vę qui potum dat amico suo, mittens fel suum, Ebrietas.
& inebrians: vt aspiciat nuditatem eius. Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoque, & consopire: circundabit te calix dexterę domini, & vomitus ignominię super gloriam tuam. Quia iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominis & iniquitate terrę & ciuitatis & omnium habitantium in ea. Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus: conflatile, & imaginem falsam: quia sperauit in figmento fictor eius (Contra idolorum cultum.) vt faceret simulachra muta? Vę qui dicit ligno, Expergiscere: Surge, lapidi tacenti, nunquid ipse docere poterit? ecce iste coopertus est auro & argento: & omnis spiritus non est in visceribus eius. Dominus autem in templo sancto suo: sileat à facie eius omnis terra. Psal.10.b

ORATIO HABACVC pro ignorantijs. CAP. III.

A (Ex concepto timore, prophetię suę magnitudinem ostendit Habac. CHRISTI aduentus, & victoria aduersus pecm, mortem & infernum.)

Domine audiui auditionem tuam, & timui domine opus tuum in medio annorum, viuifica illud: in medio annorum notum facies: quum iratus fueris, misericordię recordaberis.

Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan semper: operuit coelos gloria eius, & laudis eius plena est terra.

Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius. ibi abscondita est fortitudo eius.

Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.

Stetit, & mensus est terram: aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi: incuruati sunt colles mundi, ab itineribus ęternitatis eius.

B Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopię, turbabuntur pelles terrę Madian.

Nunquid in fluminibus iratus es domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, quia ascendes super equos tuos, & quadrigę tuę saluatio?

Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quę loquutus es: fluuios scindes terrę.

Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum transit, dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit.

Sol & luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastę tuę.

C In fremitu conculcabis terram, & in furore obstupefacies gentes.

Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum CHRISTO tuo.

Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum vsque ad collum, semper.

Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me: exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

D (Rursum, quam magna sint quę audiuit docet.)

Audiui, & conturbatus est venter meus, à voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat: vt requiescam in die tribulationis, vt ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus oliuę, & arua non afferent cibum: abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in pręsepibus.

Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo.

Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum: & super excelsa mea deducet me victor, in psalmis canentem.

---

tignum arboris & per multam inanitatem
furorem
Satiatus es copia ignominia potius quam
vel, sis discoopertus
rapina quam exercuisti erga Libanum sicut peremi ali a lia ob rapinas, propter sanguinem hominum & rapinam
docens mendacium
vel, tamum
Sela: vide psal. 4.
splendores, de loco eius procedebant
pestis, pestis
vel, transire fecit
ęterni:
longi temporis, mouerunt se cortinę (.i. tentoria quę fiunt ex pannis cortinis)
contra flumina &c.
ascendisti
ad salutem: vel, vt adiuuares nos?)
Manifestatione manifestabit arcus tu, secundum sermonem quem iurasti tribubus, Sela: fluuios scidisti terrę
vel, locum suum
ira calcasti
triturasti Sela.
vel, Perfodisti baculis eius caput exercituum eius.
aceruo
ingressa est
expaui: quod debeo expectare diem tribulationis, & ascendenti ad populum qui contra nos bellaturus est.
vel, labor oleę frustraneus erit,
salute mea
vt triumphem in musicis instrumentis



ERBVM domini quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezechiæ, in diebus Iosiæ filij Amon regis Iudæ. Cōgregans cōgregabo omnia à facie terræ, dicit dominus: congregans hominem & pecus, congregans volatilia cœli & pisces maris: & ruinæ impiorū erunt: & disperdā homines à facie terræ, dicit dominus. Et extendam manū meam super Iudam & super omnes habitantes Ierusalem: & disperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina æditorum cum sacerdotibus: & eos qui adorant super tecta militiam cœli, & adorant, & iurant in domino, & iurant in Melchom: & qui auertuntur de post tergum domini, & qui non quæsierunt dominum, nec inuestigauerunt eum. Silete à facie domini dei: quia iuxta est dies domini, quia præparauit dominus hostiam, sanctificauit vocatos suos. Et erit: in die hostiæ domini visitabo super principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina: & visitabo super omnem qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent domum domini sui iniquitate & dolo. Et erit in die illa, dicit dominus, vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à Secunda, & contritio magna à collibus. Vlulate habitatores pilæ: conticuit omnis populus Chanáan, disperierunt omnes inuoluti argento. Et erit in tempore illo: scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fecibus suis: qui dicunt in cordibus suis, Non faciet bene dominus, & non faciet male. Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum: & ædificabunt domos, & non habitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum.

Iuxta est dies domini magnus, iuxta est & velox nimis: vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarū & caliginis, dies nebulæ & turbinis: dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas & super angulos excelsos. Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. Sed & argentum eorum, & aurum eorū non poterit liberare eos in die iræ domini: in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram.

CAPVT. II.

Conuenite, congregamini gens non amabilis: priusquā pariat iussio quasi puluerem transeuntem diem, antequam veniat super vos ira furoris domini, antequam veniat super vos dies indignationis domini. Quærite dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati: quærite iustum, quærite mansuetum: si quo modo abscondamini in die furoris domini. Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum, Azotum in meridie eijcient, & Accaron eradicabitur. Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: verbum domini super vos Chanáan terra Philisthinorum, & disperdam

Marginal notes (left):
Deficiendo deficere faciam & infra.
vel, offendicula
Chemarim (peculiare genus sacerdotum Baal, monachi ab Hebræis dicti, qui nigris induebantur vestibus)
vel, parauit
vel, inuitatos
dominorū suorum
vel, schola,
Machthes: (.i. viri mercatorij)
succisus est
ferentes argentum.
substantia
clamat (vociferabitur)
turres excelsas.
Conquirentes conquirite,
vel, desyderata:
exeat decretum in q̄ vos eritis vt gluma quæ claro die abit,
vel, humiles
iustitiam.
humilitatem
confinium
Cerethæorum: (Philisthei erant militiæ dediti)

Marginal notes (right):
A De terrę omniū cōsummatione prophetat.
B Cōminatur Iudæ ob idololatriam.
C
Amos. 5. e
De die dñi
D
Iere. 30. a
Ioel. 2. c
Amos. 5. e
Eze. 7. e
Infra. 3. b
A Oēs gentes ad resipiscētiā vocat.
Prophetat aduersum Philisthæos

te, ita vt non sit inhabitator. Et erit funiculus maris requies pastorum & caulę pecorum: & erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda, ibi pascentur: in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent: quia visitabit eos dominus deus eorum, & auertet captiuitatem eorum.

Aduersum Moabitas & filios Ammon.

Audiui opprobrium Moab, & blasphemias filiorũ Ammon: quę exprobrauerũt populo meo, & magnificati sunt super terminos eorũ. Propterea viuo ego

C

dicit dominus exercituum deus Israel: quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorrha, siccitas spinarum & acerui salis, & desertum vsque in ęternum: reliquię populi mei diripient eos, & residui gentis meę possidebunt illos. Hoc eis eueniet pro superbia sua: quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super populum domini exercituum. Horribilis dominus super eos, & attenuabit omnes deos terrę: & adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulę gentium.

Aduersus Aethiopes Assyrios & Niniuen. D
Isa. 34. c

Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis. Et extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur: & ponet speciosam in solitudinem & inuium & quasi desertum. Et accubabunt in medio eius greges, omnes bestię gentium: & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur: vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius. Hęc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia: quę dicebat in corde suo, Ego sum, & extra me non est alia amplius: quomodo facta est in desertum cubile bestię? Omnis qui transit per eam, sibillabit, & mouebit manum suam.

CAP. III.

A

Totã Ierosolymam arguit, & pcipue rectores eius.
Eze. 22. f
Mich. 3. d

Vae prouocatrix & redempta ciuitas, columba. Non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam: in domino non est confisa, ad deum suum non appropinquauit. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes: iudices eius lupi vespere, non relinquebant in mane. Prophetę eius vesani, viri infideles: sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem. Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem: mane mane iudicium suum dabit in lucem, & non abscondetur: nesciuit autem iniquus confusionem. Disperdidi gentes, & dissipati sunt anguli earum: desertas feci vias eorum, dum non est qui transeat: desolatę sunt ciuitates eorum, non remanente viro, neque vllo habitatore. Dixi, Attamen timebis me, suscipies

B

disciplinam: & non peribit habitaculum eius, propter omnia in quibus visitaui eam: veruntamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas.

Vltia Israelis cõuersio post gẽtium plenitudinem.
Supra. 1. d

Quapropter expecta me dicit dominus, in die resurrectionis meę in futurum, quia iudicium meum vt congregem gentes, & colligam regna: & effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine domini, & seruiãt ei humero vno. Vltra flumina Aethiopię, inde supplices mei filij dispersorum meorum deferent munus mihi. In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus

C

tuis, quibus prępuaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbię tuę, & non adijcies exaltari amplius in monte sancto meo. Et derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum: & sperabunt in nomine domini. Reliquię Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipsi pascentur & accubabunt, & nõ erit qui exterreat. Lauda filia Sion,

habitatio
regio (cõfinij, littus)
magnificauerunt os suũ. (vel, superbe locuti sunt) & infra.
exitus vrticę, (.i. ibi ob desolationẽ & ariditatẽ germinabũt vrticę aut cardui.)
probris affecerunt.
Niniue
vel, noctua
auis cantabit
desolatio erit i limine, qm̃ cedrũ eius nudauit. (vel, tabulata diripientur, aut nudata erunt ligna)
quę exultabat,
fœdatę & inquinatę ciuitati q spoliat. (vel, q filiis erat colũbę.)
vel, attendit.
vespertini,
nihil reliquum faciebant
singulo mane, vel quotidie
nõ cessat: prauus tñ nescit erubescere.
vt non sit quisquã
nec oẽ malũ qd̃ ita tui (sub. veniet) super eam:
omnia opera sua.
ad diẽ quo exurgã i ppetuũ, (vel, ad spolia, aut, ad congregãdum,)
dabo
vel, cõsensu
cũ filia (vel Atharai filia Quidã xtũt, adoratores mei, & filia)
exultantẽ superbiam tuã (vel, eos qui exultant in superbia tua.)

Iubila Israel: lętare, & exulta in omni corde filia Ierusalem. Abstulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos; rex Israel dominus in medio tui, non timebis malum vltra. In die illa dicetur Ierusalem, Noli timere: Sion, non [a]dissoluantur [b]manus tuę. Dominus deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: gaudebit super te in lętitia, silebit [c]in dilectione tua, [d]& exultabit super te in laude. [e]Nugas qui à lege recesserant, cōgregabo, [f]quia ex te erant: [g]vt non vltrà habeas super eis opprobrium. [h]Ecce ego interficiam omnes qui affixerunt te in tempore illo: & saluabo claudicantem, & eam quę eiecta fuerat congregabo: et ponam eos in laudem & in nomen, in omni terra confusionis eorum: In tempore illo quo adducam vos, & in tempore quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terrę, quum conuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris, dicit dominus.

[a]debilitentur
[c]ppter amorē suum, (sub. in te,)
[e]Afflictos ô cœtu auferā, (dolore affectos pp tēs ꝯgregaui,)
[f]onus fuit sup eā opprobrij, (vel, vt liberis eis pp quos cogebaris opprobrium ferre. (aut, remouebūtur abs te q te opprobrio afficiebant)

D

Mich. 4. D

AGGÆI PROPHETIA.



IN ANNO SECVNDO Darij regis, in mense sexto, in die vna mensis: factum est verbum domini in manu Aggęi prophetę ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, dicens, Hęc ait dominus exercituum, dicens, Populus iste dicit, Nondum venit tempus domus domini ędificandę. Et factum est verbum domini in manu Aggęi prophetę, dicens, Nūquid tempus vobis est vt habitetis in domibus vestris laqueatis, & domus ista deserta? Et nunc hęc dicit dominus exercituum, [a]Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti: & qui [b]mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Hęc dicit dominus exercituum, Ponite corda vestra super vias vestras, ascendite in montem, portate ligna, & ędificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor dicit dominus. Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus: & intulistis in domum, & exufflaui illud: quam ob caussam, dicit dominus exercituum? quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam. Propter hoc super vos prohibiti sunt cœli ne darent rorem, & terra prohibita est ne daret germen suum: & vocaui siccitatem super terram, & super montes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, & quęcunque profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum. Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus, & omnes reliquię populi vocem domini dei sui, & verba Aggęi prophetę, sicut misit eum dominus deus eorum ad eos: & timuit populus à facie domini. Et dixit Aggęus nuntius domini de nuntijs domini, populo dicens, Ego vobiscum sum dicit dominus. Et suscitauit dominus spiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & spiritum reliquorum de omni populo; & ingressi sunt, & faciebant

A
Increpat Aggę' Iudęos, q neglecto templo, pprias ędificia curabant.
1. Esdr. 6. B

B
Incōmoda eoꝝ ob dilationes opis recenset.
Deu. 28. d
Mich. 6. d

[a]I. Opus vobis iniūctū alacri corde perficere studete.
[b]vel, se locauit mercede.

C

Zorobabel & Iesus sacerdos, excitati à dño, opus aggrediuntur.

D

opus in domo domini exercituum dei sui. CAP. II.

A IN die vicesima & quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darij regis. In septimo mense, vicesima & prima mensis: factum est verbum domini in manu Aggæi prophetæ, dicens, Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens, Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima: & [a]quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit dominus: & confortare Iesu fili Iosedec sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit dominus exercituum: & facite (quoniam ego vobiscum sum, dicit dominus exercituum) verbum quod pepigi vobiscum quum egrederemini de terra Aegypti: & spiritus meus erit in medio vestrum:

B nolite timere. Quia hæc dicit dominus exercituum, Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cœlum & terram, & mare, & aridam. Et mouebo omnes gentes, ET VENIET DESYDERATVS cunctis gentibus: & implebo domum istam gloria, dicit dominus exercituum. Meum est argentum, & meum est aurum, dicit dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quam primæ, dicit dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem, dicit dominus exercituum.

In vicesima & quarta noni mensis, in anno secundo Darij regis, factum est verbum domini ad Aggæum prophetam, dicens, Hæc dicit dominus deus exercituum, Interroga sacerdotes legem, dicens, Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum: nunquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes dixerunt, Non. Et

C dixit Aggæus, Si tetigerit pollutus in anima, ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt, Contaminabitur. Et respondit Aggæus, & dixit, Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit dominus, & sic omne opus manuum eorum: & omnia quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt. Et nunc ponite corda vestra, à die hac & suprà antequam poneretur lapis super lapidem in templo domini, [b]Quum accederetis ad aceruum [c]viginti modiorum, & fierent decem: & intraretis ad torcular vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti: Percussi vos vento vrente, & aurugine, & grandine omnia opera manuum vestrarum: & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me dicit dominus. Ponite corda

D vestra ex die ista & in futurum, à die vicesima & quarta noni mensis: à die qua fundamenta iacta sunt templi domini, ponite super cor vestrum, Nunquid iam semen in [d]germine, est: & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum & lignum oliuæ non floruit? ex die ista benedicam. Et factum est verbum domini secundò ad Aggæum, in vicesima & quarta mensis, dicens, Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens, Ego mouebo cœlum pariter & terram. Et subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni gentium: & subuertam quadrigam & ascensorem eius: & descendent equi, & ascensores eorum, vir in gladio fratris sui. In die illa dicit dominus exercituum, assumam te Zorobabel fili Salathiel serue meus, dicit dominus: & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit dominus exercituum.

Left margin notes:
Futurū dicit vt gliā scōi tēpli maiōr sit, quā fuerit poris ob CHRISTI aduētum.
Hebre.12.g
Sacrificia eorū, et oīa oīa polluta ad serit.
Vt op⁹tem pli negligē tib⁹ erāt aduersa oia: ita restaurātib⁹ se bndi ctūrū pmittit oñs.
Exo.10.c 9.e
Prophetia de Christo sub typo zorobabel.
Eccli.49.c

Right margin notes:
[a] qualem
[b] Clarius sic vertetur, Quū accederet qspiā ad aceruū frumenti quē putabat redditurū viginti modios, et reddebat tantum decem: &c.
[c] i. ad aceruū ex quo sperabat viginti modij.
[d] horreo



N MENSE OCTAVO, in anno secundo Darij, factum est verbum domini ad Zachariam filium Barachię filij Addo prophetam, dicens, Iratus est dominus super patres vestros iracundia. Et dices ad eos, Hęc dicit dominus exercituum, Conuertimini ad me, ait dominus exercituum: & conuertar ad vos dicit dominus exercituum. Ne sitis sicut patres vestri, ad quos clamabant prophetę priores, dicentes, Hęc dicit dominus exercituum, Conuertimini de vijs vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me dicit dominus. Patres vestri vbi sunt? & prophetę nunquid in sempiternum viuent? Verum tamen verba mea & legitima mea quę mandaui seruis meis prophetis, nunquid non comprehenderunt patres vestros, & conuersi sunt, & dixerunt, Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis secundum vias nostras, & secundum adinuentiones nostras fecit nobis. In die vicesima & quarta vndecimi mensis Sabat: in anno secundo Darij, factum est verbum domini ad Zachariam filium Barachię filij Addo prophetam, dicens, Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta quę erant in profundo: & post eum equi rufi, varij, & albi. Et dixi, Quid sunt isti, domine mi? Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me, Ego ostendam tibi quid sint hęc. Et respondit vir qui stabat inter myrteta, & dixit, Isti sunt quos misit dominus, vt perambulent terram. Et responderunt angelo domini, qui stabat inter myrteta, & dixerunt, Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur & quiescit. Et respondit angelus domini, et dixit, Domine exercituum vsquequo tu non misereberis Ierusalem & vrbium Iuda, quibus iratus es, iste iam septuagesimus annus est? Et respondit dominus angelo qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria. Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me, Clama, dicens, Hęc dicit dominus exercituum, Zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno. Et ira magna ego irascor super gętes opulentas: quia ego iratus sum parum, ipsi verò adiuuerunt in malum. Propterea hęc dicit dominus, Reuertar ad Ierusalem in misericordijs: domus mea ędificabitur in ea, ait dominus exercituum: & perpendiculum extendetur super Ierusalem. Adhuc clama dicens, Hęc dicit dominus exercituum, Adhuc affluent ciuitates meę bonis: & consolabitur adhuc dominus Sion, & eliget adhuc Ierusalem. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelũ qui loquebatur in me, Quid sunt hęc? Et dixit ad me, Hęc sunt cornua quę ventilauerunt Iudam, & Israel, & Ierusalem. Et ostendit mihi dominus quatuor fabros. Et dixi, Quid isti veniunt facere? Qui ait, dicẽs, Hęc sunt cornua quę ventilauerunt Iudã per singulos viros, & nemo eorũ leuauit caput suũ: & venerunt isti deterrere ea, vt deijciant cornua gẽtiũ quę leuauerunt cornu super terram Iuda vt dispergerent eam.

Margin (left): operibus — statuta — est mensis Ianuarij: — vel, Qui — qui sint hi, — quietas: — dispergẽtur pro multitudine bonorum: — ita qđ nemo audebat leuare eos.

Margin (right): A Monet pp̃s vt cõuertãt ad dñm et parẽtũ scelera vitet. — Isa. 31.c.15 c.45.d — Iere.3.c — Eze.18.g 20.a — B — 31.c — Osee.14.a — Ioel.2.c — Christus p̃fi gurat apostolos. — C — Iudęorũ liberationẽ promittit. — E — Infra.8.a — D — In aduersarios populi dei.

CAP. II.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum. Et dixi, Quò tu vadis? Et dixit ad me, Vt metiar Ierusalem, & videam quanta sit longitudo eius, & quanta latitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius. Et dixit ad eum, Curre, loquere ad puerum istum, dicens, Absq; muro habitabitur Ierusalem prę multitudine hominum & iumentorũ in medio eius. Et ego ero ei, ait dominus, mu-

Margin (right): A Instauratio Ierusalẽ promittitur. — B

...rūt ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius. O,o, fugite de terra Aquilonis, dicit dominus: quoniam in quatuor ventos cœli dispersi vos, dicit dominus. O Sion [1]fuge quę habitas apud filias Babylonis, quia hęc dicit dominus exercituum, [2]Post gloriam misit me ad gentes quę spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi eius: quia ecce ego leuo manum meā super eos, & erunt prę dę his qui seruiebant sibi: & cognoscetis quia dominus exercituū misit me. Lauda & lętare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait dñs. Et applicabuntur gentes multę ad dñm in die illa, & erunt mihi in populū, & habitabo in medio tui: & scies quia dñs exercituū misit me ad te. Et possidebit dñs Iudā partē suā in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem. Sileat omnis caro à facie dñi: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

(Margin: ...re/uocatur. — C — Aduentus Christi, & gētium ingressio in ecclesiam. — D)

(Glosses: [1]erue te — [2]vel, Vt potiatur gl'ia (aut Post gloriam, sub. vobis possicitam)

CAP. III.

A

ET ostendit mihi Iesum sacerdotē magnum stantem coram angelo domini: & satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit dominus ad satan, Increpet dominus in te satan: & increpet dominus in te, qui elegit Ierusalem: nunquid non iste torris, erutus de igne? Et Iesus erat indutus vestibus sordidis: & stabat ante faciem angeli. Qui respondit, & ait ad eos qui stabant coram se, dicens, Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum, Ecce, abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis. Et dixit, Ponite cidarim mūdā super caput eius. Et posuerunt cidarim mūdā super caput eius, & induerunt eū vestibus: & angelus domini stabat. Et pręstabatur angelus dñi Iesum, dicens, Hęc dicit dominus exercituum, Si in vijs meis ambulaueris, & custodiā meā custodieris: tu quoq; iudicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi [1]ambulantes de his qui nunc hic assistunt. Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui qui habitant corā te, quia viri [2]portendētes sunt. ecce enim ego ADDVCAM SERVVM MEVM [3]ORIENTEM. Quia ecce lapis quem dedi coram Iesu: super lapidem vnū septē oculi sunt: ecce ego [4]cęlabo sculpturam eius, ait dominus exercituum: & auferam iniquitatem terrę illius in die vna. In die illa dicit dominus exercituum, vocabit vir amicum suum subter vineam & subter ficum.

(Margin: A — De ignominia & gl'ia Xp̄i sub typo Iesu sacerdotis. — B — C — D — De Christo pphetia. Luc. 1. g)

(Glosses: [1]vias (trāsitū) inter illos — [2]vel portenti — [3]GERMEN. — [4]cęlabo c, laterā (vel, aperiā aperturā) qdā ...tūt, soluā impedimenta)

CAP. IIII.

A

ET reuersus est angelus qui loquebatur in me: & suscitauit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo. Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Vidi, & ecce candelabrum aureū totum, & [1]lampas eius super caput ipsius: & septem lucernę eius super illud: & septē infusoria lucernis quę erant super caput eius, & duę oliuę super illud: vna à dextris [2]lampadis, & vna à sinistris eius. Et respondi, & aio ad angelum qui loquebatur in me: dicens, Quid sunt hęc domine mi? Et respōdit angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me, Nunqd nescis quid sunt hęc? Et dixi, Non dñe mi. Et rñdit, & ait ad me, dicens, Hoc est verbum dñi ad Zorobabel, dicens, Non in exercitu, nec in robore: sed in spū meo, dicit dominus exercituum. Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum? & educet lapidem primarium, & [3]exęquabit gratiam gratię eius. Et factum est verbum domini ad me, dicens, Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam: & scietis quia dominus exercituū misit me ad vos. Quis enim despexit dies [4]paruos? & lętabuntur, & videbunt [5]lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septē [6]istis oculi sunt domini, qui discurrunt in vniuersam terram. Et respondi, & dixi ad eum, Quid sunt duę oliuę istę ad dexteram candelabri, & ad sinistrā eius? Et respondi secundo, & dixi ad eū, Quid sunt duę spicę oliuarum, quę sunt [7]iuxta duo rostra aurea, in quibus euacuant ex se sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me, dicens, Nunquid nescis qd sunt ista? Et dixi, Nō, domine mi. Et dixit, Isti sunt duo filij olei, qui assistūt dominatori vniuersę terrę.

(Margin: Visio candelabri aurei. — B — Eius expositio, i. q̄ multa de Christo & ecclesia habentur: — C — D)

(Glosses: [1]lenticula — [2]lenticulę — [3]ods dicet, Gratia gratia illi, (vel [illegible] hei quam pulcher est ille) — [4]paruap (sub. consolationū. — [5].i. ppēdiculū [illegible] sta. — [6]i medio duarum fistularum aurearum. quę oleū pro se [illegible])

CAP. V.

ET conuersus sum, & leuaui oculos meos: & vidi, & ecce volumen vo- A
lans. Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Ecce ego video vo- Visio libri
lumen volans: longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius de- volitis, ma
cem cubitorum. Et dixit ad me, Hęc est maledictio quę egreditur super ledictiones
faciem omnis terrę: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur: & omnis furum & de
*succidetur. iurans, ex hoc similiter 'iudicabitur.' Educam illud, dicit dominus exer- nomine ab-
*infra. cituum: & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo B utentium
mendaciter: & commorabitur in medio domus eius, & consumet eam, & significatis.
ligna eius & lapides eius. Et egressus est angelus qui loquebatur in Visio am-
me: & dixit ad me, Leua oculos tuos, & vide: quid est hoc quod egredi- phorę quę Iu
*epha (mensu tur? Et dixi, Quidnam est? Et ait, Hęc est 'amphora' egrediens. Et dixit, dę translatio
rę genus) eiꝰ. Hęc est oculus eorum in vniuersa terra. Et ecce talentum plumbi por- C in Baby
tabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphorę. Et dixit, Hęc est lonem desi
impietas. Et proiecit eam in medio amphorę, & misit massam plum- gnatur.
beam in os eius. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duę mulieres
*ciconię: egredientes, & spiritus in alis earum, & habebant alas quasi alas 'mil-
ui:' & leuauerunt amphoram inter terram & cœlum. Et dixi ad ange- D
lum qui loquebatur in me, Quò istę deferunt amphoram? Et dixit ad
me, Vt ędificetur ei domus in terra Sennáar, & stabiliatur, & ponatur
ibi super basem suam.

CAPVT VI.

ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor A
quadrigę egredientes de medio duorum montium: & montes, mon- Per quatu-
tes ęrei. In quadriga prima equi rufi, in quadriga secunda equi nigri, tuor quadri-
in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij & fortes. gas, quatu-
Et respondi, & dixi ad angelum qui loquebatur in me, Quid sunt hęc or regnorum
domine mi? Et respondit angelus, & ait ad me, Isti sunt quatuor venti successionem
*a loco vbi ste cœli, qui egrediuntur 'vt stent' coram dominatore omnis terrę. In qua describit.
terant erant equi nigri, egrediebantur in terram Aquilonis: & albi egressi sunt B
post eos: & varij egressi sunt ad terram Austri: qui autem erant robu-
stissimi, exierunt, & quęrebant ire & discurrere per omnem terram. Et di-
xit, Ite, perambulate terram, & perambulauerunt terram. Et vocauit me,
& loquutus est ad me, dicens, Ecce qui egrediuntur in terram Aquilo-
nis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra Aquilonis. Et fa-
ctum est verbum domini ad me, dicens, Sume à transmigratione ab Hol- C
dai, & à Tobia, & ab Idaia: & venies tu in die illa, & intrabis domum Figura re-
Iosię filij Sophonię, qui venerunt de Babylone. Et sumes aurum & ar- gni & sacer-
gentum, & facies coronas: & pones in capite Iesu filij Iosedec sacer- dotij Chri.
dotis magni, & loqueris ad eum, dicens, Hęc ait dominus exercituum,
*GERMEN dicens, ECCE VIR 'ORIENS' NOMEN EIVS: & subter eum Luc.1.g
*germinabit. 'orietur,' & ędificabit templum domino. Et ipse extruet templum do-
mino: & ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio D
suo. Et erit sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter illos
duos. Et coronę erunt Helem, & Tobię, & Idaię, & Hen filio Sopho-
nię, memoriale in templo domini. Et qui procul sunt, venient, & ędificabit A
in templo domini, & scietis quia dominus exercituum misit me ad vos. Erit Quęstio p-
autem hoc, si auditu audieritis vocem domini dei vestri. CA. VII. ponit̃ sacer

ET factum est in anno quarto Darij regis, factum est verbum domi- dotibꝰ sug
ni ad Zachariam, in quarta mensis noni, qui est Casleu. Et miserũt ieiunio &
ad domum dei Saráſar & Rogómélech, & viri qui erant cum eo, ad planctu
precandum faciem domini: vt dicerent sacerdotibus domus domini B
exercituum & prophetis, loquentes, Nunquid flendum est mihi in quin Rñdet dñs
*vel, separare to mense, vel 'sanctificare' me debeo: sicut iam feci multis annis? Et fa p Zachariã
(sub. a cibis) ctum est verbum domini exercituum ad me, dicens, Loquere ad om- ieiuniis sine
nem populum terrę, & ad sacerdotes dicens, Quum ieiunaretis, & q opibꝰ mi
plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos: nun- sericordię
quid ieiunium ieiunastis mihi? & quum comedistis, & bibistis: nunc nihil esse.

 Esa.58.a

quid non vobis comedistis, & vobismetipsis vidistis? Nunquid non sunt verba quę loquutus est dominus in manu prophetarum priorū, quum adhuc Ierusalem habitaretur, & esset 'opulenta,' ipsa, & vrbes in circuitu eius, & ad Austrum & in campestribus habitaretur? Et factum est verbum domini ad Zachariam, dicens, Hęc ait dominus exercituum, dicens, Iudicium verum iudicate: & misericordiam & miserationes facite vnusquisq; cum fratre suo. Et viduam & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite 'calumniari:' & malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes: & aures suas aggrauauerunt, ne audirent. Et cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem & verba quę misit dominus exercituum in spiritu suo per manum prophetarum priorum: & facta est indignatio magna à domino exercituum. Et factū est sicut loquutus est, & non audierunt: sic clamabunt, & non exaudiam, dicit dominus exercituū. Et dispersi eos per omnia regna quę nesciunt: & terra desolata est 'ab eis,' eò quòd 'non esset trāsiens & reuertens: & posuerunt terram desyderabilem in desertum.

C Iudicium. Misericordia Exo.22.d Isa.1.f Iere.6.g

D

' vel, quieta

' opprimere

' post eos,

' ita quòd

CAPVT VIII.

ET factum est verbum domini exercituū ad me, dicens, Hęc dicit dominus exercituum, Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. Hęc dicit dominus exercituū, Reuersus sum ad Sion: & habitabo in medio Ierusalem: & vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis, & Mons domini exercituum, mons sanctificatus. Hęc dicit dominus exercituum, Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalem: & viri baculus in manu eius prę multitudine dierum. Et plateę ciuitatis complebuntur infantibus & puellis ludentibus in plateis eius. Hęc dicit dominus exercituum, Si videbitur difficile in oculis reliquiarū populi huius in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit, dicit dominus exercituum? Hęc dicit dominus exercituū, Ecce ego saluabo populum meum de terra orientis, & de terra occasus solis. Et adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum in veritate & in iustitia. Hęc dicit dominus exercituum, Confortentur manus vestrę, qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum in die qua fundata est domus domini exercituum, vt templum ędificaretur. Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat, neque introeunti neq; exeunti erat pax prę tribulatione: & dimisi omnes homines vnumquenq; contra proximum suum. Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquijs populi huius, dicit dominus exercituū, sed semen pacis erit: vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum, & coeli dabunt rorem suum: & possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hęc. Et erit: sicut eratis maledictio in gentibus, domus Iuda & domus Israel, sic saluabo vos, & eritis benedictio: nolite timere, confortentur manus vestrę. Quia hęc dicit dominus exercituum, Sicut cogitaui vt affligerem vos, quum ad iracundiam prouocassent patres vestri me, dicit dominus, & non sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis vt benefaciam domui Iuda & Ierusalem: nolite timere. Hęc sunt ergo verba quę facietis, Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo: veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisq; malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentum mendax ne diligatis, omnia enim hęc sunt quę odi, dicit dominus. Et factum est verbum domini exercituū ad me, dicens, Hęc dicit dominus exercituū, Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iudę in gaudium & in lętitiam & in solennitates preclaras: veritatem tantum & pacem diligite. Hęc dicit dominus exercituum, 'Vsquequo veniant po

A De reditu Israelitici ppli in Ierusalem, cui psp̄era multa pmittit.

B

C

Precepta sanctissima. Ephe.4.f

D Concursus gentium ad Christum.

' Adhuc tēps q̄ veniēt ppli & habitatores vrbiū magnarū & ibunt habitatores &c.

puli, & habitent in ciuitatibus multis, & vadant habitatores vnus ad
alterum dicentes, Eamus, & deprecemur faciem domini, & quæramus
dominum exercituum, vadam etiam ego. Et venient populi multi, &
gentes robustæ ad quærendum dominum exercituum in Ierusalem, &
deprecandam faciem domini. Hæc dicit dominus exercituum, In die-
bus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis
gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes, Ibimus vo-
biscum: audiuimus enim quoniam deus vobiscum est.

CAPVT IX.

A Gentium conuersio.

ONus verbi domini in terra Hadrach & Damasci requiei huius:
quia ° domini est ˈoculus hominis, & omnium tribuum Israel.
Emath quoque in terminis eius, & Tyrus, & Sidon: assumpserunt quip
pe sibi sapientiam valde. Et ædificauit Tyrus munitionem suam, &
coaceruauit argentum quasi humum, & aurum vt lutum platearum.
Ecce dominus ° possidebit ˈeam, & percutiet in mari fortitudinem eius,
& hæc igni deuorabitur. Videbit Ascalon, & timebit: & Gaza, & do-
lebit nimis: & Accaron, quoniam confusa est spes eius: & peribit rex de
Gaza, & Ascalon non habitabitur. Et sedebit ° separator ˈin Azoto, & B
disperdam superbiam Philisthinorum. Et auferam sanguinem eius de
ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius: & relinquetur
etiam ipse deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Ie-
busæus. Et ° circundabo domum meam ex his qui militant mihi eun-
tes & reuertentes, ˈ & non transibit super eos vltra exactor: quia nunc
vidi in oculis meis. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: EC
CE REX TVVS veniet tibi iustus & saluator: ipse ° pauper ˈ &
ascendens super ° asinam ˈ & super pullum filium asinæ. Et disperdam
quadrigam ex Ephraim, & equum de Ierusalem; & dissipabitur arcus C
belli: & loquetur pacem gentibus, & potestas eius à mari vsque ad mare,
& à fluminibus vsque ad fines terræ. ° Tu quoque ˈ in sanguine testa-
menti tui: ° emisisti ˈ vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Con-
uertimini ad munitionem ° vincti spei: ˈhodie quoque annuntians du-
plicia reddam tibi. Quoniam extendi mihi Iudam quasi arcum, ° im-
pleui Ephraim: ˈ & suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græ-
cia, & ponam te quasi gladium fortium. Et dominus deus super eos vi
debitur, & exibit vt fulgur iaculum eius: & dominus deus in tuba ca- D
net, & vadet ° in turbine Austri. ˈDominus exercituum proteget eos: &
deuorabunt, & subijcient lapidibus fundæ: & bibentes ° inebriabuntur ˈ
quasi à vino, & replebuntur vt phialæ, & quasi cornua altaris. Et sal-
uabit eos dominus deus eorum in die illa, vt gregem populi sui: quia
lapides ° sancti ˈ eleuabuntur super terram eius. ° Quid enim bonū eius
est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum ger-
minans virgines? ˈ

CHRISTI aduentus sedentis super asinam. Mat.21.a Isa.62.d

° ad dominū respiciet
° expellet
° spurii ° (alieni °)
° ero castrū do mui meæ contra exercitū trāseū tē & reuertentē:
° humilis
° asinum
° sub. sanaberis
° emisi
° i. qui iacetis in magna expe ctatione:
° i. extēdi sicut sagittā ipsum Ephraim:
° vt turbo vēti Australis.
° tumultuabūt
° pretiosi
° O q̄ bonū & pulchrū erit id frumentū q̄d læ tos faciet iuue nes, & vinū no uum virgines?)

CAP. X.

A Monet populus dominū crebrius veritatis petere à dño.

PEtite à domino pluuiam in tempore serotino, & dominus faciet
° niues, ˈ & pluuiam imbris dabit eis, singulis herbam in agro.
Quia simulachra loquuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium,
& somniatores loquuti sunt frustra, & vane consolabantur: idcirco ab-
ducti sunt quasi grex, affligentur, quia non est eis pastor. Super pasto-
res iratus est furor meus, & super hircos visitabo: quia visitauit domi- B
nus exercituum gregem suum domum Iuda, & ° posuit eos quasi equū
gloriæ suæ in bello. ˈ Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus præ-
lij, ex ipso egredietur omnis ° exactor ˈ simul. Et erunt quasi fortes con-
culcantes lutum viarum in prælio: & bellabunt, quia dominus cum eis:
& confundentur ascensores equorum. Et confortabo domum Iuda, &
domum Ioseph saluabo: & conuertam eos, quia miserebor eorum: & C
erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos: ego enim dominus
deus eorum, & exaudiam eos. Et erunt quasi fortes Ephraim, & lætabi-

Domū Iuda & Israel se visitatū promittit dñs & confortaturum.

° coruscationes, (nubes,)
° vel, ipsos tam honorabiles fa ciet sicut equū in prælio.
° vel, perfectus

fur cor eorum quasi à vino: & filij eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in domino. Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos: & multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati. Et seminabo eos in populis, & 'de longe' recordabūtur mei: & viuent cum filijs suis, & reuertentur. Et reducam eos de terra Aegypti, & de Assyrijs congregabo eos: & ad terram Galaad, & Libani adducam eos: & non inuenietur eis locus. Et transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis: & humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Aegypti recedet. 'Confortabo' eos in domino, & in nomine eius ambulabunt: dicit dominus.

D

' vel, in lōginquis locis positi

' Roborabo

CAPUT XI.

A

Destructionem tēpli p Romanos prenūtiat. Fideliū cura Christo à patre cōmissa.

APeri Libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuas. Vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan, quoniam 'succisus est' saltus munitus. Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum: vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis. Hæc dicit dominus deus meus, Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant, & nō 'dolebant:' & vendebant ea, dicentes, Benedictus dominus diuites facti sumus: & pastores eorum non parcebant eis. Et ego non parcam vltrà super habitantes terram, dicit dominus: ecce ego tradam homines, vnumquenque in manu proximi sui, & in manu regis sui: & concident terram, & non eruam de manu eorum. Et pascam pecus occisionis propter hoc o pauperes gregis: & assumpsi mihi duas virgas, vnā vocaui 'Decorem,' & alteram vocaui 'Funiculum:' & paui gregem. Et succidi tres pastores in mense vno, & 'contracta' est anima mea in eis: siquidem & anima eorum 'variauit in me.' Et dixi, Non pascam vos: quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur: & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui. Et tuli virgam meam, quæ vocabatur Decus, & abscidi eam: vt irritum facerem fœdus meū quod percussi cum omnibus populis. Et in irritum deductum est in die illa: & cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiunt 'mihi,' quia verbum domini est. Et dixi ad eos, Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me, Proijce illud ad 'statuarium decorum' pretium quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos: & proieci illos in domo domini, ad 'statuarium.' Et præscidi virgam meam secundam, quæ appellabatur 'Funiculus,' vt dissoluerem 'germanitatem' inter Iudam & Israel. Et dixit dominus ad me, Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui 'derelicta' non visitabit, 'dispersum' non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet. O pastor & idolum, derelinquens gregem: gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius: brachium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

B

Visio grauis in Israel & Iudā. Iere. 15. a

C

Mat. 27. a Christus triginta argēteis æstimat

D

De pastore Antichristo

' descendit (cecidit)

' delinquebant (.i. dicebant se non peccare:)

' vel, Iucunditatem: & sic

' Deuastatores: (Dissipantes:)

' afflicta

' abominabilis fuit mihi.

' me,

' figulū (thesaurarium) ad magnificētiā gloriæ qua (vel, qua tuū decoris q)

' figulum. (vel, thesaurariū.)

' Dissipantes

' fraternitatē

' succisū (perdita)

' nouellū agnū

CAP. XII.

A

De vastatione ac restitutione Ierusalem.

ONus verbi domini super Israel. Dixit dominus extendens cœlum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo, Ecce ego ponam Ierusalem 'superliminare crapulæ' omnibus populis in circuitu sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. Et erit in die illa, ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuabunt eum, 'concisione lacerabuntur' & colligentur aduersus eam omnia regna terræ. In die illa dicit dominus, percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiam: & super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcitate. Et dicent duces Iuda in corde suo, 'Confortentur mihi' habitatores Ierusalem in domino exercituum deo eorum. In die illa ponam duces Iuda me

B

' calicē soporiferū (.i. vn de qui biberint eis tubabunt)

' incidendo incidentur,

' Roborabunt

*Lspadē arden- sicut caminum ignis in lignis, & sicut ' faciem ignis in fœno:' & deuo-
tem sub fœno: rabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu: & habi-
(vel, inter ma- tabitur Ierusalem rursus in loco suo in Ierusalem. Et saluabit domi-
nipulos.) nus tabernacula Iuda, sicut in principio: vt non ' magnifice glorietur'
* magnificetur domus Dauid, & gloria habitantium Ierusalem contra Iudam. In die
gloria illa proteget dominus habitatores Ierusalem: & erit qui ' offenderit ex C
* infirmus fue eis ' in die illa, quasi Dauid: & domus Dauid quasi ' dei, ' sicut angelus De effusiõe
rit ex eis domini in conspectu eorum. Et erit in die illa: quęram conterere om spūs sancti i
* vel, ꝺg, nes gentes quę veniunt contra Ierusalem. Et effundam super domum Iudęos, &
Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratię & precum: & aspi- eorum con
cient ad me, quem confixerunt: & plangent eū planctu quasi super vni- uersione.
genitum, & dolebunt super eum vt doleri solet in morte primogeniti. Ioan. 19. g
In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, sicut planctus Adadre- 2. Par. 35. d
*familię singu mon in campo Mageddon. Et planget terra, ' familię & familię ' seor- D
lę & infra. sum: familię domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum: familię
domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: familię domus
Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum: familię Semei seorsum, & mu
lieres eorū seorsum. Omnes familię reliquę, familię & familię seorsum,
& mulieres eorum seorsum.

CAP. XIII.

* vel, vena IN die illa erit ' fons ' patens domui Dauid & habitantibus Ierusa- A
* peccati & mē lem: in ablutionem ' peccatoris & menstruatę. ' Et erit in die illa, De fonte
strui. (vel, asp- dicit dominus exercituum, Disperdam nomina idolorum de terra, & grę & veri-
sionem.) non memorabuntur vltrà: & pseudoprophetas, & spiritum immundū tate Chri.
auferam de terra. Et erit: quum prophetauerit quispiam vltrà, dicent ei B
pater eius & mater eius qui genuerunt eum, Non viues: quia menda- De ablatio
cium loquutus es in nomine domini. & configent eū pater eius & ma ne idolorū
ter eius genitores eius quum prophetauerit. Et erit: in die illa confun- & pseudo-
* piloso, (horri dentur prophetę vnusquisq; ex visione sua quum prophetauerint, nec prophetar.
do,) operientur pallio ' ciliccino, ' vt mentiantur: sed dicet, Non sum prophe Ezec. 30. d
* vt essem pa- ta, homo agricola ego sum: quoniam Adam ' exemplum meum ' ab C
stor docuit me adolescentia mea. Et dicetur ei, Quid sunt plagę istę in medio manuū De passione
* O gladius, tuarum? Et dicet, His plagatus sum in domo eorū qui diligebant me. CHRISTI
surge * Phramea suscitare ' super pastorem meum, & super virū ' cohęrentem Mat. 26. c
* vel, socium mihi, ' dicit dominus exercituum: percute pastorem, & ' dispergentur ' Mar. 14. c
meum, oues: & conuertam manum meam ad paruulos. Et erunt in omni terra, D
* succidentur dicit dominus, partes duę in ea dispergentur & deficient: & tertia pars
(disperdētur) relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, & ' vram eos De pbatiōe
* conflabo eos sicut vritur ' argentum: & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse vo- electorum.
sicut conflatur cabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam, populus meus es: &
ipse dicet, Dominus deus meus.

CAP. XIIII.

ECce dies domini venit, dicit dominus: & diuidentur spolia tua in A
medio tui. Et congregabo omnes gentes ad Ierusalem in prę- Ecclesię va
lium, & capietur ciuitas, & vastabuntur domus, & mulieres viola- statio sub ty
buntur. Et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reli- po Ierusa-
* succidetur quum populi non ' auferetur ' ex vrbe. Et egredietur dominus, & prę- lem.
liabitur contra gentes illas: sicut pręliatus est in die certaminis. Et sta- Huius ppu
bunt pedes eius in die illa super montem oliuarum qui est contra Ie gnator chri
rusalem ad orientem: & scindetur mons oliuarum ex media parte sui stus.
*vallis magna ad orientem & ad occidentem ' prerupto grandi ' valde, & separabitur
medium montis ad Aquilonem, & medium eius ad meridiem. Et fu-
gietis ad vallem montium eorum, quoniam coniungetur vallis mon 2. Par. 26. d
* Asal. tium vsque ad ' proximum: ' & fugietis sicut fugistis à facie terręmo- Amos. 1. a
* pretiosa (.i. tus in diebus Ozię regis Iuda: & veniet dominus deus meus omnesq; B
splendens) & sancti cum eo. Et erit in die illa: non erit lux, ' sed frigus & gelu. ' Et erit De die iudi
nox coagulata dies vna quę nota est domino, non dies neque nox: & in tempore ve- cij soli deo
(.i. tenebrosa) speri erit lux. Et erit in die illa: exibunt aquę viuę de Ierusalem: me- nota.

dium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare nouissimum:
in estate, & in hyeme erunt. Et erit dominus rex super omnem terram:
in die illa erit dominus vnus, & erit nomen eius vnum. Et *reuertetur*
omnis terra *vsque ad desertum,* de colle Remmon ad Austrum Ierusalem:
& exaltabitur, & habitabitur in loco suo, a porta Beniamin vsque ad locum
portæ prioris & vsque ad portam angulorum: & a turre Hananeel vsque ad
torcularia regis. Et habitabunt in ea, *anathema* non erit amplius: sed
C *sedebit Ierusalem secura.* Et hęc erit plaga qua percutiet dominus
omnes gentes quę pugnauerunt aduersus Ierusalem, Tabescet caro vniuscu-
iusque stantis super pedes suos, & oculi eius contabescent in foraminibus
suis, & lingua eorum contabescet in ore suo. In die illa erit *tumultus do-
mini magnus* in eis: & apprehendet vir manum proximi sui, & conseretur
manus eius super manum proximi sui. Sed & Iudas pugnabit aduer-
sus Ierusalem, & congregabuntur diuitię omnium gentium in circuitu,
aurum & argentum & vestes multę satis. Et sic erit ruina equi & muli
& cameli & asini, & omnium iumentorum quę fuerint in castris illis: si-
cut ruina hęc. Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gentibus quę
venerunt contra Ierusalem, ascendent ab anno in annum, vt adorent regem
dominum exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum. Et erit qui
D non ascenderint de familijs terrę ad Ierusalem, vt adorent regem dominum
exercituum, non erit super eos imber. Quod & si familia Aegypti non
ascenderit, & non venerit: nec super eos erit, sed erit ruina qua percu-
tiet dominus omnes gentes quę non ascenderint ad celebrandam festiuitatem
tabernaculorum. *Hoc erit peccatum* Aegypti, & hoc peccatum omnium gen-
tium quę non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum.

In die illa erit *quod super frenum equi est* sanctum domino: & erunt
lebetes in domo domini quasi *phialę* coram altari. Et erit omnis le-
bes in Ierusalem & in Iuda sanctificatus domino exercituum: & venient
omnes immolantes, & sument ex eis, & coquent in eis. & non erit *mer-
cator* vltra in domo domini exercituum in die illo.

Left margin: De vino diuini verbo ex ecclesia manante. — Rex vnus & dominus Christus. — De plagis hostium ecclesię. — De ascensu gentium ad ecclesiam. — Omnia sancta in ecclesia dei. — Impij ex ecclesia pellendi.

Right margin: * in circuitu erit — * veluti planities, — * occisio — * habitabit Ierusalem confidenter. — * contritio domini magna — * Hęc erit pœna peccati — * frontale equi (vel, ornamentum in frenis equorum.) — * vel, peluis — * vel, Chananęus,

PROPHETIA MALACHIÆ.



NUS Verbi domini ad Israel in manu Ma-
A lachię *prophetę*. Dilexi vos dicit domi-
nus: & dixistis, In quo dilexisti nos? Nonne fra-
ter erat Esau *Iacob, dicit dominus, & dilexi
Iacob: Esau autem odio habui, & posui mon-
tes eius in solitudinem, & hęreditatem eius in
dracones deserti. Quod si dixerit Idumęa, *De-
structi sumus*, sed reuertentes ędificabimus quę
destructa sunt: hęc dicit dominus exercituum,
Isti ędificabunt, & ego destruam: & vocabun-
B tur termini impietatis, & populus *cui iratus est* dominus vsque in ęter-
num. Et oculi vestri videbunt: & vos dicetis, Magnificetur dominus
super terminum Israel. Filius honorat patrem, & seruus dominum
suum: si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego
sum, vbi est timor meus: dicit dominus exercituum ad vos o sacerdo-
tes, qui despicitis nomen meum, & dixistis, In quo despeximus nomen
tuum? Offertis super altare meum panem pollutum: & dicitis, In quo pol-
luimus te? In eo quod dicitis, Mensa domini *despecta* est. Si offeratis
cęcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum & lan-
guidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si su-
sceperit faciem tuam, dicit dominus exercituum. Et nunc deprecamini *
C vultum dei, vt misereatur *vestri* (de manu enim vestra factum est hoc)

Left margin: De electione Iacob, & reprobatione Esau. Roma. 9. c — De honore & timore domini. — In sacerdotes nominis dei contemptores.

Right margin: * ipsi — * Pauper facti — * quem detestatus est — * vel, vilis — * quęso — * nostri

*si quo modo suscipiat facies vestras, dicit) dominus exerci-
tuum. Quis est in vobis qui claudat ostia, '& incendat alta-
re meũ gratuito?) nõ est mihi voluntas in vobis, dicit domi-
nus exercituũ: & manus non suscipiã de manu vestra. Ab ortu
enim solis vsq; ad occasum, magnũ est nomen meum in genti-
bus, & in omni loco 'sacrificatur, & offertur) nomini meo *ob-
latio munda: quia magnũ est nomen meũ in gentibus, dicit do
minus exercituũ. Et vos polluistis illud in eo quod dicitis, Mẽ
sa domini contaminata est: & 'quod superponitur, cõtemptibi
le est) cum igne qui illud deuorat. Et dixistis, Ecce 'de labore,
& exufflastis illud,) dicit dominus exercituũ, & intulistis de ra-
pinis claudum & languidũ, & intulistis manus. nunquid susci
piam illud de manu vestra, dicit dominus? Maledictus dolo-
sus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens im-
molat debile domino: quia rex magnus ego, dicit dominus exer
cituum, & nomen meũ horribile in gentibus. CAP. II.

ET nunc ad vos mandatum hoc o sacerdotes. Si nolueritis
audire, & si nolueritis ponere super cor vt detis gloriã no-
mini meo, ait dominus exercituum: mittam in vos 'egestatem,)
& maledicam benedictionibus vestris, & 'maledicam illis:)
quoniam non posuistis super cor. Ecce ego 'proijciam vobis
brachium,) & dispergam super vultum vestrum stercus *solen
nitatum vestrarum, & assumet vos secum. Et scietis quia mi-
si ad vos mandatum istud: vt esset pactum meum cum Leui,
dicit dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo vitę &
pacis: & dedi ei *timorem: & timuit me, & à facie nominis mei
pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est in-
uenta in labijs eius. in pace & in ęquitate ambulauit mecum, &
multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiẽt
scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus domi-
ni exercituum est. Vos autem recessistis de via, & scandaliza-
stis plurimos in lege. irritum fecistis pactum Leui, dicit domi-
nus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles,
& humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, &
accepistis faciem in lege. Nunquid non pater vnus omnium
nostrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo de
spicit vnusquisq; 'vestrum) fratrem suum, violans pactum pa
trum nostrorum? Transgressus est Iuda, & abominatio facta est
in Israel & in Ierusalem: quia contaminauit Iudas sanctifica-
tionem domini, quã dilexit, & 'habuit) filiã dei alieni. Disper-
det dominus virum qui fecerit hoc, magistrum & discipulum
de tabernaculo Iacob, & offerentem munus domino exercituũ.
Et hoc rursum fecistis, 'Operiebatis) lachrymis altare do-
mini, fletu & mugitu, ita vt non respiciam vltra ad sacrificiũ,
nec accipiam 'placabile quid) de manu vestra. Et dixistis, Quã
ob caussam? Quia dominus testificatus est inter te & vxorem
pubertatis tuę, quam tu despexisti: & hęc 'particeps) tua, & vxor
foederis tui. Nonne 'vnus) fecit, & 'residuum spiritus eius est?)
Et quid vnus 'quęrit, nisi semen dei?) Custodite ergo spiritum
vestrum, & vxorem adolescentię tuę noli despicere. Quum odio
habueris, dimitte, dicit dominus deus Israel. operiet autem ini
quitas vestimentum eius, dicit dominus exercituum. Custodi-
te spiritum vestrum, & nolite dispicere. Laborare fecistis domi
num in sermonibus vestris. Et dixistis, In quo eum fecimus la
borare? In eo quod dicitis, Omnis qui facit malum, bonus
est in conspectu domini, & tales ei placent: 'aut certe) vbi

* putaris quod ipse inspecturus sit personam vestram?
* & nõ incendetis ignẽ sup altare meũ gratis.
* incensum offertur
* &
* fructus eius contemptibilis est ad manducandũ.
* qualis labor, (vel, quã fatigatus sum) quam tamẽ, sub. hostiã, flatu poteratis deijcere,
* maledictionem,
* etiam maledixi eis,
* corrũpã vobis semẽ,
* stercus
* eas ob
* nostrum
* vel, connubio assumpsit sibi
* Operiunt vxores vrę
* hostiam placentem
* vel, socia
* sub. Abraham
* excellens spiritus fuit illi? (vel, abundantior spiritus fuit illi?)
* & sub. fecit? quęsiuit semen dei.
* vel, alioqui

Eorum auaritia.
De munda electorum ex gentibus hostia
Psal. 11. a
D
Amos. 5. f
A
Sacerdotibus resipiscere nolentibus comminatur.
Leui. 26. b
Deu. 28. b
Bonũ officiũ iuxta pactũ dei cum Leuitis.
B
Proximorum praeceptores increpat, eorum
C quia alienigenas vxores ducebant.
Ephe. 4. b
Sacrificiorum reprobatio ob violatum ab eis coniugij foedus.
Amos. 5. f
D

est deus iudicij.

CAPUT III.

A Ecce ego mitto 'angelum' meum, & 'præparabit' viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos quæritis, & angelus 'testamenti,' quem vos vultis. Ecce venit, dicit dominus exercituum : & quis poterit 'cogitare' diem aduentus eius ? & quis stabit 'ad videndum eum?' Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi 'herba' fullonum: & sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & 'colabit' eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt domino offerentes 'sacrificia' in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda & Ierusalem sicut 'dies seculi & sicut anni antiqui.' Et accedã ad vos in iudicio, & ero testis velox B maleficis & adulteris & periuris, & qui 'calũniantur' mercedẽ mercenarij, & 'humiliant' viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituum. Ego enim dominus, & non mutor, & vos filij Iacob non estis consumpti. A diebus enim patrum vestrorum recessistis 'à legitimis' meis, & nõ custodistis. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit dominus exercituũ. Et dixistis, In quo reuertemur? 'Si affigit homo deum, quia vos' configitis 'me? Et dixistis, In quo cõfiximus te?' In decimis, & in primitijs. 'Et in penuria) vos maledicti estis, & me vos' configitis' gens tota. Inferte omnem decimam in 'horreum:' & sit cibus in domo mea, & C probate me super hoc dicit dominus *, si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem ' vsq; ad abũdantiam, ' & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit dominus exercituum, & beatos vos dicent omnes gentes. eritis enim vos terra desyderabilis, dicit dominus exercituum. Inualuerũt super me verba vestra, dicit dominus. Et dixistis, Quid loquuti sumus contra te? Dixistis, Vanus est qui seruit deo : & quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram domino exercituum ? Ergo nunc D beatos dicimus arrogantes, siquidem ædificati sunt facientes impietatem, & 'tentauerunt' deum, & salui facti sunt. Tunc loquuti sunt timentes dominum vnusquisque cum proximo suo. Et attendit dominus, & audiuit: & scriptus est liber monimenti coram eo timentibus dominum & cogitantibus nomen eius. Et erunt mihi, ait dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium: & parcam eis, sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. Et conuertemini, & videbitis quid sit inter iustum & impium: & inter seruientem deo, & non seruientem ei.

Left margin: De Ioanne baptista præcursore Christi. Math. 11. b Mar. 1. a Luc. 1. b & 7. d Psal. 131 De purgatiõe fideliũ & eorũ sacrificijs. De iudicio Christi aduersus impios. Zacha. 1. a Hyppocritarum cæcitas nunq; peccata sua agnoscentium. Blasphemia impiorũ in deum. Iob. 21. b Sermo fidelium de cura dei erga seruos suos. Peculiũ dei Parcit de⁹.

Right margin: ' nuntium ' expurgabit ' fœderis, ' ferre ' quum apparuerit? ' borith (herba est, vt nónulli volunt. alij sapone esse dicũt terram qua vtunt fullones) ' conflabit ' munus ' ab initio, & ante annos antiquos. ' vi retinent ' opprimunt ' ab institutis

' Debet ne rapere hõ, quę dei sunt, qđ vos capitis mea? Et dixistis, In quo rapuim⁹ te? In decimis &c. ' deprędamini ' Propterea maledictione ' domum thesauri: * exercituum ' donec sufficiat, ' vel, probauerunt

CAPUT IIII.

A Ecce enim dies veniet succensa quasi 'caminus:' & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula : & inflammabit eos dies veniens, dicit dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & 'germen.' Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & 'salietis' sicut vituli 'de armento.' Et calcabitis impios, quũ fuerint cinis sub planta pedũ vestrorũ in die B qua ego facio, dicit dominus exercituum. Mementote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnẽ Israel præcepta & iudicia. Ecce ego 'mittam' vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis. Et cõuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum; ne fortè veniam, & percutiã terram 'anathemate.'

Left margin: De die aduentus dñi. Luc. 1. g Exod. 20. a De Ioanne baptista in spiritu Eliæ venturo. Math. 17. b Mar. 9. c Luc. 1. b

Right margin: ' clibanus ' ramum ' crescetis (impinguabimini) ' saginati. ' mitto ' occisione.

PRAEFATIO IN LIBROS MACHABEORVM.

MACHABEORVM libri licet non habeantur in canone Hebreorum, tamen ab ecclesia inter diuinorum voluminum annotantur historias. Notant aût prelia inter Hebreorum duces gentesq; Persarum, pugnam quoq; sabbathorum, et nobiles Machabei triumphos. foedus quoq; amicitiarum cum Romanorum ducibus, atq; legationum. Machabei, septem fratres ab vna matre Machabea nomine geniti, custodientes legem, patris traditionem, non mãducantes carnê porcinã ob hoc ab Antiocho rege seuissimo in Antiochia martyrij gloria coronati sunt cum matre sua: atque sepulti cum magna veneratione, ibi quiescunt.

LIBER PRIMVS MACHABÆORVM.



T FACTVM est postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui exiuit de terra Cethim, et percussit Dariũ regem Persarum & Medorum: et regnauit in loco eius primus in Grecia, & constituit prelia multa, et obtinuit munitiones, et interfecit reges terre: et pertransijt vsq; ad fines terre, & accepit spolia multitudinis gentiũ: et siluit terra in conspectu eius, & exaltatum est et eleuatum cor eius. Et congregauit virtutem, et exercitũ fortê nimis: & obtinuit regiones gentium, et tyrannos: & facti sunt illi in tributum. Et post hec decidit in lectum, et cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute: et diuisit illis regnũ suũ, quũ adhuc viueret. Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est. Et obtinuerunt pueri eius regnum, vnusquisq; in loco suo: et imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius, & filij eorum post eos annis multis, & multiplicata sunt mala in terra. Et exijt ex eis radix peccati Antiochus illustris, filius Antiochi regis q fuerat Rome obses: et regnauit in anno cẽtesimo tricesimoseptimo regni Grecorum. In diebus illis exierũt ex Israel filij iniqui, et suaserũt multis dicentes, Eamus, et disponamus testamentũ cũ gentibus que circa nos sunt: qa ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus visus est sermo in oculis eorum. Et destinauerũt aliqui de populo, et abierunt ad regê: et dedit illis potestatê vt facerẽt iustitiã gentiũ. Et edificauerũt gymnasiũ in Ierosolymis secundũ leges nationũ: et fecerũt sibi preputia, et recesserũt à testamento sancto, et iũcti sunt nationibus, et venũdati sunt vt facerent malũ. Et paratũ est regnũ in conspectu Antiochi, et cœpit regnare in terra Aegypti, vt regnaret super duo regna. Et intrauit in Aegyptũ in multitudine graui, in curribus & elephantis, & equitibus, et copiosa nauiũ multitudine: et cõstituit bellũ aduersus Ptolemeũ regem Aegypti, et veritus est Ptolemeus à facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi. Et cõprehẽdit ciuitates munitas in terra Aegypti: & accepit spolia terre Aegypti. Et cõuertit Antiochus, postq; percussit Aegyptum in cẽtesimo et quadragesimo tertio anno: et ascendit ad Israel, et ascendit Ierosolimã in multitudine graui. Et intrauit in sanctificationẽ cũ superbia, et accepit altare aureum, et candelabrum luminis, et vniuersa vasa eius, & mensam propositionis, et libatoria, et phialas, et mortariola aurea, et velum, et coronas, & ornamentum aureum quod in facie templi erat: et cõminuit omnia. Et accepit argentum et aurum et vasa cõcupiscibilia: & accepit thesauros occultos quos inuenit: et sublatis omnibus abijt in terrã suã. Et fecit cedem hominum, et loquutus est in superbia magna. Et factus est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum: & ingemuerunt principes et seniores, & iuuenes & virgines infirmati sunt, & speciositas mulierum immutata

A Alexandro Macedone mortuo, regnũ suscipit Antiochus.

B

Multi ex filijs Israel pactũ ineũt cũ gentib⁹.

C Antiochus Aegyptũ et Ierusalẽ sug subijcit ditioni.

D

D est. Omnis masculus sumpsit lamentum: & quę sedebant in thoro maritali, lugebant: & commota est terra super habitantes in ea, & vniuersa domus Iacob induit confusionem. Et post duos annos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & venit Ierusalem cum turba magna. Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo: & crediderunt ei. Et irruit super ciuitatem repente, & percussit eam plaga magna, & perdidit populum multū ex Israel. Et accepit spolia ciuitatis: & succendit eã igni, & destruxit domos eius, & muros eius in circuitu: & captiuas duxerunt mulieres, & natos, & pecora possederunt. Et ędificauerunt ciuitatem Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem: & posuerunt illic gentem peccatricem viros iniquos, & conualuerunt in ea. & posuerunt arma, & escas, & congregauerunt spolia Ierusalem, & reposuerunt illic: & facti sunt in laqueum magnum.

E Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum malum in Israel: & effuderunt sanguinem innocentem per circuitũ sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem. Et fugerunt habitatores Ierusalẽ propter eos, & facta est habitatio exterorum, & facta est extera semini suo, & nati eius reliquerunt eam. Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo, dies festi eius conuersi sunt in luctum, sabbatha eius in opprobriū, honores eius in nihilum. Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius: & sublimitas eius ꝯuersa est in luctũ. Et scripsit rex Antiochus omni regno suo, vt esset omnis populus, vnus: & relinquerent vnusquisq; legem suam. Et consenserunt omnes gentes secundum verbum regis Antiochi: & multi ex Israel consenserunt seruituti eius, & sacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt sabbathum. Et misit rex libros per manus nuntiorum in Ierusalem & in omnes ciuitates Iudę: vt sequerentur leges gentium terrę, &

F prohiberent holocausta, & sacrificia, & placationes fieri in templo dei, & prohiberent celebrari sabbathum, & dies solennes. & iussit coinquinari sancta, & sanctum templum Israel. Et iussit ędificari aras, & templa, & idola, & immolari carnes suillas, & pecora cōmunia. & relinquere filios suos incircuncisos, & coinquinari animas eorum in omnibus immunditijs & abominationibus, ita vt obliuiscerentur legem, & immutarent omnes iustificationes dei. Et quicunq; non fecissent secundū verbum regis Antiochi, morerentur. Secundū omnia verba hęc scripsit omni regno suo: & ꝓposuit principes populo qui hęc fieri cogerent. Et iusserunt ciuitatibus Iudę sacrificare. Et congregati sunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legem domini: & fecerunt mala super terrã: & effugauerunt populū Israel in abditis, & in absconditis fugitiuorũ locis. Die quintadecima mensis Casleu, quinto & quadragesimo & centesimo anno, ędificauit rex Antiochus abominandum idolū desolationis super altare dei, & per vniuersas ciuitates Iudę in circuitu ędificauerunt aras: & ante ianuas domorum, & in plateis incendebant thura, & sacrificabant. & libros legis dei combusserunt igni,

G scindentes eos: & apud quemcunque inueniebantur libri testamenti domini, & quicunq; obseruabat legem domini, secundum edictū regis trucidabãt eum in virtute sua. Secundū hęc faciebãt populo Israel qui inueniebantur in omni mense & mense in ciuitatibus. Et quinta & vicesima die mensis sacrificabant super aram, quę erat 'contra' altare. Et mulieres quę circunciderant filios suos, trucidabantur secundum iussum: & suspendebant pueros à ceruicibus per vniuersas domos eorum: & eos qui circunciderant illos, trucidabant. Et multi de populo Israel definierunt apud se vt non manducarent immunda: & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis: & noluerunt infringere legem dei sanctam, & trucidati sunt. & facta est ira magna super populum Israel valde.

CAPVT II.

A IN diebus illis surrexit Mathathias filius Ioannis filij Simeonis, sacerdos ex filijs Ioarim ab Ierusalem, & consedit in monte Modin: & habebat filios quinq;, Ioannē, qui cognominabatur Gaddis: & Simonē, qui cognominabatur Thassi: & Iudã, qui vocabatur Machabęus: & Eleazar, qui cognominabatur

Ierl'm eru/sia, ꝓprias leges ꝯdit, & dei leges suari vetat.

Idolū erigit Antiochus super altare dei.

'quędã exemplaria legunt supra

Plāctus Mathathię & filiorũ ei⁹ ob desolationē ciuitatis sctę.

cognominabatur Abaron:& Ionathan,qui cognominabatur Apphus.hi
viderunt mala q̄ fiebāt in populo Iuda & in Ierusalē. Et dixit Mathathias,
Vę mihi,vt qd natus sum videre ↄtritionē populi mei,& contritionē ciui-
tatis sanctę,& sedere illic,quū datur in manibus inimicorū? Sācta in manu
extraneorū facta sunt:téplū eius sicut homo ignobilis. Vasa glorię eius ca-
ptiua abducta sunt trucidati sunt senes eius in plateis,& iuuenes eius cecide
runt in gladio inimicorum. Quę gens nō hęreditauit regnū eius,& non obti
nuit spolia eius? Omnis cōpositio eius ablata est. Quę erat libera,facta est
ancilla. Et ecce sancta nostra,& pulchritudo nostra,& claritas nostra desola
ta est,& coinquinauerunt ea gētes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et scidit B
vestimenta sua Mathathias,& filij eius:& operuerūt se cilicijs,& planxerūt
valde. Et venerūt illuc qui missi erāt à rege Antiocho,vt cogerēt eos qui Iussi idolis
ↄfugerānt in ciuitatē Modin,immolare,& accendere thura,& à lege dei di sacrificare
scedere. Et multi de populo Israel ↄsentientes accesserūt ad eos:sed Matha recusant.
thias & filij eius ↄstanter steterunt. Et rñdentes qui missi erāt ab Antiocho,
dixerūt Mathathię,Princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate,&
ornatus filijs,& fratribus.ergo accede prior,& fac iussum regis,sicut fecerūt
oēs gentes,& viri Iuda,& qui remanserūt in Ierusalē:& eris tu,& filij tui
inter amicos regis,& amplificati auro,& argēto,& muneribus multis. Et rñ-
dit Mathathias,& dixit magna voce, Et si oēs gentes regi Antiocho obe
diūt,vt discedāt vnusquisq; à seruitute legis patrū suorum,& ↄsentiāt māda-
tis eius:ego & filij mei,& frēs mei obediemus legi patrum nostrorum. ppitius
sit nobis deus:nō est nobis vtile relinquere legē,& iustitias dei.non audie C
mus verba regis Antiochi,nec sacrificabimus,trāsgrediētes legis nrę māda
ta,vt eamus altera via. Et vt cessauit loq verba hęc,accessit qdā Iudęus Zelus Ma-
in oīum oculis sacrificare idolis super arā in ciuitate Modin sm iussum re- thathię p
gis:& vidit Mathathias,& doluit,& ↄtremuerunt renes eius,& accensus est lege dei.
furor eius scdm iudiciū legis,& insiliens trucidauit eū super arā:sed & virū
quem rex Antiochus miserat,qui cogebat immolare,occidit in ipso tpe:&
arā destruxit,& zelatus est legē,sicut fecit Phinees Zamri filio Salomi. Et Nu.25.b
exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate,dicēs, Omnis qui zelū ha
bet legis statuens testamentū,exeat post me. Et fugit ipse,& filij eius in mon
tes,& reliquerunt quęcunq; habebant in ciuitate. Tunc descenderunt multi
quęrentes iudiciū,& iustitiam in desertū:& sederunt ibi ipsi,& filij eius,&
mulieres eorū,& pecora eorum:quoniā inundauerunt super eos mala.
Et renuntiatū est viris regis,& exercitui qui erat in Ierusalē ciuitate Dauid, D
quoniā discessissent viri quidā,qui dissipauerunt mandatū regis in loca oc Die sabba-
culta in deserto,& abijssent post illos multi. Et statim perrexerunt ad eos,& thi repu-
constituerūt aduersus eos pręliū in die sabbathorum,& dixerūt ad eos, Re- gnare nolē
sistitis & nunc adhuc? exite,& facite secundū verbū regis Antiochi,& viue tes interimū
tis. Et dixerunt, Non exibimus,neq; faciemus verbum regis,vt polluamus tur.
diē sabbathorum. Et concitauerūt aduersus eos pręliū. Et non responderūt
eis,nec lapidē miserunt in eos,nec oppilauerunt loca occulta:dicentes, Mo
riamur oēs in simplicitate nostra:& testes erunt super nos cœlū & terra q
iniuste perditis nos. Et intulerunt illis bellū sabbathis:& mortui sunt ipsi &
vxores eorum,& filij eorum,& pecora eorum vsq; ad mille animas hominum.
Et cognouit Mathathias & amici eius,& luctū habuerunt super eos valde. Cōsiliū Iu-
Et dixit vir proximo suo, Si oēs fecerimus sicut fratres nostri fecerunt,& nō dęorū in de
pugnauerimus aduersus gentes pro animabus nostris & iustificatiōibus no E fensio-
stris:nunc citius disperdent nos à terra. Et cogitauerūt in die illa,dicentes, nē suam ad-
Omnis quicunq; venerit ad nos in bello die sabbathorū,pugnemus aduer- uersus ho-
sus eum:& non moriemur oēs,sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. stes.
Tunc cōgregata est ad eos synagoga Assidęorū fortis viribus ex Israel,oīs
voluntarius in lege:& omnes qui fugiebant à malis,additi sunt ad eos,&
facti sunt illis ad firmamentū. Et collegerunt exercitum,& percusserunt pec-
catores in ira sua,& viros iniquos in indignatione sua:& cęteri fugerūt ad

nationes, vt euaderent. Et circuiuit Mathathias, & amici eius, & destruxerunt aras: & circunciderunt pueros incircuncisos quotquot inuenerũt in finibus Israel in fortitudine. Et persequuti sunt filios superbię, & prosperatum est opus in manibus eorũ: & obtinuerunt legẽ de manibus gentium, & de manibus regum: & nõ dederũt cornu peccatori.

F Et appropinquauerunt dies Mathathię moriẽdi, & dixit filijs suis, Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tẽpus euersionis, & ira indignationis. Nunc ergo o filij, ęmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamẽto patrũ vestrorũ, & memẽtote operũ patrũ, quę fecerunt in generationibus suis: & accipietis gloriã magnam, & nomẽ ęternũ. Abrahã nonne in tentatiõe inuentus est fidelis, & reputatum est ei ad iustitiã? Ioseph in tẽpore angustię suę custodiuit mandatũ: & factus est dñs Aegypti. Phinees pater nr̃, zelando zelũ dei, accepit testamẽtum sacerdotij ęterni. Iesus dũ impleuit verbũ, factus est dux in Israel. Caleb dũ testificatur in ecclesia, accepit hęreditatẽ. Dauid in sua misericordia cõsequutus est sedẽ regni in secula. Elias dũ zelat zelũ legis, receptus est in cœlũ. Ananias & Azarias & Misael, credẽtes, liberati sunt de flãma. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonũ. Et ita cogitate per generatiõẽ & generatiõẽ: quia oẽs qui sperant in eũ, nõ infirmantur. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gl'ia eius, stercus & vermis est: hodie extollitur, & cras nõ inuenietur: quia cõuersus est in terrã suã, & cogitatio eius perijt. Vos ergo filij cõfortamini, & viriliter agite in lege: quia in ipsa gloriosi eritis... quũ feceritis quę vobis pręcepta sunt in lege à dño deo vestro, in ipsa gloriosi eritis. Et ecce Simon frater vester, scio quòd vir cõsilij est: ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater. Et Iudas Machabęus fortis viribus à iuuentute sua, sit vobis princeps militię, & ipse aget bellũ populi. Et vos adducetis ad vos oẽs factores legis: & vindicate vindictã populi vr̃i. Retribuite retributionẽ gentibus, & intendite in pręceptum legis. Et benedixit eos, & appositus est ad patres suos. Et defunctus est anno centesimo & quadragesimosexto: et sepultus est à filijs suis in sepulchris patrum suorum in Modin, et planxerunt eum omnis Israel planctu magno.

Moriturus Mathathias filios legẽ dei tueri iubet exemplo patrum.

Gen. 22. c
Gen. 41. e
Num. 25. c
Eccle. 45. d
Iosue. 1. a
Num. 14. b
Iosue. 14. d
2. Reg. 2. a
4. Reg. 2. d
Dan. 3. c
Dan. 6. f

CAP. III.

A Et surrexit Iudas qui vocabatur Machabęus filius eius pro eo: & adiuuabant eum oẽs fratres eius, & vniuersi qui se cõiunxerant patri eius, & prœliabantur prœliũ Israel cum lętitia. Et dilatauit gloriã populo suo, & induit se loricã sicut gigas, et succinxit se arma bellica sua in prœlijs, et protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis, et sicut catulus leonis rugiẽs in venatiõe. Et persequutus est iniquos perscrutãs eos: et qui cõturbabant populũ suũ, oẽs succendit flãmis: et repulsi sunt inimici eius pre timore eius, et oẽs operarij iniquitatis conturbati sunt: et directa est salus in manu eius. Et exacerbabat reges multos, et lętificabat Iacob in operibus suis, et in seculũ memoria eius in benedictiõe. Et perambulabat ciuitates Iuda, et perdidit impios ex eis, et auertit iram ab Israel. Et nominatus est vsque ad nouissimũ terrę, et cõgregauit pereuntes. Et cõgregauit Appollonius gẽtes, et à Samaria virtutẽ multã et magnã, ad bellandũ cõtra Israel. Et

B cognouit Iudas, et exijt obuiã illi: et percussit, et occidit illũ: et ceciderũt vulnerati multi, et reliqui fugerunt. et accepit spolia eorũ: et gladium Apollonij abstulit Iudas, et erat pugnans in eo omnibus diebus. Et audiuit Seron princeps exercitus Syrię quòd cõgregauit Iudas congregationẽ fidelium et ecclesiam secum, et ait, Faciã mihi nomẽ, et glorificabor in regno, et debellabo Iudã, et eos qui cũ ipso sunt, qui spernebant verbum regis. Et pręparauit se: et ascenderunt cũ eo castra impiorũ fortes auxiliarij, vt facerent vindictã in filios Israel. Et appropinquauerunt vsque ad Bethoron: et exiuit Iudas obuiã illis cum paucis. Vt aũt viderũt exercitũ venientẽ sibi obuiã, dixerunt Iudę, Quõ poterimus pauci pugnare cõtra multitudinẽ hanc tantam et tam fortẽ, et nos fatigati sumus ieiunio hodie? Et ait Iudas, Facile est cõcludi multos in manu paucorũ: et nõ est differentia in cõspectu dei cœli liberare in multis et in paucis: quoniam non in multitudine exercitus victoria

C belli, sed de cœlo fortitudo est. Ipsi veniũt ad nos in multitudine cõtumaci

Iudas Iudeis pręfectus, Apolloniũ et Serõ Syrię principem interficit.

Fiducia Iudę in deum.

et superbia, vt disperdant nos, et vxores nostras, et filios nostros, et vt spo-
hent nos. nos verò pugnabimus pro animabus nostris, et legibus nostris:
et ipse dñs conteret eos ante faciē nostrā. vos autē ne timueritis eos. Vt
cessauit autem loqui, insiluit in eos subito: et côtritus est Seron, et exerci-
tus eius in conspectu ipsius: et persequutus est eum in descensu Bethhoron
vsq; in campum. & ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui aũt fugerũt in
terram Philistijm. Et cecidit timor Iudę ac fratrum eius, & formido super
omnes gentes in circuitu eorum: & peruenit ad regē nomen eius, & de prę-
lijs Iudę narrabant omnes gentes. Vt audiuit autē rex Antiochus sermo
nes istos, iratus est animo: & misit, & congregauit exercitū vniuersi regni sui, — Contra Ly-
castra fortia valde: & aperuit ęrarium suum, & dedit stipendia exercitui in — siá ab An-
annum, & mandauit illis vt essent parati ad omnia. Et vidit q̃ defecit pe- — tiocho exer
cunia de thesauris suis, & tributa regionis modica propter dissensionem & — citui pfectú
plagam quā fecit in terra, vt tolleret legitima quę erant à primis diebus. & — D pugna
timuit ne non haberet vt semel & bis in sumptus & donaria quę dederat — re statuit Iu
antè larga manu: & abundauerat super reges, qui ante eum fuerant. Et con — das.
sternatus erat animo valde, & cogitauit ire in Persidē, vt acciperet tributa
regionum, & congregaret argentum multum. Et reliquit Lysiam homi-
nem nobilē de genere regali, super negotia regia, à flumine Euphrate vsq;
ad flumen Aegypti: & vt nutriret Antiochum filium suum, donec rediret.
Et tradidit ei medium exercitum & elephantos: & mandauit ei de omnibus
quę volebat, & de inhabitantibus Iudęam & Ierusalem: & vt mitteret ad
eos exercitum ad conterendam & extirpandam virtutē Israel, & reliquias
Ierusalem, & auferendam memoriam eorū de loco: & vt constitueret habi
tatores filios alienigenas in omnibus finibus eorū, & sorte distribueret ter-
ram eorum. Et rex assumpsit partem exercitus residui, & exiuit ab Antio- F
chia ciuitate regni sui anno centesimo & quadragesimoseptimo: & transfre
tauit Euphratē flumen, & perambulabat superiores regiones. Et elegit
Lysias Ptolemęum filium Dorymini, & Nicanorē & Gorgiam viros potē
tes ex amicis regis: & misit cum eis quadraginta millia virorũ, & septē mil
lia equitum: vt venirent in terram Iuda, & disperderent eam secundū ver-
bum regis. Et processerunt cū vniuersa virtute sua, & venerunt: & applicue
runt Emmaum in terra campestri. Et audierunt mercatores regionum no-
men eorũ: & acceperunt argentū & aurum multū valde, & pueros, & vene-
runt in castra, vt acciperent filios Israel in seruos, & additi sunt ad eos exer
citus Syrię, & terrę alienigenarũ. Et vidit Iudas & frēs eius q̃a multiplica
ta sunt mala, & exercitus applicabant ad fines eorũ, & cognouerunt verba
regis quę mandauit populo facere in interitum & cōsummationē: & dixe-
runt vnusquisq; ad proximum suū, Erigamus deiectionem populi nostri, & E
pugnemus pro populo nostro, & sanctis nostris. Et congregatus est conuen
tus, vt essent parati in pręlium: & vt orarent & peterent misericordiā, & mi-
serationes. Et Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum: non erat
qui ingrederetur & egrederetur de natis eius: & sanctum conculcabatur: & fi-
lij alienigenarũ erant in arce, ibi erat habitatio gentium: & ablata est volu-
ptas à Iacob, & defecit ibi tibia & cithara. Et congregati sunt, & venerūt
in Maspha contra Ierusalem: quia locus orationis erat in Maspha antè in
Israel. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt se cilicijs, & cinerem imposue-
ꝗdā exē- runt capiti suo: & disciderūt vestimenta sua, & expanderunt 'libros 'legis,
plaria le- de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulachrorũ suorũ: & attule-
gũt libꝛ: runt ornamenta sacerdotalia, & primitias, & decimas, & suscitauerunt Na-
zaręos, qui impleuerant dies, & clamauerunt voce magna in coelum, dicen
tes, Quid faciemus istis, & quò eos ducemus? & sancta tua conculcata sunt, G
& contaminata sunt, & sacerdotes tui facti sunt in luctum & in humilita- — Oro Na-
tem: & ecce nationes conuenerunt aduersum nos, vt nos disperdant, tu scis — zeorum.
quę cogitant in nos. Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorũ, nisi
tu deus adiuues nos? Et tubis exclamauerunt voce magna. Et post hęc cōsti

fuit Iudas duces populi, tribunos, & centuriones, & pentacontarchos, & decuriones.
Deu.10.a Et dixit his qui ędificabãt domos, & sponsabãt vxores, & plantabant vi
Iudic.7.a neas, & formidolosis, vt redirẽt vnusquisq; in domũ suã secũdũ leges. Et mo
uerunt castra, & collocauerunt ad Austrum Emmaum. Et ait Iudas, Accin
gimini, & estote filij potentes, & estote parati in mane: vt pugnetis aduer
sus nationes has quę conuenerunt aduersus nos disperdere nos & sancta no
stra: quoniam melius est nos mori in bello, q̃ videre mala gentis nostrę &
sanctorum. Sicut aũt fuerit voluntas in cœlo, sic fiat. CAP. IIII.

A Insidianti Gorgię occurrit Iudas.

ET assumpsit Gorgias quinq; millia virorum, & mille equites electos: & mo
uerunt castra nocte, vt applicarent ad castra Iudęorum, & percuterent eos
subito. & filij qui erant ex arce, erant illis duces. Et audiuit Iudas, & surrexit
ipse & potentes percutere virtutẽ exercituum regis, qui erant in Emmaum.
Adhuc enim dispersus erat exercitus à castris. Et venit Gorgias in castra
Iudę noctu, & neminẽ inuenit, & quęrebat eos in montibus: quoniam dixit,
Fugiunt hi à nobis. Et cum dies factus esset, apparuit Iudas in campo cum
tribus millibus virorum tantũ: qui tegumenta & gladios non habebant vt vole
bant. & viderunt castra gentium valida, & loricatos, & equitatus in circuitu
eorum, & hi docti ad pręlium. Et ait Iudas viris qui secum erant, Ne timueri
Exod.14.b tis multitudinẽ eorum, & impetum eorum ne formidetis. Memẽtote qualiter sal
ui facti sunt patres nostri in mari rubro, cum sequeretur eos Pharao cũ exer
B citu multo. Et nunc clamemus in cœlũ: & miserebitur nostri dñs, & memor
erit testamenti patrum nostrorum, & conteret exercitũ istum ante faciẽ nostram
hodie: & scient oẽs gentes quia est qui redimat & liberet Israel. Et eleuaue
runt alienigenę oculos suos, & viderunt eos venientes ex aduerso. Et exie
Gorgiã & exercitũ eius in fugã adigit. runt de castris in prœliũ, & tuba cecinerunt hi qui erant cũ Iuda. Et cõgressi
sunt: & contritę sunt gentes, & fugerunt in cãpũ. Nouissimi aũt oẽs ceciderunt
in gladio, & persequuti sunt eos vsq; Gezeron, & vsq; in campos Idumęę,
& Azoti, & Iamnię: & ceciderũt ex illis vsq; ad tria millia virorum. Et reuer
sus est Iudas, & exercitus eius, sequens eum. Dixitq; ad populũ, Nõ concupi
scatis spolia: quia bellũ contra nos est, & Gorgias & exercitus eius prope nos
in monte: sed state nunc contra inimicos nostros, & expugnate eos, & sumetis
postea spolia securi. Et adhuc loquẽte Iuda hęc, ecce apparuit pars quędam
C prospiciẽs de monte. Et vidit q; in fugã conuersi sunt, & succenderũt castra. fu
mus enim qui videbatur, declarabat qđ factum est. Quibus illi conspectis
timuerunt valde, aspicientes simul & Iudam & exercitũ in cãpo paratũ ad
prœliũ. Et fugerunt oẽs in campum alienigenarum: & Iudas reuersus est ad spo
lia castrorum, & acceperunt aurum multũ, & argentũ, & hyacinthũ & purpuram
marinã, & opes magnas. Et conuersi hymnũ canebãt, & benedicebant deũ in
cœlũ qm̃ bonus est, qm̃ in seculum misericordia eius. Et facta est salus ma
gna in Israel in die illa. Quicunq; aũt alienigenarum euaserunt, venerunt, &
nuntiauerunt Lysię vniuersa quę acciderãt. Quibus ille auditis consternatus
Iudęã inuadit Lysias, quẽ & debellat Iudas. animo deficiebat: quia non qualia voluit, talia contigerunt in Israel, & qua
lia mandauit rex. Et sequẽti anno congregauit Lysias virorum electorum sexagin
ta millia, & equitũ quinq; millia, vt debellaret eos. Et venerũt in Iudęam, & Idumęã,
D castra posuerũt in Bethhoron, & occurrit illis Iudas cũ decem millibus vi Bethsura
ris. Et viderunt exercitũ fortẽ, & orauit, & dixit, Bñdictus es saluator Israel,
1.Reg.17.f qui contriuisti impetũ potentis in manu serui tui Dauid, & tradidisti castra
1.Re.14.b alienigenarum in manu Ionathę filij Saul, & armigeri eius. Cõclude exercitum
istũ in manu populi tui Israel, & confundatur in exercitu suo & equitibus. Da
illis formidinẽ, & tabefac audaciã virtutis eorum, & cõmoueãtur contritiõe sua.
Deijce illos gladio diligentiũ te: & collaudent te oẽs qui nouerunt nomen
tuum in hymnis. Et cõmiserunt prelium: & ceciderũt de exercitu Lysię quinq;
Iudas templum purificat, & altare dedicat. millia virorum. Videns aũt Lysias fugã suorum, & Iudęorum audaciam, & q; pa
rati sunt aut viuere aut mori fortiter, abijt Antiochiã, & elegit milites, vt
multiplicati rursus venirent in Iudęam. Dixit aũt Iudas, & fratres eius,
Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mũdare sancta, & renoua

E
ro. Et cõgregatus est omnis exercitus, et ascenderunt in montẽ Sion. Et vide-
rũt sanctificationẽ desertã, & altare prophanatũ, et portas exustas, et in atrijs
virgulta nata sicut in saltu vel in montibus, et pastophoria diruta. Et scide-
runt vestimenta sua, et planxerunt planctu magno, & imposuerũt cinerẽ sup
caput suũ: et ceciderunt in faciẽ super terrã, et exclamauerunt tubis signoꝝ, et
clamauerunt in cœlũ. Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduer-
sus eos qui erant in arce, donec emundarent sancta. Et elegit sacerdotes si-
ne macula, voluntatem habentes in lege dei: et mundauerunt sancta, et tule-
runt lapides contaminationis in locum immundũ. Et cogitauit de altari
holocaustorũ quod prophanatũ erat, quid de eo faceret. Et incidit illi con
silium bonum, vt destruerẽt illud: ne fortè illis esset in opprobriũ, quia con
taminauerunt illud gentes, et demoliti sunt illud. Et reposuerũt lapides in
monte domus in loco apto, quoadusq; veniret propheta, et rñderet de eis. F
Et acceperunt lapides integros scdm legem, et ędificauerunt altare nouum
scdm illud qđ fuit prius: et ędificauerunt sancta, et quę intra domum erant
intrinsecus: et ędẽ, et atria sanctificauerunt. Et fecerunt vasa sancta noua, et
intulerunt candelabrum, et altare incensoꝝ, et mensam in templũ. Et incen-
sum posuerunt super altare, et accenderunt lucernas quę super candelabrũ
erant: et lucebant in templo. Et posuerunt super mensam panes, et appende-
runt vela, et consummauerunt omnia opera quę fecerãt. Et ante matutinũ
surrexerunt quinta et vicesima die mensis noni (hic est mensis Casleu) cen-
tesimi quadragesimioctaui anni: et obtulerunt sacrificiũ scdm legem super
altare holocaustoꝝ nouum, quod fecerunt. Secundum tempus et secundũ
diẽ in qua contaminauerunt illud gentes, in ipsa renouatũ est in canticis, G
et citharis, et cinyris, et cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciẽ, et ado-
rauerunt et benedixerunt in cœlũ eum qui prosperauit eis. Et fecerunt dedi
cationẽ altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cũ lętitia, & sacrificiũ
salutaris & laudis. Et ornauerunt faciẽ tẽpli coronis aureis et scutulis: et de-
dicauerunt portas & pastophoria, et imposuerũt eis ianuas. Et facta est lętĩ
tia in populo magna valde, et auersum est opprobrium gentium. Et statuit Institutio
Iudas & fratres eius et vniuersa ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis Enceniorum.
altaris in tẽporibus suis ab anno in annũ per dies octo à quinta et vicesima Ioan. 10. c
die mensis Casleu, cum lętitia & gaudio. Et ędificauerunt in tempore illo
monte Sion, et per circuitũ muros altos & turres firmas: nequando venirẽt
gentes, & conculcarent eũ sicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitũ,
vt seruarent eum, & muniuit eum ad custodiendã Bethsuram, vt haberet po
pulus munitionem contra faciem Idumęę.

CAP. V.

A
ET factum est, vt audierunt gentes in circuitu quia ędificatum est altare
& sanctuarium sicut prius, iratę sunt valde: et cogitabant tollere genus Iudas finiti-
Iacob qui erant inter eos, et cœperũt occidere de populo, et persequi. Et de- mas gentes
bellabat Iudas filios Esau in Idumęa, & eos qui erant in Arabathane: quia Israelẽ pde
circũsedebant Israelitas. Et percussit eos plaga magna, * Et recordatus est re tẽtãtes E
*& acce- malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum & in scandalum, cutit auxi-
pit spolia insidiantes ei in via: & conclusi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, liãtib' fratrĩ
eoꝝ. & anathematizauit eos, & incendit turres eorũ igni cũ omnibus qui in eis bus Simõe
erant. Et transiuit ad filios Ammon, et inuenit manũ fortẽ, et populum co- et Ionatha.
piosum, et Timotheũ ducẽ ipsoꝝ: et cõmisit cum eis pręlia multa, & contriti
sunt in aspectu eoꝝ, et percussit eos, et cepit Gazer ciuitatẽ, et filias eius, et re-
uersus est in Iudęã. Et congregatę sunt gẽtes quę sunt in Galaad, aduersus
Israelitas qui erant in finibus eorum, vt tollerent eos: et fugerunt in Dathe-
man munitionẽ, & miserunt literas ad Iudã & fratres eius, dicentes, Cõgre-
gatę sunt aduersum nos gentes per circuitum, vt nos auferant: & parãt ve- B
nire, & occupare munitionem in quam confugimus: et Timotheus est dux
exercitus eorum. Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum, quia ce-
cidit multitudo de nobis. Et oẽs fratres nostri qui erant in locis Tubin, in-
terfecti sunt: et captiuas duxerũt vxores eorum, & natos, & spolia, et peremerũt

sunt illic ferè mille viros. Et adhuc epistolę legebātur. ecce alij nūtij venē
runt de Galilęa cōscissis tunicis, nuntiantes secūdum verba hęc: dicentes cōuenis-
se aduersum se à Ptolemaida, e Tyro, e Sidone: e repleta est omnis Galilęa
alienigenis vt nos consumant. Vt audiuit autē Iudas e populus sermones
istos, cōuenit ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis qui in tri
bulatione erāt, e expugnabātur ab eis. Dixitq; Iudas Simóni fratri suo, Eli
ge tibi viros, e vade, e libera fratres tuos in Galilęa: ego autē e frater meus
Ionathas ibimus in Galaaditim. Et reliquit Iosephum filium Zacharię, &
Azariā duces populi cum residuo exercitu in Iudęa ad custodiā: e pręcepit
illis, dicēs, Pręestote populo huic: e nolite bellum cōmittere aduersum gen-
tes, donec reuertamur. Et partiti sunt Simóni viri tria millia, vt iret in Ga-
C lilęā: Iudę autē octo millia in Galaaditim. Et abijt Simon in Galilęā, e cō-
misit pręlia multa cum gētibus: e cōtritę sunt gētes à facie eius, e persequu-
tus est eos vsq; ad portā Ptolemaidis. e ceciderunt de gētibus ferè tria millia
virorum, e accepit spolia eorū. e assumpsit eos qui erāt in Galilęa e in Ar-
batis cum vxoribus e natis e omnibus quę erāt illis, e adduxit in Iudęam
cum lętitia magna. Et Iudas Machabęus e Ionathas frater eius transierunt
Iordanē, e abierunt viā trium dierū per desertum. Et occurrerunt eis Nabu-
thęi, e susceperunt eos pacifice, et narrauerunt eis omnia quę acciderant fra-
tribus eorū in Galaaditide, et quia multi ex eis cōprehensi sunt in Barasa, et
Bosor, et in Alimis, et in Casphor, et Mageth, et Charnain. hę oēs ciuitates
munitę, et magnę. Sed et in cęteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur cōpre-
hensi, et in crastinum cōstituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, et cō
prehendere, et tollere eos in vna die. Et cōuertit Iudas et exercitus eius viam
in desertum Bosor repente, et occupauit ciuitatē: et occidit omnē masculum
in ore gladij, et accepit omnia spolia eorum, et succendit eam igni. Et surre-
D xerunt inde nocte, et ibant vsq; ad munitionē. Et factum est diluculo, quum
eleuassent oculos suos, et ecce populus multus, cuius nō erat numerus, por-
tantes scalas et machinas vt cōprehenderent munitionem: et expugnabant
eos. Et vidit Iudas quia cœpit bellum, et clamor belli ascendit ad cœlū sicut
tuba, et clamor magnus de ciuitate: et dixit exercitui suo, Pugnate hodie
pro fratribus vestris. Et venit tribus ordinibus post eos, et exclamauerunt
tubis, et clamauerunt in oratione. Et cognouerūt castra Timóthei quia Ma
chabęus est, et refugerunt à facie eius: et percusserunt eos plaga magna, et ce-
ciderunt ex eis in die illa ferè octo millia virorum. Et diuertit Iudas in Mas
pha, et expugnauit, et cepit eam: et occidit omnē masculum eius, et assumpsit
spolia eius, et succendit eam igni. Inde perrexit, et cepit Casbon, et Mageth,
et Bosor, et reliquas ciuitates Galaaditidis. Post hęc autē verba, congregauit
Timótheus exercitū alium, et castra posuit cōtra Raphon trans torrentē. Et
misit Iudas speculari exercitū: et renuntiauerunt ei, dicentes, Quia cōuene-
runt ad eum omnes gentes quę in circuitu nostro sunt, et exercitus multus
nimis, et Arabas cōduxerunt in auxilium sibi, et castra posuerunt trans tor-
E rentem, parati ad te venire in pręlium. Et abijt Iudas obuiā illis. Et ait Ti-
mótheus principibus exercitus sui, Quum appropinquauerit Iudas et exer-
citus eius ad torrentē aquę: si transierit ad nos prior, non poterimus susti-
nere eum: quia potens poterit aduersum nos. si verò timuerit trāsire, et po
suerit castra extra flumen, transfretemus ad eos, et poterimus aduersus illum.
Vt autē appropinquauit Iudas ad torrentē aquę, statuit scribas populi secus
torrentē, et mandauit eis, dicens, Neminē hominum reliqueritis, sed veniāt
omnes in pręlium. Et transfretauit ad illos prior, et omnis populus post eū,
et contritę sunt omnes gentes à facie eorum, et proiecerūt arma sua, et fuge-
runt ad phanum quod erat in Carnaim. Et occupauit ipsam ciuitatē, et pha
num succendit igni cum omnibus quę erant in ipso: et oppressa est Carnaim,
et non potuit sustinere contra faciem Iudę. Et congregauit Iudas vniuer
sos Israelitas qui erant in Galaaditide, à minimo vsque ad maximum, et
vxores eorum, et natos, et vasa, et exercitum magnum valde, vt venirent in

terram Iudę. Et venerunt vsq; Ephron: ę hęc ciuitas magna in ingressu po sita, munita valde. & nō erat declinare ab ea dextera vel sinistra, sed per me dium iter erat. Et incluserūt se qui erant in ciuitate, & obstruxerunt portas lapidibus: & misit ad eos Iudas verbis pacificis, dicens, Transeamus per ter ram vestram, vt eamus in terrā nostram: & nemo vobis nocebit, tantum pe dibus transibimus. & nolebant eis aperire. Et pręcepit Iudas prędicari in ca stris vt applicarent vnusquisq; in quo erat loco. & applicuerunt se viri vir tutis, & oppugnauit ciuitatem illā tota die & tota nocte, & tradita est ciui tas in manu eius: & peremerunt oēm masculū in ore gladij, & eradicauit eā, & accepit spolia eius, & transiuit per totā ciuitatem super interfectos. Et trā gressi sunt Iordanem in campo magno, contra faciem Bethsan. Et erat Iu das cōgregans extremos, & exhortabatur ppl̄m per totā viam, donec venirēt in terram Iuda: & ascenderunt in montem Sion cum lętitia & gaudio, & ob tulerunt holocausta, q nemo ex eis cecidisset donec reuerterentur in pace. — Ciuitatem Ephrō euertit Iudas ob denegatū transitū. F

Et in diebus qbus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater eius in Galilęa cōtra faciē Ptolemaidis, audiuit Iosephus Zacharię filius, & Azarias principes virtutis res bene gestas, & pręlia quę facta sunt, & dixit, Fa ciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gētes quę in circui tu nostro sunt. Et pręcepit his qui erāt in exercitu suo, & abierūt Iamniam. Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiā illis in pugnā. Et fugati sunt Iosephus & Azarias vsq; in fines Iudęę: & ceciderunt illa die de populo Is rael ad duo millia viri, & facta est [a] plaga magna in populo: qa nō audie runt Iudā, & fratres eius, existimātes fortiter se facturos. ipsi aūt nō erāt de se mine viro4 illo4, p quos salus facta est in Israel. Et vir Iuda & fratres eius magnificati sunt valde in conspectu omnis Israel, & gentiū oīum vbi au diebatur nomen eo4. Et cōuenerunt ad eos fausta acclamātes. Et exiuit Iu das & fratres eius, & expugnabāt filios Esau in terra quę ad Austrū est, & p cussit Chebrō, & filias eius: & muros eius & turres succendit igni in circuitu. Et mouit castra, vt iret in terrā alienigenarū, & perambulabat Samariam. In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum vult fortiter facere, dum sine cōsilio exit in pręliū. Et declinauit Iudas in Azotum in terram alienigena rum, & diruit aras eorum, & sculptilia deorum ipsorum succendit igni: & ac cepit spolia ciuitatum, & reuersus est in terram Iuda. — Iosephi & Azarię temeritas. G. [a] quędam exēplaria legunt figa. Filios Esau expugnat Iudas. Idola gētiū succendit.

CAP. VI.

ET rex Antiochus perambulabat superiores regiones, & audiuit esse ciui tatem Elymaidē in Perside nobilissimam, & copiosam in argento & au ro, templumq; in ea locuples valde. & illic velamina aurea, & loricę, & scuta, quę reliquit Alexander Philippi rex Macedo qui regnauit primus in Gręcia. Et venit, & quęrebat capere ciuitatem, & deprędari eam, & non po tuit: quoniam innotuit sermo his qui erant in ciuitate. & surrexerunt in prelium, & fugit inde, & abijt cum tristitia magna, & reuersus est in Babylo niam. Et venit qui nūtiaret ei in Perside, Quia fugata sunt castra quę erāt in terra Iuda: & quia abijt Lysias cum virtute forti in primis, & fugatus est à facie Iudęorum, & inualuerunt armis & viribus, & spolijs multis quę ceperunt de castris quę exciderunt: & quia diruerunt abominationem quam ędificauerant super altare quod erat in Ierusalēm: & sanctificationem, sicut prius circundederunt muris excelsis: sed & Bethsuram ciuitatem suam. Et factum est, vt audiuit rex sermones istos, expauit, & commotus est valde: & decidit in lectum, & incidit in languorem prętristitia, quia nō factum est ei sicut cogitabat. Et erat illic per dies multos: quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis, Recessit somnus ab oculis meis, & concidi & corrui cor de prę solicitudine: & dixi in corde meo, In quantā tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitię in qua nunc sum: qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea? Nunc verò reminiscor malorum quę feci in Ierusalē, vn de & abstuli omnia spolia aurea & argentea quę erant in ea, & misi auferre habitātes Iudęā, sine causa. Cognoui ergo qa ppterea inuenerūt me mala — A. Antiochus Elymaidē vrbē volens depdari, a ciuibus propellitur. Incidit in morbum. B

ista: & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. Et vocauit Philippū vnum
de amicis suis, & prępos̄uit eū super vniuersum regnū suum: & dedit ei diade
ma, & stolā suā, & anulū, vt adduceret Antiochū filium suū, & nutriret eum, &
Moritur. regnaret. Et mortuus est illic Antiochus rex anno centesimo quadragesi-
mo nono. Et cognouit Lysias quoniā mortuus est rex, & cōstituit regnare
Antiochū filium eius, quē nutriuit adolescentē: & vocauit nomen eius Eupa
C torem. Et hi qui erant in arce, cōcluserant Israel in circuitu Sanctorū: & quę-
Constituit rebant eis mala semper & firmamentū gentium. Et cogitauit Iudas disper-
rex fili' eius dere eos: & cōuocauit vniuersum populū, vt obsiderent eos. Et conuenerunt
Antiochus simul, & obsederūt eos anno centesimo quinquagesimo, & fecerunt balistas &
Eupator. machinas. Et exierunt quidā ex eis qui obsidebantur: & adiunxerunt se illis
Obsidio ar aliqui impij ex Israel, & abierūt ad regem, & dixerunt, Quousq; nō facis iudi
cis Sion. cium & vindicas fratres nostros? Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambu-
lare in pręceptis eius, & obsequi edictis eius: & filij populi nostri propter hoc
alienabant se à nobis. & quicūq; inueniebantur ex nobis, interficiebantur, &
hęreditates nostrę diripiebantur. Et non ad nos tantū extenderunt manū,
sed & in omnes fines nostros. & ecce applicuerūt hodie ad arcem in Ierusalē
Antiochi occupare eam, & munitionē in Bethsuram munierūt, & nisi pręueneris eos ve
aduētus in locius, maiora ꝗ̄ hęc facient, & non poteris obtinere eos. Et iratus est rex
Iudęā cum vt hęc audiuit: & cōuocauit omnes amicos suos, & principes exercitus sui, &
numeroso eos qui super equites erant. sed & de regnis alijs, & de insulis maritimis vene
exercitu. runt ad eum exercitus cōductitij. Et erat numerus exercitus eius, centū millia
D peditum, & viginti millia equitū, & elephanti triginta duo docti ad pręliū. Et
venerūt per Idumęā, & applicuerūt ad Bethsurā, & pugnauerūt dies multos,
& fecerunt machinas: & exierunt, & succenderūt eas igni, & pugnauerūt virili-
ter. Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra ad Bethzacharam cōtra castra re-
gis. Et surrexit rex ante lucem, & cōcitauit exercitus in impetū contra viam
Bethzacharam: & cōparuerunt se exercitus in pręlium, & tubis cecinerunt: &
elephantis ostenderunt sanguinē vuę & mori, ad acuendos eos in pręliū. &
diuiserunt bestias per legiones: & astiterunt singulis elephantis mille viri in
loricis cōcatenatis, & galeę ęreę in capitibus eorū: & quingenti equites ordi
nati vnicuiq; bestię electi erant. Hi ante tēpus vbicūq; erat bestia, ibi erant:
& quocūq; ibat, ibant, & non discedebāt ab ea. Sed & turres ligneę super eos
firmę protegentes super singulas bestias: & super eas machinas: & super sin
gulas, viri virtutis triginta duo, qui pugnabāt desuper: & intus magister be
stię. Et residuū equitatū hinc & inde statuit in duas partes, tubis exercitū cō-
E mouere, & perurgere constipatos in legionibus eius. Et vt refulsit sol in cly-
peos aureos & ęreos, resplenduerūt montes ab eis, & resplenduerūt sicut lam
pades ignis. Et distincta est pars exercitus regis per mōtes excelsos, & alia per
loca humilia: & ibant caute & ordinate. Et cōmouebantur omnes inhabitā
tes terras à voce multitudinis eorū, & incessu turbę, & collisione armorū. erat
enim exercitus magnus valde & fortis. Et appropiauit Iudas, & exercitus eius
Eleazari in pręliū: & ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri. Et vidit Eleazar filius ˀ græca le
magna- ˀ Saura, vnā de bestijs loricatā loricis regis, & erat eminens super cęteras be gūt auarā
nimitas. stias. & visum est ei ꝙ in ea esset rex: & dedit se vt liberaret populū suum, & vnam.
acquireret sibi nomen ęternū. Et cucurrit ad eā audacter in medio legionis
interficiens à dextris & à sinistris, & cadebant ab eo huc atq; illuc. Et iuit sub
elephantū, & supposuit se ei, & occidit eum: & cecidit in terrā super ipsum, &
F mortuus est illic. Et videntes virtutē regis, & impetū exercitus eius, diuerte-
runt se ab eis. Castra autē regis ascenderūt contra eos in Ierusalem, & appli-
cuerunt castra regis ad Iudęā & montē Sion. Et fecit pacem cū his qui erāt in
Bethsura: & exierūt de ciuitate, quia nō erant eis ibi alimenta cōclusis, quia
sabbatha erant terrę. Et cōprehendit rex Bethsurā, & constituit illic custodiā
seruare eam. Et cōuertit castra ad locū sanctificationis dies multos: & statuit
illic balistas, & machinas, & ignis iacula, & tormēta ad lapides iactandos, &
spicula, & scorpios ad mittendas sagittas & fundibula. Fecerūt autem & ipsi

achinas aduersus machinas eorū,& pugnauerunt dies multos. Escę autem
non erant in ciuitate,eò ꝙ septimus annus esset:& qui remāserant in Iudęa
de gentibus,consumpserant reliquias eorū quę repositę fuerant. Et remāse-
serunt in sanctis viri pauci,quoniam obtinuerat eos fames:& dispersi sunt
vnusquisq; in locū suum. Et audiuit Lysias ꝙ Philippus quē constituerat G
ex Antiochus quū adhuc viueret,vt nutriret Antiochū filium suū,& regna- Rex suadente
et,reuersus est à Perside & Media,& exercitus qui abierat cum ipso,& quia te Lysia init
quęrebat suscipere regni negotia:& festinauit ire,& dicere ad regem & duces pacem cum
exercitus,Deficimus quotidie,& esca nobis modica est,& locus quem obside Iuda.
mus est munitus,& incūbit nobis ordinare de regno. Nunc itaq; demus dex-
tras hominibus istis,& faciamus cū illis pacem,& cum omni gente eorū:&
cōstituamus illis vt ambulent in legitimis suis sicut prius.propter legitima
enim ipsorū,quę despeximus,irati sunt,& fecerunt omnia hęc. Et placuit ser-
mo in cōspectu regis & principū:& misit ad eos pacē facere:& ceperunt illā.
Et iurauit illis rex & principes:& exierūt de munitione. Et intrauit rex mon Rex fœdus
tem Sion,& vidit munitionem loci:& rupit citius iuramentū quod iurauit, violat.
& mandauit destruere murum in gyro. Et discessit festinanter,& reuersus est
Antiochiam,& inuenit Philippum dominantē ciuitati:& pugnauit aduer-
sus eum,& occupauit ciuitatem.

CAP. VII.

ANno centesimo quinquagesimoprimo exijt Demetrius Seleuci filius ab A
vrbe Roma,& ascendit cū paucis viris in ciuitatem maritimā,& regna- Occisis An-
uit illic. Et factū est:vt ingressus est domū regni patrū suorum,cōprehendit tiocho &
exercitus Antiochū & Lysiā,vt adducerent eos ad eū. Et res ei innotuit:& Lysia De-
ait,Nolite mihi ostendere faciē eorū. Et occidit eos exercitus. Et sedit De- metrius re-
metrius super sedē regni sui,& venerunt ad eū viri iniqui & impij ex Israel: gnat.
& Alcimus,dux eorū,qui volebat fieri sacerdos. Et accusauerunt populum Rex impiorū
apud regē,dicentes,Perdidit Iudas & fratres eius omnes amicos tuos,& nos cōsilio mit
disperdidit de terra nostra. Nunc ergo mitte virū cui credis,vt eat & videat tens Bacchi
exterminiū omne qđ fecit nobis & regionibus regis:& puniat oēs amicos dē & Alci-
eius & adiutores eorū. Et elegit rex ex amicis suis Bacchidē,qui dominaba- B mū in
tur trans flumen magnū in regno:& fidelē regi & misit eū.& Alcimū impiū iudęā filios
cōstituit in sacerdotiū,& mandauit ei facere vltionē in filios Israel. Et surre Israel affli
xerūt,& venerunt cū exercitu magno in terrā Iuda:& miserūt nuntios,& lo git.
quuti sunt ad Iudā & ad fratres eius verbis pacificis in dolo. Et nō intende-
runt sermonibus eorū:viderūt enim quia venerūt cū exercitu magno. Et cō-
uenerunt ad Alcimū & Bacchidem cōgregatio scribarū requirere quę iusta
sunt:& primi,Assidęi qui erant in filijs Israel:& exquirebant ab eis pacē. Di-
xerunt enim,Homo sacerdos de semine Aaron venit,nō decipiet nos. Et lo
quutus est cū eis verba pacifica:& iurauit illis,dicens,Non inferemus vobis A
malū,neq; amicis vestris. Et crediderūt ei. Et cōprehendit ex eis sexaginta vi
ros,& occidit eos in vna die secūdum verbū qđ scriptū est,Carnes sanctorū Psal. 78.a.
tuorū,& sāguinē ipsorum effuderūt in circuitu Ierusalē,& non erat qui sepe- C
liret. Et incubuit timor & tremor in omnē populū:quia dixerūt,Non est ve-
ritas & iudiciū in eis:transgressi sunt enim cōstitutū,& iusiurandū qđ iura-
uerunt. Et mouit Bacchides castra ab Ierusalē,& applicuit in Bethzecha:&
misit,& cōprehendit multos ex eis qui ad se refugerāt,& quosdā de populo
mactauit,& in puteū magnū proiecit. Et cōmisit regionē Alcimo,& reliquit
cum eo auxiliū in adiutoriū ipsi. Et abijt Bacchides ad regē:& satis agebat
Alcimus pro principatu sacerdotij sui.& cōuenerunt ad eū omnes,qui per-
turbabant populū suum,& obtinuerunt terrā Iuda,& fecerūt plagā magnā
in Israel. Et vidit Iudas omnia mala quę fecit Alcimus & qui cū eo erant,
filijs Israel,multo plus ꝗ̄ gentes:& exijt in omnes fines Iudęę in circuitu,& D
fecit vindictā in viros desertores,& cessauerūt vltrā exire in regionē. Vidit
autē Alcimus ꝙ pręualuit Iudas & qui cum eo erant:& cognouit quia non
potest sustinere eos,& regressus est ad regē,& accusauit eos multis crimini-
bus. Et misit rex Nicanorē,vnum ex principibus suis nobilioribus,qui erat

Post reditũ Bacchidis & Alcimi mittit rex Nicanorem. 2.Mac.14.a

inimicitias exercens contra Israel: et mandauit ei euertere populũ. Et venit Nicanor in Ierusalem cũ exercitu magno, et misit ad Iudã et ad fratres eius verbis pacificis cũ dolo, dicens, Nõ sit pugna inter me et vos: veniã cum viris paucis, vt videã facies vestras cum pace. Et venit ad Iudã, et salutauerũt se inuicem pacifice: et hostes parati erant rapere Iudam. Et innotuit sermo Iudę quoniã cum dolo venerat ad eum: et conterritus est ab eo, et amplius

B noluit videre faciem eius. Et cognouit Nicanor quoniã denudatum est cõsilium eius: et exiuit obuiã Iudę in pugnã iuxta Capharsalama. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu, ferè [a] quinq; millia viri, et fugerunt in ciuitatẽ Dauid. Et post hęc verba ascendit Nicanor in montẽ Sion: et exierunt de sacerdotibus [*] populi salutare eũ in pace, et demonstrare ei holocaustomata quę offerebantur pro rege. Et irridens, spreuit eos, et polluit: et loquutus est superbe, et iurauit cum ira, dicens, Nisi traditus fuerit Iudas, et exercitus eius in manus meas: cõtinuo quum regressus fuero in pace, succendã domum istã. Et exijt cum ira magna: et intrauerunt sacerdotes, vt steterunt ante faciẽ altaris et templi: et flentes dixerunt, Tu domine elegisti domum istã ad inuocãdum

Oratio sacerdotũ aduersus Nicanorem.

F nomen tuũ in ea, vt esset domus orationis et obsecrationis populo tuo: fac vindictã in homine isto, et exercitu eius, et cadant in gladio: memento blasphemias eorũ, et ne dederis eis vt permaneant. Et exijt Nicanor ab Ierusalem, et castra applicuit ad Bethhoron: et occurrit illi exercitus Syrię. Et Iudas applicuit in Adarsa cum tribus millibus viris: et orauit Iudas, et dixit, Qui missi erant à rege Sennacherib, domine, quia blasphemauerunt te, exijt angelus, et percussit ex eis centũ octogintaquinq; millia: sic contere exercitũ istum in cõspectu nostro hodie, & sciant cęteri quia male loquutus est super sancta tua, & iudica illum secũdum malitiam illius. Et cõmiserunt exercitus pręlium tertiadecima die mensis Adar: & cõtrita sunt castra Nicanoris, & ce-

Iudas, oratione facta, Nicanorem interficit.

4.Re.19.g
Tob.1.d
Eccli.48.d
Esa.37.g

G cidit ipse primus in prælio. Vt autẽ vidit exercitus eius quia cecidisset Nicanor, proiecerunt arma sua, & fugerunt: & persequuti sunt eos viam vnius diei ab Adazer, vsquequo veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt post eos cum significationibus. & exierunt de omnibus castellis Iudęę in circuitu, & ventilabant eos cornibus, & cõuertebantur iterum ad eos. & ceciderunt omnes gladio, & non est relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt spolia eorum & prędam: & caput Nicanoris amputauerunt, & dextram eius quam extenderat superbe, & attulerunt, & suspenderunt cõtra Ierusalem. Et lętatus est populus valde, & egerunt diem illam in lętitia magna. Et constituit agi omnibus annis diem istam tertiadecima die mensis Adar. Et siluit terra Iuda dies paucos.

CAP. VIII.

Iudas Romanorũ res bene gestas cõsiderans, pacem cum eis init.

A ET audiuit Iudas nomen Romanorũ quia sunt potentes viribus, & acquiescunt ad omnia quę postulantur ab eis: & quicũq; accesserũt ad eos, statuerunt cum eis amicitias, & quia sunt potentes viribus. Et audierũt prœlia eorum, & virtutes bonas quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos & duxerunt sub tributum: & quãta fecerunt in regione Hispanię, & q in potestatem redegerunt metalla argenti & auri quę illic sunt, & possederũt omnem locum cõsilio suo & patientia: locaq; quę longe erant valde ab eis, & reges qui superuenerant eis ab extremis terrę, cõtriuerunt, & percusserunt eos plaga magna: cęteri autem dant eis tributum omnibus annis. Et Philippum & Persen Cethęorum regem, & cęteros qui aduersum eos arma tulerant cõtriuerunt in bello, & obtinuerunt eos. & Antiochum magnum regem Asię,

B qui eis pugnã intulerat, habens centum viginti elephantes, & equitatum, & currus, & exercitum magnũ valde, contritum ab eis: & quia ceperunt eum viuum, & statuerunt ei vt daret ipse & qui regnarent post ipsum, tributum magnum, & daret obsides, & constitutum & regionem Indorum, & Medos, & Lydos de optimis regionibus eorum: & acceptas eas ab eis, dederunt Eumeni regi. & quia qui erant apud Helladam, voluerunt ire, & tollere eos: & innotuit sermo his, & miserunt ad eos ducem vnum, & pugnauerunt contra illos, & ceciderunt ex eis multi, & captiuas duxerunt vxores eorum, & fi-

[a] quingẽti viri.
[*] ex sanctis et à senioribus

[...]os, & diripuerunt eos, & terram eorum possederunt, & destruxerunt muros eorum, & in seruitutem illos redegerunt vsque in hunc diem: & residua regna, & insulas quę aliquando restiterant illis, exterminauerunt, & in potestatem redegerunt. Cum amicis autem suis, & qui in ipsis requiem habebãt, conseruauerunt amicitiam, & obtinuerunt regna quę erant proxima, & quę erant longe: quia quicunq; audiebant nomen eorũ, timebant eos. Quibus verò vellent auxilio esse vt regnarent, regnabant: quos autẽ vellent, regno deturbabant: & exaltati sunt valde. Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea. Et quia curiam fecerunt sibi, & quotidie cõsulebant trecentos viginti consilium agentes semper de multitudine, vt quę digna sunt, gerant. Et cõmittunt vni homini magistratum suũ per singulos annos dominari vniuersę terrę suę: & omnes obediunt vni, & non est inuidia neq; zelus inter eos. Et elegit Iudas Eupolemum filium Iohãnis filij Iacob, & Iasonem filium Eleazari, & misit eos Romam cõstituere cum illis amicitiam & societatẽ: & vt auferrent ab eis iugum Gręcorum, quia viderunt quòd in seruitutem premerent regnum Israel. Et abierunt Romam viam multã valde, & introierunt curiam, & dixerunt, Iudas Machabęus, & fratres eius, & populus Iudęorũ miserunt nos ad vos, statuere vobiscũ societatem & pacem, & cõscribere nos socios & amicos vestros. Et placuit sermo in conspectu eorũ. Et hoc rescriptũ est, quod rescripserunt in tabulis ęreis: & miserũt in Ierusalem, vt esset apud eos ibi memoria pacis & societatis. BENE SIT ROMANIS & genti Iudęorũ in mari & in terra inęternũ: gladiusq́; & hostis procul sit ab eis. Quòd si institerit bellum Romanis prius, aut omnibus socijs eorũ in omni dominatione eorum: auxilium feret gens Iudęorũ, prout tempus dictauerit, corde pleno. & prępliantibus non dabunt, neq; subministrabunt triticũ, arma, pecuniã, naues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorũ, nihil ab eis accipientes. Similiter autem & si genti Iudęorũ prius acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex animo, prout eis tempus permiserit: & adiuuantibus nõ dabitur triticum, arma, pecunia, naues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorum absq; dolo. Secũdum hęc verba cõstituerunt Romani populo Iudęorum. Quòd si post hęc verba hi aut illi addere, aut demere ad hęc aliquid voluerint, facient ex proposito suo: & quęcunq; addiderint vel dempserint, rata erunt. Sed & de malis quę Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei, dicentes, Quare grauasti iugum tuum super amicos nostros, & socios Iudęos? Si ergo iterum adierint nos aduersum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari terraq́;.

Rescriptũ Romanorũ ad Iudęos.

CAP. IX.

Interea vt audiuit Demetrius quia cecidit Nicanor & exercitus eius in prędlio, apposuit & Bacchidem & Alcimũ rursum mittere in Iudęam, & dextrum cornu cum illis. Et abierunt viam quę ducit in Galgala, & castra posuerunt in Masaloth, quę est in Arbellis: & occupauerunt eam, & peremerunt animas hominũ multas. In mense primo anni centesimi & quinquagesimi secundi applicuerunt exercitũ ad Ierusalem: & surrexerũt, & abierunt in Beream viginti millia virorũ, & duo millia equitum. Et Iudas posuerat castra in Laisa, & tria millia viri electi cum eo: et viderunt multitudinem exercitus quia multi sunt, et timuerũt valde: et multi subtraxerunt se de castris, et non remanserunt ex eis nisi octingenti viri. Et vidit Iudas quòd defluxit exercitus suus, et bellũ perurgebat eum, et cõfractus est corde: quia nõ habebat tempus cõgregandi eos, et dissolutus est. Et dixit his qui residui erãt, Surgamus, et eamus ad aduersarios nostros, si poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebant eum, dicentes, Non poterimus, sed liberemus animas nostras modo, et reuertamur ad fratres nostros, et tunc pugnabimus aduersus eos: nos autẽ pauci sumus. Et ait Iudas, Absit istã rem facere, vt fugiamus ab eis: et si appropiauit tempus nostrũ, moriamur in virtute propter fratres nostros, & nõ inferamus crimen glorię nostrę. Et mouit exercitus de castris, et steterũt illis obuiam: et diuisi sunt equites in duas partes, et fundibularij et sagittarij prę-

Nicanore mortuo, rursus mittit Demetrius Bacchidẽ et Alcimũ contra Iudam.

bant exercitũ, e primi certaminis oẽs potentes. Bacchides aũt erat in dextro cornu, e proximauit legio ex duabus partibus, e clamabant tubis: exclamauerunt aũt e hi qui erant ex parte Iudę etiã ipsi, & cõmota est terra à voce exercituũ: e cõmissum est pręliũ à mane vsque ad vesperã. Et vidit Iudas q̃ firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris, e conuenerunt cũ ipso omnes cõstantes corde: e cõtrita est dextera pars ab eis, & persequutus est eos vsque ad montem Azoti. Et qui in sinistro cornu erant viderunt q̃ contritum est dextrũ cornu, e sequuti sunt post Iudã e eos qui cũ ipso erant à tergo: e ingrauatũ est pręliũ, e ceciderunt vulnerati multi ex his e ex illis. Et Iudas cecidit, e cęteri fugerunt. Et Ionathas, e Simon tulerunt Iudã fratrẽ suum, & sepelierunt eum in sepulchro patrũ suoꝝ in ciuitate Modin. Et fleuerunt eum omnis populus Israel planctu magno: e lugebãt dies multos, e dixerunt, Quomodo cecidit potens, qui saluum faciebat pp̃lm Israel. Et cętera verba belloꝝ Iudę, e virtutũ quas fecit, e magnitudinis eius non sunt descripta. multa enim erant valde. Et factũ est: post obitũ Iudę emerserũt iniqui in omnibus finibus Israel, e exorti sunt oẽs qui operabantur iniquitatem. In diebus illis facta est fames magna valde, e tradidit se Bacchidi omnis regio eoꝝ cum ipsis. Et elegit Bacchides viros impios, e cõstituit eos dominos regionis: e exquirebant e perscrutabãtur amicos Iudę, e adducebãt eos ad Bacchidẽ, e vindicabat in illos, e illudebat. Et facta est tribulatio magna in Israel, qualis nõ fuit ex die qua nõ est visus ꝓpheta in Israel. Et cõgregati sunt oẽs amici Iudę, e dixerunt Ionathę, Ex quo frater tuus Iudas defunctus est, vir similis ei non est qui exeat cõtra inimicos, Bacchidẽ, e eos qui inimici sunt gentis nostrę. Nunc itaq; te hodie eligimus esse pro eo nobis in principẽ e ducẽ ad bellandũ bellũ nostrũ. Et suscepit Ionathas tẽpore illo principatũ, & surrexit loco Iudę fratris sui. Et cognouit Bacchides, e quęrebat eum occidere. Et cognouit Ionathas e Simon frater eius, e oẽs qui cũ eo erãt: e fugerũt in desertuꝫ Thecuę, e cõsederunt ad aquã lacus Asphar. Et cognouit Bacchides: e die sabbathorum venit ipse e oĩs exercitus eius trans Iordanẽ: e Ionathas misit fratẽ suũ ducẽ populi, e rogauit Nabuthęos amicos suos, vt cõmodarent illis apparatũ suum qui erat copiosus. Et exierũt filij Iambri ex Madaba, & cõprehẽderunt Ioannẽ e oĩa quę habebat, e abierunt habẽtes ea. Post hęc verba renuntiatũ est Ionathę & Simoni fratri eius quia filij Iãbri faciũt nuptias magnas, & ducũt sponsam ex Madaba filiã vnius de magnis principibus Chanáan cũ ambitione magna. Et recordati sunt sanguinis Ioãnis fratris sui: & ascẽderunt, & absconderunt se sub tegumẽto mõtis. Et eleuauerunt oculos suos, & viderũt: & ecce tumultus, & apparatus multus. & spõsus processit, et amici eius, et fratres eius obuiã illis cũ tympanis, et musicis, et armis multis. Et surrexerunt ad eos ex insidijs, et occiderunt eos, et ceciderũt vulnerati multi, et residui fugerunt in mõtes: et acceperunt oĩa spolia eoꝝ, et cõuersę sunt nuptię in luctũ, et vox musicoꝝ ipsoꝝ in lamentum. Et vindicauerunt vindictã sanguinis fratris sui: et reuersi sunt ad ripã Iordanis. Et audiuit Bacchides, et venit die sabbathoꝝ vsq; ad orã Iordanis in virtute magna. Et dixit ad suos Ionathas, Surgamus, et pugnemus cõtra inimicos nostros. nõ est enim hodie sicut heri, et nudiustertius. ecce enim bellũ ex aduerso, aqua verò Iordanis hinc et inde, et ripę, et paludes, et saltus: et nõ est locus diuertẽdi. Nunc ergo clamate in cœlũ, vt liberemini de manu inimicoꝝ vestroꝝ. Et cõmissuꝫ est bellũ. Et extẽdit Ionathas manũ suã percutere Bacchidem, et diuertit ab eo retro: et dissiliit Ionathas et qui cũ eo erãt in Iordanẽ, et transnatauerunt ad eos Iordanẽ, et ceciderunt de parte Bacchidis die illa mille viri: et reuersi sunt in Ierusalẽ, et ędificauerũt ciuitates munitas in Iudęa, munitionẽ quę erat in Iericho, et in Ammaũ, et in Bethhoron, et in Bethel, et Thamnata, et Phara, et Thopo muris excelsis et portis et seris. Et posuit custodiã in eis, vt inimicitias exercerent in Israel: et muniuit ciuitatẽ Bethsurã, et Gazarã, et arcẽ, et posuit in eis auxilia, et apparatũ escaꝝ: et accepit

Iudas interficitur.

C Impij affligentes Iudam.

Ionathan fratri subsstituit Iudę.

D

Cõflict⁹ Ionathę et Bacchidis.

E

ios principum regionis obsides, & posuit eos in arce in Ierusalem in custodiã.
et anno cẽtesimoquinquagesimotertio, mense secũdo pręcepit Alcimus de
ui muros domus sanctę interioris, et destrui opera prophetarũ: et cœpit de
uere. In tẽpore illo percussus est Alcimus: et impedita sunt opera illius, et
clusum est os eius, et dissolutus est paralysi, nec vltrà potuit loqui verbum F
mãdare de domo sua. Et mortuus est Alcimus in tẽpore illo cũ tormen- Alcim⁹ pa
magno. Et vidit Bacchides quoniam mortuus est Alcimus: et reuersus est ad ralysi disso
gẽ, et siluit terra Iuda annis duobus. Et cogitauerunt oẽs iniqui, dicen- lut⁹ interijt.
, Ecce Ionathas et qui cũ eo sunt, in silẽtio habitant confidenter. nũc ergo Reuertitur
ducamus Bacchidem, et cõprehendet eos oẽs vna nocte. Et abierunt, et ad regẽ Bac
lium ei dederunt. Et surrexit vt veniret cũ exercitu multo: et misit occul chides.
epistolas socijs suis qui erant in Iudęa, vt cõprehenderent Ionathan et Bacchides
qui cũ eo erant, sed nõ potuerunt, quia innotuit eis cõsilium eorum. Et impiorum
prehendit de viris regionis, qui principes erãt malitię quinquaginta vi suasu Iona
, & occidit eos. & secessit Ionathas, & Simon, & qui cũ eo erant in Beth- thã aggres
sen, quę est in deserto: & extruxit diruta eius, & firmauerunt eam. Et co- sus vincit.
ouit Bacchides, & congregauit vniuersam multitudinẽ suã: & his qui de Iu
a erant denũtiauit. Et venit, & castra posuit desuper Bethbessen: & oppu
auit eã dies multos, & fecit machinas. Et reliquit Ionathas Simonem frẽm
in ciuitate, & exijt in regionẽ, & venit cum numero, & percussit Odaren & G
tres eius, & filios Phaseron in tabernaculis ipsorum, & cœpit cędere & cre-
e in virtutibus. Simon verò, & qui cũ ipso erant, exierunt de ciuitate, &
cenderunt machinas, & pugnauerunt contra Bacchidẽ, & contritus est ab eis,
fflixerunt eum valde, quoniam consilium eius & congressus eius erat inanis. Et
tus contra viros iniquos qui ei consilium dederant vt veniret in regionem
orum, multos ex eis occidit: ipse autem cogitauit cũ reliquis abire in regio
n suã. Et cognouit Ionathas: & misit ad eum legatos cõponere pacem
n ipso, & reddere ei captiuitatẽ. Et libenter accepit, & fecit secundum verba eius, Fœdus Io-
rauit se nihil facturum ei mali omnibus diebus vitę eius. Et reddidit ei nathę cum
tiuitatem quam prius erat prędatus de terra Iuda: & conuersus abijt in ter Bacchide.
suam, & nõ apposuit amplius venire in fines eius. Et cessauit gladius
srael: & habitauit Ionathas in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudica-
opulum, & exterminauit impios ex Israel. CAP. X.

T anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius, qui A
cognominatus est Nobilis: & occupauit Ptolemaidã, & receperunt eũ, Cupit De-
egnauit illic. Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitum copio- metrius ini
valde, & exiuit obuiã illi in pręlium. Et misit Demetrius epistolam ad re pactũ cũ
athan verbis pacificis, vt magnificaret eum: dixit enim, Anticipemus Ionathan,
re pacem cum eo, priusquam faciat cum Alexãdro aduersum nos: recor q id refellẽs
itur enim omnium malorum quę fecimus in eum, & in fratrem eius, & Alexandro
entem eius. Et dedit ei potestatem cõgregandi exercitũ, & fabricare ar- adhęret.
& esse ipsum socium eius, & obsides qui erant in arce iussit tradi ei. Et
it Ionathas in Ierusalem, & legit epistolas in auditu omnis populi &
qui in arce erant. Et timuerunt timore magno, quoniam audierunt quod
it ei rex potestatem congregandi exercitum. Et traditi sunt Ionathę ob-
, & reddidit eos parẽtibus suis: & habitauit Ionathas in Ierusalem, &
it ędificare & innouare ciuitatem. Et dixit facientibus opera, vt extrue
muros, & montem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionẽ:
a fecerunt. Et fugerunt alienigenę qui erant in munitionibus quas Bac
es ędificauerat: & reliquit vnusquisque locum, & abijt in terram suam:
um in Bethsura remanserunt aliqui ex his qui reliquerãt legẽ & pręce-
ei. erat enim hęc eis ad refugium. Et audiuit Alexander rex promis- B
ę promisit Demetrius Ionathę: & narrauerũt ei pręlia, & virtutes quas
fecit, & fratres eius, & labores quos laborauerunt, & ait, Nunquid in-
emus aliquem virum talem? & nunc faciemus eum amicum, & socium
um. Et scripsit epistolam, & misit ei secundum hęc verba, dicens, REX

Alexander fratri Ionathę salutem. Audiuimus de te quod vir potens sis vi
ribus, & aptus es vt sis amicus noster: & nunc ꝯstituimus te hodie summum
sacerdotem gentis tuę, vt amicus voceris regis (& misit ei purpuram, & co
roná auream) & quę nostra sunt sentias nobiscum, & ꝯserues amicitias ad
nos. Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense, anno centesimo sex
agesimo in die solẽni scenopegię: & ꝯgregauit exercitum, & fecit arma co
piosa. Et audiuit Demetrius verba ista, & ꝯtristatus est nimis, & ait, Quid
hoc fecimus, quod pręoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiam Iudęo
rũ ad munimen sui? Scribam & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, &
dona: vt sint mecũ in adiutorium. Et scripsit eis in hęc verba, REX Deme
trius genti Iudęorum salutẽ. Quoniã seruastis ad nos pactum, & mansistis in
amicitia nostra, & non accessistis ad inimicos nostros, audiuimus, & gauisi su
C mus. Et nunc perseuerate adhuc ꝯseruare ad nos fidẽ, & retribuemus vobis
bona pro his quę fecistis nobiscũ. Et remittemus vobis pręstatiões multas,
& dabimus vobis donationes. Et nunc absoluo vos & omnes Iudęos à tri
butis, & pretia salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias seminis: & dimi
diã partem fructus ligni quod est portionis meę, relinquo vobis ex hodierno
die & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda & à tribus ciuitatibus quę addi
tę sunt illi ex Samaria & Galilęa ex hodierna die & in totum tẽpus. & Ieru
salẽ sit sancta & libera cũ finibus suis: & decimę & tributa ipsius sint. Re
mitto etiã potestatem arcis quę est in Ierusalẽ: & do eam summo sacerdoti,
vt ꝯstituat in ea viros quoscunque ipse elegerit, qui custodiant eã. Et omnẽ
animam Iudęorum, quę captiua est à terra Iuda in omni regno meo relinquo li
berã gratis, vt omnes à tributis soluantur, etiam pecorum suorum. Et omnes dies
solẽnes, & sabbatha, & neomenię, & dies decreti, & tres dies ante diẽ solẽnem,
& tres dies post diẽ solẽnẽ sint omnes immunitatis & remissionis omnibus
Iudęis qui sunt in regno meo: & nemo habebit potestatem agere aliquid,
& mouere negotia aduersus aliquem illorum in omni caussa. Et ascribantur
ex Iudęis in exercitu regis ad triginta millia virorum, & dabuntur illis copię
vt oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabũtur qui sint in mu
nitionibus regis magni. & ex his ꝯstituentur super negotia regni quę agun
D tur ex fide, & principes sint ex eis, & ambulent in legibus suis, sicut pręcepit
rex in terra Iuda. Et tres ciuitates quę additę sunt Iudęę ex regione Sa
marię, cũ Iudęa reputentur: vt sint sub vno, & nõ obediant alienę potesta
ti, nisi summo sacerdoti: Ptolemaida & confines eius, quas dedi donũ san
ctis qui sunt in Ierusalẽ ad necessarios sumptus sanctorum. Et ego do sin
gulis annis quindecim millia siclorum argenti de rationibus regis, quę me cõ
tingunt: & omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderãt qui super negotia
erãt annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus. Et super hęc quinque
millia siclorũ argenti, quę accipiebant de sanctorum ratione per singulos an
nos: & hęc ad sacerdotes ꝑtineant, qui ministerio funguntur. Et quicunque
ꝯfugerint in templum quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius, obno
xij regi in omni negotio dimittãtur, & vniuersa quę sunt eis in regno meo
libera habeãt. Et ad ędificanda vel restaurãda opera sanctorum sumptus da
buntur de ratione regis: & ad extruendos muros in Ierusalem & cõmunien
dos in circuitu, sumptus dabuntur de ratione regis, & ad ꝯstruendos muros
in Iudęa. Vt audiuit autẽ Ionathas & populus sermones istos, nõ credide
runt eis, nec receperunt eos: quia recordati sunt malitię magnę quã fecerat in
Israel, & tribulauerat eos valde. Et cõplacuit eis in Alexandrũ, quia ipse
fuerat eis princeps sermonum pacis, & ipsi auxilium ferebant oĩbus diebus.
Et ꝯgregauit rex Alexãder exercitum magnũ, & admouit castra cõtra Deme
triũ. Et cõmiserunt ꝓlium duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & insecu
tus est eum Alexander, & incubuit super eos. Et inualuit ꝓlium nimis, donec
occidit sol: & cecidit Demetrius in die illa. Et misit Alexãder ad Ptolemęum
regẽ Aegypti legatos secundum hęc verba dicens, QVONIAM regressus
sum in regnum meũ, & sedi in sede patrum meorum, & obtinui principatum,

Bellum cõmittit Alexander cum Demetrio.

E

k contriui Demetrium, & possedi regionem nostrã, & cõmisi pugnã cũ eo,
& ptritus est ipse, & castra eius à nobis, & sedemus in sede regni eius: & nũc
statuimus adinuicẽ amicitiã: & da mihi filiã tuã vxorem, & ego ero gener
tuus, & dabo tibi dona, & ipsi dignitatẽ. Et respondit rex Ptolemęus, dicens,
FOELIX dies in qua reuersus es ad terrã patrum tuorum, & sedisti in sede re
gni eorum. Et nunc faciã tibi quod scripsisti: sed occurre mihi Ptolemaidã,
vt videamus inuicem nos, & spondeam tibi sicut dixisti. Et exiuit Pto-
lemęus de Aegypto, ipse & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidã anno
centesimo sexagesimosecundo. Et occurrit ei Alexãder rex, & dedit ei Cleo
patram filiam suã: & fecit nuptias eius Ptolemaidę, sicut reges in magna
gloria. Et scripsit rex Alexander Ionathę, vt veniret obuiã sibi. Et abijt
cum gloria Ptolemaidam, & occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis ar-
gentum multum, & aurum, & dona: & inuenit gratiã in conspectu eorum.
Et cõuenerunt aduersus eũ viri pestilentes ex Israel, viri iniqui interpellan
tes aduersus eũ: & non intendit ad eos rex. Et iussit spoliari Ionathan vesti
bus suis, & indui eũ purpura: & ita fecerũt. Et collocauit eũ rex sedere secũ.
Dixitq; principibus suis, Exite cũ eo in medium ciuitatis, & prędicate vt
nemo aduersus eũ interpellet de vllo negotio, nec quisquam ei molestus sit
de vlla ratione. Et factum est vt viderunt qui interpellabant gloriam eius
quę pdicabatur, & opertũ eum purpura, fugerunt omnes: & magnificauit
eum rex, & scripsit eũ inter primos amicos, & posuit eum ducẽ, & participẽ
principatus. Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum pace & lętitia. In
anno centesimo sexagesimoquinto, venit Demetrius filius Demetrij à Cre
ta in terrã patrũ suorum. Et audiuit Alexander rex, & ptristatus est valde, & re
uersus est Antiochiam. Et constituit Demetrius rex Apollonium ducẽ, qui
pręerat Cœlesyrię: & pgregauit exercitum magnum, & accessit ad Iamniam:
& misit ad Ionathan summũ sacerdotẽ, dicens, Tu solus resistis nobis: ego
autem factus sum in derisum, & in opprobrium, ppterea quia tu potestatem
aduersum nos exerces in montibus. Nunc ergo si confidis in virtutibus
tuis, descende ad nos in campum, & comparemus illic inuicem: quia mecum
est virtus bellorum. Interroga & disce quis sum ego & cęteri qui auxilio sunt
mihi, qui & dicunt quia nõ potest stare pes vester ante faciẽ nostrã, quia bis
in fugã conuersi sunt patres tui terrã suã: & nunc quomodo poteris sustine
re equitatũ & exercitum tantum in cãpo, vbi nõ est lapis, neq; saxum, neq;
locus fugiendi? Vt audiuit autem Ionathas sermones Apollonij motus
est animo: & elegit decẽ millia virorum, & exijt ab Ierusalẽ, & occurrit ei Simõ
frater eius in adiutorium: & applicuerunt castra in Ioppen, & exclusit eum
à ciuitate: quia custodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eã. Et exter-
riti qui erãt in ciuitate, aperuerũt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen. Et au
diuit Apollonius, & admouit tria millia equitum, & exercitum multum. Et
abijt Azotum tanquam iter faciens, & statim exijt in cãpum: eò quod haberet mul
titudinẽ equitũ, & cõfideret in eis. Et insequutus est eũ Ionathas in Azo-
tum, & cõmiserunt prælium. Et reliquit Apollonius in castris mille equites post
eos occulte. Et cognouit Ionathas quoniam insidię sunt post se, & circuie
runt castra eius, & iecerunt iacula in populum à mane vsq; ad vesperam.
Populus autẽ stabat, sicut pceperat Ionathas: & laborauerunt equi eorum.
Et eiecit Simon exercitũ suum, & cõmisit ptra legionẽ. equites enim fatiga
ti erat, & cõtriti sunt ab eo, & fugerunt. Et qui dispersi sunt per campum,
fugerunt in Azotũ, & intrauerunt in Bethdagon idolum suũ, vt ibi se libe
rarent. Et succendit Ionathas Azotũ, & ciuitates quę erant in circuitu eius,
& accepit spolia eorum, & tẽplum Dagon: & omnes qui fugerunt in illud, suc
cendit igni. Et fuerunt qui ceciderunt gladio cũ his qui succensi sunt, ferè
octo millia virorum. Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea Asca-
lonem: & exierunt de ciuitate obuiã illi in magna gloria. Et reuersus est Io
nathas in Ierlm cũ suis hñtibus spolia multa. Et factũ est: vt audiuit Alexã
der rex sermões istos, addidit adhuc glorificare Ionathã. Et misit ei fibulã

Demetrius interimit.

Amicitiam inter se statuunt Ptolemęus et Alexãder.

Occurrens eis Ionathas, summo afficit honore.

F

Apollonius dux exercitus Demetrij cũ Ionatha pgressus, ab eodẽ deuincitur.

G

auream sicut consuetudo est dari cognatis regum. Et dedit ei Accaron & omnes fines eius in possessionem.

CAP. XI.

A

Dissidiū inter Ptolemeū & Alexandrū generum suū.

ET rex Aegypti congregauit exercitum, sicut arenam quę est circa oram maris, & naues multas: & quęrebat obtinere regnū Alexandri dolo, & addere illud regno suo. Et exijt in Syriam verbis pacificis, & aperiebant ei ciuitates, & occurrebant ei: quia mādauerat Alexander rex exire ei obuiā, eo ꝙ socer suus esset. Quum autē introiret ciuitatē Ptolemęus, ponebat custodias militū in singulis ciuitatibus. Et vt appropiauit Azoto, ostenderunt ei templū Dagon succensum igni, & Azotū, & cętera eius demolita, & corpora proiecta, & eorū qui cęsi erant in bello tumulos quos fecerant secus viā. Et narrauerunt regi quia hęc fecit Ionathas: vt inuidiā facerent ei. & tacuit rex. Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cū gloria, & inuicem se salutauerunt, & dormierūt illic. Et abijt Ionathas cum rege vsq; ad fluuiū qui vocabatur Eleutherus: & reuersus est in Ierusalem. Rex autem Ptolemęus obtinuit dominium ciuitatū vsq; Seleuciam maritimā, & cogitabat in Alexandrum consilia mala. Et misit legatos ad Demetrium, dicens, VENI cōponamus inter nos pactum, & dabo tibi filiam meam quā habet Alexander, &

B

regnabis in regno patris tui. pœnitet enim me, ꝙ dederim illi filiam meā: quęsiuit enim me occidere. Et vituperauit eū, propterea ꝙ cōcupierat regnū eius. Et abstulit filiam suā, & dedit eā Demetrio, & alienauit se ab Alexandro, & manifestatę sunt inimicitię eius. Et intrauit Ptolemęus Antiochiā, & imposuit duo diademata capiti suo, Aegypti & Asię. Alexander autē rex erat in Cilicia illis tēporibus: quia rebellabāt qui erant in locis suis. Et audiuit Alexander, & venit ad eū in bellū: & produxit Ptolemęus rex exercitū, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eū. Et fugit Alexander in Arabiā, vt ibi protegeretur: rex autem Ptolemęus exaltatus est. Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolemęo. Et rex Ptolemęus mortuus est in die tertia: & qui erant in munitionibus, perierūt ab his qui erant intra castra. Et regnauit Demetrius anno centesimo sexagesimoseptimo. In diebus illis cōgregauit Ionathas eos qui erant in Iudęa, vt expugnarēt arcem quę est in Ierusalē: & fecerunt cōtra eam machinas multas. Et abierūt quidā qui oderant gentem suā viri iniqui ad regem Demetriū, & renuntiauerunt ei ꝙ Ionathas obsideret arcem. Et vt audiuit, iratus est: & statim venit ad Ptolemaidā, & scripsit Ionathę ne obsideret arcē, sed occurreret sibi ad colloquiū festinato.

Ptolemęo mortuo regnat Demetrius, q cus Ionatha fœdus confirmās. Iudęā liberā permisit.

C

Vt audiuit autem Ionathas iussit obsidere: & elegit de senioribus Israel, & de sacerdotibus, & dedit se periculo. Et accepit aurū & argentū, & vestem, & alia xenia multa, & abijt ad regem Ptolemaidā, & inuenit gratiā in cōspectu eius. Et interpellabant aduersus eū quidā iniqui ex gente sua. Et fecit ei rex sicut fecerant ei qui ante eum fuerant: & exaltauit eum in cōspectu omnium amicorū suorū, & statuit ei principatū sacerdotij, & quęcūq; alia habuit prius pretiosa, & fecit eū principem amicorū. Et postulauit Ionathas à rege vt immunē faceret Iudęā, & tres toparchias, & Samariam, & confines eius: & promisit ei talenta trecenta. Et cōsensit rex: & scripsit Ionathę epistolas de his omnibus, hunc modū continentes. REX Demetrius fratri Ionathę, salutem & genti Iudęorū. Exemplum epistolę, quā scripsimus Lasthenę parenti nostro de vobis, misimus ad vos vt sciretis: Rex Demetrius Lastheni parenti salutem. Genti Iudęorū amicis nostris, & cōseruantibus quę iusta sunt apud nos, decreuimus benefacere, propter benignitatem ipsorū quam erga nos habent. Statuimus ergo illis omnes fines Iudęę, & tres ciuitates,

D

Lydam & Ramathę, quę additę sunt Iudęę ex Samaria, & omnes cōfines earum sequestrari omnibus sacrificantibus in Ierosolymis pro his quę ab eis prius accipiebat rex per singulos annos, & pro fructibus terrę & pomorū. Et alia quę ad nos pertinebant decimarū & tributorū, ex hoc tempore remittimus eis: & areas salinarū, & coronas quę nobis deferebantur, omnia ipsis cōcedimus. & nihil horū irritū erit ex hoc & in omne tēpus. Nunc ergo curate facere horum exemplū, & detur Ionathę, & ponatur in monte sancto, & in loco celebri.

elebri. Et videns Demetrius rex q siluit terra in cóspectu suo, & nihil ei
estitit, e dimisit totum exercitú suum, vnúquéq; in locum suũ, excepto pe
egrino exercitu qué traxit ab insulis gentiũ: e inimici erant ei oés exercitus
atrũ eius. Tryphon aũt erat quidá partiũ Alexandri prius: e vidit quoniá
omnis exercitus murmurauit contra Demetriũ, & iuit ad Emalchuel Ara
bem, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri: e assidebat ei, vt traderet
um ipsi, vt regnaret loco patris sui: e enuntiauit ei quáta fecit Demetrius,
e inimicitias exercituuz eius aduersus illũ. Et mansit ibi diebus multis.
Et misit Ionathas ad Demetriũ regé vt ejceret eos qui in arce erát in Ieru
salé, & qui in presidijs erant: quia impugnabant Israel. Et misit Demetrius
ad Ionathan, dicens, Non hec tantum faciá tibi e genti tue, sed gloria illu
rabo te & genté tuá quũ fuerit opportunũ. Nunc ergo recté feceris, si mise
ris in auxiliũ mihi viros: quia discessit omnis exercitus meus. Et misit ei
Ionathas tria millia viroꝝ fortium Antiochiam: & venerunt ad regem, &
delectatus est rex in aduentu eoꝝ. Et conuenerũt qui erant de ciuitate, centuz
viginti millia viroꝝ, & volebát interficere regé. Et fugit rex in aulá: e occu
pauerunt qui erant de ciuitate, itinera ciuitatis, e coeperunt pugnare. Et vo
cauit rex Iudeos in auxiliũ, e conuenerunt oés simul ad eũ, e dispersi sunt oés
per ciuitaté: & occiderunt in illa die centum millia hominũ, e succenderunt
ciuitatem, & ceperunt spolia multa in die illa, & liberauerunt regem. Et
viderunt qui erant de ciuitate q obtinuissent Iudei ciuitatem sicut vole
bant: e infirmati sunt mente sua, & clamauerunt ad regem cum precibus,
dicentes, Da nobis dextras, & cessent Iudei oppugnare nos & ciuitatez. Et
proiecerunt arma sua, e fecerunt pacé: & glorificati sunt Iudei in conspectu
regis e in cóspectu omniũ qui erant in regno eius, e noíati sunt in regno:
& regressi sunt in Ierusalem, habentes spolia multa. Et sedit Demetrius
rex in sede regni sui & siluit terra in conspectu eius. Et mentitus est omnia
quecunq; dixit, & abalienauit se á Ionatha, e non retribuit ei scdm bene
ficia que sibi tribuerat, e vexabat eũ valde. Post hec aũt reuersus est Try
phon, e Antiochus cum eo puer adolescés: & regnauit, e imposuit sibi dia
dema. Et congregati sunt ad euz oés exercitus quos dispersérat Demetrius,
& pugnauerunt contra eum: e fugit, & terga vertit. Et accepit Tryphon be
stias, e obtinuit Antiochiá: & scripsit Antiochus adolescés Ionathe, dicés,
Constituo tibi sacerdotium, e constituo te super quatuor ciuitates, vt sis de
amicis regis. Et misit illi vasa aurea in ministerium, e dedit ei potestaté bi
bendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream: e Simonem fra
trem eius cóstituit ducem á terminis Tyri vsq; ad fines Aegypti. Et exijt Io
nathas, e perambulabat trans flumen ciuitates: & congregatus est ad eũ om
nis exercitus Syrie in auxiliũ, & venit Ascaloné, & occurrerũt ei honorifice
de ciuitate. Et abijt inde Gazá: & concluserunt se qui erant Gaze, & obse
dit eam, & succendit que erant in circuitu ciuitatis, e predatus est eá. Et ro
gauerunt Gazenses Ionathá, & dedit illis dextrá: e accepit filios eoꝝ obsi
des, e misit illos in Ierusalé, e perambulauit regioné vsq; Damascũ. Et au
diuit Ionathas q preuaricati sunt principes Demetrij in Cades que est in
Galilea cum exercitu multo, volentes eum remouere á negotio regni: e oc
currit illis, fratrez aũt suũ Simonem reliquit intra prouinciam. Et applicuit
Simon ad Bethsuram, e expugnabat eam diebus multis, e conclusit eos. Et
postulauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis: & eiecit eos inde, e cepit
ciuitatem, e posuit in ea presidiũ. Et Ionathas & castra eius applicuerũt
ad aquam Genesar, e ante lucem vigilauerunt in campo Asor: e ecce castra
alienigenarum occurrebát ei in campo, & tendebant ei insidias in monti
bus: ipse autem occurrit ex aduerso. Insidie verò exurrexerũt de locis suis, e
cómiserũt prelium. Et fugerunt qui erát ex parte Ionathe, oés: & nemo relí
ctus est ex eis, nisi Mathathias filius Absolomi, & Iudas filius Calphi prin
ceps militie exercitus. Et scidit Ionathas vestimenta sua, e posuit terram in
capite suo, e orauit. Et reuersus est Ionathas ad eos in preliũ, e conuertit eos

Vidés Demetrius oia pacata, dimittit exercitũ. ipm suscitat Tryphó Antiochũ Alexádri filium.

E

Per Ionathá liberat.

F

Liberat' Demetri' ictuz foedus violat.

Expulso Demetrio regnat Antiochus.

Belliũ Ionathe aduersus alienigenás.

G

in fugam, et pugnauerunt.) Et viderunt qui fugiebant partis illius, et re-fugerunt
uersi sunt ad eú, & insequebantur cú eo oés vsq; Cades ad castra sua, et per-
uenerunt vsq; illuc. et ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia viro-
rum: et reuersus est Ionathas in Ierusalem. CAP. XII.

A ET vidit Ionathas quia tps eú iuuat, et elegit viros, et misit eos Romaꝫ
Cófirmádi statuere et renouare cú eis amicitiá: et ad Spartiatas, et ad alia loca mí
fœderis gr a-sit epistolas scóm eandem formá, & abierunt Romá, & intrauerunt curiá,
tia, legatos & dixerunt, Ionathas summus sacerdos, & gens Iudęoꝶ miserunt nos, vt
Romam et renouaremus amicitiá & societatem scóm pristinú. Et dederunt illis episto
ad Spartia-las ad ipsos per loca, vt deducerent eos in terram Iuda cuꝫ pace. Et hoc est
tas mittit exemplum epistolarú, quas scripsit Ionathas Spartiatis. IONATHAS
Ionathas. summus sacerdos, & seniores gentis, & sacerdotes, & reliquus populus Iu-
dęoꝶ, Spartiatis fratribus salutem. Iampridé missę erant epistolę ad Oniaꝫ
summum sacerdoté à Dario qui regnabat apud vos, quoniam estis fratres
nostri, sicut scriptum ꝯtinet quod subiectú est. Et suscepit Onias virú qui
B missus fuerat, cú honore: & accepit epistolas, in quibus significabatur de so
cietate & amicitia. Nos enim cú nullo hoꝶ indigeremus, habentes sanctos
libros qui sunt in manibus nostris, maluimus mittere ad vos renouare fra-
ternitaté & amicitiam, ne forté alieni efficiamur à vobis: multa enim tem
pora transierunt, ex quo misistis ad nos. Nos ergo in omni tépore sine in-
termissione in diebus solennibus, & cęteris quibus oportet, memores sumus
vestri in sacrificijs quę offerimus, & in obseruationibus sicut fas est & decet
meminisse fratrum. Lętamur itaq; de gloria vestra. Nos aút circundederút
multę tribulationes, & multa pręlia, & impugnauerunt nos reges qui sunt
in circuitu nostro. Noluimus ergo vobis molesti esse, neq; cęteris socijs, &
amicis nostris in his pręlijs. habuimus enim de cœlo auxilium, & liberati
C sumus nos, & humiliati sunt inimici nostri. Elegimus itaq; Numeniú An-
tiochi filium, & Antipatré Iasonis filiú, & misimus ad Romanos renouare
cum eis amicitiá & societaté pristiná. Mandauimus itaq; eis vt veniát etiá
ad vos, & salutent vos, & reddant vobis epistolas nostras de innouatione
fraternitatis nostrę. Et nunc benefacietis respondentes nobis ad hęc. Et
hoc rescriptú est epistolarú, qđ misit Onias, REX Spartiataruꝫ Onias, Io
nathę sacerdoti magno saluté. Inuentú est in scriptura de Spartiatis & Iu-
dęis qm̃ sunt fratres, & ꝙ sunt de gńe Abrahá. Et núc ex quo hęc cognoui
mus, benefacitis scribétes nobis de pace vestra. Sed & nos rescripsimus vo-
bis, Pecora nostra, & possessióes nostrę, vestrę sunt: & vestrę nostrę. mádaui
Fugat Io-mus itaq; hęc nuntiari vobis. Et audiuit Ionathas qm̃ regressi sunt prin
nathas prn-cipes Demetrij cú exercitu multo supra q; prius, pugnare aduersus eum: &
cipes D exijt ab Ierusalé. & occurrit eis in Amathite regióe: non enim dederat eis
emetrij. spatium vt ingrederent regioné eius. Et misit speculatores in castra eoꝶ: &
reuersi renuntiauerunt ꝙ ꝯstituunt superuenire illuc nocte. Qué occidisset
aút sol, pcepit Ionathas suis vigilare, & eé in armis paratos ad pugná tota
nocte, & posuit custodes per circuitú castroꝶ. Et audierunt aduersarij qđ pa-
ratus est Ionathas cú suis in bello: & timuerunt & formidauerunt in corde
suo, & accenderunt focos in castris suis. Ionathas aút & qui cú eo erát, nó
cognouerút vsq; mane: videbát aút luminaria ardétia, & sequutus est eos Io
nathas, & nó cóprehédit eos, tráfierunt enim flumen Eleutheꝶ. Et diuertit
Ionathas ad Arabas, qui vocabant Zabadęi: & percussit eos, & accepit spo
lia eoꝶ. Et iunxit, & venit Damascú, & perambulabat oém regioné illá. Si-
D mon aút exijt, & venit vsq; ad Ascaloné, & ad ꝓxima ꝑsidia: & declinauit
in Ioppen, & occupauit eá. (audiuit enim ꝙ vellét ꝑsidiú tradere partibus
Demetrij) & posuit ibi custodes, vt custodirét eá. Et reuersus est Ionathas: &
ꝯuocauit seniores populi, & cogitauit cum eis ędificare ꝑsidia in Iudęa, &
ędificare muros in Ierusalé, & exaltare altitudine magna inter mediú arcis
& ciuitaté, vt separaret eá à ciuitate, vt eét ipsa singulariter, & neq; emant,
neq; vendát. Et ꝯuenerút vt ędificarét ciuitaté; & cecidit murus q erat sup.

torrentẽ ab ortu solis, & reparauit eũ qui vocat Caphetetha: & Simon ędi
ficauit Adiada in Sephela, & muniuit eã, & imposuit portas & seras. Et — Ionathas
quũ cogitasset Tryphon regnare Asię & assumere diadema, & extẽdere ma — dolo circũ
nũ in Antiochũ regẽ: timẽs ne forte nõ pmitteret eũ Ionathas, sed pugna — uẽtũ cõpre
ret aduersus eũ, quęrebat cõprehendere eũ, & occidere. Et exurgẽs abijt in Beth — F hendit
san. Et exiuit Ionathas obuiã illi cũ quadraginta millibus virorũ electorũ — Tryphon.
in prælium, & venit Bethsan. Et vidit Tryphon quia venit Ionathas cum
exercitu multo, vt extenderet in eum manus: & timuit. & accepit eum cum
honore, & cõmendauit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera: & pre
cepit exercitibus suis vt obedirent ei sicut sibi. Et dixit Ionathę, Vt qd ve
xasti vniuersũ populũ, quũ bellũ nobis nõ sit? Et nunc remitte eos in do
mos suas: elige aũt tibi viros paucos q tecũ sint, & veni mecum Ptolemai
dã, & tradã eam tibi, & reliqua pręsidia & exercitũ & vniuersos prępositos ne
gotij, & cõuersus abibo, propterea enim veni. Et credidit ei, & fecit sicut di
xit: & dimisit exercitũ, & abierũt in terrã Iuda. retinuit aũt secũ tria millia
virorũ: ex quibus remisit in Galilęã duo millia, mille autẽ venerunt cũ eo. — G
Vt autẽ intrauit Ptolemaidã Ionathas, clauserunt portas ciuitatis Ptole
menses: & cõprehenderunt eum, & oẽs qui cum eo intrauerant gladio in
terfecerunt. Et misit Tryphon exercitũ & equites in Galilęam, & in campũ
magnum, vt perderent oẽs socios Ionathę. At illi quũ cognouissent quia
cõprehensus est Ionathas, & perijt, & oẽs qui cum eo erãt: hortati sunt se
metipsos, & exierunt parati in pręliũ. Et videntes hi qui insequuti fuerãt, q
pro anima res est illis, reuersi sunt: illi aũt venerunt oẽs cum pace in terrã
Iuda. Et planxerũt Ionathã, & eos qui cũ ipso erant valde: & luxit Israel lu
ctu magno. Et quęsierunt oẽs gentes quę erãt in circuitu eorũ, conterere eos.
dixerunt enim, Non habent principẽ & adiuuantẽ: nunc ergo expugnemus
illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

CAP. XIII.

Et audiuit Simon q congregauit Tryphon exercitũ copiosum, vt ve — A
niret in terrã Iuda, & attereret eam. Videns quia in tremore populus — Capto Io
est & in timore, ascendit Ierusalem, & cõgregauit populũ: & adhortans di — natha Si
xit, Vos scitis quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro — mõ dux eli
legibus & pro sanctis prælia, & angustias quales vidimus: horũ gratia pe — git, à quo
rierunt fratres mei oẽs propter Israel, & relictus sum ego solus. Et nũc non — Tryphon p
mihi cõtingat parcere animę meę in omni tpe tribulationis: nõ enim me — Ionathę re
lior sum fratribus meis. Vindicabo itaq; gentẽ meã, & sancta, natos quoq; — dẽptiõe libe
nostros, & vxores: qa congregatę sunt vniuersę gentes conterere nos inimi — ros ei' et ar
citię gratia. Et accensus est spũs populi simul vt audiuit sermones istos: & — gẽtum acci
responderunt voce magna dicentes, Tu es dux noster loco Iudę & Iona — piẽs, ipsum
thę fratris tui. pugna pręliũ nostrũ: & omnia quęcunq; dixeris nobis, faciemus. — B cũ libe
Et congregans omnes viros bellatores, accelerauit cõsummare vniuersos — ris interi
muros Ierusalem, & muniuit eam in gyro. Et misit Ionathã filium Abso — mit.
lomi, & cum eo exercitũ nouum in Ioppen, & eiectis his qui erant in arce,
remansit illic ipse. Et mouit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu multo,
vt veniret in terram Iuda, & Ionathas cũ eo in custodia: Simon autem
applicuit in Addus contra faciem campi. Et vt cognouit Tryphon quia
surrexit Simon loco fratris sui Ionathę: & quia cõmissurus esset cũ eo pręliũ,
misit ad eum legatos dicens, Pro argẽto qđ debebat frater tuus Ionathas
in ratione regis, propter negotia quę habuit, detinuimus eum. Et nunc
mitte argenti talenta centum, et duos filios eius obsides, vt non dimissus
fugiat à nobis: et remittemus eum. Et cognouit Simon quia cum dolo — C
loqueretur secum, iussit tamen dari argentum, et pueros: ne inimicitiam
magnã sumeret ad populũ Israel, dicentẽ, Quia nõ misit ei argentũ et pue
ros, propterea perijt. Et misit pueros, et centũ talẽta: & mentitus est, et non
dimisit Ionathan. Et post hęc venit Tryphon intra regionem, vt cõtereret
eam, et gyrauerunt per viam quę ducit Ador, et Simon et castra eius am
bulabant in omnem locum quocunq; ibant. Qui aũt in arce erãt, miserunt

ad Tryphoně legatos, vt festinaret venire per desertů, & mitteret illis alimonias. Et parauit Tryphon oém equitatum, vt veniret illa nocte erat aůtem nix multa valde, & non venit in Galaadium. Et quů appropinquasset Bascham, occidit Ionathan, & filios eius illic. Et ɔuertit Tryphon, & abijt in terrá suá. Et misit Simon, & accepit ossa Ionathę, fřis sui, & sepeliuit ea in

e pulchruz Ionathę.

D Modin ciuitate patrů eius. Et plāxerůt eů oís Isrl plāctu magno, & luxerunt eů dies multos. Et ędificauit Simon sup sepulchꝝ prís sui & fratrů suoꝝ ędificium altum visu, lapide polito retro & añ: & statuit septé pyramidas, vnā cōtra vnā patri & matri, & quatuor fratribus: & his circůposuit columnas magnas: & super columnas arma, ad memoriá ęternā: & iuxta arma naues sculptas, quę viderent ab hominibus nauigantibus mare. hoc est sepulchꝝ, qð fecit in Modin vsq; in hunc diē. Tryphon autē quum iter faceret cum Antiocho rege adolescēte, dolo occidit eů. Et regnauit loco eius, & imposuit sibi diadema Asię, & fecit plagā magnā in terra. Et ędificauit Simon presidia Iudęę, muniēs ea turribus excelsis, & muris magnis, & portis & seris: & posuit alimenta in munitionibus. Et elegit Simon viros, & misit ad

Occiso Antiocho regnum occupat Tryphō

E Demetrium regē vt faceret remissionē regiōi. quia actus oēs Tryphonis per direptionē fuerant gesti. Et Demetrius rex ad verba ista rñdit ei, & scripsit epistolā talē, R E X Demetrius Simōni summu sacerdoti & amico regů, & senioribus, & genti Iudęoꝝ salutē. Coronā aureā, & bahem quam misistis, suscepimus: & parati sumus facere vobiscū pacē magnā, & scribere ꝑpositis regis remittere vobis quę indulsimus. Quęcunq; enim constituimus, vobis cōstāt. Munitiōes quas ędificastis, vobis sint. remittimus quoq; ignorātias, & pctā vsq; in hodiernů diē, & coronā quā debebatis. Et siquid aliud erat tributariů in Ierusalē, iam nō sit tributariů. Et siqui ex vobis apti sunt cōscribi inter nostros, ɔscribantur, & sit inter nos pax. Anno cētesimo septuagesimo ablatů est iugů gentium ab Israel. Et cœpit populus Israel scribere in tabulis & gestis publicis, anno prio sub Simone summo sacerdote, magno duce, & principe Iudęoꝝ. In diebus illis applicuit Simon ad Gazā, & circůdedit eam castris: & fecit machinas & applicuit ad ciuitatē, & percussit turreꝫ vnā, & ɔprehendit eā. Et qui eruperāt, erāt intra machinā in ciuitatē: & factus est motus magnus in ciuitate. Et ascenderunt qui erāt in ciuitate cum vxoribus & filijs supra muꝝ scissis tunicis suis, & clamauerůt voce magna, postulantes à Simone dextras sibi dari, & dixerunt, Non nobis reddas s̄m malitias nostras, sed scd̄m misericordias tuas. Et flexus Simon non debellauit eos: eiecit tñ eos de ciuitate, & mundauit ędes in quibus fuerant simulachra, & tunc intrauit in eam cum hymnis benedicens dñm. & eiecta ab ea omni immunditia, collocauit in ea viros qui legē facerēt: & muniuit eam, & fecit sibi habitationē. Qui aůt erant in arce Ierusalē, prohibebant egredi & ingredi regionē, et emere et vendere: et esurierůt valde, et multi ex eis fame perierunt, et clamauerunt ad Simonē vt dextras acciperet. et dedit illis: et eiecit eos inde, et můdauit arcē à ɔtaminatiōibus, et intrauerunt in eam tertia et vicesima die secundi mensis, anno cētesimo septuagesimo primo, cum laude et ramis palmaꝝ, et cinnyris, et cymbalis, et nablis, et hymnis, et canticis, quia contritus est inimicus magnus ex Israel. Et ɔstituit vt omnibus annis agerentur dies hi cū lętitia. Et muniuit montē templi, q erat secus arcē, et habitauit ibi ipse, et qui cum eo erant. Et vidit Simon Ioannem filium suum, q vir pręlij esset: et posuit eum ducem virtutum vniuersarum, et habitauit in Gazaris.

Pacem init Demetri⁹ cū Simone.

Simō Gazā expugnat.

G Arcē Sion occupat.

Ioañē filiů ducē constituit.

CAP. XIIII.

A Nno centesimo septuagesimo secundo ɔgregauit rex Demetrius exercitum suum, et abijt in Mediā ad contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Tryphonē. Et audiuit Arsaces rex Persidis et Medię, quia intrauit Demetrius ɔfines suos, et misit vnum de principibus suis, vt comprehenderet eū viuum. Et abijt, et percussit castra Demetrij: et cōprehendit eum, et duxit eū ad Arsacē, et posuit eū in custodiā. Et siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis, et quęsiuit bona genti suę, et placuit illis potestas eius et glo

A Demetrius ab Arsace deuincitur. Simōe duce summa in Isrl quies.

dis eius omnibus diebus. Et cũ omni gloria sua accepit Ioppen in portũ,
et fecit introitum in insulis maris. Et dilatauit fines gentis suę, et obtinuit
regionem. Et congregauit captiuitatem multã, et dominatus est Gazarę et
Bethsurę, et arci: et abstulit immunditias ex ea, et non erat qui resisteret ei.
Et vnusquisq; colebat terrã suã cum pace: et terra Iuda dabat fructus suos,
et ligna campoꝝ fructũ suũ. Seniores in plateis sedebãt o͂s, et de bonis ter B
rę tractabant, & iuuenes induebant se gloriam, & stolas belli. Et ciuitatibus
tribuebat alimonias, & constituebat eas vt essent vasa munitiõis quoadusq;
nominatũ est nomen glorię eius vsq; ad extremũ terrę. Fecit pacẽ super ter
ram, & lętatus est Israel lętitia magna. Et sedit vnusquisq; sub vite sua, &
sub ficulnea sua: & non erat qui eos terreret. Defecit impugnans eos super
terrã: reges ꝯtriti sunt in diebus illis. Et ꝯfirmauit oẽs humiles populi sui,
& legẽ exquisiuit, & abstulit oẽm iniquum & malum: sancta glorificauit, &
multiplicauit vasa sanctoꝝ. Et auditũ est Romę quia defunctus esset Io Renouatur
nathas, & vsq; in Spartiatas: & cõtristati sunt valde. Vt audierunt autem ꝙ fœdus cum
Simon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius, & ipse obtineret Spartiatis &
oẽm regionem, & ciuitates in ea, scripserunt ad eum in tabulis ęreis, vt re Romanis.
nouarent amicitias & societatem quam fecerant cum Iuda & cum Iona C
tha fratribus eius. Et lectę sunt in conspectu ecclesię in Ierusalem. Et hoc
exemplũ epistolaꝝ quas Spartiatę miserunt. SPARTIANORVM
prĩcipes & ciuitates Simoni sacerdoti magno, & senioribus, & sacerdotibus,
& reliquo populo Iudęoꝝ fratribus salutem. Legati qui missi sunt ad popu
lum nostrũ, nuntiauerũt nobis de vestra gloria, & honore & lętitia: & gauisi
sumus in introitu eoꝝ. Et scripsimus quę ab eis erant dicta in cõcilijs popu
li, sic, Numenius Antiochi, & Antipater Iasonis filius legati Iudęoꝝ, vene
runt ad nos, renouantes nobiscũ amicitiã pristinam. Et placuit populo ex
cipere viros gloriose, & ponere exemplũ sermonum eoꝝ in segregatis po
puli libris, vt sit ad memoriã populo Spartiataꝝ. Exemplũ aũt hoꝝ scripsi
mus Simoni magno sacerdoti. Post hęc aũt misit Simon Numeniũ Ro
mam, habentẽ clypeum aureũ magnum, pondo mnarũ mille ad statuendã D
cum eis societatẽ. Quum aũt audisset populus Romanus sermones istos, di
xerunt, Quã gratiaꝝ actionẽ reddemus Simoni & filijs eius? Restituit enim
ipse fratres suos, & expugnauit inimicos Israel ab eis, & statuerunt ei liber
tatẽ, & descripserunt in tabulis ęreis, & posuerunt in titulis in monte Sion.
Et hoc est exẽplũ scripturę, OCTAVADECIMA die mensis Elul,
anno centesimo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone sacerdote
magno in Asaramel, in conuentu magno sacerdotum, & populi, & princi
pum gentis, & seniorum regionis, nota facta sunt hęc, Quoniã frequenter
facta sunt pręlia in regione nostra: Simon aũt Mathathię filius ex filijs Ia
rib, & fratres eius dederũt se periculo, & restiterunt aduersarijs gentis suę, vt
starent sancta ipsoꝝ & lex, & gloria magna glorificauerunt gentem suam.
Et congregauit Ionathas gentẽ suã, & factus est illis sacerdos magnus, & ap E
positus est ad populũ suũ. Et voluerunt inimici eoꝝ calcare & atterere re
gionem ipsoꝝ, & extendere manus in sancta sanctoꝝ. Tunc restitit Simon,
& pugnauit pro gẽte sua, & erogauit pecunias multas, & armauit viros vir
tutis gentis suę, & dedit illis stipendia: & muniuit ciuitates Iudęę, & Bethsu
rã ꝗ erat in finibus Iudęę, vbi erant arma hostiũ antea: & posuit illic pſidiũ
viros Iudęos. Et Ioppen muniuit quę erat ad mare: & Gazaram quę est in
finibus Azoti, in qua hostes antea habitabant, & collocauit illic Iudęos: &
quęcũq; apta erant ad correptionem eoꝝ, & posuit in eis. Et vidit populus
actum Simonis, & gloriã quã cogitabat facere genti suę, & posuerunt eum
ducẽ suũ, & principẽ sacerdotũ, eò ꝙ ipse fecerit hęc omnia, & iustitiam, &
fidem quam conseruauit genti suę, & exquisiuit omni modo exaltare popu F
lum suum. Et in diebus eius prosperatum est in manibus eius vt tolleren
tur gentes de regione ipsoꝝ, & qui in ciuitate Dauid erant in Ierusalem in
arce, de qua procedebant, & contaminabant omnia quę in circuitu sanctoꝝ

sunt, & inferebant plagā magnā castitati: & collocauit in ea viros Iudęos ad tutamētū regionis & ciuitatis, & exaltauit muros in Ierusalē. Et rex Demetrius statuit illi summū sacerdotiū. Scdm hęc fecit eum amicū suū, & glorificauit eū gloria magna. Audiuit enim q appellati sunt Iudęi à Romanis amici, & socij, & fratres, & quia susceperunt legatos Simonis gloriose: & quia Iudęi & sacerdotes eorū consenserunt eum esse ducem suum & summum sacerdotem inęternum, donec surgat propheta fidelis: & vt sit super
B eos dux, & vt cura esset illi pro sanctis, & vt constitueret prępositos super opera eorum & super regionem & super arma & super pręsidia: & cura sit illi de sanctis: & vt audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine eius omnes conscriptiones in regione: & vt operiatur purpura & auro: & ne liceat vlli ex populo & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his quę ab eo dicuntur, aut conuocare conuentū in regione sine ipso: & vestiri purpura, & vti fibula aurea. qui aūt fecerit extra hęc, aut irritum fecerit aliquid horū: reus erit. Et complacuit omni populo statuere Simonē, & facere secundū verba ista. Et suscepit Simon, & placuit ei vt summo sacerdotio fungeretur: & esset dux & princeps gentis Iudęorū & sacerdotum, & pręesset omnibus. Et scripturam istam dixerūt ponere in tabulis ęreis, & ponere eas in peribolo sanctorum, in loco celebri. exemplum autem eorum ponere in ęrario, vt habeat Simon & filij eius.

CAP. XV.

A ET misit rex Antiochus filius Demetrij epistolas ab insulis maris Simōni sacerdoti, & principi gentis Iudęorum, & vniuersę genti: & erāt continentes hunc modum, REX Antiochus Simōni sacerdoti magno, & gēti Iudęorū salutem. Quoniam quidam pestilentes obtinuerunt regnū patrum nostrorū, volo aūt vendicare regnū, & restituere illud, sicut erat antea: & electam feci multitudinem exercitus, & feci naues bellicas. Volo aūt procedere per regionem, vt vlciscar in eos qui corruperunt regionem nostrā, & qui desolauerunt ciuitates multas in regno meo. Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes quas remiserunt tibi ante me oēs reges, & quęcūq alia dona remiserunt tibi: & permitto tibi facere percussuram proprij numismatis in regione tua: Ierusalem autem sanctam esse, & liberam: & omnia arma, quę fa-
B bricata sunt, & pręsidia quę construxisti, quę tenes, maneant tibi. Et omne debitum regis, & quę futura sunt regi, ex hoc & in totum tempus remittantur tibi. Quum autem obtinuerimus regnum nostrum, glorificabimus te, & gentem tuam, & templum gloria magna, ita vt manifestetur gloria vestra in vniuersa terra. Anno centesimo septuagesimo quarto exijt Antiochus in terram patrum suorum, & conuenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti essent cum Tryphone. Et insequutus est eum Antiochus rex, & venit Doram fugiens per maritimam. sciebat enim q congregata sunt mala in eum, & reliquit eum exercitus. & applicuit Antiochus super Doram cū centum viginti millibus virorum belligeratorum, & octo millibus equitū.
C & circuiuit ciuitatē, & naues à mari accesserunt: & vexabant ciuitatem à terra & mari, & neminem sinebant ingredi vel egredi. Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerant, ab vrbe Roma, habentes epistolas regibus, & regionibus scriptas, in quibus continebantur hęc, LVCIVS consul Romanorū, Ptolemęo regi salutē. Legati Iudęorū venerunt ad nos amici nostri, renouantes pristinam amicitiam & societatē, missi à Simone principe sacerdotū, & populo Iudęorū. Attulerūt aūt & clypeū aureū mnarum mille. Placuit itaq nobis scribere regibus, & regionibus, vt non inferant illis mala, neq impugnent eos, & ciuitates eorū, & regiones eorum: & vt non ferant auxilium pugnantibus aduersus eos. Visum autē est nobis accipere ab eis
D clypeum. Siqui ergo pestilentes fugerint de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simōni principi sacerdotum, vt vindicet in eos secundum legē suā. Hęc eadem scripta sunt Demetrio regi, & Attalo, et Arabę, et Arsaci, et in omnes regiōes, et Sampsamę et Spartiatis et Delo et Mydo & Sycioni et Carię, et Samium et Pamphyliam et Lyciam et Alicarnassum et Rhodum

Antiochus cū Simone fœdꝰ ferit, et Tryphonē persequit.

Mittūt Romani epłas ad reges et regiōes ad Iudęorū p̄tectionem.

& Phaselida & Coo & Siden & Arado & Cortinam & Cnidum & Cyprum
& Cyrenen. Exemplum autem eorum scripserunt Simoni principi sacerdo-
tum. Antiochus autem rex applicuit castra in Doram secundo, admouens E
ei semper manus, & machinas faciens: & conclusit Tryphonem, ne proce-
deret, & misit ad eum Simon duo millia virorũ electorũ in auxilium, & ar-
gentum, & aurũ, & vasa copiosa: & noluit ea accipere, sed rupit omnia quę
pactus est cum eo antea, & alienauit se ab eo. Et misit ad eum Athenobius
vnum de amicis suis, vt tractaret cum ipso, dicens, Vos tenetis Ioppen, &
Gazaram, & arcem quę est in Ierusalem ciuitates regni mei: fines earũ deso-
lastis, & fecistis plagam magnam in terra, & dominati estis per loca multa in
regno meo. Nunc ergo tradite ciuitates, quas occupastis: & tributa locorũ
in, quibus dominati estis extra fines Iudęę. sin autem, date pro illis quingen
ta talenta argenti, & exterminij quod exterminastis, & tributorum ciuitatum F
alia talenta quingenta: sin autem, veniemus & expugnabimus vos. Et ve-
nit Athenobius amicus regis in Ierusalem, & vidit gloriam Simonis, & cla
ritatem in auro & argento, & apparatum copiosum, & obstupuit: & retulit
ei verba regis. Et respondit ei Simon, & dixit ei, Neque alienam terrã sum-
psimus, neq; alienam detinemus: sed hęreditatem patrum nostrorũ, quę in-
iustè ab inimicis nostris aliquo tempore possessa est. Nos verò tempus haben-
tes, vendicamus hęreditatem patrum nostrorum. Nam de Ioppe & Gazara
quę expostulas, ipsi faciebant in populo plagam magnã, & in regione no-
stra: horum damus talenta centũ. Et non respondit ei Athenobius verbũ.
Reuersus autem cum ira ad regem renuntiauit ei verba ista, & gloriam Simo- G
nis, & vniuersa quę vidit: & iratus est rex ira magna. Tryphon autem fugit
naui in Orthosiadã. Et constituit rex Cendebęum ducem maritimũ, & exer-
citum peditum & equitum dedit illi. Et mandauit illi mouere castra contra
faciem Iudęę: & mandauit ei ędificare Cedronem, & obstruere portas ciui-
tatis, & debellare populum. Rex autem persequebatur Tryphonem. Et per-
uenit Cendebęus Iamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Iudęam,
& captiuare populum, & interficere: & ędificauit Cedronem. Et collocauit
illic equites: & exercitum: vt egressi perambularent viam Iudęę, sicut con-
stituit ei rex.

Missus à Simone auxiliũ recusans Antioch⁹, pactũ rũpit.

CAP. XVI.

ET ascendit Iohannes de Gazaris, & nuntiauit Simoni patri suo quę fe- A
cit Cendebęus Et vocauit Simon duos filios suos seniores, Iudã & Iohã
nem, & ait illis, Ego & fratres mei, & domus patris mei expugnauimus hostes
Israel ab adolescentia vsq; in hunc diem: & prosperatũ est in manibus nostris
liberare Israel aliquoties. Nunc autẽ senui, sed estote loco meo, & fratris mei,
& egressi pugnate pro gente nostra: auxilium verò de cœlo vobiscum sit. Et
elegit de regione viginti millia virorum belligeratorũ, & equites, & profecti
sunt ad Cendebęum: & dormierũt in Modin. Et surrexerũt mane, & abierunt
in campũ: & ecce exercitus copiosus in obuiam illis peditũ & equitũ, & fluuius
torrens erat inter mediũ ipsorũ. Et admouit castra cõtra faciem eorũ ipse &
populus eius, & vidit populum trepidantem ad transfretandũ torrentem, & B
transfretauit primus. & viderũt eum viri, & transierunt post eũ. Et diuisit po
pulum, & equites in medio peditũ. erat autem equitatus aduersariorũ copio-
sus nimis. Et exclamauerũt sacris tubis: & in fugam cõuersus est Cendebęus, &
castra eius. & ceciderunt ex eis multi vulnerati: residui autem in munitionem
fugerunt. Tunc vulneratus est Iudas frater Iohannis: Iohannes autem inse-
quutus est eos, donec venit Cedronem quã ędificauit: & fugerunt vsq; ad tur
res quę erant in agris Azoti, & succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo
millia virorum, & reuersus est in Iudęam in pace: & Ptolemęus filius Abobi
constitutus erat dux in campo Iericho, & habebat argentũ & aurum multũ.
erat enim gener summi sacerdotis. Et exaltatum est cor eius, & volebat obti-
nere regionem, & cogitabat dolum aduersus Simonem & filios eius vt tol-
leret eos. Simon autem perambulans ciuitates quę erant in regione Iudęę, C
& sollicitudinem gerens earum, descendit in Iericho ipse & Matathias filius

Cendebęus dux exercitus Antiochi, à filijs Simonis profligatur.

Ptolemęus Abobi fili⁹, Simoné cũ duob⁹ filijs in cõuiuio interficit.

eius, & Iudas anno centesimo septuagesimoseptimo, mense undecimo, hic
est mensis Sabat. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam, quę voca-
tur Doch, cum dolo, quā ędificauit: & fecit eis conuiuium magnū, & abscon
dit illic viros. Et quū inebriatus esset Simon & filij eius, surrexit Ptolemęus
cum suis, & sumpserunt arma sua, & intrauerunt in conuiuium, & occide-
Iohānes vitę suę insidiantes interimit. runt eum, & duos filios eius, & quosdam pueros eius. & fecit deceptionem
magnam in Israel, & reddidit mala pro bonis. Et scripsit hęc Ptolemęus,
& misit regi vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, &
ciuitates eorum, & tributa. Et misit alios in Gazaram tollere Iohannem, &
D tribunis misit epistolas, vt venirent ad se, & daret eis argentum, & aurum, &
dona. Et alios misit occupare Ierusalem, & montem templi. Et pręcurrens
quidam, nuntiauit Iohanni in Gazara quia perijt pater eius, & fratres eius, &
quia misit te quoque interfici. Vt audiuit autem, vehementer expauit & cō-
prehendit viros qui venerant perdere eū, & occidit eos: cognouit enim quia
quęrebant eum perdere. Et cętera sermonum Iohannis, & bellorum eius, &
bonarum virtutum quibus fortiter gessit, & ędificij murorum quos extruxit,
& rerum gestarum eius: ecce hęc scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius,
ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

LIBER SECVNDVS MACHABÆORVM.

A

Ep̄la iudęorū hītantiū Ierosolymis ad eos q in Aegypto, q super morte Antiochi deo gratias agē eos ad hortantur.



RATRIBVS qui sunt per Aegyptum Iudęis,
salutem dicūt fratres qui sunt in Ierosolymis Iudęi,
& qui in regione Iudęa, & pacem bonā. Benefaciat
vobis deus & meminerit testamenti sui quod locu-
tus est ad Abraham, & Isaac, & Iacob seruorū suo-
rum fidelium, & det vobis cor omnibus vt colatis
eum, & faciatis eius voluntatem corde magno & ani
mo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua, &
in pręceptis suis, & faciat pacem. Exaudiat orationes
vestras, & recōcilietur vobis, nec vos deserat in tem
B pore malo. Et nunc hic sumus orantes pro vobis. Regnāte Demetrio anno
centesimo sexagesimo nono nos Iudęi scripsimus vobis in tribulatiōe & im
petu qui superuenit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason à sancta terra
& à regno. Portam succenderunt, & effuderunt sanguinem innocentem. &
orauimus ad dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium & simi-
laginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes. Et nunc frequen-
tate dies scenopegię mensis Casleu. Anno centesimo octogesimooctauo, po
pulus qui est in Ierosolymis, & in Iudęa, senatusq́; & Iudas, Aristobolo ma
gistro Ptolemęi regis qui est de genere christorum sacerdotum, & his qui in
C Aegypto sunt Iudęis, salutem & sanitatem. De magnis periculis à deo libe-
rati magnifice gratias agimus ipsi, vtpote qui aduersus talem regem dimi-
cauimus. Ipse enim ebullire fecit de Perside eos qui pugnauerūt contra san
ctam ciuitatem. Nam quum in Perside esset dux ipse & cum ipso immensus
exercitus, cecidit in templo Nanęę, cōsilio deceptus sacerdotū Nanęę. etenim
cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius, & vt accipe-
rent pecunias multas dotis nomine. Quumq́; proposuissent eas sacerdotes
Nanęę, & ipse cum paucis ingressus esset intra ambitū phani, clauserunt tem
D plum. Quū autem intrasset Antiochus, apertoq́; occulto aditu templi, mit
tentes lapides percusserunt ducem, & eos qui cum eo erant, & diuiserunt mē
bratim, & capitibus amputatis foras proiecerunt. Per omnia benedictus
deus, qui tradidit impios. Facturi igitur quinta & vicesima die mensis Cas-
leu, purificationem templi, necessarium duximus significare vobis: vt & vos
quoque agatis diem scenopegię, & diem ignis, qui datus est quādo Nehemias
ędificato templo & altari obtulit sacrificia. Nam quum in Persidem duce-

renfur patres nostri, sacerdotes qui tunc cultores dei erant, acceptum ignem de altari occultè absconderũt in valle vbi erat puteus altus & siccus: & in eo contutati sunt eum, ita vt omnibus ignotus esset locus. Quum autem præterissent anni multi, & placuit deo vt mitteretur Nehemias à rege Persidis: nepotes sacerdotum illorum qui absconderant, misit ad requirendũ ignem: & sicut narrauerũt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquã crassam. Et iussit eos haurire, & afferre sibi: & sacrificia, quę imposita erant, iussit sacerdos Nehemias asp̃ergi ipsa aqua, & ligna, & quę erant superposita. Vtq; hoc factũ est, & tempus affuit quo sol refulsit qui prius erat in nubilo, accẽsus est ignis magnus, ita vt omnes mirarentur. Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum cõsummaretur sacrificium. Ionatha inchoante, cęteris autem respondentibus. Et Nehemię erat oratio hunc habens modũ, DOMINE deus omniũ creator, terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es bonus rex, solus pręstans, solus iustus, & omnipotens, & ęternus, qui liberas Israel de omni malo, qui fecisti patres electos, & sanctificasti eos: accipe sacrificiũ pro vniuerso populo tuo Israel, & custodi partem tuam, & sanctifica. Congrega dispersionem nostrã, libera eos qui seruiunt gentibus, & contemptos & abominatos respice: vt sciant gentes quia tu es deus noster. Affige opprimentes nos & contumeliam facientes in superbia. Constitue populũ tuum in loco sancto tuo, sicut dixit Moyses. Sacerdotes autem psallebãt hymnos, vsquequo consumptum esset sacrificium. Quum autem cõsumptum esset sacrificium, ex residua aqua Nehemias iussit lapides maiores perfundi. Quod vt factum est, ex eis flamma accensa est: sed & ex lumine quod refulsit ab altari, consumpta est. Vt verò manifestata est res, renuntiatũ est regi Persarum quod in loco in quo ignem absconderant hi qui translati fuerant sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cum eo erant, purificauerunt sacrificia. Considerans autem rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templũ vt probaret quod factum erat: & quum probasset, sacerdotibus donauit multa dona, & alia atq; alia munera, & accipiens manu sua, tribuebat eis. Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

E De igne in puteo recõdito.

F

Deu.30.a

G

CAP. II.

Inuenitur autem in descriptionibus Ieremię prophetę, q̃ iussit eos ignem accipere qui transmigrabantur, vt significatum est & vt mandauit transmigratis. Et dedit illis legem ne obliuiscerentur pręcepta domini, & vt non exerrarent mentibus videntes simulachra aurea, & argentea, & ornamenta eorum. Et alia huiusmodi dicens, hortabatur ne legem amouerent à corde suo. Erat autem in ipsa scriptura quomodo tabernaculũ & arcam iussit propheta diuino responso ad se facto comitari secum, vsquequo exijt in montem, in quo Moyses ascendit, & vidit dei hęreditatem. Et veniens ibi Ieremias inuenit locũ speluncę: & tabernaculũ, & arcam, & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit. Et accesserunt quidã simul, qui sequebantur, vt notarent sibi locum: & non potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos, dixit, Quòd ignotus erit locus, donec congreget deus congregationem populi, & propitius fiat. Et tunc dominus ostendet hęc, & apparebit maiestas domini, & nubes erit sicut & Moysi manifestabatur, & sicut quum Salomon petijt vt locus sanctificaretur magno deo, manifestabat hęc. Magnifice etenim sapientiam tractabat: & vt sapientiam habens, obtulit sacrificium dedicationis, & cõsummationis templi. Sicut & Moyses orabat ad dominum, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustum: sic & Salomon orauit, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustũ. Et dixit Moyses, eò quòd non sit comestum quod erat pro peccato, & cõsumptum est. Similiter & Salomon octo diebus celebrauit dedicationem. Inferebãtur autem in descriptionibus & cõmentarijs Nehemię hęc eadem, & qualiter cõstruens bibliothecã congregauit de regibus libros & prophetarũ & Dauid, & epistolas regum, & de donarijs. Similiter autem & Iudas ea quę deciderãt per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & sunt apud nos. Si

A Quo pacto occultarit Ieremias tabernaculũ, arcã, & altare in mõte. Deut.34.a.

B

C 3.Reg.8.b 2.Para.6.c Leui.9.d Leui.10.d 2.Para.7.a

autem ibi intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica verò per vniuersam ciuitatẽ erat trepidatio. Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se, & inuocabant de cœlo eũ qui de depositis legem posuit, vt his qui deposuerant ea, salua custodiret. Iam verò qui videbat summi sacerdotis vultum, mente vulnerabatur: facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem. circũfusa enim erat mœstitia quędam viro, & horror corporis: per quę manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur. Alij etiam gregatim de domibus confluebant: publica supplicatione obsecrantes, pro eo ꝙ in contemptum locus esset venturus. Accinctęq́; mulieres cilicijs pectus, per plateas cõfluebant. sed & virgines quę conclusę erant procurrebant ad Oniam, alię autẽ ad muros, quędã verò per fenestras aspiciebant: vniuersę autem protendentes manus in cœlũ, deprecabantur. erat enim misera cõmistę multitudinis, & magni sacerdotis in agone cõstituti expectatio. Et hi quidẽ inuocabant omnipotentẽ deum, vt credita sibi, his qui crediderant, cum omni integritate cõseruarentur. Heliodorus autem, quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ęrarium, pręsens. Sed spiritus omnipotentis dei magnã fecit suę ostensionis euidentiã, ita vt omnes qui ausi fuerant parere ei, ruentes dei virtute, in dissolutionem & formidinem cõuerterentur. Apparuit enim illis quidã equus terribilem habens sessorẽ, optimis operimentis adornatus: isq́; cum impetu Heliodoro priores calces elisit: qui autẽ ei sedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerũt duo iuuenes virtute decõri, optimi gloria, speciosiq́; amictu: qui circũsteterunt eum, & ex vtra ꝗ parte flagellabãt, sine intermissione multis plagis verberantes. Subito autẽ Heliodorus concidit in terrã, eumq́; multa caligine circũfusum rapuerũt, atq; in sella gestatoria positum eiecerunt. Et is qui cũ multis cursoribus & satellitibus pręd. ctũ ingressus est ęrarium, portabatur nullo sibi auxiliũ ferente, manifesta dei cognita virtute: & ille quidẽ per diuinã virtutem iacebat mutus, atq; omni spe & salute priuatus. Hi autem dominũ benedicebant, quia magnificauerat locum suum: & templũ quod paulo ante timore ac tumultu erat plenũ, apparente omnipotente domino, gaudio & lętitia impletum est. Tunc verò ex amicis Heliodori quidã rogabant cõfestim Oniam, vt inuocaret altissimũ vt vitã donaret ei qui in supremo spiritu erat cõstitutus. Considerans autẽ summus sacerdos ne fortè rex suspicaretur malitiã aliquã ex Iudęis circa Heliodorum consummatã, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. Cumq́; summus sacerdos exoraret, ijdem iuuenes eisdem vestibus amicti, astantes Heliodoro dixerunt, Onię sacerdoti gratias age: nam propter eum dominus tibi vitam donauit. tu autem à deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia dei & potestatẽ. Et his dictis, non cõparuerunt. Heliodorus autẽ hostia deo oblata, & votis magnis promissis ei qui viuere illi cõcessit, & Onię gratias agens, recepto exercitu repedabat ad regẽ. Testabatur autẽ omnibus ea quę sub oculis suis viderat opera magni dei. Quũ autem rex interrogasset Heliodorum quis esset aptus adhuc semel Ierosolymã mitti, ait, Si quẽ habes hostẽ, aut regni tui insidiatorẽ, mitte illuc, & flagellatũ eum recipies, si tamẽ euaserit: eò ꝙ in loco sit verè dei quędã virtus. Nam ipse qui habet in cœlis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendũ, percutit ac pdit. Igitur de Heliodoro & ęrarij custodia ita res se hẽt. CA. IIII.

Heliodorus percutitur à deo.

Sanatur ad Onię orationem.

SImon autem prędictus pecuniarũ & patrię delator, male loquebatur de Onia, tanꝗ ipse Heliodorũ instigasset ad hęc, & ipse fuisset inuẽtor malorum: prouisoremq́; ciuitatis ac defensorẽ gentis suę, & ęmulatorẽ legis dei audebat insidiatorẽ regni dicere. Sed quũ inimicitię intantũ procederẽt, vt etiã per quosdã Simonis necessarios homicidia fierẽt: cõsiderans Onias periculũ cõtentionis, & Apolloniũ insanire, vtpote ducẽ Cœlesyrię, & Phœnicis, ad augendã malitiã Simonis ad regẽ se cõtulit, nõ vt ciuiũ accusator, sed cõem vtilitatẽ apud semetipsum vniuersę multitudinis cõsiderans. videbat enim sine regali prouidẽtia impossibile esse pacẽ rebus dari, nec Simonẽ posse cessare

Onię Simõ calũniatur.

Alexander fratri Ionathę salutem. Audiuimus de te quod vir potens sis viribus, & aptus es vt sis amicus noster: & nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuę, vt amicus voceris regis (& misit ei purpuram, & coronã auream) & quę nostra sunt sentias nobiscum, & conserues amicitias ad nos. Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense, anno centesimo sexagesimo in die solẽni scenopegię: & congregauit exercitum, & fecit arma copiosa. Et audiuit Demetrius verba ista, & contristatus est nimis, & ait, Quid hoc fecimus, quod preoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiam Iudęorũ ad munimen sui: Scribam & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, & bona: vt sint mecũ in adiutorium. Et scripsit eis in hęc verba, REX Demetrius genti Iudęorum salutẽ. Quoniã seruastis ad nos pactum, & mansistis in amicitia nostra, & non accessistis ad inimicos nostros, audiuimus, & gauisi sumus. Et nunc perseuerate adhuc conseruare ad nos fidẽ, & retribuemus vobis

C bona pro his quę fecistis nobiscũ. Et remittemus vobis prestatiões multas, & dabimus vobis donationes. Et nunc absoluo vos & omnes Iudęos à tributis, & pretia salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias seminis: & dimidiã partem fructus ligni quod est portionis meę, relinquo vobis ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda & à tribus ciuitatibus quę additę sunt illi ex Samaria & Galilęa ex hodierna die & in totum tẽpus. & Ierusalẽ sit sancta & libera cũ finibus suis: & decimę & tributa ipsius sint. Remitto etiã potestatem arcis quę est in Ierusalẽ: & do eam summo sacerdoti, vt constituat in ea viros quoscunque ipse elegerit, qui custodiant eã. Et omnẽ animam Iudęorum, quę captiua est à terra Iuda in omni regno meo relinquo liberã gratis, vt omnes à tributis soluantur, etiam pecorum suorum. Et omnes dies solẽnes, & sabbatha, & neomenię, & dies decreti, & tres dies ante diẽ solẽnem, & tres dies post diẽ solẽnẽ sint omnes immunitatis & remissionis omnibus Iudęis qui sunt in regno meo: & nemo habebit potestatem agere aliquid, & mouere negotia aduersus aliquem illorum in omni caussa. Et ascribantur ex Iudęis in exercitu regis ad triginta millia virorum, & dabuntur illis copię vt oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabũtur qui sint in munitionibus regis magni. & ex his constituentur super negotia regni quę aguntur ex fide, & principes sint ex eis, & ambulent in legibus suis, sicut pręcepit

D rex in terra Iuda. Et tres ciuitates quę additę sunt Iudęę ex regione Samarię, cũ Iudęa reputentur: vt sint sub vno, & nõ obediant alienę potestati, nisi summo sacerdoti: Ptolemaida & confines eius, quas dedi donũ sanctis qui sunt in Ierusalẽ ad necessarios sumptus sanctorum. Et ego do singulis annis quindecim millia siclorum argenti de rationibus regis, quę me contingunt: & omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderãt qui super negotia erãt annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus. Et super hęc quinque millia siclorũ argenti, quę accipiebant de sanctorum ratione per singulos annos: & hęc ad sacerdotes pertineant, qui ministerio funguntur. Et quicunque confugerint in templum quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittãtur, & vniuersa quę sunt eis in regno meo libera habeãt. Et ad ędificanda vel restaurãda opera sanctorum sumptus dabuntur de ratione regis: & ad extruendos muros in Ierusalem & communiendos in circuitu, sumptus dabuntur de ratione regis, & ad construendos muros in Iudęa. Vt audiuit autẽ Ionathas & populus sermones istos, nõ crediderunt eis, nec receperunt eos: quia recordati sunt malitię magnę quã fecerat in Israel, & tribulauerat eos valde. Et cõplacuit eis in Alexandrũ, quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis, & ipsi auxilium ferebant omnibus diebus. Et congregauit rex Alexãder exercitum magnũ, & admouit castra cõtra Demetriũ. Et cõmiserunt prelium duo reges, & fugit exercitus Demetrii, & insecutus est eum Alexander, & incubuit super eos. Et inualuit prelium nimis, donec occidit sol: & cecidit Demetrius in die illa. Et misit Alexãder ad Ptolemęum regẽ Aegypti legatos secundum hęc verba dicens, QVONIAM regressus sum in regnum meũ, & sedi in sede patrum meorum, & obtinui principatum,

Bellum cõmittit Alexander cum Demetrio.

E

contrāui Demetrium, ⁊ possedi regionem nostrā, ⁊ cōmisi pugnā cū eo, ꝯtritus est ipse, & castra eius à nobis, ⁊ sedemus in sede regni eius: & nūc statuamus adinuicē amicitiā: ⁊ da mihi filiā tuā vxorem, & ego ero gener tuus, ⁊ dabo tibi dona, ⁊ ipsi dignitatē. Et respondit rex Ptolemęus, dicens, FOELIX dies in qua reuersus es ad terrā patrum tuoꝝ, ⁊ sedisti in sede regni eoruꝫ. Et nunc faciā tibi quod scripsisti: sed occurre mihi Ptolemaidā, vt videamus inuicem nos, & spondeam tibi sicut dixisti. Et exiuit Ptolemęus de Aegypto, ipse & Cleopatra filia eius, ⁊ venit Ptolemaidā anno centesimo sexagesimosecundo. Et occurrit ei Alexāder rex, & dedit ei Cleopatram filiam suā: & fecit nuptias eius Ptolemaidę, sicut reges in magna gloria. Et scripsit rex Alexander Ionathę, vt veniret obuiā sibi. Et abijt cum gloria Ptolemaidam, ⁊ occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis argentum multum, & aurum, & dona: & inuenit gratiā in conspectu eorum. Et cōuenerunt aduersus eū viri pestilentes ex Israel, viri iniqui interpellantes aduersus eū: & non intendit ad eos rex. Et iussit spoliari Ionathan vestibus suis, & indui eū purpura: & ita fecerūt. Et collocauit eū rex sedere secū. Dixitq; principibus suis, Exite cū eo in medium ciuitatis, & prędicate vt nemo aduersus eū interpellet de vllo negotio, nec quisquam ei molestus sit de vlla ratione. Et factum est vt viderunt qui interpellabant gloriam eius quę pdicabatur, & opertū eum purpura, fugerunt omnes: & magnificauit eum rex, & scripsit eū inter primos amicos, & posuit eum ducē, ⁊ participē principatus. Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cuꝫ pace & lętitia. In anno centesimo sexagesimoquinto, venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terrā patrū suoꝝ. Et audiuit Alexander rex, ⁊ ꝯtristatus est valde, ⁊ reuersus est Antiochiam. Et constituit Demetrius rex Apolloniuꝫ ducē, qui pręerat Cœlesyrię: & ꝯgregauit exercitum magnum, ⁊ accessit ad Iamniaꝫ: & misit ad Ionathan summū sacerdotē, dicens, Tu solus resistis nobis: ego autem factus sum in derisum, ⁊ in opprobrium, ꝓpterea quia tu potestateꝫ aduersum nos exerces in montibus. Nunc ergo si confidis in virtutibus tuis, descende ad nos in campum, ⁊ comparemus illic inuicem: quia mecuꝫ est virtus belloruꝫ. Interroga ⁊ disce quis sum ego ⁊ cęteri qui auxilio sunt mihi, qui ⁊ dicunt quia nō potest stare pes vester ante faciē nostrā, quia bis in fugā conuersi sunt patres tui i terrā suā: ⁊ nunc quomodo poteris sustinere equitatū & exercitum tantum in cāpo, vbi nō est lapis, neq; saxum, neqꝫ locus fugiendi? Vt audiuit autem Ionathas sermones Apollonij motus est animo: & elegit decē millia viroꝝ, & exijt ab Ierusalē, & occurrit ei Simō frater eius in adiutorium: & applicuerunt castra in Ioppen, & exclusit eum à ciuitate: quia custodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eā. Et exterriti qui erāt in ciuitate, aperuerūt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen. Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitum, & exercitum multum. Et abijt Azotum tanq; iter faciens, & statim exijt in cāpum: eò ꝙ haberet multitudinē equitū, & cōfideret in eis. Et insequutus est eū Ionathas in Azotū, & cōmiserunt ꝓliuꝫ. Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occulte. Et cognouit Ionathas quoniam insidię sunt post se, & circuierunt castra eius, & iecerunt iacula in populum à mane vsq; ad vesperam. Populus autē stabat, sicut pręceperat Ionathas: & laborauerunt equi eorum. Et eiecit Simon exercitū suum, & cōmisit ꝯtra legionē. equites enim fatigati erat, & cōtriti sunt ab eo, & fugerunt. Et qui dispersi sunt per campum, fugerunt in Azotū, & intrauerunt in Bethdagon idoluꝫ suū, vt ibi se liberarent. Et succēdit Ionathas Azotū, & ciuitates quę erant in circuitu eius, & accepit spolia eoꝝ, ⁊ tēplum Dagon: & omnes qui fugerunt in illud, succēdit igni. Et fuerunt qui ceciderunt gladio cū his qui succensi sunt, ferè octo millia virorum. Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea Ascalonem: ⁊ exierunt de ciuitate obuiā illi in magna gloria. Et reuersus est Ionathas in Ierl'm cū suis hn̄tibus spolia multa. Et factū est: vt audiuit Alexāder rex sermōes istos, addidit adhuc glorificare Ionathā. Et misit ei fibulā

Demetrius interimit.

Amicitias inter se statuunt Ptolemęus et Alexāder.

Occurrens eis Ionathas, summo afficit honore.

F

Apollonius dux exercitus Demetrij cū Ionatha ꝯgressus, ab eodē deuincitur.

G

auream sicut consuetudo est dari cognatis regum. Et dedit ei Accaron & omnes fines eius in possessionem.

CAP. XI.

Dissidiũ inter Ptolemęũ & Alexandrũ generum suũ.

A ET rex Aegypti congregauit exercitum, sicut arenam quę est circa oram maris, & naues multas: & quęrebat obtinere regnũ Alexandri dolo, & addere illud regno suo. Et exijt in Syriam verbis pacificis, & aperiebant ei ciuitates, & occurrebant ei: quia mãdauerat Alexander rex exire ei obuiã, eo ꝙ socer suus esset. Quum autẽ introiret ciuitatẽ Ptolemęus, ponebat custodias militũ in singulis ciuitatibus. Et vt appropiauit Azoto, ostenderunt ei templũ Dagon succensum igni, & Azotũ, & cętera eius demolita, & corpora proiecta, & eorũ qui cęsi erant in bello tumulos quos fecerant secus viã. Et narrauerunt regi quia hęc fecit Ionathas: vt inuidiã facerent ei. & tacuit rex. Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cũ gloria, & inuicem se salutauerunt, & dormierũt illic. Et abijt Ionathas cum rege vsque ad fluuiũ qui vocabatur Eleutherus: & reuersus est in Ierusalem. Rex autem Ptolemęus obtinuit dominium ciuitatũ vsque Seleuciam maritimã, & cogitabat in Alexandrum consilia mala. Et misit legatos ad Demetrium, dicens, VENI cõponamus inter nos pactum, &

B dabo tibi filiam meam quã habet Alexander, & regnabis in regno patris tui. pœnitet enim me, ꝙ dederim illi filiam meã: quęsiuit enim me occidere. Et vituperauit eũ, propterea ꝙ cõcupierat regnũ eius. Et abstulit filiam suã, & dedit eã Demetrio, & alienauit se ab Alexandro, & manifestatę sunt inimicitię eius. Et intrauit Ptolemęus Antiochiã, & imposuit duo diademata capiti suo, Aegypti & Asię. Alexander autẽ rex erat in Cilicia illis tẽporibus: quia rebellabãt qui erant in locis suis. Et audiuit Alexander, & venit ad eũ in bellũ: & produxit Ptolemęus rex exercitũ, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eũ. Et fugit Alexander in Arabiã, vt ibi protegeretur: rex autem Ptolemęus exaltatus est. Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolemęo. Et rex Ptolemęus mortuus est in die tertia: & qui erant in munitionibus, perierũt ab his qui erant intra castra. Et regnauit Demetrius anno centesimo sexagesimoseptimo. In diebus illis cõgregauit Ionathas eos qui erant in Iudęa, vt expugnarẽt arcem quę est in Ierusalẽ: & fecerunt cõtra eam machinas multas. Et abierũt quidã qui oderant gentem suã viri iniqui ad regem Demetriũ, & renuntiauerunt ei

Ptolemęo mortuo regnat Demetrius, qui eius Ionathã fœdus confirmãs Iudęã liberã permittit.

C ꝙ Ionathas obsideret arcem. Et vt audiuit, iratus est: & statim venit ad Ptolemaidã, & scripsit Ionathę ne obsideret arcẽ, sed occurreret sibi ad colloquiũ festinato. Vt audiuit autem Ionathas iussit obsidere: & elegit de senioribus Israel, & de sacerdotibus, & dedit se periculo. Et accepit aurũ & argentũ, & vestem, & alia xenia multa, & abijt ad regem Ptolemaidã, & inuenit gratiam in cõspectu eius. Et interpellabant aduersus eũ quidã iniqui ex gente sua. Et fecit ei rex sicut fecerant ei qui ante eum fuerant: & exaltauit eum in cõspectu omnium amicorũ suorũ, & statuit ei principatũ sacerdotij, & quęcunque alia habuit prius pretiosa, & fecit eũ principem amicorũ. Et postulauit Ionathas a rege vt immunẽ faceret Iudęã, & tres toparchias, & Samariam, & confines eius: & promisit ei talenta trecenta. Et cõsensit rex: & scripsit Ionathę epistolas de his omnibus, hunc modũ continentes. REX Demetrius fratri Ionathę, salutem & genti Iudęorũ. Exemplum epistolę, quã scripsimus Lastheni parenti nostro de vobis, misimus ad vos vt sciretis: Rex Demetrius Lastheni parenti salutem. Genti Iudęorũ amicis nostris, & cõseruantibus quę iusta sunt apud nos, decreuimus benefacere, propter benignitatem ipsorũ quam erga nos habent. Statuimus ergo illis omnes fines Iudęę, & tres ciuitates,

D Lydam & Ramathę, quę additę sunt Iudęę ex Samaria, & omnes cõfines earum sequestrari omnibus sacrificantibus in Ierosolymis pro his quę ab eis prius accipiebat rex per singulos annos, & pro fructibus terrę & pomorũ. Et alia quę ad nos pertinebant decimarũ & tributorũ, ex hoc tempore remittimus eis: & areas salinarũ, & coronas quę nobis deferebantur, omnia ipsis cõcedimus. & nihil horũ irritũ erit ex hoc & in omne tẽpus. Nunc ergo curate facere horum exemplũ, & detur Ionathę, & ponatur in monte sancto, & in loco celebri.

ecleb. I. Et videns Demetrius rex quod siluit terra in cõspectu suo, & nihil ei resistit, & dimisit totum exercitũ suum, vnũquenque in locum suũ, excepto pe-regrino exercitu quẽ traxit ab insulis gentiũ: & inimici erant ei oẽs exercitus patrũ eius. Tryphon aũt erat quidã partiũ Alexandri prius: & vidit quoniã omnis exercitus murmurauit contra Demetriũ, & iuit ad Emalchuel Ara-bem, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri: & assidebat ei, vt traderet eum ipsi, vt regnaret loco patris sui: & enuntiauit ei quãta fecit Demetrius, & inimicitias exercituũ eius aduersus illũ. Et mansit ibi diebus multis. Et misit Ionathas ad Demetriũ regẽ vt eijceret eos qui in arce erãt in Ieru-salẽ, & qui in presidijs erant: quia impugnabant Israel. Et misit Demetrius ad Ionathan, dicens, Non hęc tantum faciã tibi & genti tuę, sed gloria illu-strabo te & gentẽ tuã quũ fuerit opportunũ. Nunc ergo rectẽ feceris, si mise-ris in auxiliũ mihi viros: quia discessit omnis exercitus meus. Et misit ei Ionathas tria millia virorum fortium Antiochiam: & venerunt ad regem, & delectatus est rex in aduentu eorum. Et conuenerũt qui erant de ciuitate, centum viginti millia virorum, & volebãt interficere regẽ. Et fugit rex in aulã: & occu-pauerunt qui erant de ciuitate, itinera ciuitatis, & cœperunt pugnare. Et vo-cauit rex Iudęos in auxiliũ, & conuenerunt oẽs simul ad eũ, & dispersi sunt oẽs per ciuitatẽ: & occiderunt in illa die centum millia hominũ, & succenderunt ciuitatem, & ceperunt spolia multa in die illa, & liberauerunt regem. Et viderunt qui erant de ciuitate quod obtinuissent Iudęi ciuitatem sicut vole-bant: & infirmati sunt mente sua, & clamauerunt ad regem cum precibus, dicentes, Da nobis dextras, & cessent Iudęi oppugnare nos & ciuitatem. Et proiecerunt arma sua, & fecerunt pacẽ: & glorificati sunt Iudęi in conspectu regis & in cõspectu omniũ qui erant in regno eius, & noĩati sunt in regno: & regressi sunt in Ierusalem, habentes spolia multa. Et sedit Demetrius rex in sede regni sui & siluit terra in conspectu eius. Et mentitus est omnia quęcunque dixit, & ab alienauit se à Ionatha, & non retribuit ei secũdum bene-ficia quę sibi tribuerat, & vexabat eũ valde. Post hęc aũt reuersus est Try-phon, & Antiochus cum eo puer adolescẽs: & regnauit, & imposuit sibi dia-dema. Et congregati sunt ad eum oẽs exercitus quos disperserat Demetrius, & pugnauerunt contra eum: & fugit, & terga vertit. Et accepit Tryphon be-stias, & obtinuit Antiochiã: & scripsit Antiochus adolescẽs Ionathę, dicẽs, Constituo tibi sacerdotium, & constituo te super quatuor ciuitates, vt sis de amicis regis. Et misit illi vasa aurea in ministerium, & dedit ei potestatẽ bi-bendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream: & Simonem fra-trem eius cõstituit ducem à terminis Tyri vsque ad fines Aegypti. Et exijt Io-nathas, & perambulabat trans flumen ciuitates: & congregatus est ad eũ om-nis exercitus Syrię in auxiliũ, & venit Ascalonẽ, & occurrerũt ei honorifice de ciuitate. Et abijt inde Gazã: & concluserunt se qui erant Gazę, & obse-dit eam, & succendit quę erant in circuitu ciuitatis, & prędatus est eã. Et ro-gauerunt Gazenses Ionathã, & dedit illis dextrã: & accepit filios eorum obsi-des, & misit illos in Ierusalẽ, & perambulauit regionẽ vsque Damascũ. Et au-diuit Ionathas quod pręuaricati sunt principes Demetrij in Cades quę est in Galilęa cum exercitu multo, volentes eum remouere à negotio regni: & oc-currit illis, fratrem aũt suũ Simonem reliquit intra prouinciam. Et applicuit Simon ad Bethsuram, & expugnabat eam diebus multis, & conclusit eos. Et postulauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis: & eiecit eos inde, & cepit ciuitatem, & posuit in ea prętsidiũ. Et Ionathas & castra eius applicuerũt ad aquam Genesar, & ante lucem vigilauerunt in campo Asor: & ecce castra alienigenarum occurrebãt ei in campo, & tendebant ei insidias in monti-bus: ipse autem occurrit ex aduerso. Insidię verò exurrexerũt de locis suis, & cõmiserũt pręlium. Et fugerunt qui erãt ex parte Ionathę, oẽs: & nemo reli-ctus est ex eis, nisi Mathathias filius Absolomi, & Iudas filius Calphi prin-ceps militię exercitus. Et scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit. Et reuersus est Ionathas ad eos in pręliũ, & conuertit eos

Margin notes:
Vidẽs Demetrius oĩa pacata, dimittit exercitũ ipm suscitat Tryphõ Antiochũ Alexãdri filium.
E
Per Ionathã liberat.
F
Liberat' Demetri' ictum fœdus violat.
Expulso Demetrio regnat Antiochus.
Bellũ Iõnathę aduersus alienigenas.
G

in fugam, et pugnauerunt.) Et viderunt qui fugiebant partis illius, et re- fugerunt
uersi sunt ad eũ, e insequebantur cũ eo oẽs vsq; Cades ad castra sua, et per-
uenerunt vsq; illuc. et ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia viro-
rum: et reuersus est Ionathas in Ierusalem. CAP. XII.

A Cõfirmãdi fœderis gratia, legatos Romam et ad Spartiatas mittit Ionathas.

ET vidit Ionathas quia tẽs eũ iuuat, et elegit viros, et misit eos Romã statuere et renouare cũ eis amicitiã: et ad Spartiatas, et ad alia loca misit epistolas scđm eandem formã. & abierunt Romã, & intrauerunt curiã, & dixerunt, Ionathas summus sacerdos, & gens Iudęorum miserunt nos, vt renouaremus amicitiã & societatem scđm pristinũ. Et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca, vt deducerent eos in terram Iuda cum pace. Et hoc est exemplum epistolarũ quas scripsit Ionathas Spartiatis. IONATHAS summus sacerdos, & seniores gentis, & sacerdotes, & reliquus populus Iudęorum, Spartiatis fratribus salutem. Iampridẽ missę erant epistolę ad Oniam summum sacerdotẽ à Dario qui regnabat apud vos, quoniam estis fratres nostri, sicut scriptum ꝯtinet quod subiectũ est. Et suscepit Onias virũ qui

B missus fuerat, cũ honore: & accepit epistolas, in quibus significabatur de societate & amicitia. Nos enim cũ nullo horum indigeremus, habentes sanctos libros qui sunt in manibus nostris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatẽ & amicitiam, ne fortè alieni efficiamur à vobis: multa enim tempora transierunt, ex quo misistis ad nos. Nos ergo in omni tẽpore sine intermissione in diebus solennibus, e cęteris quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificijs quę offerimus, & in obseruationibus sicut fas est & decet meminisse fratrum. Lętamur itaq; de gloria vestra. Nos aũt circundederũt multę tribulationes, & multa pręlia, & impugnauerunt nos reges qui sunt in circuitu nostro. Noluimus ergo vobis molesti esse, neq; cęteris socijs, & amicis nostris in his pręlijs. habuimus enim de cœlo auxilium, & liberati

C sumus nos, & humiliati sunt inimici nostri. Elegimus itaq; Numeniũ Antiochi filium, & Antipatrẽ Iasonis filiũ, & misimus ad Romanos renouare cum eis amicitiã & societatẽ pristinã. Mandauimus itaq; eis vt veniãt etiã ad vos, & salutent vos, & reddant vobis epistolas nostras de innouatione fraternitatis nostrę. Et nunc benefacietis respondentes nobis ad hęc. Et hoc rescriptũ est epistolarũ, qđ misit Onias. REX Spartiatarum Onias, Ionathę sacerdoti magno salutẽ. Inuentũ est in scriptura de Spartiatis & Iudęis qm̃ sunt fratres, & ꝙ sunt de gñe Abrahã. Et nũc ex quo hęc cognouimus, benefacitis scribẽtes nobis de pace vestra. Sed & nos rescripsimus vobis, Pecora nostra, & possessiões nostrę, vestrę sunt: & vestrę nostrę. mãdauimus itaq; hęc nuntiari vobis. Et audiuit Ionathas qm̃ regressi sunt principes Demetrij cũ exercitu multo supra q̃; prius, pugnare aduersus eum: & exijt ab Ierusalẽ. & occurrit eis in Amathite regiõe: non enim dederat eis spatium vt ingrederent regionẽ eius. Et misit speculatores in castra eorum: & reuersi renuntiauerunt ꝙ ꝯstituunt superuenire illuc nocte. Quũ occidisset aũt sol, pcepit Ionathas suis vigilare, & eẽ in armis paratos ad pugnã tota nocte, e posuit custodes per circuitũ castrorum. Et audierunt aduersarij qđ paratus est Ionathas cũ suis in bello: & timuerunt & formidauerunt in corde suo, & accenderunt focos in castris suis. Ionathas aũt & qui cũ eo erãt, nõ cognouerũt vsq; mane: videbãt aũt luminaria ardẽtia, e sequutus est eos Ionathas, & nõ cõprehẽdit eos, trãsierunt enim flumen Eleutherum. Et diuertit Ionathas ad Arabas, qui vocabant Zabadęi: & pcussit eos, & accepit spolia eorum. Et iunxit, & venit Damascũ, & perambulabat oẽm regionẽ illã. Si-

D mon aũt exijt, & venit vsq; ad Ascalonẽ, & ad ꝓxima pſidia: & declinauit in Ioppen, & occupauit eã. (audiuit enim ꝙ vellẽt pſidiũ tradere partibus Demetrij) & posuit ibi custodes, vt custodiret eã. Et reuersus est Ionathas: e ꝯuocauit seniores populi, & cogitauit cum eis ędificare pſidia in Iudęa, & ędificare muros in Ierusalẽ, e exaltare altitudine magna inter mediũ arcis & ciuitatẽ, vt separaret eã à ciuitate, vt eẽt ipsa singulariter, e neq; emant, neq; vendãt. Et ꝯuenerũt vt ędificarẽt ciuitatẽ: & cecidit murus q̃ erat sup

Fugat Ionathas principes Demetrij.

torrentē ab ortu solis, & reparauit eā quę vocat Caphetētha. & Simon ędi
ficauit Adiada in Sephela, & muniuit eas, & imposuit portas & seras. Et Ionathas
quū cogitasset Tryphon regnare Asię & assumere diadema, & extēdere ma-
nū in Antiochū regē: timēs ne fortè nō pmitteret eū Ionathas, sed pugna-
ret aduersus eū, quęrebat cōprehendere eū, & occidere. Et exurgēs abijt in Beth
san. Et exiuit Ionathas obuiā illi cū quadraginta millibus virorū electorū
in prelium, & venit Bethsan. Et vidit Tryphon quia venit Ionathas cum
exercitu multo, vt extenderet in eum manus: & timuit. & accepit eum cum
honore, & cōmendauit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera: & pre-
cepit exercitibus suis vt obedirent ei sicut sibi. Et dixit Ionathę, Vt qd ve-
xasti vniuersum populū, quū bellū nobis nō sit? Et nunc remitte eos in do-
mos suas: elige aūt tibi viros paucos q tecū sint, & veni mecum Ptolemai-
dā, & tradā eam tibi, & reliqua pśidia & exercitū & vniuersos pposit os ne-
gotij, & cōuersus abibo, propterea enim veni. Et credidit ei, & fecit sicut di
xit: & dimisit exercitū, & abierūt in terrā Iuda. retinuit aūt secum tria millia
virorū: ex quibus remisit in Galilęā duo millia, mille autē venerunt cū eo. C
Vt autē intrauit Ptolemaidā Ionathas, clauserunt portas ciuitatis Ptole-
menses: & cōprehenderunt eum, & oēs qui cum eo intrauerant gladio in-
terfecerunt. Et misit Tryphon exercitū & equites in Galilęam, & in campū
magnum, vt perderent oēs socios Ionathę. At illi quū cognouissent quia
cōprehensus est Ionathas, & perijt, & oēs qui cum eo erant: hortati sunt se-
metipsos, & exierunt parati in prliū. Et videntes hi qui insequuti fuerāt, quia
pro anima res est illis, reuersi sunt: illi aūt venerunt oēs cum pace in terrā
Iuda. Et planxerūt Ionathā, & eos qui cū ipso erant valde: & luxit Israel lu-
ctu magno. Et quęsierunt oēs gentes quę erāt in circuitu eorū, conterere eos.
dixerunt enim, Non habent principē & adiuuantē: nunc ergo expugnemus
illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

CAP. XIII.

ET audiuit Simon q congregauit Tryphon exercitū copiosum, vt ve- A
niret in terrā Iuda, & attereret eam. Videns quia in tremore populus
est & in timore, ascendit Ierusalem, & cōgregauit populū: & adhortans di-
xit, Vos scitis quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro
legibus & pro sanctis prelia, & angustias quales vidimus: horū gratia pe-
rierunt fratres mei oēs propter Israel, & relictus sum ego solus. Et nūc non
mihi cōtingat parcere animę meę in omni tpe tribulationis: nō enim me-
lior sum fratribus meis. Vindicabo itaq; gentē meā, & sancta, natos quoq;
nostros, & vxores: qa congregatę sunt vniuersę gentes conterere nos inimi
citię gratia. Et accensus est spūs populi simul vt audiuit sermones istos: &
responderunt voce magna dicentes, Tu es dux noster loco Iudę & Iona-
thę fratris tui. pugna prliū nostrū: & omnia quęcunq; dixeris nobis, faciemus. B
Et congregans omnes viros bellatores, accelerauit cōsummare vniuersos
muros Ierusalem, & muniuit eam in gyro. Et misit Ionathā filium Abso-
lomi, & cum eo exercitū nouum in Ioppen, & eiectis his qui erant in arce,
remansit illic ipse. Et mouit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu multo,
vt veniret in terram Iuda, & Ionathas cū eo in custodia: Simon autem
applicuit in Addus contra faciem campi. Et vt cognouit Tryphon quia
surrexit Simon loco fratris sui Ionathę: & quia cōmissurus esset cū eo prliū,
misit ad eum legatos dicens, Pro argēto qđ debebat frater tuus Ionathas
in ratione regis, propter negotia quę habuit, detinuimus eum. Et nunc
mitte argenti talenta centum, et duos filios eius obsides, vt non dimissus C
fugiat à nobis: et remittemus eum. Et cognouit Simon quia cum dolo
loqueretur secum, iussit tamen dari argentum, et pueros: ne inimicitiam
magnā sumeret ad populū Israel, dicentē, Quia nō misit ei argentū et pue-
ros, propterea perijt. Et misit pueros, et centū talēta: & mentitus est, et non
dimisit Ionathan. Et post hęc venit Tryphon intra regionem, vt cōtereret
eam, et gyrauerunt per viam quę ducit Ador, et Simon et castra eius am-
bulabant in omnem locum quocunq; ibant. Qui aūt in arce erāt, miserunt

Dolo circūuētū cōprehendit Tryphon.

Captio Ionatha. Simō dux eligit, à quo Tryphon pro Ionathę redēptiōe liberos ei9 et argētum accipiēs, ipsum cū liberis interimit.

ad Tryphonē legatos, vt festinaret venire per desertū, & mitteret illis alimō
nias. Et parauit Tryphon oēm equitatum, vt veniret illa nocte. erat autem
nix multa valde, & non venit in Galaadium. Et quū appropinquasset Ba
schama, occidit Ionathan, & filios eius illic. Et ɔuertit Tryphon, & abijt in
terrā suā. Et misit Simon, & accepit ossa Ionathę, fr̄is sui, & sepeliuit ea in
Modin ciuitate patrū eius. Et planxerūt eū oēs Isrl planctu magno, & luxerunt
eū dies multos. Et ędificauit Simon sup sepulchꝝ pr̄is sui & fratrū suoꝝ ędi
ficium altum visu, lapide polito retro & añ: & statuit septē pyramidas, vnā
cōtra vnā patri & matri, & quatuor fratribus: & his circūposuit columnas
magnas: & super columnas arma, ad memoriā ęternā: & iuxta arma naues
sculptas, quę viderent ab hominibus nauigantibus mare. hoc est sepulchꝝ,
qđ fecit in Modin vsq; in hunc diē. Tryphon autē quum iter faceret cum
Antiocho rege adolescēte, dolo occidit eū. Et regnauit loco eius, & impo
suit sibi diadema Asię, & fecit plagā magnā in terra. Et ędificauit Simon
presidia Iudęę, muniēs ea turribus excelsis, & muris magnis, & portis & se
ris: & posuit alimenta in munitionibus. Et elegit Simon viros, & misit ad
Demetrium regē vt faceret remissionē regiōi. quia actus oēs Tryphonis per
direptionē fuerant gesti. Et Demetrius rex ad verba ista r̄ndit ei, & scripsit
epistolā talē, R B X Demetrius Simōni summo sacerdoti & amico regū, &
senioribus, & genti Iudęoꝝ salutē. Coronā aureā, & bahem quam misistis,
suscepimus: & parati sumus facere vobiscū pacē magnā, & scribere ꝓpositis
regis remittere vobis quę indulsimus. Quęcunq; enim constituimus, vobis
cōstāt. Munitiōes quas ędificastis, vobis sint. remittimus quoq; ignorātias,
& pctā vsq; in hodiernū diē, & coronā quā debebatis. Et siquid aliud erat tri
butariū in Ierusalē, iam nō sit tributariū. Et siqui ex vobis apti sunt cōscri
bi inter nostros, ɔscribantur, & sit inter nos pax. Anno cētesimo septuage
simo ablatū est iugū gentium ab Israel. Et cœpit populus Israel scribere in
tabulis & gestis publi is, anno prio sub Simone summo sacerdote, magno
duce, & principe Iudęoꝝ In diebus illis applicuit Simon ad Gazā, & circū
dedit eam castris: & fecit machinas & applicuit ad ciuitatē, & percussit turrē
vnā, & ꝓprehendit eā. Et qui eruperāt, erāt intra machinā in ciuitatē: & fa
ctus est motus magnus in ciuitate. Et ascenderunt qui erāt in ciuitate cum
vxoribus & filijs supra muꝝ scissis tunicis suis, & clamauerūt voce magna,
postulantes à Simone dextras sibi dari, & dixerunt, Non nobis reddas fm
malitias nostras, sed scdm misericordias tuas. Et flexus Simon non debel
lauit eos: eiecit tñ eos de ciuitate, & mundauit ędes in quibus fuerant simu
lachra, & tunc intrauit in eam cum hymnis benedicens dn̄m. & eiecta ab ea
omni immunditia, collocauit in ea viros qui legē facerēt: & muniuit eam,
& fecit sibi habitationē. Qui aūt erant in arce Ierusalē, prohibebant egredi
& ingredi regionē, et emere et vendere: et esurierūt valde, et multi ex eis fa
me perierunt, et clamauerunt ad Simonē vt dextras acciperet. et dedit illis:
et eiecit eos inde, et mūdauit arcē à ɔtaminatiōibus, et intrauerunt in eam
tertia et vicesima die secundi mensis, anno cētesimo septuagesimo primo,
cum laude et ramis palmaꝝ, et cinyris, et cymbalis, et nablis, et hymnis,
et canticis, quia contritus est inimicus magnus ex Israel. Et ɔstituit vt om
nibus annis agerentur dies hi cū lętitia. Et muniuit montē templi, q̄ erat
secus arcē, et habitauit ibi ipse, et qui cum eo erant. Et vidit Simon Io
annem filium suum, ꝙ vir pręlij esset: et posuit eum ducem virtutum vni
uersarum, et habitauit in Gazaris.

CAP. XIIII.

Anno centesimo septuagesimosecundo ɔgregauit rex Demetrius exerci
tum suum, et abijt in Mediā ad contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret
Tryphonē. Et audiuit Arsaces rex Persidis et Medię, quia intrauit Deme
trius ɔfines suos, et misit vnum de principibus suis, vt comprehenderet eū
viuum. Et abijt, et percussit castra Demetrij: et cōprehendit eum, et duxit eū
ad Arsacē, et posuit eū in custodiā. Et siluit omnis terra Iuda omnibus die
bus Simonis, et quęsiuit bona genti suę, et placuit illis potestas eius et glo

[Margin notes: e pulchrū Ionathę. — D — Occiso Antiocho regnum occupat Tryphō — E — Pacem init Demetri9 cū Simone. — Simō Gazā expugnat. — G — Arcem Sion occupat. — Ioānē filiū ducē constituit. — A — Demetrius ab Arsace deuincitur. Simōe duce summa in Isrl quies.]

da eius omnibus diebus. Et cũ omni gloria sua accepit Ioppen in portũ, et fecit introitum in insulis maris. Et dilatauit fines gentis suę, et obtinuit regionem. Et congregauit captiuitatem multã, et dominatus est Gazarę et Bethsurę, et arci: et abstulit immunditias ex ea, et non erat qui resisteret ei. Et vnusquisq; colebat terrã suã cum pace: et terra Iuda dabat fructus suos, et ligna camporũ fructũ suũ. Seniores in plateis sedebãt oẽs, et de bonis terrę tractabant, & iuuenes induebant se gloriam, & stolas belli. Et ciuitatibus tribuebat alimonias, & constituebat eas vt essent vasa munitiõis quoadusq; nominatũ est nomen glorię eius vsq; ad extremũ terrę. Fecit pacẽ super terram, & lętatus est Israel lętitia magna. Et sedit vnusquisq; sub vite sua, & sub ficulnea sua: & non erat qui eos terreret. Defecit impugnans eos super terraz: reges ꝯtriti sunt in diebus illis. Et ꝯfirmauit oẽs humiles populi sui, & legẽ exquisiuit, & abstulit oẽm iniquum & malum: sancta glorificauit, & multiplicauit vasa sanctorũ. Et auditũ est Romę quia defunctus esset Ionathas, & vsq; in Spartiatas: & cõtristati sunt valde. Vt audierunt autem ꝙ Simon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius, & ipse obtineret oẽm regionem, & ciuitates in ea, scripserunt ad eum in tabulis ęreis, vt renouarent amicitias & societatem quam fecerant cum Iuda & cum Ionatha fratribus eius. Et lectę sunt in conspectu ecclesię in Ierusalem. Et hoc exemplũ epistolarũ quas Spartiatę miserunt. SPARTIANORVM pncipes & ciuitates Simõni sacerdoti magno, & senioribus, & sacerdotibus, & reliquo populo Iudęorũ fratribus salutem. Legati qui missi sunt ad populum nostrũ, nuntiauerũt nobis de vestra gloria, & honore & lętitia: & gauisi sumus in introitu eorũ. Et scripsimus quę ab eis erant dicta in cõcilijs populi, sic, Numenius Antiochi, & Antipater Iasonis filius legati Iudęorũ, venerunt ad nos, renouantes nobiscũ amiciciã pristinam. Et placuit populo excipere viros gloriose, & ponere exemplũ sermonum eorũ in segregatis populi libris, vt sit ad memoriã populo Spartiatarũ. Exemplũ aũt horũ scripsimus Simõni magno sacerdoti. Post hęc aũt misit Simon Numeniũ Romam, habentẽ clypeum aureũ magnum, pondo mnarũ mille ad statuendã cum eis societatẽ. Quum aũt audisset populus Romanus sermones istos, dixerunt, Quã gratiarũ actionẽ reddemus Simõni & filijs eius? Restituit enim ipse fratres suos, & expugnauit inimicos Israel ab eis, & statuerunt ei libertatẽ, & descripserunt in tabulis ęreis, & posuerunt in titulis in monte Sion. Et hoc est exẽplũ scripturę, OCTAVADECIMA die mensis Elul, anno centesimo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone sacerdote magno in Asaramel, in conuentu magno sacerdotum, & populi, & principum gentis, & seniorum regionis, nota facta sunt hęc, Quoniaz frequenter facta sunt prelia in regione nostra: Simon aũt Mathathię filius ex filijs Iarib, & fratres eius dederũt se periculo, & restiterunt aduersarijs gentis suę, vt starent sancta ipsorũ & lex, & gloria magna glorificauerunt gentem suam. Et congregauit Ionathas gentẽ suã, & factus est illis sacerdos magnus, & appositus est ad populũ suuz. Et voluerunt inimici eorũ calcare & atterere regionem ipsorũ, & extendere manus in sancta sanctorũ. Tunc restitit Simon, & pugnauit pro gẽte sua, & erogauit pecunias multas, & armauit viros virtutis gentis suę, & dedit illis stipendia: & muniuit ciuitates Iudęę, & Bethsurã q̃ erat in finibus Iudęę, vbi erant arma hostiũ antea: & posuit illic pſidiũ viros Iudęos. Et Ioppen muniuit quę erat ad mare: & Gazaram quę est in finibus Azoti, in qua hostes antea habitabant, & collocauit illic Iudęos: & quęcũq; apta erant ad correptionem eorũ, & posuit in eis. Et vidit populus actum Simonis, & gloriã quã cogitabat facere genti suę, & posuerunt eum ducẽ suũ, & principẽ sacerdotũ, eò ꝙ ipse fecerit hęc omnia, & iustitiam, & fidem quam conseruauit genti suę, & exquisiuit omni modo exaltare populum suum. Et in diebus eius prosperatum est in manibus eius vt tollerentur gentes de regione ipsorũ, & qui in ciuitate Dauid erant in Ierusalem in arce, de qua procedebant, & contaminabant omnia quę in circuitu sanctorũ

Margin: B — Renouatur fœdus cum Spartiatis & Romanis. — C — D — E — F

sunt, & inferebant plagã magnã castitati: & collocauit in ea viros Iudęos ad tutamẽtũ regionis & ciuitatis, & exaltauit muros in Ierusalẽ. Et rex Demetrius statuit illi summũ sacerdotiũ. Scd̃m hęc fecit eum amicũ suũ, e glorificauit eũ gloria magna. Audiuit enim ꝙ appellati sunt Iudęi à Romanis amici, & socij, & fratres, & quia susceperunt legatos Simonis gloriose: e quia Iudęi & sacerdotes eoruz consenserunt eum esse ducem suum & summum sacerdotem inęternum, donec surgat propheta fidelis: & vt sit super

G eos dux, e vt cura esset illi pro sanctis, & vt constitueret prępositos super opera eorum & super regionem & super arma & super prępsidia: & cura sit illi de sanctis: e vt audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine eius omnes conscriptiones in regioue: & vt operiatur purpura & auro: e ne liceat vlli ex populo & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his quę ab eo dicuntur, aut ꝯuocare ꝯuentũ in regione sine ipso: e vestiri purpura, e vti fibula aurea. qui aũt fecerit extra hęc, aut irritum fecerit aliquid hoꝝ: reus erit. Et complacuit omni populo statuere Simonẽ, & facere secunduz verba ista. Et suscepit Simon, e placuit ei vt summo sacerdotio fungeretur: e esset dux & princeps gentis Iudęoꝝ e sacerdotum, & pręesset omnibus. Et scripturam istam dixerũt ponere in tabulis ęreis, e ponere eas in peribolo sanctorum, in loco celebri. exemplum autem eorum ponere in ęrario, vt habeat Simon & filij eius.

CAP. XV.

A

Antiochus cũ Simone fœdꝰ ferit, et Tryphonez persequit.

ET misit rex Antiochus filius Demetrij epistolas ab insulis maris Simóni sacerdoti, & principi gentis Iudęorum, & vniuersę genti: e erãt continentes hunc modum, REX Antiochus Simóni sacerdoti magno, e gẽti Iudęoꝝ salutem. Quoniam quidam pestilentes obtinuerunt regnũ patruz nostroꝝ, volo aũt vendicare regnũ, & restituere illud, sicut erat antea: e electam feci multitudinem exercitus, & feci naues bellicas. Volo aũt procedere per regionem, vt vlciscar in eos qui corruperunt regionem nostrã, e qui desolauerunt ciuitates multas in regno meo. Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes quas remiserunt tibi ante me oẽs reges, e quęcũq; alia dona remiserunt tibi: e permitto tibi facere percussuram proprij numismatis in re-

B gione tua: Ierusalem autem sanctam esse, e liberam: e omnia arma, quę fabricata sunt, e prępsidia quę construxisti, quę tenes, maneant tibi. Et omne debitum regis, e quę futura sunt regi, ex hoc e in totum tempus remittantur tibi. Quum autem obtinuerimus regnum nostrum, glorificabimus te, e gentem tuam, & templum gloria magna, ita vt manifestetur gloria vestra in vniuersa terra. Anno centesimo septuagesimo quarto exijt Antiochus in terram patrum suorum, e conuenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti essent cum Tryphone. Et insequutus est eum Antiochus rex, e venit Doram fugiens per maritimam. sciebat enim ꝙ congregata sunt mala in eum, e reliquit eum exercitus. e applicuit Antiochus super Doram cũ

C centum viginti millibus virorum belligeratorum, e octo millibus equitũ. e circuiuit ciuitatez, e naues à mari accesserunt: e vexabant ciuitatem à terra e mari, e neminem sinebant ingredi vel egredi. Venit autem Numenius, e qui cum eo fuerant, ab vrbe Roma, habentes epistolas regibus, e regionibus scriptas, in quibus continebantur hęc, LVCIVS consul Romanoruz, Ptolemęo regi salutẽ. Legati Iudęoꝝ venerunt ad nos amici nostri, renouantes pristinam amicitiam e societatez, missi à Simone principe sacerdotũ, e populo Iudęoꝝ. Attulerũt aũt e clypeũ aureũ mnarum mille. Placuit itaq; nobis scribere regibus, e regionibus, vt non inferant illis mala, neq; impugnent eos, e ciuitates eoꝝ, & regiones eorum: & vt non ferant auxilium pugnantibus aduersus eos. Visum autez est nobis accipere ab eis

Mittũt Romani ep̃las ad reges et regiões ad Iudęoꝝ ꝓtectionem.

D clypeum. Siqui ergo pestilentes fugerint de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simóni principi sacerdotum, vt vindicet in eos secundum legẽ suaz. Hęc eadem scripta sunt Demetrio regi, & Attalo, et Arabę, et Arsaci, et in omnes regiões, et Sampsamę et Spartiatis et Delo et Mydo e Sycioni et Carię, et Samum et Pamphyliam et Lyciam et Alicarnassum et Rhodum

& Phaselida & Coo & Siden & Arado & Cortinam & Cnidum & Cyprum
& Cyrenen. Exemplum autem eorum scripserunt Simóni principi sacerdo-
tum. Antiochus autem rex applicuit castra in Doram secundo, admouens E
ei semper manus, & machinas faciens: & conclusit Tryphonem, ne proce- Missus à Si-
deret, & misit ad eum Simon duo millia virorũ electorũ in auxilium, & ar- mone auxi-
gentum, & aurũ, & vasa copiosa: & noluit ea accipere, sed rupit omnia quę liũ recusans
pactus est cum eo antea, & alienauit se ab eo. Et misit ad eum Athenobius Antioch°,
vnum de amicis suis, vt tractaret cum ipso, dicens, Vos tenetis Ioppen, & pactũ rupit.
Gazaram, & arcem quę est in Ierusalem ciuitates regni mei: fines earũ deso-
lastis, & fecistis plagam magnam in terra, & dominati estis per loca multa in
regno meo. Nunc ergo tradite ciuitates, quas occupastis: & tributa locorũ
in, quibus dominati estis extra fines Iudęę. sin autem, date pro illis quingen-
ta talenta argenti, & exterminij quod exterminastis, & tributorum ciuitatum F
alia talenta quingenta: sin autem, veniemus & expugnabimus vos. Et ve-
nit Athenobius amicus regis in Ierusalem, & vidit gloriam Simonis, & cla-
ritatem in auro & argento, & apparatum copiosum, & obstupuit: & retulit
ei verba regis. Et respondit ei Simon, & dixit ei, Neque alienam terrã sum-
psimus, neq; alienam detinemus: sed hęreditatem patrum nostrorũ, quę in-
iustè ab inimicis nostris aliquo tempore possessa est. Nos verò tempus habẽ-
tes, vendicamus hęreditatem patrum nostrorum. Nam de Ioppe & Gazara
quę expostulas, ipsi faciebant in populo plagam magnã, & in regione no-
stra: horum damus talenta centũ. Et non respondit ei Athenobius verbũ.
Reuersus autem cum ira ad regem renũtiauit ei verba ista, & gloriam Simo- G
nis, & vniuersa quę vidit: & iratus est rex ira magna. Tryphon autem fugit
naui in Orthosiada. Et constituit rex Cendebęum ducem maritimũ, & exer-
citum peditum & equitum dedit illi. Et mandauit illi mouere castra contra
faciem Iudęę: & mandauit ei ędificare Cedronem, & obstruere portas ciui-
tatis, & debellare populum. Rex autem persequebatur Tryphonem. Et per-
uenit Cendebęus Iamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Iudęam,
& captiuare populum, & interficere: & ędificare Cedronem. Et collocauit
illic equites: & exercitum: vt egressi perambularent viam Iudęę, sicut con-
stituit ei rex.

CAP. XVI.

ET ascendit Iohannes de Gazaris, & nuntiauit Simóni patri suo quę fe- A
cit Cendebęus Et vocauit Simon duos filios suos seniores, Iudã & Iohã- Cendebęus
nem, & ait illis, Ego & fratres mei, & domus patris mei expugnauimus hostes dux exerci-
Israel ab adolescentia vsq; in hũc diem: & prosperatũ est in manibus nostris tus Antio-
liberare Israel aliquoties. Nunc autẽ senui, sed estote loco meo, & fratris mei, chi, à filijs
& egressi pugnate pro gente nostra: auxilium verò de cœlo vobiscum sit. Et Simonis pro-
elegit de regione viginti millia virorum belligeratorũ, & equites, & profecti fligatur.
sunt ad Cendebęum: & dormierũt in Modin. Et surrexerũt mane, & abierunt
in campũ: & ecce exercitus copiosus in obuiam illis peditũ & equitũ, & fluuius
torrens erat inter mediũ ipsorũ. Et admouit castra cõtra faciem eorũ ipse &
populus eius, & vidit populum trepidantem ad transfretandũ torrentem, & B
transfretauit primus. & viderũt eum viri, & transierunt post eũ. Et diuisit po-
pulum, & equites in medio peditũ. erat autem equitatus aduersariorũ copio-
sus nimis. Et exclamauerũt sacris tubis: & in fugam cõuersus est Cendebęus, &
castra eius. & ceciderunt ex eis multi vulnerati: residui autẽ in munitionem
fugerunt. Tunc vulneratus est Iudas frater Iohannis: Iohannes autem inse- Ptolemęus
cutus est eos, donec venit Cedronem quã ędificauit: & fugerunt vsq; ad tur- Abobi fili°,
res quę erant in agris Azoti, & succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo Simonẽ cũ
millia virorum, & reuersus est in Iudęam in pace: & Ptolemęus filius Abobi duob° filijs
constitutus erat dux in campo Iericho, & habebat argentũ & aurum multũ. in cõuiuio
erat enim gener summi sacerdotis. Et exaltatum est cor eius, & volebat obti- interficit.
nere regionem, & cogitabat dolum aduersus Simonem & filios eius vt tol- C
leret eos. Simon autem perambulans ciuitates quę erant in regionẽ Iudęę,
& sollicitudinem gerens earum, descendit in Iericho ipse & Matathias filius

eius, & Iudas anno centesimo septuagesimoseptimo, mense vndecimo, hic est mensis Sabat. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam, quę vocatur Doch, cum dolo, quã ędificauit: & fecit eis conuiuium magnũ, & abscondit illic viros. Et quũ inebriatus esset Simon & filij eius, surrexit Ptolemęus cum suis, & sumpserunt arma sua, & intrauerunt in conuiuium, & occiderunt eum, & duos filios eius, & quosdam pueros eius. & fecit deceptionem magnam in Israel, & reddidit mala pro bonis. Et scripsit hęc Ptolemęus, & misit regi vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, & ciuitates eorum, & tributa. Et misit alios in Gazaram tollere Iohannem, & tribunis misit epistolas, vt venirent ad se, & daret eis argentum, & aurum, & dona. Et alios misit occupare Ierusalem, & montem templi. Et pręcurrens quidam, nuntiauit Iohanni in Gazara quia perijt pater eius, & fratres eius, & quia misit te quoq; interfici. Vt audiuit autem, vehementer expauit: & cõprehendit viros qui venerant perdere eũ, & occidit eos: cognouit enim quia quęrebant eum perdere. Et cętera sermonum Iohannis, & bellorum eius, & bonarum virtutum quibus fortiter gessit, & ędificij murorum quos extruxit, & rerum gestarum eius: ecce hęc scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius, ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

Iohãnes vitę suę insidiantes interimit.

D

LIBER SECVNDVS MACHABÆORVM.

A

Ep[l]a iudęorũ hitantiũ ierosolymis ad eos q in Aegypto, q super morte Antiochi deo gratias agũt eos ad hortantur.



RATRIBVS qui sunt per Aegyptum Iudęis, salutem dicũt fratres qui sunt in Ierosolymis Iudęi, & qui in regione Iudęa, & pacem bonã. Benefaciat vobis deus & meminerit testamenti sui quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Iacob seruorũ suorum fidelium, & det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius volũtatem corde magno & animo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in pręceptis suis, & faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, & recõcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. Et nunc hic sumus orantes pro vobis. Regnãte Demetrio anno centesimo sexagesimo nono nos Iudęi scripsimus vobis in tribulatiõe & impetu qui superuenit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason à sancta terra & à regno. Portam succenderunt, & effuderunt sanguinem innocentem. & orauimus ad dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium & similaginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes. Et nunc frequentate dies scenopegię mensis Casleu. Anno centesimo octogesimooctauo, populus qui est in Ierosolymis, & in Iudęa, senatusq; & Iudas, Aristobolo magistro Ptolemęi regis qui est de genere christorum sacerdotum, & his qui in Aegypto sunt Iudęis, salutem & sanitatem. De magnis periculis à deo liberati magnifice gratias agimus ipsi, vtpote qui aduersus talem regem dimicauimus. Ipse enim ebullire fecit de Perside eos qui pugnauerũt contra sanctam ciuitatem. Nam quum in Perside esset dux ipse & cum ipso immensus exercitus, cecidit in templo Nanеę, cõsilio deceptus sacerdotũ Nanеę. etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius, & vt acciperent pecunias multas dotis nomine. Quumq; proposuissent eas sacerdotes Nanеę, & ipse cum paucis ingressus esset intra ambitũ phani, clauserunt templum. Quũ autem intrasset Antiochus, apertoq; occulto aditu templi, mittentes lapides percusserunt ducem, & eos qui cum eo erant, & diuiserunt membratim, & capitibus amputatis foras proiecerunt. Per omnia benedictus deus, qui tradidit impios. Facturi igitur quinta & vicesima die mensis Casleu, purificationem templi, necessarium duximus significare vobis: vt & vos quoq; agatis diem scenopegię, & diem ignis, qui datus est quãdo Nehemias ędificato templo & altari obtulit sacrificia. Nam quum in Persidem duce-

B

C

D

enfur patres nostri, sacerdotes qui tunc cultores dei erant, acceptum ignem
de altari occultè absconderūt in valle vbi erat puteus altus & siccus: & in eo
contutati sunt eum, ita vt omnibus ignotus esset locus. Quum autem præ- B
terissent anni multi, & placuit deo vt mitteretur Nehemias à rege Persidis: De igne in
nepotes sacerdotum illorum qui absconderant, misit ad requirendū ignem: puteo recō-
& sicut narrauerūt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquā crassam. Et iussit dito.
eos haurire, & afferre sibi: & sacrificia, quę imposita erant, iussit sacerdos Ne
hemias aspergi ipsa aqua, & ligna, & quę erant superposita. Vtq; hoc factū
est, & tempus affuit quo sol refulsit qui prius erat in nubilo, accensus est ignis
magnus, ita vt omnes mirarentur. Orationem autem faciebant omnes sa-
cerdotes, dum cōsummaretur sacrificium. Ionatha inchoante, cęteris autem
respondentibus. Et Nehemię erat oratio hunc habens modū, DOMINE F
deus omniū creator, terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es bonus
rex, solus prę stans, solus iustus, & omnipotens, & ęternus, qui liberas Israel
de omni malo, qui fecisti patres electos, & sanctificasti eos: accipe sacrificium
pro vniuerso populo tuo Israel, & custodi partem tuam, & sanctifica. Con-
grega dispersionem nostrā, libera eos qui seruiunt gentibus, & contemptos
& abominatos respice: vt sciant gentes quia tu es deus noster. Affige oppri
mentes nos & contumeliam facientes in superbia. Constitue populum tuum
in loco sancto tuo, sicut dixit Moyses. Sacerdotes autem psallebāt hymnos, Deu.30.a
vsquequo consumptum esset sacrificium. Quum autem cōsumptum esset sa- G
crificium, ex residua aqua Nehemias iussit lapides maiores perfundi. Quod
vt factum est, ex eis flamma accensa est: sed & ex lumine quod refulsit ab al-
tari, consumpta est. Vt verò manifestata est res, renuntiatū est regi Persarum
quòd in loco in quo ignem absconderant hi qui translati fuerant sacerdo-
tes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cum eo erant, purificauerunt sa-
crificia. Considerans autem rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templū
vt probaret quod factum erat: & quum probasset, sacerdotibus donauit mul-
ta dona, & alia atq; alia munera, & accipiens manu sua, tribuebat eis. Appe-
llauit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur puri-
ficatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

CAP. II.

A
Inuenitur autem in descriptionibus Ieremię prophetę, quòd iussit eos ignem Quo pacto
accipere qui transmigrabantur, vt significatum est & vt mandauit trans- occultarit
migratis. Et dedit illis legem ne obliuiscerentur pręcepta domini, & vt non Ieremias ta-
errarent mentibus videntes simulachra aurea, & argentea, & ornamenta bernaculū,
eorum. Et alia huiusmodi dicens, hortabatur ne legem amouerent à corde arcā, & alta-
suo. Erat autem in ipsa scriptura quomodo tabernaculū & arcam iussit pro- re in mōte.
pheta diuino responso ad se facto comitari secum, vsquequo exijt in mon- Deut.34.a.
tem, in quo Moyses ascendit, & vidit dei hęreditatem. Et veniens ibi Iere- B
mias inuenit locū speluncę: & tabernaculū, & arcam, & altare incensi intulit
illuc, & ostium obstruxit. Et accesserunt quidā simul, qui sequebantur, vt no
tarent sibi locum: & non potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias,
culpans illos, dixit, Quòd ignotus erit locus, donec congreget deus congre-
gationem populi, & propitius fiat. Et tunc dominus ostendet hęc, & appa-
rebit maiestas domini, & nubes erit sicut & Moysi manifestabatur, & sicut
quum Salomon petijt vt locus sanctificaretur magno deo, manifestabat hęc.
Magnifice etenim sapientiam tractabat: & vt sapientiam habens, obtulit sa- C
crificium dedicationis, & cōsummationis templi. Sicut & Moyses orabat ad
dominum, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustum: sic & Sa- 3.Reg.8.b
lomon orauit, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustū. Et dixit 2.Para.6.c
Moyses, eò quòd non sit comestum quod erat pro peccato, & cōsumptum Leui.9.d
est. Similiter & Salomon octo diebus celebrauit dedicationem. Inferebātur Leui.10.d
autem in descriptionibus & cōmentarijs Nehemię hęc eadem, & qualiter cō 2.Para.7.a
struens bibliothecā congregauit de regibus libros & prophetarū & Dauid,
& epistolas regum, & de donarijs. Similiter autem & Iudas ea quę deciderāt
per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & sunt apud nos. Si

D ergo desyderatis hęc, mittite qui perferant vobis. Acturi itaq; purificationē scripsimus vobis: bene ergo facietis si egeritis hos dies. Deus autem qui libe rauit populum suum, & reddidit hęreditatem omnibus, & regnum & sacer dotium, & sanctificationē, sicut promisit in lege, speramus quòd citò nostri mi

Deute.30.a serebitur, & cōgregabit de sub cœlo in locum sanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgauit. De Iuda verò Machabęo, & fratribus

E eius, & de templi magni purificatione, & de arę dedicatione: sed & de prę̄lijs quę pertinent ad Antiochum Nobilem, & filium eius Eupatorem: & de illu minationibus quę de cœlo factę sunt ad eos qui pro Iudęis fortiter fecerunt, ita vt vniuersam regionem quū pauci essent, vindicarent, & barbaram mul titudinem fugarent, & famosissimū in toto orbe templum recuperarent, & ciuitatem liberarent, & vt leges quę abolendę erant restituerentur, domino

F cum omni tranquillitate propitio facto illis. Itemq; ab Iasone Cyrenęo, quinq; libris cōprehensa, tentauimus nos vno volumine breuiare. Conside rantes enim multitudinem librorū, & difficultatem volentibus aggredi nar rationes historiarum propter multitudinem rerum: curauimus volentibus quidē legere, vt esset animi oblectatio: studiosis verò, vt facilius possint me moriç cōmendare: omnibus autem legentibus vtilitas conferatur. Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus breuiandi caussa suscepimus, non facilem labo rem, imò verò negotium plenum vigiliarum, & sudoris assumpsimus. Sicut hi qui pręparant conuiuium, & quęrunt aliorum voluntati parere, propter

De quinq; libris Iasonis in vnum volumē digestis.

G multorum gratiam, libenter laborem sustinemus: veritatem quidem de sin gulis authoribus concedentes, ipsi autem secundum datam formam breui tati studentes. Sicut enim nouę domus architecto de vniuersa structura cu randum est: ei verò qui pingere curat, quę apta sunt ad ornatum exquirenda sunt: ita ęstimandum est & in nobis. Etenim intellectū colligere, & ordinare sermonem, & curiosius partes singulas quasq; disquirere, historię congruit authori: breuitatem verò dictionis sectari, & exequutiones rerum vitare, bre uianti concedendum est. Hinc ergo narrationem incipiemus: de pręfatione tantum dixisse sufficiat. stultum etenim est ante historiam effluere: in ipsa autem historia succingi.

CAP. III.

A IGitur quum sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime custodirentur propter Onię pontificis dispositionem & pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat vt & ipsi reges & principes locū sum mo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent: ita vt Seleucus Asię rex de redditibus suis pręstaret omnes sumptus ad mi nisterium sacrificiorū pertinentes. Simon autem de tribu Beniamin pręposi tus templi cōstitutus, contendebat obsistente sibi principe sacerdotū, ini quum aliquid in ciuitate moliri. Sed quum vincere Oniam nō posset, venit

De honore tēpli à regibus exhibito.

Simon templi thesauros prodit.

B ad Apolloniū Tharsęę filiū, qui eo tēpore erat dux Cœlesyrię, & Phœnicis: & nuntiauit ei pecunijs innumerabilibus plenū esse ęrariū Ierosolymis, & cō munes copias immensas esse, quę nō pertinent ad rationem sacrificiorū: esse autē possibile, sub potestate regis cadere vniuersa. Quumq; retulisset ad re gem Apollonius de pecunijs quę delatę erant, ille accitū Heliodorū qui erat super negotia eius, misit cū mandatis, vt prędictam pecuniā transportaret. Statimq; Heliodorus iter est aggressus, specie quidē quasi per Cœlesyriā & Phœnicē ciuitates esset peragraturus, re vera autē regis propositū perfectu rus. Sed quū venisset Ierosolymā, & benigne à summo sacerdote in ciuitate esset acceptus, narrauit de dato indicio pecuniarū, & cuius rei gratia adesset

Mittit Heliodorus vt eos auferat.

C aperuit: interrogabat autē si verè hęc ita essent. Tunc summus sacerdos ostē dit deposita esse hęc victualia viduarū & pupillorū: quędam verò esse Hyr cani Tobię viri valde eminētis, in his quę detulerat impius Simon: vniuer sa autem argenti talenta esse quadringenta, & auri ducenta: decipi verò eos qui credidissent loco & tēplo, qd per vniuersum mundū honoratur, pro sui veneratione & sanctitate omnino impossibile esse. At ille pro his quę habe bat in mādatis à rege, dicebat omni genere regi ea esse deferenda. Constituta

autem hic intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica verò per vniuersam ciuitatē erat trepidatio. Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se, & inuocabant de cœlo eū qui de depositis legem posuit, vt his qui deposuerant ea, salua custodiret. Iam verò qui videbat summi sacerdotis vultum, mente vulnerabatur: facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem. circūfusa enim erat mœstitia quędam viro, & horror corporis: per quę manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur. Alij etiam gregatim de domibus confluebant: publica supplicatione obsecrantes, pro eo quod in contemptum locus esset venturus. Accinctęq; mulieres cilicijs pectus, per plateas cōfluebant. sed & virgines quę conclusę erant procurrebant ad Oniam, alię autē ad muros, quędā verò per fenestras aspiciebant: vniuersę autem protendentes manus in cœlū, deprecabantur. erat enim misera cōmistę multitudinis, & magni sacerdotis in agone cōstituti expectatio. Et hi quidē inuocabant omnipotentē deum, vt credita sibi, his qui crediderant, cum omni integritate cōseruarentur. Heliodorus autem, quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ęrarium, pręsens. Sed spiritus omnipotentis dei magnā fecit suę ostensionis euidentiā, ita vt omnes qui ausi fuerant parere ei, ruentes dei virtute, in dissolutionem & formidinem cōuerterentur. Apparuit enim illis quidā equus terribilem habens sessorē, optimis operimentis adornatus: isq; cum impetu Heliodoro priores calces elisit. qui autē ei sedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerūt duo iuuenes virtute decōri, optimi gloria, speciosiq; amictu: qui circūsteterunt eum, & ex vtra parte flagellabāt, sine intermissione multis plagis verberantes. Subito autē Heliodorus concidit in terrā, eumq; multa caligine circūfusum rapuerūt, atq; in sella gestatoria positum eiecerunt. Et is qui cū multis cursoribus & satellitibus prędictū ingressus est ęrarium, portabatur nullo sibi auxiliū ferente, manifesta dei cognita virtute: & ille quidē per diuinā virtutem iacebat mutus, atq; omni spe & salute priuatus. Hi autem dominū benedicebant, quia magnificauerat locum suum: & templū quod paulo ante timore ac tumultu erat plenū, apparente omnipotente domino, gaudio & lętitia impletum est. Tunc verò ex amicis Heliodori quidā rogabant cōfestim Oniam, vt inuocaret altissimū vt vitā donaret ei qui in supremo spiritu erat cōstitutus. Considerans autē summus sacerdos ne fortè rex suspicaretur malitiā aliquā ex Iudęis circa Heliodorū consummatā, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. Cumq; summus sacerdos exoraret, ijdem iuuenes eisdem vestibus amicti, astantes Heliodoro dixerunt, Onię sacerdoti gratias age: nam propter eum dominus tibi vitam donauit. tu autem à deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia dei & potestatē. Et his dictis, non cōparuerunt. Heliodorus autē hostia deo oblata, & votis magnis promissis ei qui viuere illi cōcessit, & Onię gratias agens, recepto exercitu repedabat ad regē. Testabatur autē omnibus ea quę sub oculis suis viderat opera magni dei. Cum autem rex interrogasset Heliodorum quis esset aptus adhuc semel Ierosolymā mitti, ait, Si quē habes hostē, aut regni tui insidiatorē, mitte illuc, & flagellatū eum recipies, si tamē euaserit: eò quod in loco sit verè dei quędā virtus. Nam ipse qui habet in cœlis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendū, percutit ac pdit. Igitur de Heliodoro & ęrarij custodia ita res se hēt. CA. IIII.

D — Heliodorus percussus à deo. — E — F — Sanatur ad Onię orationem. — G

SImon autem prędictus pecuniarū & patrię delator, male loquebatur de Onia, tanquam ipse Heliodorū instigasset ad hęc, & ipse fuisset inuētor malorum: prouisoremq; ciuitatis ac defensorē gentis suę, & ęmulatorē legis dei audebat insidiatorē regni dicere. Sed cum inimicitię intantū procederent, vt etiā per quosdā Simonis necessarios homicidia fierēt: cōsiderans Onias periculū cōtentionis, & Apollonium insanire, vtpote ducē Cœlesyrię, & Phœnicis, ad augendā malitiā Simonis ad regē se cōtulit, nō vt ciuiū accusator, sed cōem vtilitatē apud semetipsum vniuersę multitudinis cōsiderans. videbat enim sine regali prudētia impossibile esse pacē rebus dari, nec Simonē posse cessare

A — Onię Simō calūniatur.

B à stultitia sua. Sed post Seleuci vitę excessum, quũ suscepisset regnũ Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Iason frater Onię summũ sacerdotiũ: adito rege promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex redditibus alijs taléta octoginta. super hoc promittebat & alia centũ quinquaginta, si potestati eius cõcedere gymnasiũ & ephebiá sibi cõstituere, & eos qui in Ierosolymis erát Antiochenos scribere. Quod quũ rex annuisset, & obtinuisset principatũ, statim ad gétilé ritũ cõtribules suos trásferre cœpit: & amotis his quę humanitatis caussa Iudęis à regibus fuerant cõstituta, per Ioannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & societate functus est legatione legitima, ciuiũ iura destituens, praua instituta sanciebat. Et enim ausus est sub ipsa arce gymnasium cõstituere, & optimos quosq; ephęborũ in lupanaribus ponere. Erat aũt hoc non initium, sed incrementũ qđdam, &

C profectus gentilis, & alienigenę cõuersationis, propter impij & nõ sacerdotis Iasonis nefarium & inauditum scelus: ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed cõtempto templo, & sacrificijs neglectis, festinarent participes fieri palęstrę, & pbitionis eius iniustę, & in exercitijs disci. & patrios qđem honores nihil habentes, Gręcas glorias optimas arbitrabantur: quarũ gratia periculosa eos cõtentio habebat, & eorũ instituta ęmulabantur, ac per oĩa his cõsimiles esse cupiebát, quos hostes & peremptores habuerant. In leges enim diuinas impie agere impune nõ cedit: sed hoc tẽpus sequens declarabit. Quũ aũt quinquénalis agon Tyro celebraretur, & rex pręsens esset, misit Iason facinorosus ab Ierosolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecẽtas in sacrificiũ Herculis, quas postulauerunt hi qui asportauerant ne in sacrificijs erogarentur, qa non oporteret, sed in alios sumptus eas deputari. sed hęc oblata sunt qđem ab eo qui miserat in

D sacrificium Herculis: pꝑter pñtes aũt datę sunt in fabricá nauiũ triremiũ. Misso aũt in Aegyptum Apollonio Mnesthei filio pꝑter primates Ptolemęi Philometoris regis. Quũ cognouisset Antiochus alienum se à negotijs regni effectũ, pꝓprijs vtilitatibus cõsulens, pfectus inde venit Ioppẽ, & inde Ierosolymá. Et magnifice ab Iasone & ciuitate susceptus, cum facularum luminibus, & laudibus ingressus est: & inde in Phœnicem exercitũ cõuertit. Et post triennij tẽpus misit Iason Menelaum supradicti Simonis fratrem portantem pecunias regi, & de negotijs necessarijs responsa perlaturũ. At ille cõmẽdatus regi, quum magnificasset faciem potestatis eius, in semetipsum retorsit summũ sacerdotiũ, supponens Iasoni talenta argẽti trecenta. Acceptisq; à rege mádatis venit, nihil qđem habens dignũ sacerdotio: animos verò crudelis tyrãni, & ferę beluę iram gerens. Et Iason qđem qui pꝓpriũ fratrem captiuauerat, ipse deceptus pfugus in Ammanité expulsus est regionẽ. Menelaus aũt principatũ qđem obtinuit: de pecunijs verò regi

E promissis, nihil agebat, quũ exactioné faceret Sostratus qui arci erat pꝓpositus. ná ad hunc exactio vectigaliũ ptinebat: quá ob caussam vtriq; ad regẽ sunt euocati. Et Menelaus amotus est à sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo: Sostratus aũt pꝓlatus est Cyprijs. Et quum hęc agerentur, cõtigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eò q̃ Antiochi regis concubinę dono essent dati. Festináter itaq; rex venit sedare illos, relicto suffecto vno ex comitibus suis Andronico. Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunũ, aurea quędam vasa è templo furatus donauit Andronico, & alia vendiderat Tyro, & per vicinas ciuitates. Quod quum certissime cognouisset Onias, arguebat eũ, ipse in loco tuto se continens Antiochię secus Daphnem. Vnde Menelaus accedẽs ad Andronicũ, rogabat vt Oniá interficeret. Qui quũ venisset ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando

F (quãuis esset ei suspectus) suasisset de asylo procedere, statim eum peremit, nõ veritus iustitiam. Ob quam caussam nõ solũ Iudęi, sed etiá alię quoq; nationes indignabantur, & moleste ferebant de nece tanti viri iniusta. Sed regressum regem de Cilicię locis adierunt Iudęi apud Antiochiá, simul & Gręci, conquerentes de iniqua nece Onię. Contristatus itaque est animo

Ambiẽs Iason sacerdotiũ, regem muneribus corrũpit.

Peruersa Iasonis institutio.

Expulso Iasone sacerdotiũ occupat Menelaus: a quo itidẽ deturbatur succedente Lysimacho.

Menelai iussu Andronicus Oniá dolo interficit.

Antiochi iussu occidi

Antiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiã, lachrymas fudit, recor-
datus defuncti sobrietatem & modestiã. accensisq; animis Andronicũ, pur-
pura exutum, per totã ciuitatem iubet circũduci. & in eodem loco in quo in
Oniã impietatem cõmiserat, sacrilegũ vita priuari, domino illi condignam
retribuente pœnã. Multis autem sacrilegi s in templo à Lysimacho cõmis-
sis Menelai cõsilio, & diuulgata fama, cõgregata est multitudo aduersum Ly-
simachum multo iam auro exportato. Turpis autem insurgentibus, & an i-
mis ira repletis, Lysimachus armatis ferè tribus millibus iniquis manibus
vti cœpit, duce quodã tyrãno, ętate pariter & dementia prouecto. Sed vt intel-
lexerunt conatũ Lysimachi, alii lapides alij fustes validos arripuere: qdam
verò cinerẽ in Lysimachũ iecere. Et multi qdem vulnerati, qdam aũt & pro-
strati, omnes verò in fugam cõuersi sunt: ipsum etiam sacrilegum secus ęra-
rium interfecerunt. De his ergo cœpit iudicium aduersus Menelaum agi-
tari. Et quum venisset rex Tyrum, ad ipsum negotium detulerunt missi tres
viri à senioribus. Et quum superaretur Menelaus, promisit Ptolemęo mul-
tas pecunias dare ad suadendum regi. Itaq; Ptolemęus in quodam atrio
positum, quasi refrigerandi gratia regem adijt, & deduxit à sententia: & Me-
nelaum quidem vniuersę malitię reum criminibus absoluit: miseros autem
qui etiam si apud Scythas caussam dixissent, innocentes iudicarentur, hos
morte damnauit. Cito ergo iniustam pœnam dederunt, qui pro ciuitate, &
populo, & sacris vasis caussam prosequuti sunt. Quam ob rem Tyri quoq;
indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt. Menelaus autem
propter eorum qui in potentia erant, auaritiam, permanebat in potestate,
crescens in malitia ad insidias ciuium.

Margin notes: Andronichus. — Lysimachũ populus opprimit. — G — Accusatus Menelaus corrupto Ptolemęo absoluit.

CAP. V.

EOdem tempore Antiochus secundã profectionem parauit in Aegyptũ.
Cõtigit aũt per vniuersam Ierosolymorũ ciuitatem videri diebus qua-
draginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastas qua-
si cohortes armatas, & cursus equorum per ordines digestos, & cõgressiones
fieri cominus, & scutorũ motus, & galeatorum multitudinem gladijs distri-
ctis, & telorũ iactus, & aureorũ armorũ splendorem, omnisq; generis lorica-
rũ. Quapropter omnes rogabãt in bonũ monstra cõuerti. Sed quum fal-
sus rumor exisset, tanquã vita excessisset Antiochus, assumptis Iason nõ mi-
nus mille viris, repente aggressus est ciuitatẽ: & ciuibus ad murũ cõuolanti-
bus, ad vltimũ apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem: Iason verò
nõ parcebat in cęde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatem aduersum co-
gnatos malũ esse maximũ, arbitrans hostiũ & non ciuiũ se trophęa capturũ.
Et principatũ qdem non obtinuit, finem verò insidiarũ suarũ cõfusionem ac-
cepit, & profugus iterũ abijt in Ammanitẽn. Ad vltimũ in exitiũ sui con-
clusus ab Areta Arabũ tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus
odiosus vt refuga legũ & execrabilis, vt patrię & ciuiũ hostis, in Aegyptum
extrusus: & qui multos de patria sua expulerat, peregre *perijt, Lacedęmo-
nas profectus, quasi pro cognatione ibi refugiũ habiturus, & qui insepul-
tos multos abiecerat, ipse & illamentatus, & insepultus abijcitur: sepultura
neq; peregrina vsus, neq; patrio sepulchro participans. His itaq; gestis, su-
spicatus est rex societate deserturos Iudęos: & ob hoc profectus ex Aegy-
pto efferatis animis, ciuitatẽ qdem armis cępit. Iussit aũt militibus interfi-
cere, nec parcere occursantibus, & per domos ascẽdentes trucidare. Fiebant
ergo cędes iuuenũ ac seniorũ, & mulierũ & natorũ exterminia, virginumq;
& paruulorũ neces. Erãt aũt toto triduo octingẽta millia interfecti: quadra-
ginta millia vincti, nõ minus aũt venundati. Sed nec ista sufficiunt: ausus
est etiam intrare templũ vniuersa terra sanctius, Menelao ductore, qui legũ
& patrię fuit proditor: & scelestis manibus sumẽs sancta vasa quę ab alijs re-
gibus & ciuitatibus erant posita ad ornatũ loci & gloriam, cõtrectabat indi-
gne & cõtaminabat. Ita alienatus mente Antiochus, nõ cõsiderabat quod pro-
pter peccata habitantiũ ciuitatẽ modicum deus fuerat iratus: propter quod
& accidit circa locũ despectio. alioquin, nisi cõtigisset eos multis peccatis esse

Margin notes: A — Signa Ierosolymis visa in cœlestibus. — Iason ciues suos persequens tandem exul perimitur. — B — *pergit, — Persequutio Iudęorũ per Antiochum. — C — Tẽpli spoliatio per eundem.

Inuolutos: Sicut Heliodorus qui missus est à Seleuco rege ad expoliandum
ęrariū, etiā hic statim adueniēs flagellatus, & repulsus vtiq; fuisset ab auda-
cia. Verum nō ꝓpter locum, gentem: sed ꝓpter gentem, locum deus elegit.
Ideoq; & ipse locus particeps factus est populi malorū, postea autem fiet so-
cius bonorum: & qui derelictus in ira dei omnipotētis est, iterum in magni dei re
D cōciliatione cū summa gloria exaltabitur. Igitur Antiochus mille & octin-
gentis ablatis de tēplo talētis, velociter Antiochiā regressus est, existimans
se prę superbia terrā ad nauigandū, pelagus verò ad iter agendum deduc-
turum ꝓp mentis elationē. Reliquit autem & ꝓpositos ad affligendā gentē: Ie-
rosolymis quidem Philippū genere Phrygē, moribus crudeliorē eo ipso à quo
cōstitutus est: in Garizim autē, Andronicū & Menelaum, qui grauius q̄ cęte-
ri imminebant ciuibus. Quumq; appositus esset contra Iudęos, misit odio-
sum principē Apollonium cum exercitu viginti & duobus millibus, pręcipiens
ei omnes perfectę ętatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere. Qui quum
venisset Ierosolymā, pacē simulās, quieuit vsq; ad diē sanctum sabbathi: &
tunc feriatis Iudęis, arma capere suis pręcepit. Omnesq; simul qui ad specta-
culum processerāt, trucidauit: & ciuitatē cū armatis discurrēs, ingentē multitu-
dinē peremit. Iudas aūt Machabęus, qui decimus fuerat, secesserat in deser-
tū locū, ibiq; inter feras vitā in montibus cum suis agebat: & fœni cibo ve-
scentes, demorabātur, ne participes essent coinquinationis. CAP. VI.

Iudei leges dei relinqre cōpelluntur. Templum violatur.

A Sed nō post multū temporis misit rex senem quendā Antiochenū, qui cō-
pelleret Iudęos vt se transferrent à patrijs & dei legibus: contaminare etiam
quod in Ierosolymis erat templū, & cognominare Iouis Olympij: & in Gari-
zim, prout erant hi qui locū inhabitabāt, Iouis hospitalis. Pessima autem
& vniuersis grauis erat malorum incursio. nā templū luxuria & comessationi-
bus gentiū erat plenū, & scortantiū cū meretricibus, sacratisq; ędibus mu-
lieres se vltrò ingerebant, intrò ferētes ea quę nō licebat. Altare etiam ple-
nū erat illicitis, quę legibus ꝓhibebantur. Neq; autem sabbatha custodieban-
B tur, neq; dies solennes patrij seruabantur, nec simpliciter Iudęū se esse quis-
quam cōfitebatur. Ducebātur aūt cum amara necessitate in die natalis re-
gis ad sacrificia. & quū Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hedera coro-
nati Libero circuire. Decretum aūt exijt in proximas gentiliū ciuitates, sug-
gerētibus Ptolemęis, vt pari modo & ipsi aduersus Iudęos agerent, vt sacri-
ficarent: eos autem qui nollēt trāsire ad instituta gentiliū, interficerent. erat
ergo videre miseriā. Duę enim mulieres delatę sunt natos suos circunci-
disse: quas infantibus ad vbera suspensis, quū publice per ciuitatē circundu-
C xissent, per muros ꝓcipitauerunt. Alij verò ad ꝓximas coeuntes speluncas,
& latenter sabbathi diem celebrātes, quum indicati essent Philippo, flāmis
succensi sunt eò q̄ verebātur ꝓpter religionem & obseruātiā, manu sibimet
auxilium ferre. Obsecro aūt eos, qui hunc librum lecturi sunt ne abhorre-
scāt ꝓpter aduersos casus, sed reputent ea quę acciderunt, nō ad interitum,
sed ad correptionē esse generis nostri. Etenim multo tēpore nō sinere pecca-
toribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere: magni beneficij est
indicium. Non enim sicut in alijs nationibus dñs patienter expectat, vt eas
quū iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: ita & in nobis sta-
D tuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita demū in nos vindicet. Pro-
pter quod nunquam quidem à nobis misericordiam suam amouet: corripiens
verò in aduersis populū suum, nō derelinquit. Sed hęc nobis ad cōmotio-
nem legentium dicta sint paucis. Iam aūt veniendum est ad narrationem.

Monent lectores ne aduersis, qbus dñs filios affligit, abhorrescāt.

Eleazari passio. Leui. 11. a

Igitur Eleazarus vnus de primoribus scribarum, vir ętate prouectus, & vul-
tu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinā māducare. At
ille gloriosissimā mortē magis q̄ odibilē vitā cōplectēs, voluntarie pręibat
ad suppliciū. Intuens aūt quēadmodum oporteret accedere patienter susti-
E nens, destinauit nō admittere illicita ꝓpter vitę amorē. Hi aūt qui asta-
bant, iniqua miseratione cōmoti, propter antiquā viri amicitiam, tollentes
eum secreto rogabāt afferri carnes, quibus vesci ei licebat, vt simularetur mā-

ducasse,sicut rex imperauerat de sacrificij carnibus: vt hoc facto à morte li-
beraretur. & ppter veterē viri amicitiā hāc in eo faciebāt humanitatem. At
ille cogitare cœpit ętatis ac senectutis suę eminētiā dignā,& ingenitę nobi-
litatis canitiē,atq; à puero optimę ɔuersationis actus,& secundū sanctę & à
deo ɔditę legis ɔstituta: respondit cito,dicens ꝑmitti se velle in infernum.
Nō enim ętati nostrę dignū est,inqt,fingere: vt multi adolescētes, arbitran- F
tes Eleazar nonaginta annoꝝ trāsisse ad vitā alienigenaꝝ, & ipsi propter
meā simulationē,& propter modicū corruptibilis vitę tēpus decipiantur,&
per hoc maculā atq; execrationē meę senectuti ɔquirā. Nam etsi in pręsenti
tēpore supplicijs hominū eripiar,sed manū omnipotētis nec viuus,nec de-
functus effugiā. Quā ob rem fortiter vita excedēdo,senectute qdem dignus
apparebo: adolescētibus aūt exemplū forte relinquā,si prompto animo, ac
fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte pfungar. His
dictis cōfestim ad suppliciū trahebatur. Hi aūt qui eū ducebāt & paulo- G
antè fuerant mitiores,in irā ɔuersi sunt ꝑpter sermones ab eo dictos,quos
illi per arrogantiā prolatos arbitrabantur. Sed quū plagis perimeretur,in-
gemuit,& dixit,Domine qui habes sanctā scientiā,manifestè tu scis qa quū
à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: sm animam ve-
rò propter timorem tuum libenter hęc patior. Et iste quidem hoc modo vi-
ta decessit,non solum iuuenibus, sed & vniuersę genti memoriam mortis
suę ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens. CAP. VII.

Contigit aūt septē fratres vnà cū matre sua apprehensos,cōpelli à rege A
edere ɔtra fas carnes porcinas,flagris & taureis cruciatos. Vnus autem Septem fra-
ex illis qui erat primus,sic ait,Quid quęris,& quid vis discere à nobis? pa- trum matris
rati sumus mori magis q; patrias dei leges pręuaricari. Iratus itaq; rex ius- & eoꝝ sup-
sit sartagines & ollas ęneas succendi. Quibus statim succensis, iussit eū qui plicia.
prior fuerat loquutus,amputari linguā: & cute capitis abstracta, summas
quoq; manus & pedes ei pręscindi,cęteris eius fratribus & matre inspicien-
tibus. Et quū iam per omnia inutilis factus esset,iussit ignē admoueri, &
adhuc spirātem torreri in sartagine: in qua quū diu cruciaretur, cęteri vnà
cū matre inuicē se hortabantur mori fortiter,dicentes,Dominus deus aspi- B
ciet veritatē,& ɔsolabitur in nobis, quemadmodum in ɔtestatione cantici Deu. 32.f
declarauit Moyses: & in seruis suis ɔsolabitur. Mortuo itaq; illo primo hoc
modo,sequentē deducebāt ad illudendū: & cute capitis eius cū capillis ab-
stracta,interrogabant si māducaret prius quàm toto corpore per membra
singula puniretur. At ille respōdens patria voce,dixit,Non faciā. Propter
quod & iste sequēti loco primi tormēta suscepit. & in vltimo spiritu ɔstitu-
tus,sic ait,Tu qdem scelestissime in pñsenti vita nos perdis: sed rex mundi de-
functos nos pro suis legibus, in ęternę vitę resurrectione suscitabit. Post
hūc tertius illuditur,& linguā postulatus cito protulit, & manus constāter C
extendit: & cum fiducia ait,E cœlo ista possideo,sed ꝑp dei leges nunc hęc ip-
sa despicio,quoniā ab ipso me ea recepturum spero. ita vt rex,& qui cū ipso
erāt,mirarentur adolescentis animum,q tanq; nihilum duceret cruciatus.
Et hoc ita defuncto,quartū vexabāt similiter torquentes. Et quū iam esset
ad mortē,sic ait,Potius est ab hoībus morti datos spem expectare à deo,
iterū ab ipso resuscitādos. tibi enim resurrectio ad vitā nō erit. Et quū ad-
mouissent qntum, vexabāt eū. At ille respiciēs in eū,dixit, Potestatem inter
hoīes habēs,quū sis corruptibilis, facis qđ vis: noli aūt putare genus nřm
à deo esse derelictum. tu aūt patiēter sustine,& videbis magnā potestatē ip-
sius,qualiter te & semē tuū torquebit. Post hūc ducebāt sextū,& is mori in- D
cipiens,sic ait,Noli frustra errare: nos enī ꝑpter nosmetipsos hoc patimur,
peccantes in deum nřm,& digna admiratione facta sunt in nobis. tu autem
ne existimes tibi impune futurum, q ɔtra deum pugnare tentaueris. Supra
modū aut ē mater mirabilis,& bonoꝝ memoria digna,quę pereuntes septē
filios suo vnius diei tempore ɔspiciens,bono animo ferebat propter spem
quam in deo habebat. singulos illoꝝ hortabatur voce patria fortiter,reple-

ta sapientia: & foeminee cogitationi masculinū animum inserens, dixit ad eos, Nescio qualiter in vtero meo apparuistis: neq; enim ego spiritum & animam donaui vobis & vitam, & singulorū membra nō ego ipsa cōpegi, sed
E enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem, quiq; omnium inuenit originem, & spiritū vobis iterū cū misericordia reddet & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges eius. Antiochus autē cōtemni se arbitratus, simul & exprobrātis voce despecta, quū adhuc adolescentior superesset, nō solū verbis hortabatur, sed cū iuramento affirmabat se diuitem & beatum factur, & translatum à patrijs legibus amicum habiturum, & res necessarias ei prębiturum. Sed ad hęc quū adolescens nequaq; inclinaretur, vocauit rex matrem, & suadebat ei vt adolescenti fieret in salutem. Quum autem multis eam verbis esset hortatus, promisit suasurā se filio suo. Itaque inclinata ad illum, irridens crudelem tyrannū, ait patria voce, Fili mi miserere mei, quę te in vtero nouem mensibus portaui, & lac triennio dedi & alui, & in ętatem istā perduxi. Peto nate, vt aspicias ad cœlum & terram,
F & ad omnia quę in eis sunt: & intelligas quia ex nihilo fecit illa deus & hominum genus: ita fiet vt non timeas carnificem istum, sed dignus fratribus tuis effectus, suscipe mortē, vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiā. Quum hęc illa adhuc diceret, ait adolesces, Quē sustinetis? non obedio pręcepto legis, sed pręcepto legis, quę data est nobis per Moysen. Tu verò qui inuētor oīs malitię factus es in Hebręos, nō effugies manū dei. Nos enim pro peccatis nostris hęc patimur. Et si nobis propter increpationem, & correptionem dominus deus noster modicum iratus est: sed iterum reconciliabitur seruis suis. Tu autem o scelestè & omnium hominum flagitiosissime, noli frustra extolli vanis spebus in seruos eius inflāmatus. nondum enim omnipotentis dei & omnia inspicientis iudicium effugisti. Nam fra-
G tres mei modico nunc dolore sustentato, sub testamento ęternę vitę effecti sunt: tu verò iudicio dei iustas superbię tuę pœnas exolues. Ego autem sicut & fratres mei animam & corpus meum trado pro patrijs legibus, inuocans deum maturius genti nostrę propitium fieri, teq; cum tormentis & verberibus confiteri q̄ ipse est deus solus. In me verò & in fratribus meis desinet omnipotentis ira, quę super omne genus nostrum iustè superducta est. Tunc rex accensus ira, in hunc super omnes crudelius desęuit, indigne ferens se derisum. Et hic itaque mundus obijt, per omnia in domino confidens. Nouissime autem, post filios & mater consumpta est. Igitur de sacrificijs, & de nimijs crudelitatibus satis dictum est. CAP. VIII.

A IVdas verò Machabęus, & qui cum illo erant, introibant latenter in castella: & conuocantes cognatos, & eos qui permanserāt in Iudaismo assumētes, eduxerunt ad se sex millia virorum. Et inuocabāt dn̄m vt respiceret in populum qui ab omnibus calcabatur, & misereret tēplo quod cōtaminabatur ab impijs: misereretur etiam exterminio ciuitatis, quę esset ilico complananda, & vocē sanguinis ad se clamantis audiret: memoraretur quoq; iniquissimas mortes paruulorum innocentum, & blasphemias nomini suo illatas, & indignaretur super his. At Machabęus congregata multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur. ira enim domini in misericordiā cōuersa est. Et subueniens castellis & ciuitatibus improuisus, succendebat eas: & opportuna
B loca occupās, nō paucas hostium strages dabat maxime aūt noctibus ad huiuscemodi excursus ferebatur, & fama virtutis eius vbiq; diffundebatur. Vidēs autē Philippus paulatim virum ad pfectum venire, ac frequētius res ei cedere prospere, ad Ptolemęum ducē Cœlesyrię & Phœnicis scripsit vt auxiliū ferret regis negotijs. At ille velociter misit Nicanorem Patrocli de primoribus amicū, datis ei de pmistis gētibus, armatis nō minus viginti millibus, vt vniuersum Iudęorum genus deleret, adiuncto ei & Gorgia viro militari, & in bellicis rebus experientissimo. Cōstituit aūt Nicanor, vt regi tributum qđ Romanis erat dandū, duo millia talentorum de captiuitate Iudęorum suppleret: statimq; ad maritimas ciuitates misit, conuocans ad coemptionē

Iudas exercitum colligit.

Mittit Nicanor aduersus Iudam.

Iudęorum

Iudaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento di- C
stracturum, non respiciens ad vindictā quę eum ab omnipotente esset conse-
quutura. Iudas autem vbi cōperit, indicauit his qui secum erant Iudęis,
Nicanoris aduentū. Ex quibus quidā formidantes, & nō credentes dei iustitię, Iudas suos
in fugā vertebantur: alij verò si quid eis supererat vendebant, simulq; dn̄m hortatur ad
deprecabantur vt eripere eos ab impio Nicanore, qui eos prius q̄ cominus cōstantiam.
veniret, vendiderat: & si non propter eos, propter testamentū tamen qđ erat
ad patres eorū, & propter inuocationē sancti & magnifici nominis eius super
ipsos. Conuocatis autē Machabęus septem millibus, qui cum ipso erant, ro-
gabat ne hostibus recōciliarentur, neq; metuerent iniquā venientium aduer
sum se hostium multitudinē, sed fortiter cōtenderent: ante oculos habentes D
cōtumeliam quę loco sancto ab his iniuste esset illata, itemq; & ludibrio ha
bitę ciuitatis iniuriam, adhuc etiam veterū instituta conuulsa. Nam illi qui-
dem armis cōfidunt, ait: simul & audacia: nos autem in omnipotēte domino
qui potest & venientes aduersum nos, & vniuersum mundū vno nutu dele-
re, cōfidimus. Admonuit autem eos & de auxilijs dei, quę facta sunt erga pa- 4.Re.19.g
rentes: & q̄ sub Sennacherib centum octogintaquinq; millia perierunt: & de Tobię.1.d
pręlio qđ eis aduersus Galatas fuit in Babylonia, vt omnes vbi ad rem ven Eccli.48.d
tum est, Macedonibus socijs hęsitantibus, ipsi sex millia soli peremerunt cen Isa.37.g
tum viginti millia, propter auxilium illis datū de coelo, & beneficia pro his
plurima consequuti sunt. His verbis constantes effecti sunt, & pro legibus & E
patria mori parati. Constituit itaq; fratres suos duces vtriq; ordini, Simo- Vincitur
nem, & Iosephum, & Ionathan, subiectis vnicuiq; millenis & quingentenis. Nicanor.
Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis sancto libro, & dato signo adiutorii dei, in
prima acie ipse dux cōmisit cum Nicanore. Et facto sibi adiutore omnipo-
tente interfecerunt super nouem millia hominū: maiorem autem partē exer-
citus Nicanoris vulneribus debilem factā fugere cōpulerunt. Pecunijs verò
eorum qui ad emptionē ipsorum venerant, sublatis, ipsos vsquequaq; perse-
quuti sunt, sed reuersi sunt ora cōclusi. nam erat ante sabbathū: quā ob caus-
sam non perseuerauerunt insequentes. Arma autem ipsorū & spolia con- F
gregantes, sabbathū agebant: benedicentes dominū qui liberauit eos in isto Profligatis
die, misericordię initium stillans in eos. Post sabbathū verò debilibus, & or- hostib⁹ agūt
phanis, & viduis diuiserit spolia: & residua ipsi cum suis habuere. His itaq; grās Iudęi,
gestis, & cōmuniter ab omnibus facta obsecratione, misericordē dominum spolia or-
postulabant vt in finem seruis suis recōciliaretur. Et ex iis qui cū Timotheo phanis & vi
& Bacchide erant cōtra se contendentes, super viginti millia interfecerunt, & duis diuidē
munitiones excelsas obtinuerunt: & plures prędas diuiserunt, ęqua portio- tes.
nem debilibus, pupillis & viduis, sed & senioribus facientes. Et quum arma
eorum diligenter collegissent, omnia cōposuerunt in locis opportunis, resi-
dua verò spolia Ierosolymas detulerunt: & Philarchem qui cum Timotheo G
erat, interfecerunt virum scelestum, qui in multis Iudęos afflixerat. Et quum
epinicia agerent in Ierosolymis, eos qui sacras ianuas incenderāt, id est Cal-
listhenem, quum in quoddam domicilium refugissent, incenderūt, digna eis
mercede pro impietatibus suis reddita. Facinorosissimus autem Nicanor, Fugit ad
qui mille negotiantes ad Iudęorū venditionem adduxerat, humiliatus au- Antiochum
xilio domini ab his quos nullos existimauerat, deposita veste glorię, per me Nicanor.
diterranea fugiens, solus venit Antiochiam, summā infoelicitatem de inte-
ritu sui exercitus consequutus. Et qui promiserat Romanis se tributum re-
stituere de captiuitate Ierosolymorum, prędicabat nunc protectorem deum
habere Iudęos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eò quòd sequerentur leges A
ab ipso constitutas.

CAP. IX.

Antiochus Persepolim expoliar vo lens, in fu-gam vertitur.

EOdem tēpore Antiochus inhoneste reuertebatur de Perside. Intrauerat
enim in eā quę dicitur Persepolis, & tentauit expoliare templū, & ciuitatē
opprimere: sed multitudine ad arma cōcurrente, in fugā versi sunt, & ita cōti
git, vt Antiochus post fugā turpiter rediret. Et quū venisset circa Ecbatanā
recognouit quę erga Nicanorē & Timotheū gesta sunt, Elatus autem in ira, Iudęos pse-

interfecerunt: et fratrem illius Chęream, et Apollophanem occiderunt. Quibus gestis, in hymnis et confessionibus benedicebant dominum, qui magna fecit in Israel, et victoriam dedit illis. CAP. XI.

A Sed paruo post tpe, Lysias procurator regis, et propinquus, ac negotiorum ꝑpositus, grauiter ferés de his q̃ acciderãt: ꝯgregatis octoginta millibus et equitatu vniuerso veniebat aduersus Iudęos, existimãs se ciuitatẽ quidẽ captã gentibus habitaculum factuꝝ, tẽpluꝫ verò in pecunię quęstuꝫ, sicut cętera delubra gentiũ habituꝝ, et per singulos annos venale sacerdotium: nusquã recogitans dei ꝑtãtẽ, sed mente effrenatus in multitudine peditũ, & in millibus equitũ, & in octog nta elephãtis ꝯfidebat. Ingressus aũt Iudęã, & appropiãs Bethsurę, quę erat in angusto loco, ab Ierosolyma interuallo quinq; stadioꝝ, illud ꝑsidiũ expugnabat.

Conat Lysias Iudęos expugnare.

B Vt aũt Machabęus ⁊ q̃ cum eo erãt, cognouerunt expugnari ꝑsidia, cũ fletu & lachrymis rogabant dñm, & omnis turba simul, vt bonuꝫ angelum mitteret ad salutẽ Israel. Et ipse primus Machabęus sumptis armis, cęteros adhortatus est simul secum periculũ subire, & ferre auxilium fratribus suis. Quumq́; pariter prompto animo procederẽt, Ierosolymis apparuit ꝑcedens eos eques in veste candida, armis aureis hastã vibrans. Tunc oẽs simul benedixerunt misericordem dñm, & conualuerunt animis: nõ solũ homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare.

Iudęis cœlitus adiutor mittit, quo duce Lysiã in fugã vertũt, ⁊ pactũ inire ꝯpellũt.

C Ibant igitur prompti, de cœlo habentes adiutorẽ, & miserantẽ super eos dñm. Leonum aũt more impetu irruentes in hostes, prostrauerunt ex eis vndecim millia peditũ, & equitum mille sexcentos: vniuersos autem in fugã verterunt; plures aũt ex eis vulnerati nudi euaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens euasit. Et quia nõ insensatus erat, secũ ipse reputans factã erga se diminutionẽ, & intelligens inuictos esse Hebręos, omnipotẽtis dei auxilio innitẽtes, misit ad eos: promisitq́; se consensuꝝ omnibus quę iusta sunt, & regẽ cõpulsuꝝ amicũ fieri.

D Annuit autem Machabęus precibus Lysię, in oĩbus vtilitati ꝯsulẽs: & q̃cunq; Machabęus scripsit Lysię de Iudęis, ea rex ꝯcessit. Nã erant scriptę Iudęis epistolę, à Lysia siquidẽ, hunc modũ ꝯtinentes, LYSIAS populo Iudęoꝝ salutẽ. Ioannes & Abesalom qui missi fuerãt à vobis, tradẽtes scripta, postulabãt vt ea q̃ ꝑ illos significabant, implerẽ. Quęcunq; igit regi potuerunt ꝑferri, exposui: & q̃ res permittebat, ꝯcessit. Si igitur in negotijs fidẽ ꝯseruaueritis, et deinceps bonoꝝ vobis cã esse tentabo. De cęteris aũt ꝑ singula verba mãdaui & istis & his qui à me missi sunt colloqui vobiscum. Bene valete. Anno

Lysię epl'a ad Iudęos.

E cẽtesimo quadragesimooctauo mẽsis Dioscori, die vicesima ⁊ q̃rta. Regis aũt epistola, ista ꝯtinebat, REX Antiochus Lysię fratri salutē. Patre nostro inter deos trãslato, nos volẽtes eos q̃ sunt in regno nostro sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligentiã, audiuimus Iudęos nõ ꝯsensisse pr̃i meo vt trãsferent ad ritũ Grecoꝝ, sed tenere velle suũ institutum, ac propterea postulare à nobis ꝯcedi sibi legitima sua. Volentes igit hanc quoq; gentẽ quietã esse, statuentes iudicauimus templũ restitui illis, vt agerẽt ẽm suoꝝ maioꝝ ꝯsuetudinẽ. Bene igitur feceris, si miseris ad eos, & dexterã dederis: vt cognita nostra voluntate, bono animo sint, & vtilitatibus proprijs deseruiãt.

Regis Antiochi epl'a ad Lysiam.

F Ad Iudęos verò regis epistola talis erat, REX Antiochus senatui Iudęoꝝ, ⁊ cęteris Iudęis salutẽ. Si valetis, sic estis vt volumus: sed ⁊ ipsi bene valemus. Adijt nos Menelaus dicẽs velle vos descẽdere ad vestros q̃ sunt apud nos. His igit q̃ cõmeant vsq; ad diem tricesimum mẽsis Xanthici, damus dextras securitatis, vt Iudaicis vtant cibis, & legibus suis, sicut & prius: & nemo eoꝝ vllo mõ molestiã patiat de his quę per ignorantiã gesta sunt. Misimus aũt & Menelaũ, qui vos alloquatur. Valete. Anno centesimo quadragesimooctauo, Xanthici mensis quintadecima

Eiusdẽ epl'a ad Iudęos.

G die. Miserunt autẽ et Romani epistolam ita se habentẽ, QVINTVS Memmius, & Titus Manlius legati Romanoꝝ, populo Iudęoꝝ salutẽm. De his quę Lysias cognatus regis ꝯcessit vobis, & nos ꝯcessimus. De quibus aũt ad regẽ iudicauit referendũ, ꝯfestim aliquẽ mittite, diligentius inter

Romanoꝝ epl'a ad populum Iudęoꝝ.

vos contuleritis: vt decernamus, sicut cõgruit vobis. nos enim Antiochiã accedimus. Ideoq; festinate rescribere, vt nos quoq; sciamus cuius estis voluntatis. Bene valete. Anno centesimo quadragesimooctauo, quintadecima die mensis Xanthici.

CAP. XII.

A

Iudęos insectat Timotheus.

HIs factis pactionibus Lysias pergebat ad regẽ, Iudęi aũt agriculturę operã dabãt. Sed hi qui resederant Timótheus & Apollonius Gennęi filius, sed & Hieronymus, & Demophon, super hos & Nicanor Cypriarches, nõ sinebant eos in silentio agere, & quiete. Ioppitę vero tale quoddã flagitiũ perpetrarunt: rogauerunt Iudęos cũ quibus habitabãt, ascendere scaphas, quas parauerãt, cũ vxoribus, & filijs, quasi nullis inimicitijs inter eos subiacẽtibus. Secũdũ cõe itaq; decretũ ciuitatis, & ipsis acquiescẽtibus, pacisq; cã nihil suspectũ habentibus: quũ in altũ processissent submerserunt nõ minus ducentos.

Ioppitarum facinus in Iudęos.

Iudas in eos vlciscitur.

Quã crudelitatẽ Iudas in suę gẽtis homines factã vt cognouit, pręcepit viris qui erant cũ ipso: & inuocato iusto iudice deo, venit aduersus interfectores fratrũ, & portũ quidẽ nocte succendit, scaphas exussit, eos aũt q ab igne refugerãt, gladio pemit. Et quũ hęc ita egisset, discessit quasi iterum reuersurus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus.

B

Sed quũ cognouisset & eos qui erãt Iamnię, velle pari mõ facere habitantibus secũ Iudęis, Iamnitis quoq; nocte superuenit, & portũ cũ nauibus succendit, ita vt lumen ignis appareret Ierosolymis à stadijs ducẽtis quadraginta. Inde quũ iam abissent nouẽ stadijs, & iter facerent ad Timotheũ, cõmiserunt cum eo Arabes quinq; millia viri, & equites quingẽti. Quumq; pugna valida fieret, & auxilio dei prospere cessisset, residui Arabes victi, petebant à Iuda dextras sibi dari, promittentes se pascua daturos, & in cęteris profuturos. Iudas aũt arbitratus verè in multis eos vtiles, promisit pacẽ: dextrisq; acceptis, discessere ad tabernacula sua.

In q̃s pugnauerit Machabęus quũ Timotheum insequeretur.

Aggressus est aũt & ciuitatẽ quãdã firmã põtibus murisq; circũseptã, quę à turbis habitabatur gentiũ promiscuarum, cui nomẽ Casphin. Hi verò qui intus erant cõfidentes in stabilitate murorum & apparatu alimoniarum, remissius agebãt, maledictis lacessentes Iudã, ac blasphemãtes, ac loquentes quę fas nõ est.

C

Iosue. 6. c

Machabęus aũt inuocato magno mundi principe, qui sine arietibus & machinis tẽporibus Iesu pręcipitauit Iericho, irruit ferociter muris: & capta ciuitate per dñi voluntatẽ innumerabiles cędes fecit, ita vt adiacens stagnum stadiorum duorum latitudinis sanguine interfectorum fluere videret. Inde discesserunt stadia septingenta quinquaginta, & venerunt in Characa ad eos qui dicunt Tubianęi, Iudęos: & Timótheum quidẽ in illis locis non cõprehenderunt, nulloq; negotio perfecto regressus est, relicto in quodã loco firmissimo pręsidio. Dositheus aũt & Sosipater, qui erãt duces cũ Machabęo, peremerunt à Timótheo relictos in pręsidio, decẽ millia viros. At Machabęus ordinatis circum se sex millibus, & cõstitutis per cohortes, aduersus Timótheum processit, habentẽ secum centũ viginti millia peditum, equitumq; duo millia quingentos.

D

Cognito aũt Iudę aduentu Timótheus pręmisit mulieres & filios & reliquũ apparatum, in pręsidium qd Carnion dicit. erat enim inexpugnabile, & accessu difficile propter locorum angustias. Quumq; cohors Iudę prima apparuisset, timor hostibus incussus est, ex pręsentia dei qui vniuersa conspicit, & in fugã versi sunt alius ab alio, ita vt magis à suis deijcerentur, & gladiorum suorum ictibus debilitarentur. Iudas aũt vehemẽter instabat puniẽs prophanos, & prostrauit ex eis triginta millia virorum. Ipse verò Timótheus incidit in partes Dosithei & Sosipatris: & multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur, eò q multorum ex Iudęis parentes haberet, ac fratres, quos morte eius decipi eueniret. Et quũ fidem dedisset restituturum se eos secũdum cõstitutũ, illęsum eum dimiserunt, propter fratrum salutẽ.

Capitur Timotheus & dimittit illęsus.

E

Iudas autem regressus est à Carnion, interfectis viginti quinq; millibus. Post horum fugã & necẽ, mouit exercitũ ad Ephron ciuitatẽ munitã, in qua multitudo diuersarum gentiũ habitabat: & robusti iuuenes pro muris consistentes fortiter repugnabant: in hac aũt machinę multę, & telorum erat apparatus. Sed quum omnipotentẽ inuocassent, qui potestate sua

vires hostium confringit, ceperunt ciuitaté: & ex eis qui intus erãt, viginti quinq; millia ꝓstrauerunt. Inde ad ciuitatem Scythaꝝ abierunt, q̃ ab Ierosolymis sexcentis stadijs aberat. Cõtestãtibus aũt his qui apud Scythopolitas erant Iudęis, ꝙ benigne ab eis haberentur, etiã tpibus infœlicitatis ꝙ modeste secum egerint, gratias agentes eis, & exhortati ét de cętero erga genus suũ benignos esse, venerunt Ierosolymã die solenni septimanaꝝ instãte. Et post pentecosten abierunt ɔtra Gorgiã ꝑpositum Idumęę. Exiuit

Gorgiã pfete. quit Iudas.

aũt cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis. Quibus cõgressis, ɔtigit paucos ruere Iudęoꝝ. Dositheus verò quidam de Bacenoris eques, vir fortis, Gorgiã tenebat: & quum vellet illũ capere viuum, eques quidã de Thracibus irruit in eũ, humerumq; eius amputauit: atq; ita Gorgias effugit in Maresa. At illis qui cum Esdrin erant, diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas dñm adiutorem, & ducem belli fieri: incipiens voce patria, & cum hymnis clamores extollens, fugã Gorgię militibus incussit. Iudas aũt collecto exercitu venit in ciuitatem Odollã. & quum septima dies superueniret, scdm consuetudinem purificati, in eodem loco sabbathum egerunt. Et sequenti die venit cũ suis Iudas, vt corpora prostratoꝝ

Deu.7.d

tolleret, & cum parentibus poneret in sepulchris paternis. Inuenerunt aũt sub tunicis interfectoꝝ de donarijs idoloꝝ, quę apud Iamniam fuerunt, à quibus lex prohibet Iudęos: omnibus ergò manifestum factũ est ob hanc cãm eos corruisse. Omnes itaq; bñdixerunt iustum iudicium dñi, qui occulta fecerat manifesta. Atq; ita ad pces cõuersi, rogauerunt vt id qd factũ erat delictum, obliuioni traderetur. At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes quę facta sunt ꝓ peccatis eoꝝ qui prostrati sunt. Et facta collatiõe, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymã offerri pro peccatis mortuoꝝ sacrificium, bene & religiose de resurrectione cogitans. (Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis) & quia considerabat ꝙ hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

Iudas, oblato p mortuis sacrificio, spes resurrectionis ostendit.

CAP. XIII.

A Nno centesimo q̃dragesimonono, cognouit Iudas Antiochum Eupatorem venire cum multitudine aduersus Iudęã, & cum eo Lysiã ꝓcuratorem & ꝑpositũ negotioꝝ, secum habenté peditum centũ decem millia, & equitum qnq; millia, & elephantos viginti duos, currus cũ falcibus trecentos. Cõmiscuit auté se illis & Menelaus: & cum multa fallacia deprecabat Antiochum, nõ pro patria salute, sed sperans se ɔstitui in principatũ. Sed rex regũ suscitauit aĩos Antiochi in peccatorem: & suggerente Lysia hunc esse cãm oĩum maloꝝ, iussit (vt eis est ɔsuetudo) apprehensum in eodem loco necari. Erat autẽ in eodem loco turris qnquaginta cubitoꝝ, aggestum vndiq; habens cineris: hęc prospectum habebat in pręceps. inde in cinerem deijci iussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum. Et tali lege pręuaricatorem legis ɔtigit mori, nec terrę dari Menelaum. Et quidẽ satis iuste. nam quia multa erga aram dei delicta cõmisit, cuius ignis & cinis erat sanctus: ipse in cineris morte damnatus est. Sed rex mente effrenatus veniebat, nequiorem se pr̃e suo Iudęis ostensurus. Quibus Iudas cognitis, pręcepit populo vt die ac nocte dñm inuocarent, quo sicut semper, & nunc adiuuaret eos: quippe qui lege & patria, sanctoq; templo priuari vererentur, ac populum qui nuper paululum respirasset, ne sineret blasphemis rursus nationibus subdi. Omnibus itaque simul id facientibus, & petentibus à domino misericordiam cum fletu & ieiunijs per triduum cõtinuũ prostratis, hortatus est eos Iudas vt se prępararent. ipse verò cum senioribus cogitauit prius quàm rex admoueret exercitum ad Iudęam, & obtineret ciuitatem, exire, & domini iudicio cõmittere exitum rei. Dans itaque potestatem omnium deo mundi creatori, & hortatus suos vt fortiter dimicarent, & vsque ad mortem pro legibus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus

Eupatoris aduẽtus in Iudęam. Menelai interitus.

Machabęus pugnatur aduersus Eupatoré suos ad orationẽ hortat.

starent: circa Modin exercitum constituit. Et dato signo suis dei victorię, iuuenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiam, in castris interfecit viros quatuordecim millia, e maximum elephantorum cũ his qui superpositi fuerant: summoq; metu ac perturbatione hostium castra repleuerũt, rebusq; prospere gestis abierunt. Hoc aũt factum est die illucescente, adiuuante eum domini protectione. Sed rex accepto gustu audacię Iudęorum, arte difficultatem locorum tentabat: & Bethsurę quę erat Iudęorum pręsidiũ munitum, castra admouebat: sed fugabatur, impingebat, minorabatur. His autem qui intus erant, Iudas necessaria mittebat. Ennuntiauit autem mysteria hostibus Rhodocus quidam de Iudaico exercitu, qui requisitus cõprehensus est, & conclusus. Iterum rex sermonem habuit ad eos qui erant in Bethsuris. dextrã dedit. accepit. abijt. cõmisit cum Iuda: superatus est. Vt autem cognouit rebellasse Philippũ Antiochię, qui relictus erat super negotia, mente consternatus Iudęos deprecans, subditusq; eis iurat de osbus quibus iustum visum est: & reconciliatus obtulit sacrificiũ, honorauit templum, & munera posuit. Machabęũ amplexatus est, e fecit eum à Ptolemaide vsq; ad Gerrenos ducem & principem. Vt autem venit Ptolemaidã, grauiter ferebant Ptolemenses amicitię conuentionem, indignantes ne forte fœdus irrumperent. Tunc ascendit Lysias tribunal, & exposuit rationem, & populum sedauit, regressusq; est Antiochiam, & hoc modo regis profectio & reditus processit.

B
Quatuordecim hoium millia itersicit i castris Antiochi.

F
Rhodoch° Iudęorum proditor comprehendit.
Antiochus cum Iudęis redit in gratiam.

G

CAPVT XIIII.

A

SEd post trienniũ tempus cognouit Iudas & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci cum multitudine valida, & nauibus per portum Tripolis ascendisse ad loca opportuna, & tenuisse regiones aduersus Antiochum & ducem eius Lysiam. Alcimus autẽ quidam, qui summus sacerdos fuerat, sed voluntarie coinquinatus est tẽporibus cõmistionis, considerans nullo modo sibi esse salutem, neq; accessum ad altare, venit ad regem Demetrium centesimo quinquagesimo anno, offerens ei coronã auream, & palmam, super hęc e talos qui templi esse videbantur. Et ipsa quidem die siluit. Tempus autem opportunum dementię suę nactus, conuocatus à Demetrio ad consiliũ, & interrogatus quibus rebus & consilijs Iudęi niterentur: respondit, Ipsi qui dicuntur Assidęi Iudęorum, quibus pręest Iudas Machabęus, bella nutriunt, & seditiones mouent, nec patiuntur regnũ esse quietum. nam & ego defraudatus parentum gloria (dico autẽ summo sacerdotio) huc veni: primò quidem vtilitatibus regis fidem seruans, secundò autem etiam ciuibus consulens. nam illorum prauitate vniuersum genus nostrũ nõ minime vexatur. Sed his singulis o rex cognitis, & regioni, e generi secundum humanitatẽ tuã promulgatã omnibus prospice. nam quandiu superest Iudas, impossibile est pacem esse negotijs. Talibus autem ab hoc dictis, e cęteri amici hostiliter se habentes aduersus Iudam, inflãmauerunt Demetrium. Qui statim Nicanorem prępositum elephantorum ducem misit in Iudęam: datis mandatis vt ipsum quidem Iudam caperet, eos verò qui cum illo erant, dispergeret, & constitueret Alcimũ maximi templi summum sacerdotem. Tunc gentes quę de Iudęa fugerant Iudam, cõgregati in se Nicanori miscebant, miserias & clades Iudęorum, prosperitates rerum suarum existimantes. Audito itaq; Iudęi Nicanoris aduentu, & cõuentu nationum, conspersi terra rogabant eum qui populum suum cõstituit, in ęternum custodiret, quiq; suã portionem signis euidentibus protegit. Imperante aũt duce, statim inde mouerunt, cõuenerũtq; ad castellum Dessau. Simon verò frater Iudę cõmiserat cum Nicanore: sed conterritus est repentino aduentu aduersariorum. Nicanor tamen audiens virtutem comitum Iudę, & animi magnitudinem quã pro patrię certaminibus habebant, sanguine iudicium facere metuebat. Quam ob rem pręmisit Posidoniũ, & Theodotium, e Mathiã, vt darent dextras atq; acciperent. Et quum diu de his consilium ageretur, & ipse dux ad multitudinem retulisset: omnium vna fuit sententia amicitijs annuere. Itaq; diem constituerunt qua secreto inter se agerent: & singulis sellę placę

Instinctu dñi Demetrius Nicanorẽ ad interficiendũ Iudęos mittit.

B

C
Nicanor pactũ init cum Iudęis: quod tamen rege impellente soluit.

sunt e positę. Pręcepit autem Iudas armatos esse locis opportunis, ne fortè ab hostibus repente mali aliquid oriretur: e congruum colloquium fecerūt. Morabatur autē Nicanor Ierosolymis, nihilq; inique agebat, gregesq; turbarum quę congregatę fuerant, dimisit. Habebat autem Iudam semper cha-

D rum ex animo, e erat viro inclinatus. Rogauitq; eum ducere vxorem, filiosq; procreare. Nuptias fecit: quiete egit, comiterq; viuebant. Alcimus autem videns charitatem illorum adinuicem e conuentiones, venit ad Demetrium, e dicebat Nicanorem rebus alienis assentire, Iudamq; regni insidiatorem successorem sibi destinasse. Itaq; rex exasperatus, e pessimis huius criminationibus irritatus, scripsit Nicanori, dicens grauiter quidem se ferre de amicitię conuentione, iubere tamen Machabęū citius vinctum mittere Antiochiam. Quibus cognitis Nicanor consternabatur, e grauiter ferebat, si ea quę conuenerant irrita faceret, nihil lęsus à viro. sed quia regi resistere non poterat, opportunitatem obseruabat qua pręceptum perficeret. At Macha-

E bęus videns secum austerius agerē Nicanorem, e consuetum occursum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono esse austeritatem istam, paucis suorum congregatis occultauit se à Nicanore. Quod quum ille cognouit fortiter se à viro pręuentum, venit ad maximum e sanctissimum templum: e sacerdotibus solitas hostias offerentibus, iussit sibi tradi virum. quibus cum iuramento dicentibus nescire se vbi esset qui quęrebatur, extēdens manum ad templum, iurauit dicens, Nisi Iudam mihi vinctū tradideritis, istud dei phanum in planiciem deducā, e altare effodiam, e templum hoc libero patri cōsecrabo. Et his dictis abijt. Sacerdotes autem protendentes manus in cœlū, inuocabant eum qui semper propugnator esset gentis ipsorū, hęc dicentes,

F Tu domine vniuersorum, qui nullius indiges, voluisti templum habitationis tuę fieri in nobis. Et nunc sancte sanctorum omnium domine, conserua inęternum impollutam domum istam, quę nuper mundata est. Razias autem quidam de senioribus ab Ierosolymis delatus est Nicanori, vir amator ciuitatis, e bene audiens: qui pro affectu, Pater Iudęorū appellabatur. Hic multis temporibus continentię propositum tenuit in Iudaismo, corpusq; e animam tradere cōtentus pro perseuerantia. Volens autem Nicanor manifestare odium quod habebat in Iudęos, misit milites quingentos, vt eum comprehenderent. putabat enim si illum decepisset, sese cladem Iudęis maximam illaturum. Turbis autem irruere in domum eius, e ianuam disrumpere atq; ignem admouere cupientibus, quum iam comprehenderetur, gladio se petijt: eligens nobiliter mori, potius quàm subditus fieri peccatoribus, e cōtra natales suos indignis iniurijs agi. Sed quum per festinationem non certo ictu plagam dedisset, e turbę intra ostia irrūperent, recurrens audacter ad murum pręcipitauit semetipsum viriliter in turbas. quibus velociter loci dantibus casui eius, venit per mediam ceruicem. e quum adhuc spiraret, accensus animo, surrexit: e quū sanguis eius magno fluxu deflueret, e grauissimis vulneribus esset saucius, cursu turbam pertransijt. e stans supra quandam petrā pręruptam, e iam exanguis effectus, complexus intestina sua, vtrisq; manibus proiecit super turbas, inuocans dominatorem vitę ac spiritus vt hęc illi iterum redderet: atq; ita vita defunctus est.

Raziā iubet Nicanor cō prehendi.

C. Razię magnanimitas

CAP. XV.

A Nicanor autem vt comperit Iudam esse in locis Samarię, cogitauit cum omni impetu die sabbathi cōmittere bellum. Iudęi verò qui illum per necessitatem sequebātur dicentibus, Ne ita ferociter e barbare feceris, sed honorem tribue diei sanctificationis, e honora eum qui vniuersa cōspicit: ille infœlix interrogauit si est potens in cœlo qui imperauit agi diem sabbathorum. Et respondentibus illis, Est dominus vnus ipse in cœlo potens, qui iussit agi septimā diem. At ille ait, Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, e negotia regis impleri. Tamen non obtinuit vt cōsilium perficeret. Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus, cogitauerat cōmune trophęum statuere de Iuda. Machabęus autem semper confidebat cū

B omni spe auxiliū sibi à deo affuturum, & hortabatur suos ne formidarent

Nicanor die sabbathi Iudas aggredi tētat.

Eius blasphemię.

ad aduentum nationum, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cœlo, & nunc sperarent ab omnipotente sibi affuturam victoriam. Et alloquutus eos de lege & prophetis, admonens etiam certamina quę fecerant prius, promptiores constituit eos: & ita animis eorum erectis simul ostendebat gentium fallaciam, & iuramentorum pręuaricationem. Singulos autem illorum armauit, non clypei & hastę munitione, sed sermonibus optimis, & exhortationibus, exposito digno fide somnio, per quod vniuersos lętificauit. Erat autem huiuscemodi visus: Oniam qui fuerat summus sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendentem, orare pro omni populo Iudęorum. Post hoc apparuisse & alium virum ętate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudinem circa illum. Respondentem verò Oniam dixisse, Hic est fratrū amator, & populi Israel: hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias propheta dei. Extendisse autem Ieremiam dextram, & dedisse Iudę gladium aureum, dicentem, Accipe sanctū gladium munus à deo, in quo deijcies aduersarios populi mei Israel. Exhortati itaq; Iudę sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus, & animi iuuenum confortari, statuerūt dimicare & confligere fortiter: vt virtus de negotijs iudicaret, eò quòd ciuitas sancta, & templum periclitarentur. erat enim pro vxoribus, & filijs, itemq; pro fratribus & cognatis minor solicitudo: maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi. sed & eos qui in ciuitate erant, non minima solicitudo habebat pro his qui congressuri erant. Et quum iam omnes sperarent iudicium futurum, hostesq; adessent, atq; exercitus esset ordinatus, bestię equitesq; opportuno in loco compositi, considerans Machabęus aduentum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manus in cœlum, prodigia facientem dominum inuocauit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. Dixit autem inuocans hoc modo, Tu domine qui misisti angelum tuum sub Ezechia rege Iuda, & interfecisti de castris Sennacherib centum octogintaquinq; millia: & nunc dominator cœlorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore, & tremore magnitudinis brachij tui, vt metuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuū. Et his quidem ita perorauit. Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cum tubis & canticis admouebant. Iudas verò, & qui cum eo erant inuocato deo, per orationes congressi sunt: manu quidem pugnantes, sed dominum cordibus orantes, prostrauerūt non minus trigintaquinq; millia, pręsentia dei magnifice delectati. Quumq; cessassent, & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis. Facto itaq; clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotentem dominum benedicebant. Pręcepit autem Iudas qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abscissam, Ierosolymmam perferri. Quò quū peruenisset, conuocatis contribulibus, & sacerdotibus ad altare, accersijt & eos qui in arce erant. Et ostenso capite Nicanoris, & manu nefaria quā extenderat contra domum sanctam omnipotentis dei, magnifice gloriatus est. Linguā etiam impij Nicanoris pręcisam iussit particulatim auibus dari: manum autem dementis contra templum suspendi. Omnes igitur cœli benedixerunt dominum, dicentes, Benedictus qui locum suum incōtaminatum seruauit. Suspendit autem Nicanoris caput in summa arce, vt euidens esset, & manifestius signum auxilij dei. Itaque omnes cōmuni consilio decreuerunt nullo modo diem istum absq; celebritate pręterire: habere autem celebritatem tertiadecima die mensis Adar, quę dicitur voce Syriaca, pridie Mardochęi diei. Igitur his erga Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebręis ciuitate possessa, ego quoq; in his faciam finem sermonis. Et si quidem bene, & vt historię competit, hoc & ipse velim: si autem minus digne, concedendū est mihi. sicut enim vinum semper bibere aut semper aquā, contrarium est, alternis autem vti delectabile: ita legentibus si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Hic ergo erit consummatus.

C Machabęus visione Iudęis exposita, animos eorum confortat

D

E Oratio Machabęi. 4.Re.19.g Tobię.1.d Eccli.8.d Isa.5.f.g

Prostrato Nicanoris F exercitu, machabęus caput eius cū manibus pręscidi iubet, & linguam particulatim auibus dari. Supra.14.c

G

LIBER TERTIVS MACHABÆORVM.



T Philopater à referētibus discēs facta ab ipso possessorū locorū abstractionē ab Antiocho, denūtians oībus exercitibus, pedestribusq; & equestribus suis, & sororem Arsinoen secū accipiens, exiuit vsq; ad ea quę secūdum Raphian loca, vbi castrametati fuerant qui circa Antiochū. Theodotus aūt quidam cōplere insidias cogitans, assumens ex suppositis sibi armis Ptolemaicis optima, cōtulit se noctu in Ptolemęi tabernaculum, tanq̄; solus interfecturus eū, & in hoc dissoluturus bellū. Hunc aūt ducens Dositheus filius Drimeli dictus, genere Iudęus, postea aūt cōmutans legitima, & à patrijs sanctionibus alienus factus, ignobilem quendā reclinauit in tabernaculo, quem cōtigit ferre illius suppliciū. Facto aūt forti p̄lio, & rebus magis bn̄ succedētibus Antiocho, valde Arsinoe obambulās exercitus hortabatur, cū miseria & lachrymis capillos soluta, vt auxiliarētur sibi ipsis, & filijs & vxoribus audacter, promittens se daturā vincētibus cuilibet duas minas auri, & sic cōtigit aduersarios in manuū pugna perimi, multos autē & captiuos cōprehensos esse. Cōpos factus aūt insidiarū iudicauit p̄pinquas ciuitates adueniens hortari, faciens aūt hoc, & delubris dona tribuēs, bono esse aīo subditos fecit. At Iudęis mittētibus ad eū ex senatu & senioribus salutaturos eū, & munera portaturos, & pro his q̄ cōtigerant cōgratulaturos, contigit magis ei in aīo sedere, vt citissime ad eos veniret. Perueniens aūt Ierosolymā, & sacrificās maximo deo, & grās reddēs, & eorū quę deinde aliqd loco faciēs, & iā veniens in locū, & diligētia & decore stupefactus, miratus aūt & tēpli optimā instructionē, cogitauit decernere in tēplū intrare. His aūt dicētibus, nō licere fieri hoc: quia neq; his qui ex gente licet intrare, neq; oībus sacerdotibus, sed soli p̄posito oium summo sacerdoti, & hoc in anno semel. Ille aūt nequaq̄; p̄suadebatur, ipsaq; lege spreta, nullatenus cessabat p̄ferre seipsum oportere intrare, dicēs: Et si illi fraudati sunt hoc honore, me nō oportet. Et interrogabat, ob quā cām intrantē ipsum in oē fanū nullus p̄hibuit p̄sentiū. Et qdā imprudenter dixit, male ipsum hoc acturū esse. Facto aūt, inq̄t, hoc p̄pter aliquā cām, nōne oīno ingressurū esse, & volentibus eis & nōl. At sacerdotibus in oībus vestibus p̄cidētibus, & orātibus maximū deū auxiliari instāti necessitati, & impetū male irruētis cōprimere, clamore ēt cū lachrymis tēplū implentibus, qui in ciuitate relicti erāt, turbati exilierūt, occultū quid existimātes factū. Et inclusę virgines in cubiculis cū matribus egressę sunt, & reddiderūt puluerē, comas spargentes, gemituq; & suspirijs plateas implebant. Alię aūt & nuper sepositę, nūc ordinatos thalamos, & decentē pudorē relinquētes, cursum inordinatū in ciuitate cōfecerunt. At infantes ex filijs ipsęq; p̄ter hoc matres & nutrices deserētes alr atq; alr, alię qdē per domos, alię aūt per vias irreuocabiliter in eminētissimo tēplo cōgregabātur. Varia aūt erat in hoc cōgregatorū oratio pro his q̄ iniuste ab illo tentabātur. Cūq; his ex ciuibus audentes nō ferebāt, deniq; eo instāte, & p̄positū cōplere cogitāte, clamātes aūt impetū ad arma facere, & viriliter pro patria lege mori, multā fecerūt in loco exasperationem, vixq; à senibus & p̄sbyteris cohibiti, ad eūdē orationis assuerūt statū, & qdē turba vt prius in his versabatur orās. Atq; circa regē seniores, multipliciter tentabant supbū eius animū coercere à p̄posito cōsilio. Induratus aūt, & oia p̄termittens, adhuc & ipse tn̄ faciebat, finē impositurū se existimās p̄dicto. Hęc igitur & q̄ circa eū existebāt vidētes, cōuersi sunt vt cū nostris inuocarēt eū, q oēm potestatē hēs, pręsentibus auxiliari nō despicientē iniquū & supbū facinus. Ex densissima aūt & laboriosa turbarū congregata exclamatione, incōparabilis q̄dā fuit vox. Videre enim erat nō solū hoīes, sed & muros, & oē solū resonare, ceu tā oībus tūc mortē cōminātibus pro loci cōtaminatiōe, & dicebāt vnanimiter. Dn̄e dn̄e rex cœlorū, & dn̄e oīs creaturę, sancte in sanctis, monarcha, oīpotēs, attēde nobis opp̄ssis ab impio & p̄phano, audacia & fortitudine supbiente. Tu.n.q creasti oīa, & oīum dn̄ans princeps iustus es, & eos q cōtumelia & supbia aliqd agūt iudicas, tu illos qui prius impietatē fecerūt, inter quos & gigātes fuerūt robore & audacia cōfiden

fes interemisti, superinducẽs eis immẽsam aquã. Tu supbiã operãtes Sodomitas manifestos in iniqtatibus factos, igne ⁊ sulphure cõbussisti, exẽplũ venturis cõstituens. Tu audacẽ Pharaonẽ, qui seruitute oppresserat populũ tuũ sanctũ Israel, varijs ⁊ multis tentãs supplicijs, notã fecisti potentiã, in qbus notificasti magnã tuã fortitudinẽ, ⁊ persequentẽ eum cũ curribus, ⁊ turbarũ multitudine, inundasti profundo maris: eos aũt qui crediderũt in te oĩ creaturę imperãti, saluos reduxisti, qui ⁊ cognoscentes opa tuę manus laudauerũt te oĩpotentẽ. Tu rex q creasti infinitã ⁊ imensam terrã, elegisti ciuitatẽ hanc, ⁊ sanctificasti locũ hunc in nomẽ tibi oĩum minime indigenti, ⁊ glorificasti apparitione magnifica, cõmendationem faciens eius ad gloriã magnĩ ⁊ venerabilis noĩs tui, ⁊ amãs domũ Israel, pollicitus es qđ si esset nobis aduersitas, ⁊ cõprehẽderet nos afflictio, ⁊ veniẽtes in locũ hunc oraremus, exaudires orationẽ nostrã. Et nunc fidelis es, ⁊ verax, qm̃ autẽ sępe oppressis patribus nostris, auxiliatus es ipsis in humilitate, & liberasti eos ex magnis malis. Ecce aũt nunc sancte rex, ob multa & magna nr̃a peccata oppugnamur, & subiecti sumus inimicis nostris, & cõtẽnimur in imbecillitatibus. In nr̃a aũt ruina audax & ꝓphanus hic studet iniuria afficere in terra designatũ noĩ glorię tuę sanctũ locũ. Nã habitaculũ tuũ, cœlũ cœli, incõprehẽsibile hoĩbus est: sed qm̃ ꝓbasti gloriã tuã in populo tuo Israel, sanctificasti locũ hũc, nõ vlciscaris nos in horũ imũdicia, neq; punias nos in pollutione, vt non glorientur iniq in furore suo, neq; exultẽt in supbia linguę, dicẽtes: Nos calcauimus domũ sanctificationis, sicut calcãtur domus abominationũ. Dele peccata nr̃a, & disperge errores nr̃os, & ostende misericordiã tuã in tẽpore hoc, cito p̃occupent miserationes tuę, & da laudes in ore pcidentiũ, & cõfractorũ aĩabus, faciens nobis pacẽ. Hic oĩum visitator deus, & ante oẽs sanctos in sanctis, exaudiens iustã orationẽ, cõtumelia & audacia valde elatũ flagellauit eũ, hinc & inde vibrans eũ vt arundinẽ ã vento, adeo vt in solo inutilis adhuc & mẽbris solutus, neque loq posset iusto implicatus iudicio. Vnde & amici & corporis custodes celerẽ inuenientes, cõprehendentẽ eũ castigationẽ, timentes ne & vitã deficeret, cito eũ eduxerũt maximo pculsum timore. In tẽpore aũt postea colligens seipm̃, nequaq̃; in pœnitentiã venit iproperatus, cũ minis aũt acerbis recessit: pueniẽs xo in Aegyptũ, & maliciã augens, per q̃; prędemonstratos coadiutores & socios ab oĩ iusto motos, non solũ in infinitis libidinibus pseuerauit, sed & ad tm̃ audacię pcessit, vt blasphemias in locis cõmendaret. & multi amicorũ intẽdentes in regis ꝓpositũ, etiã ipsi sequerentur ipsius volũtatẽ. Proposuit publice cõtra gentẽ tradere vituperiũ, in ea q̃ fm̃ aulã turri colũnã erigẽs, insculpsit scripturã, nullũ eorũ qui nõ sacrificarẽt in sancta eorũ ingredi. Oẽs aũt Iudęos in populi scriptionẽ, ⁊ seruilẽ dispositionẽ duci, at cõtradicẽtes vi tractos vita priuari, ipsos q̃; descriptos signari, & p ignẽ in corpore insigni Dionysij hederę folio, quos & segregare in pręcõtractã libertatẽ. Vt aũt nõ oĩbus infensus appareret, subscripsit: Si aũt qspiã ex illis voluerint inter eos q sacris initiati sunt versari, hos ęquales ciues Alexãdrinis esse. Aliq quidẽ igitur in ciuitatẽ ciuitatis pietatis scalas abominati, faciliter seipsos dederũt, tanq̃; magnę cuiusdã participaturi glorię ob futurã cũ rege cõicationẽ. At plurimi generosa aĩa ꝓualuerũt, & non recesserũt ã pietate, & pecunias ꝓ vita cõmutantes intrepide, tentabãt seipsos liberare ab ascriptionibus, sperãtes q̃; pseuerauerũt auxiliũ se cõsequutos, ⁊ eos q recesserãt ab ipsis abominabãtur, & tãq̃; hostes gẽtis iudicabãt, & coĩ cõuersatione & vtilitate priuabãt. Quę & cũ cõperisset impius, adeo iratus est, vt nõ solũ his q Alexãdrię indignaretur, sed & his q in regione grauius aduersaret, ⁊ iuberet accelerãtes cõgregare oẽs in idẽ, & pessima nece vita priuare. His aũt dispositis fama inimica diuulgabatur, cõtra gentẽ hoĩbus cõcordibus ad malefaciendũ, occasione data ad cõstitutionẽ, tanq̃; ã legibus eos ꝓhibẽtibus. At Iudęi qdẽ erga reges beneuolẽtiã & fidẽ imutabilẽ seruabãt. Colentes aũt deũ, & in hui⁹ lege rẽpublicã gerentes separationẽ faciebant in aliquos, & subuersiones. Ob quã cãm aliqbus odiosi videbãtur. At iustitię opatione ornãtes cõuersationẽ, oĩbus hoĩbus ꝓbati extiterũt. Ipsam quidẽ igitur de genere in oĩbus vulgatã modestiã alienigenę nequaq̃; dinumerauerũt. At de adorationibus & moribus dissensionẽ diuulgabãt, dicentes:

neq; regi neq; exercitibus amicos homines esse odiosos autem esse, & maxime negocijs aduersantes, & nō quouis diffamauerunt vituperio. Qui autē in ciuitate Grȩci nihil lȩsi, turbationem insperatā circa hoīes videntes, & ꝯcursus subitos factos, auxiliari qdem nō poterāt. Tyrānica enī erat oppressio. Cōsolabātur aūt & grauiter ferebāt, casuraq; hȩc existimabāt, nō .n. sic ꝯtemnet tale ꝯstitutū, q nō ignorauerit. Iā aūt & qdam viciniq; & amici, & qui ꝯuersabātur, secrete quosdā attrahentes, fidē dabant ꝓtegere, & oē diligens admittere ad auxilium. Ille quidem igitur in prȩsenti ꝓsperitate exultans, & nō videns maximi dei fortitudinē, existimans autē ꝯtinue in eodē ꝑseuerare ꝯsilio, scripsit ꝯtra eos epistolā hanc: Rex Ptolemȩus Philopater in Aegypto & in loco ducibus & militibus gaudere & valere. Valeo autem & ego ipse & res nostrȩ. In Asiam facta nobis expeditione, quam scitis & ipsi, deoꝝ inuisibili auxilio secundū rationem ad finē ducta, putauimus nō vi lanceȩ, benignitate aūt & multa humanitate indulgenter tractare habitantes Coilē Syriā & Phœniciā gentes, benefacereq; libenter, & his q in ciuitatibus tēplis tribuentes redditus multos. Venimus & Hierosolymā, ascendentes honorare tēplum scelestoꝝ, & nunq̄; cessantium ab amentia. Illi aūt verbo qdem nostrā libenter suscipientes ꝓsentiā, at re falso, volētibus nobis intrare in templū eoꝝ, & decentibus & pulcherrimis donis honorare, supbijs adducti antiquis ꝓhibuerunt nos ab ingressu, cū inferiores essent nr̄o robore, ob qd̄ habemus erga oēs hoīes inimicitiā, at suā in nos amicitiam manifestā statuentes, tamq̄; soli gentium ꝯtra reges & suos benefactores ceruicem tollentes, nihil legitimum volunt ferre. Nos aūt hoꝝ stultitia adducti, & cum victoria aduenientes, & in Aegyptum oībus gētibus humaniter occurrentes, vt decebat fecimus. In his aūt erga hoīes eiusdē nationis cū eis obliuionē maloꝝ oībus notificantes, ob q̄ societates, & credita cum simplicitate ipsis a principio infinita audentes mutare, & participes semp sacerdotum ꝯstituere voluimus, & iure ciuitatis eos Alexandrinoꝝ dignari. Illi autem ꝯtrarium sperantes, & ingenita malignitate honestum repellentes, semp autem in malum ꝓni, nō solum respuerunt inhonoratam politiam, sed & abominantur, verboq; & tacite in ipsis paucos erga nos legitime dispositos, semp suspicātes ob īfamatā vitā cito nos dissipaturos officia recta, ob qd̄ & ꝯiecturis optime ꝑsuasi, hos in oībus dissentire a nobis modis, & prouidentes ne forte subito postea tumultu instante nobis impios hos ad tergum ꝓditores & barbaros habeamus hostes, iussimus simul vt notificata erit epistola hȩc, eadē hora habitantes cum vxoribus & filijs, cum ꝯtumelia & supplicijs mittere ad nos in vinculis ferreis vndiq; ꝯclusos, ad imedicabilem & ignominiosam decentem inimicis cȩdem. His enī simul punitis, putamus in futuꝝ tp̄s ꝑfecte nobis res in bono statu, & optima dispositione ꝯstitutū iri. Quicunq; autē ꝓtexerit aliquem Iudȩoꝝ a sene vsq; ad pueꝝ, vsq; ad lactantes, turpissimis tormentis punietur cum tota domo. Nunciare aūt q voluerit, ob id substantiā incidētis in pœnā accipiet, etiā de regali pecunia drachmas duo mille, & libertate coronabit. Ois aūt locus vbicunq; deprehensus fuerit oīno occultatus Iudȩus, inaccessibilis & igne combustus fiat, & toti mortali naturȩ penitus inutilis apparebit in sempiternū tp̄s. Et qdē epistolȩ typus sic scriptus erat. Oīno aūt vbi innotuit hic iussus, populare ꝯstitutum est gentibus ꝯuiuium cum iubilationibus & gaudio, tanq̄; inueterata eis diu id mente, cū audacia nunc demōstrata inimicitia. At Iudȩis incessabilis luctus fuit, & lugubris cum lachrymis, clamor cū gemētibus, īflāmato vndiq; ipsoꝝ corde gementium insperatā subito eis illatam pniciem. Quȩ lex, vel vrbs, vel qs oīno habitabilis locus, vel quȩ viȩ planctu & lucubus sup eos nō iplebantur? Sic .n. cum acerba & immiti aīa ab his qui ꝑ ciuitatem ducibus vnanimiter expellebantur, vt ad extrema supplicia etiā aliquot inimicoꝝ accipientes ante oculos cōem misericordiā, & ꝯsiderātes incertū vitȩ statū, plorarāt eoꝝ infelicē expulsionē. Prȩibat .n. senum multitudo canicie coopertoꝝ ex senectute, tarditate pedum incuruoꝝ ꝯuersionis impetu violentȩ absq; ol pudore ad velocē abutentiū itinerationē. Quȩ aūt nup ad vitȩ cōionem ꝯiugalem intrauerāt thalamum puellȩ, ꝓ lȩticia suscipientes luctus, & puluere vnguentatam mixtā habentes cesariē, apte aūt ductȩ, planctum pro hymenȩis vnanimiter

tet incipiebant tanq; laceratę vexationibus alienigenaꝝ. Vincti autem populares vsq; ad immissionem in nauē trahebantur cū violentia. ipsiq; horum ꝯiuges laqueis loco coronatum ſm ceruices implicati cū florida iuuenili ętate, pro ꝯuiuio e adolescentiue ocio reliquos nuptiaꝝ dies in luctibus trāſegerūt, ad pedes iam mortem videntes positā. Abducebantur aūt ferrarum more tracti vinculoꝝ ferreoꝝ necessitatibus, hi qdem trāstris nauiū affixi collis, illi autem ſm pedes insolubilibus ꝯstricti pedicis, itē & desup densa tabula iposita, vt vndiq; obtenebrati oculos viri insidiatoꝝ in oī nauigatione acciperent. His aūt ad dictum nauigium actis, e nauigatione traiecta, sicut fuit sancituʒ a rege, iussit eos ante ciuitateʒ in hippodromo castra figere ingenti existēte mēsura, e ad manifestuʒ opprobrium valde opportuno existēte oībus ꝑgentibus in ciuitatē, e ab his ad regionē ꝓficiscentibus ad pegrinationē, vt neq; exercitū eius cōicatione, neq; oīno dignarentur muris. Postq; aūt hoc factum est, audiens ciuitatis ꝯtribules clā egredientes frequentius lugere ignominiosam fratꝝ miseriā, iratus iussit e his simul eodeʒ diligenter sicut illis facere, nō diminuto ſm vilum moduʒ illoꝝ supplicio, describi aūt oē genus ex noīe, nō .n. ante paulo demonstratam opeꝝ laboriosam seruitutem, tortos autem denunciatis tormentis ad finē delere vnius sub tps diei. Facta est qdem igitur hoꝝ descriptio cū acerba festinatione e ambitiosa assessione ab ortu solis vsq; ad occasum, inexpeditū accipiens fineʒ ad dies quadraginta. Maxime aūt & ꝯtinue rex gaudio repletus cōuiuia in oībus idolis ꝯstituens errāte vltra veritatē mente, e ꝓphano ore ipsa qdem muta e nō potentia eis loq vel auxiliari, laudans, in maximū aūt deū nō decentia loquens. Post pdictū aūt tpis interualluʒ nunciauerunt scribę regi, nō vltra posse Iudęoꝝ descriptioem fieri pp immensam eoꝝ multitudinem, cuʒ essent in regione plures adhuc, hi qdeʒ in domibus adhuc existentes, hi aūt in loco tanq; impossibili existēte oībus in Aegypto ducibus. Minante aūt ipsis durius tanq; donis corruptis ad machinationem suffugij, cōtigit manifeste ipsum circa hoc paruisse dicentibus cuʒ demōstratione, e chartā iam & scriptorios calamos, in qbus vtebantur defecisse. Hoc aūt erat opatio auxiliantis Iudęis e cœlo ꝓuidentię inuictę. Tunc vocās Hermonem pręposituū elephātoꝝ curę, graui plenus ira, e indignatione oīno inuertibilis, iussit in seqnti die abūdātibus pugnis thuris, e vino multo puro oēs elephātos potare, q erant numero qngenti, & efferatos poculi nimia sub ministratione adducere ad occursum mortis Iudęoꝝ. Ille qdem hęc iubens versus est ad ꝯuiuiū, congregans maxime ex amicis & exercitu odiose habentes ꝯtra Iudęos. At elephantoꝝ ꝓpositus pręceptū apte Hermon adimplebat, atq; ad hęc ministri ad vesperam exeuntes, miseroꝝ ligabant manus, & reliquas machinabantur circa eos securitatē. nocturnum existimantes simul accepturam gentē terminū mortis. Qui aūt oī ꝓtectione destituti videbantur esse gentibus Iudęi, ppter vndiq; opprimentē eos cū vinculis necessitatē, oīpotentē oīm e oīs potentię dominantē, misericordē deum eoꝝ, & prēm, incessabili voce oēs cū lachrymis inuocauerūt, orātes qđ ꝯuerteret ꝯsilium impium ꝯtra se, & liberaret eos cum magnifica apparitione ab ea quę erat ad pedes in promptu morte. hoꝝ qdem assidue supplicatio ascēdit in cœlū. At Hermon immites elephantos potās repletos vini abūdāti subministratione & thure saturatos, mane ad aulā adfuit de his nunciare regi. At a seculi tpe creationē bonā in nocte e die ꝯcessam ab eo, qui gratificatur oībus, qbus ipse vult, somni partē misit ad regē, & dulcissimo & ꝓfundo cōprehēsus est opatione dni, iniquo qdem ꝓposito valde fraudatus, at ab irreuocabili cogitatione maxime deceptus. At Iudęi ꝓsignatā horā cū effugissent, sanctum laudabāt deum suū, & iteꝝ orabāt facile demōstrare magnipotentis suę manus potestatem gentibus supbis. Media existēte aūt iam decima hora ferme, qui ad excitandū cōstitutus erat, subito vocatos videns, pupugit accedens regem, e vix excitans, nūciauit conuiuij tps iam pterire. De his sermonem faciens, quem rex reputans, e versus in ꝯuiuiuʒ, iussit eos qui venerant in conuiuium corā accūbere se: quo & facto, hortabatur in ꝯuiuium dedentes seipsos, pſentem conuiuij summe celebrātes in leticia ꝯsumere partem. Lōge autem procedente conuiuio, Hermonē accersens rex, cū acerba cōminatione interrogauit, quam ob causam

permissi sint Iudęi pńtes die supuenire. Ipso aút annunciáte, nocte iussioné ad fidé pduxisse, e amicis eius testimoniú phibentibus, crudelitateʒ peiorem Phalaridis habens, dixit: Hodierno somno gram habere eos: sine dilatione autem adueniente dié, similiter ꝑpara elephantos ad scelestoꝝ Iudęoꝝ pniciem. Cú dixisset aút rex, vltro oés cú gaudio pńtes simul collaudantes, in ꝓpriam domú vnusquisq; reuersi sunt e nó tá in somno ɔsumpserunt tṗs noctis, q̄; in oimodas excogitádo miseris existimatis illusióes. Dudú át gallus cátauerat matutinus, e bestias cum armasset Hermon in magna porticu expectabat, q̄ aút per ciuitaté multitudo ɔgregata erat ad miserandum spectaculum expectans aurorá cú auiditate. At Iudęi in indiuisibili aio suspési tpe, multilachryma supplicatione in cáticis luctuosis tédentes manus in cœlú orabát maximú deuʒ, iteꝝ eis auxiliari breui. Nondú aút solis radij spargebátur, e rege amicos excipiéte, Hermó adstans vocabat ad exituʒ, ostendens voluntaté regis in promptu esse. Ille aút cuʒ percepisset, & obstipuisset in iniquo exitu, oino ignorátia detentus q̄rebat, q̄ causa ob quá hoc illi cú festinatione ɔfectuʒ est. Hoc aút erat operatio cunctoꝝ dn̄antis dei, eoꝝ q̄ prius illi excogitata fuerant obliuioneʒ in méte ponentis. Nunciauit Hermon, & oés amici: ferę & exercitus parati sunt rex ſm tuum instans ꝓpositu. Ille aút in dictis repletus graui ira, eo q circa hęc ꝓuidentia dei dispersus fuisset omnis eius cogitatus, intuens cuʒ minis, dixit. Quotquot parentes adfuerunt aut filiorú filij, hunc bestijs ferocibus parate abundantem cibuʒ pro irreprehensibilibus mihi & maioribus meis pręse ferentibus ɔtinuá firmam fideʒ eminenter Iudęis, quanq̄; siqdem nó ob simul educationis amoreʒ e necessitatis vita pro his priuari deberes. Sic Hermó insperatá periculosam sustinuit cóminationé, e aspectu & vultu turbatus est. Vnusq̄sq; autem amicoꝝ cú tristitia erubescebant, ɔgregatos dimiserunt quélibet ad ꝓprium negociuʒ, ipsiq; Iudęi e rege audientes, illustré deum dn̄m regeʒ regum laudabant, velut hanc opem ab eo ɔsecuti. Scd̄m auteʒ has legeʒ rex ɔstituens rursus ɔuiuium, ad lęticiá verti hortabatur, at Hermoné aduocans cum minis, dixit: Quoties tibi oportet de his ipsis imperare infelicissime? Elephantos adduc e nunc arma in crastinum ad Iudęoꝝ perniciem. At simul discumbentes cognati incóstátiaʒ menté eius admirátes, ꝓtulerunt hęc: Rex vsquequo tanq̄; insensatos nos tentás iubens iá tertio eos delere, e iteꝝ in rebus ex mutatione reuocans a te sancita: quoꝝ grá ciuitas ob expectationem tumultuatur, & adaucta cóuersionibus, iam e periclitatur sępe diripi. Vnde in oibus Phalaris rex impletus inscitia, e factas ad ɔsiderationem Iudęoꝝ in ipso mutationes animę nihil ęstimans, nó inaniaꝝ firmiter iusiurandum determinans, hos qdem sine dilatione missurum in infernum in genubus e pedibus feraꝝ punitos, ducenté aút exercitus ɔtra Iudęá solo ęquatá igne & hasta posituꝝ velociter, & inaccessibile nobis illoꝝ templú igne ꝓstratú, velocitate ꝑficientiuʒ illic sacrificia in oé tṗs ɔstitutú. Tunc lęti discedentes amici & cognati, cum fide disposuerunt exercitus in opportunissimis locis ciuitatis ad obseruationem. At elephantoꝝ ꝑpositus feras ferme, vt sic dicá, in opus insanuʒ adducés, odoratissimis poculis vino thure cómixto horribiliter paratas ꝑparatióibus circa aurorá, ciuitate iá multitudinibus innumerabilibus in hippodromo plena, intrás ad aulá ad ɔstitutú irritauit regé. Ille aút ira graui implens impiá mété, ɔi mole cú feris exiuit, volens immiti corde, e pupillis oculoꝝ aspicere laboriosam e miserá ꝑditoꝝ subuersiones. Iá vero elephantoꝝ egredientiú circa portá e subsequentis armati exercitus, e multitudinis itineris pulueré videntes, e horrisonú tumultum audientes Iudęi, vltimuʒ vitę momentú ipsis illud existimátes esse finé miserrimę expectationis, ad miserationem e luctus versi, osculabátur se ad inuiceʒ cóplicitis cognatis in collum ꝓcumbentes, parentes filijs, e matres puellis. Alię aút nup genitos ad vbera hn̄tes infantes, vltimum sugentes lac. At qui e prius eis facta auxilia de cœlo cognoscentes, pro nos vnanimiter ꝓijcientes seipsos, e infantes amouentes ab vberibus clamauerunt voce magna valde, vniuersi principi supplicátes, misereri cuʒ apparitione eoꝝ iá ad portas mortis ɔstitutoꝝ. Eleazarus aút qdaʒ vir insignis eoꝝ q ex regione sacerdotuʒ, in senectute ętateʒ iá sortitus, e oí q̄ ſm vitam virtute ornatus, eos qui circa se cóprimens seniores ab inuocádo sanc

ctum deum,orauit hęc: Rex magni potens,altissime,omnipotens deus, omnem
gubernans in misericordijs creaturã,inspice in Abraam semen,in sanctificati fi-
lios Iacob,pris sanctificatę tuę ppłm in peregrina terra peregrinus iniuste pereũ
tem pater:tu Pharaonem abundanté curribus olim Aegypti huius principem Exod.14.
sublatũ immiti audacia,& lingua magniloqua,cum supbo exercitu mari vin-
ctos pdidisti,lucem oñdens misericordię Israel gñi. Tu imensis exercitibus sup-
bientem Sennacherib graué Assyriorũ regem,lancea o. m subitam iam accipien
tem terrã,& elatum ɔtra sanctam tuã ciuitatem,grauia loquentem supbia & au-
dacia,tu dñe fregisti,manifestã demõstrans gentibus multis tuã potentiã. Tu in Dan.3
Babylonia tres socios igni aĩam voluntarię tradentes,vt non seruirent vanis,
ignitũ rore faciens caminum,liberasti vsq; ad capillũ illęsos,flammã oĩbus im-
mittens aduersarijs. Tu calũnijs inuidię leonibus in terra piectũ feris cibũ Da- Danie.6
nielé ad lucem reduxisti incolumé. Et in mari educati in ventre ceti Ionã lique- Ionę.2
scentem incessanter illęsum oĩbus familiaribus demõstrasti pater,& nũc malorũ
detestator,misericors,oĩum ptector,cito appare his qui ex Israel gñe,ab abo-
minatis scelestis gentibus afflictis. Si aũt impietatibus fm peregrinationem vi-
ta nřa constricta est,liberans nos de inimicorũ manu,vt volueris dñe perde nos
morte. Nõ vanis vana sapientes benedixerunt in dilectorũ a te pditione dicentes:
Neq; deus illorũ liberauit eos:tu aũt oém fortitudinem & potentiã habens oĩum
sempiterne,nunc rspice,miserere nři qui per iniuriam iniquorũ iniustam e vita
submouemur ad insidiatorũ mortem. Admirentur aũt gentes tuã virtutem inui
ctã hodie venerãde,potentiã hñs in saluatione Iacob genus. Orat te oĩs multitu
do infantũ & horũ parentes cum lachrymis demõstretur oĩbus gentibus q̃ no-
biscũ es dñe,& nõ auertisti faciem tuã a nobis,sed sicut dixisti, q̃ neq; in terra
inimicorũ suorũ existentes ɔtempsisti eos,sic adimple dñe. At Eleazaro desinen
te iam ab oratione,rex cum feris & oĩ exercitus horrore fm hippodromũ ade-
rat,& aspicientes Iudęi valde in cœlum exclamauerunt,adeo vt & adiacentes
cõualles simul sonantes ɔtinuum luctũ facerent cum vniuerso exercitu. Tunc
gloriosus,oĩpotens & verax deus,oñdens sanctã suã faciem,aperuit cœli por-
tas,a qbus inclyti duo terribiles aspectu angeli descenderunt,manifesti oĩbus,p̃
terq̃ Iudęis,& restiterũt,& exercitũ hostiũ repleuerunt turbatione, & timore,&
immobilibus ligauerunt pedicis,& horrens etiã regis corpus factũ est,& obliuio
audaciã eius grauem sepit. Et cõuerterunt bestias aduersus ɔsequentes armatos
exercitus,& cõculcabant illos & interficiebant. Et cõuersa est regis ira in miseri-
cordiam & lachrymas pro eis,quę prius a se excogitata fuerãt. Audiens enĩ cla
morem,& videns pnos oẽs in pditioné,lachrymãs cũ ira,amicis minabatur, di-
cens: Rege abutimini,& tyrãnos trãsgressi estis crudelitate,& meipsum vřm bene
factoré conamini a principatu iam & aĩa submouere,clã machinantes, quę non
expediũt regno. Quis eos q obtinuerũt nostrę in fide regionis munitiones,do-
mo remouens vnũquẽq; iniuste ɔgregauit huc? Quis eos qui a principio bene-
uolentia erga nos in oĩbus superant oẽs gẽtes,& q laboriosissima sępe hoĩũ su
sceperũt pericula,sic iniqs implicuit supplicijs: Soluite,dissoluite iniusta vincu-
la,ad ppria cũ pace dimittite,ante facta euitantes,dimittite filios oĩpotẽtis cœ
lestis dei viuentis. Qui a nostris vsq; nũc maioribus incolumem cũ gloria statũ
exhibet nřis negocijs. Ille qdem igitur hęc dixit,ipsi aũt in idoneo tpe solu-
ti,sanctũ saluatoré deũ suũ benedicebãt,nup morté euadẽtes. Postea rex in ciui-
taté reuersus,pręfectũ redituum accersens,iussit vina & reliqua in conuiuium ne-
cessaria Iudęis pbere ad dies septẽ,indicãs eos,in quo loco putauerunt mortẽ
suscipere,in hoc in lęticia oĩ soteria celebrare. Tunc qui prius ɔtumelijs affecti
fuerunt,& ppe morté,potius aũt in ipsã ambulauerãt,pro acerba & lugubri mor
te conuiuiũ salutare ɔstituentes,ad morté ipsis & sepulturã deputatũ locũ tento
rijs diuiserũt pleni gaudio. Finiẽtes aũt luctus,gemitosum cantũ,resumpserunt
cãtũ patriũ,saluatorẽ,& miraculorũ factorũ laudantes deũ,luctũq; oẽm & gemi-
tũ repellentes,choreas ɔstituerunt,letitię pacificę signũ. Eodem modo aũt & rex
pro his symposium magnũ congregans,incessanter in cœlum confitebatur ma-
gnifice pro inopinata facta ei saluatione. Quiq; prius in perditionem & aerum

eccam eos futuros existimabant, e cum gaudio descripserat, geminuerunt pudorem in se ipsis induti, e infirmata audacia in glorie extincti. Et Iudei, sicut prediximus, constituentes pdictū chorū cum gaudio in gratiarūactionibus letis e psalmis transigebant, e cōem statuentes de his legē, in oī habitatione sua in generationes pdictos dies agere decreuerūt hilares, e non potus causa & gule, saluationis vero per deum facte ipsis. Audierunt aūt reges, dimissionem suā ad propria petentes. Describunt aūt eos a quinta e vicesima pachō vsq; ad quartam epiph ad dies quadraginta. Cōstituunt aūt eorū perditionē a quinta epiph vsq; ad septimā, diebus tribus, in qbus & gloriose ostendēs misericordiā suā oīuz princeps, incolumes eos liberauit vnanimiter. Comessabantur aūt oībus ab rege necessarijs donati, vsq; ad quartādecimā. In qua & colloquiū fecerit de liberatiōe sua. Collaudansq; eos rex, scripsit eis subscriptā epistolā ad duces in ciuitatē magnanimiter instantiā habentem. Rex Ptolemeus Philopator q sunt in Aegypto ducibus, e oībus ppositis super negotia, gaudere & valere. Valemus aūt e nos e filij nostri, psperante magno nobis deo negoria, sicut volumus. Ex amicis qdam malorū morū frequētius nobis adstantes, psuauerunt nobis eos q sub regno Iudeos cōiunctos in cōgregatione puniendos nouis rebellatorū supplicijs, ptendentes nūq; bonū statum habituras res nr̄as, ob inimicitiā quaz habent hi cōtra oēs gentes, donec pficiatur hoc, qui e vinctos adducētes eos cuz afflictionibus tanq; mācipia, potius aūt tanq; pditores, sine vllo discrimine & inquisitione conati sunt occidere, lege Scytharū ferociorē induti crudelitatē. Nos vero pro his acerbius cōminantes, iuxta quā habemus erga oēs hoīes benignitatem, vix vitaz eis cōdonātes, e coelestē deuz cognoscētes fortiter ptegentez Iudeos, vt pr̄em p filijs semp pugnare, e amicitie ob quā habent erga nos firmā e maiores nr̄os beneuolentiā recolētes, iuste dimisimus oēs iuxta quemcūq; cause modū. Et iussimus cuilibet oīa ppria cōuertere, in oī loco nullo eos oīno ledente, neq; iniuriari de factis pter rationē. Scitote. n. q cōtra hos si qd machinemur malū, vel offendamus eos omnino, non hoīem, sed oīs principē potentie deū altissimū aduersantez nobis ad vltionem rerū in oībus ineuitabiliter semper habebimus. Valete.

ACcipientes aūt epistolam hāc, nō festinauerunt statim fieri circa recessum, sed regem orauerunt, eos q de genere Iudeorū sanctū deū vltro transgressi fuerāt & dei legem, cōsequi p eos debitā punitionē, asserentes ventris causa diuina trāgressos pcepta, nūq; beneuolos fore neq; regis pceptis. Ille aūt verū eos dicere percipiens, e collaudans, dedit eis facultatem oīum, vt q transierāt dei legē, occiderent in oī qui sub ditione sua loco cū audacia citra regiam regulā, potestatē, vel visitationem. Tunc bene precantes ei, vt decens erat, horū sacerdotes & oīs multitudo inclamātes alleluia, cū gaudio recesserunt. Sic aūt obuiantē ex pollutis cōciuem in via puniebant, & cū exprobrationibus interficiebant. Illa autem die occiderunt supra trecentos viros, & egerūt leticiā cum gaudio pphanos perimentes: ipsi autem qui vsq; ad mortem deū habuerāt, integrā saluationis fruitionē accipientes, recesserunt ex ciuitate oīmodis odoratissimis floribus coronati cum leticia & clamore, in laudibus e dulcibus hymnis gratias agentes deo patrum suorū sancto saluatori Israel. Cū venissent aūt in Ptolemaidan, vocatā ob loci pprietatem rosiferā, in qua expectauit eos classis sm̄ cōe eorū consilium dies septem, illic fecerunt conuiuiū salutare rege suppeditante eis abunde que ad recessum, omnia vnicuiq; vsq; ad ppriam domum. Delati aūt cum pace in decentibus gratiarumactionibus, eodem modo e illic statuerunt, e hos agere dies ad peregrinationis eorum tempus letos, quas e consecrantes in colūna, in conuiuij loco votum cōfirmantes, recesserunt illesi, liberi, iucundi, per q; terram & mare, e fluuium saluati regis iussu quilibet in propriam. Et maiorem quam prius in inimicos potestatem habentes, cum gloria e timore, omnino a nullo excussi a substantijs, & oīa sua oēs attulerunt ex descriptione, ita vt habentes aliquid, cum timore maximo restituerent eis, magnalia maximo deo faciente perfecte pro liberatione eorum. Benedictus liberator Israel in sempiterna tempora, Amen.

Tertij Machabeorum Libri e Greco versi.

Veteris testamenti Finis.

NOVVM TESTAMENTVM. BREVES IN EODEM ANNOTATIONES, EX DOCTIS. INTERPRETATIONIBVS, ET HEBRAEORVM COMMENTARIIS.

Ego ſum via, vita, & veritas. Io. 14.
Emanuel, filius Dei altiſſimi.

Ego ſum lux mundi. Qui in me credit, habet vitam æternam. Ioan. 3.



Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortẽ nõ videbit in æternũ. Io. 8.

Scrutamini ſcripturas: quoniam illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Io. 5.

B. HIERONYMI IN EVANGELISTAS AD DAMASVM PRAEFATIO.

NOVVM OPVS me facere cogis ex veteri: vt post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidã arbiter sedeam: & quia inter se variant: quę sint illa quę cũ gręca consentiant veritate, decernã. Pius labor, sed periculosa pręsumptio, iudicare de cęteris: ipsum ab omnibus iudicandũ: senis mutare linguã, & canescentem iam mundũ, ad initia retrahere paruulorũ. Quis enim doctus pariter vel indoctus, quum in manus volumen assumpserit, & à saliua quã semel imbibit viderit discrepare qđ lectitat: non statim erumpat in vocem, me falsariũ, me clamitans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: ꝙ & tu qui summus sacerdos es, fieri iubes: & verũ non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda: respondeant quibus: tot enim sunt exẽplaria penè quot codices. Sin autẽ veritas est quęrẽda de pluribus: cur non ad gręcã originẽ reuertẽtes, ea quę vel à vitiosis interpretibus male reddita: vel à pręsumptoribus imperitis emendata peruersius: vel à librarijs dormitãtibus aut addita sunt aut mutata, corrigimus? Neq; verò ego de veteri disputo instrumẽto: qđ à Septuaginta senioribus in gręcam linguã versum, tertio gradu ad nos vsq; peruenit. Nõ quęro quid Aquila, quid Symmachus sapiant: quare Theodotion inter nouos & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio, quã Apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento: quod gręcũ esse non dubiũ est: excepto apostolo Matthęo: qui primus in Iudęa euangeliũ CHRISTI Hebraicis literis edidit. Hoc certe quũ in nostro sermone discordat, & in diuersos riuulorũ tramites ducit: vno de fonte quęrendũ. Pręteremitto eos codices quos à Luciano & Esychio nuncupatos, paucorũ hominũ asserit peruersa contentio: quibus vtiq; nec in toto veteri instrumẽto post septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in nouo profuit emendasse: quum multarũ gentium linguis scriptura ante translata, doceat falsa esse quę addita sunt. Igitur hęc pręsens pręfatiuncula pollicetur, quatuor tantũ euangelia, quorum ordo est iste, Matthęus, Marcus, Lucas, Ioannes: Codicũ Gręcorum emendata collatione, sed & veterum, nec quę multũ à lectionis latinę consuetudine discreparent. Ita calamo temperauimus, vt his tantum quę sensum videbãtur mutare, correctis, reliqua manere pateremur vt fuerãt.

ALIA. B. HIERONYMI PRAEFATIO.

EX PROOEMIO COMMENTARIORVM QVOS SCRIPSIT IN MATTHAEVM.

PLVRES FVISSE qui euangelia scripserunt, & Lucas euangelista testatur, dicens, Quoniamquidem multi conati sunt ordinare narrationem rerũ quę in nobis cõpletę sunt: sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonem, & ministrauerunt ei: & perseuerãtia vsq; in pręsens tempus monimenta declarant, quę à diuersis authoribus edita, diuersarũ hęreseon fuere principia: vt est illud iuxta Aegyptios & Thomã & Matthiã & Bartholomęũ, duodecim'q; apostolorũ, & Basilidis atq; Apellis ac reliquorũ, quos enumerare longissimũ est: quũ tñ in pręsentiarũ hoc necesse sit dicere, extitisse quosdã qui sine spiritu & gratia dei conati sunt magis ordinare narrationem, q̃ historię texere veritatem. Quibus iure potest illud propheticũ coaptari, Vę qui prophetant de corde suo: qui ambulant post spiritum suum: qui dicunt, dicit dñs; & dominus non misit eos. De quibus &

saluator in euangelio Ioannis loquitur, Omnes qui ante me venerunt, fu
res & latrones fuerunt. Qui venerunt, nó qui missi sunt. Ipse enim ait, Ve
niebant, & ego non mittebã eos. In venientibus enim presumptio temeri
tatis, in missis obsequiũ seruitutis est. Ecclesia aũt que supra petram, dñi vo
ce fundata est: quã introduxit rex in cubiculũ suum, & ad quã per foramen
descensionis occulte misit manũ suam, similis damule hinnuloq; ceruorũ:
quatuor flumina paradisi instar eructans: quatuor angulos & annulos ha
bet, per quos quasi arca testamenti & custos legis dñi, lignis immobilibus
vehitur. Primus omnium Mattheus est publicanus, cognomento Leui:
qui euangeliũ in Iudea Hebreo sermone edidit: ob eorũ vel maxime cau
sam, qui in I E S V M crediderant ex Iudeis, & nequaquã legis vmbram,
succedente euangelij veritate seruabant. Secundus Marcus, interpres apo
stoli Petri, & Alexandrine ecclesie primus episcopus, qui dñm quidem salua
torem ipse nó vidit, sed ea que magistrum audierat predicantem, iuxta fidẽ
magis gestorum narrauit q̃ ordinem. Tertius Lucas medicus, natióe Sy
rus Antiochensis: cuius laus in euangelio, qui & ipse discipulus apostoli
Pauli, in Achaie Boetieq; partibus volumen condidit, quedã altius repe
tens: & vt ipse in prooemio confitetur, audita magis q̃ visa describens.
Vltimus Ioãnes apostolus & euangelista, quẽ I E S V S amauit plurimũ:
qui supra pectus dñi recũbens, purissima doctrinarũ fluenta potauit: & qui
solus de cruce meruit audire, Ecce mater tua. Is quũ esset in Asia, & iam tũc
hereticorum semina pullularent Cherinti, Hebionis, & ceterorũ qui negãt
C H R I S T V M in carne venisse, quos & ipse in epistola sua antichristos
vocat, & apostolus Paulus frequenter percutit: coactus est ab omnibus pe
ne tunc Asie episcopis & multarum ecclesiarum legationibus de diuinitate
saluatoris altius scribere, & ad ipsum (vt ita dicam) dei verbũ, non tam au
daci q̃ foelici temeritate prorumpere. Vnde & ecclesiastica narrat historia,
quum à fratribus cogeretur vt scriberet, ita facturũ se respondisse, si indicto
ieiunio in cõmune omnes deum deprecarentur: quo expleto, reuelatione sa
turatus, illud prooemium è coelo veniens eructauit, In principio erat ver
bum: & verbum erat apud deũ: & deus erat verbum: hoc erat in principio
apud deum. Hec igitur quatuor euangelia multo antè predicta, Ezechielis
quoq; volumen probat: in quo prima visio ita contexitur, Et in medio si
cut similitudo quatuor animaliũ, & vultus eorũ facies hominis, & facies leo
nis, & facies vituli, & facies aquile. Prima hominis facies, Mattheum signi
ficat: qui quasi de homine exorsus est scribere, Liber generationis I E S V
C H R I S T I filij Dauid filij Abraham. Secunda Marcum, in qua vox leo
nis in eremo rugientis auditur, Vox clamantis in deserto, parate viam
dñi, rectas facite semitas eius. Tertia vituli, que euangelistam Lucã à Za
charia sacerdote sumpsisse initium prefigurat. Quarta Ioannem euangeli
stam, qui assumptis pennis aquile, & ad altiora festinans, de verbo dei dispu
tat. Cetera que sequuntur, in eundem sensum proficiunt, Crura eorũ recta,
& pennati pedes: & quocunq; ibat spiritus, ibant, & non reuertebantur: &
dorsa eorum plena oculis: & scintille ac lampades in medio discurrentes, &
rota in rota, & in singulis quatuor facies. Vnde & Apocalypsis Ioannis,
post expositionem vigintiquatuor seniorum, qui tenentes citharas & phia
las, adorant agnum dei, introducit fulgura & tonitrua & septem spiritus di
scurrentes, & mare vitreum, & quatuor animalia plena oculis, dicens, Ani
mal primum simile leoni, & secundum simile vitulo, & tertium simile ho
mini, & quartum simile aquile volanti. Et post paululum, Plena erant (in
quit) oculis, & requiem non habebant, die ac nocte dicentia, Sanctus, san
ctus, sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui ventu
rus est. Quibus cunctis perspicue ostenditur quatuor tantum debere euãge
lia suscipi, & omnes apocryphorum nenias mortuis magis hereticis quàm
ecclesiasticis viuis canendas.

B. HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

MATTHAEVS qui & Leui ex publicano apostolus, primus in Iudęa propter eos qui ex circũcisiõe crediderant, euangeliũ CHRISTI Hebraicis literis verbisq́; composuit. Quod quis postea in Gręcum transtulerit, non satis certum est. Porrò ipsum Hebraicũ habetur vsq; hodie in Cęsariēsi bibliotheca, quã Pamphilus martyr studiosissime confecit. Mihi quoq; à Nazaręis, qui in Beroea vrbe Syrię hoc volumine vtuntur, describendi facultas fuit. In quo animaduertendũ, quòd vbicunq; Euangelista, siue ex persona sua, siue ex persona dñi saluatoris, veteris scripturę testimonijs vtitur, nõ sequatur Septuaginta trãslatorum authoritatem, sed Hebraicã. è quibus illa duo sunt, Ex Aegypto vocaui filium meum. Et, Quoniam Nazaręus vocabitur.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVN. MATTHAEVM.



A IBER GENERATIONIS IESV CHRISTI filij Dauid filij Abrahã. Abraham genuit Isaac. Isaac aũt genuit Iacob. Iacob aũt genuit Iudam & fratres eius. Iudas aũt genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares aũt genuit Esron. Esron aũt genuit Aram. Arã aũt genuit Aminadab. Aminadab aũt genuit Naasson. Naasson aũt genuit Salmon. Salmon autē genuit Booz de Raab. Booz aũt genuit Obed ex Ruth. Obed

B aũt genuit Iesse. Iesse aũt genuit Dauid regem. Dauid aũt rex, genuit Salomonē ex ea quę fuit Vrię. Salomon aũt genuit Roboã. Roboam aũt genuit Abiam. Abia aũt genuit Asa. Asa aũt genuit Iosaphat. Iosaphat aũt genuit Ioram. Iorã aũt genuit Oziam. Ozias aũt genuit Ioatham. Ioatham aũt genuit Achaz. Achaz aũt genuit Ezeciã. Ezecias aũt genuit Manassem. Manasses aũt genuit Amon. Amon aũt genuit Iosiam. Iosias aũt* genuit Iechoniam & fratres eius ʼin trãsmigratiõe Babylonis.ʼ Et post trãsmigrationē Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel aũt genuit Zorobabel. Zorobabel aũt genuit

C Abiud. Abiud aũt genuit Eliacim. Eliacim aũt genuit Azor. Azor aũt genuit Sadoc. Sadoc aũt genuit Achim. Achim aũt genuit Eliud. Eliud aũt genuit Eleazar. Eleazar aũt genuit Mathan. Mathan autē genuit Iacob. Iacob aũt genuit Ioseph virũ MARIAE, de qua natus est IESVS qui vocatur CHRISTVS. Omnes itaq; generationes ab Abraham vsq; ad Dauid, generationes quatuordecim. Et à Dauid vsq; ad transmigrationē Babylonis, generationes quatuordecim. Et à trãsmigratione Babylonis, vsq; ad CHRISTVM, generatiões quatuordecim. CHRISTI aũt ʼgeneratioʼ sic erat. Quũ esset desponsata mater eius MARIA, Ioseph, anteq̃; conuenirent, ʼinuenta est in vtero habensʼ de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius quũ esset iustus & nollet eam ʼtraducere:ʼ voluit occulte dimittere eã.

D Hęc aũt eo cogitante, ecce angelus domini apparuit in somnis ei, dicens, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere MARIAM cõiugem tuam: quod enim in ea ʼnatũʼ est, de spiritu sancto est. pariet aũt filiũ: & vocabis nomen eius IESVM. ipse enim saluum faciet populum suũ à peccatis eorum. (Hoc aũt totum factum est vt adimpleretur qđ

[Left margin notes:]
*genuit Ioacim. Ioacim aũt ʼi exilio Babyloni co (vel, postea q; demigratus erat Babylonē.) & infra.
*vel: natiuitas
*deprehēsa est grauida. Heb.
*vel infamar.
*vel acceptũ (aut genitum)

[Right margin notes:]
Qđ Iesus esset ille pmissus saluator pr*
Luc. 3. e
Ge. 21. e. 25. d
Ge. 29. g. 38. g
1. Para. 2. a
Ruth. 4. d
2. Reg. 12. f
1. Para. 3. b
1. Para. 3. a. b
1. Para. 3. c
Christi gñatio scdm carnem.
IESVS quare sic vocatus.
Luc. 2. c

Emmanuel. Isa. 7.c — dictum est à domino per prophetā dicentem, Ecce virgo ᵃin vtero ha- bebit,ˡ & pariet filium: & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est — ᵃ erit pgnās

Nascitur Christus. IESVS. — interpretatum nobiscum deus) ᵇExurgens ˡ autem Ioseph à somno, fe- cit sicut præcepit ei angelus domini, & ᶜaccepit ˡ coniugem suā. Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum: & voca- uit nomen eius IESVM. — ᵇ vel, Excitatus ᶜ vel, adiunxit

CAP. II.

A

Gētes adducit ad fidē salutis suę deus, quorum hi magi primitię fuerunt. — Quum ergo natus esset IESVS in Bethlehem Iudę in diebus He- rodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudęorum? vidimus enim stellā eius in orien- te, & ᵃvenimus ˡ adorare eū. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacer dotū & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi CHRISTVS nasce- retur. At illi dixerunt ei, In Bethlehem Iudę. sic enim scriptum est per prophetam, Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquā minima es in prin — ᵃ vel, accessimus

Mich. 5.a Ioan. 7.f — cipibus Iuda: ex te enim ᵇexietˡ dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clàm vocatis Magis, ᶜdiligenter didicit ˡ ab eis ᵈtempus stellę quę apparuit eis.ˡ & mittens illos in Bethlehem, dixit, Ite, & in- terrogate diligenter de puero: & quū inueneritis, renūciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui quū audissent regem, abierunt. & ecce stella quā viderant in oriente, antecedebat eos, vsquedū veniens staret suprà vbi erat puer. Videntes autem stellā, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerū cum MARIA matre — ᵇ mihi prodibit ᶜ accurate perquisiuit ᵈ vel, quo tēpore stella apparuisset eis.

B

Psal. 71.b — eius. & procidentes adorauerunt eū & apertis thesauris suis obtulerūt ei munera, aurum, thus, & myrrhā. Et ᵃresponso acceptoˡ in somnis ne — ᵃ oraculo accepto (vel. moniti) vt ne

Monitu dei fugit Ioseph cū Iesu & mře. — redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Qui quum recessissent, ecce angelus domini apparuit in somnis Io- seph, dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegy- ptum: & esto ibi vsquedum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quęrat puerum ad perdendum eum. Qui ᵇconsurgens ˡ accepit puerum & matrem eius nocte: & secessit in Aegyptū. Et erat ibi vsq; ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum est à domino per prophetā di- — ᵇ vel excitatus

C

Osee. 11.a — centem, Ex Aegypto vocaui filium meū. Tunc Herodes videns quo- niam illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittens occidit omnes

Herodes, vt Christū occidat, pueros occidit. — pueros qui erant in Bethlehem & in omnibus finibus ᵃeius,ˡ à bimatu & infra secundū tempus quod ᵇexquisieratˡ à Magis. Tunc adimpletū est quod dictum est per Ieremiam prophetā dicentem, Vox in Rama audita est, *ploratus & ᶜvlulatusˡ multus, Rachel plorans filios suos, — ᵃ .i. Bethlehemiticis, ᵇ exacte cognouerat.

D

Iere. 31.c — & noluit consolari, quia non sunt. Defuncto autem Herode, ecce an- — *lamētatio, ᶜ vel, fletus

Dei monitu reuerti Ioseph ex Aegypto. — gelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terrā Israel. defuncti sunt enim qui quęrebant animā pueri. Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius, & venit in terrā Israel. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudęa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & *admonitus in somnis, secessit in partes Galilęę. Et veniens habitauit in ciuitate quę vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictū est per prophetas, Quoniam Nazaręus vocabitur. — * oraculo

CAP. III.

A

Ioānes baptista pœnitentiā pdicat, e Christum venisse. Mat. 1.c. lu. 3. a Isa. 11. c. 12. c. 45.d Za. 1.a Is. 40.a Io. 1.c — In diebus autem illis venit Ioānes Baptista prędicans in deserto Iu- dęę, e dicens, ᵃPœnitentiā agite:ˡ appropinquauit enim regnū cœlo- rum. Hic est enim de quo dictū est per Isaiam prophetā dicentem, Vox clamātis in deserto, Parate viā domini, rectas facite semitas eius. Ipse autem Ioānes habebat vestimentū de pilis camelorū, & zonam pellι- — ᵃ Resipiscite (vel, ad mētem redite)

Victus Ioan. Mar. 1.a Baptizat. Pharisęorum hypocrisin. — ceam circa lūbos suos: esca autē eius erat locustę & mel syluestre. Tunc exibat ad eū Ierosolyma & omnis Iudęa, & omnis regio circa Iorda- nem: & baptizabantur ab eo in Iordane cōfitentes peccata sua. Videns autem multos pharisęorum & sadducęorum venientes ad baptismum suum, dixit eis, Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fuge-

B

ret a ventura ira? Facite ergo ʼfructum dignū pœnitentię.ˋ Et ne ʼvelitis dicereˋ intra vos, Patrem habemus Abraham. dico enim vobis quo-
C niam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios ʼAbrahę.ˋ Iam
enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quę
non facit fructum bonum, ʼexcidetur, & in ignem mittetur.ˋ Ego qui-
dem baptizo vos in aqua in pœnitentiā: qui autem post me venturus
est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse vos
baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius ventilabrum in manu sua,
& permundabit aream suam: & congregabit triticum in horreum
D suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Tunc venit I E-
S V S a Galilęa in Iordanem, ad Ioannem: vt baptizaretur ab eo.
Ioannes autem prohibebat eum, dicens, ego ā te ʼdebeoˋ baptizari, &
tu venis ad me? Respondens autem I E S V S, dixit ei, Sine modo. sic
enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Bapti-
zatus autem I E S V S, confestim ascēdit de aqua. & ecce aperti sunt ei
cœli: & vidit spiritum dei descendentem sicut columbam, & venien-
tem super ipsum. Et ecce vox de cœlis, dicens, Hic est filius meus dile-
ctus in quo mihi ʼcomplacui.ˋ

CAPVT IIII.

A TVnc I E S V S ductus est in desertum ā spiritu, vt tentaretur ā
diabolo. Et quum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta
noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei, Si filius dei es,
dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit, Scriptum est, Non
in solo pane ʼviuitˋ homo, sed in omni verbo q̄d procedit de ore
dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum
super pinnaculum templi, & dicit ei, Si filius dei es, mitte te deorsum.
Scriptum est enim, Quia angelis suis mandabit de te, & in manibus
tollent te, ʼne forteˋ offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi I E-
S V S, Rursum scriptum est, Non tentabis dominum deum tuum. Ite-
B rum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit
ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dicit ei, Hęc omnia ti-
bi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei I E S V S, Vade re-
tro satana: scriptum est enim, Dominum deum tuum adorabis: & illi
soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, &
ministrabant ei. Quum autem audisset I E S V S quòd Ioannes
traditus esset, secessit in Galilęam: & relicta ciuitate Nazareth, venit &
habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon &
Nephthali, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam,
C Terra Zabulon & terra Nephthali, ʼviaˋ maris trans Iordanem ʼGa-
lilęęˋ gentium: populus qui ʼambulabatˋ in tenebris, vidit lucem ma-
gnam: & sedentibus ʼin regione vmbręˋ mortis, lux orta est eis. Exin-
de cœpit I E S V S prędicare, & dicere, Pœnitentiam agite: appropin-
quauit enim regnum cœlorum. Ambulans autem I E S V S iux-
ta mare Galilęę, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, &
Andream fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piscato-
res) & ait illis, Venite post me: & faciā vos ʼfieriˋ piscatores homi-
num. At illi continuo relictis retibus sequuti sunt eum. Et procedens
inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedęi & Ioannem fratrem
D eius in naui cū Zebedęo patre eorum reficientes retia sua: & vocauit
eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, sequuti sunt eum. Et
circuibat I E S V S totam Galilęam, docens in synagogis eorum, &
prędicans euangeliū regni: & sanans omnem languorem & omnem in-
firmitatem in populo. Et abiit ʼopinioˋ eius in totam Syriam. & obtu-
lerunt ei omnes male habentes, varijs languoribus & ʼtormentisˋ com-
prehensos, & qui dęmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & cu-
rauit eos: & sequutę sunt eum turbę multę de Galilęa, & Decapoli, &
Ierosolymis, & de Iudęa, & trans Iordanem.

CAP. V.

Left margin notes:
- ʼfructus q̄ decēat pœnitētiā.
- ʼvideamini (vel, ne sitis) hac opinione vt dicatis)
- ʼdatiuus casus est.
- ʼexcidit & in ignē mittitur & sic legunt vetera exēp.
- ʼop ʼhabeo
- ʼbñ placui
- ʼviuet, sic exēp. vete. legunt.
- ʼnequando
- ʼiuxta viā
- ʼGalilęa
- ʼsedebat
- ʼin regiōe & vmbrā
- ʼfama, sic legūt scripta exemp.
- ʼtorminib⁹

Right margin notes:
- Luc. 3. b
- Fides ex deo.
- Minatur Ioā-nes.
- Ducit ad chr̄m cōferentem spi-ritum sanctum.
- Luc. 3. d
- Christus bapti-zatus a Ioāne.
- Marci. 1. b
- Luc. 3. d
- Tentatur christus.
- Marci. 1. b
- Luc. 4. a
- Scripturis vincit diabolum.
- Deut. 8. a
- Psal. 90. c
- Deut. 6. c
- Tentare deum.
- Adorare.
- Deu. 6. c. 10. d
- Angeli.
- CHRISTVS pūdicat pœnitē-tiā, & se aduenisse saluatorē.
- Mar. 1. c Luc. 4. c Ioā. 4. f
- Isa. 9. a
- Vocat Petrum & Andreā Iacobū & Ioannem, piscatores ad pūdicandum euangelium.
- Mar. 1. a Luc. 5. a
- Pręd icat Gali-lęis euāgeliū.
- Sanat infirmos.

A

Videns autem IESVS turbas, ascendit in montem: & quũ sedis-
set, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat
eos, dicens, Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorum est regnum cœlorũ.
Beati mites: quoniã ipsi 'possidebunt' terram. Beati qui lugent: quo-
niam ipsi 'consolabuntur.' Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiã: quo-
niam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniã ipsi misericordiã
consequentur. Beati mundo corde: quoniã ipsi deum videbunt. Beati
pacifici: quoniã filij dei vocabuntur. Beati qui persequutionẽ patiun-
tur propter iustitiam: quoniã ipsorum est regnum cœlorũ. Beati estis
quum maledixerint vobis homines, & persequuti vos fuerint, & dixe-
rint omne malum * aduersum vos mentientes, propter me. gaudete &
exultate: quoniã merces vestra copiosa est in cœlis. sic enim persequuti
sunt prophetas qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terræ. Quòd si sal
'euanuerit,' in quo salietur? ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur fo-
ras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ci-
uitas abscondi supra montem posita. neq; accendunt lucernam, & po-
nunt eam sub modio, sed super candelabrũ, 'vt luceat' omnibus qui in
domo sunt. Sic luceat lux vestra corã hominibus: vt videant opera ve-
stra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Nolite pu-
tare quoniã veni soluere legem aut prophetas. non enim veni soluere:
sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlũ & ter-
ra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant.
Qui ergo soluerit vnum de mãdatis istis minimis, & docuerit sic ho-
mines: minimus vocabitur in regno cœlorũ. qui autem fecerit & do-
cuerit: hic magnus vocabitur in regno cœlorũ. Dico 'autem' vobis
quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarũ & pharisæo-
rum, non intrabitis in regnum cœlorũ. Audistis quia dictum est an-
tiquis, Non occides. qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem
dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo*, 'reus' erit iudicio. qui
autem dixerit fratri suo, racha, reus erit 'concilio.' qui autem dixerit, fa-
tue: reus erit gehẽnæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi
recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque
ibi munus tuũ ante altare, & vade, prius reconciliare fratri tuo: & tunc
veniens offer munus tuum. Esto 'cõsentiens' aduersario tuo cito dum
es in via cum eo: ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te
ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec
reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis,
Non 'mœchaberis.' Ego autẽ dico vobis quia omnis qui viderit mu-
lierem ad concupiscendũ eam, iam 'mœchatus est eam' in corde suo.
Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te.
expedit enim tibi vt pereat vnum membrorũ tuorum, quam totũ cor-
pus tuum mittatur in gehennam. Et si dextra manus tua 'scandalizat
te,' abscinde eam, & proijce abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum
membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum 'eat' in gehennam.
Dictum est autem, Quicunq; dimiserit vxorem suam, det ei libellum re-
pudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam,
excepta fornicationis caussa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxe-
rit, 'adulterat.' Iterum audistis quia dictum est antiquis, Non periu-
rabis: reddes autem domino iuramẽta tua. Ego autem dico vobis nõ
iurare omnino. neq; per cœlum: quia thronus dei est. neq; per terram:
quia scabellũ est pedum eius. neque per Ierosolymã: quia ciuitas est ma-
gni regis. neq; per caput tuum iuraueris: quia non potes vnum capil-
lum album facere aut nigrũ. Sit autem sermo vester, 'est est,' non non.
quod autem 'his abundantius est,' à malo est. Audistis quia dictum
est, Oculũ pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis non
resistere malo: sed si quis te 'percusserit' in dexterã maxillam tuã, præbe

Docet turbas.
Pauperes spũ.
Luc.6.d
Mites.
Lugentes.
Esurientes.
Misericordes.
Mundi corde.
Pacifici.
Afflictis propter se, pmittit mercedem.
1.Pet.3.c
Sal & lux mundi apli euãgelij. Mar.9.g
Luc.14.g
Mar.4.c.luc.8.c.& 11.e
Opera.
Lex & pphetę implendi.
Luc.16.d
Mãdata dei sũt in spiritu complenda.
Iaco.2.b
Occidere qd.
Exo.20.c
Deute.5.b
Reconciliatio sacrificijs pręponitur.
Luc.12.g
Mœchus qs.
Exo.20.c & 18.b Mar.9.g
Oculi erutio. man* abscissio
Vxor. deu.24.a & 19.b Mar.10.b luc.16.d
1.Cor.7.b
Non iurandũ.
Leu.19.c exo.20.b deut.5.b
Iaco.5.c
Iniuria ferẽda.
Exo.21.c deu.19.d leui.24.d

'hæreditabũt
'cõsolationẽ accipient.
* verbum
B
'infatuatum (vel, insipidus) fuerit
'& luceat
C
'enim
* temerè (vel, sine caussa)
'obnoxius & infra.
D
'concessus
'beneuolus
'cõmittes adulterium
'adulterium cõmisit cum ea
E
'obstaculo tibi fuerit, & infra.
'mittatur
'adulterium cõmittit.
F
'etiã etiam
'vltra hæc adiungitur
'alapa ceciderit

illi & alteram. & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam
tuam tollere: dimitte ei & pallium. & quicunq; te angariauerit mille
passus, vade cum illo & alia duo. Qui autem petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris. G Audistis quia dictū est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicū tuum. Ego autem dico vobis,
diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro
persequentibus & calumniantibus vos: ut sitis filii patris uestri qui in
cœlis est, qui solem suū oriri facit super bonos & malos; & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui diligūt uos, quā mercedem habetis? nōne & publicani hoc faciūt? Et si salutaueritis fratres uestros tantum, quid amplius facitis? nōnne & ethnici hoc faciūt? Estote ergo uos
perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est.

CAP. VI.

A Ttendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus vt uideamini ab eis: alioquin mercedem nō habebitis apud patrem vestrū
qui in cœlis est. Quum ergo facis eleemosynā, noli tuba canere ante te,
sicut hypocritę faciunt in synagogis & in uicis, ut honorificentur ab
hominibus. amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynā, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi*. Et quū oratis, non eritis sicut hypocritę qui amant in synagogis & in angulis platearū stantes orare, ut uideantur ab hominibus
amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Tu autem quū oraueris,
intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi*. B Orantes autem
nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt: putant enim q in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. scit enim pater uester quid opus sit uobis, antè quàm petatis eum. Sic ergo uos orabitis,
Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum supersubstantialē da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in
tentationem. Sed libera nos à malo. *Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus*: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. C Quum autem ieiunatis, nolite fieri sicut
hypocritę tristes. extermināt enim facies suas, vt appareāt hominibus
ieiunātes. Amen dico vobis quia receperūt mercedem suā. Tu autem
quū ieiunas, vnge caput tuū, & faciem tuā laua: ne videaris hominibus
ieiunans, sed patri tuo qui est in abscōso: & pater tuus qui videt in abscōnso reddet tibi*. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi
ęrugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiūt, & furātur. Thesaurizate
autē vobis thesauros in cœlo: vbi neq; ęrugo neq; tinea demolitur, &
vbi fures nō effodiunt nec furātur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est &
cor tuū. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totū corpus tuū lucidū erit. Si aūt oculus tuus fuerit nequā:
totum corpus tuū tenebrosum erit. Si ergo lumen qđ in te est, tenebrę
sunt: ipsę tenebrę quātę erunt? Nemo potest duobus dominis seruire.
aut enim vnū odio habebit, & alterū diliget: aut vnū sustinebit, & alterū contemnet. Non potestis deo seruire, & mámonę. D Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animę vestrę quid manducetis*, neq; corpori vestro
quid induamini. Nōne anima est plus q̄ esca: & corpus plus q̄ vestimētum? Respicite volatilia cœli quoniā non serunt neq; metunt, neq; congregant in horrea: & pater vester cœlestis pascit illa. Nōne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrū cogitans, potest adiicere ad staturā
suam cubitū vnum? Et de vestimēto quid soliciti estis? Cōsyderate lilia
agri quomodo crescunt: non laborant neque nent. Dico autem vobis

Left margin: ° adegerit ° miliarium vnum, ° cupientem mutuū accipere ne auersens. ° offendentibus ° qui in cœlis est ° eleemosynam ° habetis ° in propatulo. (vel, in manifesto) ° in propatulo. ° balbutire, ° quotidianum (vel, superessentialem, aut aduenientem) ° remitte & infra. ° quia tuū est regnū & potentia in secula seculorum. ° errata (lapsus) ° delicta sua ° obscurant (demoliūt) ° in propatulo. ° huic adhęrebit, ° & quid bibituri sitis, ° magis pręstatis ° solicitus existens,

Right margin: Luc. 6. e 1. Cor. 6. b Inimici diligendi & quare. Leui. 19. d Orandum pro persequētibus. Luc. 6. d. e Perfecti vt deus. Bona opera propter solū deum facienda. Orādi modus. Oro breuis. Quid orādū. Luc. 11. a Condonandū fratri. Mar. 11. e Eccli. 28. a Ieiunium. Thesauri non congregandi. Luc. 12. d Pauperibus subueniendū. Mens diuitiis quęrendis ne immergatur. Luc. 11. e Deo & diuitiis non possumus seruire. Luc. 16. c Solicitudo de victu & vestitu tollenda. Luc. 12. c 1. pe. 5. b psal. 54. d Etiā bestiis terrę deus prouidet.

quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnū ex
istis. Si enim fœnum agri qđ hodie est, ⁊ cras in clibanū mittitur, deus
sic vestit: quāto magis vos modicę fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicen
Regnum dei, tes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hęc
euāgeliū quę- enim omnia gentes inquirūt. Scit enim pater vester ᵃquia his omnibus ᵃcœlestis
rendum, & ip indigetis. Quęrite ergo primū regnum dei ⁊ iustitiā eius: ⁊ hęc omnia
sius iustitia. adijcientur vobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinum. crastinus enim
dies solicitus erit sibijpsi. sufficit diei ᵃmalitia sua. CAP. VII. ᵃafflictio

Nō iudicandū NOlite iudicare, & non iudicabimini. ᵇnolite condemnare, & non A
de proximo. condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimi
Luc. 6. f ni: & in qua mensura mensi fueritis, ᵃremetietur vobis. Quid autem
Roma. 2. a vides festucā in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non ᵇvides? ᵃmēsurabit
Mar. 4. c Aut quomodo dicis fratri tuo, Frater, sine eijciam festucā de oculo ᵇanimad-
Luc. 6. f tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eijce primū trabem de ocu uertis?
lo tuo, & tunc videbis eijcere festucā de oculo fratris tui. Nolite dare
Verbū dei nō sanctum canibus: neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte
prędicādū cō- conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirūpant vos. Petite, & da-
temptoribus. bitur vobis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis B
Orō cōtinua. enim qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit: & pulsanti aperietur. Aut
ij. 21. c. mar. 11 quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nūquid la-
c. Luc. 11. b pidem porriget ei? Aut si piscem petierit: nunquid serpentem porriget
Io. 14. b. 16. e ei? Si ergo vos quū sitis mali, nostis bona ᵃdata dare filijs vestris: quā- ᵃbona
Iaco. 1. a to magis pater vester qui in cœlis est, dabit bona petētibus se? Omnia
Sūma scriptu- ergo quęcunq; vultis vt faciant vobis homines: ita & vos facite illis.
rę. Luc. 6. e Hęc est enim lex & prophetę. Intrate per angustam portā: quia lata
Tobię. 4. c porta, & spatiosa via est quę ducit ad perditionē, & multi sunt qui in-
Via lata, & ar trant per eam. ᵃQuàm angusta porta & arcta via est quę ducit ad vitā: ᵃQuoniam
cta. Luc. 13. e & pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite à falsis prophetis, qui C
Cauendū à fal ueniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapa-
sis prędicatori ces. à fructibus eorū cognoscetis eos. Nunquid colligūt de spinis vuas,
bus. Lu. 6. f. g aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: ᵃmala ᵃputris, (mar cida)
Ex opibus co- autem arbor, malos fructus facit. Nō potest arbor bona, malos fructus
gnoscit fidelis. facere: neq; arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor quę non fa-
Qui sine ope- cit fructum bonū ᵃexcidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus ᵃexciditur, & in ignem mittitur.
ribus est, Chri eorū cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine domine,
sti non est. intrabit in regnum cœlorū: sed qui facit voluntatem patris mei qui in
Impij miracu- cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorū. Multi dicent mihi in illa
la operantes die, Domine domine, nōne in nomine tuo prophetauimus, & in nomi
reijciuntur. ne tuo dęmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?
Luc. 13. e. f Et tunc confitebor illis, Quia nunquā noui vos: discedite à me omnes D
Psal. 6. c. 1. 15. qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hęc, &
d. Luc. 13. f facit ea: ᵃassimilabitur viro sapienti qui ędificauit domū suam super ᵃassimilabo eum
Verbū cū fidu petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, &
cia suscipiens, irruerunt in domū illā, & non cecidit. fundata enim erat super petrā. Et
iuxta illud ope omnis qui audit verba mea hęc, & nō facit ea: ᵃsimilis erit viro stulto ᵃassimilabit
ra. Luc. 6. g qui ędificauit domū suam super arenā, & descendit pluuia & venerunt
Ro. 2. b. 12. 1. d flumina, & flauerūt venti, & irruerunt in domū illam, & cecidit, & fuit
Christus cū po ruina illius magna. Et factū est: quum cōsummasset IESVS verba
testate pdicat. hęc, admirabātur turbę super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut
Mar. 1. c potestatē habens, ⁊ nō sicut scribę eorū ⁊ pharisęi. CAP. VIII.

Luc. 4. e QVum autem descendisset de monte, sequutę sunt eū turbę multę: ⁊ A
Leprosus, spē ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens, Domine si vis, potes
potentiam cō- me mundare. Et extendens IESVS manū, tetigit eum, dicens, Volo.
fessus, sanatur. ᵃMundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi IESVS, ᵃvel, Mun dus esto.
Mar. 1. d Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus tuū
Luc. 5. c quod pręcepit Moyses in testimonium illis. Quum autem introisset

B Capharnaum, accessit ad eum centurio, rogans eum, et dicens, Domine, ᵃpuerᵇ meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi IESVS, Ego veniam, & curabo eum. Et respondens centurio, ait, Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum ᵃsub potestate,ᵇ habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem IESVS, miratus est: & sequentibus se dixit, Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis quòd multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit IESVS centurioni, Vade: & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ᵃex illaᵇ hora. * Et quum venisset IESVS in domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitantem: & tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit & ministrabat eis. Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eijciebat spiritus verbo. & omnes male habêtes curauit, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem, Ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes nostras portauit. Videns autem IESVS turbas multas circum se, iussit discipulos ire ᵃtrans fretum.ᵇ Et accedens vnus scriba, ait illi, Magister, sequar te quocunque ieris. Et dicit ei IESVS, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis nô habet vbi caput suum reclinet. Alius autê de discipulis eius ait illi, Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meû. IESVS autem ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente eo in nauiculam, sequuti sunt eum discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. Et accesserût ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eû dicentes, Domine salua nos, perimus. Et dicit eis IESVS, Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porrò homines mirati sunt dicentes, Qualis est hic, quia venti & mare obediût ei?

D Et quû venisset IESVS trans fretû in regionem Gerasenorû occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumêtis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viâ illâ. Et ecce clamauerût dicentes, Quid nobis & tibi IESV fili dei? Venisti huc ante têpus torquere nos? Erat autem nô longe ab illis grex multorû porcorû pascens. Dæmones autê rogabant eû dicentes, Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregê porcorû. Et ait illis, Ite. At illi exeuntes, abierût in porcos, & ecce, magno impetu abijt totus grex per præceps in mare & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerût: & venientes in ciuitatê, nuntiauerunt hæc omnia, & de ijs qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiâ IESV. Et viso eo, rogabant eû vt transiret à finibus eorum.

CAP. IX.

A ET ascendens in nauiculâ, transfretauit: & venit in ciuitatem suâ. Et ecce offerebant ei paralyticû iacentem in lecto. Et videns IESVS fidem illorû, dixit paralytico, Confide fili, remittûtur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se, Hic blasphemat. Et quum vidisset IESVS cogitationes eorû, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere, Dimittûtur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatê in terra dimittendi peccata: (tunc ait paralytico,) Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit: & abijt in domum suam. Videntes autem turbæ ᵃtimuerunt,ᵇ & glorificauerût deum qui dedit potestatem talem hominibus. Et quû transiret inde IESVS,

B vidit hominê sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi, Sequere me. Et surgens, sequutus est eû. Et factum est discumbente eo in

ᵃfamulus
ᵃvel, alteri potestati subditus.
ᵃin illa
* Et reuersus centurio in domum suam, in illa hora inuenit famulû suû sanum.
ᵃin vlteriorem ripam. & infra.
ᵃadmirati sunt,

Leui. 14. a
Centurionis fides in Christi verbo.
Luc. 7. a
Gentium vocatio.
Iudæorû abiectio.
Fides.
Socrus Petri sanatur.
Mar. 1. c
Luc. 4. f
Mar. 1. d Luc. 4. g Isa. 53. b
1 Pet. 2. d
Scriba terrenû Christi regnum spectans.
Luc. 9. g
Chri pauptas.
Vocatus ad prædicandû, aliud non curet.
Tentatis in mari discipulis, & inuocantibus adest Christus.
Mat. 4. d
Luc. 8. d
Dæmoniaci sanantur.
Mat. 5. a
Luc. 8. d
Dæmones.
Gadareni affliguntur.
Paralyticus fide sanat à corporis infirmitate, & à pctis.
Mat. 2. a
Luc. 5. d
Per Christû remissio pctorû.
Matthæi vocatio. Mat. 2. b
Luc. 5. f

Cũ peccatori/ domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cũ B
bus manducat I E S V & discipulis eius. Et videntes pharisęi, dicebant discipulis
Christus. eius. Quare cũ publicanis & peccatoribus mãducat magister vester? At
I E S V S audiens, ait, Non est opus valentibus medico, sed male ha-
Misericordia. bentibus. euntes aũt discite quid est, Misericordiã volo, & non sacrifi-
Osee.6.c cium. Nõ enim veni vocare iustos, sed peccatores *. Tunc accesserũt * ad poeni-
Infra.12.a ad eum discipuli Ioannes, dicentes, Quare nos & pharisęi ieiunamus tentiam
Peccatores. frequenter, discipuli aũt tui nõ ieiunãt? Et ait illis I E S V S, Nunquid
1.Tim.1.c possunt filij ʼsponsiˀ lugere quãdiu cum illis est sponsus? Venient aũt * thalami
Ieiunia & affli dies quũ auferetur ab eis spõsus: & tunc ieiunabunt. Nemo aũt immit nuptialis
ctiones. Mar. tit ʼcõmissuramˀ panni ʼrudisˀ in vestimentũ vetus. tollit enim ʼpleni- * assumenti
2.c Luc.5.f.g tudinemˀ eius ã vestiméto: & peior scissura fit. Neq; mittunt vinũ no- * imperi (vel
Sponsus. uum in vtres veteres. alioquin rumpuntur vtres & vinũ effunditur, & impoliti)
Pannus. vtres pereunt. Sed vinum nouũ in vtres nouos mittũt: & ambo cõseruã * plenitudo
Vinum nouũ. tur. Hęc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adora- C (supple-
Principis filia bat eũ, dicens, Domine filia mea modo defuncta est: sed veni, impone mentum)
mortua susci- manũ tuã super eam, & viuet. Et surgens I E S V S, sequebatur eum,
tat. Mar.5.b & discipuli eius. Et ecce mulier quę sanguinis fluxum patiebatur duo-
Luc.8.f decim annis, accessit retro, & tetigit fimbriã vestimenti eius. Dicebat
Fide sanat mu enim intra se, Si tetigero tantũ vestimentũ eius: salua ero. At I E S V S
liera fluxu san cõuersus & videns eã, dixit, Cõfide filia, fides tua te saluã fecit. Et salua
guinis. facta est mulier ex illa hora. Et quũ venisset I E S V S in domũ princi-
Tibicines. pis, & vidisset tibicines & turbã tumultuantẽ, dicit illis, Recedite: non
Dormire. est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eũ. Et quũ eiecta esset
turba intrauit: & tenuit manũ eius, * & dixit, Puella, surge. Et surre-
Cęci duo, fide xit puella. Et exijt fama hęc in vniuersam terrã. Et transeunte inde
in Chrm sanã I E S V, sequuti sunt eũ duo cęci clamantes & dicentes, Miserere no-
tur. stri fili Dauid. Quum aũt venisset domũ, accesserunt ad eũ cęci. Et di-
Mutus & dęmo cit eis I E S V S, Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei, D
niacus sanat. Vtiq; domine. Tunc tetigit oculos eorũ, dicens, Secundum fidem ve-
Infra.12.b strã fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorũ, & cõminatus est illis I E S V S,
Matth.3.c dicens, Videte ne quis sciat. Illi aũt exeuntes ʼdiffamauerunt eumˀ in * diuulgal
Luc.11.b tota terra illa. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mu- uerũt famã
Blasphemia. tum, dęmonium habentem. Et eiecto dęmonio, loquutus est mutus, eius.
Prędicat Chrs & miratę sunt turbę, dicentes, Nunquam apparuit sic in Israel. Phari
euãgeliũ & sa sęi autem dicebant, In principe dęmoniorum eijcit dęmones. Et cir-
nat infirmos. cuibat I E S V S omnes ciuitates, & castella, docens in synagógis eo-
Mar.6.e rum, & prędicans euangelium regni, & curans omnem languorem &
Luc.10.a omnem infirmitatem *. Videns autem turbas, misertus est eis: quia erãt * in popu
Messis. vexati & ʼiacentesˀ sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit di- * dispersi
Operarij. scipulis suis, Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate er-
go dñm messis vt eijciat operarios in messem suam. C A P. X.

Apostolis dat ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem ʼspiri A
gratia sanita- tuum immundorumˀ vt eijcerent eos, & curarent omnem langu- * aduersus
tum. Mar.3.b rem, & omnem infirmitatem. Duodecim autem apostolorũ nomina spũs immũ
Luc.6.b.c sunt hęc: Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, dos
Apostoli qui. Philippus & Bartholomęus, Iacobus Zebedęi, & Ioãnes frater eius,
Thomas & Matthęus publicanus, & Iacobus Alphęi & * Thaddęus, * Lebbęus,
Apostoli mit- Simon Cananęus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eũ. Hos duo- qui cogno
tũtur ad pdicã decim misit I E S V S: pręcipiens eis, dicens, In viam gentium ne abie minatꝰ est
dũ euãgeliũ. ritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis: sed potius ite ad oues
Mar.6.a Luc. quę perierunt domus Israel. Euntes aũt pdicate, dicẽtes, Quia appro
9.a.&.10.a pinquauit regnũ cœlorũ. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos
Gentes. mundate, dęmones eijcite. gratis accepistis, gratis date. Nolite possid-
Israelitę. re aurũ, neq; argentũ, neq; pecuniã in zonis vestris: nõ perã in via, neq;
Aurũ, Argẽtũ. duas tunicas, neq; calceamenta, neq; virgã, dignus enim est operarius

B cibo suo. In quamcunq; aūt ciuitatem aut castellum intraueritis, inter Apsi Ingressi bel
rogate quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis. Intrantes aūt in do- Luc. 10. c
in domū, salutate eam, dicentes, Pax huic domui. Et si quidē fuerit do 1. Ti. 5. e Pax.
ᵃ veniat mus digna, ᵃveniet pax vestra super eam. si autem non fuerit digna: In reijcientes
ᵃ reuertatur pax vestra ᵃreuertetur ad vos. Et quicunq; non receperit vos, neq; au euangelium.
dierit sermones vestros: exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite Excutere pul-
puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terrę uerę de pedib.
Sodomorū & Gomorrheorū in die iudicij, quā illi ciuitati. Ecce ego Act. 13. g
mitto vos, sicut oues in medio luporū. Estote ergo prudentes sicut ser Luc. 10. a
ᵃ vt, synceri pentes, & ᵃsimplices sicut columbę. Cauete aūt ab hoībus. Tradēt Prudens.
enim vos in concilijs, & in synagógis suis flagellabunt vos: & ad pręsi Simplex.
des & reges ducemini propter me, in testimoniū illis & gentibus. Quū Afflictio.
ᵃ ne sitis so autem tradent vos, ᵃnolite cogitare quomodo aut quid loquamini: Luc. 12. b
liciti dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis Loqui.
qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tra- Spūs sanctus.
det aūt frater fratrem in mortem, & pater filiū: & insurgent filij in pa- Frater in fratrē.
C rentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus pro- Perseuerare.
ᵃ sustinuerit pter nomen meū. qui aūt ᵃperseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Fuga.
Quū autem persequentur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. amen Discipulus.
ᵃ vel, nō pe- dico vobis, nō ᵃcōsummabitis ciuitates Israel donec veniat filius ho Magister.
rambulaue- minis. Nō est discipulus super magistrū, nec seruus super dominū suū. Luc. 6. f Ioā.
ritis sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius. 13. b. & 15. c
Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt: quantomagis domesticos Paterfamilias.
eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertū, quod non reuele- Mar. 4. c Luc.
tur: & occultū, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite 8. c. & 12. a
in lumine: & quod in aure auditis, prędicate super tecta. Et nolite ti- Timor.
mere eos qui occidunt corpus, animā autem non possunt occidere: sed Passeres duo.
ᵃ passerculi potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehen- Prouidētia dei.
nam. Nonne duo ᵃpasseres asse veneunt: & vnus ex illis non cadet Capilli.
ᵃ pręstatis super terram sine patre vestro? Vestri autem & capilli capitis omnes Cōfiteri Chr.
numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus ᵃmeliores estis Mar. 8. d
vos. Omnis ergo qui cōfitebitur me corā hominibus, confitebor & Lu. 9. c. & 12. b.
D ego eum coram patre meo qui in cœlis est. qui aūt negauerit me corā 2. Ti. 2. b Pax.
hominibus: negabo & ego eum corā patre meo qui in cœlis est. No Gladius.
ᵃ dissidere lite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram. non veni pacem Luc. 12. f
facere mittere: sed gladiū. veni enim ᵃseparare hominem aduersus patrem Dissidia.
suum, & filiā aduersus matrem suam, & nurū aduersus socrum suam: Mich. 7. b
& inimici hominis, domestici eius. Qui amat patrem aut matrem Amor.
plus quàm me, nō est me dignus. & qui amat filium aut filiam super Luc. 14. f
me, non est mē dignus. Et qui non accipit crucem suā, & sequitur me: Crux. Jo. 16. d
non est me dignus. Qui inuenit animā suam: perdet illam. & qui per- Luc. 9. c. 14. f
diderit animā suam propter me: inueniet eam. Qui recipit vos, me 17. g
recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophe Perdere aīam.
tā in nomine pphetę: mercedē prophetę accipiet. & qui recipit iustum Ioan. 12. d
in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicunq; potū dederit vni Recipere eius.
ᵃ è pusillis ᵃex minimis istis calicem aquę frigidę, tantum in nomine discipuli: gelidā. Lu. 10.
(vt, paruis) amen dico vobis non perdet mercedem suam. CAP. XI. Ioan. 13. c

A ET factum est: quū consummasset IESVS pręcipiens duodeciz di Mar. 9. f
ᵃ in carcere scipulis suis, transijt inde, vt doceret & prędicaret in ciuitatibus eo Prędicat chrs.
ᵃ erat, rum. Ioannes autem quum audisset ᵃin vinculis opera CHRI- vbi pdicauerat
ᵃ auditis & STI: mittens duos de discipulis suis, ait illi, Tu es qui venturus ᵃes, apostoli.
videtis. an aliū expectamus? Et respōdens IESVS ait illis, Euntes renuntia- Ioānes Bapti
ᵃ vel, lętū ac te Ioāni quę ᵃaudistis & vidistis: cęci vident, claudi ambulant, lepro sta mittit suos
cipiunt euā si mundātur, surdi audiunt, mortui resurgūt, pauperes ᵃeuangelizan- discipulos ad
gelij nūtiū. tur. & beatus est qui nō fuerit ᵃscandalizatus in me. Illis aūt abeun Chr., vt sciret
ᵃ vel, offen tibus, cœpit IESVS dicere ad turbas de Ioanne, Quid existis in Messiā venisse.
sus per me. Luc. 7. c

Testimonium Christi de Ioane. — desertum videre? arundinem vento agitatã? Sed quid existis videre? hominem mollibus * vestitũ? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus * vestibus regũ sunt. Sed quid existis videre? prophetã? Etiã dico vobis, & ²plus/ * excellẽtie quã prophetã. ¹ Hic est enim de quo scriptũ est, Ecce ego mitto ²ange/ * el ppheta] lum ¹ meũ ante faciem tuã, qui pparabit viam tuam ante te. Amen di/ B co vobis, nõ surrexit inter natos mulie⁊ maior Ioãne Baptista. qui au/ * nuntius tem minor est in regno cœlorũ, maior est illo. A diebus autem Ioan/ nis Baptistę vsq; nunc, regnũ cœlorũ vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetę & lex, vsq; ad Ioãnem prophetauerunt: & si vultis recipere, ipse ²est ¹ Elias qui venturus est. Qui habet aures * erat. audiendi, audiat. Cui aũt similem ęstimabo generationem istam? Si milis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes ²coęqualibus ¹ suis, * vel, sodalibus dicunt, Cecinimus vobis, & non saltastis: ²lamentauimus *, ¹ & non planxistis. Venit enim Ioannes neq; mãducans neq; bibens: & dicunt, * vel, lugu/ Dęmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens: & di/ C bria cecinimus cunt, Ecce homo ²vorax ¹ & potator vini, publicanorũ & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia ã filijs suis. Tũc cœpit exprobrare * vobis ciuitatibus, in quibus factę sunt plurimę virtutes eius, quia nõ egissent * edax pœnitentiã. Vę tibi Corozaim, vę tibi Bethsaida: qa si in Tyro & Sidone factę essent virtutes quę factę sunt in vobis, olim in ²cilicio ¹ & cinere * sacco pœnitentiã egissent. Veruntñ dico vobis: Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, q̃ vobis. Et tu Capharnaũ, ²nunquid vsq; in cœlũ exal/ * quę es vsq; ad cœlum taberis? ¹ vsq; in infernũ descendes. quia si in Sodomis factę fuissent vir tutes quę factę sunt in te, forte mansissent vsq; in hãc diem. Veruntamẽ exaltata, dico vobis quia terrę Sodomorum remissius erit in die iudicij, q̃ tibi. D

In illo tempore respondens IESVS dixit, ²Confiteor ¹ tibi pater * vel, Gratias ago domine cœli & terrę quia abscõdisti hęc ã sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniam sic fuit ²placitum ¹ ante te. * bona voluntas

Omnia mihi tradita sunt ã patre meo. Et nemo nouit filiũ, nisi pa ter: neq; patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.

Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego ²reficiã ¹ * recreabo vos. Tollite iugum meum super vos, & discite ã me quia mitis sum & (sine labo] humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim ²cõmodum meum, ²suaue) est: & onus meum, leue. CAP. XII. (vel, blandũ)

IN illo tempore abijt IESVS per sata, sabbatho: discipuli autem A eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare. Pharisęi aũt videntes, dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet * eis facere sabbathis. At ille dixit eis, Non legistis quid fecerit Dauid quando esurijt ipse, & qui cũ eo erant quomodo intrauit in domũ dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neq; his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut nõ legistis in lege quia sabbathis * vel, nihil sacerdotes in templo sabbathum violant, & ²sine crimine sunt? ¹ Dico eis ĩputatur autem vobis, quia templo maior est ²hic. ¹ Si aũt sciretis quid est, Mi/ * aduerbium sericordiam volo, & non sacrificiũ: nunquam cõdemnassetis ²innocen loci est. tes, ¹ dominus enim est filius hominis etiam sabbathi. Et quum in/ * innoxios de transisset, venit in synagogam eorum. Et ecce homo * manum ha/ * erat ibi bens aridam, & interrogabant eũ dicentes, Si licet sabbathis curare? vt accusarent eum. Ipse autem dixit illis, Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam: & si ceciderit hęc sabbathis in foueam, nõnne tene/ bit & leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue? Itaq; licet sabbathis benefacere. Tunc ait homini, Extende manũ tuam. Et exten/ dit: & restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes aũt Pharisęi, consilium faciebant aduersus eũ quomodo perderent eũ. IESVS autẽ sciens, B secessit inde: & sequuti sunt eũ ²multi, ¹ & curauit eos omnes. & ²pręcę * turbę multę pit ¹ eis ne manifestum eum facerent. Vt adimpleretur quod dictũ est * interminans per Isaiam prophetam, dicentem, Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus est

Mala. 3. a
Luc. 16. d
Lex & Prophetę.
Elias.
Mala. 4. b
Luc. 7. e
Testimonium populi de Ioãne & Christo.
Exprobrat christus ciuitatib⁹ quę non crediderunt.
Luc. 10. c
Corozaim.
Bethsaida.
Capharnaum.
Sodomę.
Paruulis cognitum euangelium.
Luc. 10. d
Iugum Chri.
Iere. 6. a
1. Ioan. 5. a
Discipuli esurientes, spicas sabbatho vellunt. Mar. 2. d
Luc. 6. a
1. Reg. 21. b
Nume. 28. a
Misericordia.
Sacrificium.
Osee. 6. c
Sabbathum.
Arida manus sanatur in sabbatho.
Mar. 3. a
Luc. 6. b
Ouis.
Sabbathis benefacere.
Sanat infirmos Christus.
Isaie. 42. a

meus in quo bene complacuit animę meę. Ponam spiritum meũ super
eum, & iudiciũ gentibus nuntiabit. Non ɔtendet neq; clamabit: neque — Gentium spes
audiet aliquis in plateis vocem eius. arundinẽ quassatã non confrin/ — Christus.
get, & linũ fumigãs nõ extinguet, donec eijciat ad victoriam iudicium: — Dęmoniacus
& in nomine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei dęmoniũ ha — sanatur.
bens, cęcus & mutus: & curauit eũ, ita vt loqueretur & videret. Et stupe — Mar. 3. c Luc.
bant omnes turbę, & dicebant, Nunquid hic est filius Dauid? Pharisęi — 11. b
autem audientes, dixerunt, Hic non eijcit dęmones nisi in Beelzebub — Blasphemia.
principe dęmoniorũ. IESVS aũt sciens cogitationes eorũ dixit eis, — Regnũ diuisũ.
Omne regnũ diuisum cõtra se, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus
diuisa contra se, nõ stabit. Et si satanas satanã eijcit, aduersus se diuisus — Spiritus dei.
est. quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in Beelzebub eijcio dę — Regnum dei.
mones: filij vestri in quo eijciũt? Ideo ipsi, iudices vestri erunt. Si autẽ — Mar. 3. d Luc.
ɔuenit ad — ego in spiritu dei eijcio dęmones: igitur 'peruẽnit in' vos regnũ dei. — 12. b
C — aut quomodo potest quisquam intrare in domũ fortis, & vasa eius diri — Peccatum.
pere: nisi prius alligauerit fortem, & tunc domũ illius diripiet? Qui nõ — Blasphemia.
est mecũ, contra me est: & qui non congregat mecũ, spargit. Ideo dico — Arbor bona,
at cõuitiũ — vobis: omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, 'spiritus — aut mala.
In spiritum — aũt blasphemia' nõ remittetur*. Et quicunq; dixerit verbũ contra fi — Luc. 6. g
hoĩbus — lium hominis, remittetur ei: qui aũt dixerit contra spiritũ sanctum, nõ — Viperę.
pręsenti — remittetur ei neq; in 'hoc' seculo neq; in futuro. Aut facite arborem bo — Verba bõa ex
nã, & fructũ eius bonũ: aut facite arborẽ malã, & fructum eius malũ. si — bono corde.
quidẽ ex fructu arbor agnoscitur. Progenies viperarũ, quõ potestis bo — Otiosũ verbũ.
na loqui, quũ sitis mali? ex abundantia enĩ cordis os loqtur. Bonus hõ. — Verba testan
de bono thesauro ꝓfert bona: & malus hõ de malo thesauro ꝓfert mala — hominęm.
Dico aũt vobis qm̃ oẽ verbũ otiosum qđ loquuti fuerint hoĩes, reddent — Signa quęrũt
rationẽ de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis — Iudęi.
tuis ɔdẽnaberis. Tunc responderũt ei qdam de scribis & pharisęis, di — Luc. 11. d
centes, Magister, volumus à te signũ videre. Qui respondens ait illis, — Resurrectiõis
Generatio mala & adultera signũ quęrit: & signũ nõ dabitur ei, nisi si — signũ, Ionas.
gnũ Ionę prophetę. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus — Ionę. 2. a
& tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terrę tribus diebus & — Niniuitę.
D — tribus noctibus. Viri Niniuitę surgent in iudicio cũ generatione ista, — Ionę 3. b
& cõdemnabunt eã: quia pœnitentiã egerunt in ꝑdicatione Ionę, & ec — Regina Saba.
aduerbium — ce plus q̃ Ionas 'hic.' Regina austri surget in iudicio cũ generatione — 3. Reg. 10. a
loci est: — ista, & cõdemnabit eã: quia venit à finibus terrę audire sapientiã Salo — 2. para. 9. a
& infra. — monis, & ecce plus q̃ Salomon hic. Quũ aũt immundus spiritus exie — Spũs imũdus.
rit ab homine, ambulat per loca arida quęrens requiem, & nõ inuenit. — Iudęi fide pu
Tũc dicit, Reuertar in domũ meam vnde exiui. Et veniens, inuenit eã — ri, possessi sunt
vacantem, scopis mundatam, & ornatã. Tunc vadit, & assumit septem — sũ a diabolo.
alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt no — 2. Pet. 2. d
uissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generatiõi huic pes — Christum vult
simę. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabãt — mater alloq.
foris, quęrentes loqui ei. Dixit aũt ei quidam, Ecce mater tua & fratres — Mar. 3. d Luc.
tui foris stant, quęrentes te alloqui. At ipse respondens dicenti sibi, — 8. c
ait, Quę est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in — Mater Christi.
discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei. Quicunq; enim fe — Frater.
cerit voluntatem patris mei qui in cœlis est: ipse, meus frater, soror, & — Soror.
mater est.

CAPVT XIII.

A — IN illo die exiens IESVS de domo, sedebat secus mare. Et congre — Parabola se
gatę sunt ad eum turbę multę, ita vt in nauiculam ascendens sede/ — minantis.
ret: & omnis turba stabat in litore, & loquutus est eis multa in parabo — Marc. 4. a
seminabat — lis, dicens, Ecce, exijt qui 'seminat,' seminare. Et dum seminat, quędam — Luc. 8. a
ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cœli & comederunt ea.
Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam,
ꝓfunditatẽ — & continuo exorta sunt, quia non habebant 'altitudinem' terrę. sole

autem orto ęstuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia
autem ceciderunt in spinas: & creuerunt spinę, & suffocauerunt ea. Alia
autem ceciderunt in terram bonã: & dabant fructũ aliud 'centesimum,' 'centupli,
aliud 'sexagesimum, aliud 'tricesimũ. Qui habet aures audiendi, au B & infra.
diat. Et accedentes discipuli dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris 'sexagecu-
eis? Qui respondens, ait illis, Quia vobis datũ est nosse mysteria regni plum.
cœlorũ: illis autem non est datũ. Qui enim habet, dabitur ei & abun- 'trigecu-
dabit: qui autẽ non habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideò in parabo- plum.
lis loquor eis: quia videntes nõ vident, & audientes non audiunt, neque
intelligũt. & adimpletur in eis prophetia Isaię dicentis, Auditu audie-
tis, & nõ intelligetis: & videntes 'videbitis, & nõ videbitis. Incrassatũ est 'perspicie-
enim cor populi huius, & auribus grauiter audierũt, & oculos suos clau tis (cogno-
serunt: nequãdo videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligãt, scetis.)
& couertantur, & sanem eos. Vestri autẽ beati oculi quia vident, & aures
vestrę quia audiunt. Amen quippe dico vobis quia multi prophetę &
iusti cupierunt videre quę videtis, & nõ viderunt, & audire quę auditis
& nõ audierunt. Vos ergo audite parabolã seminantis. Omnis qui C
audit verbũ regni & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum
est in corde eius: hic est qui secus viam seminatus est. Qui autẽ super
petrosa seminatus est: hic est qui verbũ audit, & continuo cum gaudio
accipit illud, non autem habet in se radicẽ, sed est temporalis. facta autẽ
tribulatione & persequutione propter verbum, cõtinuo scandalizatur.
Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum dei audit, & so-
licitudo seculi istius & fallacia diuitiarũ suffocat verbum, & sine fructu
efficitur. Qui verò in terram bonã seminatus est: hic est qui audit ver-
bum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimũ, aliud
sexagesimũ, aliud vero tricesimum. Aliam parabolã proposuit illis, D
dicens, Simile factum est regnum cœlorũ homini qui seminauit bonũ
semen in agro suo. quum autem dormirent homines, venit inimicus
eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Quũ autem cre
uisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes
autem serui patrisfamilias, dixerunt ei, Domine, nõnne bonum semen
seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis, Inimicus 'imus, &
homo hoc fecit. Serui autẽ dixerunt ei. Vis igitur 'imus, & colligimus' colligemus
ea? Et ait, Nonne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis &
triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem: & in tempore messis dicã
messoribus, Colligite primũ zizania, & alligate ea in fasciculos ad cõbu
rendum, triticum autem cõgregate in horreũ meum. Aliam parabo E
lam proposuit eis, dicens, Simile est regnum cœlorum grano sinapis,
quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimũ quidem
est omnibus seminibus: quum autem creuerit, maius est omnibus ole-
ribus, & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & 'habitent' in ramis 'nidificent
eius. Aliam parabolam loquutus est eis. Simile est regnum cœlorum
fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinę satis tribus, do-
nec fermentatum est totum. Hęc omnia loquutus est IESVS in pa
rabolis ad turbas: & sine parabolis nõ loquebatur eis, vt impleretur quod
dictum est per prophetam dicentem, Aperiam in parabolis os meum,
eructabo abscondita à cõstitutione mundi. Tunc dimissis turbis ve-
nit in domum: & accesserũt ad eum discipuli eius, dicentes, Edissere no- F
bis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait illis, Qui seminat
bonum semen: est filius hominis. Ager autem: est mundus. Bonum ve
rò semen: hi sunt filii regni. Zizania autem: filij sunt nequam. Inimi-
cus autem qui seminauit ea: est diabolus. Messis verò, consummatio se
culi est. Messores autem: angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, &
igni comburuntur: sic erit in consummatione seculi*. mittet filius ho-
minis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos
qui

Quare in parabolis Christus loquutus.
Hier. 25.c. Isa. 6.c Matt. 4.b luc. 8.b Ioan 12.f Act. 28.f Roma. 11.b
Prophetę. Iusti desyderãtes Christum.
Luc. 10.d.
Expõ parabolę seminantis.
Mar. 4.b Luc. 8.b
Persequutio. Solicitudo. Diuitię.
Parabola zizaniorum.
Granum sinapis.
Mar. 4.d Luc. 13.d
Fermenti parabola.
Luc. 13.e
In parabolis quare loquutus Iesus.
Mar. 4.d
Psal. 77.a
Exponitur parabola zizaniorum.
Apoc. 14.c.d

qui faciunt iniquitatē: & mittent eos in caminū ignis. Ibi erit fletus &
stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Sapien.3.b
C Qui habet aures audiendi audiat. Simile est regnum cœlorum thesau Thesaurus abscōsus ī agro.
ro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gau
dio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illū. Ite
G rum simile est regnū cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas mar
garitas. Inuenta autē vna pretiosa margarita, abijt, & vendidit oīa quæ Margarita.
*vel, verriculo iacto habuit, & emit eā. Iterū simile est regnū cœlorum *sagenæ missæ in ma Sagenæ missæ ī mare pabola exponitur.
re, & ex omni gñe pisciū cōgreganti: quā, quū impleta esset, educentes, &
secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autē foras miserūt.
Sic erit in cōsummatiōe seculi: exibunt angeli, & separabunt malos de
medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus & stridor
Ait illis Iesus, dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei, Etiā dñe. Ait illis, Ideò
*vel, ad regnum omnis scriba doctus *in regnum cœlorum, similis est homini patrifami Doctus ad regnum cœlorum.
lias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Et factū est: quum con
summasset IESVS parabolas istas, trāsijt inde. Et veniens in patriā Xpi pdicatio non suscipitur ā suis Nazaræis.
suā, docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent, Vnde
huic sapientia hæc, & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater
eius dicitur MARIA: & fratres eius, Iacobus & Ioseph, & Simon & Mar.6.a luc.4.c Ioā.4.f
Iudas? & sorores eius, nonne oēs apud nos sunt? Vñ ergo huic omnia Ioan.6.e
ista? Et scandalizabantur in eo. IESVS autem dixit eis, Nō est pro
pheta sine honore, nisi in patria sua & in domo sua. Et nō fecit ibi vir
tutes multas, propter incredulitatem illorum. CAP. XIIII.

A IN illo tpe audiuit Herodes tetrarcha famā IESV: & ait *pueris Herodis iudiciū de Xpo.
*famulis suis, Hic est Ioānes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes
*tenuerat operantur in eo. Herodes enim *tenuit Ioānem, & *alligauit eum: & Mar.6.b
*alligauerat *posuit in carcerem propter Herodiadem vxorem *fratris sui. Dicebat Luc.3.a
*posuerat enim illi Ioānes, Non licet tibi hēre eā. Et volens illū occidere, timuit Ioānes quare vinct⁹. Mar.6.c. Luc.3.a
*Philippi populū: quia sicut prophetā eū habebant. *Die autē natalis Herodis
*Quū autem agerent natalitia. saltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. Vnde cum iura Infra.21.c
mento pollicitus est ei dare quodcunq; postulasset ab eo. At illa pmo
nita à matre sua, Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistæ. Capu amputatur Ioanni Bapti.
Et contristatus est rex: propter iuramentum autē & eos qui pariter recum
bebant, iussit dari. Misitq;, & decollauit Ioannem in carcere. Et allatū
est caput eius in disco: & datum est puellæ, & illa attulit matri suæ. Et Sepeliūt Ioānes:
B accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud: &
venientes nuntiauerunt IESV. Quod quum audisset IESVS, Ies⁹ in desertis.
secessit inde in nauicula, in locum desertū seorsum. & quum audissent Lu.9.b. Mar.6.d.e. Io.6.a
turbæ, sequutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exiens vidit turbā
multā: & misertus est eis, & curauit languidos eorum. Vespere autem
D facto accesserunt ad eū discipuli eius dicentes, Desertus est locus, & ho
ra iam præterijt: dimitte turbas, vt euntes in castella, emant sibi escas.
IESVS autem dixit eis, Non habent necesse ire: date illis vos man
ducare. Responderunt ei, Non habemus hic nisi quinq; panes & duos Quinq; pāib⁹, & duob⁹ piscib⁹ saturāt. 5000.
pisces. Qui ait eis, Afferte mihi illos huc. Et quum iussisset turbā discū
bere super fœnum: acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspi
ciens in cœlū benedixit & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli au Grap actio.
tem turbis. Et manducauerunt omnes. & saturati sunt. Et tulerunt re
C liquias duodecim cophinos fragmentorum, plenos. Manducantium
autē fuit numerus, quinq; millia virorum, exceptis mulieribus & paruu
lis. Et statim compulit IESVS discipulos ascendere in nauicu Mar.6.f
lam, & præcedere eum trans fretū, donec dimitteret turbas. Et dimissa Ioan.6.b
turba, ascendit in montē solus orare. Vespere autem facto solus erat Orat in mōte Christus.
ibi. nauicula autem in medio mari iactabat fluctibus. erat enim cōtra
rius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans su Apli iactati fluctibus.
*discipuli per mare. Et videntes eum *super mare ambulantem, turbati sunt, di

centes, Quia phantasma est. Et pre timore clamauerũt. Statimq́; IE-
Fides. SVS loquutus est eis, dicens, Habete fiduciam: ego sum, nolite time-
re. Respondens autem Petrus dixit illi, Domine si tu es, iube me ad te D
venire super aquas. At ipse ait, Veni. Et descendens Petrus de naui-
cula, ambulabat super aquam vt veniret ad IESVM. Videns verò
Petrus infide- ventum validum, timuit: & quũ cœpisset mergi, clamauit dicens, Dñe,
lis demergit in saluũ me fac. Et ꝯtinuo IESVS extendens manum, apprehẽdit eũ:
mari. & ait illi, Modicę fidei quare dubitasti? Et quum ascendissent in naui-
Fides. culã, cessauit ventus. Qui aũt in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt
Mar. 6. g runt eũ dicentes, Verè filius dei es. Et quũ transfretassent, venerunt in
terram Genesar. Et quum cognouissent eum viri loci illius, miserunt
in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes:
Fimbria vesti- & rogabant eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et 'qui- 'quotquot
menti. cunq; 'tetigerunt, salui facti sunt. CAP. XV.

Q ó man' non TVnc accesserunt ad eum 'ab 'Ierosolymis scribę & pharisęi, dicen- A 'gab
lauent, repre- tes, Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum?
hendunt apli. non enim lauant manus suas quum panem manducant. Ipse autem
Mar. 7. a. b respondens ait illis, Quare & vos transgredimini mandatũ dei pro-
Mãdata homi pter traditionem vestram? Nam deus 'dixit, 'Honora patrem & ma- 'pcepit
nũ. Exo. 20. c trem. &, Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem
Deutero. 5. b dicitis, Quicunque dixerit patri vel matri, 'Munus quodcunq; est ex 'vel, Quid
Ephe. 6. a me, 'tibi proderit. & non honorificabit patrem suum aut matrẽ suam, qd doni e
Exo. 21. c. Le- & irritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram. Hypo me pfectu
ui. 20. b. Pro. critę, bene prophetauit de vobis Isaias, dicens, 'Populus hic, 'labijs erat, (sub l
20. c me honorat: cor autem eorum longe est à me. Sine caussa autem co- templum)
Isa. 29. d lunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Et conuocatis 'appropinq
Doctria homi ad se turbis, dixit eis, Audite & intelligite. Nõ quod intrat in os, coin- quat mihi
nũ impura red quinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. B popu-
dẽtia hoiem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei, Scis quia Pharisęi, audi- lus hic os
Mar. 7. c to verbo hoc scandalizati sunt. At ille respondens, ait, Omnis planta suo, &
Scandalum. tio quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Sinite il-
Plantatio quę los: cęci sunt, & duces cęcorum. cęcus autem si cęco ducatum prestet,
eradicatur. ambo in foueam cadent. Respondens autem Petrus dixit ei, Edissere
Ioan. 15. a nobis parabolam istã. At ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis?
Cęci cęcos du 'Non 'intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & 'Nondum
cẽtes. Lu. 6. f in secessum eijcitur? Quę autem procedunt de ore, de corde exeunt, & e
Mar. 7. c ea coinquinant hominẽ; de corde enim exeunt cogitationes malę, ho-
Impurum red micidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, 'blasphemię. 'vl, ꝯuitia
dẽtia hoiem. hęc sunt quę coinquinant hominem. Non lotis aũt manibus mandu-
Cor. care, non coinquinat hominem. Et egressus inde IESVS secessit
Chananęę fi- in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananęa à finibus illis egres- C
lia sanatur. sa clamauit, dicens ei, Miserere mei domine fili Dauid: filia mea male
Mar. 7. e à demonio vexatur. Qui non respõdit ei verbũ. Et accedentes discipu-
li eius, rogabant eum dicentes, Dimitte eam: quia clamat post nos.
Christ' ꝓpter Ipse autẽ respondens, ait, Non sum missus nisi ad oues quę perierunt
quos missus. domus Israel. At illa venit, & adorauit eum dicens, Domine adiuua
Panis filiorũ. me. Qui respondens, ait, Non est bonum sumere panem filiorum, &
Canes. mittere 'canibus. 'At illa dixit, Etiam domine: nam & catelli edunt de 'catellis.
micis quę cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens
Fides. IESVS, ait illi, O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sa- 'mutilos.
Sedẽs in mõte nata est filia eius ex illa hora. Et quũ transisset inde IESVS, ve- *mutilos i
sanat deus in- nit secus mare Galilęę: & ascendens in montẽ, sedebat ibi. Et accesserũt columes, sic
firmos. ad eum turbę multę, habentes secum mutos, cęcos, claudos, 'debiles, 'vetera cu-
Mar. 7. d & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita vt D
Isa. 35. b turbę mirarentur videntes mutos loquentes, *claudos ambulantes, 'vel, glorif
cęcos videntes, & 'magnificabant 'deum Israel. IESVS autem ficabant

conuocatis discipulis suis, dixit, Misereor turbę: quia triduò iam perse
uerant mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos ieiu — Satiat. 4000 hominum septem panibus.
nos nolo, ne deficiant in via. Et dicunt ei discipuli, Vnde ergo nobis
ˢIot — in deserto panes ˢtantos, ˡ vt saturemus turbam tantam? Et ait illis
IESVS, Quot habetis panes? At illi dixerunt, Septem, & paucos pi — Mar. 8.a
sciculos. Et pręcepit turbę vt discumberent super terram. Et accipiens
septem panes, & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis,
& discipuli dederunt populo. Et comederunt omnes, & saturati sunt. — Grãp actio.
Et quod superfuit de fragmentis tulerunt, septem sportas plenas. Erãt
ˢpręter — autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum, ˢextra ˡ paruu
los & mulieres. Et dimissa turba, ascendit in nauiculam: & venit in fi
ˢMagdala. — nes ˢMagedan. ˡ

CAP. XVI.

A — ET accesserunt ad eum pharisęi & sadducęi tentantes: & rogauerũt — Signũ de cœlo petunt pharisęi. Mar. 8.b
eum vt signũ de cœlo ostenderet eis. At ille respõdens, ait illis, Fa
ˢrutilat (vel, rubescit) — cto vespere dicitis, Serenũ erit, ˢrubicundũ est ˡ enim cœlũ. Et mane, Ho — Luc. 11.g
die tempestas, rutilat enim triste cœlũ. ˢFacie ˢergo ˡ cœli dijudicare no — Ionę. 2.a
ˢHypocritę ˢquidem — stis: signa aũt temporum non potestis? Generatio mala & adultera si
gnum quęrit: & signũ non dabitur ei, nisi signũ Ionę prophetę. Et re
lictis illis, abijt. Et cùm venissent discipuli eius trans fretum, obliti
ˢVidete — sunt panes accipere. Qui dixit illis, ˢIntuemini ˡ & cauete à fermento — A fermento
ˢvel, itra se, & infra. — pharisęorũ & sadducęorũ. At illi cogitabant ˢinter se, ˡ dicentes, Quia — pharisęorũ cauendum. Mar.
ˢaccepistis? — panes non accepimus. Sciens aũt IESVS, dixit illis, Quid cogitatis — 8.b. Luc. 12.a
inter vos modicę fidei, quia panes non ˢhabetis? ˡ Nondũ intelligitis,
B — neq; recordamini quinq; panũ, & quinq; milliũ hominũ, & quot cophi
nos sumpsistis? neq; septẽ panũ, & quatuor milliũ hominũ, & quot spor
ˢQuomó — tas sumpsistis? ˢQuare ˡ non intelligitis quia non de pane dixi vobis,
Cauete à fermẽto pharisęorũ & sadducęorũ? Tunc intellexerunt quia nõ — Fermentum p
dixerit cauendũ à fermento panũ, sed à doctrina pharisęorũ & saddu — doctrina.
cęorũ. Venit aũt IESVS in partes Cęsareę Philippi: & interro — Opio ppli de
gabat discipulos suos, dicens, Quẽ me dicunt homines esse filium ho — Xpo. Mar. 8.c
minis? At illi dixerunt, Alij Ioannẽ Baptistã, alij aũt Eliã, alij verò Ie — Luc. 9.c
remiã, aut vnũ ex prophetis. Dicit illis IESVS, Vos aũt quẽ me eẽ — Apli cõfitent
dicitis? Respõdens Simon Petrus dixit, Tu es CHRISTVS filius — Iesum eẽ Chri
dei viui. Respondens aũt IESVS dixit ei, Beatus es Simon Bario — stũ pmissum.
C — na: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœ — Ioan. 6.g
lis est. Et ego dico tibi quia tu es petrus, & super hanc petrã ędificabo — Fides à deo.
ecclesiam meã, & portę inferi nõ pręualebũt aduersus eã. Et tibi dabo — Petra.
claues regni cœlorum. Et quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatum — Claues.
& in cœlis: & quodcunq; solueris super terrã, erit solutum & in cœlis. — Ligare.
Tunc pręcepit discipulis suis vt nemini dicerent quia ipse esset IE — Soluere.
SVS CHRISTVS. Exinde cœpit IESVS ostẽdere discipu — Aplis prędicit
lis suis quia oporteret eũ ire Ierosolymã, & multa pati à senioribus & — Christus mor
scribis & principibus sacerdotũ, & occidi, & tertia die resurgere. Et assu — tem suam.
ˢPropitius tibi sis — mens eũ Petrus, cœpit increpare illũ, dicens, ˢAbsit à te ˡ domine: non
erit tibi hoc. Qui conuersus, dixit Petro, ˢVade ˡ post me ˢsatana, ˡ
ˢAbi D — scandalum es mihi: quia non sapis ea quę dei sunt, sed ea quę hominũ. — Abnegatio sui
ˢaduersarie — Tunc IESVS dixit discipulis suis, Si quis vult post me venire, — & crux.
abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim — S.10.d. Mar.
voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. qui perdiderit ani — 8.d. Lu.9.g.
mam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si — 14.f.17.g
vniuersum mundum lucretur, animę verò suę detrimentum patiatur? — Ioan. 12.d
Aut quam dabit homo cõmutationem pro anima sua? Filius enim ho — Perdere aiã.
minis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: & tunc reddet — Xps iudex.
vnicuiq; secundum opera eius. Amen dico vobis, sunt quidam de — Roma. 2.a
hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant filium homi — Mar. 9.a. luc.
nis venientem in regno suo. — 9.c

CAP. XVII.

ET post dies sex, assumpsit IESVS Petrũ & Iacobũ & Ioãnẽ fratrem eius, & ducit illos in mõtẽ excelsum seorsum: & trãsfiguratus est añ eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta aũt eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerũt illis Moyses & Elias cũ eo loquentes. Rñdens aũt Petrus dixit ad IESVM, Dñe, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnũ, & Eliæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suã, & timuerũt valde. Et accessit IESVS, & tetigit eos: dixit'q; eis, Surgite, & nolite timere. Leuãtes aũt oculos suos, neminẽ viderũt, nisi solum IESVM. Et descendẽtibus illis de mõte pcepit illis IESVS, dicens, Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis à mortuis resurgat. Et interrogauerunt eũ discipuli eius, dicentes, Quid ergo scribæ dicunt q Eliam oporteat primum venire? At ille rñdens, ait eis, Elias quidẽ venturus est*, & restituet omnia. dico aũt vobis quia Elias iam venit, & nõ cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quęcunq; voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Et quum venisset ad turbas, accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens, Dñe miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur. nã sæpe cadit in ignem, & crebro in aquã. & obtuli eum discipulis tuis: & nõ potuerunt curare eum. Rñdens aũt IESVS, ait, O generatio incredula & peruersa, quousq; ero vobiscũ? vsquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum IESVS: & exijt ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. Tũc accesserũt discipuli ad IESVM secreto, & dixerunt, Quare nos nõ potuimus eijcere illum? Dixit illis IESVS, Propter incredulitatem vestrã. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc: & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non eijcitur nisi per orationem & ieiunium. Conuersantibus autẽ eis in Galilæa, dixit illis IESVS, Filius hominis tradendus est in manus hominum: & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer. Et quum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magister vester non soluit didrachma? Ait, Etiam. Et quum intrasset in domum, præuenit eum IESVS, dicens, Quid tibi videtur Simon? reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi IESVS, Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit tolle, & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.

CAP. XVIII.

IN illa hora accesserũt discipuli ad IESVM, dicentes, Quis putas maior est in regno cælorũ? Et aduocans IESVS paruulũ, statuit eum in medio eorũ, & dixit, Amen dico vobis, nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnũ cælorũ. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in regno cælorũ. Et qui susceperit vnũ paruulum talẽ in nõie meo: me suscipit. qui aũt scandalizauerit vnũ de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mũdo à scãdalis. Necesse est enim vt veniãt scãdala: verũtñ væ homini illi per quẽ scãdalũ venit. Si aũt manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscinde eũ, & proijce abs te: bonũ tibi est ad vitã ingredi debilẽ vel claudũ, q̃ duas manus vel duos pedes habentẽ mitti in ignẽ æternũ. Et si oculus tuus scãdalizat te, erue eũ, & proijce abs te: bonũ tibi est vnum oculũ habentẽ in vitã intrare, q̃ duos oculos habentẽ mitti in gehennã

Trãsfiguratio Christi. Mar.9.a Luc.9.d
Christ⁹ dilect⁹, audiendus. 2.Pe.1.d
De Elia ventu ro .i. Ioanne Baptista. Mar.9.b Mala.4.b
Lũatic⁹ sanat. mar.9.c luc.9.e
Infidelitas apostolorũ reprehenditur.
Fidei virtus. luc.17.b
Oro & ieiuniũ
Passionẽ suã p dicit. mar.9.e luc.9.e
Tributum sol uit Christus.
Filij.
Quis maxim⁹ in regno dei. mar.9.e.lu.9.f.
Puellos nos esse oportet.
Humilitas.
Suscipe puellũ
Scandalizare. mar.9.f.lu.17.a
Scandala.
De mãu & pede abscidẽdo. S.5.e.mar.9.g
Oculi erutio.
Pueili docendi Christum, Angeli.

A
subducit
lux
visi sunt
B
*pmũ (vel, prius)
pteritũ est,
ei
venissent
C
genua flectens
distorta,
seorsum,
illud: (sub. dæmonium)
egreditur
D
Dicit ei Petrus,
A
Quisnam
puellum, & infra.
mancum
B

ignis. Videte ne cõtẽnatis vnũ ex his pusillis: dico enim vobis quia Xp̃s q̃re venit.
angeli eorum in cœlis semper vident faciẽ patris mei qui in cœlis est. Ve luc.19.b
nit enim filius hominis saluare qđ perierat. Quid vobis videtur? si fue luc.15.a
erràbat. rint alicui centum oues, & erraverit vna ex eis: nonne relinquit nona
gintanouẽ in montibus, & vadit q̃rere eam quę errauit? & si ꝯtigerit vt
inueniat eam: amen dico vobis quia gaudet super eam magis q̃ super
nonagintanouẽ quę nõ errauerunt. Sic nõ est volũtas añ patrẽ vestrum
qui in cœlis est vt pereat vnus de pusillis istis. Si autem peccauerit in Correptio.
te frater tuus, vade, & corripe eũ inter te & ipsum solũ. si te audierit: lu luc.17.a
cratus eris fratrẽ tuũ. si aũt te nõ audierit: adhibe tecũ adhuc vnum vel leui.19.d
consistat duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbũ. Quòd si nõ Ecclesiasti.19.b
audierit eos: dic ecclesiæ. si aũt ecclesiã non audierit: sit tibi sicut ethni Iaco.5.d
C cus & publicanus. Amen dico vobis, quęcunq; alligaueritis super ter Deu.19.b
ram, erunt ligata & in cœlo: & q̃cunq; solueritis super terrã, erunt solu 2.corin.13.a
ta & in cœlo. Item dico vobis quia si duo ex vobis ꝯsenserint super Heb.10.e
terrã, de omni re quãcunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis Ioan.8.c
est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in Excõicatio.
medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum, dixit, Dñe, quoties pecca Ioan.20.f
bit in me frater meus, & dimittam ei? vsq; septies? Dixit illi IESVS, Orãtes resipiscẽ
70 Non dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagies septies. Ideò assimilatum scẽdi grãz fri.
7 est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ser Fri resipiscẽtĩ
490 uis suis. Et quum cœpisset rationẽ ponere, oblatus est ei vnus qui de semp parcẽdũ.
bebat ei decem millia talenta. Quum aũt non haberet vnde redderet, luc.17.a
iussit eum dñs eius venundari & vxorẽ eius & filios, & omnia quę ha
solonẽ fieri. bebat, & reddi. Prócidens aũt seruus ille, orabat eũ, dicens, Patiẽtiã
habe in me, & omnia reddã tibi. Misertus autem dñs serui illius, dimi
dñe, D sit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnũ
mutuum de ꝯseruis suis qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eũ
ad pedes eius dicens, Redde quod debes. Et prócidens conseruus eius, rogabat eũ
dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddã tibi. Ille autem noluit:
obsecrabat sed abijt, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes
autem conserui eius quę fiebant: contristati sunt valde, & venerunt, &
narrauerunt domino suo omnia quę facta fuerant. Tunc vocauit illum
dominus suus: & ait illi, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi,
quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui,
sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tor
toribus, quoadusque redderet ei vniuersum debitum. Sic & pater meus
cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cor
delicta eorum dibus vestris.

CAP. XIX.

A ET factum est quum ꝯsummasset IESVS sermones istos, migra Sanãt infirmi.
uit à Galilęa, & venit in fines Iudęę trans Iordanẽ, & secuti sunt mar.10.a
eum turbę multę: & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisęi Vxor ob solam
tentantes eum, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorem suã qua fornicationem
cunq; ex caussa? Qui respondens, ait eis, Non legistis quia qui fecit ab dimittenda.
initio, másculum & fœminam fecit eos? Et dixit, Propter hoc, dimittet Gene.1.d
in carnem vnam. homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori suę: & erunt duo in car Gene.2.d
ne vna. Itaq; iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus con Epe.5.g
iunxit, homo non separet. Dicunt illi, Quid ergo Moyses mãdauit da 1.Cor.6.d
ri libellũ repudij, & dimittere? Ait illis, Quoniã Moyses ad duritiam Libell' repudij.
cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem Deu.24.a
B non fuit sic. Dico autem vobis quia quicunq; dimiserit vxorem suam, Supra.5.e
ducere vxorem: nisi ob fornicationem, & aliam duxerit: mœchatur. & qui dimissam du mat.10.b. lu.
xerit: mœchatur. Dicunt ei discipuli eius, Si ita est caussa hominis cum 16.d. 1.Cor.
capaces sũt huius dicti, & infra, vxore, nõ expedit nubere. Qui dixit illis, Non oẽs capiunt verbum 7.b
istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris vtero
sic nati sunt; & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunu Eunuchi.

Manuū īpoſi/ chi quī ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorū. Qui poteſt cape/
tio cū orone. re capiat. Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & ora
Mar.10.b ret. Diſcipuli autem increpabāt eos. I E S V S verò ait eis, Sinite par/
Luc.18.c uulos, & nolite eos prohibere ad me venire talium eſt enim regnū cœ
Paruuli. lorum. Et quum impoſuiſſet eis manus, abijt inde. Et ecce vnus acce
Vitę ęternę dens, ait illi, Magiſter bone, quid boni faciam vt habeā vitam ęternā? C
poſſeſſio. Qui dixit ei, Quid me 'interrogas de bono? 'vnus eſt bonus, deus. ' dicis bo/
Mar.10.b Si autem vis ad vitā ingredi, ſerua mandata. Dicit illi, Quę? I E S V S num?
Luc.18.d autem dixit, Non homicidiū facies, Non adulterabis, Non facies furtū, ' Nullus eſt
Mandata ſer/ Non falſum teſtimonium dices, Honora patrem tuum & matrem tuā, bonus, niſi
uanda. Diliges proximū tuum ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens, Omnia hęc vnus.
Exo.20.c cuſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt? Ait illi I E S V S,
Perfectus. Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quę habes, & da paupibus, & D
Vendere poſ/ habebis theſaurū in cœlo: & veni, ſequere me. Quum audiſſet autē ado
ſeſſionem. leſcens verbū, abijt 'triſtis: erat enim habens multas poſſeſſiones. I E/ ' triſtitia af
Theſaurus. S V S autem dixit diſcipulis ſuis, Amen dico vobis quia diues difficile fectus:
intrabit in regnum cœlorū. Et iterum dico vobis, facilius eſt camelum
per foramen acus tranſire, q̄ diuitem intrare in regnum cœlorū. Au/ D
Diues. ditis autem his, diſcipuli mirabātur valde, dicentes, Quis ergo poterit
Quod ſalue/ ſaluus eſſe? Aſpiciens autē I E S V S, dixit illis, Apud homines hoc im
mur, poteſtatis poſſibile eſt: apud deum autē omnia poſſibilia ſunt. Tunc reſpōdens
dei eſt. Petrus, dixit ei, Ecce, nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te: quid
Relinquere ergo erit nobis? I E S V S autem dixit illis, Amen dico vobis q̄ vos
oia, & Chri/ qui ſequuti eſtis me in regeneratione, quum ſederit filius hominis in
ſtum ſequi. ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes
duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domus, vel fratres, aut
ſorores, aut patrē, aut matrem, aut vxorē, aut filios, aut agros propter
Mar.10.d nomen meum: centuplum accipiet, & vitam ęternam poſſidebit. Multi
Luc.13.f autem erunt primi, nouiſſimi: & nouiſſimi, primi. CAP. XX.

Simile * eſt regnum cœlorum homini patrifamilias qui exijt 'primo A
Operarij cōdu mane conducere operarios in vineam ſuam. Conuentione autem * enim
cunt in vineā. facta cum operarijs ex denario 'diurno, miſit eos in vineam ſuam. Et ' vel, ipſo ſta
egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos, & di/ tiz diluculo
xit illis, Ite & vos in vineā meam: & 'quod iuſtum fuerit, dabo vobis. ' in diem:
Illi autem abierunt. Iterum autē exijt circa ſextam & nonā horam: & ' quodcunq
fecit ſimiliter. Circa vndecimā vero * exijt, & inuenit alios ſtantes, * & * horam
dicit illis, Quid hic ſtatis tota die otioſi? Dicunt ei, Quia nemo nos cō/ * otioſos,
duxit. Dicit illis, Ite & vos in vineam meam *. Quum ſero autem fa/ * & quodcunq
ctum eſſet, dicit dominus vineę procuratori ſuo, Voca operarios, & red fuerit iuſtū,
de illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſq; ad primos. Quum veniſ/ accipietis.
ſent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſingulos B
denarios. Venientes autem & primi, arbitrati ſunt q̄ plus eſſent acce/
pturi: acceperūt autem & ipſi 'ſingulos denarios. Et accipientes mur/ ' ſinguli de
murabant aduerſus patrēfamilias, dicentes, Hi nouiſſimi vna hora fece narij. ' ę
runt: & pares illos nobis feciſti qui portauimus pondus diei & 'ęſtus? ' ęſtum?
F.19.d Marc. At ille reſpōdens, vni eorū dixit, Amice nō facio tibi iniuriā: nōnne ex
10.d Luc.13.f denario cōueniſti mecū? Tolle qđ tuū eſt, & vade: volo autē & huic no
Paſſionē ſuā uiſſimo dare ſicut & tibi. 'Aut nō licet mihi qđ volo, facere *? an ocu/ ' An
prędicit aplis lus tuus nequā eſt quia ego bonus ſum? Sic erunt nouiſſimi, primi: & * in ijs quę
Chrs. Mar.10. primi, nouiſſimi. multi enim ſunt vocati: pauci vero electi. Et aſcen mea ſunt?
Luc.18.e dens I E S V S Ieroſolymā, aſſumpſit duodecim diſcipulos 'ſecreto *, C
Zebedęi vxor & ait illis, Ecce aſcendimus Ieroſolymā, & filius hominis tradetur prin ' ſeorſum
petit, filios ſu/ cipibus ſacerdotū & ſcribis, & cōdemnabunt eum morte, & tradent eum * in via,
os ſedere ā dex/ gentibus ad illudendū & flagellandum, & crucifigendū, & tertia die re
tris Chriſti. ſurget. Tunc acceſſit ad eum mater filiorū Zebedęi cū filijs ſuis, ado
Mar.10.e rans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt ſe/

deant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in
regno tuo. Respondens aūt IESVS, dixit, Nescitis quid petatis. Pote
stis bibere 'calicem 'quē ego 'bibiturus sum? *Dicunt ei, Possumus.
Ait illis, Calicem quidem meū bibetis*: sedere autem ad dexteram meā
& sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre
meo. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. IESVS Mar.10.g. Lu.
autem vocauit eos ad se: & ait, Scitis quia principes gentium dominā ce.22.e
tur 'eorum: & qui 'maiores' sunt, potestatem exercent in 'eos.' Non Minister nos-
ita erit inter vos. sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, 'sit' ves- ter Christus.
ster minister. & qui voluerit īter vos primus esse, erit vester seruus: sicut Redemptor.
filius hominis non venit 'ministrari,' sed ministrare, & dare animam Ceci duo fide
suam in redemptionem pro multis. Et egredientibus illis ab Iericho, sanant. Mar.
sequuta est eum turba multa: & ecce duo ceci sedentes secus viam, au- 10.g. Lu.18.
dierunt qa IESVS transiret: & clamauerunt, dicentes, Domine, misere- g.
re nostri, fili Dauid. Turba autem increpabat eos vt tacerent. At illi
magis clamabant, dicentes, Domine, miserere nostri, fili Dauid. Et ste-
tit IESVS, & vocauit eos, & ait, Quid vultis vt faciam vobis? Dicūt
illi, Domine, vt aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorū IESVS,
tetigit oculos eorū. Et cōfestim 'viderūt: & sequuti sunt eū. CA. XXI.

ET quū appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphage ad Christus asinę in
montē 'oliueti,' tūc IESVS misit duos discipulos, dicens eis, Ite sidens, ingredi
in 'castellum' quod cōtra vos est, & statim inuenietis asinā alligatā, & tur Ierusalem.
pullū cū ea: soluite, & adducite mihi. & si quis vobis aliquid dixerit: dici Mar.11.a. Lu.
te qa dominus his opus habet: & confestim 'dimittet' eos. Hoc autem 19.e
*factū est, vt adimpleretur quod dictū est per prophetam, dicentem, Di Isa.62.d. Zac.
cite 'filię' Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinā 9.b. Ioā.12.b
& pullū filiū subiugalis. Euntes aūt discipuli fecerunt sicut pcepit illis
IESVS. Et adduxerunt asinam & pullū: & imposuerunt super eos ve
stimenta sua, & eū 'desuper' sedere fecerunt. Plurima aūt turba strauē-
runt vestimenta sua in via: alij autem cędebant ramos de arboribus, &
sternebāt in via. turbę aūt quę pcedebant & quę sequebātur, clama-
bant, dicentes, 'Hosanna filio Dauid:' benedictus qui venit in nomi- Psal.117.d
ne domini: hosanna in altissimis. Et quū intrasset Ierosolymā, cōmo Mar.11.b. Lu.
ta est vniuersa ciuitas, dicens, Quis est hic? 'Populi' aūt dicebant, Hic 19.g
est IESVS propheta à Nazareth Galilęę. Et intrauit IESVS in tem- Vēdētes ejiciū
plum dei: & ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & men- tur e templo.
sas nūmulariorum & cathedras vendentiū colūbas euertit, & dicit eis, Orationis dom'.
Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fe- Isa.56.c. Ier.
cistis illam, speluncam latronum. Et accesserunt ad eum ceci, & claudi 7.b
in templo: & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotū & scribę
mirabilia quę fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes, Hosan-
na filio Dauid: idignati sunt, & dixerūt ei, Audis qd isti dicūt? IESVS Pueri pspera
autem dicit eis, Vtique. nunquam legistis, Quia ex ore infantium & la- Christo optan
ctentium perfecisti laudem? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem tes. Psal.8.b
in Bethaniam: ibiq; 'mansit.' Mane autem reuertens in ciuitatem, esu
rijt. Et videns fici arborem vnam 'secus viam,' venit ad eam: & ni- Ficus arefacta.
hil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi, 'Nunquam' ex te fructus Marci.11.b
nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Et viden-
tes discipuli, mirati sunt dicentes, Quomodo continuo aruit*? Re- Mar.11.e
spondens autem IESVS ait eis, Amen dico vobis, si habueritis fidem,
& non hęsitaueritis, non solū 'de ficulnea' facietis, sed & si monti huic Fides f orone.
dixeritis, 'Tolle & iacta te' in mare: fiet. Et omnia quęcunque petieri- 3.7.a. Io 15.a
tis in oratione credentes, accipietis. Et quum venisset in templum, ac- Interrogatur
cesserunt ad eum docentem, principes sacerdotum & seniores populi, chris de poten
dicentes, In qua potestate hęc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem? tia sua. Mar.
Respondens autem IESVS, dixit eis, Interrogabo vos & ego vnum 11.d. Lu.20.a

poculum
bibo?
aut baptis
mate q̄ ego
baptizor, ba
ptizari? D
& baptis-
mate quo
ego bapti-
zor baptiza
bimini;
earum:
magni
eas
erit
vt sibi mi
nistrāret,
visū rece-
pūt ocli cor
A
oliuarum,
pagum
vel, mittit
totum
datiuus ca
sus est.
super illa
datiu' ca-
sus est (sic
erat vertēdū
Saluum B
fac obsecro
filiū Dauid)
Turbę
diuersat' &.
in via.
Nō vltra
ficus
id qd acci
dit ficui C
tollere &
iactare

sermonem: quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate
Baptismus Ioannis. hęc facio. Baptismus Ioannis vnde erat? ė cœlo, an ex hominibus? At
illi cogitabát 'inter se,' dicentes, Si dixerimus ė cœlo: dicet nobis? Qua ' apud sese,
re ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus
turbam. omnes enim habent Ioánem sicut prophetá. Et respondentes
Supra.14.a IESV, dixerűt, Nescimus. Ait illis & ipse, Nec ego dico vobis in qua
Qui volútaté potestate hęc facio. Quid autem vobis videtur? Homo quidá habebat
dei faciunt. duos filios: & accedens ad primum dixit, Fili, vade, hodie operare in
vinea mea. Ille autem respódens, ait, Nolo. Postea autem pœnitentia
motus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respó-
dens, ait, 'Eo domine. Et nó iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem pa ' vel, Ego
tris? Dicunt ei, Primus. Dicit illis IESVS, Amen dico vobis quia pu
Publicani. blicani & meretrices pręcedunt vos in regnum dei. Venit enim ad vos
Meretrices. Ioánes in via iustitię: & non credidistis ei. publicani autem, & meretri-
Iudęi, Ioanni ces crediderunt ei: vos autē videntes nec 'pœnitentiá habuistis postea, ' ' pnsa moti
nó credentes. vt crederetis ei. Aliam parabolá audite. Homo erat paterfamilias qui fuistis,
Vinea dei, Iu plantauit vineá, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ędifi- D
dęi, q Christus cauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus est. Quum
occiderunt. autem tempus fructuū appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas
Mar.12.a vt acciperent fructus eius. Et agricolę apprehensis seruis eius, aliū cęci-
Luc.20.b derunt, aliū occiderunt, aliū verò lapidauerunt. Iterū misit alios seruos
Isa.5.a plures prioribus: & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos
Iere.2.d filium suum, dicens, Verebuntur filium meum. Agricolę autem viden
Agricolę. tes filium, dixerunt intra se, Hic est hęres, venite occidamus eum, & 'ha ' occupem⁹
Filius occisus bebimus' hęreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerűt extra vineá:
ab agricolis. & occiderunt. Quum ergo venerit dominus vineę, quid faciet agrico-
lis illis? Aiunt illi, Malos male perdet: & vineá suam locabit alijs agri-
Lapis angula colis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis IESVS,
ris. Nunquá legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ędifican-
Psal.117.d tes, hic factus est in caput anguli, A domino factum est illud: & est mi
Act.4.b rabile in oculis nostris? Ideò dico vobis quia auferetur à vobis regnū
Roma.9.g dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem
1.Pe.2.a istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum. Et quum
Iudęi reiecti & audissent principes sacerdotum & pharisęi parabolas eius: cognouerűt
assūptę gétes. q' de ipsis diceret. Et quęrentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniá
Isa.28.d sicut prophetam eum habebant.

CAP. XXII.

Nuptiarum pa ET respondens IESVS dixit iterum in parabolis eis, dicens, Si- A
rabola. mile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias fi-
Luc.14.d lio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant
Apoc.19.b venire. Iterum misit alios seruos, dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandiū
meum paraui, tauri mei & altilia 'occisa' sunt, & omnia parata: venite ' immolata
ad nuptias. Illi autem neglexerunt: & abierunt, alius 'in villam suá,' ' in pprium
alius verò ad negotiationem suam: reliqui verò tenuerűt seruos eius, agrum (in
& contumelijs affectos occiderunt. Rex autem *quū audisset, iratus est: suū rus,)
& missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum * ille
succendit. Tunc ait seruis suis, Nuptię quidem paratę sunt: sed qui in-
Gentium vo- uitati erant, non fuerunt digni. ite ergo ad exitus viarū: & 'quoscunq' ' quotquot
catio. inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congrega-
Vestis nuptia- uerunt omnes quos inuenerűt, malos & bonos: & implętę sunt nuptię B
lis, fides. 'discumbentium.' Intrauit autem rex vt videret discumbentes: & vidit ' discumbē-
ibi hominem nó vestitum veste nuptiali. Et ait illi, Amice, quomodo tibus.
huc intrasti nó habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit
rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius 'mittite eum' in tene- ' tollite eum
bras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vo- & iacite
cati: pauci verò electi. Tunc abeuntes pharisęi, cósilium inierunt vt
'caperent' eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Hero- ' illaquearēt

dianis,dicentes, Magister,scimus quia verax es,& viam dei in veritate
doces,& non est tibi cura de aliquo,non enim respicis personã homi-
num:dic ergo nobis quid tibi videtur,licet censum dare Cęsari,an nõ?
Cognita autem IESVS 'nequitia' eorũ,ait,Quid me tentatis hypo
critę:ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.
Et ait illis IESVS,Cuius est imago hęc,& superscriptio? Dicunt ei,
Cęsaris. Tũc ait illis,Reddite ergo quę sunt Cęsaris,Cęsari:& quę sunt
C dei,deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt. In illo die
accesserunt ad eum sadducęi,qui dicunt non esse resurrectionem:& in-
terrogauerunt eum,dicentes,Magister,Moyses dixit, Si quis mortuus
fuerit non habens filium,vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet
semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres:& primus vxo-
re ducta defunctus est,& non habens semen,reliquit vxorem suã fratri
suo. Similiter secundus & tertius vsq; ad septimum. Nouissime autem
omnium & mulier defuncta est. In resurrectione ergo,cuius erit de se-
ptem,vxor?omnes enim habuerunt eam. Respondens autẽ IESVS,
ait illis,Erratis nescientes scripturas,neq; virtutem dei. In resurrectio-
ne enim neque 'nubent,neque nubentur' sed sunt sicut angeli dei in
cœlo. De resurrectione autem mortuorũ non legistis quod dictum est
à deo dicente vobis, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus
Iacob?Non est deus* mortuorum,sed viuentium. Et audientes turbę,
'mirabantur' in doctrina eius. Pharisęi autem audientes q' 'silen-
tium imposuisset' sadducęis,conuenerunt in vnũ:& interrogauit eum
vnus ex eis legis doctor,tentans eum,* Magister,quod est mandatum
magnum in lege? Ait illi IESVS,Diliges dominum deum tuuʒ ex
toto corde tuo,& in tota anima tua,& in tota mente tua. Hoc est 'ma-
ximum' & primum mandatum. Secundum autem simile est huic,Dili-
ges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa
lex pendet & prophetę. Congregatis autem pharisęis, interrogauit
eos IESVS,dicens,Quid vobis videtur de CHRISTO? Cuius
filius est?Dicunt ei,Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in spiritu
vocat eum dominum?dicens,Dixit dominus domino meo,sede à de-
xtris meis,Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si
ergo Dauid vocat eum dominum:quomodo filius eius est? & nemo
poterat ei respondere verbum:neq; ausus fuit quisquam ex illa die euʒ
amplius interrogare.

CAP. XXIII.

A TVnc IESVS loquutus est ad turbas & ad discipulos suos,dicẽs,
Super cathedram Moysi sederunt scribę & pharisęi. Omnia ergo
quęcunq; dixerint vobis*,seruate & facite:secundum opera verò eorũ
nolite facere. dicunt enim & nõ faciunt. Alligant autem onera grauia
& 'importabilia,' & imponunt in humeros hominum:digito autem
suo nolunt ea mouere. Omnia verò opera sua faciunt vt videantur ab
hominibus. dilatant enim philacteria sua, & magnificant fimbrias*.
Amant autem primos recubitus in cœnis,& primas cathedras in syna
gogis,& salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi*. Vos
autem nolite vocari rabbi. vnus est enim magister vester:omnes auteʒ
vos,fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terrã:vnus est
enim pater vester qui in cœlis est. Nec vocemini magistri:quia ma-
B gister vester, vnus est, CHRISTVS. Qui maior est vestrũ,erit mi-
nister vester. Qui autem se exaltauerit,humiliabitur:& qui se humilia-
uerit,exaltabitur. Vę autem vobis scribę & pharisęi hypocritę:quia
clauditis regnum cœlorum ante homines. vos enim non intratis:nec
introeuntes sinitis intrare. Vę vobis scribę & pharisęi hypocritę:quia
comeditis domos viduarum,oratione longa orantes propter hoc 'am
plius' accipietis iudiciuʒ. Vę vobis scribę & pharisęi hypocritę:quia
circuitis mare & aridam,vt faciatis vnum proselytum; & quum fuerit

'malitia, (versutia)
* ducũt vxores, neq; nuptũ dantur.
* deus D
' stupebant
' os occlusisset,(os obturasset)
* & dicens,
' magnum
* seruare,
' difficilia portatu,
* vestimẽtorũ suorum
* rabbi.
* abũdãtius

Tẽtatur Chrs à pharisęis, de censu Cęsaris. Mar.12.b.c Luc.20.d Roma.13.c
De resurrectione Christũ interrogant Sadducęi. Mar.12.b.luc.20.d. act.23.b Deu.25.b Exo.3.b
Deus viuẽtiũ.
Mãdatũ maximũ. Mar.12.c Luc.10.e
Dilectio dei. Deu.6.a
Dilectio proximi. Leui.19.d Mar.12.c
Interrogat Chrs pharisęos de Messia. Mar.12.d Luc.20.d
Psal.109.a
Scribę & pharisęi, docẽtes populum legem Moysi,ãles.
Onera grauia Luc.11.g
Opa. Fibrię. Mar.12.d.luc.11.f.& 20.g
Salutationes. Rabbi. Iacobi.3.a
Fratres. Ps. Magister nr. Minister.
Lu.14.e. 18.e
Claudere regnum cœlorum.
Comedẽtes domos viduarũ.
Mar.12.d Luc.20.g
Proselytus.

factus, facitis eum filium gehennę 'duplo quàm' vos. Vę vobis du ° duplo ma
Iurare per tē- ces cęci, qui dicitis, Quicunq; iurauerit per templum, nihil est: qui au- gis
plum. tem iurauerit in auro templi, debitor est. Stulti & cęci, quod enim ma-
ius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et quicunq; iura-
uerit in altari, nihil est: quicunq; autem iurauerit in dono quod est su-
per illud, debet. Cęci, quod enim maius est, donum, an altare quod san G
ctificat donum? Qui ergo iurat in altari: iurat in eo & in omnibus quę
super illud sunt. & quicunq; iurauerit in templo: iurat in illo & in eo
qui habitat in ipso. & qui iurat in coelo, iurat in throno dei & in eo qui
Decimare mē- sedet super eum. Vę vobis scribę & pharisęi hypocritę: quia decima-
tā. Luc.11.f tis mentam & anethum & cyminum, & reliquistis quę grauiora sunt le
Iudicium. gis, iudicium, & misericordiam, & fidem. hęc oportuit facere, & illa nō
Misericordia, omittere. Duces cęci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.
Fides. Vę vobis scribę & pharisęi hypocritę: quia mundatis quod deforis est
Mundites ca- calicis & paropsidis, intus autem 'pleni estis' rapina & 'immunditia.' ° plena sunt
lices. Pharisęe cęce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat ° iniustitia.
Sepulchra de- & id quod deforis est, mundum. Vę vobis scribę & pharisęi hypocri
albata. tę: quia similes estis sepulchris 'dealbatis,' quę foris 'parent' hominibus ° calce illi-
speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. tis,
sic & vos à foris quidē paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis ° apparent
Aedificare se- hypocrisi & iniquitate. Vę vobis scribę & pharisęi hypocritę: quia
pulchra pphe- ędificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorū, & D
tarum. dicitis, Si fuissemus in diebus patrū nostrorum, nō 'essemus' socij eorū ° fuissemus
in sanguine prophetarū. itaque testimonio estis vobismetipsis quia filij
estis eorum qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram pa-
Serpentes. trum vestrorum. Serpentes 'genimina' viperarum: quomodo fugietis ° germina
Viperę. à iudicio gehennę? Ideò dico vobis, Ecce ego mitto ad vos prophe- (ꝓgenies)
Prophetę oc- tas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis fla
cisi à Iudęis. gellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatē:
vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, à
Gen.4.b sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinē Zacharię filij Barachię, quem occi
Heb.11.a distis inter templum & altare. Amen dico vobis: venient hęc omnia
2.Para.24.f super generationem istam. Ierusalem Ierusalem, quę occidis prophe-
Luc.13.g tas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios
Gallina. tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & no-
4.Esd.1.c luisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis,
Destructio Iu- non me videbitis āmodo donec dicatis, Benedictus qui venit in nomi
dęorum. ne domini.

CAP. XXIIII.

Mar.13.a ET egressus IESVS de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius A
Luc.21.b vt ostenderent ei ędificationes templi. Ipse autem respōdens, dixit
Luc.19.g illis, *Videtis hęc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis * Nōnne
De aduētu xpi. super lapidem qui non destruatur. Sedente autem eo super montem
Ephes.5.b 'oliueti,' accesserunt ad eum discipuli 'secreto,' dicentes, Dic nobis, ° oliuarum.
Colos.2.d quando hęc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis ° seorsum,
Signa cōsum- seculi? Respondens IESVS, dixit eis, Videte ne quis vos seducat. (priuatim.)
mationis secl'i. multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum CHRISTVS:
Io.15.c.16.a & multos seducent. Audituri enim estis pręlia & 'opiniones pręlio- ° rumores
Supra.10.c rum. Videte ne turbemini. oportet enim * hęc fieri: sed nōdum est finis. * omnia
consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pesti-
lentię, & fames, & terręmotus per loca. hęc autem omnia, initia sunt do
lorum. Tunc tradent vos in tribulationē, & occident vos: & eritis odio
Iniquitas. omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur
Charitas. multi: & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudo-
Perseuerātia. prophetę surgent: & seducent multos. Et quoniā abundabit iniquitas: B
Euangelij prę- refrigescet charitas multorū. qui autem perseuerauerit vsq; in finē, hic
dicatio. saluus erit. Et prędicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbem

*finis. testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet 'cōsummatio.' Quū ergo videritis abominationē desolationis, quę dicta est à Daniele propheta, stantē in loco sancto (qui legit intelligat) tūc qui in Iudęa sunt, fugiant ad montes. & qui in tecto: non descendat tollere 'aliquid de domo sua.' & qui in agro: nō reuertatur tollere 'tunicā suam.' Vę autem pręgnātibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autē vt non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbatho. erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, nō fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabūtur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est CHRISTVS, aut illic: nolite credere. surgent enim pseudochristi & pseudoprophetę: & dabūt signa magna & prodigia, ita vt in errorē inducantur (si fieri potest) etiā electi. Ecce pręd ixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est: nolite exire. ecce in penetralibus. nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & *paret' vsq; in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Vbicūq; *fuerit 'corpus,' illuc cōgregabūtur & aquilę. Statim aūt post tribulationē dierum illorū sol obscurabitur, & luna nō dabit lumen suū, & stellę cadent de cœlo, & virtutes cœlorū cōmouebuntur: & tunc 'parebit' signū filij hominis in cœlo. & tūc plangent omnes tribus terrę: & videbunt filiū hominis venientē in nubibus cœli cū 'virtute multa & maiestate.' Et mittet angelos suos cū 'tuba & voce magna:' & cōgregabūt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorū vsq; ad 'terminos' eorum. Ab arbore autē fici discite 'parabolā.' quū iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia propè est ęstas. ita & vos, quum videritis hęc omnia scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis quia nō pręteribit generatio hęc donec hęc omnia fiant. Cœlū & terra transibunt: verba autē mea non pręteribūt. De die autē illa & hora nemo scit, neq; angeli cœlorū, nisi solus pater*. Sicut aūt in diebus Noe: ita erit & aduentus filij hominis. sicut enim erāt in diebus ante diluuiū comedentes & bibentes, *nubentes' & nuptui tradentes, vsq; ad eū diem quo intrauit Noe in arcā, & non cognouerunt donec venit diluuiū, & tulit oēs: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur. duę molentes in 'mola:' vna assumetur, & vna relinquetur. *duo in lecto: vnus assumetur, & vnus relinquet. Vigilate ergo: quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autē scitote quoniā si sciret paterfamilias qua 'hora' fur venturus esset, vigilaret vtiq; & nō sineret perfodi domū suam. Ideò & vos estote parati: quia qua 'nescitis' hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quē cōstituit dñs suus super familiā suā, vt det illis cibū in tempore? Beatus ille seruus, quem, quū venerit dominus eius, inuenerit sic facientē. amen dico vobis, quoniā super omnia bona sua cōstituet eum. Si autē dixerit malus seruus ille in corde suo, Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere cōseruos suos, manducet autē & bibat cum ebriosis: veniet dominus serui illius in die qua nō 'sperat,' & hora qua ignorat, & 'diuidet' eū, partemq; eius ponet cū hypocritis. illic erit fletus & stridor dentiū.

CAP. XXV.

Oleum. | * Amẽ dico vobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomorrheis in die iudicij, quã illi ciuitati.

Iudiciũ Herodis de Christo. Mat. 14. a. Lu. 9. a

Mat. 14. a. Lu. 3. d | C

Ioãnes quare incarceratus.

Herodias. | *est: ipse

Herodes metuit Ioannẽ. | ²obseruabat

Saltare. | *quando | ²in natalitijs suis

Caput Ioãnis amputatũ dat saltatrici. | ²vsq; ad | D

B tristatus est rex. Propter iusiurandũ & propter simul discumbentes no
luit eam contristare: ʻsed˒ misso* spiculatore præcepit afferri caput eius
in disco, & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco:&
dedit illud puellę, & puella dedit matri suę. Quo audito, discipuli eius
venerunt, & tulerunt corpus eius:& posuerunt illud in monumento.
Et conuenientes apostoli ad IESVM, renuntiauerunt ei omnia
quę egerant & docuerant. Et ait illis, Venite seorsum in desertum lo-
cum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & ʻredibant˒
multi:& nec spatiũ manducandi habebant. Et* ascendentes in nauim,
E ʻabierunt˒ in desertum locum seorsum. Et viderunt eos abeuntes, &
cognouerunt multi:& pedestres de omnibus ciuitatibus cócurrerunt il
luc, & præuenerunt eos*. Et exiens vidit turbam multam IESVS:&
misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, &
cœpit illos docere multa. Et quum iam hora multa ʻfieret,˒ accesse-
runt* discipuli eius, dicentes, Desertus est locus hic, & iam hora ʻpræ-
terijt:˒ dimitte illos, vt euntes in ʻproximas˒ villas & vicos, emant sibi
cibos ʻquos manducent.˒ Et respondens ait illis, Date illis manducare.
Et dixerũt ei, Euntes emamus ducẽtis denarijs panes: & dabimus illis mã
ducare. Et dicit eis, Quot panes habetis? ite, & videte. Et quũ cognouis
sent, dicũt, Quinq;:& duos pisces. Et præcepit illis vt accumbere facerẽt
omnes ʻsecundum contubernia˒ super ʻviride fœnuʒ.˒ Et discubuerunt
F ʻin partes˒ per centenos & quinquagenos. Et acceptis quinq; panibus,
& duobus piscibus: intuens in cœlum benedixit, & fregit panes, & dedit
discipulis suis vt ponerent ante eos:& duos pisces diuisit omnibus. Et
manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias frag-
mentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant autem qui
manducauerunt*, quinque millia virorum. Et statim coegit discipulos
suos ascendere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethsaidã:
dum ipse dimitteret populum. Et quum dimisisset eos, abijt in mon
tem orare. Et quum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus
in terra. Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus cõ-
trarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans su
pra mare:& volebat præterire eos. At illi vt viderunt eum ambulan-
G tem supra mare, putauerunt phantasma esse:& exclamauerunt. Omnes
enim viderunt eum:& conturbati sunt. Et statim loquutus est cum eis:
& dixit eis, Confidite, ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in na-
uim:& cessauit ventus. Et ʻplus magis˒ intra se stupebant*: non enim
intellexerũt de panibus: erat enim cor eorũ obcæcatũ. Et quũ transfre-
tassent, venerũt in terrã Genezareth:& applicuerũt*. Cumq; egressi
essent de naui, cótinuo agnouerunt eũ:& percurrẽtes vniuersam* regio
nem illã, cœperũt in grabatis eos qui se male habebant circũferre vbi
audiebant eũ esse. Et quocũq; introibat in vicos vel in villas aut ciuita
tes, in ʻplateis˒ ponebant infirmos, & deprecabantur eũ vt vel fimbriaʒ
vestimẽti eius tãgerent, & quotquot tãgebant eũ, salui fiebãt. CAP. VII.

A ET conueniunt ad eum pharisęi & quidã de scribis, venientes ab Ie-
rosolymis. Et quum vidissent quosdam ex discipulis eius ʻcómuni-
bus˒ manibus, id est non lotis, manducare panes, ʻvituperauerunt.˒
Pharisęi enim & omnes Iudęi, nisi crebro lauerint manus non man-
ducant, tenentes traditionem seniorum: & à foro, nisi ʻbaptizentur,˒
non comedunt. & alia multa sunt quę ʻtradita sunt illis seruare, ba-
ptismata˒ calicum & vrceorum & æramentorum & lectorum. Et in-
terrogabant eum pharisęi & scribę, Quare discipuli tui non ambu-
lant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus mandu-
cant panem? At ille respondens dixit eis, Bene prophetauit Isaias de
vobis hypocritis, sicut scriptum est, Populus hic, labijs me honorat,
cor autem eorum ʻlonge est˒ à me. in vanũ autem me colunt, docentes

Marginal variants (left): ʻ & plurimus ʻ rex ʻ abibant ʻ abijt ʻ * & cóuene-rũt ad illũ. ʻ facta esset, * ad eum ʻ multa ʻ circũ iacen tes ʻ quid enim manducẽt, nó habent. ʻ p conuiuia (vel, distributis cóuiuijs) ʻ viridẽ herbam, ʻ p areolas * panes fere ʻ valde supra modum * & admirabantur. * in portũ. * circum iacentem ʻ foris ʻ inquinatis & infra. ʻ incusauerũt ʻ abluti fuerint, ʻ acceperũt tenẽda ablutiones ʻ procul abest

Marginal notes (right): Sepelitur Ioannes. Apostoli reuersi à prędicatione. Mat. 14.b Luc. 9.b Docet turbam in deserto. Mat. 9.d Panib. quinq; & duob. piscibus saturat 5000 homines. Mat. 14.b. Lu. 9.b. Ioã. 6.a Mat. 14.c Ioan. 6.b Apostolis cõtrarius ventus in mari. Phantasma. Fides. Sanantur infirmi tactu vestimenti Christi. Mat. 14.d Manibus non lotis comedentes apli reprehenduntur. Mat. 15.a Doctrina hominum, de lotionibus. Hypocritę. Isa. 29.d

Precepta ho/minũ, pceptis dei pręferentes Iudęi. — doctrinas & pręcepta hominum. Relinquentes enim mandatum dei, — B
tenetis traditiones hominum, baptismata vrceorum & calicum: & alia
similia his facitis multa. Et dicebat illis, Bene irritum fecistis prece- — hmoi.
ptum dei, vt traditionem vestram seruetis. Moyses enim dixit, Honora — reijcitis
Parentes. — patrem tuũ & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri, mor-
Exo.20.c.deu. — te moriatur. Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri vel matri, Cor-
5.b. ephe.6.a — ban, quod est donum, quodcunq; ex me, tibi profuerit: & vltrà non di-
Exo.21.c. leui. — mittitis eum quicquã facere patri suo aut matri, rescindentes verbum — vel abro/
20.b. Pro.20.c — dei per traditionem vestram quã tradidistis: & similia huiusmodi mul- — gantes
ta facitis. Et aduocans iterum turbã, dicebat illis, Audite me om- — totam.
Coinquinãtia — nes, & intelligite. Nihil est extra hominem introiens in eũ, quod possit
hominem. — eum coinquinare, sed quę de homine procedunt, illa sunt quę cõmu- — coinquināt
Mat.15.b — nicant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et quũ introis- — & infra.
set in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. — C
Imprudens. — Et ait illis, Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne — de parabo/
extrinsecus introiens in hominem, non potest eum cõmunicare: quia — la.
non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgãs — sine intel/
omnes escas? Dicebat autem quoniam quę de homine exeunt, illa cõ- — ligentia
municant hominem. Ab intus enim de corde hominum malę cogita-
Cor. — tiones procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritię,
nequitię, dolus, impudicitię, oculus malus, blasphemia, superbia, stul-
titia. Omnia hęc mala ab intus procedunt, & cõmunicant hominem.
Et inde surgens abijt in fines Tyri & Sidonis: & ingressus domum, ne-
Chananęa o/ — minem voluit scire, & nõ potuit latere. mulier enim statim vt audiuit
rat pro dęmo/ — de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit, & procidit ad
niaca filia. — pedes eius. Erat enim mulier gentilis, Syrophœnissa genere. Et roga-
Mat.15.c — bat eum vt dęmonium eijceret de filia eius. Qui dixit illi, Sine prius sa- — D
Filij. — turari filios. non est enim bonum sumere panem filiorũ, & mittere ca- — catellis
Canes. — nibus. At illa respondit, & dicit illi, Vtiq; domine. nam & catelli co-
medunt sub mensa de micis puerorũ. Et ait illi, Propter hunc sermonẽ
vade, exijt dęmonium à filia tua. Et quum abijsset domũ suam inuenit
puellam iacentem supra lectum, & dęmoniũ exijsse. Et iterũ exiens de
Surdus mutus — finibus Tyri, venit per Sidonẽ ad mare Galilęę inter medios fines De-
sanatur. — capoleos. Et adducunt ei surdum & mutum: & deprecabantur eum vt — impeditę
Mat.15.c — imponeret illi manũ. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digi- — linguę
tos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguã eius. & suspiciens in
cœlũ, ingemuit: & ait illi, Hephethah, qđ est adaperire. Et statim apertę
Gen.1.d — sunt aures eius: & solutũ est vinculũ linguę eius, & loquebatur rectè. Et
Eccli.39.c — pręcepit illis ne cui dicerent. Quãto autem eis pręcipiebat, tanto magis
plus pręedicabant, & eo amplius admirabãtur, dicentes, Bene omnia — abũdãtius
fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui. CAP. VIII. — stupebant,

Panibus septẽ — IN diebus illis iterum quũ turba multa esset, nec haberent quod man- — A
satiant 4000 — ducarent: conuocatis discipulis, ait illis, Misereor super turbã: quia — IESVS
hominum. — ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. & si di- — manens
Mat.15.d — misero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. quidam enim ex — apud me,
eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui, Vnde istos quis
poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos, Quot
panes habetis? Qui dixerunt, Septem. Et pręcepit turbę discũbere super
terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit: & dabat disci-
pulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbę. Et habebant pisciculos
paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerũt & saturati
sunt: & sustulerunt quod superauerat de fragmentis septẽ sportas. Erãt
Signa quęrũt — autem qui manducauerant, quasi quatuor millia: & dimisit eos. Et — B
Iudęi. — statim ascendens nauim cum discipulis suis, venit in partes Dalma- — ingressus
Mat.16.a — nutha. Et exierunt pharisęi, & cœperunt conquirere cum eo, quęrentes
Luc.11.g — ab illo signũ de cœlo, tentantes eum. Et ingemiscens spiritu, ait, Quid

generatio ista signum quęrit? Amen dico vobis, si dabitur generationi [A fermento]
isti signū. Et dimittens eos, ascendit iterum nauim: & abijt trans fretū. [siue doctrina]
Et obliti sunt panem sumere: & nisi vnum panē non habebāt secū in [pharisęorum]
naui. Et pręcipiebat eis, dicens, Videte, & cauete à fermēto pharisęorū, e [cauendum.]
[*disputabāt] fermento Herodis. Et *cogitabant ad alterutrū, dicentes, Quia panes [Mat.16.a]
[inter se,] non habemus. Quo cognito, ait illis IESVS, Quid cogitatis quia
panes non habetis? nōdum cognoscitis nec intelligitis? adhuc cęcatum
habetis cor vestrū? oculos habentes non videtis? & aures habentes nō
auditis? Nec recordamini quando quinq; panes fregi in quinq; millia, [Ioan.6.b]
C & quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei, Duode-
[*plenas] cim. Quando & septem panes in quatuor millia, quot sportas *fragmē-
torum tulistis? Et dicunt ei, Septem. Et dicebat eis, Quomodo nōdum
intelligitis? Et veniunt Bethsaidam: & adducunt ei cęcum, & roga- [Cęcus sanat.]
bant eum vt illum tangeret. Et apprehensa manu cęci, eduxit eū extra
vicum: & expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit
eū si quid videret. Et aspiciens ait, Video homines velut arbores, am-
bulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius: & *cœpit
[*fecit eum] videre, & restitutus est, ita vt clarè videret omnia. Et misit illū in do-
[respicere,] mum suam, dicens, Vade in domū tuam: & si in vicum introieris, ne- [Populi opīo]
mini dixeris. Et egressus est IESVS & discipuli eius in castella Cę [de Christo.]
sareę Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis, Quē [Mat.16.b]
me dicunt esse homines? Qui responderunt illi, dicentes, Ioānem Ba- [Luc.9.c]
D ptistam, alij Eliam, alij verò quasi vnum de prophetis. Tunc dicit illis, [Apostolorū de]
Vos verò, quē me esse dicitis? Respondens Petrus ait ei, Tu es CHRI [Chrō cōfessio.]
STVS. Et cōminatus est eis ne cui dicerent de illo. Et cœpit docere [De passiōe sua]
eos quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à senio- [pmonet Chri-]
ribus & à summis sacerdotibus & scribis, & occidi: & post tres dies re- [stus aplos.]
surgere. Et palàm verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, [Satan.]
cœpit increpare eum. Qui cōuersus & videns discipulos suos, cōmina- [Seq Christuz.]
tus est Petro, dicens, Vade retro me satana, quoniā non sapis quę dei [Mat.16.d.10.d]
sunt, sed quę sunt hominū. Et cōuocata turba cum discipulis suis, dixit [Luc.9.c.14.f.]
[*abneget] eis, Si quis vult me sequi, *deneget semetipsum: & tollat crucem suā, [&.17.g]
& sequatur me. *Qui enim voluerit animā suam saluam facere, perdet [Crux.]
[*Quicunq;] eam: qui autē perdiderit animā suam propter me & euangeliū, saluā fa [Ioan.12.d]
ciet eā. Quid enim proderit homini, si lucretur mūdum totū: & *detri [Animā pdere]
[*iacturam] mentum animę suę faciat? Aut quid dabit homo commutationis pro [Erubescere de]
[*erubuerit] anima sua? Qui enim *me confusus fuerit & verba mea in generatio- [Christo.]
[de me & de] ne ista adultera & peccatrice: & filius hominis *confundetur eum quū [Mat.10 d]
[vobis meis.] venerit in gloria patris sui cū angelis sanctis. CAP. IX. [Luc.9.c.12.d]
[*erubescet] ET dicebat illis, Amen dico vobis, quia sunt quidā de hic stantibus
[de eo] A qui non gustabunt mortem, donec videant regnū dei *veniens in [Mat.16.d]
[*venisse] virtute. Et post dies sex assumpsit IESVS Petrum & Iacobum & [Luc.9.c]
Ioānem: & ducit illos in montem excelsum seorsum solos, & *transfi- [Trāsfiguratio]
[*transfor-] guratus est corā ipsis. Et vestimenta eius facta sunt splendentia & can [Christi.]
[matus] dida nimis velut nix, qualia fullo non potest super terram candida fa- [Mat.17.a]
[*visus est] cere. Et *apparuit illis Elias cum Moyse: & erant loquentes cū IESV. [Luc.9.d]
Et respondens Petrus, ait IESV, Rabbi, bonum est nos hic esse: & fa-
ciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Elię vnū. Non
enim sciebat quid diceret. erant enim timore exterriti. & facta est nubes
obumbrans eos: & venit vox de nube, dicens, Hic est filius meus cha- [Audiendus]
rissimus: audite illum. Et statim circūspicientes, neminem amplius vi- [Christus.]
derunt nisi IESVM tantū secum. Et descendentibus illis de mon [Mat.17.b]
B te, pręcepit illis ne cuiquā quod vidissent, narrarent: nisi quum filius [De Elia, Ioan]
hominis à mortuis resurrexit. Et verbū continuerunt apud se: conqui [ne Baptista.]
rentes quid esset, Quum à mortuis resurrexerit. Et interrogabāt eum [Mala.4.b]
dicentes, Quid ergo dicunt pharisęi & scribę quia Eliam oporteat ve- [Isa.53.b]

Mala.4.b

nire primum? Qui respondens, ait illis, Elias quum venerit primo, restituet omnia: & quomodo scriptum est 'in filium' hominis, vt multa patiatur & contemnatur. Sed dico vobis quia & Elias venit (& fecerūt illi quęcunque voluerunt) sicut scriptum est de eo.

'de filio

Spūm mutum hns, sanatur.
Mat.17.c
Luc.9.e

Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnā circa eos, & scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus videns IESVM, stupefactus est, &

C

Salutatio.

expauerunt: & accurrentes salutabant eum. Et interrogauit eos, Quid inter vos conquiritis? Et respondens vnus de turba, dixit, Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum: qui vbicunque eum apprehenderit, 'allidit' illum, & spumat, & stridet dentibus suis, & arescit. & dixi discipulis tuis vt eijcerent illum, & non potuerunt.

'lacerat

Corripit apostolos incredulos Christus.

Qui respondens eis, dixit, O generatio incredula, quādiu apud vos ero? quādiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt 'eum. 'Et quum vidisset eum, statim spiritus 'conturbauit' illum: & 'elisus' in terram, volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius, Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia: & frequenter eum in ignem & in aquā misit vt eum perderet. sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri.

'illū ad eū.
'discerpsit
'cadens (lapsus)

D

Fides.

IESVS autem ait illi, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, Credo domine: adiuua incredulitatem meam. Et quum vidisset IESVS concurrentem turbam, cōminatus est spiritui immundo, dicens illi, Surde & mute spiritus, ego pręcipio tibi exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et exclamās & multum discerpens eum, exijt ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia mortuus est. IESVS autem tenens manum eius, eleuauit eum: & surrexit. Et quum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eū, Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.

Oratio cum ieiunio.

Pręmonet xps apostolos passionis suę.
Mat.17.d
Luc.9.e

Et inde profecti pretergrediebantur Galilęam: nec volebat quenquam scire. Docebat autem discipulos suos: & dicebat illis, Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occisus tertia die resurget. ᵇAt illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum. ᵇ

E

Quis maior inter apłos.
Mat.18.a
Luc.9.f

Et venerūt Capharnaum. Qui quum domi esset, interrogabat eos, Quid in via* 'tractabatis? 'At illi tacebant. siquidem in via inter se disputauerant quis eorū maior esset. Et residens vocauit duodecim: & ait illis, Si quis vult primus esse, erit omnium 'nouissimus,' & omnium minister.

*inter vos ipsos
'disputabatis?
'vltimus,'

Puerum cōplectit Christus.

Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorū: quem quum cōplexus esset, ait illis, Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo: me recipit. & quicunque me susceperit: non me suscipit, sed eum qui misit me.

Eijciens dęmonia in nomine Christi.
1.Cor.12.a

Respondit illi Ioannes, dicens, Magister, vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dęmonia qui non sequitur nos, & prohibuimus eum*. IESVS autem ait, Nolite prohibere eum. nemo est enim qui faciat virtutes in nomine meo, & possit cito male loqui de me. qui enim non est aduersum vos, pro vobis est.

F

*quia non sequtur nos

Aqui in noīe Christi dare.
Mat.10.d

Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquę in nomine meo quia CHRISTI estis: amen dico vobis non perdet mercedem suam.

Scādalizare credētē. Mat.18.a
Luc.17.a

Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me: bonum est ei magis si circundaretur 'mola asinaria' collo eius, & in mare mitteretur.

'lapis molaris

Man* & pedis abscissio.
Mat.18.b
Vermis.
Isa.66.g
Oculi eruitio.

Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam. bonum est tibi 'debilem' introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum. bonum est tibi claudum introire in vitam ęternam, quàm duos pedes habentes mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te, eijce eum. bonum est tibi luscum introire in regnum dei, quā duos oculos haben-

'mācū (vel, mutilum)

G

tem, mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum nō moritur, & ignis
non extinguitur. Omnis enim igne salietur: & omnis victima sale sa Sal. Mat.5.b
¶ lietur. Bonum est sal. quòd si sal insulsum fuerit: in quo illud cōdietis? Luc.14.g
Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.

CAP. X.

Pax.
A ET inde exurgens, venit in fines Iudęę * vltra Iordanem: & conue- Mat.19.a
*per locum nitunt iterum turbę ad eum. & sicut consueuerat, iterum docebat il Vxor ob solā
qui est los. Et accedentes pharisęi interrogabant eum, Si licet viro vxorem di fornicationem
mittere? tentantes eum. At ille respondens dixit eis, Quid vobis pręce dimittenda.
pit Moyses? Qui dixerunt, Moyses permisit libellum repudij scribere, &
dimittere. Quibus respondens IESVS ait, Ad duritiam cordis vestri Deu.24.a
scripsit vobis pręceptum istud. ab initio autem 'creaturę' masculum & Libellus repu-
*creationis fœminam fecit eos deus. Propter hoc, relinquet homo patrem suum & dij. Gen.1.d
*vna caro. matrem: & adherebit ad vxorem suam, & erunt duo 'in carne vna.' Gen.2.d
(vel, in car- Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, ho 1.Corin.6.d
nem vnā.) mo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interro Ephe.5.g
B gauerunt eum. Et ait illis, Quicunq; dimiserit vxorem suam, & aliam 1.Corin.7.b
*in (vel, ad duxerit: adulterium committit 'super' eam. Et si vxor dimiserit virum
uersus) suum, & alii nupserit mœchatur. Et offerebant illi 'paruulos,' vt tan Paruuli Chri-
*puellos geret illos. Discipuli autem 'comminabantur' offerentibus. Quos quum sto offeruntur.
*increpabāt videret IESVS indigne tulit, & ait illis, Sinite paruulos venire ad Mat.19.b
me: & ne prohibueritis eos. talium enim est regnum dei. Amen dico Luc.18.b
vobis: quisquis non receperit regnum dei velut paruulus, non intrabit Regnum dei,
in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedice- paruulorum.
bat eos. Et quum egressus esset in viam, procurrens quidam genu fle Impositio ma
C xo ante eum, rogabat eum, dicens, Magister bone, quid faciam vt vi- nuum.
*hęreditatē tam ęternam 'percipiam?' IESVS autem dixit ei, Quid me dicis bo Vita ęterna
possidebo? num? Nemo bonus, nisi vnus, deus. Pręcepta nosti, Ne adulteres, Ne quo possideat.
occidas, Ne fureris, Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraudem fece- Mat.19.b
ris, Honora patrem tuum & matrem. At ille respondens ait illi, Ma- Luc.18.d
gister, hęc omnia obseruaui à iuuentute mea. IESVS autem intui- Bonus, deus.
tus eum, dilexit eum, & dixit ei, Vnum tibi deest: vade, quęcunq; habes Exo.20.c
vende, & da pauperibus & habebis thesaurum in cœlo: & veni seque- Diligere.
tollēs cru- re me. Qui cōtristatus in verbo, abijt mœrens. erat enim habens mul Vendere oīa.
cem. tas possessiones. Et circūspiciens IESVS ait discipulis suis, Quàm dif Diuites,
ficile qui pecunias habent, in regnum dei introibunt. Discipuli autem Cōfidentes in
obstupescebant in verbis eius. At IESVS rursus respondens ait il- pecunijs.
D lis, Filioli, quàm difficile est confidentes in pecunijs, in regnum dei in-
troire! Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem
*amplius intrare in regnum dei. Qui 'magis admirabantur,' dicentes ad semet- Vita ęterna,
stupebant: ipsos, Et quis potest saluus fieri? Et intuens illos IESVS ait, Apud dei donum.
hominibus impossibile est: sed non apud deum. omnia enim possibilia
sunt apud deum. Et post hęc cœpit ei Petrus dicere, Ecce, nos dimisi- Relinquentes
mus omnia, & sequuti sumus te. Respōdens IESVS ait, Amen dico omnia ꝓpter
vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sororem, aut pa euangelium.
*aut vxo- trem, aut matrem, * aut filios, aut agros propter me & propter euan- Mat.19.d
rem, gelium: qui non accipiat centies tantum nūc in tempore hoc, domos,
& fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persequutionibus, Persequutio.
& in seculo futuro vitam ęternam. Multi autem erunt primi, nouissi- Mat.19.d
mi: & nouissimi, primi. Erant autem in via ascendentes Ierosolymā: Mortē suā pręe
E & pręcedebat illos IESVS, & stupebant: & sequentes timebant. Et nūtiat discipu
assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quę essent ei ventura, lis Christus.
Quia ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur prin- Mat.20.b
cipibus sacerdotum & scribis & senioribus, & damnabunt eum mor- Luc.18.c
te, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & fla-
gellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. Et accedūt
ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedęi, dicentes, Magister volumus Zebedęi filij

petunt sedere à dextris Chri. vt quodcunq; petierimus facias nobis. At ille dixit eis, Quid vultis vt
faciã vobis? Et dixerunt, Da nobis vt vnus ad dexteram tuam, & alius
Mat.20.c ad sinistram tuã sedeamus in gloria tua. IESVS autem ait eis, Nescitis B
Calix. quid petatis. potestis bibere calicem quem ego bibo: aut baptismo quo
Babptismus. ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei, Possumus. IESVS autem
ait eis, Calicem quidem quem ego bibo bibetis, & baptismo quo ego ba
ptizor baptizabimini: sedere autẽ ad dexteram meã vel ad sinistram nõ
est meũ dare vobis, sed quibus paratum est. Et audientes decem, 'indi- cœperunt
gnati sunt' de Iacobo & Ioanne. IESVS autem vocans eos ait illis, indignari
Luc.22.c Scitis quia hi qui videntur 'principari' gentibus, dominantur eis: & imperare
Minister. principes eorũ potestatem habent ipsorum. Non ita est aũt in vobis,
Redẽptor Christus. sed quicunq; voluerit fieri maior, erit vester minister: & quicunq; vo-
luerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. Nam & filius hominis
Cęcus visum recipit, Mat.20.d. Lu.18.f.g non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suã C
in redemptionem pro multis. Et veniunt Ierícho: & proficiscẽte eo
de Ierícho, & discipulis eius & plurima multitudine, filius Timęi Barti-
męus cęcus, sedebat iuxta viam mendicans. Qui quum audisset quia
IESVS Nazarenus est: cœpit clamare & dicere, IESVS fili Dauid, mi-
serere mei. Et comminabantur ei multi vt taceret. At ille multo ma- Cõfide (vel, Bono animo esto)
Fides. gis clamabat Fili Dauid, miserere mei. Et stans IESVS pręcepit illum
vocari. Et vocant cęcũ dicentes ei, 'Animęquior esto,' surge vocat
te. Qui proiecto vestimento suo exiliens, venit ad 'eum.' Et respõdens IESVM.
IESVS dixit illi, Quid tibi vis faciam? Cęcus aũt dixit ei, Rabboni 'visum reci- piam.
vt 'videam.' IESVS autem ait illi, Vade, fides tua te saluum fecit. Et
cõfestim vidit, & sequebatur eum in via.

CAP. XI.

Ingredit Christus Ierusalẽ. Mat.21.a. Lu.19.e ET quum appropinquarent Ierosolymę '& Bethanię' ad montem A ad Bethphage & Bethaniam
oliuarũ, mittit duos ex discipulis suis, & ait illis, Ite in castellum
quod contra vos est, & statim introeuntes illuc, inuenietis pullum liga-
tum, super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illum & addu-
cite. Et si quis vobis dixerit, Quid facitis * ? dicite quia 'domino neces- * hoc ' dñs eo opus habet
sarius est:' & continuo illum dimittet huc. Et abeuntes inuenerũt pul-
lum ligatum ante ianuã foris in biuio: & soluunt eum. Et quidam de
illic stãtibus dicebant illis, Quid facitis soluentes pullum? Qui dixerũt
Ioan.12.b eis sicut pręceperat illis IESVS: & dimiserunt eos. Et duxerunt pullum
ad IESVM: & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum. Mul-
ti autẽ vestimenta sua strauerunt via. alij autem frondes cędebant de ar-
boribus, & sternebant in via. Et qui pręibãt, & qui sequebantur clama- B
bant dicentes, Hosanna, benedictus qui venit in nomine domini. bene- * in nomine domini,
dictum quod venit regnũ* patris nostri Dauid, hosanna in 'excelsis.' ' altissimis
Chrus in templo. Mat.21.b Lu.19.g Et introiuit Ierosolymam in templum: & circũspectis omnibus quũ
iam vesperę esset hora, exijt in Bethaniaz cum duodecim. Et alia die
cum exirent à Bethania, esurijt. Quumq; vidisset à longe ficum haben-
Maledicitur ficus infructuosa Mat.21.b tem folia, venit, si quid 'forte' inueniret in ea. Et quum venisset ad eã, ' vtique
nihil inuenit pręter folia. non enim erat tempus ficorum. Et respon- * IESVS.
dens *dixit ei, 'Iam non amplius' in ęternum ex te fructum quisquam ' Ne posthac
Eijciuntur vendetes & emẽtes. manducet. Et audiebant discipuli eius. Et veniunt Ierosolymam. Et
quum introisset in templum, cœpit eijcere vendentes & ementes in tem-
Dom' orõnis. plo, & mensas numulariorum & cathedras vendentiũ columbas euer-
Isa.56.c tit. & non sinebat vt quisquam transferret vas per templum: & doce-
Iere.7.b bat, dicens eis, Nõnne scriptum est, Quia domus mea, domus oratio-
nis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncaz la- C
tronum. Quo audito, principes sacerdotum & scribę quęrebant quo-
modo eum perderent. timebant enim eum: quoniam vniuersa turba
admirabatur super doctrina eius. Et quum vespera facta esset: egredie-
Ficus arida. Mat.21.c batur de ciuitate. Et quum mane transirent, viderunt ficũ aridam fa-
ctam à radicibus. Et recordatus Petrus dixit ei, Rabbi, ecce ficus cui ma-

maledixisti, aruit. Et respondens IESVS ait illis, Habete fidē dei. amen di co vobis qđ quicunq; dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare, & nó hęsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quęcunq; dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quęcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Et quum stabitis ad orandum, dimit- tite si quid habetis aduersus aliquem: vt & pater vester qui in cœlis est
D dimittat vobis peccata vestra. Quòd si vos nó dimiseritis: nec pater ve ster qui in cœlis est dimittet vobis peccata vestra. Et veniūt rursus Ie rosolymam. Et quū ambularet in templo, accedunt ad eū summi sacer- dotes & scribę & seniores, & dicunt ei, In qua potestate hęc facis? & qs dedit tibi hanc potestatē vt ista facias? IESVS aūt respondens ait illis, Interrogabo vos & ego vnū verbū, & respōdete mihi: & dicā vobis in qua potestate hęc faciā. Baptismus Ioānis, de cœlo erat, an ex hoībus? Respōdete mihi. At illi cogitabant secū, dicentes, Si dixerimus de cœ- lo, dicet nobis, Quare ergo nō credidistis ei? Si dixerimus ex hoībus, ti memus populū. oēs enim habebant Ioannem qđ verè propheta esset. Et respondentes dicunt IESV, Nescimus. Et respondens ait illis, Neq; ego dico vobis in qua potestate hęc faciā. CAP. XII.

A ET cœpit illis in parabolis loqui, Vineā *pastinauit\ homo, & circū dedit sepē, & fodit lacū, & ędificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus est. Et misit ad agricolas in tempore seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineę. Qui apprehensum eum ceciderunt: & *dimiserunt\ vacuū. Et iterum misit ad illos alium seruū: & *illū in capite vulnerauerūt, & contumeliis affecerunt.\ Et rursum aliū misit, & il lum occiderunt: & plures alios, quosdā cędentes, alios vero occidentes. Adhuc ergo vnū habens filium charissimū*: & illū misit ad eos nouis- simum, dicens, Quia reuerebuntur filiū meū. *Coloni\ aūt dixerunt ad- inuicem, Hic est hęres: venite, occidamus eū: & nostra erit hęreditas. Et apprehendentes eū occiderunt: & eiecerūt extra vineā. Quid ergo faciet dominus vineę? Veniet, & perdet colonos: & dabit vineam aliis. Nec scripturā hanc legistis? Lapidem quem reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli: A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Et quęrebant eum tenere: & timuerunt turbam. cognoue runt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo,

B abierunt. Et mittunt ad eum quosdam ex pharisęis & Herodianis: vt eum *caperent\ in verbo. Qui venientes, dicunt ei, Magister, scimus qđ verax es, & non curas quenquam: nec enim vides in faciem hominum, sed in veritate viam dei doces. licet dare tributum Cęsari: *an non da bimus? Qui sciens *versutiam\ illorum, ait illis, Quid me tentatis? af- ferte mihi denarium vt videam. At illi obtulerunt ei. Et ait illis, Cu- ius est imago hęc, & inscriptio? Dicunt ei, Cęsaris. Respondens autem IESVS, dixit illis, Reddite igitur quę sunt Cęsaris, Cęsari: & quę sunt dei, deo. Et mirabantur super eo. Et venerunt ad eum sadducęi qui dicunt resurrectionem non esse: & interrogabant eum dicentes, Magi- ster, Moyses nobis scripsit, vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & *filios\ non reliquerit: accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est non relicto semine. Et secundus accepit eam, & mortuus est: & nec iste reliquit semen. Et tertius similiter. Et acceperūt eam similiter septem: & non reliquerunt semen. Nouissima omnium defuncta est & mulier. In resurrectione ergo quum resurrexerint, cuius

C de his erit vxor? septem enim habuerunt eam vxorem. Et respondens IESVS ait illis, Nónne ideo erratis, non scientes scripturas neq; virtu tem dei? Quum enim à mortuis resurrexerint, neq; *nubent neq; nuben tur,\ sed sunt sicut angeli dei in cœlis. De mortuis autem qđ resurgāt, non legistis in libro Moysi, *super rubum\ quomodo dixerit illi deus,

Left margin: * plātauit — * remiserūt — * illi iactis lapidib* ca- put contude- runt & re- miserūt cōtu- melia affe- ctum. — * suum — * Agricolę — * caparent — * an nō? da bimus, — * hypocrisin (simulatio- nem) — * liberos — * ducūt vxo res, neq; n u ptum dan- tur, — * in rubo

Right margin: Fides dei. — In orōne fides Mat.7.a.21.c Luc.11.b — Remittenda peccata fratri. Mat.6.b. Ec- cle.28.a — Tentat Chrūs a Pharisęis. Mat.21.c. Lu. 20.a — Baptismus Ioannis. — Vinea locata agricolis Iu- dęis, q Chrm occiderunt. Mat.21.d. Lu. 20.b. Isa.5.a Iere.2.d — Lapis reproba tus a Iudęis Chrus. Psal. 117.d. Isa.28. d. Actu.4.b Ro.9.g.1.Pe. 2.a — De tributo Cę sari reddendo. Mat.22.b. Lu. 20.d — Roma.13.c — De resurrectio ne. Mat.22.c Luc.20.d Deu.25.b — Exod.3.b

inquiens, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob? Non est deus mortuorum, sed viuorum. Vos ergo multum erratis. Et accessit vnus de scribis qui audierat illos 'conquirentes,' & videns quoniam bene illis responderit, interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum. IESVS autem respondit ei quia primũ omniũ mandatum est, Audi Israel, Dominus deus 'tuus, deus' vnus est. Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatũ. Secundũ autem simile est illi, Diliges proximũ tuum tanquã teipsum. Maius horum aliud mandatũ non est. Et ait illi scriba, Bene magister in veritate dixisti. quia vnus est deus, & non est alius pręter eum. Et 'vt diligatur' ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam seipsum: maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. IESVS autem videns q sapienter respondisset, dixit illi, Non es longe à regno dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. Et respondens IESVS dicebat, docens in templo,

D

Quo dicũt scribę CHRISTVM filium esse Dauid? Ipse enim Dauid dicit in spiritu sãcto, Dixit dominus domino meo, Sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuoꝝ. Ipse ergo Dauid dicit eum dominũ: & vnde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit. Et dicebat eis in doctrina sua, Cauete à scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis: qui deuorant domos viduarum 'sub obtentu prolixę orationis:' hi accipient 'prolixius' iudicium. Et sedens IESVS 'contra gazophylacium,' aspiciebat quomodo turba iactaret ęs in gazophylaciũ, & multi diuites iactabant multa. Quũ venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, qđ est quadrans, Et 'conuocans' discipulos suos, ait illis, Amen dico vobis quoniam vidua hęc pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophylaciũ. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt: hęc verò de penuria sua omnia quę habuit misit, totũ victum suũ.

CAP. XIII.

A

ET quum egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis suis, Magister aspice quales lapides, & quales structurę. Et respõdens Iesus, ait illi, Vides has omnes magnas ędificationes? Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Et quum sederet in monte oliuarum 'contra templum,' interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas, dic nobis, quando ista fient? & quod signũ erit quando hęc omnia 'incipient cõsummari?' Et respondens IESVS, cœpit dicere illis, Videte ne quis vos seducat. multi enim venient in nomine meo Dicentes quia ego sum: & multos seducent. Quum audieritis autem bella & 'opiniones' bellorum, ne 'timueritis.' oportet enim hęc fieri: sed nondum finis. Exurget enim gens contra gentem, & regnum super regnum: & erunt terręmotus per loca & fames, 'Initium' dolorum, hęc. 'Videte autem vosmetipsos.' Tradent enim vos in cõcilijs. & in synagogis vapulabitis, & 'ante' pręsides & reges 'stabitis' propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet pręedicari euangelium. Et quum duxerint vos tradentes, 'nolite pręcogitare' quid loquamini: * sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini. non enim vos estis loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet autẽ frater fratrem in mortem, & pater filium: & consurgent filij in parentes, & morte afficient eos. Et eritis 'odio' omnibus, propter nomen meum. Qui autem 'sustinuerit' in finem, hic saluus erit. Quum autem videritis abominationem desolationis *stantem vbi non 'debet' (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudęa sunt, fugiant in montes. & qui super tectum: ne descendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo sua, & qui in agro erit: non reuertatur retro tollere vestimentũ

B

Primũ pceptũ Mat 22.d. Lu. 10.e

Dilectio dei. Deu. 6.a

Dilectio proximi. Leu. 19.d Mat. 22.d. Ro. 13.c. Gal. 5.c Iaco. 2.b

Dilectio dei p̃põit sacrificijs.

Christus filius Dauid. Mat. 22.d. Lu. 20.g

Psal. 109.a

A pharisęis cauendũ. Mat. 23.a. Lu. 11.f. & 20.g

Dom⁹ viduaꝝ

Vidua quadrãtẽ mittẽs in gazophylacium.

Destructio Ierusalẽ Mat. 24 a Lu. 19.g & 21.b

Signa pcedentia aduentum Christi.

Dicẽtes se christum esse & saluatorem.

Persequtiones pp euangeliũ.

Euangelium. Mat. 10.b

Loqui.

Spũs sanctus.

Destructio Ierusalẽ. Mat. 24 b Lu. 21.d Dani. 9.g

' simul disputantes

' noster, dominus

' diligere ipsum

' plexu prolixe orantes.

' abũdãtius

' ex aduerso gazophylacij.

' aduocans

' ex aduerso tẽpli (vl, regiõe tẽpli,)

' consummãda sunt

' rumores

' turbemini.

' Initia

' Cauete autem vos vobisipsis

' apud

' statuemini

' ne ante solliciti sitis, (vel anxij)

* neque meditemini:

' odio habiti ab

' perseuerauerit

* quę dicta ẽ a Daniel. propheta

' oportet,

C sium. Vę autem prægnantibus & 'nutrientibus' in illis diebus. Orate
* lactātibus verò vt hyeme non 'fiant.' Erunt enim dies illi tribulationes tales,
* fiat fuga quales non fuerunt ab initio creaturæ quam cōdidit deus vsq; nunc,
vestra. neq; fient. Et nisi 'breuiasset' dominus dies, non fuisset salua omnis ca
* decurtasset ro: sed propter electos quos elegit, breuiauit dies. Et tunc si quis vo Falsoꝝ pphe-
* aduerbiū bis dixerit, Ecce, 'hic' est CHRISTVS, ecce illic: ne crediderit is. Exur- taꝝ miracula
gent enim pseudochristi & pseudoprophetę: & dabunt signa & poten- ad seducendū
ta ad se ducendos, si fieri potest, etiam electos. Vos ergo videte. ecce electos. Mat.
prędixi vobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationē illam sol con 24.b Lu.21.b.e
tenebrabitur, & luna non dabit splendorem suū, & stellę cœli erunt de- Eze.32.b Isa.
* quatient. cidentes, & virtutes quę in cœlis sunt, 'mouebuntur.' Et tunc vide- 13.b Ioel.3.c
(vel, concu bunt filium hominis venientem in nubibus cū virtute multa & gloria. A duētus chri
tientur:) Et tunc mittet angelos suos, & cōgregabit electos suos à quatuor ven- in iudicium.
* sitrudinē tis, à summo terrę vsq; ad summū cœli. A ficu autem discite 'para-
D bolam.' Quum iam ramus eius tener fuerit & nata fuerint folia: cogno
scitis quia in proximo sit ęstas. sic & vos quum videritis hęc fieri, sci-
tote quòd in proximo sit in ostijs. Amen dico vobis quoniam nō tran Verbum dei
sibit generatio hęc, donec omnia ista fiant. Cœlum & terra transibūt:
verba autem mea non transibunt. De die autem illo vel hora nemo
* qui in cœ scit neq; angeli 'in cœlo,' neq; filius: nisi pater. Videte, vigilate, & ora- Vigilandum
lo sunt, te. nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profe- Orandum.
* & vnicui ctus reliquit domum suam: & dedit seruis suis potestatem 'cuiusque Mat.24.d
q; op⁹ suū, operis,' & ianitori pręcepit vt vigilet. Vigilate ergo (nescitis enim Vigilandum
quando dominus domus veniat: sero, an media nocte, an gallicantu,
an mane) ne quum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod
autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate. CAP. XIIII.

A ERat autem pascha & azyma post biduū: & quęrebant summi sacer Consiliū sacer
dotes & scribę quomodo eū dolo tenerent & occiderent. Dicebant dotū in Chrm.
autem, Non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Et quum Mat.26.a Lu.
esset Bethanię in domo Simonis Leprosi, & recumberet, venit mulier 22.a
* fidelis, (vel, habens alabastrum vnguenti nardi 'pistice' pretiosi: & fracto alaba- Caput Christi
probatę) stro effudit super caput eius. Erant autem quidā indigne ferentes 'in- vngitur a mu
* apud sese, tra semetipsos,' & dicentes, 'Vt' quid perditio ista vnguenti facta est? liere. Mat.26.
* Ad Poterat enim vnguentum istud vęnundari plus quàm trecentis dena- a Ioan.12.a
rijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. IESVS autem dixit, Sini- Bonū opus.
te eam: quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. semper Pauperes.
enim pauperes habetis vobiscum, & quum volueritis potestis illis be-
nefacere: me aūt non semper habetis. Quod habuit, hęc fecit: prępenit
vngere corpus meū in sepulturā. Amen dico vobis, vbicunq; prędica
B tum fuerit euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hęc nar
* fœmina, nū rabitur in memoriam 'eius.' Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim Iudas prodit
ę. abijt ad summos sacerdotes, vt 'proderet' eum illis. Qui audientes ga- Chrm. Mat.
* traderet uisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quęrebat quomo- 26.b Lu.22.a
do illum opportune traderet. Et primo die azymorum quando pa- Paschę ppara-
scha immolabant, dicunt ei discipuli, Quò vis eamus, & paremus tibi tio. Mat.26.b
vt manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: & dicit eis, Ite in Lu.22.a
* vas fictile ciuitatem: & occurret vobis homo 'lagenā' aquę baiulās, sequimini
(vel, aqualē eum: & quocunq; introierit, dicite domino domus quia magister dicit,
fictilem) Vbi est 'refectio mea,' vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et
* diuersoriū, ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande stratum * : & illic parate De Iuda pdi-
* paratum nobis. Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem: & inuenerūt tore. mat. 26.b
* & ali⁹, Nū sicut dixerat illis, & parauerunt pascha. Vespere autem facto venit cū Lu.22.b Ioā.
qd ego?, duodecim. Et discūbentibus eis & manducantibus, ait IESVS, Amen 13.c
C dico vobis quia vnus ex vobis tradet me qui manducat mecum. At il
li cœperunt contristari, & dicere ei singulatim, Nunquid ego? * Qui Psal.40.c
ait illis, Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino, &

filius quidem hois vadit sicut scriptum est de eo: ve autem homini illi
li per quem filius hominis traditur. bonum erat ei si non esset natus ho
Pasche manducatio. mo ille. Et manducantibus illis accepit IESVS panem: & benedicens
fregit, & dedit eis, & ait illis, Sumite, * hoc est corpus meum. Et acce- *comedite
1.Cor.11.e pto calice, gratias agens dedit eis. & biberunt ex illo omnes. Et ait il-
Corpus. lis, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur.
Sanguis. Amen dico vobis quia iam non bibā de genimine vitis vsque in diem
Nouum testm̄ illum quum illud bibam nouum in regno dei. Et hymno dicto exierūt
Grap actio. in montem oliuarum. Et ait eis IESVS, Omnes scandalizabimini
Scandalizati in me ˃in nocte ista:˂ quia scriptum est, Percutiam pastorem. & disper
apostoli. gentur oues. Sed postquam resurrexero, pręcedam vos in Galilęam. Pe
Ioan.16.g trus autem ait illi, ˊEt˂ si omnes scandalizati fuerint: sed non ego. Et ˊ imo
Zach.13.e ait illi IESVS, Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquam
Petrus. gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius lo- D
quebatur, Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Si-
militer autem & omnes dicebant. Et veniunt in prędium cui nomen
Chrs in orto. Gethsemani. Et ait discipulis suis, Sedete hic donec orem. Et assumit
Mat.26.d.Lu. Petrum & Iacobum & Ioannem secum: & cœpit ˊpauere & tędere.˂ ˊ expauesce
22.d Et ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem. ˊsustinete˂ hic, & re & grauis
vigilate. Et quum processisset paululum, procidit super terram: & ora- ter angi.
Oro Christi. bat vt si fieri posset transiret ab eo hora, & dixit, Abba pater, omnia ti- manete:
bi possibilia sunt: transfer calicem hunc à me. sed non quod ego volo,
Vigilare. sed quod tu. Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro, Simon,
Orare. dormis? non potuisti vna hora vigilare? Vigilate, & orate vt non in-
Spiritus. tretis in tentationem. spiritus quidem promptus est: caro verō, infir-
Caro. ma. Et iterum abiens orauit, eundem sermonem dicens. Et reuersus,
denuo inuenit eos dormientes (erant enim oculi eorum grauati) &
ignorabant quid responderent ei. Et venit tertiò, & ait illis, Dormite E
Oraclo Iudas iam, & requiescite. Sufficit, venit hora, ecce filius hominis ˊtradetur˂ ˊ traditur
Christum tra- in manus peccatorum. Surgite, eamus. ecce, qui me ˊ tradet, ˂ prope est. ˊ tradit
dit Iudęis. Et *adhuc eo loquente venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, e- * continuo
Mat.26.e.Lu. cum eo turba multa cum gladijs & lignis, à summis sacerdotibus & scri- ˊ symbolum
22.e. Io.18.a bis & senioribus. Dederat autem traditor eius signum eis, dicens, Quē- ˊ tuto. (secu
cunque osculatus fuero, ipse est: tenete eū, & ducite ˊcaute.˂ Et quū venis- re.)
Auricula am- set, statim accedens ad eum, ait, ˊAue rabbi.˂ & osculatus est eum. At ˊRabbi rab
putata. illi, manus iniecerunt in IESVM: & tenuerunt eum. Vnus aūt qdam de bi.
circunstantibus, educens gladiū percussit seruū summi sacerdotis: & am
putauit illi auriculam. Et respondens IESVS, ait illis, Tanquam ad la
Thre.4.d tronem existis cum gladijs & lignis comprehendere me? quotidie eram
Fugiūt apli. apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur
Christus co- scripturę. Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. ˊAdo ˊ Adolescē
ram Caipha. lescens˂ autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: tulus
Mat.26.f.Lu. & tenuerunt eum *. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. * adolescen
22.f. Io.18.e Et adduxerunt IESVM ad summum sacerdotem: & conuenerunt * F tuli
omnes *sacerdotes & scribę & seniores. Petrus autem à longe sequutus * ad eum
est eum vsque intrò in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris * summ
ad ignem, & ˊcalefaciebat se.˂ Summi verò sacerdotes & omne conci- ˊ calefac
Falsum testi- lium quęrebant aduersus IESVM testimonium, vt eum morti trade- bat ad lu.
moniū in Chri rent: nec inueniebant. Multi ˊautem˂ testimonium falsum dicebant ad- ˊ enim
stum. uersus eum: & ˊconuenientia˂ testimonia non erant. Et quidam sur- ˊ ęqua (suf-
gentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes, Quo- ficietia aut
Ioan.2.d niam nos audiuimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc ma bona)
nufactum, & ˊpost˂ triduum aliud non-manufactum ędificabo. Et ˊ per
ˊ non˂ erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens summus sa- ˊ ne sic qdē
Tacet Chrs us. cerdos in medium, interrogauit IESVM, dicens, Non respondes quic- ˊ : Quid ibi
quam ˊad ea quę tibi obijciuntur ab his?˂ Ille autem tacebat: & nihil aduersus te

respondis testantur

respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum: & dixit ei, Tu
G es CHRISTVS filius dei benedicti? IESVS autem dixit illi, Ego
sum: & videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venien
tem cum nubibus coeli. Summus autem sacerdos scindens vestimenta
sua, ait, Quid adhuc 'desyderamus testes?' Audistis blasphemiá. quid
vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis.
Et coeperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis
eum cędere, & dicere ei, Prophetiza. & ministri alapis eum cędebant.
Et quum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sa
cerdotis. & quum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait,
Et tu cum IESV Nazareno eras? At ille negauit, dicens, 'Neq; scio,
neq; noui' quid dicas. Et exijt foras 'ante atrium:' & gallus cantauit.
Rursus autem quũ vidisset illum ancilla, coepit dicere circũstantibus,
Quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillũ rursus qui
astabant dicebant Petro, Verè ex illis es. nam & Galilęus es*. Ille au
tem coepit 'anathematizare' & iurare, Quia 'nescio' hominem istum
quem dicitis. Et 'statim' gallus iterum cantauit. Et recordatus est Pe
trus verbi quod dixerat ei IESVS, Prius quàm gallus cantet bis, ter
me negabis. Et 'coepit flere.'

CAP. XV.

A ET confestim, mane concilium facientes summi sacerdotes cũ senio
ribus & scribis & vniuerso concilio, vincientes IESVM, duxerũt
& tradiderũt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus, Tu es rex Iudęorũ?
At ille respondens, ait illi, Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdo
tes in multis. Pilatus autem rursum interrogauit eum, dicens, Non re
spondes quicquã? vide 'in quantis te accusant.' IESVS autem am
plius nihil respondit: ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem festum
solebat dimittere illis vnum ex vinctis quẽcunq; petissent. Erat autem
qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditio
ne fecerãt homicidium. Et quum 'ascendisset' turba, coepit rogare, sicut
semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit, Vultis dimit
tam vobis regem Iudęorum? Sciebat enim quòd 'per' inuidiam tradi
dissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerũt turbam
vt 'magis' Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterũ respondens,
B ait illis, Quid ergo vultis faciam 'regi' Iudęorum? At illi iterũ clama
uerũt, Crucifige eum. Pilatus vero dicebat illis, Quid enim mali fecit?
At illi 'magis' clamabant, Crucifige eum. Pilatus autem volens popu
lo satisfacere, dimisit illis Barabbam: & tradidit IESVM flagellis cę
sum vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium 'prę
torij,' & conuocant totam cohortem: & induunt eum purpura, & 'im
ponunt' ei plectentes spineam coronã. Et coeperunt salutare eum. Aue
rex Iudęorum. Et percutiebant caput eius arundine: & conspuebant eũ.
& ponentes genua, adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerũt
illum purpura, & induerunt eum vestimentis 'suis;' & educunt illum
vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prętereuntem quẽpiam Si
monem Cyrenęum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi: vt
tolleret crucem eius. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est
interpretatum, Caluarię locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum;
C & non accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius, mit
tentes sortem super eis quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: & cru
cifixerunt eum. Et erat 'titulus' caussę eius inscriptus, Rex Iudęorum.
Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à sini
stris eius. Et impleta est scriptura quę dicit, Et cum iniquis reputatus
est. Et pretereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicen
tes, Vah qui destruis templũ dei, & in tribus diebus reędificas: saluum
fac temetipsum descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illu
dentes, ad alterutrum cum scribis dicebant, Alios saluos fecit, seipsum

Left margin notes: opus habemus testib⁹? | Neq; noui, neq; scio | in vestibulum atrij. | *, e loquela tua similis. (vel, conuenit.) | detestari, (deuouere) | non noui | ſcdo (iteꝝ) | prorupit infletum. | quãta aduersum te testantur. | acclamasset | propter | potius | eũ quẽ dicitis regẽ | abũdãtius | qđ est prętorium, | circumponunt | proprijs: | inscriptio

Right margin notes: Se Christum & ue Messiaz esse fatetur. | Cõspuit e cędi tur Christus. | Petrus negat Christum. | Mat. 26. g. lu. 22. f. Ioã. 18. c | Mat. 26. g. lu. 22. f. g. Io. 18. c | Christus coraz Pilato. | Mat. 27. a. lu. 22. g. Ioã. 18. c | Christus rex Iudęorum. | Mat. 27. b. lu. 23. a. Ioã. 18. f | Tacet Chris. | Barabbas. | Pilatus Chrm tradit Iudęis crucifigendũ. | Inuidia. | Mat. 27. c. lu. 23. b. Io. 18. g & 19. c | Coronatur spinis Christus. | Mat. 27. c Ioan. 19. a | Conspuitur, & irridet. Simon Cyrenęus. | Mat. 27. d Luc. 23. d | Mat. 27. d. lu. 23. d. Ioã. 19. d | Crucifigitur Christus. | Mat. 27. d. lu. 23. e. Ioã. 19. d | Latrones. | Isa. 53. d | Conuitia in Chrm. Io. 2. d

non potest saluum facere. CHRISTVS rex Israel descendat nunc
de cruce: vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, con D
Tenebrę. uitiabantur ei. Et facta hora sexta, tenebrę factę sunt ᵃper totam terram ᵃsuper
vsque in horam nonam. Et hora nona exclamauit IESVS voce
magna, dicens, Eloi, eloi, lammasabbacthani: quod est interpretatum,
Psal. 21. a Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? Et quidam de circum-
stantibus audientes dicebant, Ecce, Eliam vocat. Currens autem vnus, D
Aceto potat & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat
ei, dicens, Sinite: videamus si veniat Elias ad ponendum eum. IE-
SVS autem emissa voce magna expirauit. Et velum templi scissum
Centurionis fides est in duo, à summo vsque deorsum. Videns autem centurio qui
Mulieres quę ex aduerso * stabat, quia sic clamans expirasset, ait, Verè hic homo, *illius
Christo mini- filius dei erat. Erant autem & mulieres de longe aspicientes: inter quas
strauerant victū. erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, &
Ioseph sepelit Salome, quę, quum esset in Galilęa, sequebantur eum, & ministra-
Christum. bant ei, & alię multę quę simul cum eo ascenderant Ierosolymam.
Mat. 27. g Et quum iam ᵇsero esset factum, (quia erat parasceue quod est ante ᵇsero instaret
Luc. 23. g sabbathum) venit Ioseph ab Arimathęa ᶜnobilis decurio, qui & ᶜhonestus
Io. 19. g ipse erat expectans regnum dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & consul,
petiit corpus IESV. Pilatus autem mirabatur si iam obiisset. Et ac-
cersito centurione, interrogauit eum si ᵈiam mortuus esset. Et quum ᵈdudum mor-
cognouisset à centurione: donauit corpus * Ioseph. Ioseph autem mer- tuus
catus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & posuit eum in *ipsū
monumento quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostiū
monumenti. Maria autem Magdalene & Maria Ioseph aspiciebant
vbi poneretur. CAP. XVI.

Mulieres acce- ET quum transisset sabbathum, Maria Magdalene & Maria Iaco- A
dūt ad sepul- bi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent IESVM.
chrū. Lu. 24. a Et valde mane vna sabbathorum, veniunt ad monumentū: orto iam
Ioan. 20. a sole. Et dicebant adinuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio
Angelus mulie- monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quip-
res alloquit. pe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt ᵉiuue- ᵉadolescentu-
Mat. 28. a nem sedentem in dextris, ᶠcoopertum stola candida: & obstupuerunt. lum
Io. 20. c Quid dicit illis, Nolite expauescere: IESVM quęritis Nazarenum, ᶠindutum
Mat. 26. c. Su- crucifixum: surrexit, non est hic, ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, B
pra. 14. c dicite discipulis eius & Petro quòd pręcedit vos in Galilęam: ibi eum
videbitis, sicut dixit vobis. At illę exeuntes, fugerunt de monumēto.
inuaserat enim eas tremor & pauor: & nemini quicquam dixerunt. ti-
Xp̄s apparet mebant enim. Surgens autem IESVS mane prima sabbathi, ap-
Marię Magd. paruit primo Marię Magdalenę, de qua eiecerat septem dęmonia. Illa
Infidelitas. vadens, nuntiauit his qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus. Et
Peregris appa- illi audientes quia viueret & visus esset ab ea, non crediderunt. Post C
ret. Lu. 24. b hęc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia ᵍeffigie, ᵍforma
A p̄li īcreduli. euntibus in villam. & illi euntes nuntiauerunt cęteris: nec illis credide-
Lu. 24. f. Ioā. runt. ʰNouissime autem recumbentibus illis vndecim apparuit: & ʰPostea
20. c exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia his qui vi-
Mittit eos ad derant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis, Euntes in mun-
pdicandum. dum vniuersum, pędicate euangelium omni creaturę. Qui crediderit
Mat. 28. d & baptizatus fuerit: saluus erit. qui verò non crediderit: condemnabi- D
Fides. tur. Signa autem eos qui crediderint, hęc sequentur, In nomine meo
Baptismus. dęmonia eiicient, Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent, Et si
Miracula. mortiferum quid biberint non eis nocebit, Super ęgros manus impo-
Assūptio xp̄i. nent: & bene habebunt. Et dominus quidem IESVS postquam lo-
Luc. 24. g cutus est eis, assumptus est in coelum: & sedit à dextris dei. Illi autem
Cooperator profecti, pędicauerunt vbique: domino cooperante, & sermonem con- ⁱper subsequē-
deus. firmante ⁱsequentibus signis. tia signa.

B. HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

LVCAS medicus Antiochensis, vt eius scripta indicant, Greci sermonis nõ ignarus fuit, sectator apostoli Pauli, & omnis pegrinationis eius comes, scripsit euãgeliũ, de quo idẽ Paulus, Misimus, inquit, cũ illo fratrẽ, cuius laus est in euangelio per oẽs ecclesias. Et ad Colossenses, Salutat vos Lucas medicus charissimus. Et ad Timotheum, Lucas est mecũ solus. Aliud quoq; edidit volumẽ egregium, quod titulo πράξεις ἀποστόλων prenotatur, cuius historia vsq; ad bienniũ Romę cõmorãtis Pauli peruenit. i. vsq; ad quartũ Neronis annũ. Ex quo intelligimus in eadem vrbe librum esse compositũ. Igitur περίοδους Pauli, & Theclę, & totã baptizati Leonis fabulã, inter apocryphas scripturas cõputamus. Quale enim est, vt indiuiduus comes apostoli, inter cęteras eius res, hoc solum ignorauerit? Sed & Tertullianus vicinus eorũ temporum, refert presbyterũ quẽdam in Asia σπουδαστὴν apostoli Pauli, cõuictũ apud Ioãnẽ, q author esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidisse qdã suspicantur, quotiescũq; in epistolis suis Paulus dicit. Iuxta euangeliũ meũ, de Lucę significare volumine. & Lucã non solũ ab apostolo Paulo didicisse euangeliũ, qui cũ dño in carne non fuerat, sed à cęteris apostolis: qđ ipse quoque in principio sui voluminis declarat, dicens, Sicut tradiderunt nobis q à principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur euangelium sicut audierat, scripsit. Acta vero apostolorũ sicut viderat, cõposuit. Vixit octoginta & quatuor annos, vxorẽ nõ habens. Sepultus est Constantinopoli, ad quam vrbem vicesimo Constantini anno, ossa eius cum reliquijs Andreę apostoli translata sunt de Achaia.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.



ᵃQñquidẽ ᵇaggressi ᶜplenissime scitę ᵈassectato ᵉexactę

VONIAMQVIDEMᵃ multi ᵇconati sunt ordinare narrationẽ quę in nobis ᶜcomplete sunt rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerũt sermonis: visum est & mihi ᵈassequuto omnia, à principio ᵉdiligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, vt cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es, veritatem.

A Fuit in diebus Herodis regis Iudeę, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini, ᶠsine querela, & non erat illis ᵍfilius: eò q esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est aũt quũ sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suę ante deum, secundum consuetudinem sacerdotij, ʰforte exijt vt incensum poneret ingressus in templũ domini & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit aũt illi angelus dñi, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns: & timor irruit super eum. Ait aũt ad illũ angelus, Ne timeas Zacharia, quoniã exaudita est deprecatio tua: & vxor

B tua Elisabeth pariet tibi filiũ, & vocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. erit enim magnus corã dño: & vinum & siceram non bibet: & spiritu sancto

Zacharias.
Elisabeth.
ᶠirreprehensibiles, ᵍproles: ʰsortitus est
Leui. 16. d
Zacharię promittitur filius Ioãnes, qualis futurus.

Psal. 131. d
Mala. 3. a
Mala. 4. b
Incredulus Zacharias mutus efficit.
Gabriel.

repplebitur adhuc ex vtero matris suę: & multos filiorũ Israel conuertet
ad dñm deum ipsorũ. & ipse pręcedet ante illũ in spũ & virtute Elię: vt
conuertat corda patrũ in filios: & incredulos ad prudentiã iustorũ, pa
rare dño plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelũ, Vñ hoc
sciam? ego enim sum senex: & vxor mea processit in diebus suis. Et re-
spondens angelus, dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto ante deũ: & mis-
sus sum loqui ad te, & hęc tibi euangelizare. Et ecce, eris tacens & non
poteris loqui vsq; in diẽ quo hęc fiant: pro eo q non credidisti ver
bis meis, q̃ implebunt in tẽpore suo. Et erat plebs expectans Zacha
riã: & mirabantur q tardaret ipse in tẽplo. Egressus aũt nõ poterat lo
qui ad illos: & cognouerunt q visionẽ vidisset in templo. Et ipse erat
innuens illis: & permansit mutus. Et factum est: vt impleti sunt dies
officij eius, abijt in domũ suã. Post hos aũt dies concepit Elisabeth
vxor eius: & occultabat se mensibus quinq;, dicens, Quia sic fecit mihi
dñs in diebus quibus respexit auferre opprobriũ meũ inter homines.

apparatã (dispositã.)
In quo cognoscã?
C
ministerij

Cõcipit Elisabeth sterilis.
Angel' salutata Maria annũtiat Christi natiuitatem.

In mense aũt sexto missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatẽ Ga
lilęę cui nomen Nazareth, ad virginẽ desponsatã viro cui nomẽ erat
Ioseph, de domo Dauid: & nomẽ virginis MARIA. Et ingressus
angelus, ad eam dixit, Aue gratia plena, dñs tecum, benedicta tu in
mulieribus. Quę quũ audisset, turbata est in sermone eius, & cogi-
tabat q̃lis esset ista salutatio. Et ait angelus ei, Ne timeas MARIA
inuenisti enim grãm apud deũ. ecce concipies in vtero, & paries filiũ
& vocabis nomẽ eius IESVM. hic erit magnus: & filius altissimi vo
cabit, & dabit illi dñs deus sedẽ Dauid patris eius: & regnabit in do-
mo Iacob in ęternũ, & regni eius nõ erit finis. Dixit aũt MARIA
ad angelum, Q̃uo fiet istud: qm̃ virum non cognosco? Et respõdens
angelus, dixit ei, Spũs sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũ-
brabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctũ vocabitur filius dei.
Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filiũ in senectute sua: &
hic mensis, sextus est illi quę vocatur sterilis: quia non erit impossibi-
le apud deum oẽ verbũ. Dixit aũt MARIA, Ecce ancilla dñi, fiat
mihi secundũ verbũ tuũ. Et discessit ab illa angelus. Exurgens autẽ
MARIA in diebus illis, abijt in montana cum festinatione in ciui
tatem Iuda: & intrauit in domũ Zacharię, & salutauit Elisabeth. Et fa
ctũ est: vt audiuit salutationẽ MARIAE Elisabeth, exultauit
infans in vtero eius. & repleta est spũ sancto Elisabeth: & exclamauit
voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus
vẽtris tui. Et vñ hoc mihi vt veniat mr̃ dñi mei ad me? Ecce enim vt
facta est vox salutationis tuę in auribus meis, exultauit in gaudio in-
fans in vtero meo. & beata quę credidisti: qm̃ perficientur ea quę di
cta sunt tibi à domino. Et ait MARIA,

Isa. 7. c
IESVS.
Infra. 2. c
Dan. 7. d. g
Mich. 4. c
Filius dei.
Maria visitat ipsã Elisabeth.
Salutatio.

repleta,
inter mulieres.
vidisset,
D
suę domũ
resilijt (subsultauit) & infra.
E
credidit
ei

Cãticũ Marię, quo Xpo promissuz venisse canit.

Magnificat anima mea dominum.
Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillę suę, ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes,
Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius.
Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.
Fecit potentiã in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordię suę,
Sicut loquutus est ad patres nostros, Abrahã & semini eius in secula.
Mansit aũt MARIA cũ illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in
domũ suã. Elisabeth aũt impletũ est tempus pariendi: & peperit fi-
lium. Et audierũt vicini & cognati eius quia magnificauit dñs miseri
cordiã suã cũ illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo

paruitatem (exiguitatẽ siue nihilitatẽ. hic. n. ñ significat virtutẽ ai)
nunc
magnalia
cogitatiõe
Detraxit p̃ mores de sedibus
F
emisit
vt recordaretur
gaudebãt

Christ' venit.
Isa. 41 b. 30. d
54. b. Iere. 31.
f. d. Psal. 131. c
Gene. 22. c
Nascit. Ioãnes Baptista.

venerunt circũcidere puerũ, & vocabant eũ nomine patris sui, Zacha-
riam. Et rñdens mater eius dixit, Nequaq̃; sed vocabitur Ioannes. Et
dixerunt ad illã, Quia nemo est in cognatiõe tua qui vocetur hoc no-
ᵃquid mine. Innuebant autem patri eius ᵃquem vellet vocari eũ. Et postu-
lans pugillarem, scripsit, dicẽs, Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt
vniuersi. Apertũ est aũt ilico os eius, & lingua eius, & loquebatur be-
ᵇI tota mõ- nedicens deũ. Et factus est timor super oẽs vicinos eoꝝ: & ᵇsuper om-
taña (sub- nia montana Iudeę diuulgabantur omnia verba hęc: & posuerũt oẽs
regione) qui audierant in corde suo dicentes, Quis putas puer iste erit? Etenim
manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est spũ
sancto: & prophetauit, dicens,
G Benedictus dñs deus Israel: q̃a visitauit & fecit redẽptionẽ plebis suę. Cãticũ Zacha-
Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui, rię, ĩ quo Chri-
ᶜsuorum, Sicut loquutus est per os sanctoꝝ qui à seculo sunt ꝓphetaꝝ ᶜeius, stũ promissum
Salutẽ ex inimicis nostris, & de manu omniũ qui oderunt nos, venisse nũtiat.
ᵈad recor- Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & ᵈmemorari te- Psal. 73.c.131.
dandum stamenti sui sancti, d. Ie. 23.a. 30.b
Iusiurandũ quod iurauit ad Abrahã patrẽ nostrũ, daturũ se nobis, Iere. 31.f
ᵉvitę nrę. Vt sine timore de manu inimicorũ nostrorũ liberati seruiamus illi Gene. 22.c
ᶠcognitio ᵍ In sanctitate & iustitia corã ipso omnibus diebus ᵉnostris.
ᵍsubstãtiuũ Et tu puer, propheta altissimi vocaberis: pręibis enim ante faciem do- Ioãnis offm̃,
hic est. i. ex- mini parare vias eius, docere pplm
ortus solis, Ad dandã ᶠscientiam salutis plebi eius, in remissionẽ peccatoꝝ eorũ Xp̃m venisse ĩ
hoc est Xp̃s Per viscera misericordię dei nostri, in q̃bus visitauit nos ᵍoriẽs ex alto remissionẽ. pec-
ʰVt illuce- ʰIlluminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigen- catoꝝ. Mala.
sceret dos pedes nostros in viam pacis. 4.a. Zach. 3.d
ⁱpotens fie- Puer autem crescebat, & ⁱconfortabatur spiritu, & erat in desertis vsq;
bat in diem ostensionis suę ad Israel. CAP. II.

A FActum est aũt, in diebus illis exijt edictũ à Cęsare Augusto, vt de- Censet vniuer-
scriberetur vniuersus orbis. Hęc descriptio prima, facta est à p̃side sus orbis à C.
Syrię Cyrino. Et ibant oẽs vt profiterentur, singuli in suam ciuitatẽ. Augusto.
Ascendit aũt & Ioseph à Galilęa de ciuitate Nazareth, in Iudęam, in
ciuitatẽ Dauid quę vocatur Bethlehem: eo q̃ esset de domo & familia
Dauid, vt profiteretur cũ MARIA desponsata sibi vxore, p̃gnan-
te. Factum est aũt: quum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et pe-
perit filium suum primogenitũ, & pannis eum inuoluit, & reclinauit
eum in pręsepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores Nascit Xp̃s.
ᵃin agro p- erant in regione eadẽ ᵃvigilantes, & custodientes ᵇvigilias noctis su- Vigilãtib' pa-
noctantes, per gregem suum. Et ecce, angelus dñi stetit iuxta illos, & ᶜclaritas dei storib' nũtiat
B circũfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus, No- Christus nat'.
ᵇcustodias lite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit
ᶜgloria omni populo: quia natus est vobis hodie saluator qui est CHRI-
STVS dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum, Inuenie-
tis infantem pannis inuolutum: & positum in pręsepio. Et subito fa- Saluator.
cta est cum angelo multitudo militię cœlestis, laudantium deum & di-
* in centium, Gloria in altissimis deo: & in terra, pax *hominibus ᵈbonę vo-
ᵈbona volũ- luntatis. Et factuꝫ est: vt discesserunt ab eis angeli in cœlum, pasto- Angeloꝝ can-
tas. (bñ pla- res loquebantur ad inuicem, Transeamus vsque Bethlehem, & videa- ticum.
citum) mus hoc verbum quod factum est, quod fecit dominus & ᵉostendit no-
ᵉnotũ C bis. Et venerunt festinantes: & inuenerunt MARIAM & Io-
fecit, seph, & infantem positum in pręsepio. Videntes autem ᶠcognouerũt
ᶠdiuulgaue- de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audie-
runt rant, mirati sunt: & de his quę dicta erant à pastoribus ad ipsos. MA-
RIA autem conseruabat omnia verba hęc, conferens in corde suo.
ᵍsuper Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes deum ᵍin omnibus
quę audierant & viderant: sicut dictum est ad illos. Et postquã con-

summati sunt dies octo vt circuncideret puer: vocatum est nomen eius
Circūciditur IESVS, qđ vocatū est ab angelo prius q̄ in vtero conciperet. Et
Christus. postq̄ impleti sunt dies purgationis eius sm legē Moysi, tulerunt illū
Leui 12.a in Ierusalem, vt sisterent eum dño, sicut scriptum est in lege dñi, Quia
IESVS. omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum dño vocabitur. & vt D
S.1.c. Mat.1.c darent hostiā secundum quod dictū est in lege dñi, par turturum, aut
Puerperę duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Ierusalē, cui nomē
Marię purga- Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem ʼpius relig-
tio. Leui.12.a Israel: & spūs sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spū sancto, giosus,
Exo.13.a. Nu non visurū se mortē, nisi prius videret CHRISTVM domini. Et
me.8.c venit in spiritu in templum. Et quum inducerent puerum IESVM
Leui.12.e parentes eius, vt facerent secundū consuetudinem legis pro eo: & ipse
Simeon susci- accepit eum in vlnas suas, & benedixit deum, & dixit,
pit Christum. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundū verbū tuum, in pace: E
Cāticū Simeo- Quia viderunt oculi mei salutare tuum,
nis. Quod parasti ante faciem omnium populorum,
Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuę Israel.
Ruina & resur Et erat pater eius & mater eius mirantes super his q̄ dicebant de illo.
rectio Et bñdixit illis Simeon: & dixit ad MARIAM matrē eius, Ecce po
Christus. situs est hic in ruinā, & in resurrectionę multorum in Israel, & in signum
Isa.8.c. Ro.9.g cui ʼcōtradicetur. Et tuā ʼipsius animā pertransibit gladius, vt reuelē- ʼcōtradicit.
g 1.Pe.2.b tur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia ʼfœminina
Anna prophe Phanuel, de tribu Aser: hęc processerat in diebus multis, & vixerat cum
tissa. viro suo annis septem à virginitate sua. Et hęc vidua vsq; ad annos
octogintaquattuor: q̄ nō discedebat de templo, ieiunijs & obsecratiōi- F
bus seruiens nocte ac die. Et hęc ipsa hora ʼsuperueniens, ʼconfiteba ʼassistens
tur dño: & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionē ʼvicissim
Puer Christus ʼIsrael. Et vt perfecerunt omnia sm legem domini, reuersi sunt ʼi Ierusalē.
in Galilęam, in ciuitatem suam Nazareth. Puer aūt crescebat, & ʼcon- ʼcorrobora
fortabatur: plenus sapientia, & gratia dei erat in illo. Et ibant ʼparen batur spū:
Iesus cū docto tes eius per oēs annos in Ierusalem, in die solenni paschę. Et quum ʼIoseph &
ribus disputat, factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Ierosolymam scdm mater
cōsuetudinē diei festi, cōsummatisq; diebus quū redirent, remansit puer
IESVS in Ierusalē, & non cognouerunt parentes eius. Existimātes
aūt illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter
cognatos & notos. Et nō inuenientes eū, regressi sunt in Ierusalē requi G
rentes eū. Et factū est: post triduū inuenerunt illū in templo, sedentem
in medio doctorum, audientē illos, & interrogantē eos. Stupebāt aūt oēs
qui eū audiebāt, super ʼprudētia & rñsis eius. Et videntes ʼadmirati ʼintelligētia
sunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater ʼeum,
tuus & ego dolentes quęrebamus te. Et ait ad illos, Quid est qđ me quęre- ʼattoniti
batis? nesciebatis quia in his quę patris mei sunt, oportet me esse? Et
Xp̄i pueritia. ipsi nō intellexerunt verbū qđ loquutus est ad eos. Et descendit cum
eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat
omnia verba hęc in corde suo. Et IESVS proficiebat sapientia &
ętate & gratia apud deum & homines. CAP. III.

Ioānes hortat Anno autem quintodecimo imperij Tyberij Cęsaris: procurāte Pon A
ad resipiscētiā, tio Pilato Iudęā, tetrarcha aūt Galilęę Herode, Philippo aūt fra-
docēs Christū tre eius tetrarcha Iturę & Trachonitidis regionis, & Lysania Abi-
venisse. linę tetrarcha, sub ʼprincipibus sacerdotum Anna & Caipha: factum ʼprincipe
Mat.3.a est verbum domini super Ioannem Zacharię filium, in deserto. Et ve- ʼcirca Ior
Mar.1.a nit in omnem regionem ʼIordanis, ʼprędicans baptismum pœniten- danē,
Isa.40.a. Io. tię in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum ʼdicentis
1.c Isaię prophetę, Vox clamantis in deserto, Parate viam dñi, rectas fa ʼobliqui di-
cite semitas eius. omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis hu B rectam
miliabitur. & erūt ʼprava in directa: & aspera, in vias planas. & vide- (sub. viā)

bit omnis caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas quę exibant vt
baptizarentur ab ipso, Genimina viperarũ, quis ostẽdit vobis fugere à
ventura ira? facite ergo fructus dignos pœnitẽtię. & ne cœperitis dicere
*, Patrẽ habemus Abrahã. Dico n. vobis quõ potens est deus de lapidi
bus istis suscitare filios * Abrahę. Iam enim securis ad radicem arboris
posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructũ bonũ, excidetur, & in
C ignẽ mittet. Et interrogabãt eũ turbę, dicentes, Quid ergo faciemus?
Respõdens aũt dicebat illis, Qui habet duas tunicas, 'det' nõ habenti:
& qui habet escas, similiter faciat. Venerũt aũt & publicani vt baptiza
rentur: & dixerunt ad illum, Magister, qd faciemus? At ille dixit ad eos, Ni
hil amplius q̃ qđ cõstitutum est vobis, 'faciatis.' Interrogabant autem
eũ & milites, dicẽtes. Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem concutia
tis, neq; calũniã faciatis: & cõtenti estote stipendiis vestris. 'Existimãte'
autem populo & cogitantibus oĩbus in cordibus suis de Ioãne, ne forte
D ipse esset CHRISTVS: respõdit Ioãnes dicens oĩbus, Ego qdem aquã
baptizo vos: veniet aũtẽ fortior me, cuius nõ sum dignus soluere corrigiã
calceamentorũ eius: ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. cuius
ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suã: & cõgregabit triticũ
in horreum suũ, paleas autẽ cõburet igni inextinguibili. Multa qdem
& alia exhortans euãgelizabat pplo. Herodes autem tetrarcha quum
corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de oĩbus malis
E quę fecit Herodes: adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioãnem in car
cerẽ. Factum est autẽ quum baptizaretur oĩs populus, & IESV ba
ptizato & orante, apertum est cœlũ: & descendit spiritus sanctus corpo
rali specie sicut colũba in ipsum: & vox de cœlo facta est, * Tu es filius
meus dilectus: in te cõplacui mihi. Et ipse IESVS erat incipiens quasi
annorum triginta: vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit
Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, q fuit Ioseph,
qui fuit Matthathię, qui fuit Amos, qui fuit Naũ, qui fuit Hesli, q fuit
F Nagge, qui fuit Mahath, qui fuit Matthathię, qui fuit Semei, qui fuit
Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna, qui fuit Resa, qui fuit Zoro
babel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi,
qui fuit Cosam, qui fuit Elmadan, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit
Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Simeõ,
qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim, qui fuit
Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathã, qui fuit
G Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui
fuit Naasson, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, q fuit
Phares, qui fuit Iudę, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham,
qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui
fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Ar
phaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusa
la, qui fuit Enoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, q
fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adã, qui fuit Dei.

CAP. IIII.

A IESVS autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordane: & age
batur in spiritum in desertum, diebus quadraginta, & tentabatur à
diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis: & consummatis illis * esu
riit. Dixit autem illi diabolus, Si filius dei es, dic lapidi huic vt panis
fiat. Et respondit ad illũ IESVS, Scriptum est, Quia non in pane solo
viuet homo, sed in omni verbo dei. Et duxit illum diabolus in mon
tem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terrę in 'momento'
temporis: & ait, Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam
B illorum: quia mihi tradita sunt, & cui volo do 'illa.' Tu ergo procidẽs
si adoraueris corã me, 'erunt tua omnia.' Et respondens IESVS,
dixit illi, * Scriptum est, Dominum deum tuum adorabis: & illi soli ser
uies. Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnam templi

Left margin notes: * in vobismetipsis. * ipsi · * cõmunicet, imperatur. · * exigatis. · * Expectãte (Sperante) · * dicens, · * postea · * puncto · * illã. (sub. gloriã) · * erit tua oĩs · * Abi post me Satana.

Right margin notes: Salus dei. · Mat.3.b.c · Viperę. · Opera resipiscentium. · Abrahę filij à deo · Securis. · Tunica. · Escę. · Publicani. · Milites. · Testimonium Ioãnis de Christo. Mat.3.c · Mar.1.b Ioã.1.d Act.1.a.& 2.11.c.19.a · Bapt. spũs sãcti · Mat.3.c · Triticum. · Palea. · Herodes incarcerat Ioannẽ. Matth.14.a · Marci.6.c · Babtizat Christus. Mat.3.d · Mar.1.b Ioã. · Genealogia Christi. · Christus tentatur in deserto. Matth.4.a · Mar.1.b · Vita in verbo dei. · Deu.8.a · Adorare. · Seruire. · Deut.6.c & 10.d

dixit illi, Si filius dei es: mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim quod
Psal.90.c Angelis suis ²mandauit⁾ de te, vt conseruent te: & quia in manibus tol- ² mandabit
Tentare deum. lent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens I E-
Deu.6.c S V S, ait illi, Dictum est, Non tentabis dominum deum tuum. Et con-
Iesus docet prophetias de se, esse impletas. summata omni tentatione diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. C
Et regressus est I E S V S in virtute spiritus in Galileam: & fama exijt per
vniuersam * regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum: & * finitimã
Mat.4.b ² magnificabatur⁾ ab omnibus. Et venit Nazareth vbi erat nutritus: & ² glorificabat
Mar.1.b intrauit secundum consuetudinem suam die ²sabbathi⁾ in synagogã, & ² sabbatorũ
Ioan.4.f surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaie prophete. Et vt ²reuoluit⁾ ² explicuit
Mat.13.g librum, inuenit locũ vbi scriptum erat, Spiritus domini super me, pro-
Marci.6.a pter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contri-
Ioan.4.f tos corde, predicare captiuis remissionem, & cecis visum, dimittere con
fractos in remissionem, predicare annum domini acceptum, & diem re
Isa.61.a tributionis. Et quum plicuisset librum reddidit ministro, & sedit. Et om D
nium in synagoga oculi erãt intendentes in eum. Cœpit autem dicere
Nazarei scandalizantur in Christo. ad illos, Quia hodie impleta est hec scriptura in auribus vestris. Et
omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratie, que pro-
cedebant de ore ipsius, & dicebant, Nonne hic est filius Ioseph? Et ait
illis, ²Vtique⁾ dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura teipsum: ² Omnino
Prophete. quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait
Ad viduã missus Elias. autem, Amen dico vobis quia nemo propheta acceptus est in patria
sua. In veritate * dico vobis: multe vidue erãt in diebus Elie in Israel * autem
3.Reg.17.a.b quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, quum facta E
Iaco.5.d esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias,
nisi in Sarepta Sidonis, ad mulierem viduam. Et multi leprosi erãt in
Leprosus Naaman. Israel sub Eliseo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naamã
Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga, ira, hec audientes. Et surre-
4.Reg.5.d xerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad su-
percilium montis super quem ciuitas illorũ erat edificata, vt precipi-
Docet Christus sabbathis. tarent eum. Ipse autem transiens per medium illorũ, ibat. Et descen
dit in Capharnaum ciuitatem Galilee: ibique docebat illos sabbathis. Et
Mat.4.b stupebant in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius. Et in F
Marci.1.c synagoga erat homo habens ²demonium immundum:⁾ & exclamauit ² spiritũ de-
Mat.7.d voce magna, dicens, ²Sine,⁾ quid nobis & tibi I E S V Nazarene? ve- monij im-
Marci.1.c nisti perdere nos? scio te quia sis sanctus dei. Et increpauit illum I E- mundi:
Demoniacus sanatur. S V S, dicens, Obmutesce, & exi ab eo. Et quũ proiecisset illum demo- ² Eia (Age)
nium in medium, exijt ab illo, nihilque illum nocuit. Et factus est pauor
Mar.1.c in omnibus, & colloquebantur adinuicem dicentes, ²Quod est hoc ver ² Quis sermo
bum,⁾ quia in potestate & virtute imperat immũdis spiritibus, & exeũt? hic. Heb. p.
Et diuulgabatur fama de illo in omnem locũ regionis. Surgens autẽ qd ẽ, qđ &c.
Socrus Petri sanatur à febre. I E S V S de synagoga, introiuit in domũ Simonis. Socrus autẽ Simo-
nis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illũ pro ea. Et stans super G
Mat.8.b illam ²imperauit febri:⁾ & dimisit illã. Et continuo surgens ministrabat
Mar.1.c illis. Quum autem sol ²occidisset,⁾ omnes ²qui⁾ habebant infirmos ² increpauit
Sanant infirmi. varijs languoribus, ducebant illos ad eũ. At ille singulis manus im- febrem:
Demones confitent Christum. ponens curabat eos. Exibant autem demonia à multis clamantia & di- ² occideret,⁾
centia, Quia tu es * filius dei. & increpans nõ sinebat ea loqui, quia scie- ² quotquot
Mar.1.d bant ipsum esse C H R I S T V M. Facta autẽ die, egressus ibat in de- * Christus
sertum locũ: & turbe requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & deti
nebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait, Quia & alijs ciuitati-
Christus quare missus. bus oportet me euangelizare regnum dei: quia ²ideo⁾ missus sum. Et ² ad hoc
erat predicans in synagogis Galilee.

CAP. V.

Christus docet de naui. Mat.4.c Mar.1.b F Actum est autem: quum turbe irruerent in eum vt audirent verbum A
dei, & ipse stabat secus stagnũ Genesareth. Et vidit duas naues stan
tes secus stagnum: piscatores autem descenderant *, & lauabant retia. * ex illis

Ascendens autem in vnã nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à ter- — Piscatores Pe-
ra reducere pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas. Vt cessauit — trus, cũ socijs
autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia vestra in — Iacobo & Ioã-
*Præfecte — capturam. Et respondens Simon, dixit illi, 'Præceptor' per totã noctem — ne.
B laborãtes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et quũ hoc — Piscium mul-
fecissent, cõcluserunt piscium multitudinem copiosam. rumpebatur au- — titudo.
tem rete eorum. Et annuerunt socijs qui erant in alia naui vt venirent &
adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt
penè mergerentur. Quod quum videret Simon Petrus, procidit ad ge-
nua IESV, dicens, Exi à me domine: quia homo peccator sum. Stu- — Peccator.
por enim circundederat eũ & omnes qui cum illo erant, in captura pi-
scium quã ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioãnem filios Zebe-
dæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem IESVS, Noli time-
C re: 'ex hoc iam, 'homines eris 'capiens.' Et subductis ad terram naui-
*ex hoc nũc (vel, post-hac) — bus, relictis omnibus sequuti sunt eum. Et factum est: quũ esset in vna — Leprosus sana-
ciuitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns IESVM, & procidens — tur. Mat.8.a
in faciem suã, rogauit eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare. — Mar.1.d
*viuos capiens. — Et extendens manum, tetigit eum, dicens, Volo. Mundare. Et cõfestim
lepra discessit ab illo. & ipse præcepit illi vt nemini diceret: sed, Vade,
ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua sicut præcepit Moy-
ses in testimonium illis. Perambulabat autem magis sermo de illo, & — Leui.14.a
*ab eo — conueniebãt turbæ multæ vt audirent, & curarentur *ab infirmitatibus
D suis. Ipse autem secedebat in desertũ, & orabat. Et factum est in vna — In deserto o-
dierum, & ipse sedebat docens. Et erant pharisæi sedentes & legis do- — rat Christus.
ctores qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Ierusalem: & — Paralyticus sa-
virtus domini erat ad sanandũ eos. Et ecce viri portantes in lecto ho- — nat. Mat.9.a
minem qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante — Mar.2.a
eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascende-
*demiserũt — runt supra tectum, & per tegulas 'submiserunt' eum cum lecto in me- — Fides.
dium ante IESVM. Quorũ fidem vt vidit, dixit, Homo, remittũtur — Remissio pec-
tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare scribæ & pharisæi, dicentes, Quis — catorum.
est hic qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata, nisi so-
lus deus? Vt cognouit autem IESVS cogitationes eorũ, respondens
E dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius, di- — Christus pctã
cere, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula? Vt autem — remittit.
sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittẽdi peccata
(ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuũ, & vade in domum
tuam. Et confestim consurgens corã illis, tulit lectum in quo iacebat:
& abijt in domum suam, 'magnificans' deum. Et stupor apprehendit
*glorificãs — omnes: & magnificabant deũ. Et repleti sunt timore, dicentes, Quia vi-
*inopinabilia (incredibilia) — dimus 'mirabilia' hodie. Et post hæc exijt, & vidit publicanũ nomi- — Vocatio Mat-
ne Leui, sedentem ad telonium, & ait illi, Sequere me. Et relictis omni- — thæi. Mat.9.a
bus, surgens sequutus est eum. & fecit ei conuiuium magnũ Leui in do- — Mar.2.b
F mo sua: & erat turba multa publicanorũ & aliorum qui cum illis erãt
discumbentes. Et murmurabant pharisæi & scribæ eorũ, dicentes ad di-
scipulos eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bi-
bitis? Et respondens IESVS, dixit ad illos, Non egent qui sani sunt, — Sani. Iusti.
medico: sed qui male habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores — Peccatores.
ad pœnitentiam. At illi dixerunt ad eum, Quare discipuli Ioãnis ieiu- — Ieiunia & affli-
nant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæorum: tui — ctiones aplõs
autem edunt & bibunt? Quibus ipse ait, Nunquid potestis filios 'spon- — post ascẽsionẽ.
G si,' dum cum illis est sponsus, facere ieiunare? venient autẽ dies: & quũ — Mat.9.b
*thalami nuptialis, — ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat — Mar.2.c
autem & similitudinem ad illos, Quia nemo cõmissuram à vestimen- — Sponsus.
to nouo immittit in vestimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, — Cõmissura pã-
& veteri non conuenit cõmissura à nouo. Et nemo mittit vinũ nouum — ni rudis.

Vinũ nouum. In vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vtres, & vinũ effundetur, & vtres peribunt. sed vinum nouum in vtres nouos mittendum est: & vtraq; conseruantur. Et nemo bibens vetus, statim vult nouum. dicit enim, Vetus ²melius\ est.

CAP. VI.

² suauius

Sabbatho discipuli vellũt spicas. Mat. 12 a. Mar. 2. d

A

FActum est autem in sabbatho secũdoprimo, quũ transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant cõfricantes manibus. Quidam autem pharisęorũ dicebant illis, Quid facitis quod non licet* in sabbathis? Et respondens IESVS ad eos dixit, Nec hoc legistis quod fecit Dauid, quũ esurisset ipse & qui cum illo erant: quomodo intrauit in domũ dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit* his qui cũ ipso erant, quos non licet manducare nisi tantũ sacerdotibus? Et dicebat illis, Quia dominus est filius hominis, etiã sabbathi.

Dauid. 1. Reg. 21. g

* facere

* etiam

Arida man⁹ sanat. Mat. 12. a Mar. 3. a

Factum est autẽ & in alio sabbaho vt intraret in synagogã, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obseruabant autem scribę & pharisęi si in sabbatho curaret: vt inuenirent vnde accusarent eũ. Ipse verò sciebat cogitationes eorũ: & ait homini qui habebat manũ aridam, Surge & sta in mediũ. Et surgens stetit. Ait autem ad illos IESVS, Interrogo vos, si licet sabbathis benefacere, an malefacere? animam saluã facere, an ²perdere?\ Et circũspectis omnibus dixit homini, Extende manũ tuam. Et extendit: & restituta est manus eius*. Ipsi autem repleti sunt ³insipientia:\ & colloquebantur adinuicem quidnã facerent IESV.

B

Cogitationes nouit Christ⁹.

Sabbathis benefaciendum.

² occidere?

* sana vt altera.

³ amentia:

In orõne pnoctat Iesus.

Apl̃i. Mat. 10. a. Mar. 3. b

Factum est autẽ in illis diebus exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei. Et quũ dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis quos & apostolos nominauit: Simonem quẽ ²cognominauit\ Petrum, & Andreã fratrem eius, Iacobum & Ioãnem, Philippum & Bartholomęũ, & Matthęum & Thomã, Iacobum Alphęi & Simonẽ qui vocatur Zelotes, & Iudã Iacobi, & Iudam Iscariotem qui fuit proditor.

² & nominauit

C

Sanantur infirmi.

Et descendens cũ illis, stetit in loco cãpestri, & turba discipulorũ eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudęa & Ierusalem: & maritima Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immũdis curabantur. Et omnis turba quęrebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Pauperes. Mat. 5. a

Esurientes.

Flentes.

Afflicti pp̃ter Christum.

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes: quia vestrum est regnũ dei. Beati qui nũc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nũc fletis: quia ridebitis. Beati eritis quũ vos oderint homines, & quũ separauerint vos & ²exprobrauerint,\ & eiecerint nomen vestrum tanquã malum propter filiũ hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in coelo. secundũ hęc enim faciebant prophetis patres eorũ.

Merces.

D

² proprijs affecerint,

Diuites. Amos. 6. a Eccle. 31. a

Saturati.

Ridentes.

Benedicere.

Veruntamen vę vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestrã. Vę vobis qui saturati estis: quia esurietis. Vę vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Vę quum benedixerint vobis omnes homines. secũdum hęc enim faciebant pseudoprophetis patres eorũ.

Diligẽdi inimici. Mat. 5. g

Percussa maxilla. Mat. 5. f

Iniuria ferẽda. 1. Corin. 6. b

Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vobis: & orate pro calũniantibus vos. Et qui te percutit in maxillam, prębe illi & alterã. Et ab eo qui aufert tibi ² vestimentũ,\ etiam tunicã noli prohibere. Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert quę tua sunt, ne repetas. Et prout vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis similiter.

² pallium

Mat. 7. b

Tob. 4. c

Mat. 5. g

Mutuũ date. Mat. 5. g

Deu. 15. b

Fili⁹ ex.

E

Et si diligitis eos qui vos diligunt: quę vobis est gratia? nam & peccatores, diligentes se, diligunt. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt: quę vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere: quę gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus ²foenerantur,\ vt recipiant ęqualia. Verũtamen diligite inimicos vestros: benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos.

² mutuum dant.

Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis. Mensuram bonam & consertam & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum vestrũ. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis.

F Dicebat autem illis & similitudinẽ, Nunquid potest cęcus cęcum ducere? nonne ambo in foueã cadunt? Non est discipulus super magistrum: perfectus autẽ omnis erit si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucã in oculo fratris tui: trabem autẽ quę est in oculo tuo non consyderas? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, eijce primũ trabem de oculo tuo: & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quę facit fructus malos: neq; arbor mala, faciens fructum bonum.

G Vnaquęq; enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neq; enim de spinis colligunt ficus: neq; de rubo vindemiant vuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quid autẽ vocatis me Domine domine: & non facitis quę dico? Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos & facit eos: ostendam vobis cui similis sit. similis est homini ędificanti domũ, qui fodit in altum, & posuit fundamentũ supra petram. inundatione autem facta illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat supra petram. Qui autẽ audit & non facit: similis est homini ędificanti domum suam supra terram sine fundamento. in quã illisus est fluuius: & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

CAP. VII.

A Qvum autẽ implesset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, erat moriturus: qui illi erat pretiosus. Et quum audisset de IESV, misit ad eum seniores Iudęorum, rogans eum vt veniret, & saluaret seruũ eius. At illi quum venissent ad IESVM, rogabant eum solicite, dicentes ei, Quia dignus est vt hoc illi pręstes. diligit enim gentem nostram: & synagogam ipse ędificauit nobis. IESVS autẽ ibat cum illis. Et quũ iam non longe esset à domo, misit ad eũ Centurio amicos, dicens, Domine, noli vexari. Non enim sum dignus vt sub tectũ meum intres. propter quod & meipsum nõ sum dignũ arbitratus vt venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus.

B nã & ego homo sum sub potestate cõstitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Quo audito, IESVS miratus est: & cõuersus, sequentibus se turbis dixit, Amen dico vobis, nec in Israel tantã fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant, domum: inuenerunt seruũ qui languerat, sanũ. Et factũ est: deinceps ibat IESVS in ciuitatẽ quę vocatur Naim: & ibant cũ eo discipuli eius & turba copiosa. Quum autẽ appropinquaret portę ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matri suę: & hęc vidua erat: & turba ciuitatis multa cũ illa. Quã quum vidisset dominus, misericordia motus super eã, dixit illi, Noli flere. Et accessit, & tetigit loculũ. Hi autem qui portabãt steterũt. Et ait, Adolescẽs, tibi dico surge.

C Et resedit qui erat mortuus, & cępit loqui. Et dedit illũ matri suę. Accepit autẽ omnes timor: & magnificabãt deũ, dicentes, Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia deus visitauit plebem suam. Et exijt hic sermo in vniuersam Iudęã de eo, & in omnẽ circa regionẽ. Et nuntiauerunt Ioãni discipuli eius de omnibus his.

D Et cõuocauit duos de discipulis suis Ioãnes: & misit ad IESVM, dicẽs, Tu es qui venturus es: an aliũ expectamus? Quum autẽ venissent ad eũ viri, dixerũt, Ioãnes Baptista misit nos ad te, dicens, Tu es qui venturus es: an aliũ expectamus? In ipsa autẽ

Left margin: pressam & concussam. — fructum marcidum: — cordis sui — qui ędificauit — fractura — studiose, (sedulo,) — idoneus (sufficiens) — Quibus auditis, — eum — multi — vnigenit — Adolescentule, — circumiacentem — eras;

Right margin: Misericors. — Iudicare. Mat.7.a — Remittere. — Dare. — Mensura. Mat.7.a — Mat.4.c — Cęcus. Mat.15.b — Discipulus. Mat.10.c — Ioan.13.b — Festuca. Mat.7.a — Arbor ex fructu nota. Mat.7.c — Mat.12.c — Cor ex operibus notum. — Facientes volũtatẽ dei. Mat.7.d Ro.2.b Iaco.1.d — Cẽturionis seruus sanatur. Mat.8.a — Fides Centurionis. — Filius viduę suscitatus in Naim. — Misericordia. — Propheta. — Ioãnes mittit discipulos suos ad Christũ. Mat.11.a

hora multos curauit à languoribus suis & ᵃplagis,ˋ & spiritibus ma- | ᵃflagellis.
lis: & cęcis multis donauit visum. Et respōdens dixit illis, Euntes renū-
Pauperes. | tiate Ioāni quę audistis & vidistis, Quia cęci vident claudi ambulant,
Beatus. | leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euange
Testimonium | lizantur: & beatus est quicunq; nō fuerit scandelizatus in me. Et quū | D
Chri d Ioāne. | discessissent nuntij Ioannis cœpit de Ioanne dicere ad turbas, Quid exi
stis in desertum videre? arundinem vento agitatā? Sed quid existis vide
re? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretio-
sa sunt & delicijs, in domibus regū sunt. Sed quid existis videre? prophe
tam? Vtiq; dico vobis & ᵇplusquā prophetā,ˋ hic est de quo scriptū est, | ᵇexcellétio
Ecce *mitto angelum meum ante faciem tuam, qui pręparabit viam | rē pphetā.
Mala.3.a | tuam ante te. Dico enim vobis, maior inter natos mulierum prophe- | * ego
ta Ioanne Baptista nemo est. qui autem minor est in regno dei, ma-
Iustificare deū | ior est illo. Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerūt deū,
baptizati baptismo Ioannis. Pharisęi autem & legis periti, consilium
Mat.11.b | dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo. Ait autem domi- | E
nus, Cui ergo similes dicā homines generationis huius, & cui similes
sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & ᶜloquentibusˋ adinuicē, | ᶜacclamantibus
& dicentibus, Cantauimus vobis tibijs, & nō saltastis: lamentauimus *,
Ioānes non bi | & non plorastis. Venit ᵈautemˋ Ioannes Baptista neq; manducans pa | * vobis
bens. | nem, neq; bibens vinū: & dicitis, Dęmoniū habet. Venit filius homi- | ᵈenim
Chrus bibens. | nis manducans & bibens: & dicitis, Ecce homo ᵉdeuoratorˋ & bibens vi- | ᵉedax
Chrus mādu- | nū, amicus publicanorū & peccatorū. Et iustificata est sapientia ab om-
cat cū Simone. | nibus filijs suis. Rogabat autem illū qdam de Pharisęis vt manduca
Peccatrix ri- | ret cum illo. Et ingressus domū pharisęi discubuit. Et ecce mulier quę
gat pedes Iesu | erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit q; IESVS accubuit in domo | F
pharisęi, attulit alabastrū vnguenti: & stans retro secus pedes eius *, la- | * flens
chrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & oscu-
labatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns aūt pharisęus qui vo
cauerat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset propheta, sciret vtique quę
& qualis est mulier quę tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens
Debitores | IESVS dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Ma
duo. | gister, dic. Duo debitores erant cuidam ᶠfœneratori: vnus debebat | ᶠcreditori
denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vn-
de redderent, donauit vtrisq;. ᵍQuis ergoˋ ʰeum plus diligit?ˋ Et re- | ᵍVter
spondens Simon dixit, ⁱAestimoˋ quia is cui plus donauit. At ille di- | ʰHorum er
xit ei, Rectè iudicasti. Et cōuersus ad mulierem dixit Simoni, Vides hāc | go, dic vter
mulierē? Intraui in domū tuā, aquā pedibus meis non dedisti: hęc autē | eum plus
Osculum. | lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ᵏsuisˋ tersit. Osculum mihi | G diliget?
nō dedisti: hęc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. | ⁱExistimo
Oleo vngere. | Oleo caput meū nō vnxisti: hęc aūt vnguento vnxit pedes meos. Pro- | ᵏcapitis sui
Fides, dilectio. | pter quod dico tibi, Remittūtur ˡeiˋ peccata multa: quoniā dilexit mul | ˡeius
tū. Cui aūt minus dimittitur, ᵐminusˋ diligit. Dixit aūt ad illam, Re | ᵐparum
Remissio pec- | mittuntur ⁿtibiˋ peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere | ⁿtua
catorum. | intra se, Quis est qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem,
Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

CAP. VIII.

Docet Chrus | ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per *ciuitates & *castella | A
regnum dei. | pręedicans & euangelizans regnū dei: & duodecim cū illo, & mulie- | *singulas
Mulieres mi- | res aliquę quę erant curatę à spiritibus malignis & infirmitatibus, Ma
nistrātes Chri | ria quę vocatur Magdalene, de qua septem dęmonia exierant, & Ioāna
sto de faculta- | vxor Chusę procuratoris Herodis, & Susanna, & alię multę quę mini-
tibus suis. | strabant ei de facultatibus suis. Quū autem turba plurima conueni-
Parabola se- | ret, & de *ciuitatibus properarent ad eum: dixit per similitudinē, Exijt | * singulis
minantibus. | qui seminat seminare semen suū. & dum ᵒseminat,ˋ aliud cecidit secus | ᵒseminabat
Mat 13.a | viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud
Marc.4.a | cecidit supra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem. Et

aliud cecidit inter spinas: & simul exortę spinę suffocauerunt illud. Et
aliud cecidit in terram bonā: & ortum, fecit fructū centuplum. Hęc di-
B cens clamabat, Qui habet aures audiendi, audiat. interrogabant autē
eum discipuli eius quę esset hęc parabola. Quibus ipse dixit, Vobis da- | Apostolis data cognitio euāg. Isa. 6. c
ᵃ mysteria | tum est nosse ᵃmysterium regni dei, cęteris aūt in parabolis, vt viden-
tes non videant, & audientes nō intelligāt. Est autem hęc parabola | Matth. 13. b.
Semen est verbum dei. Qui autem secus viam: hi sunt qui audiunt, | Mar. 4. b Ioā. 12. f Act. 20. f
deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes
est. Facta autem hac voce conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur, *dicentes, Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilęi sunt? & quomodo nos 'audiuimus vnusquisq; linguã nostram, 'in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Aelamitę, & qui habitant Mesopotamiam, Iudęam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliã, Aegyptum, & partes Libyę quę est circa Cyrenen, & aduenę Romani, Iudęi quoq; & Proselyti, Cretes, & Arabes: audimus eos loquentes nostris linguis 'magnalia 'dei. Stupebant autẽ omnes, & mirabantur, adinuicem dicentes, Quidnã vult hoc esse? Alij autem irridentes dicebant, Musto pleni sunt isti. Stans autem Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & loquutus est eis. Viri Iudęi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos 'ęstimatis,' hi ebrij sunt, quum sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioel, Et erit in nouissimis diebus, dicit dominus: effundam de spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri & filię vestrę, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, & prophetabũt: & dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem & ignem & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequã veniat dies* domini magnus & manifestus. Et erit omnis quicũq; inuocauerit nomẽ domini, saluus erit. Viri Israelitę audite verba hęc, IESVM Nazarenum, virum 'approbatum' à deo 'in vobis' virtutibus & prodigijs & signis quę fecit deus per illum in medio vestri, sicut vos scitis: hunc definito consilio & pręscientia dei traditum, per manus iniquorũ 'affligentes,' interemistis. quem deus suscitauit solutis doloribus inferni, 'iuxta quod 'impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid enim dicit 'in eum,' Prouidebam dominũ in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne cõmouear. propter hoc lętatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animã meam in inferno, nec 'dabis 'sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitę: replebis me iucunditate cũ facie tua. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid quoniam & defunctus est, & sepultus est: & sepulchrũ eius est apud nos, vsq; in hodiernũ diem. Propheta igitur quum esset, & sciret quia iureiurãdo iurasset illi deus* de fructu lumbi eius 'sedere' super sedem eius: 'prouidens' loquutus est de resurrectione CHRISTI, quia neq; derelictus est in inferno, neq; caro eius vidit corruptionem. Hunc IESVM resuscitauit deus, cuius nos omnes testes sumus. Dextera igitur dei exaltatus, & promissione spiritus sancti accepta à patre: effudit hoc* donum 'quod vos videtis & auditis. Non enim Dauid ascendit in cœlum: dicit autem ipse, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Certissime sciat ergo omnis domus Israel quia & dominũ eum, & CHRISTVM fecit deus, hũc IESVM, quem vos crucifixistis. His autem auditis cõpuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos apostolos, Quid faciemus viri fratres? Petrus autem ad illos, Pœnitentiã (inquit) agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine IESV CHRISTI in remissionem peccatorũ vestrorum: & accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim est repromissio, & filijs vestris, & omnibus qui longe sunt, quoscũq; aduocauerit dominus deus noster. Alijs etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens, Saluamini à generatione ista praua. Qui ergo* receperunt sermonem eius, baptizati sunt: & appositę sunt in die illa animę circiter tria millia.

Left margin: * inter sese — B — *audim' eos ppria qsq; lingua, — *magnifica — C — *existimatis, — *ille — D — *exhibitum (designatũ) — *erga vos — *quĩ accepissetis, crucifixum — *quatenus — *de eo. — *fines — E — *futurũ vt — *quantũ ad carnẽ Christus exoriretur, ac sederet — *prescius — F — *libenter

Right margin: Apli, ebrij estimãtur, accepto sp. tritu san cto. — Prędicãte Petro, cõuersi ad Christũ multi. — Ioel. 2. g — Salus. — Roma. 10. c — Christus à deo datus nobis in salutem. — Resurrectio. — Psal. 15. c — Dauid. — 3. Reg. 2. b — Psal. 131. c — Psal. 15. c — Infra. 13. e — Psal. 109. a — Iesus, est xps. — Pœnitentia. — Baptismus. — Remissio peccatorum. — Promissiones de Christo iu dęis e gẽtibus.

Oratio. Erant autem perſeuerantes in doctrina apoſtolorum, & cõmunicatio-
ne, fractione panis & orationibus. Fiebat autem omni animę timor: G
multa quoq; prodigia & ſigna per apoſtolos fiebant in Ieruſalem, &
metus erat magnus in vniuerſis. Omnes etiam qui credebant, erant
Cõmunia oĩa. pariter, & habebant omnia cõmunia. Poſſeſſiones & ſubſtantias ven-
Vnanimitas. debant, & diuidebant illa omnibus, prout cuiq; opus erat. Quotidie
Panis. quoq; perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes 'circa' domos * p ſingulos
Cordis ſimpli panem, ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis, collau
citas. dantes deum, & habentes gratiã ad omnem plebem. Dominus autem * in congre
Fides à deo. augebat qui ſalui fierent quotidie 'in idipſum.' CAP. III. gatione.

Claudus ſana- Petrus autem & Ioannes* aſcendebant in templum, ad horam ora- A
tur in nomine tionis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris ſuę, * ſimul
Chriſti. baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quę dicitur
Speciosa, vt peteret eleemoſynã ab introeuntibus in templũ. Is quum
vidiſſet Petrum & Ioãnem 'incipientes introire' in templum, rogabat * ingreſſu-
vt eleemoſynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioãne, ros
dixit, Reſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid acce-
Argentum. pturum ab eis. Petrus autem dixit, Argentum & aurum non eſt mihi:
Aurum. quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine IESV CHRISTI
Nazareni ſurge, & ambula. Et apprehenſa manu eius dextra, alleuauit
eum, & protinus conſolidatę ſunt 'baſes eius & plantę.' Et exiliens ſte- * plãtę illi-
tit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, us ac tali.
Laus deo. & laudans deum. Et vidit omnis populus eum ambulantẽ, & laudan- B
tem deum. 'Cognoſcebant' autem illum quod ipſe erat qui ad eleemoſy- * Agnoue-
nam ſedebat ad Speciosam, portam templi: & impleti ſunt 'ſtupore & runt
extaſi' in eo quod cõtigerat illi. Quum teneret autẽ* Petrum & Ioã * admiratio
nem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticũ quę appellatur Salo- ne & ſtupore
monis, ſtupentes. Videns autẽ Petrus, reſpondit ad populũ, Viri Iſrae- * q ſanatus
litę quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra 'virtu fuerat clau-
te aut poteſtate' fecerimus hũc ambulare? Deus Abrahã & deus Iſaac, dus.
& deus Iacob, deus patrũ noſtrorũ glorificauit filium ſuũ IESVM, * potentia
quem vos quidem tradidiſtis & negaſtis ante faciem Pilati, 'iudicante aut religiõe
Mat.27.c illo dimitti.' Vos autẽ ſanctum & iuſtum negaſtis, & petiſtis virũ ho- (pietate)
Mat.15.b micidã donari vobis: authorem verò vitę interfeciſtis, quẽ deus ſuſcita- C
Luc.23.c uit à mortuis, cuius nos teſtes ſumus. Et in fide nominis eius, hunc quẽ * quũ iudi-
Ioan.18.g vos videtis & noſtis, 'confirmauit' nomen eius: & fides quę per eũ eſt, caſſet eũ ab-
Teſtes. dedit illi integrã ſanitatem iſtam in cõſpectu omnium veſtrũ. Et nunc ſoluendũ.
Fides. fratres ſcio quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri. Deus * conſolida
Ignorantes autem quę pręnuntiauit per os omnium prophetarum* pati CHRI- uit
Iudęi. STVM ſuum, impleuit ſic. Pœnitemini igitur & cõuertimini vt de- * ſuorum
Scripturę im- leantur peccata veſtra: vt quũ venerint tempora 'refrigerij' à conſpectu * refrigera-
pletę. domini, & miſerit eum qui* prędicatus eſt vobis IESVM CHRI- tionis
Pœnitentia. STVM, quem oportet quidẽ cœlum ſuſcipere vſq; in tempora reſtitu * ante
tionis omnium quę loquutus eſt deus per os ſanctorũ ſuorum à ſecu- D
Moyſi de chri lo prophetarum. Moyſes quidem* dixit, Quoniam prophetam ſuſcita- * ad patres
ſto prophetia. bit vobis dominus deus veſter de fratribus veſtris 'tanquã me:' ipſum * mei ſimilẽ
Deute.18.e audietis iuxta omnia quęcunq; loquutus fuerit vobis. Erit autẽ: omnis
Audiendus anima quę nõ audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Et
Chriſtus. omnes prophetę à Samuel, & deinceps 'qui' loquuti ſunt, etiam an- * quotquot
nuntiauerunt dies iſtos. Vos eſtis filij prophetarum & teſtamenti quod
'diſpoſuit' deus ad patres noſtros, dicens ad Abraham, Et in ſemine * teſtatus eſt
Gene.22.c tuo benedicentur omnes familię terrę. Vobis primum deus ſuſcitans
Pœnitentia. filium ſuum* miſit eum benedicentem vobis: vt cõuertat ſe vnuſquiſq; * IESVM
à nequitia ſua. CAP. IIII.

Petrus cũ Ioã Loquentibus autem illis ad populum, ſuperuenerunt* ſacerdotes & A
nes incarcerat. magiſtratus templi & ſadducęi dolentes quod docerent populum, & * illis

* nomine — annunciarent in * IESV resurrectionem ex mortuis: & iniecerunt in — Fides.
eos manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinum. erat autē iam
vespera. Multi autem eorum qui audierant verbum, crediderūt: & fa-
* posterō — ctus est numerus virorum quasi quinq; millia. Factum est autem 'in — Petrus & Ioā-
die — crastinum' vt congregarentur principes eorum, & seniores, & scribę in — nes confitētur
B — Ierusalem, & Annas princeps sacerdotū, & Caiphas, & Ioānes, & Ale- — Christū esse so-
xander, & quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuētes eos in me — lum saluatorē.
* potentia — dio, interrogabāt, In qua 'virtute' aut in quo nomine fecistis hoc vos?
Tunc Petrus repletus spiritu sancto dixit ad eos, Principes populi & se
* examina- — niores Israel, si nos hodie 'diiudicamur' in benefacto hominis infirmi,
mur — * in quo' iste saluus factus est, notum sit omnibus vobis & omni plebi
* qua rōne — Israel, q in nomine domini nostri IESV CHRISTI Nazareni
C — quem vos crucifixistis, quē deus suscitauit à mortuis, 'in hoc' iste astat
* per hunc — coram vobis sanus. Hic est lapis qui 'reprobatus' est à vobis ędifican- — Lapis reproba
* reiectus — tibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec — tus.
enim aliud nomen est sub cœlo datū hominibus, in quo oporteat nos — Psal. 117.d
* in dicēdo — saluos fieri. Videntes autem Petri *'constantiā' & Ioānis, cōperto q — Mat. 21.d
* audaciam — homines essent sine literis & idiotę, admirabantur, & 'cognoscebant' — Mar. 12.a
(libertat.) — eos quoniā cum IESV fuerant: hominē quoq; videntes stantem cum — Luc. 20.c
* agnosce- — eis qui curatus fuerat, nihil poterant cōtradicere. Iusserunt autem eos — Isa. 28.d
bant D — foras extra cōcilium secedere: & cōferebant adinuicem dicentes, Quid fa — 1. Pet. 2.a
ciemus hominibus istis? quoniā quidem notum signū factum est per — Roma. 9.g
eos omnibus habitantibus Ierusalem. manifestum est: & non possumus — Inhibet petro
* minaciter — negare. Sed ne amplius diuulgetur in populū, 'comminemur' eis, ne vl- — & Ioāni ne Ie
intermine- — tra loquantur in nomine hoc vlli hominū. Et vocantes eos, 'denūtia — sum predicēt.
mur — uerunt' ne omnino loquerentur neq; docerent in nomine IESV. Pe
* pręceperunt — trus vero & Ioānes respondentes dixerunt ad eos, 'Si iustum est 'in con
* an iustum — spectu dei, vos potius audire quàm deum, iudicate. nō enim possumus
sit — quę vidimus & audiuimus non loqui. At illi cōminantes, dimiserunt
eos: non inuenientes quomodo punirent eos, propter populum, quia
E — omnes 'clarificabant id quod factū fuerat' in eo quod acciderat. An-
* glorifica- — norum enim erat amplius quadraginta homo in quo factum fuerat si-
bant deum — gnum istud sanitatis. Dimissi autē venerunt ad suos: & annūtiaue-
* quęcunq; — runt eis 'quanta' ad eos principes sacerdotū & seniores dixissent. Qui
quum audissent, vnanimiter leuauerunt vocē ad deum, & dixerūt, Do- — Oratio aposto
* deus — mine, tu es * qui fecisti cœlum & terrā, mare, & omnia quę in eis sunt, — lorum.
qui 'spiritu sancto 'per os' patris nostri 'Dauid pueri tui dixisti, Qua- — Loc' exponit.
re fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges — Psal. 2.a
terrę, & principes cōuenerunt in vnum aduersus dominū, & aduersus
F — CHRISTVM eius. Conuenerunt enim verè in ciuitate ista 'aduer
* filium — sus sanctum 'puerum' tuum IESVM quem vnxisti, Herodes, & Pon — Iudęi consiliū
* ad faciēdū — tius Pilatus, cum gentibus & populis Israel 'facere quę' manus tua & — dei occiderunt
quęcunq; — consilium tuum * decreuerunt fieri. Et nunc domine respice in minas — Christum.
* prius. — eorum, & da seruis tuis cum omni 'fiducia' loqui verbum tuum, in eo — Miracula.
* audacia — quòd manum tuam extendas ad sanitates & signa & prodigia fieri per — Spūs sanctus.
& infra. — nomen sancti filij tui IESV. Et quū orassent, motus est locus in quo
erant congregati: & repleti sunt omnes spiritu sancto. & loqueban-
tur verbum dei cum fiducia. Multitudinis autem credentium erat
cor vnum & anima vna: nec quisquam eorum quę possidebat, aliquid — Cōmunia oīa.
* potentia — suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et 'virtute' ma- — Resurrectio.
G — gna reddebant apostoli testimonium resurrectionis IESV CHRI- — Egēs nullus in
STI domini nostri: & gratia magna erat in omnibus illis. Neque — ter pmos chri
enim quisquā egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agro- — stianos.
rum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorū quę ven- — Vendere pos
debant, & ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebatur autem sin- — sessiones.
gulis prout cuiq; opus erat. Ioseph autem qui cognominatus est Bar-

Barnabas.

nabas ab apostolis, (quod est interpretatum, filius consolationis) Leuites, Cyprius genere, quum haberet agrű, vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes apostolorum.

CAP. V.

Ananias moritur ob mendacium.

A

VIr autem quidam nomine Ananias cum Sapphira vxore sua vendidit agrum, & fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua: & afferens partem quandam, ad pedes apostolorű posuit. Dixit autem Petrus ad Ananiam, Anania, cur ᵃtentauit⁾ satanas cor tuum ᵇmentiri te⁾ spiritui sancto, e fraudare de pretio agri? Nónne ᶜmanens tibi manebat,⁾ & venundatum in tua erit potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed deo. Audiens autem Ananias hęc verba, cécidit e expirauit. Et factus est timor magnus super omnes qui audierunt. Surgentes autem iuuenes amouerunt eum, & efferentes sepelierunt.

ᵃ impleuit
ᵇ vt mentireris
ᶜ .i. prorsus tibi manebat

Mentiri.

B

Factum est autem quasi horarű trium spatium, & vxor ipsius, nesciens quod factum fuerat, introiuit. Dixit autem ei Petrus, Dic mihi mulier, si tanti agrum vendidistis? At illa dixit, Etiam, tanti. Petrus autem ait ad eam, ᵈQuid vtiq; conuenit vobis tentare⁾ spiritű domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum ad ostium: & efferent te. Confestim cécidit ante pedes eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes, inuenerunt illam mortuam: & extulerunt & sepelierunt ad virum suum. Et factus est timor magnus in vniuersa ecclesia, & in omnes qui ᵉaudierunt.⁾

Vxor Ananię moritur ꝓpter mendacium.

ᵈ Cur conspirastis inter vos vt tétaretis

ᵉ audiebant hęc.

Miracula.

Per manus autem apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cęterorum autem nemo audebat se cőiungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in domino, multitudo virorum ac mulierum: ita vt in platéas ᶠeijcerent⁾ infirmos, & ponerent in lectulis ac grabbatis, vt venienté Petro saltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, ᵇ& liberarentur omnes ab infirmitatibus suis.ˡ Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, afferentes ęgros & vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes.

C

ᶠ exportarent

Vmbra Petri.

Incarcerantur apostoli.

Exurgens autem princeps sacerdotum & omnes qui cű illo erant, quę est ᵍhęresis⁾ sadduceorum, repleti sunt ʰzelo:⁾ & iniecerunt manus in apostolos, & posuerunt eos in custodia publica.

ᵍ secte
D
ʰ ęmulatiőe

Angelus aperit eis ianuas.
Verba vitę.

Angelus aűt domini per noctem aperiens ianuas carceris, & educens eos dixit, Ite: & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitę huius. Qui quum audissent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant. Adueniens autem princeps sacerdotű & qui cű eo erant, conuocauerunt ↄcilium & omnes seniores filiorű Israel: & miserunt ad carcerem vt adducerentur. Quum autẽ venissent ministri, & aperto carcere nő inuenissent illos: reuersi nuntiauerunt dicentes, Carceré quidem inuenimus clausum cű omni diligentia, & custodes *stantes ante ianuas: aperientes autem, neminem intus inuenimus. Vt aűt audierűt hos sermones *magistratus templi & principes sacerdotum, ambigebant de illis quidnã fieret. Adueniens aűt quidã nuntiauit eis, Quia ecce viri quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes, & docentes populum.

* foris
E
* summ⁹ sacerdos.

Comprehendentur apostoli docentes.

Tunc abijt ᵃmagistratus⁾ cum ministris, & adduxit illos sine vi. timebant enim populű ne lapidarentur. Et quum adduxissent illos, statuerunt in ↄcilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotű, dicẽs, Pręcipiendo pcepimus vobis ne doceretis in nomine isto: & ecce repleuistis Ierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Respondens aűt Petrus & apostoli, dixerunt, Obedire oportet deo magis, q̃ hominibus. Deus patrű nostroꝝ suscitauit IESVM, quem vos interemistis suspendentes in ligno. Hunc principem & saluatorem deus exaltauit dextera sua, ad dandã pœnitentiã Israeli, & remissionem peccatorű. & nos sumus testes horű verborű, & spiritus sanctus quem dedit deus omnibus obedientibus sibi. Hęc quű audissent, dissecabantur: & cogitabant interficere illos. Surgens autem

ᵃ vel, dux

Obedire deo.
Saluator chrs.
Pœnitentia.
Remissio peccatorum.
Testes.
Sp̃us sanctus.

F

quidam in cōcilio phariseus nomine Gamaliel, legis doctor, 'honorabilis vniuersę plebi,) iussit 'foras ad breue homines fieri:' dixitq; ad illos, Viri Israelitę, attendite vobis super hominibus istis quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens se esse aliquem, cui 'cōsensit) numerus virorū circiter quadringentorū, qui occisus est: & omnes qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum. Post hūc extitit Iudas Galileus in diebus 'professionis,) & auertit populū* post se, & ipse perijt: & omnes quotquot cōsenserunt ei, dispersi sunt. Et nūc dico vobis, discedite ab hominibus istis, & sinite illos: quoniam si est ex hominibus cōsilium hoc aut opus, dissoluetur: si verò ex deo est, nō poteritis dissoluere, 'ne fortè) & deo repugnare 'videamini.) Cōsenserunt autem illi. Et conuocantes apostolos, cęsis denuntiauerunt ne omnino loquerentur in nomine IESV, & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine IESV contumeliam pati. Omni autem die non cessabant in templo & 'circa domos) docentes & euangelizantes IESVM CHRISTVM.

Margin: in precio habit' apō totū pplm, | vt paulisp secederēt fo ras apli: | G | adhęsit. | vel, descriptionis, | multum | nequando | repiamini | in singulis domibus

Margin: Gamalielis cōsilium. | Theudas | Iudas Galilę' | Cęsos se apostoli gaudēt ppter Iesum.

CAPVT VI.

IN diebus aūt illis crescente numero discipulorū, factum est murmur Grecorū aduersus Hebręos, eò q despicerentur in ministerio quotidiano viduę eorū. 'Conuocātes aūt duodecim) multitudinem discipulorū dixerunt, Non est 'ęquū,) nos derelinquere verbum dei, & ministrare mensis. Cōsyderate ergo fratres, viros ex vobis 'boni testimonij) septem, plenos spiritu sancto & sapientia, quos cōstituamus' super hoc opus.) Nos verò, orationi & ministerio verbi 'instātes erimus.) Et placuit sermo corā omni multitudine. Et elegerunt Stéphanum virum plenum fide & spiritu sancto, & Philippū, & Prochorū, & Nichanorē, & Timonem, & Parmenā, & Nicolaū 'aduenam) Antiochenū. Hos statuerunt ante cōspectum apostolorū: & orantes imposuerunt eis manus. Et verbum dei crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde: multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei. Stéphanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quę appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorū, & eorū qui erant à Cilicia & Asia, disputantes cum Stéphano: & nō poterant resistere sapientię & spiritui qui loquebatur. Tunc 'submiserunt) viros, qui dicerent se audiuisse eum dicentē verba blasphemię in Moysen & deū. Commouerunt itaq; plebem, & seniores, & scribas: & 'occurrentes) rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium, & statuerunt falsos testes qui dicerent; Homo iste non cessat loqui verba *aduersus locum sanctum & legem: audiuimus enim eū dicentem quoniā IESVS Nazarenus hic destruet locum istum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Et intuentes eū omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem angeli.

Margin: A | Cęterum duodecī illi quā iussissent ad esse | placitū (vl gratū) | B | testimonio cōprobatus | in hoc negotio. (vl, sup hāc necessitatē.) | incūbem'. | C | proselytus | ssomarūt | inuadētes | D | ɔtumelio sa

Margin: Diacones cōstituun(, qui viduis ministrarent, qd apostoli pdicarent. | Stephanus. | Oratio. | Impositio manuum. | Sacerdotes obediunt fidei. | Stephani spōsio | Falsi testes cōtra Stephanū.

CAP. VII.

DIxit autem princeps sacerdotū, Si hęc ita se habent? Qui ait, Viri fratres & patres audite. Deus glorię apparuit patri nostro Abrahę quum esset in Mesopotamia prius quàm moraretur in Charan, & dixit ad illum, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi. Tunc exijt de terra Chaldęorum, & habitauit in Charan. Et inde, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis. Et non dedit illi hęreditatem in ea nec passum pedis: sed rèpromisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum, quum non haberet filium: Loquutus est autem eis deus, Quia erit semen eius 'accola) in terra aliena, & seruituti eos subijcient, & male tractabunt eos annis quadringentis: & gentem cui seruierint, iudicabo ego, dixit dominus. & post hęc exibunt, & seruient mihi in loco isto. Et dedit illi testamentum circuncisionis, &

Margin: A | inquilinū

Margin: Facies Stephāi | Concio & respōsio Stephani aduersus falsos testes. | Gene.12.a | Gene.11.d | Gene.15.c | Circuncisio. | Gene.17.b

Gene.21.a sic genuit Isaac, & circumcidit eũ die octauo: & Isaac, Iacob: & Iacob
Gene.25.c duodecim patriarchas. Et patriarchę 'æmulantes,' Ioseph vendiderũt *inuidia moti*
Gene.29.f.g in Aegyptũ. & erat deus cum eo: & eripuit eum ex omnibus tribulatio
30.a 35.c nibus eius, & dedit ei gratiam & sapientiam in conspectu Pharaonis B
Ioseph. regis Aegyptiorum, & constituit eum præpositum super Aegyptum &
Gene.37.f super omnem domum suam. Venit autem fames in vniuersam Aegy
Gene.41.e ptum & Chanáan, & tribulatio magna: & non inueniebant cibos pa
Gene.42.a tres nostri. Quum audisset autem Iacob esse frumentum in Aegypto, *quũ iterũ*
Gene.45.a misit patres nostros primum: & 'in secundo cognitus' est Ioseph à fra *misisset eos agnitus*
Gene.46.a tribus suis, & 'manifestatum est' Pharaoni genus eius. Mittens autem *innotuit*
Gene.49.d Ioseph, accersiuit Iacob patrem suum, & omnem cognationem suam
Gene.50.b in animabus septuagintaquinque. Et descendit Iacob in Aegyptum: &
Gene.23.a defunctus est ipse & patres nostri. Et translati sunt in Sichem, & positi
sunt in sepulchro quod emit Abraham pretio argenti à filijs Hemor
filij Sichem. Quum autem appropinquaret tempus promissionis, *de qua iu*
'quam confessus erat' deus Abrahę, creuit populus & multiplicatus est *rauerat*
Exod.1.d in Aegypto, quoadusq; surgeret alius rex in Aegypto, qui nõ 'sciebat' C
Ioseph. Hic circumueniens genus nostrũ, afflixit patres nostros: vt expo *nouerat*
Moyses. nerent infantes suos, ne viuificarentur. Eodem tempore natus est Moy
Exod.2.a ses, & fuit gratus deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris
sui. Exposito aũt illo, sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eũ sibi *vel, vice*
'in filiũ.' Et eruditus est Moyses omni sapientia Aegyptiorũ: & erat *filij.*
Exod.2.c potens in verbis & in operibus suis. Quũ aũt impleretur ei quadragin
ta annorũ tempus, ascendit in cor eius vt visitaret fratres suos filios
Israel. Et quũ vidisset quendã iniuriã patientem, vindicauit illum: & fe
cit vltionem ei qui iniuriã sustinebat percusso Aegyptio. Existimabat
autem intelligere fratres* quoniã deus per manũ ipsius daret salutem il *suos*
lis: at illi nõ intellexerunt. Sequenti verò die apparuit illis litigãtibus:
& recõciliabat eos in pace, dicens, Viri, fratres estis: vt quid nocetis alte D
rutrũ? Qui aũt iniuriam faciebat proximo, repulit eũ dicens, Quis te
constituit principẽ & iudicem super nos? nunquid interficere me tu vis,
quemadmodũ interfecisti heri Aegyptium? Fugit aũt Moyses in verbo
isto: & factus est aduena in terra Madian, vbi generauit filios duos. Et
expletis annis quadraginta: apparuit illi in deserto montis Sina ange *dñi in flam*
Apparet angelus Moysi in rubo. lus 'in igne flammę' rubi. Moyses aũt videns, admiratus est visum. Et ac *ma ignis*
cedente illo vt 'consideraret,' facta est ad eũ vox domini, dicens, Ego *attenderet & infrà.*
sum deus patrum tuorum, deus Abrahã, deus Isaac, & deus Iacob.
Exod.3.a Tremefactus aũt Moyses, non audebat cõsyderare. Dixit autem illi do
Terra sancta. minus, Solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas,
terra sancta est. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Aegy
pto, & gemitum eorum audiui, & descendi liberare eos. Et nunc veni
Exod.7.8.9 to, & mittam te in Aegyptum. Hunc Moysen quem negauerunt, dicen E
10.11.14. tes, Quis te constituit principem & iudicem? hunc deus principem & re
Exod.16.a demptorem misit, cum manu angeli qui apparuit illi in rubo. Hic edu
xit illos faciens prodigia & signa in terra Aegypti, & in rubro mari, &
Deut.18.c in deserto annis quadraginta. Hic est Moyses qui dixit filijs Israel, Pro
phetam suscitabit vobis deus *de fratribus vestris 'tanquam me': ipse *vester, similẽ mei*
Exod.19.a sum audietis. Hic est qui fuit in 'ecclesia' in solitudine cum angelo qui *cõgregatione*
loquebatur ei in monte Sina: & cum patribus nostris, qui accepit ver *vt daret*
ba vitę 'dare' nobis. Cui noluerunt obedire patres nostri: sed repule
runt & auersi sunt cordibus suis in Aegyptum, dicentes ad Aaron, Fac
Idololatria Iudęi. nobis deos qui pręcedant nos: Moysi enim huic qui eduxit nos de ter
ra Aegypti, nescimus quid factum sit ei. Et vitulum fecerunt in diebus
Exod.32.a illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lętabantur in operibus ma
Amos.5.g nuum suarum. Conuertit se autem deus, & tradidit eos 'seruire mili *vt colerent*
tię' coeli, sicut scriptum est in libro prophetarum, Nunquid victimas & *militiã*

B hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel? Et suscepistis tabernaculum Moloch & sydus dei vestri Rempham, figuras quas fecistis, *adorare) eas. Et transferam vos trans Babylonem. Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto, sicut dispo- suit illis deus, loquens ad Moysen vt faceret illud secundum formam quam viderat. Quod & induxerunt, *suscipientes) patres nostri cum Iesu in possessionem gentium, quas expulit deus à facie patrum nostrorum vsque in diebus Dauid, qui inuenit gratiam ante deum, & petijt vt inueniret tabernaculũ deo Iacob. Salomõ aũt ędificauit illi domũ. Sed excelsus, non in manufactis habitat, sicut per prophetam dicit, Cœlum mihi sedes est: terra autem, scabellum pedum meorum. Quam domum ędificabitis mihi, dicit dominus? aut quis locus requietionis meę est? Nónne manus mea fecit hęc omnia? Dura ceruice, & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis: sicut patres vestri, & vos.

C Quem prophetarum non sunt persequuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidę fuistis: qui accepistis legem in dispositione angelorum, & non custodistis. Audientes autem hęc, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Quum autem esset plenus spiritu sancto, intendens in cœlum, vidit gloriam dei, & IESVM stantem à dextris dei. Et ait, Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eũ. Et eiicientes eum extra ciuitatem, lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stéphanum inuocantem, & dicentem, Domine IESV, suscipe spiritum meum. Positis autẽ genibus, clamauit voce magna, Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et quum hoc dixisset, obdormiuit. Saulus autem erat consentiens neci eius.

Margin: *ad adorandum — Moloch. — *qui successerunt — Exo. 25. d Heb. 8. b — Iosue. 3. c. d — Dauid. — 1. Re. 16. c Psal. 131. a 1. Para. 17. c — 3. Reg. 6. a — Vbi habitet deus. 3. 17. f Isa. 66. a — Incircuncisus corde. — Stephanus videt gloriam & Chrm̃ dei. — Lapidatur Stephanus. — Orat pro inimicis. — Saulus.

CAPVT VIII.

A FActa est autem in illa die persequutio magna *in ecclesia,) quę erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudęę & Samarię, pręter apostolos. Curauerunt autem Stéphanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. Saulus autem deuastabat ecclesiam, per *domos intrans: & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam. Igitur qui dispersi erant, pertransibant, euangelizantes verbum dei. Phillippus autem descendens in ciuitatem Samarię, prędicabat illis CHRISTVM. Intendebant autem turbę his quę à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa quę faciebat. *Multorum enim habentium, spiritus immundi) clamantes voce magna, exibãt. Multi autem paralytici & claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnũ in illa ciuitate. Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate magus, *seducens) gentem Samarię, dicens se esse aliquem magnum: cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximum dicentes, Hic est virtus dei, quę vocatur magna. Attendebant autem eum, propterea quòd multo tempore magicis suis dementasset eos. Quum verò credidissent Philippo euangelizanti de regno dei: in nomine IESV CHRISTI baptizabantur viri ac mulieres. Tunc Simon & ipse credidit: & quum baptizatus esset, adhęrebat Philippo. Videns etiam signa & virtutes maximas fieri, stupens admirabatur.

C Quum autem audissent apostoli qui erant in Ierosolymis, quòd recepisset Samaria verbum dei: miserunt ad eos Petrũ & Ioannem. Qui quũ venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritũ sanctũ. Nondũ enim in quenquã illorũ *venerat, *sed baptizati tantũ erant in nomine domini IESV. Tũc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritũ sanctum. Quum vidisset aũt Si-

Margin: *aduersus ecclesiam, — Affligit ecclesia Christi. — Planctus i morte Stephani. — *singulas — Saulus psequit Christianos. — Philippus pdicat Christũ Samaritanis. — *Spũs enim imũdi ẽ multis q illos hẽbãt, — Gaudium. — Simon magus qualis. — *dementans — Simon magus baptizatur. — Baptizantur Samaritani. — Oratio. — *illapsus fuerat, — Spũs sanctus. — Impositio manuum.

mon quia per impositionem manus apostolorũ dabatur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens, Date & mihi hanc potestatem, vt cuicunq; imposuero manus, accipiat spiritũ sanctum. Petrus aũt dixit ad D

Donũ dei pecunia nõ possidetur.

eum, Pecunia tua tecum sit in perditionẽ: quoniã donum dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars, neq; sors in 'sermone isto.' cor — ' vel, ratione hac.
enim tuum non est rectũ corã deo. Pœnitentiã itaq; age ab hac nequitia tua: & roga deũ, si fortè remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui. In felle enĩ amaritudinis, & 'obligatione' iniquitatis video te esse. Respõ — ' vel, colligatione
dens aũt Simon, dixit, Precamini vos pro me ad dominũ vt nihil veniat super me horum quę dixistis. Et illi quidem testificati & loquuti verbum domini, redibant Ierosolymam, & multis 'regionibus' Sama — ' vicis

Philippus annuntiat Chrm eunucho Candaces reginę.

ritanorũ euangelizabãt. Angelus aũt domini loquutus est ad Philip- E
pum, dicens, Surge, & vade cõtra meridiem, ad viam quę descendit ab viam quę descendit ab Ierusalem in Gazam hęc est deserta. Et surgẽs abijt. Et ecce, vir Aethiops, eunuchus, 'potẽs' Candaces reginę Aethio — ' præfectus,
pum, qui erat super omnes gazas eius: venerat adorare in Ierusalem: & reuertebatur sedens super currum suum, legensq; Isaiam prophetam.

Spũs sanctus.

Dixit autem spiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currum istum. Accurrens aũt Philippus, audiuit eum legentem Isaiam pphetam, & dixit, 'Putásne' intelligis quę legis? Qui ait, Et quomodo possum, si — ' nunquid
nõ aliqs 'ostẽderit' mihi? Rogauitq; Philippũ vt ascenderet, & sederet F

Isa.53.c

secũ. Locus autem scripturę quam legebat, erat hic, Tanquam ouis ad — ' dux vię fuerit
occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate *iudicium eius sublatum est. Ge- — * ipsius
nerationem eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius. Respondens autem eunuchus Philippo, dixit, Obsecro te, de quo propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, euangelizauit illi IESVM. Et dum irent per viam, venerunt ad quandã aquã: & ait eunuchus, Ecce aqua, G

Fides eunuchi Baptizat eunuchus.

quid prohibet me baptizari? Dixit aũt Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait, Credo filium dei esse IESVM CHRISTVM. Et iussit stare currum: & descenderunt vterq; in aquam, Philippus & eunuchus, & baptizauit eum. Quum autem ascendissent de aqua, spiritus domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum eunuchus.

Lętitia fidei.

Ibat autem per viam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in Azoto: & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cęsaream.

CAPVT IX.

Saulus incarcerat Chrĩanos.
Galat.1.c
Saulẽ cõuertit Christus ad se.

SAulus autem adhuc spirans 'minarum & cędis' in discipulos do- A — ' minas & cędes
mini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagógas: vt si quos inuenisset huius vię viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem. Et quum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: & subito 'circunfulsit' eum lux de cœ — ' vel, circunfulgurauit
lo. Et cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi, Saule Saule quid

1.Cor.15.b
2.Cor.12.a

me persequeris? Qui dixit, Quis es domine? Et 'ille,' Ego sum IESVS, quem tu persequeris. durum est tibi contra stimulum calcitrare. — ' dominus dixit.
Et tremens ac stupens dixit, Domine, quid me vis facere? Et dominus ad eum, Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum illo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. B
Surrexit autem Saulus de terra, apertisq; oculis 'Nihil' videbat. 'Ad manus autem illum trahentes,' introduxerunt Damascum. — ' neminem — ' Sed manu ducẽtes illũ
Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit neque bibit. Erat autem quidam

Ananias.

discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illum in visu dominus, Anania. At ille ait, Ecce ego domine. Et dominus ad eum, Surge, & vade in vicum qui vocatur Rectus: & quęre in domo Iudę

Saulum

Saulum nomine, Tharsensem. ecce enim orat. Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem & imponentem sibi manus vt visum recipiat. Respondit autem Ananias, Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem. & 'hic' habet potestatem à principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus, Vade, quoniam vas 'electionis' est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus & filijs Israel. ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit, Saule frater, dominus misit me IESVS, qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt 'videas,' & implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamę, & visum recepit. & surgens baptizatus est. Et quum accepisset cibum, 'confortatus' est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas, prędicabat IESVM quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant, Nonne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos qui inuocabant nomen istud: & huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis conualescebat, & confundebat Iudęos qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est CHRISTVS. Quum autem implerentur dies multi, consilium fecerunt in vnum Iudęi vt eum interficerent. Nota autem facta sunt Saulo insidię eorum. Custodiebant autem & portas die ac nocte, vt eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli eius nocte, per murum demiserunt eum, submittentes in sporta. Quum autem * venisset in Ierusalem, tentabat se iungere discipulis: & omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos: & narrauit illis quomodo in via vidisset dominum, & quòd loquutus est ei, & quomodo in Damasco 'fiducialiter' egerit in nomine IESV. Et erat cum illis intrans & exiens in Ierusalem, fiducialiter 'agens' in nomine domini. Loquebatur quoque gentibus: & disputabat cum Gręcis: illi autem quęrebant occidere eum. Quod quum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cęsaream, & dimiserunt Tharsum. Ecclesia quidem per totam Iudęam, & Galilęam & Samariam habebat pacem, & ędificabatur ambulans in timore domini, & consolatione sancti spiritus replebatur. Factum est autem, vt Petrus dum transiret vniuersos, deueniret ad sanctos qui habitabant Lyddę. Inuenit autem ibi hominem quendam, nomine Aeneam, ab annis octo iacentem in grabbato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus, Aenea, sanet te dominus IESVS CHRISTVS: surge, & sterne tibi. Et continuo surrexit. Et viderunt eum omnes qui habitabant Lyddę, & Saronę: qui conuersi sunt ad dominum. In Ioppe autem fuit quędam discipula nomine Tabitha, quę interpretata dicitur 'Dorcas.' Hęc erat plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat. Factum est autē in diebus illis vt infirmata moreretur. Quam quum lauissent, posuerunt eam in cœnaculo. Quum autem propè esset Lydda ab Ioppe, discipuli audientes quòd Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes, Ne 'pigriteris' venire vsque ad nos. Exurgens autem Petrus venit cum illis. Et quum aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum: & circumsteterunt illum omnes viduę flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes quas faciebat 'illis' Dorcas. Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua orauit: & conuersus ad corpus, dixit, Tabitha, surge. At illa aperuit oculos: & viso Petro resedit. Dans autem illi manum, erexit eam. Et quum vocasset sanctos & viduas, 'assignauit' eam viuam. Notum autem factū

Left margin: vel, hoc loco C · electum · visum recipias · corroboratus · D · Saulus · E · vel, libere (aut cū fiducia) · loquens · F · Caprea. · graue C · quū est cū ipsis · exhibuit

Right margin: Oratio. · Ananias dimet sibi à paulo. · Vas electum Paulus. · Afflictiones. · Baptizatur Paulus. · Paulus pdicat Iesuꝫ eē Xpm. · Insidię paulo tenduntur. 2.Cor.11.g · Nō credit paulus esse Christi discipulus. · Paulus disputat cū gētibus · Pax. · Timor dei. · Sancti. · Aeneas paralyticus sanat. · Christiani in Lydda, & Sarona. · Tabitha suscitatur. · Opera. · Eleemosynę. · Oratio.

Petrus apud coriariũ habitat.

est per uniuersam Ioppen: & crediderunt multi in dominum. Factum
est autem ut dies multos moraretur in Ioppe, apud Simonem quen-
dam coriarium.

CAP. X.

Cornelij centurionis integritas.

A Vir autem quidam erat in Cęsarea, nomine Cornelius, centurio
cohortis quę dicitur Italica, religiosus & timens deum cum om-
ni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans deum
semper. Is vidit in visu manifeste, quasi hora diei nona, angelum dei
introeuntem ad se, & dicentem sibi, Corneli. At ille intuens eum,

Oratio. Eleemosynę.

timore correptus dixit, Quis es domine? Dixit autem illi, Orationes
tuę & eleemosynę tuę ascenderunt in memoriam in conspectu dei.

Iussu dei, Cornelius accersit Petrum.

Et nunc mitte viros in Ioppen, & accerse Simonem quendam qui
cognominatur Petrus. hic hospitatur apud Simonem quendam co-
riarium, cuius est domus iuxta mare. hic dicet tibi quid te oporteat
facere. Et quum discessisset angelus qui loquebatur illi, vocauit duos
domesticos suos, & militem metuentem dominum ex his qui illi B famu-
parebant. Quibus quum narrasset omnia, misit illos in Ioppen. los

Petro ostẽdit gentes fide in Christũ purificatas esse.

Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus ci- religiosum
uitati, ascendit Petrus in superiora*, vt oraret circa horam sextam. (pium)
Et quum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit su- seruiebat
per eum mentis excessus: & vidit cœlum apertum, & descendens vas (adhęre-
quoddam velut linteum magnum, quatuor initijs* submitti de cœ- bant.)
lo in terram, in quo erant omnia quadrupedia & serpentia terrę, & *domus
volatilia cœli. Et facta est vox ad eum, Surge Petre: occide & man- *ligatum
duca. Ait autem Petrus, Absit domine: quia nunquam manducaui
omne commune & immundum. Et vox iterum secundò ad eum,

Purificate gentes.

Quod deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum C
est per ter. Et statim receptum est vas in cœlum. Et dum intra se tertio

Petrus descẽdit ad Corneliũ.

hęsitaret Petrus quidnam esset uisio quam uidisset, ecce, uiri qui mis- (ter.)
si erant à Cornelio, inquirentes domum Simonis, astiterunt ad ia- rursum
nuam. Et quum uocassent, interrogabant si Simon qui cognomina-
tur Petrus, illic haberet hospitium. Petro autem cogitante de uisio-
ne, dixit spiritus ei, Ecce uiri tres quęrunt te. Surge itaque, & descen-
de, & uade cum eis, nihil dubitans: quia ego misi illos. Descendens
autem Petrus ad uiros*, dixit, Ecce, ego sum quem quęritis. quę cau- *qui missi erãt
sa est propter quam uenistis? Qui dixerunt, Cornelius centurio, uir à Cornelio
iustus & timens deum, & testimonium habens ab uniuersa gente Iu- ad ipsum.
dęorum, responsum accepit ab angelo sancto accersire te in domum D
suam, & audire uerba abs te. Introducens ergo eos, recepit hospitio.
Sequenti autem die surgens, profectus est cum illis: & quidam ex Petrus,
fratribus ab Ioppe comitati sunt eum. Altera autem die introi- Postera
uit Cęsaream. Cornelius uerò expectabat illos, conuocatis cogna-
tis suis & necessarijs amicis. Et factum est, quum introisset Petrus,

Petrus non uult sibi flecti genu.

obuius uenit ei Cornelius: & procidens ad pedes eius adorauit eum.
Petrus uerò eleuauit eum, dicens, Surge, & ego ipse homo sum. Et
loquens cum illo, intrauit, & inuenit multos qui conuenerant: di- sine contradi-

Mundi oẽs Iudęi & gentes p Christum.

xitque ad illos, Vos scitis quomodo abominatum sit uiro Iudęo con- ctione (incũs-
iungi, aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit deus, neminem ãter.
communem aut immundum dicere hominem. propter quod sine du- *sedebã ieiu-
bitatione ueni accersitus. Interrogo ergo, quam ob causam accersistis nus.
me? Et Cornelius ait, Die ab hinc quarto, usque ad hanc horã*, orans splendida,
eram hora nona in domo mea, & ecce uir stetit ante me in ueste cãdi- in memo-
da, & ait, Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynę tuę com- ria habitę &
memoratę sunt in conspectu dei. Mitte ergo in Ioppen, & accerse Si- *qui ubi adue-
monem qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simonis nerit, loque-
coriarij iuxta mare. Confestim ergo misi ad te, & tu bene fecisti ue- tur tibi.
niendo. Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus audire

omnia quęcunque tibi pręcepta sunt à domino. Aperiens autem Petrus os suum, dixit, In ueritate comperio quia non est personarum acceptor deus: sed in omni gente, qui timet eum & operatur iustitiam, F acceptus est illi. Verbum misit deus filijs Israel, annuntians pacem per IESVM CHRISTVM: hic est omnium dominus. Vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudęam: incipiens enim à Galilęa post baptismum quod prędicauit Ioannes: IESVM à Nazareth quomodo vnxit eum deus spiritu sancto & virtute, qui pertransijt benefaciendo & sanando oẽs oppressos à diabolo, quoniã deus erat cũ illo. Et nos testes sumus omnium quę fecit in regione Iudęorum & Ierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus pręordinatis à deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis. Et pręcepit nobis prędicare populo & testificari quia ipse est qui constitutus à deo iudex G viuorum & mortuorum. Huic omnes prophetę testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hęc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum. Tunc respondit Petrus, Nunquid aquã quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini IESV CHRISTI. Tunc rogauerunt eum vt maneret apud eos aliquot diebus.

CAP. XI.

A AVdierunt autem apostoli & fratres qui erant in Iudęa, quoniam & gentes receperunt verbum dei. Quum autem ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circuncisione, dicentes, Quare introisti ad viros pręputium habentes, & manducasti cum illis? Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens, Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & vidi in excessu mentis meę visionem, descendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initijs summitti de cœlo, & venit vsque ad me. In quod intuens, consyderabam & vidi quadrupedia terrę & bestias & reptilia & volatilia cœli. Audiui autem & vocem dicentem mihi, Surge Petre, occide & manduca. Dixi autem, Nequaquam domine: quia commune aut immundum nunquam introiuit in os meum. B Respondit autẽ vox secundò de cœlo, Quę deus mundauit, tu ne commune dixeris. Hoc autem factum est per ter: & recepta sunt omnia rursum in cœlum. Et ecce, viri tres cõfestim astiterunt in domo in qua eram, missi à Cęsarea ad me. Dixit autem spiritus mihi vt irem cum illis, nihil hęsitans. Venerunt autem mecum & sex fratres isti: & ingressi sumus in domum viri. Narrauit autẽ nobis quomodo vidisset angelũ in domo sua, stantẽ & dicentẽ sibi, Mitte in Ioppen, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba in quibus saluus eris tu, & vniuersa domus tua. Quũ autem cœpissem loqui, cecidit spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum autem verbi domini sicut dicebat, Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini spiritu sancto. Si ergo eandem gratiam dedit C illis deus, sicut & nobis qui credidimus in dominum IESVM CHRISTVM: ego quis eram qui possem prohibere deum? His auditis tacuerunt: & glorificauerunt deum, dicentes, Ergo & gentibus pœnitentiam dedit deus ad vitam. Et illi quidem qui dispersi fuerant à tribulatione quę facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt vsque Phœnicem & Cyprũ & Antiochiã, nemini loquẽtes verbũ, nisi solis Iu-

Left margin notes: exhibuit eũ vt mãifestus fieret — delectis — quotquot — gentes — donum — in raptu — nihil — quum credidissem — obsistere deo? — ob Stephanum,

Right margin notes: Prędicat pętrus Christum. Deut. 10. d. 2. Par. 19. c. Iob 34. b. Sap. 6. b. Ecclesi. 35. b Ro. 2. b. Gala. 2. b. Eph. 6. b Colos. 3. d. 1. Pe. 1. c. — Testes. — Iudex Xp̃s. — Prophetę. Iere. 31. f. Mich. 7. d — Remis. pcc̃orũ. — Fides. — Spũs sanctus super gentes. — Baptizantur gentes. — Corripitur petrus ab apl̃is quod gẽtibus Xp̃m annũtiasset, ostẽdit gẽtibus factã esse misericordiam. — Salus. — Baptizari spũ sctõ. F. 1. a Mat. 3. c. mar. 1. b. Luc. 3. c Io. 1. d. & 10. a — Pœnitentia & cõuersio gentibus data.

Antiochenis annũtiat Xps. deis. Erant autem quidam ex eis viri Cyprij & Cyrenęi, qui quum introissent Antiochiam, loquebantur & ad Gręcos, annuntiantes dominum IESVM Et erat manus domini cum eis: multusq; numerus credentium conuersus est ad dominum. Peruenit autem sermo ad

Barnabas hortat Antiochẽses ad fidem. aures ecclesię quę erat Ierosolymis, super istis: & miserunt Barnabam vsq; ad Antiochiam. Qui quum peruenisset, & vidisset gratiam dei, gauisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in dño D quia erat vir bonus, & plenus spũ sancto & fide. Et apposita est multa turba dño. Profectus est aũt *Tharsum vt quęreret Saulum: quẽ quũ inuenisset, pduxit Antiochiam. Et annum totum conuersati sunt ibi in ecclesia: & docuerunt turbã multã, ita vt cognominarentur primũ Antiochię discipuli, CHRISTIANI In his aũt diebus super

*Barnabas

Xpiani pmi. uenerunt ab Ierosolymis prophetę Antiochiã: & surgens vnus ex eis

Agabus. nomine Agabus, significabat per spũm famem magnam futuram in

Fames. vniuerso orbe terrarum, quę facta est sub Claudio. Discipuli aũt put

Christiani pauperes. quisq; habebat, proposuerunt *singuli cord' in 'ministeriuз mittere 'subsidium habitantibus in Iudęa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabę & Sauli.

CAP. XII.

Herodes occidit Iacobum. Eodem autẽ tempore misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. A Videns autem *quia placeret Iudęis, apposuit apprehendere & Pe- *qđ gratũ trum. Erant autem dies azymorum. Quem quum apprehendisset, misit

Petr' coniicitur in carcerem ab Herode. in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum ad custodiendum eum, volens post pascha producere eum populo. Et Petrus

cludens in carcerem, & cędens per synagogas eos qui credebant in te: &
quũ funderetur sanguis Stephani testis tui, ego astabã & 'consentiebã,'
& custodiebã vestimenta interficientiũ illũ. Et dixit ad me, Vade, quo
niã ego in nationes longe mittã te. Audiebãt autẽ eum vsq; ad hoc
verbum, & eleuauerunt vocem suã, dicentes, Tolle de terra huiusmo
F di: nõ enim fas est eum viuere. Vociferantibus autem eis, & proiicienti
bus vestimenta sua, & puluerẽ iactantibus in aerem, iussit tribunus indu
ci eũ in castra, & flagellis 'cędi, & torqueri eũ:' vt sciret propter quam
causam sic acclamarent ei. Et quũ astrinxissent eũ loris, astanti sibi cen
turioni Paulus dixit, Si hominem Romanũ & indemnatũ licet vobis

Left margin: * illis — * ille — * offensionẽ. (excusatio nem.) — * institutus accurate in pria lege, ęmulator dei. — * circiter me ridiem, — * & exterriti sunt. — * gloria — * qui erant mecum — * pi* (vl, religiosus) — * Damasci — * recipe visũ — * recepto visu — * pparauit — * domini. — * vt raperer extra me, — * cõproba bam interfectionẽ eius, — * examinari

Right margin: Paulus vinci* catenis a tribuno. — Paulus narrat Iudęis quõ cõuersus esset ad Christum. — Gamaliel pręceptor Pauli. — Supra. 8. a — Supra. 9. a — Ananias. — Testis Christi Paulus elect*. — Supra. 7. g — Paulus, gẽtiũ apostolus. — Cędit Paulus. — Paulus cõtendit se Romanũ non debere cędi.

flagellare? Quo audito, centurio accessit ad tribunum, & nuntiauit ei dicens, Quid acturus es? Hic enim homo, ᵇciuis ˡRomanus est. Accedens autem tribunus dixit illi, Dic mihi, si tu Romanus es? At ille dixit, Etiam. Et respondit tribunus, Ego multa summa ciuilitatem hanc ᵃconsequutus sum.ˡ Et Paulus ait, Ego autem & natus sum. Protinus ergo discesserunt ab illo qui eum ᵃtorturiˡ erant. Tribunus quoque timuit postquã resciuit quia ciuis Romanus esset, & quia alligasset eũ. Postera autem die volens scire ᵃdiligentiusˡ qua ex caussa accusaretur à Iudęis, soluit eum, & iussit ᵃsacerdotesˡ conuenire & omne cõcilium: & producens Paulum, statuit ᵃinter illos.ˡ

ᵃcõparaui. ᵃexaminaturi ᵃcertum, ᵃprinceps sacerdotum ᵃcorã illis.

CAP. XXIII.

A

Paulus defendit se

Ananias iubet percuti paulũ.

Paries dealbatus.

INtendens autem in cõcilium Paulus ait, Viri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deũ vsq; in hodiernũ diem. Princeps autem sacerdotum Ananias, pręcepit astantibus sibi percutere os eius. Tunc Paulus dixit ad eũ, Percutiet te deus, paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundũ legem, & cõtrà legem iubes me percuti. Et qui astabant dixerunt, Summum sacerdotẽ dei maledicis? Dixit autem Paulus, Nesciebã fratres quia princeps est sacerdotũ. Scriptũ est enim,

Exod. 22. d

Principem populi tui nõ maledices. Sciens autem Paulus quia vna pars esset sadducęorũ, & altera pharisęorũ, exclamauit in concilio, Viri

B

Paulus pharisęus.

Philip. 3. b

Sadducęi quid credunt.

Mat. 22. c

Pharisęi.

fratres ego pharisęus sum filius pharisęi: de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Et quũ hęc dixisset, facta est dissensio inter pharisęos & sadducęos, & soluta est multitudo. Sadducęi autem dicunt nõ esse resurrectionem mortuorũ, neque angelum, neq; spiritum: Pharisęi autem vtraq; cõfitentur. Factus est autem clamor magnus. Et exurgentes ᵃquidamˡ pharisęorũ, pugnabant dicentes, Nihil mali inuenimus in homine isto. ᵃquidˡ si spiritus loquutus est ei, aut angelus*? Et quũ magna dissensio facta esset, timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere & rapere eum de medio eorũ, ac deducere eum in castra. Sequenti autẽ nocte assistens ei dominus ait, ᵃConstans esto.ˡ sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romę testificari.

ᵃscribę de secta C ᵃquod *, ne repugnem ᵃdeo ᵃbono aio esto Paule

Cõsolatur paulum deus.

Coniuratio cõtra paulum.

Facta autem die collegerunt se quidã ex Iudęis, & deuouerunt se, dicentes neq; manducaturos, neque bibituros donec occiderent Paulũ. Erant autẽ plus q̃; quadraginta viri, qui hanc cõiurationem fecerant: qui accesserũt ad principem sacerdotũ & seniores, &

D

dixerũt, Deuotione deuouimus nos, nihil gustaturos, donec occidamus Paulũ. Nunc ergo vos notũ facite tribuno cum cõcilio, vt * producat illũ ᵃad vos,ˡ tanquã aliquid certius ᵃcognituriˡ de eo. Nos verò, prius quàm appropinquet, parati sumus interficere illũ.

* cras ᵃad nos, ᵃcognituros.

Cõiuratio paulo detecta.

Quod quũ audisset filius sororis Pauli insidias, venit & intrauit in castra, nũtiauitq; Paulo. Vocans autẽ Paulus ad se vnũ ex centurionibus ait, Adolescentem hunc abduc ad tribunũ: habet enim aliquid indicare illi. Et ille quidem assumens eũ, duxit ad tribunũ, & ait, Vinctus Paulus rogauit me, hunc adolescentẽ perducere ad te, habentẽ aliquid loqui tibi. Apprehendens autem tribunus manũ illius, secessit cũ eo seorsum, & interrogauit illũ,

E

Quid est qđ habes indicare mihi? Ille autẽ dixit, ᵃIudęis cõuenit rogareˡ te, vt crastina die producas Paulũ in cõcilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo. tu verò ne ᵃcredideris illis. insidiantur enim ei ex eis viri amplius q̃; quadraginta: qui se deuouerunt non manducare neq; bibere, donec interficiant eũ: & nũc parati sunt expectantes promissum tuũ. Tribunus igitur dimisit adolescentẽ, pręcipiens ei ne cui loqueretur quoniã hęc nota sibi fecissent. Et vocatis duobus cẽturionibus dixit illis, Parate milites ducẽtos, vt eant vsq; Cęsarẽã, & equites septuaginta, & lancearios ducẽtos, à tertia hora noctis: & iumẽta ᵃpręparate:ˡ vt imponẽtes Paulũ, saluũ ᵃperducerentˡ ad Felicẽ pręsidẽ, (Timuit enim ne fortè raperent eũ Iudęi & occiderent, & ipse postea calũniam sustineret, tanquã accepturus pecuniã) scribens ei epistolam cõtinentem hęc,

ᵃIudęi conspirarũt vt rogarent ᵃmorem gesseris ᵃpręberet: ᵃperducant

F

Paulus perducitur ad Felicẽ pręsidem.

Cõsentiunt scripta exempla. Gręcis codicibus.

Claudius

CLAVDIVS Lysias optimo pręsidi Felici salutē. Virū hūc com
prehensum à Iudęis: & incipientem interfici ab eis, superueniens cum
exercitu, eripui, cognito q Romanus est, volensq; scire cām quā obij-
ciebāt illi, deduxi eum in conciliū eorum. Quē inueni accusari de quę-
G stionibus legis ipsoꝝ: nihil verò dignum morte aut vinculis habentē
*indicatum crimen. Et quum mihi *perlatū esset de insidijs quas parauerant illi*,
* Iudęi misi eū ad te, denuntians & accusatoribus vt * dicant apud te. Vale.
* q̄ hn̄t ad- Milites verò, secundum pręceptum sibi assumentes Paulum, duxerunt
uersus eum per noctem in Antipatridem. Et postera die dimissis equitibus vt cum
eo irent, reuersi sunt ad castra. Qui quum venissent Cęsaream, & tradi
dissent epistolam pręsidi, statuerunt ante illū & Paulum. Quum legis
* pręses, set autem*, & interrogasset de qua prouincia esset: & cognoscens quia
de Cilicia, Audiam te, inquit, quum accusatores tui venerint. Iussitq;
in prętorio Herodis custodiri eum. CAP. XXIIII.

A POst quinq; autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias, cū Tertulli orato
senioribus quibusdam & Tertullo quodam oratore qui adierunt ris o/o contra
pręsidem aduersus Paulum. Et citato Paulo cœpit accusare Tertullus paulum.
*rectè gerā dicens, Quum in multa pace agamus per te, & multa *corrigantur
J pplo hoc per tuam prouidentiam: semper & vbiq; *suscipimus, optime Felix,
*vel, cōpro cum omni gratiarum actione. Ne diutius autem te protraham, oro,
bam*, B *breuiter audias nos pro tua clementia. Inuenimus hunc hominē pe-
*paucis stiferum & concitantem seditionem omnibus Iudęis in vniuerso or-
be, & authorem *seditionis *sectę Nazarenorum, qui etiam templum
* pphanare *violare conatus est, quem & apprehensum voluimus secundum legē
nostram iudicare. Superueniens autem tribunus Lysias, cum vi magna
eripuit eum de manibus nostris, iubens accusatores eius ad te venire,
*inqsi- C à quo poteris ipse *iudicans de omnibus istis cognoscere, de quibus
tione facta nos accusamus eum. Adiecerunt autem & Iudęi dicentes hęc ita se ha
bere. Respondit autē Paulus, annuente sibi pręside dicere. Ex mul- Paulus dicit
*vel, cām di tis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me *satisfa cām p se ɔtra
cam. ciā. Potes enim cognoscere qa non plus sunt mihi dies q̄; duodecim, Tertullum.
ex quo ascēdi adorare in Ierusalē. & neq; in tēplo inuenerunt me cum
D aliquo disputantē, aut ɔcursum facientē turbę, neq; in synagogis, neq; Fides & opera
in ciuitate, neq; probare possunt tibi de quibus nunc me accusant. Con pauli.
*iuxta viā, fiteor aūt hoc tibi q *scdm sectam, quā dicūt hęresim, sic deseruio pa
trio deo meo, credens omnibus quę in lege & prophetis scripta sunt,
spē habens in deū, quā & hi ipsi expectant, resurrectionē futurā iustoꝝ Conscientia.
& iniquorū. In hoc & ipse studeo sine offendiculo ɔscientiā habere ad
E deū & ad homines semper. Post annos aūt plures, eleemosynas factu- Supra. 11. e
rus in gentem meā veni, & oblationes, *& vota *in quibus inuenerūt
me purificatū in templo: non cū turba neq; cū tumultu. *Et apprehen
derūt me clamantes, & dicentes, Tolle inimicū nostrū. *Quidā aūt ex
Asia Iudęi, quos oportebat apud te pręsto esse & accusare, si quid habe
rent aduersum me: aut hi ipsi dicāt si quid inuenerunt in me iniquita
F tis, quū stem in ɔsilio, nisi de vna hac solummodo voce, qua clamaui Supra. 13. b
*Auditis āt inter eos stans, Q m̄ de resurrectiōe mortuoꝝ ego iudicor hodie à vo Felicis bene-
his, distulit bis. *Distulit aūt illos Felix, certissime sciens de via hac, dicēs, Quum uolentia erga
*gnoscā cāz tribunus Lysias descenderit, *audiā vos. Iussitq; centurioni custodire paulum.
vestram. eū, & habere *requiē, nec quēq; de suis prohibere ministrare ei*. Post Felici & vxori
*relaxatōēz, aliquot aūt dies veniens Felix cū Drusilla vxore sua, quę erat Iudęa, annūtiat pau-
*aut adire vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidē quę est in CHRISTVM lus Christum.
eum. G IESVM. Disputante aūt illo de iustitia & *castitate & de iudicio fu
* tēperantia turo, tremefactus Felix r̄ndit, *Quod nūc attinet, vade: tpe autem op
In p̄ntia, portuno accersam te. simul & sperās q pecunia ei daretur à Paulo,
* vt solue- propter quod & frequenter accersens eū, loquebatur cū eo. Biennio aūt
ret ipsum: expleto accepit successorē Felix Portium Festum, Volens aūt gratiam Porti⁹ Festus.

præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum. CAP. XXV.

Festus ergo quũ venisset in prouinciã, post triduũ ascendit Ierosolymã à Cæsarea. Adieruntq; eum principes sacerdotũ, & primi Iudæorum aduersus Paulũ: & rogabant eũ postulantes gratiam aduersus eũ, vt iuberet perduci eũ in Ierusalem, insidias intendentes vt interficerent eum in via. Festus aũt rñdit, seruari quidẽ Paulum in Cæsarea: se aũt maturius profecturũ. Qui ergo in vobis (ait) potẽtes sunt, descendentes simul, si quod est in viro crimen, accusent eũ. Demoratus autem inter eos dies non amplius q̃; octo aut decẽ, descendit Cæsaream, & altera die sedit pro tribunali: & iussit Paulũ adduci. Qui quũ perductus esset, circũsteterunt eũ qui ab Ierosolyma descẽderãt Iudæi, multas & graues caussas obijcientes, quas non poterant probare, Paulo rationẽ reddente, Qm̃ neq; in legẽ Iudæorum, neq; in templũ: neq; in Cæsarem quicquã peccaui. Festus aũt volens gratiam præstare Iudæis, respondens Paulo dixit, Vis Ierosolymã ascendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet iudicari. Iudæis nõ nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignũ morte aliquid feci, nõ recuso mori. si verò nihil est eorum quæ hi accusant me: nemo potest me illis donare. Cæsarem appello. Tunc Festus cũ consilio loquutus rñdit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis. Et quum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descenderũt Cæsareã ad salutandũ Festũ. Et quum dies plures ibi morarentur, Festus regi indicauit de Paulo, dicens, Vir quidam est derelictus à Felice vinctus, de quo quũ essem Ierosolymis adierunt me principes sacerdotũ & seniores Iudæorum postulantes aduersus illũ damnationẽ. Ad quos rñdi, Quia non est Romanis cõsuetudo *donare aliquem hominẽ *prius q̃; is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei obijciuntur. Quũ ergo huc conuenissent, sine vlla dilatione in sequenti die sedens pro tribunali iussi adduci virum. De quo quum stetissent accusatores, nullã cãm deferebant de quibus ego suspicabar malũ: quæstiones verò quasdã de sua superstitione habebant aduersus eum, & de quodam IESV defuncto, quem affirmabat Paulus viuere. Hæsitãs aũt ego de huiusmodi quæstione dicebã, si vellet ire Ierosolymã, & ibi iudicari de istis. Paulo aũt appellãte vt seruaretur Augusti cognitiõi, iussi seruari eũ, donec mitterem eũ ad Cæsarem. Agrippa aũt dixit ad Festũ, Volebã & ipse hominẽ audire. Cras (inquit) audies eum. Altera autem die quum venisset Agrippa & Bernice cũ multa ambitiõe, & introissent in auditoriũ cum tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubẽte Festo adductus est Paulus. Et dicit Festus, Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscũ viri, videtis hunc hominẽ, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me Ierosolymis, petentes & acclamãtes nõ oportere eũ viuere amplius. Ego vero comperi, nihil dignũ morte eũ admisisse. Ipso aũt hoc appellante ad Augustũ, iudicaui mittere. De quo quid certum scribam dño, non habeo. Propter quod produxi eũ ad vos, & maxime ad te rex Agrippa, vt interrogatione facta, habeam quod scribam. Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinctum, & caussas eius non significare. CAP. XXVI.

Agrippa verò ad Paulũ ait, Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta manu cœpit rationẽ reddere. De omnibus quibus accusor à Iudæis rex Agrippa, existimo me beatum, apud te quum sim defensurus me hodie, maxime te sciente omnia quæ apud Iudæos sunt, consuetudines & quæstiones. propter quod obsecro, patienter me audias. Et quidem vitam meã à iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in Ierosolymis, nouerunt omnes Iudæi: præsciẽtes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secundum nouerant

Paulus coram Festo cãm dicit.
Paulus Cæsarem appellat.
Fest⁹ cũ Agrippa & Bernice negotiũ pauli tractat.
Paulus pducit corã Agrippa.
Festus nõ vult paulũ, indicta cã ɔdemnare.
Paul⁹ se defendit contra Iudæos coram Agrippa.

A Iussẽ ptã puscia. Significarũtq; illi. de paulo. breui illo.
B postero.
C vbi. nullã iniuriã feci. de quibus.
D significauerũt mihi. ob gratiã. vt pereat.
E nullũ crimen intẽdebãt sup hisce rebus de qbus ego suspicabar.
F multo apparatu.
G vel iniquũ. vel crimina de qbus accusatur.
A p se dicebat.
B q prius

[a]exactissimã [b]certissimã sectã nostrę religionis, vixi pharisęus. Et nunc [c]in spe quę facta est à deo, sto iudicio subiectus, in quã duodecim tribus nostrę [*]nocte & die deseruientes sperant deuenire. De qua spe accusor à Iudęis rex [*]. [f]Quid incredibile iudicatur apud vos, si deus mortuos suscitat? Et ego quidem existimaueram me aduersus nomen IESV Nazareni [g]debere multa cõtraria agere: quõ & feci Ierosolymis, & multos sanctorũ ego in carceribus inclusi, à principibus sacerdotũ potestate accepta: & quũ occiderentur, detuli sniam. Et per omnes synagogas frequenter puniẽs eos, compellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar vsq; in exteras ciuitates. [h]In quibus dum irem Damascũ cum potestate & permissu principũ sacerdotũ, die media, in via, vidi rex, de cœlo supra splendorẽ solis circũfulsisse me lumen, & eos qui mecum simul erant. Omnes q; nos quũ decidissemus in terrã, audiui vocẽ loquentem mihi hebraica lingua, Saule Saule, quid me persequeris? durũ est tibi contra stimulũ calcitrare. Ego autẽ dixi, Quis es domine? Dñs autẽ dixit, Ego sum IESVS quem tu persequeris. Sed exurge & sta super pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi vt constituam te ministrũ & testem eorum quę vidisti & eorũ in quibus apparebo tibi, eripiens te de populis & gentibus in quas nunc ego mitto te aperire oculos eorũ, vt cõuertantur à tenebris ad lu/

E cem, & de potestate satanę ad deũ, vt accipiant remissionẽ peccatorum, & sortem inter [a]sanctos per fidem quę est in me. Vnde, rex Agrippa, non fui [b]incredulus cœlesti visioni sed his qui sunt Damasci primum, & Ierosolymis, & in omnem regionem Iudęę, & gentibus annunciabam vt pœnitentiã agerent, & conuerterentur ad deum, digna pœnitentię opera facientes. Hac ex caussa me Iudęi quum essem in templo, comprehensum tentabant interficere. Auxilio autẽ adiutus dei, vsq;

F in hodiernũ diem sto, testificans minori atq; maiori, nihil extrà dicens quã ea quę prophetę loquuti sunt futura esse, & Moyses, [a]si passibilis CHRISTVS, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo & gentibus. Hęc loquente eo & rationem reddente, Festus magna voce dixit, Insanis Paule: multę te literę ad insaniã conuertunt. Et Paulus, Non insanio (inquit) optime Feste sed veritatis & sobrietatis verba loquor. Scit enim de his rex, ad quem [a]constanter loquor. latere enim eum nihil horum arbitror. Neq; enim in angulo quicquam horum gestum est. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia credis. Agrippa autem ad Paulum, [b]In modico suades me Christianum fieri. Et Paulus, Opto apud deum [c]& in modico, & in magno: non tantum te, sed etiam omnes qui audiunt, hodie fieri tales qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Et exurrexit rex & pręses & Bernice & qui assidebant eis. Et quum secessissent, loquebantur adinuicem dicentes, Quia nihil morte aut vinculis dignum quid fecit homo iste. Agrippa autem Festo dixit, Dimitti poterat homo hic, si nõ appellasset Cęsarem.

CAP. XXVII.

VT autem [a]iudicatũ est nauigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis [b]custodijs centurioni nomine Iulio, cohortis Augustę, ascendentes nauem Adrumetinam incipientem nauigare circa Asię loca, [c]sustulimus, perseuerante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi. Sequenti autem die venimus Sidonem. Humane autem tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos ire, [d]& curam sui agere. Et inde quũ sustulissemus, subnauigauimus [*]Cyprum: propterea q̃ essent venti contrarij. Et pelagus Cilicię & Pamphilię nauigantes, venimus [f]Lystram, quę est Lycię, & ibi inueniens centurio

B nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, trãsposuit nos in eam. Et quũ multis diebus tarde nauigaremus, & vix deuenissemus contra Cnidum prohibente nos vento, adnauigauimus Cretę iuxta Sal/

[Left margin notes:] [a]exactissimã [b]certissimã (diligẽtissimam) [c]de spe (vel, fretus spe) [*]instanter [*]Agrip C pa. [f]Cur [g]multa repugnãdo facturum: [h]vel, Quapropter tu Dio (aut, in his versans, & hęc agẽs) [a]vel, eos qui sanctificati sunt [b]inobediens [a]an passurus fuerit [a]vel, libere [b]Parũ abest quin psuadeas (vel, Modica ex parte psuades) [c]nõ solum modica ex parte, verũ etiã magna [a]decretũ A [b]vinctis [c]soluimus, & infra. [d]vt ab illis curaretur. [*]iuxta [f]Myram,

[Right margin notes:] Pharisęus Paulus. Spes. Resurrectio. Supra. 8. a Paulus persequutor añ cõuersionem. Conuersio Pauli. Minister. Testis. Apire oculos Conuersio. Tenebrę. Lux. Remiss pecca. Supra. 13. e. 14 Pœnitentia. Opera. Supra. 13. c. Scripturas impietas pdicat paulus. Lumen. Insanus iudicat paulus. Prophetę. Paulus Romã proficiscitur. 2. Cor. 11. f Aristarchus.

monentes vix iuxta nauigātes, venimus in locū quendā qui vocatur
'Boni' portus, cui iuxta erat ciuitas Thalassa. Multo autē tempore 'Pulchri
peracto, & quū iam non esset tuta nauigatio, eò q̄ 'ieiunius iam prę 'vltra tps so
terijsset, 'cōsolabatur' eos Paulus, dicens eis, Viri, video qm̄ cum in stinuissent &
iuria & multo damno non solū oneris & nauis, sed etiā animarū no ediam,
strarum incipit esse nauigatio. Centurio autē gubernatori & nauclero 'admonebat
magis credebat, q̄ his quę à Paulo dicebātur. Et quum aptus portus
non esset ad hyemandū, plurimi statuerūt cōsiliū nauigare inde, si quo
modo possent 'deuenientes' Phœnicē hyemare, 'portū Cretę respicientē' C 'puerti
ad Africū & ad Chorū. Aspirante aūt Austro ęstimātes propositū se 'is est port'
tenere, quū sustulissent de Asson, legebāt Cretā. Nō post multum aūt Cretę, respi
misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo. ciens
Quūq; arrepta esset nauis, e nō posset conari in ventū, data naue flati
bus ferebamur. In insulā aūt quādā 'decurrētes,' quę vocatur Clauda, 'deuecti,
potuimus vix obtinere scaphā. Qua sublata adiutorijs vtebātur, accin
gētes nauem, timentes ne in Syrtim inciderent, submisso vase sic fere
bantur. Valida aūt nobis tempestate iactatis, sequenti die iactum fece
runt: & tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt. Neque
aūt sole, neq; syderibus apparentibus per plures dies, & tempestate non D
exigua imminēte, iam ablata erat spes omnis salutis nostrę. Et quum
multa 'ieiunatio' fuisset, tunc stans Paulus in medio eo℞ dixit, Opor 'inedia
tebat quidē, ô viri, audito me non tollere à Creta, 'lucriq; facere' iniu 'nec accesse
riam hanc & iacturā. Et nūc 'suadeo' vobis bono animo esse. amissio re nobis
enim nullius animę erit ex vobis, pręterq̄ nauis. Astitit enim mihi hac 'hortor
nocte angelus dei cuius sū ego, & cui deseruio dicens, Ne timeas Pau
le, Cęsari te oportet assistere: & ecce donauit tibi deus omnes qui naui
gant tecū. Propter qđ bono animo estote viri: credo enim deo quia
sic erit quemadmodū dictum est mihi. In insulam aūt quādā oportet
nos deuenire. Sed posteaquā quartadecima nox superuenit, nauigā E
tibus nobis in Adria circa mediā noctem, suspicabantur nautę appa
rere sibi aliquā regionem. Qui & submittentes bolidem, inuenerunt
passus viginti: & pusillum inde 'separati,' inuenerunt passus quinde 'digressi,
cim. Timentes autē ne in aspera loca incideremus, de puppi mitten rursūq; de
tes ancoras quatuor optabant diem fieri. Nautis verò quęrentibus fu missa boli
gere de naui, quum misissent scapham in mare, sub 'obtentu quasi in de,
ciperent à prora ancoras extendere, 'dixit Paulus centurioni & militi 'pręteitu ve
bus, Nisi hi in naui māserint, vos salui fieri nō potestis. Tunc absciderunt lut e pra an
runt milites funes scaphę: & passi sunt eam excidere. Et quū lux incipe coras exten
ret fieri, 'rogabat' Paulus omnes sumere cibū dicens, Quartadecima F suri,
die hodie expectātes ieiuni permanetis, nihil accipientes. Propter qđ 'hortabat
'rogo' vos accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrum ca 'hortor
pillus de capite peribit. Et quum hęc dixisset, sumens panem gratias
egit deo in conspectu omnium: & quum fregisset, cœpit manducare.
'Animęquiores autem facti omnes,' & ipsi sumpserunt cibum. Era 'Animis iā
mus verò vniuersę animę in naui ducentę septuaginta sex. Et saturati recreatis o
cibo alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare. Quum autē dies mnium.
factus esset, terram nō agnoscebant: sinum verò quendam consydera
bant habentem litus, in quem cogitabant, si possent eijcere nauem. Et
quum ancoras sustulissent, cōmittebant se mari, simul laxantes iunctu G
ras gubernaculorum: & leuato artemone 'secundum' aurę flatum, ten 'vel, ad
debant ad litus. Et quum incidissemus in locum 'dithalassum,' impe 'bimarem,
gerunt nauem. & prora quidem fixa, manebat immobilis: puppis ve
rò soluebatur à vi 'maris.' Militum autem consilium fuit vt 'custo 'vndarum.
dias' occiderent: ne quis quum enatasset, effugeret. Centurio autem vo 'vinctos
lens seruare Paulum, 'prohibuit fieri: 'iussitq; eos qui possent natare, 'cōpescuit
emittere se primos, & euadere, & ad terram exire: & cęteros alios in ta eos a psilio.

Periculosā nauigationē prę monenti paulo non creditur,

Paulus hortatur ad fidē in pmissū à deo auxilium.

Angelus.

Fides.

Hortat' paul' naufragiū pas suros.

Gratiarū actio.

Naufragium.

bulis ferebant: quosdam super ea quę de naui erant. Et sic factum est
vt omnes animę euaderent ad terram.

CAP. XXVIII.

ET quum euasissemus, tunc cognouimus quia Melite, insula voca-
A batur. Barbari verò pręstabant non modicã humanitatẽ nobis.
Accensa enim pyra reficiebãt nos omnes, propter imbrẽ qui immine
bat, & frigus. Quum congregasset aũt Paulus sarmentorũ aliquantam
multitudinem, & imposuisset super ignẽ, vipera à calore quũ processis-
set, inuasit manũ eius. Vt verò viderunt Barbari pendentem bestiã de
manu eius, adinuicẽ dicebant, Vtiq; homicida est homo hic, qui quũ
euaserit de mari, vltio non sinit eum viuere. Et ille quidem excutiens
B bestiam in ignem, nihil mali passus est. At illi existimabant eũ in tu
morem conuertendũ, & subito casurũ & mori. Diu aũt illis expectan
tibus & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se, dicebãt eũ
esse deum. In locis autẽ illis erant prędia principis insulę, nomine
Publij, qui nos suscipiens, triduo benignè habuit. Contigit autẽ pa
trem Publij febribus & dysenteria vexatũ iacere. Ad quẽ Paulus intra
uit. & quũ orasset & imposuisset ei manus, saluauit eum. Quo facto,
oẽs qui in insula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur: qui
C etiã multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus imposue
runt quę necessaria erant. Post menses aũt tres, nauigauimus in na
ui Alexandrina, quę in insula hyemauerat, cui erat insigne Castorũ.
Et quum venissemus Syracusas, mansimus ibi triduo. Inde circũlegen
tes deuenimus Rhegium: & post vnum diem flante Austro, secunda
die venimus Puteolos, vbi inuentis fratribus rogati sumus manere
apud eos dies septem: & sic venimus Romam. Et inde quum audis
sent fratres *, occurrerunt nobis vsque ad Appij forum, ac Tres taber
D nas. Quos quum vidisset Paulus, gratias agens deo, accepit fiduciam.
Quum autem venissemus Romam, *permissum est Paulo permanere
sibimet cum custodiẽte se milite. Post tertium autem diem conuo
cauit primos Iudęorum. Quumq; venissent dicebat eis, Ego viri fra
tres, nihil aduersus plebem faciens, aut morẽ paternũ, vinctus ab Iero
solymis traditus sum in manus Romanorũ. qui quũ interrogationẽ
de me habuissent, voluerunt me dimittere, eò quod nulla esset caussa
mortis in me. Contradicentibus autem Iudęis, coactus sum appellare
E Cęsarem: non quasi gentẽ meam habens aliquid accusare. Propter hãc
igitur caũm rogaui vos videre & alloqui. Propter spem enim Israel,
catena hac circũdatus sum. At illi dixerunt ad eũ, Nos neq; literas acce
pimus de te à Iudęa, neq; adueniens aliquis fratrũ nũtiauit, aut loqu
tus est quid de te malũ. Rogamus autem à te audire quę sentis. nã
de secta hac notum est nobis quia vbiq; ei contradicitur. Quum con
stituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitiũ plurimi: qui-
F bus exponebat testificans regnũ dei, suadensq; eis de IESV ex lege
Moysi & prophetis, à mane vsq; ad vesperã. Et quidã credebant his quę
dicebantur: quidam verò non credebant. Quumq; inuicem non essent
consentientes, discedebant, dicente Paulo vnũ verbũ, Quia bene spiri
tus sanctus loquutus est per Isaiã pphetã ad patres nostros dicẽs, Vade
ad populũ istũ, & dic, Aure audietis & non intelligetis, & vidẽtes vide
bitis, & non perspicietis. Incrassatũ est enim cor populi huius, & auri-
bus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte videant
G oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sa-
nem eos. Notum ergo sit vobis quoniam gentibus missum est hoc sa
lutare dei, & ipsi audient. Et quum hęc dixisset, exierunt ab eo Iudęi,
multam habentes inter se quęstionem. Mansit aũt biennio toto in suo
conducto. & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prędicans
regnum dei, & docens quę sunt de domino IESV CHRISTO,
cum omni fiducia sine prohibitione.

aliquos in quibusdã nauis fragmẽtis.
vulgarẽ
recipiebãt
Omnino
futurũ vt incenderet.
vel, mutata mente,
vel, tractauit,
sanauit
Castor & pollux.
de nobis,
cẽturio tradidit victos pncipi exercitus, & apò semet ipm (.i. solũ & sine reliqs captiuis
examinassent,
aduocaui
Volumus

Barbarorũ humanitas erga paulum.
Vipera nõ nocet paulo.
A febrib' sanatur pr Publij.
Paulo occurrũt fratres.
Exponit paul' Iudęis qre Romam pductus sit.
Spes.
Annũtiat paulus regnũ dei & Iesum, fm scripturas.
Isa.6.c. Mat.13.b Mar.4.b Lu.8.f Io.12.f Rom.11.b
Gẽtib' missus Christus.
Pręd. est paul' Xpm omnib' accedentibus.

B. HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

PAVLVS apostolus, qui ante Saulus, extra numerũ duodecim apostolorũ, de tribu Beniamin & oppido Iudeę Gischalis fuit: quo à Romanis capto, cũ parentibus suis Tharsuz Cilicię cõmigrauit. à quibus ob studia legis missus Ierosolymaz, à Gamaliele viro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est. Quum autem interfuisset neci martyris Stephani, & acceptis à pontifice templi epistolis, ad persequẽdos eos qui CHRISTO crediderant, Damascum pergeret, reuelatiõe compulsus ad fidem, quę in actibus apostolorum scribitur in vas electionis de persequutore translatus est. Quumq; primum ad prędicationem eius Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset, ab eo q̃ eum CHRISTI fidei subegerat, sortitus est nomẽ Paulus: e iuncto sibi Barnaba, multis vrbibus peragratis, reuertensq; Ierosolymam, à Petro Iacoboq; e Ioanne, gentiuz apostolus ordinatur. Et quia in actibus apostolorum plenissime de eius conuersatione scriptũ est, hoc tantum dicam, quòd post passionem domini vicesimoquinto anno, id est secundo Neronis, eo tempore quo Festus procurator Iudeę successit Felici, Romam vinctus mittitur, & biennium in libera manens custodia, aduersus Iudęos de aduentu CHRISTI quotidie disputauit. Sciendum autem in prima satisfactione, necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrãt historię, Paulum à Neronę dimissum, vt euangelium CHRISTI, in occidentis quoque partibus prędicaret, sicut ipse scribit in secunda epistola ad Timotheum, eo tempore quo & passus est, de vinculis dictat epistolam, In prima mea satisfactione, nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autez mihi affuit, & confortauit me, vt per me prędicatio compleretur, e audirent omnes gentes, & liberatus sum de ore leonis. Manifestissime leonem propter crudelitatem, Neronem significans. Et in sequentibus, Liberatus sum de ore leonis. Et statim, Liberauit me dominus ab omni opere malo, & saluauit me in regnum suum cœleste. q̃ scilicet pręsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epistola pręmiserat, Ego enim iam immolor, & tempus resolutionis meę instat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romę pro CHRISTO capite truncatus, sepultusq; est in via Ostiensi, anno post passionem domini tricesimoseptimo. Scripsit autem decẽ ad septẽ ecclesias epistolas, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippenses vnam, ad Colossenses vnam, ad Thessalonicenses duas. Pręterea ad discipulos suos, Timótheo duas, Tito vnam, Philemoni vnam. Epistola autem quę fertur ad Hebręos, non eius creditur, propter styli sermonisq; distantiam: sed vel Barnabę iuxta Tertullianum, vel Lucę euangelistę iuxta quosdã: vel Clementis Romanę postea ecclesię episcopi, quem aiunt sentẽtias Pauli proprio ordinasse e ornasse sermone. vel certè quia Paulus scribebat ad Hebręos, & propter inuidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputauerat, scripserat vt Hebręus Hebręis hebraice, id est suo eloquio disertissime, vt ea quę eloquenter scripta fuerant in Hebręo, eloquentius verterentur in Grę cũ. & hanc caussam esse, q̃ à cęteris Pauli epistolis discrepare videatur. Legunt quidam e ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

ARGVMENTVM.

ROMANI, sunt partis Italię. Hi pręuenti sunt à falsis apostolis: & sub nomine domini nostri IESV CHRISTI, in legem & prophetas erant inducti. Hos reuocat apostolus ad veram & Euangelicam fidem scribens eis à Corintho, per Phoebem ministram ecclesię Cenchreensis.



AVLVS seruus IESV CHRI-
STI, vocatus [a]apostolus, segregatus
in euangelium dei quod antè promise-
rat per prophetas suos in scripturis san
ctis de filio suo, qui factus est [b] ei [c] ex se-
mine Dauid secũdum carnem, qui [d] prę
destinatus est filius dei in [e] virtute, se-
cundum spiritũ sanctificationis, ex resur
rectione [f] mortuorũ [g] IESV CHRI
STI domini nostri, per quem accepimus gratiam & aposto-
latum ad obediendũ fidei in omnibus gentibus [h] pro nomine
eius, in quibus estis & vos [i] vocati IESV CHRISTI:
omnibus qui [k] sunt Romę dilectis dei, vocatis sanctis, gratia
vobis & pax à deo patre & domino nostro IESV CHRI
STO. Primum quidẽ gratias ago deo meo per IESVM
CHRISTVM pro omnibus vobis quia fides vestra annũ
tiatur in vniuerso mũdo. Testis enim mihi est deus, [l] cui seruio
in spiritu meo in euãgelio filij eius, quòd sine intermissione memo
riã vestri facio, semper in orationibus meis obsecrãs, si quomo
do tandẽ aliquando prosperum iter habeam [a] in voluntate dei,
veniendi ad vos. Desydero enim videre vos, vt [b] aliquid imper
tiar vobis gratię spiritualis, ad cõfirmandos vos: id est [c] simul
consolari in vobis per eam quę inuicem est, fidem vestrã atq;
meam. Nolo autẽ vos ignorare fratres quia sępe proposui ve-
nire ad vos, & [d] prohibitus sum vsq; adhuc, vt aliquem fructũ
habeam in vobis, sicut & in cęteris gentibus. Gręcis ac barba-
ris, [e] sapientibus & insipientibus debitor sum: ita [f] quod in me
promptũ est, & vobis qui Romę estis euangelizare. Non enim
erubesco euangelium [*]. Virtus enim dei est, in salutẽ omni cre-
denti, Iudęo primũ & Gręco. Iustitia enim dei [g] in eo reuela-
tur ex fide in fidẽ: sicut scriptũ est, Iustus autem ex fide [h] viuit.

Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatẽ &
iniustitiam hominũ eorum qui veritatẽ dei in iniustitia deti-
nent: quia quod [i] notũ est dei, manifestũ est in illis. deus enim
illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius: à [k] creatura mundi,
[l] per ea quę facta sunt intellecta, cõspiciuntur: sempiterna quo
que eius [m] virtus & diuinitas: [n] ita vt sint inexcusabiles. Quia
quum cognouissent deũ, non sicut deũ glorificauerunt, aut gra
tias egerunt, sed [o] euanuerũt in cogitationibus suis, & obscu-
ratum est insipiens cor eorũ, [p] dicentes enim se esse sapientes,
stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in
similitudinem imaginis [q] corruptibilis hominis, & volucrum,
& quadrupedum, & [r] serpentum. Propter quod tradidit il-
los deus in desyderia cordis eorum in immunditiam: vt [s] con-

A
[a] vel, ad munus aplicũ
[b] declaratus fuit (demõstratus fuit)
[c] potentia, & infra.
[d] à mortuis
[e] qdã vertũt Iesu chro, vt legatur, de filio suo Iesu Chro. (Alij legũt Iesus Chrs dñs noster)
[f] de noie (vel, sup noie .i. fidei q̃ est vt credat i Iesum. vel, pro noie .i. loco Christi, sicut & ad Corinth. pro Christo legatiõe fungimur)
[g] nomẽ ẽ nõ pticipiũ & s.
[h] estis [i] quẽ colo spũ B

[a] per voluntatem
[b] aliquod impertiar vobis donum spirituale
[c] vt cõeq capiã consolatione in vobis p mutuã,
[d] prępeditus fuerim ad hunc vsq; diem,
[e] eruditis pariter ac rudibus
[f] quãtum in me est, paratus sum,
[*] CHRISTI.
[g] per illud patefit & s.
[h] victurus est.
[i] de deo cognosci põt,
[k] creatione C
[l] dum per opera intelliguntur, peruidentur
[m] potentia
[n] in hoc vt
[o] vani facti sunt
[p] quum se crederent
[q] vel, immortalis
[r] reptilium.
[s] ignominia

Euangelium.
Christus.
Paul[9] missus vt doceret fidem in Christum.
Vocati.
Sancti.
Fides Romanorum.
Optat Paulus videre Romanos.
Euangelium.
Iustitia.
Abac. 2. a
Heb. 10. g
Gala. 3. b
Ira dei.
Gentes esse peccatores probat.
Ephe. 4. d

sumentes) afficiant corpora sua 'in semetipsis.) qui commutaue/ | ' inter se mutuo;
runt veritatem dei in mendacium: & coluerunt & seruierunt | D
creaturę 'potius quàm creatori,) qui est 'benedictus) in secula. | ' vltra eũ qui cõdidit,
Amen. Propterea tradidit illos deus in 'passiones) ignomi/ | ' vel, laudandus
nię. Nam fœminę eorum immutauerunt naturalem vsum, in | ' cupiditates (affectus)
vsum qui est contra naturam. Similiter autem & masculi, reli/
cto naturali vsu fœminę, exarserunt 'in desyderijs suis in inui/ | ' per appetentiam sui,
cem,) masculi in masculos turpitudinem operantes, & merce/ | alius in alium,
dem (quã oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes. Et si/
cut non probauerunt deũ habere in notitia: tradidit illos deus
in 'reprobum sensum,) vt faciant ea quę non conueniunt, re/ | ' reprobam mentem,
pletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequi/
tia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, 'malignita | ' malis pditos motib',
te,) susurrones, detractores, 'deo odibiles,) contumeliosos, su/ | ' dei osores,
perbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedien/ | ' expertos intelligẽtię,
tes, 'insipientes,) 'incompositos,) 'sine affectione,) 'absq; fœ/ | ' pactorum haud qua
dere,)sine misericordia. Qui quum iustitiam dei cognouissent, | quam tenaces,
non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni sunt mor/ | ' alieni à charitatis af
te: non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt fa/ | fectu,
cientibus. CAP. II. | ' fœdifragi,

Iudęos oẽs esse peccatores ostẽdit. Matth. 7. a — PRopter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. | A
'In quo enim)iudicas alterum, teipsum cõdemnas. eadem | ' Nam hoc ipso quod
enim agis 'quę) iudicas. Scimus enim quoniã iudicium dei est | ' qui
secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem
hoc o homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea: quia tu
Ad pniam inuitat de' sua tolerantia. — effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & 'patientię) | ' tolerantię
& 'longanimitatis) contemnis? ignoras quoniã benignitas dei | ' vel, lenitatis
ad pœnitentiam te 'adducit?) 'Secũdum autem) duritiã tuam | ' vel, inuitat
& impœnitens cor, 'thesaurizas) tibi iram in die irę & reuela/ | ' Sed iuxta
tionis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; secundũ opera 'eius,) | ' vel, colligis
ijs quidem qui 'secundum patientiã boni operis,) gloriã & ho | ' sua.
norem & incorruptionẽ quęrunt: vitam ęternã. ijs autem qui | B
Opera. — sunt 'ex cõtentione) & qui non 'acquiescunt) veritati, credunt | ' perseuerantes in be
Matt. 16. d — autem iniquitati: ira & indignatio. Tribulatio & angustia in | nefaciendo
Deute. 10. d — omnem animã hominis operantis malum, Iudęi primum & | ' contentiosi
2. Para. 19. c — Gręci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonũ, Iu/ | ' obtemperant
Iob. 34. b — dęo primum & Gręco. non enim est acceptio personarũ apud
Act. 10. e — deum. Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege & peri/
Matth. 7. d — bunt. & quicunq; in lege peccauerunt: per legem iudicabũtur.
Iaco. 1. d — Non enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores le | C
gis 'iustificabuntur.) Quum enim gentes quę legem non ha/ | ' iusti habebuntur.
bent, naturaliter ea quę legis sunt faciunt: 'eiusmodi) legem | ' eę
non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scri/
ptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia
ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut
etiam 'defendentibus,) in die quum iudicabit deus occulta ho/ | ' excusantibus,
minum secũdum euangelium meum per IESVM CHRI
STVM. 'Si) autem tu Iudęus cognominaris, & requiescis | ' Ecce
in lege, & gloriaris in deo, & nosti voluntatem eius, & probas | ' eximia institutus in
'vtiliora instructus per legem,) confidis teipsum esse ducem cę | lege,
corum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipien | D
tium, magistrum infantium, habentem formã 'scientię &) ve/ | ' cognitionis ac
ritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui
prędicas non furandum, furaris: qui dicis non 'mœchandum, | ' adulterandum, adul
mœcharis:)qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege | teraris;
Isa. 52. b — gloriaris, per pręuaricationem legis deum inhonoras. Nomen

enim dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est. Circuncisio quidem prodest, si legem obserues: si autem pręuaricator legis sis, circuncisio tua pręputium facta est. Si igitur pręputium, iustitias legis custodiat: nõne pręputium illius in circũcisionem reputabitur? & iudicabit id quod ex natura est pręputium, legem cõsummans, te qui per literam & circũcisionem pręuaricator legis es? Non enim qui in manifesto, Iudęus est. neq; quę in manifesto in carne, est circuncisio. sed qui in abscondito: Iudęus est. & circuncisio: cordis in spiritu, non litera. cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est.

CAP. III.

QVid ergo amplius Iudęo est? aut quę vtilitas circũcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim, si quidam illorum nõ crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Est autem deus verax: omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas quũ iudicaris. Si autem iniquitas nostra iustitiam dei cõmendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est deus qui infert iram? secundum hominem dico. Absit. alioquin quomodo iudicabit deus hunc mũdum? Si enim veritas dei in meo mendacio abũdauit in gloriam ipsius: quid adhuc & ego tanquã peccator iudicor, & non (sicut blasphemamur; & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona? quorũ damnatio iusta est. Quid ergo? pręcellimus eos? Nequaquã. Caussati enim sumus Iudęos & Gręcos, omnes sub peccato esse: sicut scriptũ est, Quia non est iustus quisquã, non est intelligens, non est requirens deum. Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonũ, non est vsq; ad vnũ. Sepulchrum patens est guttur eorũ, linguis suis dolose agebant: Venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: Veloces pedes eorũ ad effundendũ sanguinem. Contritio & infœlicitas in vijs eorum: & viam pacis non cognouerunt: non est timor dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniã quęcunq; lex loquitur: ijs qui in lege sunt, loquitur. vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo: quia ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est: testificata à lege & prophetis. Iustitia autem dei per fidem IESV CHRISTI in omnes & super omnes qui credunt in eũ. non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt: & egent gloria dei. iustificati gratis per gratiã ipsius, per redemptionẽ quę est in CHRISTO IESV, quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitię suę, propter remissionem pręcedentium delictorũ, in sustentatione dei, ad ostensionem iustitię eius in hoc tẽpore. vt sit ipse iustus, & iustificans eũ qui est ex fide IESV CHRISTI. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quã legem? factorum? Non: sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominẽ per fidem sine operibus legis. An Iudęorum deus tantũ? Nõnne & gentiũ? Imò & gentium. quoniã quidem vnus est deus qui iustificat circũcisionẽ ex fide: & pręputiũ per fidem. Legem ergo destruimus per fidẽ? Absit: sed legẽ statuimus.

CAP. IIII.

QVid ergo dicemus inuenisse Abrahã patrem nostrum secũdum carnem? Si enim Abraham ex operibus iustificatus est: habet gloriã, sed non apud deum. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abrahã deo: & reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundũ gratiam, sed secundũ debitum. Ei vero qui nõ operatur, credenti autẽ in eum qui iustificat impiũ: reputatur fides ad iustitiam secũdum propositũ gratię dei. Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiã sine operibus, Beati, quorũ remissę sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Beatus vir, cui nõ

Left margin:

ppter vos male audit blasphemijs afficitur)
iustificationes
pro circuncisione
si legẽ seruauerit, A
hę in quo pręcellat iudęus?
commissa sunt illis oracula
faciet irritam? B
iniustitia
vel, humano more loqr.
per meum mendaciũ excelluit
posthac
de nobis male loquũtur, C
Nã ãn caussis redditis ostẽdimus,
ne vnus quidẽ.
execratiõe
calamitas
iustificant autem
reconciliatorem D
pręteritorum
quę tolerauit deus,
operum?
irritam facimus
stabilimus.
A
qd̃ glietur.
imputatũ & infra.
vel, imputat

Right margin:

Ezech. 36. e
Circuncisio Iudęi
Pręputium.
Gentes.
Iudęus.
Circuncisio.
Iudęos gentibus nõ esse excellentiores.
3. Timo. 2. c
Verax deus.
Ioan. 3. d
Psal. 115. a
Psal. 50.
Iudęi peccatores, sicut & gẽtes.
Galat. 3. d
Psal. 13. a
Psal. 5. c. 13. b
Psal. 139. a
Psal. 9. c.
Isa. 59. b
Prouer. 1. b
Psal. 35.
Galat. 2. d
Opera.
Iustificatio.
Lex.
Iustitia dei.
Peccatores oẽs.
Iustificatio.
Redemptio.
Remissio peccatorum.
Iustus.
Iustificatio.
Fides.
Deus, Iudęorum & Gentium.
Lex.
Abrahã fide iustificatus.
Gen. 15. b. gal. 3. a. Iaco. 2. d
Opera.
Fides.
Beatitudo.
Psal. 31. a

imputauit dominus peccatum. Beatitudo ergo hęc, in circũcisione tan-
tum manet, an etiam in pręputio? Dicimus enim quia reputata est B
Abrahę fides ad iustitiã. Quomodo ergo reputata est? ʼin circũcisio- ʼ in pputiõ
ne, an in prępuːio? ʼNon in circuncisione: sed in prępuːio. Et signum tantũ, an &
Circuncisio. accepit circũcisionis, signaculũ iustitię fidei quę ʼestʼ in prępuːio: vt sit in circuncis
Gene. 17. b pater omnium credentiũ per prępuːiũ, vt reputetur & illis ad iustitiã: sione? (sub.
Pr̃ credentiũ. & sit pater circũcisionis, non ijs tantũ qui sunt ex circũcisione, sed & ijs deuenit?)
Abraham. qui sectantur vestigia fidei quę ʼestʼ in prępuːio patris nostri Abrahę. ʼ fuerat
Non enim per legem promissio Abrahę aut semini eius vt hęres esset ʼ fuit
Lex. mundi: sed per iustitiã fidei. Si enim ʼqui ex lege,ʼ hęredes sunt: ʼexina C
Promissio. nitaʼ est fides, ʼabolitaʼ est promissio. Lex enim irã operatur. Vbi enim ʼvel, q ad le
Fidei iustitia. non est lex: nec pręuaricatio. Ideò ex fide: vt secũdum gratiã firma sit gę ptinent,
promissio omni semini, nõ ei qui ex lege est solũ, sed & ei qui ex fide est ʼ manis fcã
Gene. 17. a Abrahę qui pater est omnium nostrũ, sicut scriptum est, Quia patrem ʼ irrita facta
Abraham quõ multarũ gentium posui te ante deũ, cui credidisti, qui ʼviuificatʼ mor ʼ vitę resti-
fide iustus. tuos: & vocat ea quę nõ sunt, ʼtanquã ea quę sunt ʼquiʼ ʼcõtra spem in tuit
Gene. 15. b spemʼ credidit: ʼvtʼ fieret pater multarũ gentium secundũ qđ dictum ʼ tanq; sint.
est ei, Sic erit semen tuũ sicut stellę cœli & arena maris. Et non infir- D
matus est in fide: nec cõsyderauit corpus suum emortuũ, quum iam ferè ʼ pręter spẽ
centum esset annorũ, & emortuã vuluam Sarę. ʼIn repromissioneʼ etiã sub spe
dei non hęsitauit diffidentia: sed ʼcõfortatusʼ est fide, dans gloriã deo: ʼ quod
ʼplenissime sciens ʼquia quęcũq; promisit deus, potẽs est & facere. Ideò ʼ vel, Ad p
& reputatum est illi ad iustitiã. Non est autẽ scriptum tantũ propter missionem
ipsum, Quia reputatum est illi ad iustitiam: sed & propter nos, quibus ʼ robustus
Mors Christi. reputabitur credentibus in eum qui suscitauit I E S V M C H R I- factus
Resurrectio. S T V M dominũ nostrum à mortuis, qui traditus est propter delicta ʼ cert factus
nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostram. C A P. V.

Fides. IVstificati ergo ex fide, pacem ʼhabeamusʼ ad deum per dominũ no- A
Pax. strum I E S V M C H R I S T V M: per quem habemus accessum ʼvel, habemus
Gratia. per fidem in gratiã istam, in qua stamus & gloriamur in spe glorię fi-
Ephe. 2. d liorum dei. Non solum autem: sed & gloriamur in tribulationibus,
Gloria i affli. scientes q tribulatio patientiã operatur, patientia autem probationẽ,
Iaco. 1. a probatio vero spem. spes autẽ non ʼconfunditʼ: quia charitas dei diffu ʼ pudefacit
Patientia. sa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis. ʼVt ʼ Nam
Probatio. quid enimʼ C H R I S T V S, quum adhuc infirmi essemus, secundum
Spes. tempus pro impijs mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. nã
Charitas dei. pro bono forsitan quis audeat mori. Cõmendat autem charitatem suã
Heb. 9. d deus ʼin nobis:ʼ quoniã quum adhuc peccatores essemus, secundum ʼ erga nos
1. Pet. 3. c tempus C H R I S T V S pro nobis mortuus est. Multo igitur ma- B
gis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si
Iustificari. enim quũ inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortẽ filij eius:
Ira. multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Non solũ autem:
Mors christi. sed & gloriamur in deo per dominũ nostrum I E S V M C H R I-
Vita. S T V M, per quem nunc reconciliationẽ accepimus. Propterea sicut
Gloriari in deo. per vnum hominẽ peccatum in hunc mundum intrauit, & per pecca ʼ vel, quatenus
Adam & chri- tum mors: & ita in omnes homines mors pertransijt ʼin quoʼ omnes (siue iq;tũ)
stus cõferũtur. peccauerunt. Vsq; ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum ʼ imputat,
Mors. autem non ʼimputabatur,ʼ quum lex non ʼesset.ʼ Sed regnauit mors ab ʼ est.
Adã secũdus. Adam vsq; ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitu C
Donum, & gra dinem pręuaricationis Adę, qui est forma futuri. Sed non sicut deli-
tia dei. ctum, ita & donũ. si enim vnius delicto multi mortui sunt: multo ma-
gis gratia dei & donũ, in gratia vnius hominis I E S V C H R I S T I
in plures abundauit. Et non sicut per vnum ʼpeccatum,ʼ ita & donũ. ʼqui pecca-
nam ʼiudiciumʼ quidem ex vno, in condemnationẽ: gratia autẽ ex mul uit,
tis delictis, in iustificationẽ. Si enim vnius delicto mors regnauit per ʼ cõdẽnatio
vnum: multo magis abundantiam gratię & donationis & iustitię acci-

D plentes, in vita regnabunt per vnum IESVM CHRISTVM.
Igitur sicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnatio-
nem: sic & per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem
vitę. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores consti-
tuti sunt multi: ita & per vnius obeditionem, iusti cõstituentur multi.
Lex autem subintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit
delictum, superabundauit & gratia. vt sicut regnauit peccatum in mor-
tem: ita & gratia regnet per iustitiam in vitam ęternam per IESVM
CHRISTVM dominum nostrum.

CAP. VI.

A QVid ergo dicemus? Manebimus in peccato vt gratia abũdet? Ab-
sit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo ᵃadhuc⁾ viuemus
in illo? An ignoratis fratres quia quicũq; baptizati sumus in ᵇCHRI-
STO IESV, in morte⁾ ipsius baptizati sumus? Consepulti enim su-
mus cum illo per baptismũ in mortem: vt quo modo CHRISTVS
surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitę ambu-
lemus. Si enim cõplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul
B & resurrectionis erimus. hoc scientes quia vetus homo noster simul cru-
de fructu eius non edit? Quis pascit gregem: & de lacte gregis nō man
ducat? Nunquid secundum hominem hęc dico? ' An & lex hęc non '
Deut. 25. a dicit? Scriptum est enim in lege Moysi, Non alligabis os bouis tritu/ B
1. Tim. 5. c ranti. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos vtiq; hoc di/
cit? Nam propter nos scripta sunt. quoniam debet in spe qui arat, ara/
Rom. 15. f re: & qui triturat*, ' in spe fructus percipiendi. ' Si nos vobis spiritua/ ' An nō & lex
lia seminauimus: magnum est si nos carnalia vestra metamus? Si alij eadem
potestatis ' vestrę ' participes sunt: quare non potius nos? Sed non vsi * sub spe
sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum de/ ' quod spei suę
Deut. 18. a mus euangelio CHRISTI. Nescitis quoniam qui in sacrario ope/ particeps esse
rantur: quę de ' sacrario ' sunt edunt: & qui altario deseruiunt: cum al/ debeat.
Gratis pau tario participant? Ita & dominus ordinauit ijs qui euangelium annū/ ' erga vos
lus euange/ tiant, de euangelio viuere. Ego ' autem ' nullo horum vsus sum. ' Non * sacris
lizauit ne autem ' scripsi hęc vt ita fiant in me: bonum est enim mihi magis C ' tamen
oneri esset mori, quā vt ' gloriam ' meam quis * euacuet. ' Nam & si euangeli/ ' Quanquā
christianis. zauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: vę enim gloriationē.
mihi est si non euāgelizauero. Si enim volens hoc ago: mercedem ha ' inanē reddat.
beo. si autem inuitus: dispensatio mihi ' credita ' est. Quę est ergo mer/
ces mea? Vt euangelium prędicans, ' sine sumptu ponam ' euangeliū, ' commissa
vt non abutar potestate mea in euangelio. Nam quum liber essem ex ' gratuitū effi/
omnibus, omnium me seruum feci: vt plures lucrifacerem. Et factus sum ciam
Iudęis tanquam Iudęus: vt Iudęos lucrarer. ijs qui sub lege sunt: quasi
sub lege essem * (quum ipse non essem sub lege) ' vt eos qui sub lege
Seruus pau erant lucrifacerem, ijs qui sine lege erant, tanquā sine lege essem (quū sine
lus. lege dei non essem *: sed ' in lege essem ' CHRISTI) vt lucrifacerem D * deo
eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus: vt infirmos lu/ ' essem obno/
crifacerem. Omnibus omnia factus sum: vt ' omnes ' facerē saluos. Om/ xius legi
nia autem facio propter euangelium: vt particeps eius efficiar. Nesci/ ' oīno aliq̄s
Premium tis quod ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt: sed vnus ac/
propositū. cipit ' brauium? ' Sic currite vt comprehendatis. Omnis autem qui ' in ' premium
agone contendit: ' ab omnibus se abstinet. & illi quidem vt corrupti/ * certat:
bilem coronam accipiant; nos autem incorruptam. Ego igitur sic cur/

ro, non quasi in incertum: sic pugno, nō quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne quum alijs prędicauerim, ipse reprobus efficiar.

° subijcio
° quo modo fiat vt

CAP. X.

A NOlo enim vos ignorare fratres quoniā patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare trāsierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt (bibebant autem de spirituali, consequente eos, petra: petra autē erat CHRISTVS) sed nō in pluribus eorum beneplacitum est deo. nam prostrati sunt in deserto. Hęc autem in figura facta sunt nostri, B vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. Neq; idololatrę efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neq; fornicemur: sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt C vna die vigintitria millia. Neq; tentemus CHRISTVM: sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neque murmurauentis: sicut quidam eorū murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hęc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Itaq; qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. fidelis autem deus est, qui nō patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiā cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor: vos ipsi D iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus: nōnne communicatio sanguinis CHRISTI est? & panis quem frangimus, nōnne participatio corporis domini est? Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus. omnes quidem de vno pane & de vno calice participamus. Videte Israel secundū carnem: Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Quid ergo? dico ꝙ idolis immolatum, sit aliquid? aut quòd idolum sit aliquid? Sed quòd quę E immolant gentes: dęmonijs immolant, & non deo. Nolo autem vos socios fieri dęmoniorum. Non potestis calicem domini bibere, & calicem dęmoniorū: non potestis mensę domini participes esse, & mensę dęmoniorum. An ęmulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. omnia mihi licent, sed non omnia ędificant. Nemo quod suum est quęrat: F sed quod alterius. Omne quod in macello venit, manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. domini enim est terra, & plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium ad cœnam, & vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit, Hoc immolatum est idolis: nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam: G conscientiam autem dico non tuā, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Si ego cum gratia participo: quid blasphemor pro eo quòd gratias ago? Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite. Sine offensione estote Iudęis & gentibus, & ecclesię dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quęrens quod mihi vtile est, sed quod multis: vt salui fiant.

° quę illos comitabatur
° termini statū
° apprehendit
° Poculū eius
° communicatio
° prouocamus
° conducunt.
° dñi siqdē est terra & plenitudo eius.
° maledicor
° Tales estote vt nullū pbeatis offendiculū

Nume. 9. d — Exo. 13. d — Exo. 14. e — Exo. 16. d — Petra. — Exo. 17. b — Nume. 20. b — Cōcupiscētia. — Nume. 26. g — Idololatrę. — Exo. 32. b — Fornicatio. — Nume. 25. b — Tentare deū. — Nume. 21. b — Murmurare. — Nume. 14. f — Iudi. 8. e — Tentatio. — Idololatria fugienda. — Calix. — Panis. — De cibis. — Supra. 6. c — Eccl. 37. d — Psal. 25. a — Colos. 3. c — Offendiculū. — Imitari deū. — Caput viri. — Ephe. 5. e

CAP. XI.

A IMitatores mei estote: sicut & ego CHRISTI. Laudo autem vos fratres, quòd per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, pręcepta mea tenetis. Volo autem vos scire ꝙ omnis viri caput, CHRISTVS est. caput autē mulieris: vir. caput verò CHRISTI: deus. Omnis vir orans aut prophetans velato capite: deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non

° probro afficit (dehonestat) & infra.

Vir quare nō | velato capite: deturpat caput suum. vnum enim est ac si 'decaluetur.' | 'rasa esset.'
velat caput. | Nam & si non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri | B
Mulier velata | tonderi aut decaluari: velet caput suum. Vir quidem non debet ve-
& comata. | lare caput suum: quoniam imago & gloria dei est, mulier autē glo-
ria viri est. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim
Gen. 2. d | non est creatus vir propter mulierem: sed mulier propter virū. Ideò
debet mulier velamen habere supra caput suum, & propter ange-
los. 'Veruntamen' neq; vir sine muliere: neque mulier sine viro in | C
domino. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia | 'Alioqui
autem ex deo. Vosipsi iudicate: 'decet' mulierem non velatā orare | 'nū decorū est
deum? Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si 'comam nu- | 'comatus fue
triat,' ignominia est illi: mulier vero si comā nutriat, gloria est illi? | rit, & infra.
quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Si quis autem videtur
Ecclesia dei nō | contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus, neq; ec-
contentiosa. | clesia dei. Hoc autem pręcipio: non laudans, quòd non in melius, | D
sed in deterius conuenitis. Primum quidem cōuenientibus vobis in
De cœna dñi. | ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam opor
tet & 'hęreses' esse: vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. | 'sectas
Conuenientibus ergo vobis in vnum, 'iam non est' dominicā cœ- | 'non licet
nam manducare. Vnusquisq; enim suam cœnam 'pręsumit' ad man | 'occupat (an-
ducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Nunquid | ticipat)
domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut ecclesiam | E
dei contemnitis: & cōfunditis eos qui non habent? Quid dicam vo
Mat. 26. c | bis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accepi à domino qd
Mar. 14. c | & tradidi vobis, quoniam dominus IESVS in qua nocte trade-
Luc. 22. b | batur, accepit panem: & gratias agens fregit & dixit, Accipite, & mā
ducate, hoc est corpus meum quod pro vobis 'tradetur:' hoc facite | 'frangitur
in meam cōmemorationem. Similiter & calicem, postquā cœnauit,
dicens, Hic calix, nouum testamentum est in meo sanguine. hoc faci- | F
te, quotiescunq; biberitis, in meam cōmemorationem. Quotiescūq;
enim manducabitis panem hunc, & 'calicem' bibetis: mortem domi | 'de poculo
Ioan. 6. f | ni annuntiabitis, donec veniat. Itaq; quicunq; manducauerit panem | hoc
hunc, & biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & sangui
2. Cor. 13. b | nis domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat,
& de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne: iudicium
sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Ideò inter | G
vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd si nos-
Iudicari à do- | metipsos diiudicaremus: non vtique iudicaremur. Dum iudicamur
mino. | autem: à domino corripimur; vt non cum hoc mundo dānemur.
Itaq; fratres mei, quum conuenitis ad manducandum, inuicem ex- | 'ad cōdemna-
pectate. Si quis esurit, domi manducet: vt non 'in iudicium' cōue- | tionem
niatis. Cętera autem, quum venero, disponam.

CAP. XII.

A

De spiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres. Scitis autem | 'vtcunq;
quoniam quum gentes essetis, ad simulachra muta 'prout' du- | 'sequentes,
cebamini 'euntes.' Ideò notum vobis facio, quòd nemo 'in spiri- | (vel, adducti.)
Mar. 9. f | tu' dei loquens, dicit 'anáthema IESV.' Et nemo potest dicere, | 'p spūm ei'
Spūs sanctus. | dominus IESVS: nisi in spiritu sancto. Diuisiones verò 'gratia- | 'anathema Ie
rum' sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones 'ministrationū' sunt: | sum (.i. maledi
Opera. | idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem verò | cit & execratur
Donorum di- | deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur ma | Iesum.)
stributio. | nifestatio spiritus, ad 'vtilitatem.' Alij quidem per spiritum datur | 'vel, donorū
sermo sapientię, alij autem sermo scientię secundū eundem spiritū: | 'vl, misteriorū
Roma. 12. a | alteri fides in eodem spiritu. alij gratia sanitatū, in vno spiritu. alij | 'id qđ confert
Ephes. 4. b | 'operatio virtutum,' alij prophetia, alij discretio spirituū, alij gene | B vl, expedit.
Mēbra varia ī | ra linguarū, alij interpretatio 'sermonum.' Hęc autem omnia ope- | 'efficacię po-
vno corpore. | ratur vnus atq; idē spiritus, diuidens singulis prout vult. Sicut enim | tentiarum,
'vel, linguarū.

corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis quum sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & CHRISTVS. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudęi, siue gentiles, siue serui, siue liberi: & omnes ' in vno spiritu potati sumus. ' Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, Quoniam non sum manus, nō sum de corpore: non ideò non est de corpore? Et si dixerit auris, Quoniam non sum oculus, nō sum de corpore: non ideò non est de corpore? Si totū corpus oculus: vbi auditus? si totum auditus: vbi 'odoratus?' Nunc autem posuit deus membra 'vnūquodq; 'eorum' in corpore sicut voluit. Quòd si essent omnia vnum membrū, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra: vnum autem corpus. Nō potest autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo. aut iterū caput pedibus, Non estis mihi necessarij. sed multo magis quę videntur mēbra corporis 'infirmiora' esse, necessariora sunt. & quę putamus 'ignobiliora' membra esse corporis: his honorem abundantiorem 'circundamus.' & quę inhonesta sunt 'nostra:' abundantiorem honestatem habent. Honesta autē nostra, nullius egent: sed deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorem: vt non sit 'schisma' in corpore, sed 'in idipsum' pro inuicem solicita sint membra. Et si quid patitur vnum mēbrum: cōpatiuntur omnia membra. siue 'gloriatur' vnum membrū: congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus CHRISTI, & membra 'de mēbro.' Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia primū apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde 'virtutes,' exinde gratias curationum, 'opitulationes,' gubernationes, genera linguarū, interpretationes sermonū. Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetę? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nūquid omnes gratiam habent curationū? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretātur? 'Aemulamini autē charismata meliora.' Et adhuc excellentiorē viam vobis demonstro.

Margin (left): * vnū spiritū hausimus. — C — * olfactus? — * singulatim — * vel, imbecilliora — * min' honesta — * exponimus. — * nostris & .s. — D — * dissidium — * idem — * glorificat (honorificatur) — * ex parte (.i. aliqua ps mēbrorum. — * ptātes, & .s. — * subsidia, — * Sectemini do na potiora.

Margin (right): Christi corpus ecclesia. Ephes. 4.c

CAP. XIII.

A SI linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem nō habeam: factus sum velut ęs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnē scientiam, & si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero: nihil sum. Et si distribuero in 'cibos' pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum 'ita vt ardeam,' charitatem autem non habuero: nihil mihi prodest. B Charitas patiens est, benigna est. Charitas non' ęmulatur,' 'non agit perperā, 'non inflatur, non 'est ambitiosa, 'non quęrit quę sua sunt, non irritatur, non cogitat malum: non gaudet super iniquitate, C congaudet autē veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit: siue prophetię 'euacuabuntur,' siue linguę cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Quum autē venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Quum essem paruulus: loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir: 'euacuaui' quę erant paruuli. D Videmus nunc per speculum in ęnigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autē manent, fides, spes, charitas, tria hęc: 'maior autem horum' est charitas.

Margin (left): * alimoniam — * vt comburar, — * inuidet, — * charitas non est proterua. (vel, nō adulat aut ostentat sese) — * agit inhoneste. (vel, est fastidiosa. i. nihil sibi in decoro putat quā tuis humile officium.) — * abolebūt, & .s. — * abolemi — * maxia ex his

Margin (right): Charitas. — Paruulus. — Vir.

CAP. XIIII.

A SEctamini charitatem, ęmulamini spiritualia: magis autē vt prophetetis. Qui enim loquitur lingua, nō hominibus loquitur, sed deo: nemo enim audit, spiritu autem loquitur mysteria. nam qui prophetat: hominibus loquitur ad ędificationem, & exhortationem, &

Margin (right): Charitas. — Prophetia. — Log lingua.

consolationem. Qui loquitur lingua: semetipsum ędificat: qui aut
prophetat, 'ecclesiā' ędificat. Volo autē omnes vos loqui linguis:
magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, q̄ qui lo- ' ągregationē
quitur linguis: nisi forte interpretetur vt ecclesia ędificationem acci
piat. Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquens: qd vo-
bis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut B
in prophetia, aut in doctrina? 'Tamen' quę sine anima sunt voces
dantia, siue tibia siue cithara: nisi distinctionem sonituum dederint,
quomodo scietur id quod 'canitur, aut quod citharizatur? Etenim ' Quin(Etiā)
si incertā vocem det tuba: quis parabit se ad bellū? Ita & vos per lin
guā nisi 'manifestū' sermonem dederitis: quomodo scietur id quod ' tibia
dicitur? Eritis enim in aera loquentes. Tam multa 'vtputa' genera ' significātē
'linguarū' sunt in hoc mundo: & nihil sine voce est. Si ergo nescie- ' verbigratia
ro 'virtutem' vocis, ero ei 'cui loquar' barbarus: & qui loqtur, mi- C ' vocum
hi barbarus. Sic & vos, quoniā 'ęmulatores' estis spirituū: ad ędifi- ' vim
cationem ecclesię quęrite vt 'abundetis.' Et ideò qui loquitur lin- ' qui loquitur
Orare. gua: oret vt interpretetur. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, ' sectatores
Benedicere. mens aūt mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & ' excellatis.
mente: psallā spiritu, psallam & mente. 'Cęterum' si 'benedixeris'
spiritu: qui supplet locum 'idiotę,' quō dicet AMEN super tuam ' A lingua
benedictionem? quoniam quid dicas, nescit. nam tu quidē bene gra ' .i.laudes cele
tias agis: sed alter non ędificatur. Gratias ago deo meo, quòd 'om- D brares dei
nium vestrum' linguis loquor. Sed in ecclesia volo quinque verba ' indocti
'sensu meo' loqui, vt & alios instruam: quàm decem millia verbo ' magis quam
Pueri malitia. rum in lingua. Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia par omnes vos
uuli estote, sensibus autem perfecti estote. In lege enim scriptum est, ' mente mea
Isa.28.c Quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic: & nec
sic exaudient me, dicit dominus. Itaq; linguę in signū sunt non fide
libus, sz ī fidelibus: pphetię aūt, nō infidelibus, sed fidelibus. Si ergo
cōueniat vniuersa ecclesia in vnū, & omnes linguis loquātur, intrent E
aūt 'idiotę' aut infideles: nōnne dicent q̄ insanitis? Si autem om-
nes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota: 'conuincitur' ' indocti e
ab omnibus, dijudicatur ab omnibus. occulta enim cordis eius ma- ' coarguitur
nifesta fiunt: & ita cadens in faciem adorabit deū, pronuncians q̄ ve
re deus in vobis sit. Quid ergo est fratres? Quum cōuenitis, vnus-
quisq; vestrū 'psalmū' habet, doctrinā habet, 'apocalypsin' habet,
linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ędificationem ' vel, canticū
fiant. Siue lingua quis loquitur: 'secundū duos,' aut 'vt multum' ' reuelationē
tres, & 'per partes,' & vnus interpretetur. Si autem non fuerit inter- F
pres: taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & deo. Prophetę autem ' fiat p binos,
duo aut tres dicant, & cęteri dijudicent. Quòd si alij reuelatū fuerit ' ad summū
sedenti: prior taceat. Potestis enim omnes 'per singulos' propheta ' vicissim,
re: vt omnes discant, & omnes 'exhortentur.' & spiritus propheta- ' singulatim
rū, prophetis subiecti sunt. Nō enim est 'dissensionis deus,' sed pa- ' consolationē
I.Timo.2.d cis: sicut & in omnibus ecclesijs sanctorum doceo. Mulieres in ec accipiant.
Gene.3.c clesijs taceant. non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse: sicut ' confusionis
& lex dicit. Si quid aūt volūt discere, domi viros suos interrogent. G author
Turpe est enim mulieri, loqui in ecclesia. An à vobis verbū dei pro
cessit? aut in vos solos peruenit? Si quis videtur propheta esse, aut spi
ritualis, cognoscat quę scribo vobis, q̄ domini sunt mandata. Si qs
autem ignorat, 'ignorabitur.' Itaq; fratres ęmulamini prophetare:
& loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem 'honeste' & secun ' vel, ignoratur
dum ordinem fiant in vobis. ' vel, decenter

CAP. XV.

Euangelium a Paulo pręedicatū. Gala.1.b

NOtum autem vobis facio fratres euangeliū quod prędicaui vo
bis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini, A
'qua ratione' prędicauerim vobis si tenetis, nisi frustra credidistis, ' quo pacto

Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quod CHRISTVS mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die, secundum scripturas: & quia visus est Cephę: & post hoc vndecim. Deinde visus est plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo: deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi. Ego enim sum minimus apostolorum: qui nō sum dignus vocari apostolus, quoniam persequutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum: & gratia eius in me, 'vacua' non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia dei mecum. Siue 'enim' ego, siue illi: sic prędicauimus, & sic credidistis. Si autem CHRISTVS prędicatur quod resurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis quoniā resurrectio mortuorum non est? Si autē resurrectio mortuorū nō est: neque CHRISTVS resurrexit. Si autem CHRISTVS non resurrexit, inanis est prędicatio nostra, inanis est & fides vestra. inuenimur autem & falsi testes dei: quoniam testimonium diximus 'aduersus deum,' quòd suscitauerit CHRISTVM quem non suscitauit si mortui non resurgūt. Nā si mortui nō resurgunt: neque CHRISTVS resurrexit. Quòd si CHRISTVS non resurrexit: vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in CHRISTO: perierunt. Si in hac vita tantū in CHRISTO sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem CHRISTVS resurrexit à mortuis, primitię dormientium. quoniā quidem per hominē mors: & per hominem resurrectio mortuorū. Et sicut in Adam omnes moriuntur ita & in CHRISTO omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in suo ordine: primitię CHRISTVS: deinde ii 'qui sunt CHRISTI,' qui in aduentū eius crediderūt. Deinde finis: quū tradiderit regnum deo & patri, quū 'euacuauerit' omnem principatū & potestatem & virtutem. Oportet autem illum regnare: donec 'ponat' omnes inimicos sub pedibus 'eius.' 'Nouissime' autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Quum autem dicat, Omnia subiecta sunt ei: 'sine dubio prętér' eum qui subiecit ei omnia. Quū autem subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia, vt sit deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui baptizātur pro mortuis, si omnino mortui nō resurgunt? vt quid & baptizātur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior, 'per vestram gloriam' fratres, quā habeo in CHRISTO IESV domino nostro. Si (secundū hominem) ad bestias pugnaui Ephesi: quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrūpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iuste: & nolite peccare. ignorantiam enim dei quidā habent. Ad 'reuerentiam' vobis loquor. Sed dicit aliquis. Quomodo resurgūt mortui? quali aūt corpore venient? Insipiens tu, quod seminas nō viuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas: nō corpus quod futurum est seminas, sed nudum granū, 'vt puta' tritici, aut alicuius cęterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult: & vnicuique seminum proprium corpus. Non omnis caro, eadē caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia autem volucrium, alia piscium. Et corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cœlestium gloria: alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia 'claritas' lunę, & alia claritas stellarū. Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorū. Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in 'ignobilitate:' surget in gloria. Semi-

Marginal notes (left): B, * inanis; * igitur; * de deo, C; * in aduentu ipsi; * aboleuerit; D; * posuerit; * suos; * Nouissima; * vel, palam est excipiendum.; * per nostram gloriationem; E; * pudorem; * exempli caussa; * vel, gloria & infra. F; * ignominia:

Marginal notes (right): Isa. 53. b; Ionę. 2. a; Osee. 6. a; Ioan. 20. e; Paulo visus Christus.; Act. 9. a; Ephe. 3. b; Christus primus resurrexit, & omnes per ipsum resurgent.; Colos. 1. c; Apoc. 1. b; 1. Thes. 4. d; Psal. 109. a; Heb. 1. d. 10. e; Psal. 8. c; Heb. 2. d; Baptizari pro mortuis.; Isa. 22. d; Sapien. 2. b; Menander.; Quomodo resurgūt mortui

natur in infirmitate: surget in ʳvirtute.) Seminatur corpus animale: ʳ potentia
Gene.2.b surget corpus spirituale. Si est corpus animale: est & corpus spiritua-
Adā duplex. le, sicut scriptum est, Factus est primus homo Adam in animam vi-
uentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Sed non prius
quod spirituale est, sed quod animale: deinde quod spirituale. Pri-
Prim⁹ & secū- mus homo de terra, terrenus: secūdus homo * de cælo, ᵖcælestis.) * ipse dñs
dus homo. Qualis terrenus: tales & terreni. & qualis cælestis: tales & cæle-
stes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imagi-
nem cælestis. Hoc aūt dico fratres: qa caro & sanguis regnū dei pos- G
sidere nō possunt: neq; corruptio, incorruptelam possidebit. Ecce my- ʳ Non oēs qdē
sterium vobis dico. ʳOmnes quidem resurgemus: sed nō omnes im- dormiem⁹: oēs
mutabimur.) In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet mnes tamē im-
enim tuba) & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. mutabimur.
Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem: & morta- * corruptibile
le hoc, induere immortalitatem. Quum autem *mortale hoc induerit hoc īduerit in
Mors. Osee.13 rit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est corruptibilitatē,
d Heb.2.d mors in ʳvictoria.) Vbi ʳest mors victoria tua? vbi est mors stimu- tem, &
Peccatum. lus tuus? Stimulus autem mortis, peccatū est: ʳvirtus) verò pecca- ʳ victoriam.
Victoria. ti, lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per dominum ʳ tuus mors a-
2.Ioan.5.a nostrum IESVM CHRISTVM. Itaq; fratres mei dilecti, sta culeus? vbi tua
Opera. biles estote & immobiles: abundantes in opere domini semper, scien īferne victoria?
tes q labor vester non est inanis in domino. CAP. XVI. ʳ potentia

Collectę ī pau- DE ʳcollectis) autem quę fiunt in sanctos sicut ordinaui ecclesijs A
peres sanctos. Galatię, ita & vos facite. Per vnā sabbathi vnusquisq; vestrum ʳ collationib⁹
apud se seponat, recondens qđ ei ʳbene placuerit:) vt non quū ve- ʳ cōmodū fue-
nero, tunc collectę fiant. Quum autem pręsens fuero: quos probaue rit:
ritis per epistolas, hos mittam perferre ʳgratiam) vestram in Ierusa- ʳ magnificētiā
lem. Quòd si ʳdignum) fuerit vt ego eam: mecum ibunt. Veniam ʳ opere piūm
autem ad vos: quum Macedoniam pertransiero, nam Macedoniam
pertransibo. Apud vos autem forsitan manebo vel etiam hyema-
bo: vt vos me deducatis quocunque iero. Nolo enim vos modo in B
transitu videre, spero enim me aliquantulum temporis manere apud
vos: si dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi vsq; ad pen-
tecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum & ʳeuidens.) & ʳ efficax
Thimotheum aduersarij multi. Si autem venerit Timótheus: videte vt sine ti-
cōmendat pau more sit apud vos. opus enim domini operatur, sicut & ego. Ne qs
lus. ergo illum spernat. deducite autem illum in pace: vt veniat ad me.
Apollo. expecto enim illum cum fratribus. De Apollo autem fratre, ᵖvo-
bis notum facio quoniam ˡ multum ʳrogaui) eū vt veniret ad vos ʳ hortat⁹ sum
cum fratribus: & vtique non fuit voluntas eius vt nunc veniret. ve- C
Vigilare. niet autem quum ʳei vacuum fuerit.) Vigilate, state in fide, virili ʳ opportunita-
Fides. ter agite, & confortamini: omnia vestra in charitate fiant. Obse- tē erit nactus.
Charitas. cro autem vos fratres, nostis domum Stéphanę ᵐ & fortunati & A-
Stephani fami chaici ˡ quoniam sunt primitię Achaię, & in ministerium sanctorum
lia. ordinauerunt seipsos: vt & vos subditi sitis eiusmodi, & omni coo-
peranti & laboranti. Gaudeo autem ʳin pręsentia) Stéphanę & For ʳ de aduentu
tunati & Achaici, quoniam id quod ʳvobis) deerat, ipsi suppleue- ʳ mihi vñi
runt. ʳrefecerunt) enim & meum spiritum & vestrum. Cognoscite ʳrefocillancū
ergo qui eiusmodi sunt. Salutant vos omnes ecclesię Asię. Salu- D
tant vos in domino multum, Aquila & Priscilla cū domestica sua
ecclesia, ᵖapud quos & hospitor. ˡ Salutant vos omnes fratres. Salu-
Ósculum. tate inuicem in osculo sancto. Salutatio: mea manu Pauli. Si quis
non amat dominum nostrum IESVM CHRISTVM, sit
anáthema: maran atha. Gratia domini nostri IESV CHRI- id est dominus
STI vobiscum. Charitas mea cum omnibus vobis in CHRI- noster venit.
STO IESV. AMEN.

ARGUMENTUM.

POST actam à Corinthijs pœnitentiã, consolatoriam scribit eis epistolã apostolus à Troade per Titum. Et collaudans eos, hortatur ad meliora: contristatos quidem eos, sed emendatos ostendens.



AULUS apostolus IESU CHRISTI per volũtatẽ dei & Timótheus frater: ecclesię dei quę est Corinthi cũ omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia, gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino IESU CHRISTO. Benedictus deus & pater domini nostri IESU CHRISTI, pater misericordiarũ & deus totius cõsolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi à deo, quoniam sicut abundant passiones CHRISTI in nobis: ita & per CHRISTUM abundat & consolatio nostra. Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione & salute, quę operatur tolerantiam earundẽ passionũ quas & nos patimur: & spes nostra firma est pro vobis: scientes quod sicut socij passionũ estis, sic eritis & consolationis. Nõ enim volumus ignorare vos frẽs, de tribulatione nr̃a quę facta est in Asia, quõ supra modũ grauati sumus supra virtutẽ, ita vt tęderet nos etiã viuere. Sed ipsi in nobisipsis responsum mortis habuimus, vt nõ simus fidentes in nobis, sed in deo qui suscitat mortuos, qui de tãtis periculis nos eripuit & eruit: in quem speramus quõ & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarũ personis facierũ, eius quę in nobis est donationis, per multos gratię agãtur pro nobis. Nã gloria nr̃a hęc est, testimonũ cõscientię nostrę, quod in simplicitate cordis & synceritate dei, & nõ in sapientia carnali, sed in grã dei cõuersati sumus in hoc mundo: abundantius aũt ad vos. Nõ enim alia scribimus vobis, quã quę legistis & cognoscitis. Spero aũt quod vsque in finem cognoscetis: sicut & cognouistis nos ex parte, quod gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die domini nostri IESU CHRISTI. Et hac cõfidentia volui prius venire ad vos, vt secundã gratiam haberetis: & per vos trãsire in Macedoniam, & iterũ à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudęã. Quũ ergo hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? Aut quę cogito, sm̃ carnem cogito, vt sit apud me EST & NON? Fidelis aũt deus, quia sermo noster qui fuit apud vos, non est in illo EST & NON, sed est in illo EST. Dei enim filius IESUS CHRISTUS, qui in vobis per nos pdicatus est per me & Syluanũ & Timótheũ, nõ fuit in illo EST & NON, sed EST in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt: in illo EST: ideo & per ipsum deo AMEN ad gloriam nostram. Qui autem confirmat nos vobiscũ in CHRISTUM, & qui vnxit nos, deus: qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis, non veni vltra Corinthum: non quia dominamur fidei vestrę: sed adiutores sumus gaudij vestri: nam fide statis.

CAP. II.

STatui autem hoc ipsum apud me ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristo vos: & quis est qui me lętificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis, vt nõ quũ venero, tristitiam super tristitiam habeam de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium omnium vestrum est.

[Left margin notes:]

Ad Corinthios prior. Missa fuit e Philippis per Stephanam & Fortunatum & Achaicũ & Timotheum. A

consolationem qua cõsolamur

afflictiones B

vestri consolatione

siue cõsolatiõnẽ accipimus p vestri cõsolatione ac salute,

vel, desperauerimus et de vita.

sententiã C

multis personis p dono in nos collato

gloriatio

erga vos.

legitis

vel, geminam apud vos iterũ gratiam:

in animo D versarem,

qđ est etiam, etiã. & qđ nõ, non?

fuit etiam & non Dei

etiam & nõ, sed etiã

per ipsum fuit etiã, & per

per nos.

vel, aram A

vt, nõ ñ veni

[Right margin notes:]

Sancti.

Gratiarũ actio
Ephe. 1. a
1. Pet. 1. a

Consolatur nos in tribulationibus.

Afflictus paulus in Asia.

Fidendum in deo.

Orationes.

Synceritas pauli in prędicãdo euangelio.

Gloria pauli.
Cur Paulus nõ redierit Corinthum.

Cõfirmatio.
Vnctio.
Signum.
Spũs sanctus.

De Corinthio cõsensu ciecto: qui resi

rö, tristitiam ᵇsuper tristitiam ᶜ habeam de quibus oportuerat me gaudere: ᵈconfidens in omnibus vobis) qa meum gaudiũ, omniũ vestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: nõ vt ᵉcontristemini, sed vt sciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis. Si qs autem cõtristauit me: non me contristauit, sed ex parte, vt nõ ᶠonerem) omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hęc quę fit à pluribus: ita vt ẽcõtrario magis ᵍdonetis & ꝯsolemini,) ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter qđ obsecro vos ʰvt confirmetis in illum charitatẽ.) Ideò enim & scripsi vobis vt cognoscã ⁱexperimentum vestrum) an in oĩbus obedientes sitis. Cui aũt aliquid donastis: & ego. Nam & ego qđ donaui, si quid donaui, ꝑpter vos, in ᵏpersona) CHRISTI, vt nõ ˡcircumueniamur) à satana. non enim ignoramus cogitationes eius. Quum venissem aũt Troadem propter euangelium CHRISTI, & ostium mihi apertum esset ᵐin domino:) non habui requiem spiritui meo, eò ꝙ non inuenerim Titum fratrẽ meũ, sed ⁿvalefaciens) eis profectus sum in Macedoniã. Deo aũt gratias, qui semper triumphat ᵒnos) in CHRISTO IESV, & odorem notitię suę manifestat per nos in omni loco. qa CHRISTI bonus odor sumus deo, in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt. alijs quidem odor mortis in mortem: alijs autem odor vitę in vitam. Et ad hęc quis ᵖtam) idoneus? Non enim sumus (sicut plurimi) ᵠadulterantes) verbũ dei, sed ʳex synceritate, ˢsicut) ex deo coram deo, in CHRISTO loquimur.

CAP. III.

INcipimus iteruꝫ nosmetipsos cõmendare? Aut nunquid egemus (sicut quidam) cõmendatitijs epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quę ᵃscitur) & legitur ab omnibus hominibus: ᵇmanifestati) ꝙ epistola estis CHRISTI, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis ᶜcarnalibus.) Fiduciam autem talem habemus per CHRISTVM ad deum: nõ quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis sed sufficientia nr̃a ex deo est. qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non literę, sed spiritus. litera enim occidit: spiritus autem viuificat. Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius quę ᵈeuacuatur:) quomodo nõ magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis, in gloria est: multo magis ᵉabundat) ministerium iustitię in gloria. Nã nec glorificatũ est qđ ᶠclaruit in hac parte, ꝓp excellentẽ gloriaꝫ. Si eñi qđ euacuatur, ᵍper gloriã est:) multo magis qđ manet, i glĩa est. Habentes igit talẽ speꝫ, multa ʰfiducia) ⁱvtimur:) & nõ sicut Moyses ponebat velamen super faciem suã, vt nõ intenderent filij Israel in ᵏfaciem) eius quod euacuatur, sed ˡobtusi) sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum enim diem, idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet ᵐnon reuelatum) (quod in CHRISTO euacuatur) sed vsq in hodiernũ diem, quuꝫ legitur Moyses, velamen positum est super cor eorũ. Quum autem ⁿconuersus fuerit) ad dominũ: auferetur velamen. Dominus aũt, spiritus est. Vbi aũt spiritus domini: ibi libertas. Nos verò omnes, reuelata facie gloriam domini ᵒspeculantes:) in eandẽ imaginẽ transformamur à ᵖclaritate in claritatem,) tanquã à domini spiritu.

CAP. IIII.

IDeo habentes hanc ministrationem: iuxta qđ misericordiã consequuti sumus, nõ ᵃdeficimus,) sed ᵇabdicamus occulta dedecoris, nõ ambulantes in astutia, neq ᶜadulterantes) verbũ dei, sed in manifestatione veritatis cõmendantes nosmetipsos ad oẽm conscientiam hominum

Marginal notes (left): pissis receptus est. — Lachrymę pauli. — Titus. — Odor vitę & mortis. — Cauponari verbum dei. — Corinthij, epistola Christi erat. Heb. 4. d — Cogitatio etiã a deo. — Litera. Spiritus: Lex. Euangelium. — Velamẽ Moysi. Exod. 34. d — Obcęcati Iudęi. — Spiritus deus. Ioan. 4. c — Pure euangelium pręedicat Paulus.

Marginal notes (right): ᶜ fiducię hanc habens erga vos omnes. — B — ᶠ grauem — ᵍ condonare debeatis e consolari, — ʰ efficite vt in illũ valeat charitas. — C — ⁱ probationẽ vestri — ᵐ vel, cõspectu — ˡ occupemur (vsurpemur) — D — ᵒ per oĩa — ᵖ oimodis — ʳ per nos — ᵠ cauponantes — ʳ velut — ˢ sed velut — A — ᵃ intelligitur — ᵇ dũ declaratis — ᶜ carneis — B — ᵈ aboleť — C — ᵉ excellit — ᶠ glorificatũ fuit — ᵍ fuit in glĩa: — ʰ libertate — ⁱ vel, vtamur — ᵏ vel, finem — D — ˡ obcęcati — ᵐ nec tollitur — ⁿ conuersi fuerit — ᵒ .i. veluti specula exprimentes — ᵖ glĩa in glĩam — claritatem in claritatem — A — ᵃ vł dẽgeneramus (aut senescimus) — ᵇ reijcimus occultamenta. — ᶜ dolo tractãtes

hominum corā deo. Quòd si etiā opertū est euangeliū nostrum:in
his qui pereunt est opertū,in quibus deus huius seculi excęcauit mē-
tes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio euangelij glorię
CHRISTI,qui est imago dei. Nō enim nosmetipsos pdicamus,
sed IESVM CHRISTVM dn̄m nostrum:nos autē,seruos
vestros per IESVM,qm̄ deus qui dixit de tenebris lucem splende-
scere,ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientię cla-
ritatis dei,in facie CHRISTI IESV. Habemus autē thesau-
rum istum in vasis fictilibus:vt sublimitas sit virtutis dei. & non
ex nobis. In omnibus tribulationē patimur,sed nō angustiamur,
aporiamur,sed non destituimur:persequutionē patimur,sed non
derelinquimur:dejicimur,sed non perimus:semper mortificationē
IESV CHRISTI in corpore nr̄o circūferentes, vt & vita
IESV manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui
viuimus,in mortē tradimur propter IESVM:vt e vita IESV
manifestetur in carne nr̄a mortali. Ergo mors in nobis operat,vita
autē in vobis. Habentes aūt eundem spūm fidei,sicut scriptum est,
Credidi,propter qd̄ loquutus sum: & nos credimus, propter quod
& loquimur: scientes qm̄ qui suscitauit IESVM,& nos cum
IESV suscitabit & constituet vobiscū. Omnia enim ꝓpter vos:
vt gratia abundans,per multos in gratiarū actione, abundet in
gloriam dei. Propter qd̄ non deficimus:sed licet is qui foris est no-
ster homo corrumpatur,tamen is qui intus est renouatur de die in
diem. Id enim quod in pręsenti est momentaneū & leue tribula-
tionis nostrę:supra modum in sublimitate ęternum glorię pondus
operatur in nobis, non contemplantibus nobis quę videntur, sed
quę non videntur. Quę enim videntur, temporalia sunt: quę autē
non videntur,ęterna sunt.

CAP. V.

Scimus enim quoniā si terrestris domus nostra huius habitatiōis
dissoluatur,ꝙ ędificationem ex deo habemus,domū non manu-
factā ęternam in coelis. Nā e in hoc ingemiscimus:habitationē no-
stram quę de coelo est,superindui cupientes:si tamen vestiti,& non
nudi inueniamur. Nam e qui sumus in hoc tabernaculo,ingemisci-
mus grauati: eò ꝙ nolumus expoliari,sed superuestiri,vt absorbea-
tur quod mortale est,à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum:
deus,qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper,&
scientes quoniam dum sumus in hoc corpore,peregrinamur à do-
mino(Per fidem enim ambulamus,e non per speciem)audemus au-
tem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpo-
re,& pręsentes esse ad dominum. Et ideo contendimus,siue absen-
tes,siue pręsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet
ante tribunal CHRISTI:vt referat vnusquisꝗ propria corpo-
ris prout gessit, siue bonum siue malum. Scientes ergo timorē
domini,hominibus suademus:deo autem manifesti sumus. Spero
autem & in conscientijs vestris manifestos nos esse. Non iterū com-
mendamus nos vobis:sed occasionem damus vobis gloriandi pro
nobis:vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.
Siue enim mente excedimus, deo:siue sobrij sumus,vobis. Chari-
tas enim CHRISTI vrget nos:ęstimantes hoc,quoniā si vnus
pro omnibus mortuus est,ergo omnes mortui sunt. & pro omni-
bus mortuus est CHRISTVS:vt & qui viuunt,iam non sibi
viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaque nos,
ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus
secundum carnem CHRISTVM:sed nūc iam non nouimus.
Si qua ergo in CHRISTO noua creatura: vetera transierūt,
ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex deo,qui nos recon-

Left margin notes: cognitionis glorię — virtutis eminentia sit. B — anxij reddimur: — Laboramus, (vel,tędio vicimur,aut ꝑturbamur supra modum) — dn̄i Iesu C — hominum — per Iesum — pluribus gratias agētibus, redundet — Nā momētanea leuitas afflictiōis nr̄ę D mire supra modū ęternū pondus glię parit nobis dū non spectam⁹ ea ꝗ videntur et. — temporaria A — onerati — parauit — vel,arrabonē — Cōfidētes — B — probamus — ea ꝗ fiunt per corpus, iuxtà id qd̄ fecit, — terrorē illum — C — Insanim⁹,(vel, rapti sumus extra nos,) — posthac — amplius — qs est I Xp̄o, noua creatura est. D

Right margin notes: Euangeliū quibusdam incognitum. — Prędicare christum. — Seruus. — Cognitio euāgelij à deo. — Afflictiones. — Mortificatio Christi. — Psal.115.a — Intern⁹, Extern⁹ homo. — Domus terrestris. — Corp⁹ spūale. — Apo.16.c — Colluctatio spūs e carnis. — Fides. — Placere deo. — Rom.14.b — Mors Xp̄i. — Viuere Xp̄o. — Isa.43.c.apoc 21 b — Reconciliauit nos sibi deus

ciliauit sibi per CHRISTVM: & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniā quidē deus erat in CHRISTO mundū reconcilians sibi: non [a]reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbū recōciliatiōis. Pro CHRISTO ergo legatiōe fungimur, tanquā deo [b]exhortāte per nos. Obsecramus pro CHRISTO, reconciliamini deo. Eum qui nō nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iustitia dei in ipso.

Legatus Xp̄i paulus. Peccatum. Iustitia dei.

[a] imputans [b] rogante

CAP. VI.

A Diuuantes aūt [a]exhortamur, Ne in vacuū gratiam dei recipiatis. Ait enim, Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem, vt non [b]vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patiētia, in tribulatiōibus, in necessitatibus, in [c]angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in [d]castitate, in scientia, in [e]longanimitate, in [f]suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei, per arma iustitię ā dextris & ā sinistris, per gloriā & [g]ignobilitatem, per [h]infamiam & bonā famam: vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & nō [i]mortificati: quasi tristes, semper aūt gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletātes: tanq̄ nihil habentes, & omnia possidentes. Os nostrum [k]patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. [l]Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filijs dico,) dilatemini & vos. Nolite iugum ducere cū infidelibus. [m]Quę enim participatio iustitię cum iniquitate? Aut quę societas luci ad tenebras? Quę autem [n]cōuētio CHRISTO ad Belial? Aut quę pars fideli cū infideli? Quis autem cōsensus templo dei cum idolis? Vos enim estis templum dei viui: sicut dicit deus, Quoniā inhabitabo in illis: & inambulabo inter eos, & ero illorum deus: & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum: & separamini dicit dn̄s. & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos. & ero vobis in patrem: & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.

Exhortatio ad opera. Tp̄s acceptum. Isa. 49.c 2. Cor. 4.a Ministri dei. Idololatrę fugiendi. Templū dei. 1. Cor. 3.d. 6.d Leui. 26.b Isa. 52.c Pater deus.

A [a] obsecramus [b] reprehēdatur [c] anxietatibus [d] puritate B [e] al. lenitate [f] benignitate, (vel, comitate.) [g] ignominiam [h] cōuitia & lites [i] occisi C [k] apertū est [l] Non coangustiamini in nobis, sed coangustiamini in præcordijs vestris. (vel, in vestris affectib.) D [m] & trepidis obsequationibus cerimoniarum legis.) [n] Quod enim consortium [o] concordia

CAP. VII.

H As ergo habētes pmissiōes charissimi, mūdemus nos ab omni inquinamēto carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. [a]Capite nos. Neminē lęsimus, neminē corrupimus, neminem [b]circūuenimus. Non ad cōdemnationem vestram dico. pręteximus enim q̄ in cordibus nostris estis ad cōmoriendū & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis: repletus sum cōsolatione: superabundo gaudio in omni tribulatiōe nostra. Nā & quum venissemus in Macedoniam, nullam [c]requiē habuit caro nostra, sed omnē tribulationē passi sumus: foris, pugnę: intus, timores. Sed qui cōsolatur humiles, consolatus est nos deus, in aduentu Titi. Nō solum autem in aduentu eius, sed etiam in cōsolatione qua consolatus est in vobis, referēs nobis vestrum desyderiū, vestrum fletum, [d]vestram ęmulationē pro me, ita vt magis gauderem. Quoniam etsi contristaui vos in epistola, non me pœnitet: etsi pœniteret, vidēs q̄ epistola illa (etsi ad horam) vos contristauit. Nunc gaudeo: non quia cōtristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quę enim secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutem [e]stabilem operatur. Seculi autem tristitia, mortem [f]operatur. Ecce enim hoc ipsum, [g]secundum deū contristari vos: quantam in vobis operatur solicitudinē, [h]sed defensionem, sed indignationē, sed timorē, sed desyderium, sed

Iere. 33 a Fili dei. Mūdare seipm & Sāctificatione perficere. Afflictiōes paulo in Macedonia. Titus. Cōtristati Corinthij ad pœnitentiam. 2. Pe. 2.c

A [a] Capaces estote nostri, [b] fraudauimus, B [c] vel, relaxationem [d] vestrum studium, ita [e] nō pœnitendā parit: [f] vel, affert. [g] vel, qđ secundum deum cōtristati estis: C [h] imo satisfactionē, (vel, imo excusatōem & purgationē.)

ęmulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos, incontaminatos esse negotio. Igitur etsi scripsi vobis, nō propter eū qui fecit iniuriá, nec propter eū qui passus est: sed ad manifestandā solicitudinem nostram quam habemus pro vobis corā deo, ideo consolati sumus. In consolatione aūt nostra, abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spūs eius ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate loquuti sumus, ita & gloriatio nostra quę fuit ad Titū, veritas facta est. & viscera eius abundantius in vobis sunt, reminiscentis omnium vestrum obedientiā, quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

CAP. VIII.

NOtam autem facimus vobis fratres gratiam dei quę data est in ecclesijs Macedonię: q in multo experimento tribulatiōis abūdantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum quia secundum virtutem (testimonium illis reddo) & supra virtutem voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & cōmunicationem ministerij quod fit in sanctos. Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt, primum domino, deinde nobis per voluntatem dei: ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiam istam. Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni solicitudine, insuper & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis. Non quasi imperans dico sed per aliorum solicitudinem, etiam vestrę charitatis ingenuum bonum comprobans. Scitis enim gratiam domini nostri IESV CHRISTI, quoniā propter vos egenus factus est, quū esset diues: vt illius inopia, vos diuites essetis. Et cōsiliū in hoc do: hoc enim vobis vtile est, qui non solū facere, sed & velle cœpistis ab anno priore: nunc verò & facto perficite: vt quēadmodū promptus est animus volūtatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim volūtas prompta est: secūdū id quod habet, accepta est, nō secūdū id quod nō habet. Non enim vt alijs sit remissio, vobis aūt tribulatio, sed ex ęqualitate. In pręsenti tempore, vestra abundantia, illorum inopiā suppleat: vt & illorū abundantia, vestrę inopię sit supplementum, vt fiat ęqualitas, sicut scriptum est, Qui multum non abundauit: & qui modicū, non minorauit. Gratias autē ago deo, qui dedit eandē solicitudinē pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationē quidē suscepit: sed quum solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem nostrū, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias: non solum autem, sed & ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostrę, in hanc gratiam quę ministratur à nobis ad domini gloriam, & destinatā voluntatem nostram. deuitātes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine quę ministratur à nobis in domini gloriā. Prouidemus enim bona nō solū coram deo, sed etiā coram hominibus. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sępe solicitum esse: nunc aūt multo solicitiorem, confidentia multa in vos, siue pro Tito qui est socius meus & in vobis adiutor, siue fratres nostri, apostoli ecclesiarū, gloria CHRISTI. Ostensionem ergo quę est charitatis vestrę & nostrę glorię pro vobis, in illos ostendite in facie ecclesiarum.

CAP. IX.

NAm de ministerio quod fit in sanctos: ex abundanti est mihi scribere vobis Scio enim promptū animū vestrum: pro quo de vobis glorior apud Macedones, Quoniam & Achaia parata est ab anno pręterito, & vestra ęmulatio prouocauit plurimos. Misimus

vel, cōmendastis (aut pręstitistis)
quō incōlaminati sitis D
Iesus fuerat,
cōsolationē accepim' ex cōsolatione vrā.
refocillat' sit
quā vsus eraʒ apud
A
pro viribus
vires
prompti
vt
susciperemus
erga vos
honestiā B
Imo
erga alios
ingenuitateʒ (vel, synceritatem)
superiore:
prius
relaxatio, C
angustia:
succurrat,
nihilominus habuit
id
promptitudinē animi D
exuberantia (abundantia)
ob multā fiduciā quā habeo
p frib' nris, q sunt apli
de A
ministratiōe q
superuacuum
vel, vim exemplum

Titus susceptꝰ à Corinthijs.
Hortat paulꝰ Corinthios ad conferēdā eleemosynam in vsus ecclię Iudaicę, exemplo Macedonum.
Pauper Xpūs
Exo.16.d
Lucas.
Roma.12.d
Pergit paulus hortari Corinthios, vt eleemosynas pręp

erāt in paupes | autē fratres:vt ne qđ gloriamur de vobis,'euacuetur)in hac par- | hoc
christianos Iu | te,vt(quemadmodū dixi) parati sitis:ne quūs venerint Macedones | 'inanis fiat
deos. | mecum,& inuenerint vos imparatos,erubescamus nos,vt nō 'dica- | 'dicaz uos, in
Bndictio pro | mus vos in hac substantia.)Necessariū ergo existimaui rogare fra- | B hoc argu
eleemosyna. | tres vt preueniāt ad vos,& p̄parēt repromissam bndictionē hāc 'pa- | mēto gl'iatōis.
ratā esse sic,quasi 'benedictionem,non tanq̃ auaritiā. Hoc aūt dico, | 'ut ea sit i pra
Qui parce seminat,parce & metet: & qui seminat 'in benedictioni- | ptu sic ueluti
bus,de benedictionibus & metet.) Vnusquisq; pro vt destinauit in | sit &c.

Ecclesia.35.b | corde suo:non ex tristitia aut ex necessitate. hilarem enim datorem | 'uel,libēter ac
diligit deus. Potens est autem deus omnē gratiam abundare facere | benigne largiē
Psal.3.b | in vobis:vt in omnibus semper omnem sufficientiaz habētes,abun- | C do copio
detis in omne opus bonum,sicut scriptum est, Dispersit dedit pau- | se messurus ē.
peribus:iustitia eius manet in seculū seculi. Qui autem administrat | 'p nos efficit
semen seminanti:& panem ad manducandū prestabit,& multipli- | ut gratię agan
cabit semen vestrum,& augebit incrementa frugum iustitię vestrę: | tur deo.
vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatē, quę | 'functio huius
'operatur per nos gratiarum actionem deo.)Quoniaz 'ministeriū | ministerij,
huius officij,'non solū supplet ea quę desunt sanctis,sed etiā abun- | D 'i hoc.qđ
dat 'per multas gratiarū actiones in domino,)per probationem mi- | p multos agāt
nisterij huius 'glorificantes deuz in obedientia 'confessionis vestrę | grā deo,quia
in euangelio CHRISTI, & simplicitate cōicationis vestrę in | 'glorificant
illos,& in omnes,& in ipsorum obsecratione pro vobis,desyderan- | 'ɔsensus uri in
tium vos propter eminentem gratiā dei in vobis. Gratias ago deo | euangeliū xpi.
super inenarrabili dono eius. CAP. X. & de cę.

Cauēdos pseu | IPse autem ego Paulus obsecro vos per 'mansuetudinem)& 'mo- | A 'lenitateq
dapsos mo- | destiam) CHRISTI qui in facie quidem humilis sum inter | 'māsuetudinē
net,& simplici | vos,absens autē 'confido)in vobis. Rogo autem vos,ne presens au- | 'uel,audax sī
tatem euāgelij | deam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam:qui | 'i.ualida poeū
custodiēdam. | arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. In carne | 'cogitationes
In carne am- | enim ambulātes,non secundū carnē militamus. Nam arma militię | 'cognitioneq
bulare. | nostrę nō carnalia sunt:sed 'potentia deo)ad destructionem muni- | 'cogitationeq
tionū. 'consilia)destruentes,& omnem altitudinē extolientes se ad- | ad obediendū
uersus 'scientiam)dei,& in captiuitatem redigentes omnem 'intelle- | B Xpo,
ctum in obsequium CHRISTI,)& in promptu habentes vlci- | 'uidetis.
sci omnem inobedientiaz,quū impleta fuerit vestra obedientia. Quę | 'possum indu
secundum faciem sunt 'videte.)Si quis confidit sibi, CHRISTI | cerę animū ut
se esse:hoc cogitet iterū apud se,q sicut ipse CHRISTI est,ita | inseramus &c.
Ptās pauli in | & nos. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de ptāte nostra | 'sz ipsi nō itel
edificationem | quam dedit nobis dominus in edificationem & non in destructionē | ligunt qđ ipsi
ecclesię. | vestram:non erubescam. Vt aūt non existimer tanquaz terrere vos | inter se seipsos
per epistolas(quoniā quidē epistolę,inquiunt,graues sunt & fortes: | C metiūt, &
presentia aūt corporis infirma,& sermo contemptibilis)hoc cogitet | comparāt seip
qui eiusmodi est,quia quales sumus verbo per epistolas absentes,ta- | sos sibijpsis.
les & presentes in facto. Non enim 'audemus)inserere aut compara- | 'partitus
re nos quibusdam,qui seipsos cōmēdant:'sed ipsi in nobis nosmet- | 'extendimus
Ephe.4.d | ipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis.)Nos autem | nosipsos supra
non in immensum gloriabimur : sed secūdū mensuram regulę qua | modum.
'mensus est nobis deus mensurā pertingendi vsq; ad vos. Nō enim | 'uel, crescente
quasi non pertingentes ad vos,'superextendimus nos.)Vsq; ad vos | D fide vra.
enim peruenimus in euangelio CHRISTI:non in immensum | 'ut ijs quoq; re
gloriantes in alienis laboribus:spem aūt habentes 'crescentis fidei | gionibus quę
vestrę, 'in vobis magnificari secūdū regulam nostrā in abundātia, | ultra uos sunt
'etiam in illa quę vltra vos sunt euangelizare,non in aliena regu- | euāgelizē:nō g
Gl'iandū i deo | la,in ijs quę preparata sunt gloriari.)Qui autem gloriatur:in dn̄o | alienā reḡaz,ut
1.Cor.1.d | glorietur. Non enim qui seipsum commendat,ille probatus est:sed | de ijs q̄ parata
Roma.2.g | quem deus commendat. CAP. XI. | sūt gl'iemur.

A Vtinam sustineretis modicū ᵃquid insipientię meę: sed ᵇ supportate me. ᶜAemulor enim vos dei æmulatione. ᵈDespōdi enim vos vni viro ᵉvirginem castā exhibere CHRISTO. Timeo autem nè sicut serpens Heuam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate quę ᶠest in CHRISTO. Nam si is qui venit, alium CHRISTVM prędicat quem non prędicauimus, aut alium spiritum accipitis quem non accepistis, aut aliud euangelium quod non recepistis: rectè ᵍpateremini. Existimo enim ʰnihil me minus fecisse à magnis apostolis. Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia: in omnibus autem ⁱmanifestus

B

C sum ᵏvobis. Aut nunquid peccatum feci, meipsum humilians, vt vos exaltemini: quoniam gratis euangelium dei euangelizaui vobis? alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendia ad ˡministerium vestrum? Et quum essem apud vos, & egerem: nulli onerosus fui. nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia: & in omnibus sine onere me vobis seruaui, & seruabo. Est veritas CHRISTI in me, quoniam hęc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaię. Quare? quia nō diligo vos? Deus scit. Quod autem facio: & faciam, vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem: vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. Nam eiusmodi pseudapostoli, sicut operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos CHRISTI. Et non mirum: ipse enim sa-

D tanas transfigurat se in angelum lucis. non est ergo magnum si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitię: quorum finis erit secundum opera ipsorum. Iterum dico, ne quis me putet insipientem esse: alioquin velut insipientem accipite me, vt & ego modicū quid glorier. Quod loquor, non loquor secundum deum, sed quasi in insipientia, in ᵃhac substantia glorię. Quoniam multi gloriantur secundum carnem: & ego gloriabor. Libenter enim suffertis in-

E sipientes: quum sitis ipsi sapiētes. Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cędit. ᵇSecūdum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audeo & ego. Hebręi sunt: & ego. Israelitę sunt: & ego. Semen Abrahę sunt: & ego ministri CHRISTI sunt, ᶜ(vt minus sapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundan-

F tius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudęis quinquies quadragenas, vna minus accepi. Ter virgis cęsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus sępe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ᵈęrumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. pręter illa quę extrinsecus ᵉsunt: ᶠinstan-

G tia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur: & ego non infirmor? quis ᵍscandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet: quę infirmitatis meę sunt, gloriabor. Deus & pater domini nostri IESV CHRISTI, qui est ʰbenedictus in secula, scit quòd non mentior. Damasci prępositus gentis Aretę regis, ⁱcustodiebat ciuitatem Damascenorum vt me comprehenderet: & per fenestram in sporta demissus sum per murum, & sic effugi manus eius.

CAP. XII.

A SI gloriari oportet (nō expedit quidē) ueniā aūt ad uisiōes & reuelatiōes dn̄i. Scio hominē in CHRISTO ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: deus scit) raptū huiusmodi usq; ad tertiū cœlū. Et scio huiusmodi hominē (siue in

ᵃ me ipsi. A sapientia: ᵇ uel, supportatis ᶜ zelotypus sum erga uos ᵈ Adiunxi ᵉ ut uirginē castā exhiberetis ᶠ erat erga Christum. ᵍ sustinuissetis. (sub. pseudapostolos.) ʰ me nihilo inferiorē fuisse excellētibus ⁱ ubique ᵏ erga uos ˡ quo uobis inseruirem?

ᵃ uel, hoc argumēto gl'iatōis.

ᵇ Iuxta ꝯsuetudinem loquor. ᶜ desipiens loquor.

ᵈ molestia, ᵉ uel, accidunt: ᶠ īcūbēs mihi quotidiana cura omniū ecclesiarum. ᵍ offenditur, ʰ uel, laudādus ⁱ excubias posuerat in urbe

ᵃ Gloriari sane nō expedit mihi

Virgo Xpi. Heua. Gen. 3. a

Paul⁹ omnia pdicauit pdicanda.

Paulus nō est oneri ijs qbus prędicat.

Pseudapostoli

Gloriatur paulus ꝯtra pseudapostolos se Christi ministrum.

Act. 16. c Act. 14. c Actu. 27. a

Actu. 9. d

Reuelationes paulo factę Act. 9. a

corpore, siue extra corpus, nescio: deus scit) quoniã raptus est in para
B disum: & audiuit arcana verba, quę nõ licet homini loqui. Pro hu-
iusmodi gloriabor: pro me autẽ nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nã
& si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicã. Parco
autem: ne quis ʼme existimetʼ supra id qđ videt in me, aut aliquid au
dit ex me. Et ne ʼmagnitudoʼ reuelationũ extollat me, datus est mihi
stimulus ʼcarnis meę angelus satanę,ʼ vt me ʼcolaphizet.ʼ * Propter
C quod ter dominũ rogaui, vt discederet à me: & dixit mihi, Sufficit
tibi gratia mea. nã virtus*, in infirmitate perficitur. Libenter igitur
gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus C H R I
S T I. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in cõtume-
lijs, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustijs pro C H R I-
D S T O. Quũ enim infirmor: tunc potens sum. Factus sum insipiens:
vos me coegistis. Ego enim à vobis debui cõmendari. ʼnihil enim
minus feci ab ijs qui sunt supra modũ apostoli: tametsiʼ nihil sum.
Signa tamẽ apostoli facta sunt super vos in omni patientia, in signis
& prodigijs & ʼvirtutibus.ʼ Quid est enim ʼqđ minus habuistisʼ prę
E cęteris ecclesijs: nisi ꝙ ego ipse nõ grauaui vos? Donate mihi hanc
iniuriã. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos: & nõ ero ʼgrauisʼ
vobis. Non enim quęro quę vestra sunt: sed vos. Nec enim debent
filij parentibus thesaurizare: sed parentes filijs. Ego autẽ libentissime
impendam & ʼsuperimpendarʼ ipse pro animabus vestris: licet plus
F vos diligens minus diligar. Sed esto. ego vos non grauaui: sed quũ
essem astutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorũ quos misi
ad vos, ʼcircũueniʼ vos? Rogaui Titum: & misi cũ illo fratrem. ʼNũ
quid Titus vos circũuenit? nõnne eodẽ spiritu ambulauimus? nõne
ijsdem vestigijs? ʼOlimʼ putatis ꝙ excusemus nos apud vos? Coram
deo, in C H R I S T O loquimur: omnia enim charissimi propter
G ędificationem vestrã. Timeo enim ne fortè quum venero, non qua-
les volo, inueniã vos: & ego inueniar à vobis, qualem non vultis.
ne fortè contentiones, ęmulationes, ʼanimositates, dissensiones, de-
tractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos. ne ite
rum quũ venero humiliet me deus apud vos: & lugeã multos ex ijs
qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã super immunditia
& fornicatione & impudicitia quã gesserunt. C A P. X I I I.

A Ecce tertio hoc venio ad vos. In ore duorũ vel trium testiũ ʼsta-
bitʼ omne verbũ. Prędixi ʼenim & prędico vt pręsens ʼvobis, &
nuncʼ absens ijs qui ante peccauerũt & cęteris omnibus, quoniã si ve
nero iterum, non parcã. An experimentũ quęritis eius qui in me lo
quitur C H R I S T V S: qui in vobis non infirmatur, sed potens est
B in vobis? Nã etsi crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei.
Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cũ eo ex virtute dei
in vobis. Vosmetipsos tẽtate si estis in fide: ipsi vos probate. An nõ
cognoscitis vosmetipsos quia C H R I S T V S I E S V S in vobis
est? nisi fortè reprobi estis. Spero autẽ ꝙ cognoscetis quia nos nõ su-
mus reprobi. Oramus autem deũ vt nihil mali faciatis: non vt nos
C probati appareamus, sed vt uos quod bonũ est faciatis, nos autẽ ut
reprobi simus. Nõ enim possumus aliquid aduersus ueritatẽ: sed pro
ueritate. Gaudemus enim ʼquoniã nos infirmi sumus: uos autẽ po-
tentes estis.ʼ Hoc & oramus, uestrã ʼconsummationẽ.ʼ Ideo hęc ab-
sens scribo: ut non pręsens durius agam secũdum potestatem quã
D dominus dedit mihi in ędificationẽ, & non in destructionẽ. ʼDe cę
teroʼ fratres, ʼgaudete:ʼ perfecti estote: ʼexhortamini:ʼ ʼidipsum sa-
pite:ʼ pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit nobiscũ. Salutate
inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes sancti. Gratia domini
nostri, I E S V C H R I S T I, & charitas dei, & cõmunicatio sanctĩ
spiritus sit cum omnibus uobis. A M E N.

Marginal glosses (left):
ʼde me cogitet
ʼexcellentia
ʼcarni, ange-lus satan,
ʼcolaphis cę-deret.
ʼne extollar.
ʼmea
ʼnulla. n. in re inferior fui sũ-mis apostolis: tametsi
ʼpotẽtibus
factis (potẽtijs)
ʼin quo infe-riores fuistis
ʼonerosus
ʼexpendar
ʼvel, fraudaui
ʼvel, Nũquid Titus à vobis extorsit?
ʼRursum
ʼirę, concerta-tiones,
ʼvel, constituet
ʼabsens quum essem, iterũ ita & absens nunc scribo
ʼquũ nos infir mi fuerimus, uos autẽ uali-di fueritis.
ʼuel, pfectionẽ & integritatẽ.
ʼQuod superest
ʼuel, ualete,
ʼconsolationẽ habete,
ʼunanimes si-tis.

Marginal notes (right):
Stimulus paulo datus.
Gloriatur paulus in afflictionibus.
Signa aplorũ miracula.
Paulus nõ accepit tpalia ab ijs quibus prędicat.
Astutia pauli.
Minat paulus Corinthijs, ni resipuerint.
Deut. 19. b
Mat. 18. b
Ioan. 8. c
Heb. 10. c
Fides.
1. Cor. 11. f

Ad Corinthios secūda. Missa a Philippis Macedoniæ p Titū & Lucā.

ARGVMENTVM.

GALATAE, sunt Græci. Hi verbum veritatis primū ab apostolo acceperunt, sed post discessum eius, tentati sunt à falsis apostolis vt in legem & circuncisionem verterentur. Hos apostolus reuocat ad fidem veritatis: scribens eis ab Epheso.

A



PAVLVS apostolus non ab hominibus, neq; p hominē, sed per IESVM CHRISTVM, & deū patrem qui suscitauit eum à mortuis, & qui mecū sunt omnes fratres: ecclesijs Galatiæ gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino IESV CHRISTO, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundū voluntatem dei & patris nostri: cui est gloria in secula seculorum. AMEN. *Miror q sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiā CHRISTI, in aliud euangeliū: qđ non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt cōuertere euangelium CHRISTI. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam qđ euangelizauimus vobis, anáthema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anáthema sit. Modo enim hominibus suadeo, an deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hoībus placerem: CHRISTI seruus non essem.

C

Notū enim vobis facio fratres euangeliū qđ euangelizatū est à me, qa non est secundū hominem. neq; enī ego ab homine accepi illud, neq; didici: sed per reuelationē IESV CHRISTI. Audistis enim ꝯuersationē meā aliquādo in Iudaismo, qm̄ supra modum persequebar ecclesiā dei, & *expugnabā illā, & ꝓficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, *abundātius æmulator existens paternarū mearū traditionum. Quum aūt placuit *ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit p gratiā suā, vt reuelaret filiū suū in me, vt euangelizarē illū in gentibus: ꝯtinuo non *acquieui carni & sanguini. Neq; veni Ierosolymā ad antecessores meos apostolos: sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum.

D

Deinde post annos tres *veni Ierosolymam videre Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim. Alium aūt apostolorum vidi neminem: nisi Iacobum fratrem domini. Quæ autem scribo vobis: ecce corā deo quia nō mentior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram aūt ignotus facie ecclesijs Iudææ, quæ erant in CHRISTO: tantum autem *auditum habebāt, Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat. & in me clarificabant deum.

CAP. II.

A

DEinde post annos quatuordecim, iterū ascendi Ierosolymā cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi aūt secundū reuelationē: & ꝯtuli cū illis euangelium qđ prædico in gentibus, *seorsum aūt ijs qui videbantur aliqđ esse: ne fortè in vanū currerem aut cucurrissem. Sed neq; Titus qui mecum erat, quū esset gentilis, cōpulsus est circūcidi: *sed ꝓpt er subintroductos falsos fratres qui subintroierūt explorare libertatē nostrā quā habemus in CHRISTO IESV, vt nos in seruitutem redigerent. Quibus neq; ad horā cessimus *subiectioni: vt veritas euangelij permaneat apud vos.

B

Ab ijs autem qui videbantur esse aliquid (quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit) Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt. Sed contrà, quū vidissent

Marginalia (left): vel, Miror qđ à CHRISTO qui vocauit vos p grām, adeo cito trāsferamini in aliū euangelium &c. — depopulabar — quū vehemēter essem studio suo a maiorib' meis traditorum institutorū. — deo — ꝯtuli cū carne & sanguine. (i. cum Petro, Iacobo & Ioāne.) — redij & infra. — hic rumor apd illos erat, — sed priuatim cū ijs q erāt in pretio: — propter obiter ingressos — per subiectionem:

Marginalia (right): Paulus missus a deo ad prędicandum. — Peccata p christum dimissa. — Galatę abducti a fide per pseudapostolos. — Euangelium. — Angelus. — Paulus. — Placere hominibus. — Paulus doctus a deo. — 1. Cor. 15. a — Paulus qualis ante cōuersionem. — Paulus doctus a deo euangelium, vbi prędicauit. — Arabia. — Petrus. — Iacobus. — Syria. — Cilicia. — Paulus cōfert suā doctrinam cū apostolis. — Titus gētilis q̄re n̄ circūcisus. — Libertas. — Seruitus. — Deut. 10. d — 2. Para. 19. c — Iob. 34. b — Sapien. 6. b — Eccles. 35. b

quod creditum est mihi euangelium preputij, sicut & Petro circunci/
sionis(qui enim operatus est Petro in apostolatu circuncisionis: ope/
ratus est & mihi inter gentes) & quum cognouissent gratiā quę data
est mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes qui videbantur columnę esse,
dextras dederunt mihi & Barnabę, societatis: vt nos in gentes, ipsi
autem in circuncisionem: tantum vt pauperū memores essemus. quod
etiam solicitus fui hoc ipsum facere. Quum autem venisset Cephas
Antiochiam: in faciem ei restiti, quia reprehēsibilis erat. Prius enim
quàm venirent quidam à Iacobo: cum gentibus edebat. Quū autem
venissent: subtrahebat & segregabat se*, timens eos qui ex circuncisio/
ne erant. Et simulationi eius consenserunt cęteri Iudęi: ita vt & Bar/
nabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed quū vidissem quòd
non recte ambularent ad veritatem euangelij, dixi Cephę coram om
nibus, Si tu quum Iudęus sis, gentiliter viuis, & non Iudaice: quo/
modo gentes cogis Iudaizare? Nos natura Iudęi: & non ex gentibus
peccatores. Scientes autem ꝙ non iustificatur homo ex operibus legis
nisi per fidē IESV CHRISTI: & nos in CHRISTO IESV
credidimus, vt iustificemur ex fide CHRISTI, & nō ex operibus le/
gis: propterea ꝙ ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro. Quòd
si quęrentes iustificari in CHRISTO, inuenti sumus & ipsi pecca/
tores: nunquid CHRISTVS peccati minister est? Absit. Si enim
quę destruxi, iterū hęc ędifico: pręuaricatorem me constituo. Ego enim
per legem, legi mortuus sum; vt deo viuā: CHRISTO confixus
sum cruci. Viuo autē, iam non ego: viuit verò in me CHRISTVS.
Quòd autem nunc viuo in carne: in fide viuo filij dei, qui dilexit me &
tradidit semetipsum pro me. Non abijcio gratiā dei. Si enim per legem
iustitia, ergo gratis CHRISTVS mortuus est.

CAP. III.

O Insensati Galatę, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante
quorum oculos IESVS CHRISTVS proscriptus est, &
in vobis crucifixus? Hoc solum à vobis volo discere, Ex operibus le/
gis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis, vt quum spi/
ritu cœperitis, nunc carne cōsummamini? Tanta passi estis sine caussa?
si tamen sine caussa. Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur vir
tutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est,
Abraham credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Cognoscite
ergo quia qui ex fide sunt, hij sunt filij Abrahę. Prouidens autē scri
ptura quia ex fide iustificat gentes deus: pręnuntiauit Abrahę, Quia
benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt: benedicentur
cum fideli Abraham. Quicunq; enim ex operibus legis sunt: sub ma
ledicto sunt. Scriptum est enim, Maledictus omnis qui non perman/
serit in omnibus quę scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Quòd au/
tem in lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est: quia iustus ex
fide viuit. Lex autem nō est ex fide: sed Qui fecerit ea homo, viuet in
illis. CHRISTVS nos redemit de maledicto legis, factus pro no/
bis maledictum (quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in li/
gno) vt in gētibus benedictio Abrahę fieret in CHRISTO IESV:
vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Fratres (secundū
hominem dico) tamen hominis confirmatum testamentum nemo
spernit, aut superordinat. Abrahę dictę sunt promissiones: & semini
eius. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, Et se/
mini tuo, qui est CHRISTVS. Hoc autem dico, testamentum con/
firmatum à deo*: quę post quadringentos & triginta annos facta est
lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege
hęreditas, iam non ex promissione. Abrahę autem per repromissionem
donauit deus. Quid igitur lex? Propter transgressionē posita est, do/
nec veniret semen cui promiserat; ordinata per angelos in manu me/

Roma.2.b
Ephe.3.b
Col.1.d
Act.10.e
2.Pet.3.c
Paulus gentiū doctor.
Petrus Iudęorū apostolus.
Petrus à Paulo corripitur.
Barnabas.
Iustificatio.
Opera.
Fides.
Roma.3.e
Lex.
Crucifigi cum Christo.
Viuere in fide.
Gratia dei.
Spūs sanctus.
Opera legis.
Ge.15.b. Ro.4.a. Iaco.2.d
Filij Abrahę.
Ex fide iustitia
Gen.12.a
Eccli.44.d
Maledicti.
Deu.27.d
Abac.2.a
Roma.1.b
Leui.18.a
Christ' liberat de maledicto.
Deut.21.d
Fides.
Hebr.9.d
Semē Abrahę Christus.
Pactum dei.
Lex.

efficax fuit (vel, vi sua, ostendit se) e.h.
sub. apostolatu fuit geremur,
C
palā
reprehēsus
* ab illis,
vel, simulabant vna cum illo
recto pede
cur
D
Christo
frustra
A
Stulti
proscript'. fuit (vel, anī fuit dpict')
inter vos
vel, pdicatione e.h.
frustra. e.h.
Prouidens
B
prius rē lętas nūtiauit
execratiōi sunt obnoxij. & h.
viuet.
vel, hūano more loqr
C
ante comprobatum
reijcit,
* erga Christum
vt abroget

D diatoris. Mediator autem vnius non est: deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quę posset viuificare: verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fide IESV CHRISTI daretur credentibus. Prius autem quàm veniret fides: sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quę reuelanda erat. Itaque lex, pędagogus noster fuit 'in CHRISTO:' vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides: iam non sumus sub pędagogo. Omnes enim filij dei estis 'per fidē quę est' in CHRISTO IESV. Quicunque enim in CHRISTO baptizati estis: CHRISTVM induistis. Non est Iudęus neque gręcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque foemina. Omnes enim vos vnum estis in CHRISTO IESV. Si autem vos CHRISTI: ergo semen Abrahę estis, secundum promissionem hęredes.

CAP. IIII.

A Dico autem, quanto tempore hęres paruulus est, nihil differt à seruo, quū sit dominus omniū, sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad pręfinitum tempus à patre: ita & nos, quū essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. At vbi 'venit plenitudo temporis,' misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret, vt 'adoptionem' filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij dei: misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem abba, pater. Itaque iam nō est seruus: sed filius. Quòd si filius: & hęres 'per deum.' Sed tunc quidem ignorantes deum, ijs qui natu- B ra non sunt dij, seruiebatis. Nunc autem quum cognoueritis deum, 'imò' cogniti sitis à deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus 'denuo' seruire vultis? Dies obseruatis & menses, & tempora, & annos. Timeo 'vos, ne forte sine caussa' laborauerim in vobis. Estote sicut ego, quia & ego sicut vos: fratres obsecro vos. Nihil me lęsistis. Scitis autem quòd per infirmitatem carnis euangelizaui vobis 'iampridem:' & 'tentationem vestram in carne mea' nō spreuistis neque respuistis, sed sicut angelū dei accepistis me, sicut CHRISTVM IESVM. 'Vbi est' ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. C Ergo inimicus vobis factus sum verum dicens vobis? 'Aemulantur' vos non bene: 'sed' excludere vos volunt, vt illos ęmulemini. Bonum autem 'ęmulamini' in bono semper: & nō tantum quū pręsens sum apud vos. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur CHRISTVS in vobis. Vellem autem esse apud vos modo, & mutare vocem meam: quoniā 'confundor' in vobis. Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non 'legistis?' Scriptum est enim, Quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla: secundum carnem natus est. qui autem de libera: per repromissionem: quę sunt per allegoriam dicta. Hęc enim sunt duo D testamenta. Vnum quidem 'in monte' Sina (in seruitutem generans: 'quę est' Agar (Sina enim, mons est in Arabia: qui 'coniunctus' est ei, quę nūc est Ierusalem) & seruit cum filijs suis. Illa autem quę sursum est Ierusalem, libera est: quę est mater nostra. Scriptum est enim, Lętare Ierusalem sterilis, quę non paris, erumpe & clama, quę non parturis: quia multi filij desertę, magis quàm eius quę habet virum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quemadmodum tūc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillā & filium eius. non enim hęres erit filius ancillę cum filio liberę. Itaque fratres, non sumus ancillę filij, sed liberę: 'qua libertate CHRISTVS nos liberauit.

CAPVT V.

A State:' & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis quoniā si circuncidamini CHRISTVS vobis nihil

ad CHRISTVM: vel, eo qd credidistis.
vel, īpletū fuit tēpus,
vel, adoptione ius
dei p Christum.
magis aūt
rursum ab initio
de vobis, ne frustra
prius:
vel, experimentū mei quod erat ī carne
Quę est
Ambiunt
imò
vl, est ęmulari
consilij inops (vel, perplexus) sum
auditis?
à monte
qui est
confinis
In libertate qua chrs nos liberauit state: iūgit finis capitis cū sequenti.

Roma. 3. b
Fides.
Lex pędagogus.
Filij dei.
Rom. 6. a
Christum induere.
Semē Abrahę.
Hęres paruulus.
Elementa mūdi.
Adoptati in filios dei per Christum.
Spūs sanctus.
Galatę p christū reuocati ab idololatria.
Cognosci à deo.
Elementa mūdi.
Affectus Galatarū erga Paulum.
Filioli Pauli Galatę.
Gen. 16. d
Abrahę duo filij.
Gen. 21. a
Agar.
Sina.
Ierusalem.
Isa. 54. a
Luc. 23. d
Isaac.
Rom. 9. b
Carnalis spūa persequitur.
Gen. 21. a
Circuncisio.
Act. 15 a

proderit. Testificor autem rursus omni homini circuncidenti se, quod is
debitor est uniuersę legis faciendę. Euacuati estis à CHRISTO, qui
in lege iustificamini: à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem
iustitię expectamus. Nam in CHRISTO IESV neq; circuncisio
aliquid ualet, neq; preputium: sed fides quę per charitatem operatur.
Currebatis bene: quis uos impediuit ueritati non obedire? Nemini
consenseritis. Persuasio hęc, non est ex eo qui uocat uos. Modicū fer-
mentum, totam massam corrūpit. Ego confido in uobis in domino,
quòd nihil aliud sapietis. qui autem conturbat uos: portabit iudiciū,
quicunq; est ille. Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc predico:
quid adhuc persequutioné patior? Ergo euacuatum est scandalū cru-
cis. Vtinam & abscindantur qui uos conturbant. Vos enim in li-
bertatem uocati estis fratres. tantū ne libertatem in occasioné detis car-
nis, sed per charitatem spiritus seruite inuicé. Omnis enim lex in uno
sermone impletur, Diliges proximū tuum sicut teipsum. Quòd si inui-
cem mordetis & comeditis: uidete ne abinuicem cōsummamini. Dico
autem in CHRISTO: spiritu ambulate, & desyderia carnis non
perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritū: spiritus auté aduer-
sus carnem. hęc enim sibi inuicem aduersantur: ut non quęcūq; uultis:
illa faciatis. Quòd si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta
sunt autem opera carnis, quę sunt, fornicatio, immūdicia, impudicitia,
luxuria, idolorū seruitus, ueneficia, inimicitię, cōtentiones, ęmulatiões,
irę, rixę, dissensiones, sectę, inuidię, homicidia, ebrietates, comessationes, &
his similia. quę predico uobis sicut predixi, quoniā qui talia agūt regnū
dei non cōsequentur. Fructus auté spiritus est: charitas, gaudium, pax,
patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, mode-
stia, cōtinentia, castitas. Aduersus huiusmodi nō est lex. Qui auté sunt
CHRISTI, carnem suā crucifixerunt cū uitijs & concupiscentijs. Si
spiritu uiuimus: spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis glorię cu-
pidi inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

CAP. VI.

FRatres & si pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spi-
rituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, cōsyderans te
ipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebi-
tis legem CHRISTI. Nam si quis existimat se aliquid esse quum
nihil sit: ipse se seducit. Opus autem suum probet unusquisq;, & sic in
semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisq; enim
onus suum portabit. Cómunicet autem is qui catechizatur uerbo,
ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare: deus non irride-
tur. Quę enim seminauerit homo: hęc & metet. Quoniam qui seminat
in carne sua: de carne & metet corruptionem. qui autem seminat in spi-
ritu: de spiritu metet uitam ęternam. Bonum autem facientes, non de-
ficiamus. tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tem-
pus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesti-
cos fidei. Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu. Quicūq;
enim uolunt placere in carne: hi cogunt uos circuncidi, tantū ut cru-
cis CHRISTI persequutionem non patiantur. Neque enim qui
circunciduntur, legem custodiunt. sed volunt vos circuncidi: vt in car-
ne vestra glorientur. Mihi auté absit gloriari, nisi in cruce domini no-
stri IESV CHRISTI: per quem mihi mundus crucifixus est, &
ego mundo. In CHRISTO enim IESV, neque circuncisio ali-
quid valet, neque preputium: sed noua creatura. Et quicunq; hanc regu-
lam sequuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel dei.
De cętero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini IE-
SV in corpore meo porto. Gratia domini nostri IESV CHRI-
STI cum spiritu vestro fratres. AMEN.

Ex fide iusti-
tia, nō ex lege.
1. Cor. 5. b
Libertas.
Dilectio.
Leui. 19. d
Mat. 22. d
Mar. 12 e
Rom. 13. c
Iaco. 2. b
Spiritu ambu-
landum.
Rom. 13. d
1. Pet. 2. c
Caro
Spiritus.
Opera carnis.
Fructus spūs.
Gloria inanis.
Peccātes qđo
corripiendi.
Onera fratrum
portanda.
Prędicatores
euāgelij alēdi.
1. Cor. 9. b
2. Thes. 3. c
Operari bonū
Domestici fi-
dei.
Circuncisio.
Gloriatur in
afflictionibus
propter Chri-
stum.
Regula Chri-
stianorum.

Christus
uobis factus
est otiosus,
(uel, nihil
uobis pro-
dest.)
B
conspersioné.
fermentat.
abolitū est
offendiculū
labefactāt.
C
adulteriū.
D
affectibus
A
instaurate
(reficite)
B
.i. q docet
mysteria re-
ligiõis chri-
stianę (.i fi-
dé in christū:
C qđ uerbo
fiebat, non
scripto)
vel, quāta
uobis epla
iuxta faciē
D
notas im-
pressas

EPISTOLA PAVLI AD EPHESIOS.

ARGVMENTVM.

EPHESII, sunt Asiani. Hi accepto verbo veritatis præstiterunt in fide. Hos collaudat apostolus: scribens eis ab vrbe Roma de carcere per Tychicum diaconum.



A AVLVS apostolus IESV CHRISTI per voluntatem dei: omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in CHRISTO IESV, gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino IESV CHRISTO. Benedictus deus & pater dñi nostri IESV CHRISTI, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in CHRISTO: sicut elegit nos in ipso ante mūdi cōstitutionē, vt essemus sancti & immaculati in cōspectu eius in charitate. B Qui pdestinauit nos in adoptionem filiorū per IESVM CHRISTVM in ipsum: sm propositū voluntatis suę, in laudē gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redēptionē per sanguinē eius: remissionē peccatorū sm diuitias gratię eius, quę superabūdauit in nobis in oi sapientia & prudentia, vt notū faceret nobis sacramentū voluntatis suę, sm beneplacitū eius, qđ proposuit in eo, in dispēsatione plenitudinis tēporū instaurare oia in CHRISTO, quę in cœlis & quę in terra sunt in ipso. C In quo etiā & nos sorte vocati sumus: predestinati sm propositū eius qui operatur oia sm cōsilium volūtatis suę. vt simus in laudē glorię eius nos, qui antè sperauimus in CHRISTO, in quo & vos, quū audissetis verbū veritatis, euāgelium salutis vestrę: in quo & credētes signati estis spiritu pmissionis sancto, qui est pignus hęreditatis nostrę in redēptionē acqsitionis in laudē glorię ipsius. Propterea & ego audiens fidē vestrā quę est in CHRISTO IESV, & dilectionē in oēs sanctos: non cesso gratias agens pro vobis, memoriā vestri faciens in orationibus meis, vt deus (dñi nostri IESV CHRISTI pater glorię), det vobis spiritū sapientię & reuelationis, in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quę sit spes vocationis eius, & quę diuitię glorię hęreditatis eius in sanctis, D & quę sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus secundū operationē potentię virtutis eius, quā operatus est in CHRISTO, suscitans illum à mortuis, & cōstituens ad dexterā suam in cœlestibus, supra omnem principatū & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiā in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra omnē ecclesiam, quę est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

CAP. II.

A ET vos quū essetis mortui delictis & peccatis, vestris, in quibus aliquando ambulastis secundū seculū mundi huius, secundū principē potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur in filios diffidentię, in quibus & nos omnes aliquando cōuersati sumus in desyderijs carnis nostrę, facientes volūtatem carnis & cogitationū, & eramus na tura filij irę sicut & cęteri: Deus autē qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suā qua dilexit nos, & quū essemus mortui B peccatis, cōuiuificauit nos CHRISTO, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit & cōsedere fecit in cœlestibus in CHRISTO IESV, vt ostenderet in seculis superuenientibus abūdantes diuitias gratię suę in bonitate super nos in CHRISTO IESV. Gratia enim estis saluati per fidem: & hoc non ex vobis. Dei enim donū est: nō ex

*Ad Galatas. missa fuit è Roma.

- vel, ipsi Christo.
- irreprehēsibiles
- vt adoptaret in filios
- vel in sese
- bñplacitū
- charos nos reddidit
- de qua nobis vbertim impertiuit
- arcanum suę.
- in seipso, vsque ad dispensationē
- vt sūmatim instauraret
- in sortem: (vel, hęreditatem) asciti
- vel decretū
- vel, arrabo
- agnitionem sui,
- ad quā ille vocauit,
- super oia, ipsi ecclię,
- cōplemētū
- vel, implet
- cui ptās est aeris, qui est spiritus
- filijs cōtumacib. (vl, inobedientię,)
- multam
- etiā quum
- vel, inter cœlestes

Gratiarum actio.
2. Cor. 1. a
1 Pet. 1. a
Benedictio.
Electio.
Sancti.
Filij.
Laus.
Redemptio.
Voluntas dei.
Prędestinatio.
Laus glię dei.
Verbū veritatis, euangel.
Spūs sanctus.
Fides.
Dilectio.
Gratiarum actio.
Fides à deo.
Christus suscitatus à pře est in dextera patris.
Caput ecclię.
Psal. 8. a
Corpus chri.
Pctā gentiuę.
Coloss. 1. d
Misericordia dei à pctis liberatę gentes.
Gra dei saluat.
Fides.
Donum dei.
Opera.

operibus, vt ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura: creati in
CHRISTO IESV in operibus bonis, quę pręparauit deus
vt in illis ambulemus. Propter quod memores estote quod aliquando
vos eratis gentes in carne, qui dicebamini pręputiũ ab ea quę di. circũ
cisio in carne manufacta: quod eratis illo in tpe sine CHRISTO, alie
nati à conuersatione Israel, & hospites testamentorũ, promissionis
spem nõ habentes, & sine deo in hoc mũdo. Nunc aũt in CHRI
STO IESV vos qui aliquãdo eratis longe, facti estis prope in san
guine CHRISTI. Ipse enim est pax nr̃a, qui fecit vtraque vnũ, &
mediũ parietem macerię soluens, inimicitias in carne sua: legem
mandatorũ decretis, euacuãs: vt duos condat in semetipso in vnũ
nouũ hominem, faciens pacẽ, vt reconciliet ambos in vno corpore,
deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens euã
gelizauit pacem vobis qui longe fuistis, & pacem ijs qui propé. quoniam
per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu, ad patrem. Ergo
iam non estis hospites & aduenę: sed estis ciues sanctorũ & do
mestici dei, superędificati super fundamentũ apostolorũ & prophe
tarũ, ipso summo angulari lapide IESV CHRISTO: in quo om
nis ędificatio cõstructa, crescit in templũ sanctum in domino, in quo
& vos coędificamini in habitaculũ dei in spiritu sancto. C. III.

HVius rei gratia ego Paulus vinctus CHRISTI IESV, pro vo
bis gentibus: si tamen audistis dispensationem gratię dei quę da
ta est mihi in vobis: quoniam secundum reuelationem notũ mihi factũ est sacra
mentũ, sicut suprà scripsi in breui: prout potestis legentes intel
ligere prudentiam meã in mysterio CHRISTI, quod alijs generatio
nibus non est agnitũ filijs hominum, sicuti nunc reuelatũ est sanctis apo
stolis eius & prophetis in spiritu, gentes esse cohęredes & cõcorpora
les & cõparticipes promissionis eius in CHRISTO IESV per euãge
liũ, Cuius factus sum ego minister secundum donum gratię dei, quę data est
mihi secundum operationem virtutis eius. Mihi enim omnium sanctorum mi
nimo, data est gratia hęc, In gentibus euãgelizare inuestigabiles diui
tias CHRISTI, & illuminare omnes quę sit dispensatio sacramen
ti absconditi à seculis in deo, qui omnia creauit: vt innotescat princi
pibus & potestatibus in cœlestibus, per ecclesiã, multiformis sapien
tia dei, secundum prefinitionem seculorũ, quã fecit in CHRISTO IESV
domino nostro, In quo habemus fiduciã & accessum in confidentia,
per fidem eius. Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus
meis pro uobis, quę est gloria uestra. Cuius rei gratia flecto genua
mea ad patrẽ domini nostri IESV CHRISTI, ex quo omnis pa
ternitas in cœlis & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias glo
rię suę, uirtutẽ corroborari per spiritum eius in interiori homine:
CHRISTVM habitare per fidem in cordibus uestris, in charitate
radicati & fundati, ut possitis cõprehendere cũ omnibus sanctis, quę
sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundũ, scire etiam su
pereminentem scientię charitatẽ CHRISTI, ut impleamini in omnẽ
plenitudinem dei. Ei aũt qui potens est omnia facere superabun
danter quàm petimus aut intelligimus, secundum uirtutem quę ope
ratur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in CHRISTO IESV in
omnes generationes seculi seculorum. Amen. CAP. IIII.

OBsecro itaque uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis
uocatiõe qua uocati estis, cũ omni humilitate & mãsuetudine,
cũ patientia, supportãtes inuicẽ in charitate, soliciti seruare unitatem
spiritus in uinculo pacis. Vnum corpus, & unus spiritus: sicut uo
cati estis in vna spe uocationis uestrę. Vnus dñs, una fides, unum
baptisma. Vnus deus & pater omnium, qui super omnes & per omnia
& in omnibus nobis. Vnicuique aũt nr̃um data est gratia secundum men
suram donationis CHRISTI, Propter quod dicit, Ascendens in al

Gẽtes quales.
Pręputium.
Circuncisio.
Sanguis chri.
Pax Chrus.
Nouus homo
Per Christum accessus.
Roma. 5. a
Domestici dei, gentes.
Fũdamẽtũ apostolorũ chrus.
Templũ dei.
Paulus, gẽtium apostolus.
Gentes, Christi populus.
Paulus, gẽtiũ apostolus.
1. Cor. 15. b
Diuitię Chri.
Mysteriũ absconditum.
Sapientia dei.
Fides.
Orat Paulus ut Ephesij cõfirmẽtur in fide.
Gratiarũ actio.
Hortat Paulus ad opera.
1. Cor. 7. d
Roma. 12. c
1. Cor. 12. b
Corpus.
Spiritus.
Pater vnus,
Mala. 2. b

vel opus:
ad opera bona
C
republica
extranei a testamentis,
interstitiũ macerię diruit,
simultates per carnẽ suã:
D
decretis sitã,
incolę:
concines
A
mysterium
paucis:
cognitionem
per spiritum,
efficatiam potentię
B
imperuestigabiles
in lucẽ proferre omnibus quę sit cõmunio mysterij
per IESVM
C
Christum
uehementer
uaria
audaciam
ob afflictiões meas quas tolero
familia (uel, cõmuni patre cognatio)
D
ut inhabitet CHRISTVS
cumulate vltra
cogitamus.
A
Hortor
submissione
per vinculũ
B

lum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod aũt ascendit, qd est, nisi qa & descendit primũ in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit supra oẽs cœlos, vt impleret omnia. Et ipse dedit quosdã qdem apostolos, quosdã aũt prophetas, alios verò euãgelistas, alios aũt pastores & doctores ad (consummationem) sanctorũ in opus ministerij in ædificationem corporis CHRISTI: donec (occurramus) omnes in vnitatẽ fidei & agnitionis filij dei, in virũ perfectum, in mensuram ætatis (plenitudinis) CHRISTI: vt iam nõ simus paruuli, fluctuantes, & circunferamur omnĩ vẽto doctrinæ (in nequitia) hoĩum, (in astutia ad circumuentionẽ erroris:) veritatẽ aũt facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, CHRISTVS: ex quo totum corpus (cõpactũ) & cõnexũ per oẽm iuncturã subministrationis, sm̃ (operationem) (in mensurã) vniuscuiusq; mẽbri, augmentũ corporis facit in ædificationẽ sui (in charitate.) Hoc igitur dico & testificor (in Domino:) vt (iam) nõ ambuletis sicut & *gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habentes intellectũ, alienati à vita dei (per) ignorantiã quæ est in illis propter cæcitatẽ cordis ipsorum, qui desperãtes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ oĩs (in auaritiã.) Vos aũt nõ ita didicistis CHRISTVM: si tamen illũ audistis & in ipso edocti estis, sicut est veritas in IESV, deponere vos sm̃ pristinã cõuersationẽ veterẽ hoĩem, qui corrũpitur secundũ desyderia erroris. Renouamini aũt spiritu mentis vestræ: & induite nouũ hominem qui secundum deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendaciũ, loquimini veritatem vnusquisq; cũ proximo suo: quoniã sumus inuicem membra. Irascimini, & nolite peccare: sol nõ occidat super iracundiã vestrã. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatẽ patienti. Omnis sermo (malus) ex ore vestro nõ procedat: sed si quis bonus ad ædificationem (fidei,) vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei: in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & (blasphemia) tollatur à vobis cũ omni malitia. Estote autem inuicem (benigni,) misericordes, donantes inuicem sicut & deus in CHRISTO donauit vobis.

CAPVT V.

Estote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & CHRISTVS dilexit nos, & tradidit semet ipsum pro nobis oblationem & hostiã deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem & omnis immũditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquiũ, aut (scurrilitas,) quæ (ad rem non pertinet:) sed magis gratiarũ actio. Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorũ seruitus) nõ habet hæreditatẽ in regno CHRISTI & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. propter hæc enim venit ira dei in filios (diffidentiæ.) Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis enim aliquãdo tenebræ: nunc autem lux in Domino. Vt filij (lucis) ambulate (Fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iustitia, & veritate) probãtes quid sit beneplacitũ deo: & nolite cõmunicare operibus infructuosis tenebrarũ, magis aũt redarguite. Quæ enĩ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quæ arguuntur: à lumine manifestãtur. omne enim quod manifestatur, lumẽ est. Propter quod dicit, (Surge) qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te CHRISTVS. Videte itaq; fratres quomodo (caute) ambuletis, nõ (quasi) insipiẽtes, sed vt sapien

C
instaurationẽ
perueniamus
plene adultæ
per versutiã
per astutiã D
qua nos adorʼiunt vt impo nãt nobis,
vel cõstructũ
vel actum
in mẽsura E
per charitatẽ
per dominũ;
hos thæc
reliquæ
propter
cũ auiditate, aut in abũdantia. F
spurcus (vitiosus) G
vel, opportunitatis (.i. quo res opus est):
maledicẽtia
vel comes,
A
D
vrbãitas (facetia, aut lepos,)
nõ pueniunt:
q est idolorũ cultor, B
inobedientiæ
spiritus,
C
Expergiscere
circũspecte D
vt

Dona varia.
Roma.12.a
1.Cor.12.b
2.Cor.10.d
Psal.67.d.
Apo.1.cor.12
Prophetæ.
Doctores ad qd constituti.
Caput, Christus
Corp' ecclesia.
Nõ ambulandũ vt gentes.
Roma.1.c
Vetus homo.
Colossen.3.b
Nouus homo
Roma.6.a
Coloss.3.b
Heb.12.a
1.Pet.2.4.a
Mendacium.
Zacha.8.c
Irasci.
Psal.4.b
Furari.
Iaco.4.d
Sermo vitiosus:
Colossen.3.c
Imitatores dei.
Dilectio. Ioã.13.d & 15.b
1.Ioan.4.d
Verba qualia.
Coloss.3.a
1.Thess.1.a
Matth.24.a
Mar.13.a
Luc.21.b
Tenebræ.
Lux.
Opa tenebrarũ
Coloss.4.a

Roma.12.a · 1.Thess.4.a · Ebrietas. · Spūs sanctus. · Gratiarū actio · in corde. · Vxores. 1.Cor. 11.a Colos.3. c 1.Pet.3.a · Mariti. · Colos.3.c · Ecclesiā suam mundat Chri. · Gen.2.d mat. 19.a Mar.10. a 1.Cor.6.d

se redimentes ᵃtēpus, quoniā dies mali sunt. Propterea nolite fieri im
prudētes: sed intelligētes quę sit voluntas dei. Et nolite inebriari vi
no in quo est ᵇluxuria, sed ipleamini spiritu sancto loquētes vobis
metipsis in psalmis, hymnis, & cāticis spiritualibus, cantātes & ᶜpsal
lentes in cordibus vestris dño: gratias agentes semper pro oībus, in
nomine dñi nostri I E S V C H R I S T I deo & pri. Subiecti inuicē
in timore ᵈC H R I S T I. Mulieres viris suis subditę sint, sicut
domino: qm̄ vir, caput est mulieris: sicut C H R I S T V S caput est
ecclesię. ipse, saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est
C H R I S T O: ita & mulieres viris suis in oībus. Viri, diligite
vxores vestras, sicut & C H R I S T V S dilexit ecclesiā, & seipsum tra
didit pro ea: vt illā sanctificaret, mūdans eā lauacro aquę ᵉin verbo
vitę, ᶠvt exhiberet ipse sibi gloriosā ecclesiā nō habentē maculā aut
rugā aut aliqd huiusmodi, sed vt sit sancta & ᵍimmaculata. Ita & vi
ri debēt diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suā vxorē diligit:
seipsum diligit. Nemo enim vnq̄ carnē suā odio habuit: sed nutrit
& fouet eā, sicut & C H R I S T V S ecclesiā. quia mēbra sumus cor
poris eius: de carne eius & de ossibus eius. Propter hoc relinquet ho
mo patrem & matrē suā: & adhęrebit vxori suę. & erunt duo ʰin car
ne vna. ⁱSacramentū hoc magnū est. ego autem dico in C H R I
S T O & in ecclesia. Verūtamē & vos singuli vnusquisq̄ vxorē suā
sicut seipsum diligat: vxor autem ᵏtimeat virū suū. C A P. VI.

Filij. · Colossen.3.d · Exo.20.c Deu. 5.c Eccli.3.b · Math.15.a · Mar.7.d · Patres. · Serui. Colos.3 d Tit.2.c 1.Pe. 2.c

Filij, obedite parentibus vestris in domino. hoc enim iustum est.
Honora patrem tuū & matrem tuā: quod est mandatum primum
in promissione, vt bene sit tibi, & sis lōgęuus super terrā. Et vos pa
tres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos
in disciplina & correptione domini. Serui obedite dominis carna
libus, cū timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut C H R I
S T O: non ad oculum seruientes, ᵃquasi hoībus placentes, sed
vt serui C H R I S T I, facientes voluntatē dei ex animo: cū ᵇbona
voluntate seruientes, sicut domino & non hominibus. scientes qm̄
vnusquisq̄ quodcunq̄ fecerit bonū, hoc recipiet à domino, siue ser
uus, siue liber. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas,
scientes q̄ & illorū & vester dominus, est in coelis: & personarū acce

Dñi. Deut.10. d 2.Para.19.c Iob.34.b Sapiē.6.b Eccli. 35.b Rom.2. b Gala.2.b Colo.3.d Act. 10.e 1.Pet.1.c · Armatura dī.

ptio nō est apud eū. ᶜDe cętero fratres, ᵈcōfortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturā dei: vt possitis stare
aduersus ᵉinsidias diaboli. qm̄ non est nobis colluctatio aduersus
carnem & sanguinem: sed aduersus pincipes & potestates, aduersus
mundi ᶠrectores tenebrarū harum, contra ᵍspiritualia nequitię in
coelestibus. Propterea accipite ʰarmaturā dei: vt possitis resistere in
die malo, & ⁱin oībus perfecti stare. State ergo succincti lumbos
vestros in veritate, & induti ᵏloricam iustitię, & calceati pedes ˡin
pręparationem euangelij pacis: in oībus sumentes scutum fidei, in
quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere. & galeam salutis
assumite: & gladiū spiritus, qđ est verbum dei. Per omnem oratio
nem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu & ᵐin ipso
vigilantes in omni ⁿinstantia, & obsecratione pro oībus sanctis: & ᵒpro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cū fiducia, ᵖno
tū facere mysterium euāgelij, pro quo legatione fungor in catena, ita
vt in ipso audeā, prout oportet me, loqui. Vt autē & vos sciatis quę
ᑫcirca me sunt, qd agam: oīa vobis nota faciet Tychicus, charissi
mus frater & fidelis minister in dño: quē misi ad vos in hoc ipsum, vt
cognoscatis ʳquę circa nos sūt, & cōsoletur corda vestra. Pax fratri
bus & charitas cū fide à deo patre nr̄o, & domino I E S V C H R I
S T O. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum I E
S V M C H R I S T V M in ˢincorruptione. A M E N.

1.The.5.b · Isa.59.c · Oratio. · Colos.4.a · 2.Thes.3.a · Petit Paulus orōnes fratrū. · Tychicus. · Pax. · Charitas. · Fides.

ᵃ uel occasionē (aut opportunitatem.) · ᵇ luxus. · E · ᶜ del · F · ᵉ per uerbum. · ᶠ istq̄ exhiberet sibi ... · G · ʰ in carnē unā. (uel, e duobus fiet una caro.) · ⁱ Mysterium · ᵏ uel reuereat · A

Pōtifex Xps: Capitulū autem super ea quę dicuntur, Talem habemus ponti- A
deus. ficem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis: sancto- Sūma autē
Pōtificis offm̄ rū minister, & tabernaculi veri, quod fixit deus, & non homo. Omnis eorū quę dici-
Christus seip- enim pontifex, ad offerendum munera & hostias cōstituitur. vnde ne- mus, hæc est.
sum obtulit. cesse est & hunc habere aliquid quod offerat. si ergo esset super terram,
nec esset sacerdos: quum essent qui offerrent secundum legem mune-
ra, qui exemplari & vmbrę deseruiunt cœlestium. sicut responsum est
Exod. 25. d Moysi, quum consummaret tabernaculum, Vide (inquit) omnia facito B
Act. 7. f secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. Nunc aūt me-
Mediator no- lius sortitus est ministerium: quanto & melioris testamenti mediator
ui testamenti, est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Nam si illud
Christus. prius culpa vacasset: non vtiq; secundi locus inquireretur. Vituperans
Nouū testm̄. enim eos dicit, Ecce dies venient, dicit dominus: & consummabo su-
Iere. 31. e per domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum, non
secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua appre- C
hendi manum eorum vt educerem illos de terra Aegypti. quoniam
ipsi non permanserunt in testamento meo: & ego neglexi eos, dicit
dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel
post dies illos, dicit dominus: Dabo leges meas in mentem eorum,
& in corde eorum superscribam eas: & ero eis in deum, & ipsi erūt mi-
hi in populum. & non docebit vnusquisque proximum suum, & vnus- D
quisque fratrem suum dicens, Cognosce dominum: quoniam omnes
scient me à minore vsque ad maiorem eorum. quia propitius ero ini- placabilis ero
quitatibus eorum: & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicen- super
do autem nouum: veterauit prius. Quod autem antiquatur & sene- antiquauit
scit: prope interitum est. CAP. IX.

Habuit quidem & prius iustificationes culturę, & sanctum secula- A cultus,
Tabernacula re. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant cande- ac scm̄ mū-
duo. labra, & mensa, & propositio panum, quę dicitur sancta. Post vela- danum.
Exo. 26. a. 36. a mentum autem secundum: tabernaculum, quod dicitur sancta san- cādelabrū,
Scm̄ sancto. ctorum, aureum habens thuribulum: & arcam testamenti circuntectā sanctum
ex omni parte auro, in qua, vrna aurea habens māna, & virga Aaron
quę fronduerat, & tabulę testamenti. superq; eam erant Cherubim glo-
rię obumbrantia propitiatorium. de quibus non est modo dicendum B
Quid signifi- per singula. His verò ita compositis, in priori quidē tabernaculo sem-
carint duo ta- per introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes. In ritus pere-
bernacula. secundo autem, semel in anno solus pontifex: non sine sanguine quē agentes.
offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significante spiritu sancto,
nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo vel, manife-
habente statum. quę parabola est temporis instantis: iuxta quā mu- stat am
Sacrificia vete- nera & hostię offeruntur, quę non possunt iuxta conscientiā perfectum C erat si-
ris legis. facere seruientē, solūmodo in cibis, & in potibus, & in varijs baptisma- militudo p
Christus san- tibus, & iustitijs carnis, vsq; ad tēpus correctiōis impositis. CHRI- tpe tū pñtes
guine suo nos STVS autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius in quo
redemit semel. & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius crea- ablutōib.
tionis, neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per propriū per maius
Sanguine xpi sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Si factura
purgati à pec- enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulę aspersus, inqui- D
catis. natos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis
Leu. 16. e CHRISTI qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit imma- æternum
1. Pe. 1. d. 1. Io. culatum deo, emundabit conscientiam nostrā ab operibus mortuis ad

vel, cui sacrificatur, mediator — serviendum deo viventi? Et ideò novi testamenti mediator est: vt morte intercedente, in redemptionem earũ preuaricationũ quę erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt, ęternę hereditatis. Vbi enim testamentũ est: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentũ enim, in mortuis confirmatũ est: alioquin nõdum valet, dum viuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatũ est. lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum & hircorũ cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoq; librum & omnẽ populũ aspersit dicens, Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit. Et omnia penè in sanguine secundũ leges mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium, his mundari: ipsa autem cœlestia, melioribus hostijs q; istis. Non enim in manufacta sancta IESVS introiuit, exemplaria verorum: sed in ipsum cœlum, vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Neq; vt sępe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno (alioquin oportebat eũ frequenter pati ab origine mundi) Nunc autem semel in consummationem seculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: sic & CHRISTVS semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. secundò sine peccato apparebit omnibus expectantibus se, in salutem.

1.d. Apo.1.b | 1.Pet.3.c | Ro.5.b | vel, ratum | Testamentũ | Gala.3.b | Vetus testamẽ sanguine dedicatum. | Exod.24.c | vel, potioribus | Xps in cœlis corã pře ocłs pro nobis. | instãte cõsummatiõe | pligationem | tollenda | Moriendũ semel. | Xps p nobis mortuᵒ. Ro.5.b.1.Pet.3.e

CAP. X.

Vmbram enim habens lex, futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum: per singulos annos eisdem ipsis hostijs quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere: alioquin cessassent offerri, ideò quòd nullam haberent vltra conscientiam peccati, cultores semel mundati. sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. impossibile enim est, sanguine taurorũ & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata & pro peccato, non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me: vt faciam deus voluntatem tuam. Superius dicens, Quia hostias, & oblationes, & holocaustomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi quę secundum legem offeruntur, tunc dixi, Ecce venio vt faciam deus voluntatem tuam: aufert primum, vt sequens statuat. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationẽ corporis IESV CHRISTI semel. Et omnis quidem sacerdos prępsto est quotidie ministrans, & easdem sępe offerens hostias quę nõ possunt auferre peccata: hic autem vnam pro peccatis offerens hostias, in sempiternum sedet in dextera dei, de cętero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Vna enim oblatione, consummauit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nos & spũs sanctus. postquam enim dixit, Hoc autem testamentũ quod testabor ad illos post dies illos, dicit dominus, Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum inscribam eas: & peccatorum, & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vbi autem horũ remissio: iam non est oblatio pro peccato. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine CHRISTI: quã initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen, id est, carnem suam, & sacerdotem magnum super domũ dei, accedamus cũ vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostrę confessionẽ indeclinabilẽ. fidelis enim est qui repromisit, & consyderemus inuicem in prouocationẽ charitatis & bonorum operum: non deserentes collectionem nostram sicut

Lex nõ sanctificat. | Leui.16.e | vel, q sacrificassent, ac semel purgati essent | Sacrificia olim reijciunt, ptee solũ Christũ. | vel, ad sum. | Psal.39.b | Psal.1. | Sanctificatio. | perfectos efficit | Psal.109.a | 1.Cor.15.d | vel, pdam erga | Oblatio Xpi sola p peccatis | libertatem adeũdi i scã p sanguinẽ | Iere.31.f | Supra.8.e | ea via quã dedicauit nobis recentem | certitudine | vel, a opul | sa cõciẽtia | nõ vacillãtẽ | Accedẽdũ ad Xpm, in fide. | Charitas. | Opera.

consuetudinis est quibusdam, sed ʼconsolantes, & tanto magis quanto ʼadhortant viderits appropinquantem diem. Voluntarie enim peccantibus nobis res inuiet, post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quędam expectatio iudicij & ignis ʼęmulatio: quę ʼvehemen consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysi: sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur. quãto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutũ duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratię contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit, ʼMihi vindictã: & ego retribuam. Et iterum, Iudicabit dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionũ. ʼ& in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti: ʼin altero autem socij taliter conuersantium effecti. Nam & ʼvinctis compassi estis: & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaq; amittere cõfidentiam vestram: quę magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulumq;, qui venturus est veniet, & non tardabit. iustus autẽ meus, ex fide ʼviuit, quod si subtraxerit se: non placebit animę meę. Nos autẽ non sumus ʼsubtractionis filij in perditionem: sed ʼfidei in acquisitionem animę.

CAPVT XI.

EST autem fides, ʼsperandarum substantia rerum, argumentum nõ apparentium. In hac enim testimonium consequuti sunt senes. Fide, intelligimus ʼaptata esse secula verbo dei: vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Fide, ʼplurimam hostiam Abel quãm Cain, obtulit deo: per quam testimonium consequutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide, Enoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur: quia transtulit illum deus. ante translationem enim, testimoniũ habuit placuisse deo. Sine fide autẽ impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit.

Fide, Noe ʼresponso accepto de ijs quę adhuc non videbantur: metuens, aptauit arcam in salutem domus suę, per quam damnauit mundum: & iustitię quę per fidem est, hęres est ʼinstitutus. Fide, qui vocatur Abraham obediuit in locum exire quem accepturus erat in hęreditatem: & exijt, nesciens quò iret. Fide, demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohęredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex & conditor, deus. Fide, & ipsa Sara sterilis ʼvirtutem in cõceptione seminis accepit, etiam pręter tempus ętatis: quoniam fidelem credidit esse eũ qui repromiserat. Propter quod & ab vno orti sunt ʼ(& hoc emortuo) tanquam sydera cœli in multitudinem, & sicut arena quę est ad oram maris innumerabilis. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes *& salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hęc dicunt: significant se patriam inquirere. Et si quidẽ ipsius meminissent de qua exierunt: habebant vtiq; tempus reuertendi. nunc autem meliores appetunt, id est cœlestẽ. Ideo non confunditur deus vocari deus eorum. parauit enim illis ciuitatẽ.

Fide, obtulit Abraham Isaac quum tentaretur: & vnigenitum offerebat in quo susceperat repromissiones. ad quem dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen, ʼarbitrans quia & à mortuis suscitare potens est deus. vnde eum & in ʼparabolam accepit. Fide, & de futuris benedixit Isaac, Iacob & Esau. Fide, Iacob moriens, singulos filiorum adduxit.

Left margin: Supra. 6. a | Reycientes christum post acceptam notitiam nulla hostia purgatur. | Deut. 17. b | Mat. 18. b | Ioan. 8. c | 2. Cor. 13. a | Deut. 32. e | Rom. 12. d | Afflictiões quas sustinuerũt Iudęi pp Chrm. | Patientia. | Abac. 2. a | Roma. 1. b | Gal. 3. b | Fides. | Gen. 1. a | Gen. 4. a | Mat. 23. d | Gen. 5. c | Eccli. 44. c | Gen. 6. c | Eccli. 44. c | Gen. 12. a | Ciuitas dei. | Gen. 18. a | Gen. 17. c | Gen. 21. a | Eccli. 44. d | Gen. 41. b | Rom. 9. b | Gen. 17. d. f | Gen. 48. c | Gen. 50. d

Right margin: F ʼMihi vindicta (.i. mea est vlcisci) ʼpartim ʼpartim ʼafflictionib q ex vinculis G meis cõtigerũt, pticipes fuistis: ʼvectur ʼ est: ʼqui subducamus nos ʼad fidẽ pti | A menti ʼq sperãtur ʼperfecta ʼvberiorẽ | B | ʼoraculo admonitus ʼfactus. | C ʼvim ad cõcipiendũ ac retinendũ semen ʼeoq iã annis effœtus *& credẽtes (vel psuasi) | D ʼquũ illud secũ perpẽdisset ʼsimilitudinẽ

Ioseph benedixit: & adorauit fastigium virgæ eius. Fide, Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est: & de ossibus suis mandauit. Fide, Moyses natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis: eò quòd vidissent elegantem infantem, & non timuerunt regis edictum. Fide, Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo dei quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans, Thesauro Aegyptiorum, improperium CHRISTI. aspiciebat enim in remunerationem. Fide, reliquit Aegyptū: non veritus animositatem regis. inuisibilem enim tanq; videns sustinuit. Fide, celebrauit pascha & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiua, tangeret eos. Fide, trāsierunt mare rubrū tanquā per aridā terrā: quod experti Aegyptij, deuorati sunt. Fide, muri Iericho corruerunt, circuitu dierū septem. Fide, Rahab meretrix nō perijt cum incredulis excipiens exploratores cum pace. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, Dauid, Samuel, & prophetis: qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonū, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum. acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circuierūt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt nō sine nobis consummarentur.

CAP. XII.

IDeóq; & nos tantā habentes impositā nubem testium: deponentes omne pondus & circūstans nos peccatū, per patientiam curramus ad propositū nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem IESVM: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, cōfusione contempta, atq; in dextera sedis dei sedet. Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum cōtradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes. Nondū enim vsq; ad sanguinē restitistis, aduersus peccatū repugnantes: & obliti estis consolationis, quæ vobis tanq; filijs loquitur, dicens, Fili mi, noli negligere disciplinā domini: neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus, castigat: flagellat aūt omnē filiū quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquā filijs, vobis offert se deus. quis enim filius, quem non corripit pater? Quòd si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri & non filij estis. Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos. num multomagis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorū dierū, secundū voluntatem suā erudiebant nos: hic aūt ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius. Omnis aūt disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructū pacatissimum exercitatis per eam, reddet iustitiæ. Propter quod remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo videbit deum: contēplantes ne quis desit gratiæ dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi. Ne quis fornicator aut prophanus vt Esau; qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. scitote enim

Exod.2.a
Exod.1.c
Exod.2.b
Exod.12.d
Exod.14.e
Iosue.6.e
Iosue.6.d
Iosue.2.a
Hortat ad ferēdas afflictiones pp Christū.
Roma.6.a
Colos.3.b
Ephe.4.e
1.Pet.2.e.4.a
Prouer.3.b
Apoc.3.d
Fili dei qui.
Pax.
Roma.12.d
Sanctitas.
Fornicatio.
Gene.25.d
Gene.26.f

temporariā habere peccati fruitionem
ferociam
perinde q si videret, tolerauit
primogenita. E
potētes redditi sunt ex imbecillitate
incursiōes in fugā G
ouillis pellibus
A
tenaciter inhærens
B
vel, exhortationis
correptionem
deficias C
Si castigationē sustinetis, veluti
spurij
subijciemur
ad paucos dies. D
in hoc vt percipiat nobis sāctimoniā suā.
curā agentes. B
deficiat à gratia

quoniā & postea cupiens hęreditare benedictionē: reprobatus est. non enim inuenit pœnitentię locum: quanquā cum lachrymis inquisisset eā. Non enim accessistis ad 'tractabilem montē & 'accensibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellā, & tubę sonum, & vocem verborum (quā qui audierunt, 'excusauerunt se, ne eis fieret verbum. Non enim portabant qđ dicebatur, Et si bestia tetigerit montē, lapidabitur. Et ita terribile erat qđ videbatur, Moyses dixit, Exterritus sum & tremebundus) Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem dei viuentis, Ierusalem cœlestem, & multorū millium angelorum frequentiā, & 'ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium deum, & spiritus iustorum perfectorū, & testamenti noui 'mediatorem IESVM, & sanguinis aspersionē melius loquentem q̄ Abel. Videte ne recusetis loquentē. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terrā loquebatur: multo magis nos qui de cœlis loquentem nobis, auertimus. cuius vox mouit terrā tunc: nunc autē repromittit dicēs, Adhuc semel: & ego 'mouebo non solū terram, sed & cœlū. Quod autem adhuc semel dicit, declarat 'mobiliū translationē 'tanq̄ factorū, vt maneant ea quę 'sunt immobilia. Itaq; regnū 'immobile suscipientes, habemus gratiā: per quā seruiamus placentes deo cum 'metu & reuerentia. Etenim deus noster, ignis cōsumens est.

CAP. XIII.

Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite obliuisci. per hanc enim 'latuerunt quidam angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum, tanquā simul vincti: & 'laborantium, tanquā & ipsi in corpore morantes. Honorabile cōnubium in omnibus, & thorus immaculatus: fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaritia: contenti pręsentibus. ipse enim dixit, Non te deseram neq; derelinquā. ita vt cōfidenter dicamus, Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Mementote prępositorum vestrorū, qui vobis loquuti sunt verbum dei: quorum intuentes exitū cōuersationis, imitemini fidē. IESVS CHRISTVS heri & hodie: ipse & in secula. Doctrinis varijs & peregrinis nolite 'abduci. Optimū est enim, gratia stabilire cor, non escis quę non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere nō habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animaliū infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem: horum corpora cremantur extra castra. Propter qđ & IESVS, vt sanctificaret per suū sanguinem populū, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eū extra castra: improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentię autem & cōmunicationis nolite obliuisci. talibus enim hostijs 'promeretur deus. Obedite prępositis vestris & 'subiacete eis. ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. hoc enim 'non expedit vobis. Orate pro nobis. confidimus enim quod bonam conscientiam habemus: in omnibus beneuolentes cōuersari. Amplius autē deprecor vos hoc facere, quò celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem *magnum ouium in sanguine testamenti ęterni, dominū nostrū IESVM CHRISTVM: 'aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem, faciens 'in vobis quod placeat coram se per IESVM CHRISTVM: cui est gloria in secula seculorum. Amen. Rogo autem vos fratres vt sufferatis verbum 'solatij. Etenim perpaucis scripsi vobis. 'Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo (si celerius venerit) videbo vos. Salutate omnes prępositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos 'de Italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. AMEN.

Accedendum ad Christum.
Exo.19.b
20.c
Exod.19.c
Ciuitas dei.
Ierusalem.
Audiendus Christus.
Aggęi.2.b
Deu.4.d
Charitas.
Rom.12.c
1.Pet.4.c
Hospitalitas.
Coniugium.
Fornicatio.
Auaritia.
Iosue.1.a
Psal.117.a
Prępositi.
Fides.
Opera.
Doctrinę.
Altare nostrū, Christus.
Nume.19.a
Hostia, Christus.
Afflictiones.
Mich.2.c
Hostia laudis.
Fruct⁹ labiorū.
Prępositi.
Oratio.
Pastor Chrs.
Opera nostra grata p Christum.

' contactum
' accensibilem
' deprecati F sunt,
' conciones primogenitorum
' vel conciliatorem
' conuentus
G
' coruq quę cōcutiuntur
' vtpote q̄ facta sint,
' non cōcutiuntur
' qđ cōcuti non possit
' vel, reuerentia
A
' quidā inscientes exceperūt angelos hospitio.
' afflictorū,
B
' circūferri.
C
' cōciliatur deus. (vel, plz deo.)
' concedite. (deferte.)
' inutile
' illum
D
' absolutos vos reddat
' vt id qđ agitis, acceptum sit
' exhortationis.
' Scitis
' Italia

S. HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

IACOBVS, qui appellatur frater domini, cognomento Iustus, vt nonulli existimant, Ioseph, ex alia vxore: vt autē mihi videtur, Mariæ sororis matris domini, cuius Ioannes in libro suo meminit, filius: post passionem domini, statim ab apostolis Ierosolymorum episcopus ordinatus, vnam tantum scripsit epistolā, quæ de septem catholicis est: quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur. Licet paulatim tempore procedente obtinuerit authoritatem. Hegesippus vicinus apostolicorum temporum, in quinto cōmentariorum libro, de Iacobo narrans ait, Suscepit ecclesiam Ierosolymæ, post apostolos frater domini Iacobus, cognomento Iustus. Multi siquidem Iacobi vocabātur. Hic de vtero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquā attonsus est, nec vnctus vnguento, nec vsus balneo. Huic soli licitum erat ingredi sancta sanctorū. Siquidem vestibus laneis non vtebatur, sed lineis: solusq; ingrediebatur templum: & fixis genubus, pro populo deprecabatur, intantum, vt camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum est. Sed & Iosephus in vicesimo libro antiquitatum refert, & Clemens in septimo Hypotyposeon, mortuo Festo, qui Iudæam regebat, missum à Nerone esse successorem eius Albinum, qui quū necdum ad prouinciam peruenisset, Ananus, inquit, pontifex adolescens Anani filius, de genere sacerdotali, accepta occasione ἀναρχίας concilium congregauit, & cōpellens publice Iacobum vt CHRISTVM dei filium denegaret, cōtradicentem lapidari iussit. qui quum præcipitatus de pinna templi cōfractis cruribus adhuc semiuiuus tendens ad cœlū manus diceret, Domine ignosce eis, quod enim faciunt nesciunt: fullonis fuste, quo rudia vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus, interijt. Tradit item Iosephus tantæ eum sanctitatis fuisse, & celebritatis in populo, vt propter eius necem, creditum sit subuersam esse Ierosolymā. Hic est de quo Paulus apostolus scribit ad Galatas, Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. Et apostolorum super hoc crebrius acta testantur. Euangelium quoq; quod appellatur secundum Hebræos, & à me nuper in Græcum, Latinumq; sermonem translatū est, quo & Origenes sæpe vtitur, post resurrectionē saluatoris refert, Dominus autem quū dedisset sindonem seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus se nō comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem domini, donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursusq; post paululum, Afferte, ait dominus, mensam & panem. Statimq; additur, Tulit panem, & benedixit ac fregit, & dedit Iacobo Iusto, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuū, quia resurrexit filius hominis à dormientibus. Trigintaq; annos Ierosolymis rexit ecclesiam, id est vsque ad septimum Neronis annum, & iuxta templum vbi & præcipitatus fuerat, sepultus est. Titulum vsque ad obsidionem Titi & vltimam Hadriani notissimum habuit. Quidam è nostris in monte Oliueti eum putauerunt conditum: sed falsa eorum opinio est.

* Missa ab Italia p Timotheum.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM CATHOLICAM IACOBI APOSTOLI.

IACOBVS apostolus sanctum instruit clerum de cultura cœlestium præceptorum, & regula catholicæ obseruantiæ, & de inuictæ patientiæ maiestate, & de reuelatione plurimorum, & de mendacio magistrorum.



IACOBVS Dei & domini nostri IESV CHRISTI seruus, duodecim tribubus quę sunt in dispersione, salutem. Omne gaudium existimate fratres mei, quum in tentationes varias incideritis: scientes quod [a] probatio fidei vestrę, patientiam [b] operatur. Patientia autẽ opus perfectum habeat: vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Si quis autem vestrũ indiget sapientia, postulet à deo qui dat omnibus [c] affluenter, & non improperat: & dabitur ei. Postulet autem in fide, nihil hęsitans. qui enim hęsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circũfertur. non ergo existimet homo ille quod accipiat aliquid à domino. Vir duplex animo, incõstans est in omnibus vijs suis. Glorietur autẽ frater humilis, in exaltatione sua: diues autem, in [d] humilitate sua, quoniã sicut flos [e] fœni transibit. exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnũ, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt: ita & diues in itineribus suis marcescet. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniã quum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, quã repromisit deus [f] diligentibus se. Nemo quũ tentatur, dicat quoniam à deo tentatur. Deus enim [g] intentator malorum est: ipse autẽ neminẽ tentat. Vnusquisq; vero tentatur, à cõcupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde cõcupiscentia quum conceperit, parit peccatum. peccatum verò quum consummatũ fuerit, generat mortem.

Nolite itaq; errare fratres mei dilectissimi. Omne [h] datum optimũ, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminũ, apud quem non est transmutatio, nec [i] vicissitudinis obũbratio. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus [k] initium aliquod creaturę eius. [l] Scitis fratres mei dilectissimi, Sit autẽ omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam dei non operatur. Propter quod abijcientes omnẽ immunditiam & [m] abundantiam malitię, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Estote autem factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & nõ factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suę in speculo. consideraui enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfecta, libertatis, & permãserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse, nõ refrenans linguam suam, sed [n] seducens cor suum huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud deum & patrem, hęc est, Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatũ se custodire ab hoc seculo.

CAP. II.

FRatres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri IESV CHRISTI [o] glorię. Etenim si introierit in cõuentum vestrum vir aureum annulũ habens, in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eũ qui indutus est veste preclara, & dixeritis ei, Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis, Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nõnne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationũ iniquarum? Audite fratres mei dilectissimi: Nõnne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hęredes regni quod repromisit deus diligentibus se? Vos autem [p] exhonorastis pauperem. Nõnne diuites per potentiam oppri-

Left margin: Tentationes. Rom.5.a — Sapientia. Petẽdũ ĩ fide. — Mat.7.a. 21.c Mar.11.c Luc.11.b Ioan.16.b &.16.c.f — Duplex aĩo. — Diues. — Eccli.14.c Isa.40.b 1.Pet.1.d — Tentatio. — Iob.5.c — Cõcupiscẽtia. — Peccatum. — Mors. — Dona à deo. — Geniti à deo per verbum. — Ira. — Prouer.17.d — Euangeliũ suscipiendum. — Opera. — Mat.7.d Rom.2.b — Lingua. — Religio. — Pupilli. — Viduę. — Respectus psonarum nõ habendus. — Leui.19.c Deu.1.c.16.d Prouer.14.c Eccli.42.a — Pauperes.

Right margin: A — [a] vel, exploratio — [b] vel efficit. — [c] simplr, (pure,) — B — [d] humiliatione — [e] herbę eiũ — [f] ijs à quib' fuerit dilectus. — C — [g] vt malis tẽtari nõ potest, ita — [h] donum — [i] cõuersionis — [k] primitię quãdam suarũ creaturarũ. — [l] Itaq; — [m] supfluitatẽ — D — [n] aberrare finit — A — [o] vel, glĩosi. (vel, ex opinione.) — B — [p] cõtemptui habuistis

muni vos: & ipsi trahunt vos ad 'iudicia?' Nonne ipsi 'blasphemant bonum nomen 'quod inuocatū est super vos? Si tamen legem perficitis regalem secundū scripturas, Diliges proximū tuum sicut teipsum bene facitis. si autem personā accipitis, peccatū operamini, 'redarguti' à lege quasi transgressores. Quicunq; autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno: factus est omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit & Non occides. Quòd si non mœchaberis, occides autem: factus es transgressor legis. Sic loquimini, & sic facite sicut per legem libertatis 'incipientes iudicari.' Iudicium enim sine misericordia illi qui non facit misericordiam. 'Superexultat autem misericordia iudicium.'

Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere: opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Si autem frater aut soror nudi sint, & indigeat victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis, Ite in pace, calefacimini & saturamini: nō dederitis autem eis quę necessaria sunt corpori: quid proderit? Sic & fides si nō habeat opera, mortua est in semetipsa. Sed dicet quis, Tu fidē habes, & ego opera habeo. ostende mihi fidem tuam 'sine operibus:' & ego ostendā tibi ex operibus 'fidem meam. Tu credis quòd vnus est deus. Bene facis: & dæmones credunt & contremiscunt. Vis autem scire o homo inanis quoniā fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster nōnne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est? Et 'suppleta' est scriptura, dicens, Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiā, & amicus dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo: & non ex fide tantum? Similiter & Rahab meretrix, nōnne ex operibus iustificata est, suscipiens nuncios, & alia via eijciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est.

CAP. III.

A Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniā maius iudicium 'sumitis.' In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non 'offendit:' hic perfectus est vir, potens etiā freno 'circūducere' totum corpus. 'Si autē' equis frena in ora mittimus ad cōsentiendum nobis, omne corpus illorū circūferimus. Et ecce, naues quū magnę sint, & à ventis validis 'minentur:' circūferuntur à modico gubernaculo 'vbi' impetus dirigentis voluerit. B Ita & lingua modicū quidem membrum est, & magna 'exultat.' Ecce 'quātus' ignis quàm magnā syluam incendit. Et lingua, ignis est, 'vniuersitas' iniquitatis. Lingua cōstituitur in mēbris nostris, quę maculat totū corpus, & inflāmat rotā natiuitatis nostrę inflāmata à gehenna. Omnis enim natura bestiarū & volucrum & serpentium & cetorū domantur, & domita sunt à natura humana: C linguā autem nullus hominū domare potest, 'inquietū malum,' plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus deū & patrem: & in ipsa maledicimus homines qui ad 'imaginem & 'similitudinē dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hęc ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine 'emanat' dulcē, & amaram aquā? Nunquid potest fratres mei, ficus 'vuas' facere: aut vitis, ficus? Sic 'neq; salsum, 'dulcem potest facere aquā. Quis sapiens & 'disciplinatus' inter vos? D Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientię. Quòd si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. non est enim ista sapientia desursum descendens à patre luminum: sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim 'zelus' & cōtentio: ibi incōstantia, & omne opus prauū. Quę autē desursum est sapientia, primū quidē pudica est: deinde pacifica, modesta, 'suadibilis,' plena misericordia & fructibus bonis, 'nō iudicans, sine simulatione.' Fructus aūt iustitię, in pace seminatur, facientibus pacē.

CA. IIII.

Marginal glosses (left): tribunalia. — male loquuntur de bono noie — redarguimini — C — iudicandi. — i. gloriatur misericordia aduersus iudicium. — ex operibus tuis: — D — facis — impleta — sumpturi sumus: — labitur: — moderari — Ecce, — agantur: — quocunq; — iactat. — quantulus (exiguus) — mūdus (.i. cumulus) — incoercibile — emittit — oleas — nullus fons salsam hac — sciētia prędītus — vel, æmulatio — tractabilis, — nihil discernens, & nihil simulans.

Marginal notes (right): Diuites. — Leui.19.d — Mat.22.d — Mar.12.c — Rom.13.c — Galat.5.c — Leui.2?.c — Deu.1.c.16.d — Mat.5.c — Lex tota implenda. — Misericordia. — Fides sine operibus nō est fides. — 1.Ioan.3.c — Dæmones credunt deum. — Abrahę opera per fidem. — Gene.22.b — Gene.15.b — Rom.4.a — Gala.3.a — Rahab opera per fidem. — Iosue.2.a — Mat.23.a — Linguę vitium describitur. — Aemulatiōes & cōtentiones vitandę.

Bella.
Concupiscentię.
Oratio.
Amicitia mundi.

1.Pet.5.b
Subditi deo.
Ephe.4.f
Peccatores.

1.Pet.5.b
Detractio.
Roma.14.a
Si dominus voluerit.

Vita nostra, vapor.

Diuites.

Prędicatores verbi, non nutriti.

Expectem[*] aduentum Christi.

Patientia.

Iurare.
Matth.5.f

Infirmus.
Oratio.
Oleum.
Confessio.
Oratio.
Elias.
3.Reg.17.a.b
Luc.4.d
Peccatorem reducere in viã.
Matth.18.b.

VNde bella & lites in vobis? Nõnne[*] ex ' cõcupiscentijs ' vestris quę militant in mẽbris vestris? Concupiscitis: & nõ habetis. ' occidi/tis ' & zelatis: & nõ potestis adipisci. litigatis & belligeratis. nõ habetis, propterea q non postulatis. Petitis, & nõ accipitis, eò q male petatis: vt in cõcupiscentijs vestris insumatis. Adulterij[*], nescitis q amicitia huius mundi, inimica est dei? Quicunq ergo voluerit amicus esse secu li huius: inimicus dei cõstituitur. An putatis q inaniter scriptura dicat, B Ad inuidiam cõcupiscit spiritus qui habitat in vobis? Maiorem autem dat grãm. Propter qđ dicit, Deus superbis resistit: humilibus aũt dat gratiam. Subditi ergo estote deo: resistite aũt diabolo: & fugiet à vo bis. Appropiate deo: & appropinquabit vobis. Emundate manus, pec/ catores: & purificate corda, duplices animo. ' Miseri estote, ' & lugete, & plorate. risus vester in luctum cõuertatur, & gaudiũ in mœrorez. Hu C miliamini in cõspectu domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere ' al terutrum ' fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrẽ suum: detrahit legi & iudicat legem. Si aũt iudicas legem: nõ es factor legis. sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex qui potest perdere & li/ berare. Tu aũt quis es qui iudicas proximũ tuũ? Ecce nũc qui dicitis, Hodie ' aut ' crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidez annũ, & mercabimur, & lucrum faciemus (qui ignoratis quid erit in D crastino. Quę est enim vita vestra? Vapor est, ad modicum parens, & deinceps ' exterminabitur ') pro eo ' vt dicatis, ' Si dominus voluerit, & Si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in su perbijs vestris. Omnis exultatio talis, maligna est. Scienti igitur bonuz A facere, & non facienti: peccatum est illi.

CAPVT V.

AGite nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs vestris quę adue/ nient vobis. Diuitię vestrę putrefactę sunt: & vestimenta vestra ' à tineis comesta sunt. ' Auruz & argentũ vestrũ ' ęruginauit: ' & ęrugo eo rum in testimoniũ vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis irã in nouissimis diebus. Ecce merces operario rũ qui messuerunt regiones vestras, quę fraudata est à vobis, clamat & B clamor eorũ[*], in aures domini sabbaoth introiuit. ' Epulati estis ' sup terram: & ' in luxurijs ' enutristis corda vestra ' in die occisionis. ' Addi xistis & occidistis iustum: & nõ restitit vobis. Patientes igitur estote fratres, vsq ad aduentũ domini. Ecce, agricola expectat pretiosum fru ctum terrę: patienter ferens donec accipiat ' temporaneũ & serotinuz. ' Patientes igitur estote & vos, & cõfirmate corda vestra: quoniã aduen tus domini appropinquauit. Nolite ingemiscere frãs ' in alterutrũ ' vt C non ' iudicemini. ' Ecce, iudex ante ianuaz assistit. Exemplũ accipite fra tres ' laboris ' & patientię, pphetas: qui loquuti sunt in nomine domi/ ni. Ecce, ' beatificamus ' eos qui sustinuerunt. Sufferentiã Iob audistis, & finem domini vidistis, q misericors dominus est & miserator. An te omnia aũt fratres mei, nolite iurare, neq per cœlum, neq per terraz, neq aliud quodcunq iuramentũ. Sit aũt ' sermo vester, ' est est, nõ nõ: vt nõ ' sub iudicio ' decidatis. ' Tristatur ' aũt aliqs vestrũ? oret. Aequo animo? & psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros eccle/ D się, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine domini. & ora/ tio fidei saluabit infirmũ, & ' alleuiabit ' eum dominus: & si in pecca/ tis sit, remittentur ei. Confitemini ' ergo alterutrũ ' peccata vestra: & orate pro inuicẽ vt ' saluemini. ' multũ enim valet deprecatio iusti assi duа. Elias, homo erat ' similis nobis passibilis: ' & oratione orauit vt nõ plueret super terrã, & nõ pluit annos tres & menses sex. Et rursũ ora/ uit: & cœli dedit pluuiam, & terra dedit fructum suũ. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & cõuerterit quis eũ: scire debet quo niam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vię suę, saluabit animã eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

' hinc[illegible] ' rum ' voluptati[illegible] ' (libidi[illegible] ' secundũ[illegible] quũ id[illegible] segmur ' qđ ado coll[illegible] buit) & [illegible] ' inuidetis ' & adulter[illegible] ' Affligimini, ' vobis inuicem. ' & ' euanescit ' qđ dicere debueritis. ' facta sunt obnoxia ti/neis ' ęrugine vi tiatũ est: ' qui mes[illegible] fuerunt ' in delicijs ' lasciuistis ' vt in die mactatiõis. ' pluuiã tẽ pestiuã (matutinã) & serotinã. ' alius & aliũ ' cõdemnemini ' neq affli ctionis ' beatos du cimus ' vestrum, ' in simula tionem ' Affligitur ' eriget ' alius aliũ ' sani sitis. ' sit affect[illegible] vel sibi[illegible] ctib[*] obnoxi[illegible] us, vt nos

B. HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

SIMON Petrus filius Ionę, prouincię Galilęę, vico Bethsaida, frater Andreę apostoli, & princeps apostolorum, post episcopatū Antiochensis ecclesię, & pdicationem dispersionis eorum qui de circuncisione crediderāt, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, secundo Claudij anno, ad expugnādū Simonem Magū Romam pergit, ibiq; vigintiquinq; annis cathedram sacerdotalem tenuit, vsq; ad vltimū annum Neronis, id est decimumquartū. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terrā verso, & in sublime pedibus eleuatis, asserens se indignū vt sic crucifigeretur vt dominus suus. Scripsit duas epistolas, quę catholicę nominantur: quarū secūda, à plerisq;, eius esse negatur, propter styli cum priore dissonātiā. Sed & euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius è quibus vnus actorum eius inscribitur, alius euangelij, tertius pdicationis, quartus Apocalipsis, quintus iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Romę in Vaticano iuxta viam triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

EPISTOLA PETRI APOS. I.

ARGVMENTVM.

DISCIPVLOS saluatoris inuicti toto orbe diffusos & peregrinos in hoc seculo mōnstrat: & pteritę vitę pœnitere suadet, & in nouam vitam proficere, tota cum solicitudine exhortatur Simon Petrus filius Ionę prouincię Galilęę, è vico Bethsaida, frater Andreę apostoli.

A
ᵃ sparsim incolētibus Pontum &c.
ᵇ pręfinitionem (pordinationem)
ᶜ per sanctificationem



ETRVS apostolus IESV CHRISTI, electis aduenis ᵃdispersionis Ponti,ᐧ Galatię, Cappadocię, Asię, & Bithynię, secundū ᵇpscientiamᐧ dei patris, ᶜin sanctificationēᐧ spiritus, in obedientiā, & aspersionē sanguinis IESV CHRISTI: gratia vobis & pax multiplicetur. Benedictus deus, & pater domini nostri IESV CHRISTI, qui secūdū misericordiā suā magnā regenerauit nos in spem viuā, per resurrectionē IESV CHRISTI ex mortuis, in hęreditatē incorruptibilē, & ᵃincōtaminatāᐧ & immarcessibilē, cōseruatā in cœlis ᵇin vobis,ᐧ qui in virtute dei custodimini per fidē, in salutē, paratā ᶜreuelariᐧ in tempore nouissimo. In quo exultatis, ᵈmodicū nūc si oportet cōtristariᐧ in varijs tētationibus: vt probatio vestrę fidei multo pretiosior auro (qd ᵉper ignem pbatur) inueniatur in laudē & gloriā & honorē in reuelatione IESV CHRISTI: quem quū nō videritis, diligitis, in quem nūc quoq; nō vidētes creditis: credētes aūt exultatis lętitia inenarrabili & glorificata, reportantes finē fidei vestrę, salutē animarū vestrarū. De qua salute exquisierūt atq; scrutati ᵃsuntᐧ pphetę, qui de futura in vobis gr̄a pphetauerunt, scrutantes in qd vel quale tēpus significaret in eis spiritus CHRISTI: pnuntians eas quę in CHRISTO sunt passiones, & ᵇposterioresᐧ glorias: quibus reuelatū est q̄ nō sibimetipsis, nobis autem ministrabāt ea quę nūc nūtiata sunt vobis per eos qui euāgelizauerunt vobis spiritu sancto misso de cœlo, ᶜin quęᐧ desy

ᵃ Incontaminabilem.
ᵇ erga vos (pro vobis,)
ᶜ vt pateflat B
ᵈ nūc ad breue tempus afflicti (si opus sit)
ᵉ perit, & tamen
ᵃ futurę erant
ᵇ consequuturat
ᶜ .i. ea quę de Christo sunt pnunciata p prophetas, ac deinde pdicata p apostolos. C

1. corin. 1. a
Ephe. 1. a
Misericordia.
Regeneratio.
Spes.
Vita ęterna.
Fides.
Afflictiones.
Lętitia ex fide.
Fides.
Salus.
Prophetę.
Afflictio.
Gloria.
Spiritus sāctus

derant angeli prospicere. Propter quod, succincti lumbos
mentis vestrę, sobrij, perfecte sperate in eã quę ᵃoffertur vobis,ᵃ
gratiam, ᵃin reuelatione IESV CHRISTI:ᵃ quasi filij obe
dientię, nō ᵃconfigurati ᵃprioribus ᵃignorantię vestrę ᵃdesyderijs:
sed ᵃsecundū eū qui vocauit vos, sanctū,ᵃ vt & ipsi in omni
conuersatione sancti sitis: qm̄ scriptū est, Sancti eritis, quoniam
ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis eū qui sine acceptione
personarū iudicat secundū vniuscuiusq; opus: in timore, inco
latus vestri tēpore cōuersamini. Scientes q non corruptibili
bus auro vel argento redēpti estis de vana vestra cōuersatione
ᵃpaternę traditionis:ᵃ sed pretioso sanguine quasi agni imma
culati CHRISTI & incōtaminati, ᵃpręcogniti ᵃquidē an
te mundi cōstitutionem, ᵃmanifestati ᵃaūt nouissimis tēpori
bus propter vos qui per ipsum fideles estis in deo qui suscita
uit eū à mortuis & dedit ei gloriā, vt fides vestra & spes esset in
deo. Animas vestras ᵃcastificātes in obedientia charitatis, ᵃin
fraternitatis amore ᵃsimplici,ᵃ ex corde inuicē diligite ᵃatten
tius:ᵃ renati nō ex semine corruptibili, sed incorruptibili per
verbū dei viui & permanentis in eternū. quia omnis caro vt
foenū: & omnis ᵃgloria eiusᵃ tanq̄ flos foeni. exaruit foenū: &
flos eius decidit. Verbū autem domini manet in ęternum. hoc
est autem verbum qđ euangelizatū est in vobis. CAP. II.

DEponentes igitur omnem malitiā, & omnem dolum, & si
mulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo
geniti infantes, rationabile & sine dolo lac cōcupiscite: vt ᵃin
eoᵃ crescatis ᵃin salutem. si tamen gustastis quoniā ᵃdulcis
est dominus. Ad quem accedentes, lapidem viuum, ab homini
bus quidem reprobatū, à deo autem electū & honorificatum: &
ipsi tanquam lapides viui superędificamini, domus spiritua
lis, sacerdotiū sanctū, offerentes spirituales hostias, acceptabiles
deo per IESVM CHRISTVM. Propter quod conti
net scriptura, Ecce pono in Sion lapidem ᵃsummum angula
rem,ᵃ probatū, electum, pretiosum. & qui crediderit in eum, nō
ᵃconfundetur.ᵃ Vobis igitur ᵃhonorᵃ credentibus. non creden
tibus aūt, lapis quem reprobauerunt ędificantes, hic factus est
in caput anguli: & lapis ᵃoffensionis & petra scandali, hisᵃ qui
offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autē
genus electū, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisi
tionis: vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos voca
uit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus
dei: nunc autem populus dei. qui non cōsequuti misericordiā:
nunc autem misericordiam consequuti. Charissimi, obsecro
vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnali
bus desyderijs quę militant aduersus animam, conuersationem
vestram inter gentes habentes ᵃbonam:ᵃ vt in eo quod detra
ctant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus
vos considerantes, glorificent deum in die visitationis. Subie
cti igitur estote omni humanę creaturę propter dominum: siue
regi, quasi pręcellenti: siue ducibus tanq̄ ab eo missis ad vin
dictam malefactorū, laudem verò bonorum. quia sic est volun
tas dei, vt bene facientes obmutescere faciatis imprudentium
hominum ignorantiam: quasi liberi, & non ᵃquasi velamenᵃ
habentes malitię libertatem, sed sicut serui dei. Omnes ho
norate. Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honori
ficate. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tan
tum bonis & ᵃmodestis,ᵃ sed etiam ᵃdiscolis.ᵃ Hęc est enim

Lumbis mētis.
Spes in Chrō.
Sancti. Leui. 11.g.19.a.20.b Deut.10.d Ro.2.b Gala.2.b
Redēpti sanguine Chri. 1.cor.6.d.e.7 d Heb.9.d 1 Io.1.d apo.1.d
Fides.
Spes.
Renasci.
Caro. Isa.40.b Ecli.14.c Iaco.1.b
Verbum dei.
Opera. Rom.6.a Ephe.4.a Colos.3.b Heb.12.a
Infantes.
Lac.
Lapis viuus.
Lapides.
Domus spiritualis.
Hostię.
Isa.28.d Roma.9.g Psal.117.d Mat.21.d Act.4.b Isa.8.c
Sacerdotium regale.
Exod.19.a Osee.2.d Ro.9.e
Carnalia desyderia. Gala.5.e Roma.13.d
Reges & principes.
Roma.13.a
Libertas.
Roma.12.e
Serui. Ephe.6.a Colos.3.d Tit.2.c

ᵃ vel, defertur ad vos
ᵃ dū vobis patefit IESVS CHRISTVS,
ᵃ accōmodantes vos
ᵃ .i. quibus agebamini
bus adhuc ignoraretis Christum
ᵃ quemadmodum is qui vos vocauit sctūs est,
ᵃ quam ex patrum acceperatis traditione:
D
ᵃ qui pordinat [illegible]
ᵃ manifestatus
ᵃ purificastis obedien[illegible] dū veritati p spiritū,
ᵃ non simulato,
ᵃ vehementer
ᵃ gloria hominis.
A
ᵃ per illud
ᵃ benignus
A
ᵃ in summo ponendum angulo,
B ᵃ pudebet.
ᵃ pretiosus est
ᵃ in quem impingitur, & petra ad quam offendant hi
ᵃ honestam
C
ᵃ velut pretextum
ᵃ humanis,
ᵃ prauis, (asperis.)

D gratia, si propter dei conscientiam sustinet quis tristitias, pa- 1.Cor.7.c
tiens iniuste. Quae enim est 'gratia:' si peccantes, & colaphi- Pati iniuste.
zati sufferetis? Sed si bene facientes 'patienter sustinetis:' haec est Christus exemplum
gratia apud deum. In hoc enim vocati estis: quia & CHRI- nostrum.
STVS passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt Isa.53.c
sequamini vestigia eius. qui peccatum non fecit, nec inuentus 1.Ioan.3.a
est dolus in ore eius. qui quum malediceretur, non maledice-
bat: quum pateretur, non comminabatur, tradebat autem 'iu-
dicanti se iniuste,' qui peccata nostra ipse pertulit in corpo-
re suo super lignum: vt peccatis mortui, iustitiae viuamus, cu- Isa.53.b
ius 'liuore' sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed con- Viuere iustitiae
uersi estis nunc ad pastorem & 'episcopum' animarum ve- Pastor Christus
strarum.

CAPVT III.

Similiter & 'mulieres' subditae sint viris suis: vt & si Vxores.
qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem si- Colos.3.e
ne verbo lucrifiant, considerantes 'in timore' castam conuersationem Ephe.5.c
vestram. Quarum 'non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio 1.Timo.2.c
auri, aut indumenti vestimentorum cultus:' sed qui absconditus est
cordis homo, 'in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus,
qui est in conspectu dei locuples.' Sic enim aliquando & sanctae
mulieres sperantes in deo, ornabant se, subiectae propriis viris. si- Sara.
cut Sara obediebat Abrahae, dominum eum vocans: cuius 'estis fi- Gene.18.b
liae, bene facientes, & non 'pertimentes vllas perturbationem.' Mariti.
Viri similiter, cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori va- 1.Cor.7.a
sculo muliebri impartientes honorem, tanquam & cohaeredibus gra-
tiae vitae: vt non impediantur orationes vestrae. 'In fine' autem
omnes vnanimes compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, Prouer.17.c
'modesti,' 'humiles:' non reddentes malum pro malo, nec male- v.21.d Ro.12.
dictum pro maledicto, sed econtrario, benedicentes, quia in hoc d 1.Thes.5.d
vocati estis vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim Psal.33.c
vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam a Lingua.
malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet a malo, & faciat
bonum. inquirat pacem, & sequatur eam: quia oculi domini super
iustos & aures eius in preces eorum. 'vultus' autem domini
super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni aemu- Matth.5.b
latores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam: beati. Timor.
Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini. Do- Sanctificare
minum autem CHRISTVM sanctificate in cordibus ve- Christum.
stris, parati semper ad 'satisfactionem omni poscenti vos ra- Pati propter
denti in throno, & agno, benedictio & honor & gloria & potestas in
secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et viginti-
quatuor seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt viuentem
in secula seculorum.

CAP. VI.

Sigillū apertū. | ET vidi quod aperuisset agnus vnum de septem sigillis, & audiui vnū A
Equus albus. | de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitrui, Veni, &
vide. Et vidi: & ecce equus albus, & qui sedebat super illū habebat ar-
cum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. Et quum
aperuisset sigilum secundum, audiui secundum animal, dicens, Veni, &
Equus rufus. | vide. Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est
ei vt 'sumeret' pacē de terra, & vt inuicē se interficiant, & datus est ei ° tolleret
gladius magnus. Et quū apuisset sigillū tertiū, audiui tertiū animal, B
Equus niger. | dicens, Veni, & vide. Et ecce equus niger: & qui sedebat super illum,
habebat stateram in manu sua. Et audiui tanquam vocem in medio
quatuor animalium dicentem, 'Bilibris' tritici denario vno, & tres ° Chœnix
bilibres hordei denario vno, & vinum & oleum ne lęseris. Et quum (.i. mensura
aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis, tritici aut
Equus pallid⁹. | Veni, & vide. Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eū, nomen leguminis in
Mors. | illi Mors, & infernus sequebatur eū. & data est illi potestas super qua- cibum diur
Infernus. | tuor partes terrę, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terrę. Et C num)
Animę interfe- | quū aperuisset sigillum quintū: vidi subtus altare animas interfecto-
ctorum ppter | rū propter verbū dei, & propter testimoniū quod habebant. & clama-
Christum. | bant voce magna, dicentes, Vsquequo domine, sanctus, & verus, non
iudicas & non vindicas sanguinem nostrū de his qui habitant in ter-
ra? Et datę sunt illis singulę stolę albę: & dictum est illis vt requiesce-
rent adhuc tempus modicum donec 'compleantur' conserui eorum, ° cōpleretur
& fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & illi. Et vidi, quum
Terręmotus. | aperuisset sigillum sextū: & ecce terręmotus magnus factus est, & sol fa- D
Sol niger. | ctus est niger tanquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut san-
guis: & stellę de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus 'emittit' gros- ° abijcit
sos suos quum ā vento magno mouetur. & cœlum recessit sicut liber
inuolutus. & omnis mons, & insulę de locis suis motę sunt: & reges
terrę, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & li-
ber absconderunt se in speluncis & in petris montium. & dicunt mon-
Isa. 2. d | tibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos ā facie sedentis su-
Osee. 10. b | per thronum, & ab ira agni. quoniam venit dies magnus irę ipsorū.
Luc. 23. d | Et quis poterit stare?

CAP. VII.

Quatuor an- | POst hęc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos ter- A
geli tenentes | rę, tenentes quatuor ventos terrę ne flarent super terram, neque
ventos. | super mare, neque in vllam arborem. Et vidi alterum angelum ascen-
dentem ab ortu solis, habentem 'signum' dei viui: & clamauit voce ° sigillum
magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terrę & mari, dicēs,
Nolite nocere terrę & mari, neque arboribus, quoadusque signemus
Signati serui | seruos dei nostri in frontibus suis. Et audiui numerum signatorum,
dei. | centum quadragintaquatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel.

B Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Et tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati. Post hęc vidi turbam magnam quam

C dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmę in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes, Salus deo nostro qui sedet super thronum, & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt deum, dicentes, Amen. Benedictio, & charitas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo deo nostro in secula seculorum. Amen. Et respondit vnus de senioribus, & dixit mihi, Hi qui amicti sunt sto-

D lis albis, qui sunt? & vnde venerunt? Et dixi illi, Domine mi, tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. ideo sunt ante thronum dei, & seruiunt ei die ac nocte in tẽplo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos. non esurient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus ęstus: quoniam agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad *vitę* fontes aquarum, & absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Innumera turba ante thronũ Chr̃i, q per sequutionem passi sunt propter ipsum.

Isa.49.c
Isa.25.c
Infra.21.b
vivos

CAPVT VIII.

A ET quum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo, quasi media hora. Et vidi septem angelos stantes in conspectu dei: & datę sunt illis septem tubę. Et alius angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo. Et accepit angelus thuribulum au-

B reum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua & voces & fulgura & terręmotus magnus. Et septẽ angeli qui habebant septem tubas, pręparauerunt se vt tuba canerent. Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis, mista in sanguine: & missum est in terram, & tertia pars *terrę combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est. Et secundus angelus tuba cecinit: & tanquam mons magnus igne ardens,

C missus est in mare. & facta est tertia pars maris, sanguis: & mortua est tertia pars creaturę eorum quę habebant animas in mari, & tertia pars nautum interijt. Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit de cœlo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum: & nomen stellę, dicitur Absinthium. & facta est tertia pars aquarum in absinthium: & multi hominum mor-

D tui sunt de aquis, quia amarę factę sunt. Et quartus angelus tuba cecinit: & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunę, & tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & nocti similiter. Et vidi, & audiui *vocem vnius aquilę volantis per medium cœli dicentis voce magna, Vę vę vę habitantibus in terra: de cęteris vocibus *trium angelorum qui erant tuba canituri.

Septem angeli tubis canẽtes.

Orationes sanctorum.

vnũ angeli volantẽ per mediũ cœli, dicẽtẽ voce &c.
tubę

CAPVT IX.

A ET quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi. Et aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnę: & obscuratus est sol

Stella.
Puteus abyssi.

Locustę. & aer de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locustę in terram: ⁊ da-
ta est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terrę: & pręce-
ptum est illis ne lęderent fœnum terrę, neq; omne viride, neq; omnem
arborem: nisi tantum homines qui non habent signũ dei in frontibus
Isa. 2.d suis. ⁊ datũ est illis ne occiderent eos: sed vt cruciarentur mẽsibus quinq;.
Osee. 10.b ⁊ cruciatus eorũ, vt cruciatus scorpij quũ percutit hoĩem. Et in diebus
Luc. 23.d illis quęrent homines mortem, ⁊ non inuenient eam: ⁊ desyderabunt
Sapien. 16.b mori, ⁊ fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarum, similes equis B
paratis in prœlium: ⁊ super capita earum tanquam coronę similes au-
ro: & facies earum tanquam facies hominum. ⁊ habebant capillos si-
cut capillos mulierum: ⁊ dentes earum, sicut dentes leonum erant. ⁊ ha-
bebant loricas sicut loricas ferreas, ⁊ vox alarum earum sicut vox cur-
ruum equorũ multorũ currentiũ in bellum. ⁊ habebant caudas similes
scorpionum: ⁊ aculei erant in caudis earum: ⁊ potestas earum nocere
hominibus mensibus quinq;. ⁊ habebant super se regem angelũ abys-
si, cui nomen Hebraice Abaddon, Gręce autem Apollyon: [a] ⁊ Latine [a] Id est perdens
habens nomen Exterminans. Vę vnum abijt, ⁊ ecce veniunt adhuc
duo vę post hęc. Et sextus angelus tuba cecinit: ⁊ audiui vocem vnã C
ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos dei, dicentem
sexto angelo qui habebat tubam, Solue quatuor angelos, qui alligati
sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli, qui
parati erant in horam ⁊ diem ⁊ mensem ⁊ annum: vt occiderent ter-
Equi. tiam partem hominum. Et numerus equestris exercitus vicies millies
dena millia. Et audiui numerum eorum. Et ita vidi equos in visione:
⁊ qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, ⁊ hyacinthinas ⁊ sul-
phureas. ⁊ capita equorum erant tanquam capita leonum ⁊ de ore
eorum [a] procedit ignis, ⁊ fumus, ⁊ sulphur. Et ab his tribus plagis oc- [a] procedebat
cisa est tertia pars hominum, de igne ⁊ de fumo ⁊ sulphure, quę proce- D
debant ex ore ipsorum. Potestas enim [b] equorum in ore eorum est, ⁊ [b] eorum
in caudis eorum. nam caudę eorum, similes serpentibus, habentes ca-
pita: ⁊ in his nocent. Et cęteri homines qui non sunt occisi in his pla-
gis, neq; pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum vt non
adorarent dęmonia ⁊ simulachra aurea ⁊ argentea ⁊ ęrea ⁊ lapidea &
lignea, quę neq; videre possunt, neq; audire, neq; ambulare, ⁊ non ege- E
runt pœnitentiam ab homicidijs suis, neq; à veneficijs suis, neq; à for-
nicatione sua, neque à furtis suis.

CAPVT X.

Angelus hñs libellũ, & pedẽ vnũ super mare, alterum super terram. ET vidi alium angelum fortem descendentẽ de cœlo, amictũ nube, A
⁊ iris in capite eius, ⁊ facies eius erat vt sol, ⁊ pedes eius tanquã co-
lumna ignis. ⁊ habebat in manu sua libellum apertum: ⁊ posuit pedeṁ
suum dextrũ super mare, sinistrũ autem super terram, ⁊ clamauit voce
magna, quemadmodum quum leo rugit. Et quum clamasset, loquuta
sunt septem tonitrua voces suas. Et quum loquuta fuissent septem to-
Dan. 12.c nitrua voces suas, ego scripturus erã: ⁊ audiui vocem de cœlo dicentẽ B
mihi, Signa quę loquuta sunt septem tonitrua: ⁊ noli ea scribere. Et
angelus quem vidi stantem super mare ⁊ super terram, leuauit manuṁ
suam ad cœlum, ⁊ iurauit per viuentem in secula seculorũ, qui creauit
cœlũ ⁊ ea quę in eo sunt, ⁊ terram ⁊ ea quę in ea sunt, ⁊ mare ⁊ ea quę
in eo sunt, Quia tempus non erit amplius, sed in diebus vocis septimi
angeli, quum cœperit tuba canere, cõsummabitur mysterium dei, sicut C
euangelizauit per seruos suos prophetas. Et audiui vocem de cœlo
iterũ loquentem mecum, ⁊ dicentem, Vade, ⁊ accipe librum apertuṁ de
manu angeli stantis super mare ⁊ super terram. Et abij ad angelum, di-
Deuorat liber cens ei vt daret mihi librũ. Et dixit mihi, Accipe librũ, ⁊ deuora illũ:
amar' ventri. ⁊ faciet amaricari ventrem tuũ, sed in ore tuo erit dulce tanquã mel. D
Ezech. 3.a Et accepi librum de manu angeli, ⁊ deuoraui illum: ⁊ erat in ore meo

tanquam mel, dulce. & quum deuorassem eum, amaricatus est venter
meus, & dixit mihi, Oportet te iterum prophetare gentibus, & popu-
lis, & linguis, & regibus multis. CAPVT XI.

A ET datus est mihi calamus similis virgę: & dictum est mihi, Surge, *Templum dei ingrediunt gẽtes Christo credentes.*
& metire templum dei, & altare, & adorantes in eo. atrium autem
intra quod est 'foris' templũ, eijce foras, & ne metiaris illud: quoniã datũ est
gentibus, & ciuitatẽ sanctã calcabunt mensibus quadraginta duobus: &
dabo duobus testibus meis, & prophetabũt diebus mille ducentis sexa
ginta, amicti saccis. Hi sunt duę oliuę & duo candelabra in conspectu
domini terrę stantia. Et si quis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore
eorũ, & deuorabit inimicos eorum. & si quis voluerit eos lędere: sic *Prophetę duo*
oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cœlũ, ne pluat
diebus prophetię ipsorum: & potestatem habent super aquas cõuertendi
B eas in sanguinem, & percutere terrã omni plaga quotiescunque volue-
rint. Et quum finierint testimonium suum: bestia quę ascendit de abys
so, faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora
eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnę, quę vocatur spiritualiter
noster Sodoma, & Aegyptus, vbi & dominus 'eorum' crucifixus est. Et vide-
bunt de tribubus, & populis, & linguis, & gentibus corpora eorum per
tres dies & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumen
tis & inhabitantes terram, gaudebunt super illos, & iocundabuntur: &
munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetę cruciauerunt eos
qui habitabant super terram. Et post dies tres & dimidium, spiritus
C vitę à deo intrauit in eos. & steterunt super pedes suos, & timor ma-
gnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem ma-
gnam de cœlo, dicentem eis, Ascendite huc. Et ascenderunt in cœlum
in nube: & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est ter-
rę motus magnus: & decima pars ciuitatis cécidit: & occisa sunt in ter-
ręmotu nomina hominum septem millia, & reliqui in timorem sunt
missi, & dederunt gloriam deo cœli. Vę secundum abijt: & ecce vę *Vę tertium.*
tertium veniet cito. Et septimus angelus tuba cecinit: & factę sunt vo-
Facta sũt regna ces magnę in cœlo dicentes, 'Factum est regnum' huius mundi do-
mini nostri & CHRISTI eius, & regnabit in secula seculorum.
D Amen. Et vigintiquatuor seniores qui in conspectu dei sedent in se- *Seniores.*
dibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt deum, dicentes, Gra
tias agimus tibi domine deus noster omnipotens, qui es, & qui eras, &
qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et
vt iudicẽt iratę sunt gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum 'iudicari,'
reddas & 'reddere' mercedem seruis tuis prophetis & sanctis, & timentibus no-
perdas men tuum pusillis & magnis, & 'exterminandi' eos qui corruperunt
terram. Et apertum est templum dei in cœlo: & visa est arca testamen- *Arca testamẽti.*
ti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & terręmotus, &
grando magna. CAPVT XII.

A ET signum magnũ apparuit in cœlo: mulier amicta sole, & luna sub *Mulier amicta sole, quę Christũ peperit.*
pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in vte
ro habens: & clamat parturiens, & cruciatur vt pariat. Et visũ est aliud
signum in cœlo, & ecce draco magnus rufus, habens capita septem, &
cornua decem: & in capitibus eius diademata septem, & cauda eius tra
hebat tertiam partem stellarũ cœli, & misit eas in terram, & draco stetit *Draco.*
ante mulierem quę erat paritura: vt quũ peperisset, filium eius deuora-
ret. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in vir-
B ga ferrea: & raptus est filius eius ad deũ & ad thronũ eius, & mulier fu-
git in solitudinem vbi habebat locũ paratũ à deo, vt ibi pascant eam *Michael pręliatur cũ dracone diabolo victo per Christum.*
diebus mille ducentis sexaginta. Et factum est pręlium magnũ in cœ-
lo, Michael & angeli eius pręliabantur cum dracone, & draco pu-
gnabat & angeli eius; & non valuerũt, neque locus inuentus est eorũ

amplius in cœlo. & proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & satanas, qui seducit vniuersum orbē: & proiectus est in terrā, & angeli eius cū illo missi sunt. Et audiui vocem magnam in cœlo dicentē, Nunc facta est salus & virtus, & regnū dei nostri, & potestas CHRISTI eius: quia proiectus est accusator fratrū nostrorum, qui accusabat illos ante cōspectum dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinē agni, & propter verbū testimonij sui, & nō dilexerūt animas suas vsq; ad mortē. propterea lętamini cœli, & qui habitatis in eis. Vę terrę & mari: quia descendit diabolus ad vos habens iram magnā, sciens quod modicū tempus habet. Et postquā vidit draco quod proiectus esset in terrā, persequutus est mulierē quę peperit masculum: & datę sunt mulieri alę duę aquilę magnę, vt volaret in desertum in locū suum vbi alitur per tempus & tēpora & dimidiū temporis à facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquā tanquā flumen: vt eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suū, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem: & abijt facere pręlium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata dei, & habent testimoniū IESV CHRISTI. Et stetit super arenā maris. CAP. XIII.

C

D

Diabolus persequitur Christianos.

A

ET vidi de mari bestiam ascendentē, habentem capita septē, & cornua decem, & super cornua eius decē diademata, & super capita eius nomina blasphemię. Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam [a] & potestatem magnā. Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortē: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerūt draconem qui dedit potestatē bestię: & adorauerunt bestiam, dicentes, Quis similis bestię? & quis poterit pugnare cum ea? Et datū est ei os loquens magna & blasphemias: & data est ei potestas facere mēses quadragintaduos. Et aperuit os suū in blasphemias ad deum blasphemare nomen eius, & tabernaculū eius, & eos qui in cœlo habitant. Et est datū illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribū, & populum, & linguam, & gentem: & adorauerunt eam omnes qui inhabitabāt terram, quorū non sunt scripta nomina in libro vitę agni, qui occisus est ab origine mundi. Si quis habet aurem, audiat. Qui in captiuitatē [b] duxerit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occiderit, oportet eū gladio occidi. Hic est patientia & fides sanctorū. Et vidi aliam bestiā ascendentem de terra: & habebat cornua duo, similia agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestię omnē faciebat in conspectu eius: & fecit terrā & habitantes in ea, adorare bestiam primā, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiā ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum. Et seduxit habitantes in terra propter signa quę data sunt illi facere in conspectu bestię, dicens habitantibus in terra vt faciant imaginem bestię quę habet plagam gladij & vixit. Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestię, & vt loquatur imago bestię: & faciet vt quicunq; non adorauerint imaginem bestię, occidantur. Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextra manu sua, aut in frontibus suis. & ne quis posset emere aut vendere, nisi qui habeat characterem, aut nomen bestię, aut numerum nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectum, cōputet numerum bestię. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexagintasex.

Bestia cū capitibus septem, blasphemans deū, & affligēs sanctos.

[a] ,& sedem suam

B

Bestia à qbus adorata.

Gen. 9. a

Mat. 26. e

[b] duxit,

C

Bestia cū duobus capitibus.

D

Character bestię.

CAPVT XIIII.

A

ET vidi, & ecce agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centū quadraginta quatuor millia habentes nomen [a] eius, & nomen [b] patris eius scriptū in frontibus suis. Et audiui vocem de cœlo, tanquā vocē

aquarum

aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni: & vocem
quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Et
cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor anima- Canticu nouu
lia, & seniores, & nemo poterat discere canticum, nisi illa centum qua-
dragintaquatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mu-
lieribus non sunt coinquinati. virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum
quocunque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ deo & agno: &
in ore eorũ non est inuentum mendaciũ. sine macula enim sunt ante
B thronum dei. Et vidi alterum angelum volantem per mediũ cœli Angelus pdi-
habentem euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super ter- cans euãgeliũ
ram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populũ, dicens æternũ.
magna voce, Timete dominum, & date illi honorem, quia venit ho- Psal.145.a.
ra iudicij eius: & adorate eum qui fecit cœlum & terram, mare & fon- Act.14.c
tes aquarum. Et alius angelus sequutus est, dicens, Cecidit cecidit Ba- Babylon cecidit.
bylon illa magna: quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes
gentes. Et tertius angelus sequutus est illos, dicens voce magna, Si Isa.21.c
quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem Iere.51.a
in fronte sua, aut in manu sua: & hic bibet de vino iræ dei, quod mi- Adorãt bestiã
stum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in con- & characterẽ
spectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni. & fumus tor- eius accipiũt,
C mentorum eorum ascendet in secula seculorum: nec habent requiem qbus deus iratus.
die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginẽ eius, & si quis accepe-
rit characterem nominis eius. Hic patientia sanctorum est, qui custo-
diunt mandata dei & fidem IESV. Et audiui vocem de cœlo, di-
moriũtur post hac. Etiã centem mihi, scribe, Beati mortui qui in domino moriuntur. A mo- Mortui i dño.
do iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis opera enim illo-
rum sequuntur illos. Et vidi, & ecce nubem candidam: & super nu- Filius hominis habens falcẽ, qua messuit terram.
bem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coro-
nam auream, & in manu sua falcem acutam. Et alius angelus exiuit de
templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem, Mitte falcem
D tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis ter- Mat.13.a
ræ. Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terram: & demes- Ioel.3.c
suit eam. Et alius angelus exiuit de templo quod est in cœlo, habens
& ipse falcem acutam. Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat
potestatem supra ignẽ: & clamauit voce magna ad eũ qui habebat fal-
cem acutã, dicens, Mitte falcẽ tuam acutã, & vindemia botros vineæ
terræ: quoniã maturæ sunt vuæ eius. Et misit angelus falcem suã acutã
in terrã, & vindemiauit vineã terræ, & misit in lacum iræ dei magnũ:
& calcatus est lacus extra ciuitatẽ, & exiuit sanguis de lacu vsque ad fre-
nos equorum per stadia mille sexcenta. CAP. XV.

A ET vidi aliud signum in cœlo magnũ & mirabile: angelos septem,
habentes plagas septem nouissimas. quoniã in illis consummata
est ira dei. Et vidi tanquam mare vitreum mistum igne, & eos qui vi- Qui vicerunt bestiã, cantant canticũ.
cerunt bestiam & imaginem eius & numerum nominis eius stantes su-
per mare vitreum, habentes citharas dei: & cantantes canticum Moysi
B serui dei, & canticũ agni, dicentes, Magna & mirabilia sunt opera tua
sanctorũ. domine deus omnipotens: iustæ & veræ sunt viæ tuæ rex seculorum.
Quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? quia so-
lus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspe- Iere.10.b
ctu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt. Et post hæc vidi, & ec- Angeli habẽtes septẽ plagas terræ.
C ce apertum est templum tabernaculi testimonij in cœlo: & exierunt se-
lino ptem angeli, habentes septem plagas, de templo: vestiti lapide mun-
do & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et vnũ de qua-
tuor animalibus, dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas
D iracundiæ dei viuentis in secula seculorum. Et impletum est templum
dei fumo à maiestate dei, & de virtute eius: & nemo poterat introi-

re in templum donec consummarentur septem plagę septem ange-
lorum.

CAP. XVI.

Phialę irę dei in adoratores bestię.

ET audiui vocem magnã de templo, dicentẽ septem angelis, Ite, & A
effundite septẽ phialas irę dei in terrã. Et abijt primus angelus, &
effudit phialã suam in terrã, & factũ est vulnus sęuũ & *pessimũ in ho- *nociuum
mines qui habebãt characterem bestię: & in eos qui adorauerũt bestiã
& imaginem eius. Et secundus angelus effudit phialam suã in mare, &
factus est sanguis tanquã mortui: & omnis anima viuens, mortua est
in mari. Et tertius effudit phialam suam super flumina & super fontes
aquarum: & factus est sanguis. Et audiui angelũ aquarũ dicentem, Iu-
stus es dñe, qui es, & qui eras sanctus, qui hoc iudicasti: quia sanguinẽ
sanctorum & prophetarũ effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere: di- B
gni enim sunt. Et audiui alterũ dicentẽ, Etiam dñe deus omnipotens
vera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialã suam in so-
lem, & datũ est illi ęstu affligere homines & igni: & ęstuauerunt homi-
nes ęstu magno, & blasphemauerunt nomẽ dei habẽtis potestatẽ super
has plagas, neq; egerunt pœnitentiã, vt darent illi gloriã. Et quintus
angelus effudit phialã suam super sedẽ bestię: & factum est regnũ eius
tenebrosum, & cõmanducauerũt linguas suas pręe dolore: & blasphema-
uerunt deũ cœli pręe doloribus & *vulneribus suis, & non egerunt pœ- *vlceribus
nitentiam ex operibus suis. Et sextus angelus effudit phialam suam in C
flumen illud magnum Euphrãten: & siccauit aquam eius, vt prępara-
retur via regibus ab ortu solis. Et vidi de ore draconis, & de ore be-
stię, & de ore pseudoprophetę exire spiritus tres immundos in modũ
ranarum. Sunt enim spiritus dęmoniorum facientes signa, & proce-
dunt ad reges totius terrę congregare illos in pręlium ad diẽ magnũ
omnipotentis dei. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat & custo-
dit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinẽ eius. Et
congregabit illos in locum qui vocatur Hebraice Armageddon.

Bestię prophetę dęmones facientes signa.
Supra. 3. a
Mat. 24. d
Luc. 12. e
2. Cor. 5. a

Et septimus angelus effudit phialam suam in aerem: & exiuit vox ma- D
gna de *templo à throno, dicens, Factum est. Et facta sunt fulgura, & *cœlo
voces, & tonitrua, & terręmotus factus est magnus qualis nunquã fuit
ex quo homines fuerunt super terram talis terręmotus sic magnus. Et
facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates gentiũ ceciderunt. Et
Babylon magna venit in memoriam ante deũ, *dare illi calicem vini *et daret
indignationis irę eius. Et omnis insula fugit, & montes non sunt in-
uenti. Et grando magna sicut talentum, descendit de cœlo in homi-
nes: & blasphemauerunt deum homines propter plagam grandinis:
quoniam magna facta est *vehementer. *plaga eius

CAP. XVII.

Meretricis magnę mysterium & damnatio.

ET venit vnus de septem angelis qui habebat septẽ phialas, & lo- A
quutus est mecum, dicens, Veni, & ostendã tibi damnationẽ meretri-
cis magnę, quę sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges
terrę, & inebriati sunt qui inhabitabant terram de vino prostitutionis
eius. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem
super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemię, habentem
capita septem & cornua decem. Et mulier erat circundata purpura &
coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens po-
culum aureum in manu sua, plenũ abominatione & immunditia for-

Babylon.
Mulier ebria sanguine sanctorum.

nicationis suę. Et in fronte eius nomen scriptum. Mysterium: Babylon B
magna, mater fornicationum & abominationum terrę. Et vidi mulie-
rem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrũ IESV.
Et miratus sum quũ viderem illam, admiratione magna. Et dixit mi-
hi angelus, Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, &
bestię quę portat eam, quę habet capita septem & cornua decẽ. Bestia
quã vidisti, fuit, & non est, & ascẽsura est de abysso, & in interitum ibit: &
mirabuntur inhabitantes terram (quorũ non sunt scripta nomina in

C libro vitę à cōstitutione mundi) videntes bestiā quę erat & non est. Et
*meus, hic est *sensus, qui habet sapientiā. Septem capita: septem mōtes sunt,
super quos mulier sedet, & reges septē sunt. Quinq; ceciderūt, vnus est,
D alius nondū venit: & quū venerit, oportet illū breue tempus manere.
Et bestia quę erat & non est: & ipsa octaua est: & de septem est, & in inte-
ritū vadit. Et decem cornua quę vidisti: decem reges sunt, qui regnum
nondū acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora accipient
*cū bestia. *post bestiam. Hi vnū consilium habent: & virtutem, & potestatē suā
D bestię tradent. Hi cū agno pugnabunt, & agnus vincet illos, quoniam 1. Tim. 6. c
dñs dominorum est, & rex regum: & qui cū illo sunt: vocati, & electi, & Infra. 19. c
fideles. Et dixit mihi, Aquę quas vidisti vbi meretrix sedet: populi
sunt, & gentes, & linguę. Et decem cornua quę vidisti in bestia: hi odiēt
A fornicariam, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius man-
ducabunt, & ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in corda eo-
*, vt vnā fa- rum vt faciant quod placitum est illi *: vt dent regnum suum bestię, do-
ciāt volūta- nec cōsummentur verba dei. Et mulier quā vidisti: est ciuitas magna,
tem. quę habet regnum super reges terrę.

CAP. XVIII.

A ET post hęc vidi alium angelum descendentem de cœlo, habentē Babylonis me-
potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et ex- retricis magnę
clamauit in fortitudine dicens, Cecidit cecidit Babylon magna: & fa- ruina.
cta est habitatio dęmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, Isa. 21. c
& custodia omnis volucris immundę & odibilis. quia de vino irę for- Iere. 51. a
E nicationis eius biberunt omnes gentes: & reges terrę cum illa forni-
cati sunt: & mercatores terrę de virtute deliciarum eius diuites facti
B sunt. Et audiui aliam vocem de cœlo, dicentem, Exite de illa populus
meus: vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non acci-
piatis. Quoniam peruenerunt peccata eius vsq; ad cœlum, & recorda-
tus est dominus iniquitatum eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit vo-
bis: & duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit
vobis, miscete illi duplum. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit:
tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit, Sedeo Isa. 47. b
C regina, & vidua non sum, & luctum non videbo. Ideò in vna die ve-
D nient plagę eius, mors, & luctus & fames, & igne comburetur: quia for-
tis est deus qui iudicabit illam. Et flebunt, & plangent se super illam re-
ges terrę, qui cum illa fornicati sunt, & in delicijs vixerunt, quum vide-
rint fumum incendij eius: longe stantes propter timorem tormentorū
eius, dicentes, Vę vę ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis:
quoniam vna hora venit iudicium tuum. Et negotiatores terrę fle-
D bunt, & lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet am-
plius, merces auri & argenti & lapidis pretiosi, & margaritę, & byssi, &
purpurę, & serici, & cocci, & omne lignum thyinum, & omnia vasa ebo-
ris, & omnia vasa de lapide pretioso & ęramento, & ferro, et marmo-
C re, & cinamomum, & amomum, & odoramentorum, & vnguenti, &
thuris, & vini, & olei, & similę, & tritici, & iumentorum, & ouium, &
equorum, et rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum. Et
E poma desyderij animę tuę discesserunt à te: & omnia pinguia & pręcla-
ra perierunt à te, et amplius illa iam non inuenient. Mercatores horū,
qui diuites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timores tormento-
rum eius, flentes, ac lugentes, & dicentes, Vę vę ciuitas illa magna, quę
amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide
pretioso, & margaritis: quoniam vna hora destitutę sunt tantę di-
uitię: & omnis gubernator, et omnes qui in lacum nauigant, & nau-
F tę, & qui in mari operantur, longe steterunt, & clamauerunt videntes
*fumum/ *locū incēdij eius, dicentes, Quę similis ciuitati huic magnę? Et mise-
rūt puluerē super capita sua: & clamauerūt flentes, et lugētes, dicentes,
Vę vę ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebāt

naues in mari de pretijs eius: quoniã vna hora desolata est. Exulta su
per eam cœlum & sancti apostoli & prophetę: quoniã iudicauit deus
iudicium vestrum de illa. Et sustulit vnus angelus fortis lapidẽ quasi
molarẽ magnũ, & misit in mare, dicẽs, Hoc impetu mittetur Babylon G
ciuitas illa magna: & vltrã iam non inuenietur. Et vox citharœdorũ
& musicorum & tibia canentium & tuba, non audietur in te amplius:
& omnis artifex omnis artis nõ inuenietur in te amplius, & vox molę
nõ audietur in te amplius, & lux lucernę nõ lucebit in te amplius, &
vox sponsi & sponsę nõ audietur adhuc in te: quia mercatores tui erãt
principes terrę, quia in veneficijs tuis errauerunt omnes gentes. Et in
ea sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est: & omnium qui
interfecti sunt in terra. CAP. XIX.

Laudes deo cãtãtur ob iudicatã meretricẽ magnã.

POst hęc audiui quasi vocẽ turbarũ multarum in cœlo dicentium, A
Alleluia. Laus & gloria, & virtus deo nostro est: quia vera & iusta
iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quę corrupit terrã
in prostitutiõe sua, & vindicauit sanguinẽ seruorum suorum de ma-
nibus eius. Et iterũ dixerunt Alleluia. Et fumus eius ascendit in secu
la seculorum. Et ceciderũt seniores vigintiquatuor, & quatuor anima-
lia, & adorauerunt deũ sedentem super thronum, dicentes, Amẽ allelu
ia. Et vox de throno exiuit, dicens, Laudẽ dicite deo nostro oẽs sancti
eius: & qui timetis eũ pusilli & magni. Et audiui quasi vocẽ turbę ma
gnę, & sicut vocẽ aquarũ multarũ, & sicut vocẽ tonitruorũ magnorũ,
dicentium, Alleluia: qm̃ regnauit dñs deus noster omnipotẽs. Gaude B

Nuptię agni.

mus & exultemus & demus gloriã ei: quia venerũt nuptię agni, & vxor
eius prępárauit se. Et datũ est illi vt cooperiat se byssino splẽdẽti & cã

Mat. 22. a
Luc. 14. d

dido. Byssinum enim: iustificatiões sunt sanctorum. Et dixit mihi, Scri
be, Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Et dicit mihi,

Angelus non vult adorari.

Hęc verba dei, vera sunt. Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eũ.
Et dicit mihi, Vide ne feceris: cõseruus tuus sum, & fratrum tuorum habẽ
tium testimoniũ IESV. Deum adora. Testimonium enim IESV,

Equus albus.
Fidelis & verax.
Esa. 63. a
Verbũ dei.

est spiritus prophetię. Et vidi cœlũ apertum, & ecce equus albus: &
qui sedebat super eũ, vocabatur Fidelis & Verax, & cum iustitia iudi-
cat & pugnat. Oculi aũt eius sicut flamma ignis: & in capite eius dia C
demata multa, habens nomen scriptũ, quod nemo nouit ipse. Et vesti
tus erat veste aspersa sanguine: & vocabatur nomen eius, Verbum dei.
Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti
byssino albo & mundo. Et de ore eius procedit gladius ex vtraq; par-

Psal. 2. c

te acutus: vt in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga fer-
rea: & ipse calcat torcular uini furoris irę dei omnipotentis. Et habet
in uestimento & in femore suo *scriptũ, Rex regũ & dominus domi- *nomen

Supra. 17. d
1. Timo. 6. c
Angelus inuitãs ad nuptias dei.

nantiũ. Et uidi unum angelum stantẽ in sole, & clamauit uoce magna,
dicẽs omnibus auibus quę uolabãt per mediũ cœli, Venite, & cõgre-
gamini ad cœnam magnã dei: ut manducetis carnes regum, & carnes D
tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in
ipsis, & carnes omnium liberorũ & seruorũ, & pusillorum & magno-
rum. Et uidi bestiã & reges terrę, & exercitus eorũ congregatos ad fa-
ciendum prelium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius.

Bestia cum suo pseudopropheta mittitur in stagnũ ignis.

Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta: qui fecit signa co-
ram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestię, & qui
adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis
ardentis sulphure: & cęteri occisi sunt in gladio sedentis super equum,
qui procedit de ore ipsius, & omnes aues saturatę sunt carnibus
eorum. CAP. XX.

Angel' ligãs dęmoniũ.

ET uidi angelũ descendentẽ de cœlo, habentem clauem abyssi, & ca- A
tenã magnam in manu sua. Et apprehẽdit draconem serpentẽ an-
tiquũ, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille, &

misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non sedu-
cat amplius gentes, donec cōsummentur mille anni. & post hoc opor
tet illum solui modico tempore. Et vidi sedes: & sederunt super eas, & Mortuū ꝓpter
iudicium datum est illis. & animas decollatorum propter testimoniū Christum.
IESV, & propter verbum dei, & qui non adorauerunt bestiam neq;
B imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus aut in
manibus suis, & vixerunt & regnauerunt cum CHRISTO mil-
le annis. Cęteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mil-
le anni. Hęc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partem Resurrectio
in resurrectione prima. in his secunda mors non habet potestatem: prima.
sed erunt sacerdotes dei & CHRISTI: & regnabunt cum illo
mille annis. Et quum consummati fuerint mille anni, soluetur sa- Eze.3.c.39.a
tanas de carcere suo, & exibit, & seducet gentes quę sunt super qua-
C tuor angulos terrę, Gog & Magog, & congregabit eos in prę-
*accusatui lium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super
casus sunt, latitudinem terrę, & circumierunt castra sanctorum & ciuitatem di-
lectam. Et descendit ignis à deo de cœlo, & deuorauit eos: & dia- Diabolus.
bolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi
& bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula secu-
lorum. Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, Sedēs sup thro
à cuius conspectu fugit terra & cœlum, & locus non est inuentus eis. num.
D Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, &
libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitę: & iudicati sunt Libri aperti.
mortui ex his quę scripta erant in libris secundum opera ipsorum. &
dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt
mortuos suos qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum Iudicati scdm
opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hęc opera.
est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro vitę scriptus: missus Mors secunda.
est in stagnum ignis.

CAP. XXI.

A ET vidi cœlum nouum, & terram nouam. Primū enim cœlū, & pri Cœlū nouū.
ma terra abijt, & mare iam non est. Et ego Ioannes vidi sanctā ci Isa.65.c.66.g
uitatem Ierusalem nouam, descendentem de cœlo, à deo paratā, sicut 2.Pe.3.c
sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno di Ciuitas sancta
centem, Ecce tabernaculum dei cum hominibus: & habitabit cū eis. & Ierusalem.
ipsi populus eius erunt: & ipse deus cum eis erit eorū deus, & absterget Isa.25.c
deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltrà nō erit, neque Supra.7.d
B luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltrà, quia prima abierunt. Et dixit
qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe,
quia hęc verba fidelissima sunt & vera. Et dixit mihi, Factū est. Ego Isa.41.e
sum alpha & ω: initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquę vitę 2.Corin.5.d
gratis. Qui vicerit, possidebit hęc, & ero illi deus: & ille erit mihi filius.
Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus,
& veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in
C stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Et venit vnus
de septem angelis habētibus phialas plenas septem plagis nouissimis,
& loquutus est mecum, dicens, Veni, & ostendam tibi sponsam, vxorē
agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum: & osten-
dit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem, descendentem de cœlo à deo,
habentem claritatem dei. & lumen eius simile lapidi pretioso tanquā
lapidi iaspidis, sicut crystallum. Et habebat murum magnum & altum,
D habentem portas duodecim: & in portis, angelos duodecim, & nomi-
na inscripta, quę sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Ab
oriente, portę tres: & ab aquilone, portę tres: & ab austro, portę tres: &
ab occasu, portę tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duode-
cim: & in ipsis duodecim, nomina duodecim apostolorum agni. Et
qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, vt

metiretur ciuitatem & portas eius, & murum. Et ciuitas in quadro po E
sita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo: & mensus est ci
uitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia, & longitudo
& altitudo & latitudo eius ęqualia sunt. Et mẽsus est murum eius cen
tum quadragintaquatuor cubitorum, mensura hominis quę est angeli.
Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas aurum
mundum, simile vitro mundo. Et fundamenta muri ciuitatis, omni la
pide pretioso ornata. Fundamentũ primum, iaspis: secundum, sapphi F
rus: tertiũ, calcedonius: quartũ, smaragdus: quintũ, sardonyx: sextus, sar
dius: septimũ, chrysolithus: octauũ, beryllus: nonũ, topazius: decimus,
chrysoprasus: vndecimũ, hyacinthus: duodecimũ, amethystus. Et duo-
decim portę, duodecim margaritę sunt, per singulas: & singulę portę,
erant ex singulis margaritis: & platea ciuitatis aurũ mundũ, tanquam
Esa.60.d vitrũ perlucidum. Et templũ non vidi in ea. Dñs enim deus, omnipo-
tens templũ illius est & agnus. Et ciuitas non eget sole neq; luna, vt lu G
ceant in ea. nã claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus.
Esa.60.c Et ambulabunt gẽtes *in lumine eius: & reges terrę afferẽt gloriã suã * q̃ seruatę
[b]& honorẽ [l]in illam. Et portę eius non claudentur per diẽ. nox enim fuerunt,
non erit illic.[b] Et afferent gloriã & honorem gentiũ in illã. [l]Non in-
trabit in eam aliquod coinquinatũ, aut abominationẽ faciens & men-
daciũ: nisi qui scripti sunt in libro vitę agni.

CAP. XXII.

Fluuius aquę viuę. ET ostendit mihi fluuium aquę viuę, splendidum tanquam crystal- A
lum, procedentem de sede dei & agni. In medio plateę eius, & ex
vtraq; parte fluminis lignũ vitę, afferens fructus duodecim, per men-
ses singulos reddens fructum suũ, & folia ligni ad sanitatem gentium.
Esa.60.d Et omne maledictum non erit amplius: sed sedes dei & agni in illa
erunt, & serui eius seruient illi. Et videbunt faciem eius: & nomen eius
in frontibus eorum. Et nox vltrà non erit: & non egebunt lumine lu-
cernę, neq; lumine solis, quoniã dominus deus illuminabit illos, & re-
gnabunt in secula seculorum. Et dixit mihi, Hęc verba fidelissima sunt, & B
vera. Et dominus deus [a]spirituũ [a]prophetarum misit angelum suum [a]sanctorum
ostẽdere seruis suis quę oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Bea
Angelus non vult adorari. tus qui custodit verba prophetię libri huius. Et ego Ioannes qui
audiui, & vidi hęc. Et postquam audissem & vidissem, cẽcidi vt adora
rem ante pedes angeli, qui mihi hęc ostendebat: & dixit mihi, Vide
ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrũ tuorum prophetarum, &
eorum qui seruant verba prophetię libri huius. Deum adora. Et dicit
mihi, Ne signaueris verba prophetię libri huius: tempus enim propè
est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & C
Esa.41.b.44.a qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Ecce ve
Supra.1.b.21.b nio cito: & merces mea mecum est, reddere vnicuiq; secundum opera
sua. Ego sum alpha & ω, primus & nouissimus, principium & finis.
Beati qui [s]lauant stolas suas in sanguine agni: [s]vt sit potestas eorum [s]custodiunt
in ligno vitę, & per portas intrent in ciuitatẽ. Foris canes & venefici, & mãdata il-
impudici, & homicidę, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit lius:
IESVS. mendacium. Ego IESVS misi angelum meum, testificari vobis hęc
in ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matuti-
Esa.55.a na. Et spiritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et qui D
sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitę gratis. Contestor enim
omni audienti verba prophetię libri huius, Si quis apposuerit ad hęc:
apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis dimi
nuerit de verbis libri prophetię huius: auferet deus partem eius de li-
bro vitę, & de ciuitate sancta, & de his quę scripta sunt in libro isto. di
cit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio cito. Amen*. Ve- *, etiam.
ni domine IESV. Gratia domini nostri IESV CHRISTI
cum omnibus vobis. AMEN.

HEBRAICA, CHALDAEA, GRAECAQVE ET LATINA NOMINA VIRORUM, MULIERUM, POPULORUM, IDOLORUM, VRBIUM, FLUUIORUM, MONTIUM, CÆTERORUMQ; LOCORUM QUÆ IN BIBLIJS VTRIUSQ; TESTAMENTI SPARSA SUNT, RESTITUTA, CUM INTERPRETATIONE LATINA.

CHRISTIANO LECTORI S.

En tibi, Christiane Lector, Hebraica propria nomina restituta, quę in Biblijs vtriusq; testamenti sparsa leguntur. In quibus, quid pręstitum sit vltra vulgatam editionem, animaduerte. Primum, singula vocabula ad Hebręos codices examinata sunt, & restituta quę corrupte scribebantur. Ita, vt eadem sit scriptura & orthographia nominum in hoc libro, atq; in ipsis Bibliorum locis vnde desumpta sunt. Deinde interpretationē quę in Biblijs Compluti impressa erat, in omnibus ferè sequuti sumus. Pręterea si nomen viri incidit, si fœminę, si populi, aut idoli: si vrbis, prouincię, regionis, fluuij, denique etiam si montis: rursum si vir fuit binomius aut mulier: item si ciuitas, aut locus aliquis plura habuit nomina, annotatū est. Postremo, ne posthac tam facile ea corrūpi possint, librum Bibliorū & caput singulis adscripsimus: in quo quantum laboratum à nobis fuerit, tametsi res nonnullis exigua videatur, tu ipse reputabis. Adhęc nominibus quorum characteres proprij ignorabantur, quibus dictiones fuerunt conscriptę, D literam adijci placuit, quę interpretationem esse dubiam significaret. Gręcis autē, D literam, quę petitam esse à Gręcis interpretationem admoneret. Fruere igitur Lector, & Vale.

A A

Aaron, Mons siue montanus: aut docens, siue concipiens. Filius Amram, Exod.6.c.1.Par.6.a

Aaronitę, Idem, pluralis numeri.

Aásbai, Confidens in me, vel frater circundans: aut ex Hebręo & Syro, frater senectutis. Filius Machati, 2.reg.23.d.Heb. Ahásbai, per in secunda.

A B

Abba, pater. Syrum est. Mar.14.d. Ro.8.c Gal.4.a

Abádon, Exterminās, vel pditio. Apoc.9.c

Abana, Lapideus, vel ędificatio: siue pater obsecro nūc. Nomen fluuij Damasci, 4.re.5.d

Abarim, Transitus.p.n. siue trāseuntes: aut furores, vel pręgnantes: aut Syriace, frumenta. Nomen montis qui & Nabo dicitur. Nume. 27.c.33.f

Abaron, Idem, singularis numeri. vel robur, aut fortitudo. D. Filius Matathię filij Ioannis.1.Mach.2.a

Abda, Seruus, aut seruitus: vel ex Hebręo & Syro, nubes ista. Pater Adoniram, 3. Regum 4.a. 2.Esd.11.c

Abdai, Seruus, aut seruitus, vel nubes abundans. Pater Cis Leuitę, 2.Para.29.c

Abdeel, Seruus dei, vel nubes abundantię dei. Pater Selemię, Iere.36.f

Abdemelech, Seruus regis, vel seruus consilij. Nomen Aethiopis cuiusdam eunuchi. Iere.38.b

Abdenago, Seruus claritatis, vel seruus ancidus. Nomen viri, qui & Azarias dī, Dan.1.b

Abdi, Seruus aut seruitus, vel nubes abundans. Filius Maloch filij Arabię, 1.Para.6.d

Abdias, Seruus domini. Dispensator domus regis Achab, 3.re.18.a. Propheta itē, Abd.1.a

Abdiel, Seruus dei, aut nubes abūdantię dei.

Abdon, Seruus, aut nubes iudicij. Filius Michai siue Micha, 2.Para.34.c, qui.4.reg 22.c Achobor dicitur. Nomen itē ciuitatis, Iosue 21.c.1.Par.6.g. Fuit & nomen iudicis in Israel, Iudic.12.d

Abed, Seruus, vel operarius. Nomen viri, 1.Esd.8.a

Abel per , Luctus. Ciuitas, quę (vt Hieronymus inquit) duodecim à Gadaris miliaria, orientem versus, distat. 1.reg.6.d.3.reg.15.d 4.reg.15.f. Est & villa, in septimo Philadelphię lapide.

Abel per in principio, Vanitas, siue anhelitus: aut Syriace vapor. Filius Adā, Gen.4.a

Abela, Luctus. Nomē vrbis, 2 reg.20.c: quę & Abel ibidem vocatur.

Abelmaim, Luctus aquae. Vrbs, 2.par.16.b

Abel mehula, Luctus infirmitatis, aut luctus chori, vel tympani: siue ex Hebraeo & Syro, luctus veniae. Nomen loci, Iudi.7.f.3.reg.4.b.19.c

Abelsatim, Luctus spinarum, luctus declinationum, aut praeuaricationum. Vel vallis aut planities cedrorum imputribilium. Nomen loci apud Moabitas nó procul à Iordane, nu.33.f

Abenbóen, lapis pollicis, aut pollex, vel lapis in eis. Nomen loci, iosue.18.c

Abes, Ouum, siue coenosus, aut lineus. Nomen ciuitatis in tribu Issachar, iosue.19.b

Abesan, Pater scuti, aut patris scutum vel arma, aut pater frigiditatis. Nomen iudicis in Israel de Bethlehem, iudic.12.c

Abessalom, Pater pacis, siue pater consummationis, siue pater retributionis, aut patris pax, siue patris consummatio, siue patris retributio. Pr Maacha, siue Michai matris Abiá, 3.reg.15.a: qui.2.para.13.a dicitur Vriel.

Abgatha, Pater torcularis, vel patris torcular. Nomen eunuchi, Esther.1.b

Abi, Pater meus. Mater Ezechiae regis, 4.reg.18.a: quae.2.para.29.a, dicitur Abia.

Abia, pater domini, aut voluntas domini. Mater Ezechiae regis, 2.para.29.a: quae.4.Reg.18.a.dicitur Abi. Filius Samuelis prophetae, 1.Reg.8.a.1.Par.6.b. Filius item Roboam, 1.Parali.3.b: qui.3.Reg.14.g dicitur Abiam. Vxor Esron filij Phares, 1.Para.2.c. Filius itẽ Ieroboam, 3.Reg.14.a

Abialbon, Pater superintelligens, aut pater superaedificans: aut ex Hebraeo & Syro, pater iniuriae. Nomen viri, 2.reg.23.d: qui.1.Para.11.f dicitur Abiel.

Abiasaph, siue Abisaph, Pater cōgregans, siue pater consummans vel finiens. Filius Core, 1.Para.6.c.9.c. Exo.6.d. Filius Elcanae, 1.Para.6.b.9.c

Abiam, Pater maris. Filius Roboam, 3.re.14.g.& 15.a: qui Abia.1.Par.3.b dicitur.

Abiathar, Pater excellens, aut pater residui vel remanentis: siue pater explorationis vel cōtemplationis, aut pater funiculi. Filius Achimelech sacerdotis, 1.reg.22.d, Mar.2.d

Abida, Pater scientiae, vel scientia patris. Filius Madian filij Abrahae, Gene.25.a

Abidan, Pater iudicij: aut ex Hebraeo & Syro, pater meus iste. Filius Gedeonis, Nu.1.a

Abiel, Pater meus deus. Filius Seror, 1.re.9.a. Pater Ner, 1.reg.14.g. Nomen item cuiusdam alterius.1.para.11.f: qui 2.reg.23 d dicitur Abialbon.

Abiézer, Pater adiutorij, siue patris adiutorium, vel pater atrij, aut patris atrium, Filius Galaad, Iof.17.a: qui Nume.26.d dicitur Iezer. Vnus ex fortibus Dauid, 2.Re.23.d.1.par.27.d

Abigabaon, Pr collis, siue pater calicis, vel scyphi, aut pater dorsi peccati. Pater Gabaon, cuius vxor Maacha, 1.para.8.c

Abigáil, Pater exultationis, vel patris exultatio. Nomen vxoris Nabal, 1 reg.25.a.30.a. Vxor Dauid mortuo Nabal, 1.para.3.a. Est & filia Naas, soror Saruiae, mater Ioab, 2. Regum 17.g.2.para.2.b

